Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 7

39,3

Universidad de Deusto
Biblioteca

5-5-4

QVINTVS ET VLTIMVS TOMVS OPERVM

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLI-
tani, qui ob multiplicem ac miscellaneam uarie-
tatem argumentorum, quæ com-
plectitur, συμμικτὸς iure
dici possit.

PAGELLA HVIC PROXIME
contigua, eorum omnium
index est.

posui notam iuxta expurgatorium
novissime editum an. 1632
D. Martin de Alzuna

A 1640.
Don Fran.co de Goyaguirre

Beatus uir, cuius est dominus spes eius: & non respexit in uanitates, & insanias falsas.

BIBLIOTHECA COLLEGII SOCIETATIS JESU

Ex bibliotheca Collegii Sagaliensi

Venetijs ad signum Spei.
1539.

Es de la Casa de la Comp.a de Jesus de Azcoitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sacerdotio libri.6. 4.A
De prouidentia dei ad Stargirium monachum lib.3. 21.B
De prouidentia,uel fato,sermones.5. 35.M
In dictum apostoli ad Corinthios, Cum autem subiecta fuerint illi omnia,tunc & filius ipse subiicietur ei,qui sub.&c. 39.L.M
Aduersus gentiles demonstratio, quòd Christus sit deus.41.L
Contra luxum & crapulam,sermo. 46.I
Cõtra gulam & cæteras corporis uoluptates,sermo. 47.G
De pœnitentia,Homiliæ.X. 48.G
De pœnitentia,sermo. 61.M
De pœnitentia & confessione. 62.K
De compunctione cordis lib.2. 63.I
De orando deum lib.2. 70.H
De ieiunio,sermones.2. 73.B
De eleemosyna,sermo. 75.A
De misericordia,sermo. 75.I
De misericordia,& duabus mulieribus uiduis, homilia. 76.K
De dispensatione rerum tuarum,Homilia. 77.E
Ne scrutemur pauperes curiosè,sermo. 78.G
De laude dei,sermo. 79.A.B
De amore dei & tolerantia in aduersis,sermo. 80.C
De gratijs reddendis deo non solum uerbis,sed etiam operibus,sermo. 80.K
De uirtutibus & uitijs,sermo. 81.L
De charitate,sermo. 84.E
De mansuetudine,sermo. 84.K
De amore erga persequentes,sermo. 85.K
Vt benedicamus maledicentibus,sermo. 86.E
Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus, sermo 86.H
De malis à nobis euertendis,sermo. 87.E
De nequitia depulsa,& uirtute inducta,sermo. 88.C
De excludenda uitiorum memoria,sermo. 89.C
Carnis concupiscentias ne sectemur,sermo. 89.I
Virtutibus progenitorum ne confidamus. 90.H
Contra desperationem & superbiam,sermo. 91.B
Ne dèsperemus in bene operando,sermo. 91.C
De amore & charitate,sermo. 92.C
De inanis gloriæ cupiditate,sermo. 92.I
De uanitate & breuitate præsentis uitæ,sermo. 93.I
De leuium peccatorum periculis,sermo. 94.F
In symbolum apostolorum expositio. 94.M
Item in idem altera expositio. 95.F
Ad neophytos,homilia. 96.B
Ad baptizandos,homilia. 97.C
De militia spiritali,homilia. 98.L
De militia christiana,homilia. 99.H
De eruditione disciplinæ,homilia. 100.E
De turture,homilia. 101.A
Quod nemo lædatur nisi à semetipso,homilia. 101.M
Quum presbyter esset designatus Ioãnes Chrysostomus de se ac de episcopo &c.sermo. 106.B
Cum de expulsione Chrysostomi ageretur, homilia. 107.F
Post reditum prioris exilij,homilia. 108.A
De regressu sancti Ioannis de Asia Constantinopolim.108.F
Cum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exiliũ, & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaritia. 109.C
De recipiendo Seueriano,homilia. 110.D
Sermo ipsius Seueriani de pace,cùm susceptus esset à beato Ioanne episcopo Constantinopolitano. 110.H
Ad populum Antiochenum,homilia.80. 110.M
Contra Gentiles,siue in Babylam martyrem. 216.A
De comparatione regis & monachi, 225.I
Aduersus uituperatores uitæ monasticæ.libro tertio. 227.G
Quod regulares fœminæ uiris cohabitent,sermo. 244.E
De incomprehensibili dei natura, contra Anomæos, homilię.5. 249.D
De anathemate,sermo. 259.I
Aduersus hæreticos sermo. 261.M
Contra Anomæos sermo. 260.I
Aduersus Iudæos orationes quinque. 262.L
Contra concubinarios,& eos qui fouẽt sorores adoptiuas,sermo. 277.L.M
Missa sancti Ioannis Chrysostomi. 282.A

EPISTOLAE OCTO.

Innocentio episcopo Romæ. 285.H
Item eidem Innocentio, 286.G
Cyriaco episcopo exuli. 286.K
Ad episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos. 287.F
Ad Theodorum lapsum parænesis prior,uel de reparatione lapsi. 287.K
Ad Theodorum monachum. 294.E.F
Ad Eutropium. 296.C
Ad Olympiam fœminam cõprimis illustrem. 297.E

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLLEGII LOJOLAEI

GERMANI BRIXII ALTISSIODORENSIS IN VI. LIBROS DE SACERDOTIO ARGVMENTVM.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI Ioannes Chrysostomus & Basilius Magnus etiãdum adulescentes ac condiscipuli, cum maximopere inter se amarent, animisq; mirè conuenirent, ijsdem studiorum sacris iam inde à pueritia initiati, paciscuntur, iurantq; uitæ sibi reliquæ commune contubernium. Ad quod dũ sese accingunt, ecce tibi exortus rumor quidam disseminat, fore, ut utercq; iam tum ad sacerdotale episcopalecq; munus adlegeretur. Hic Basilius cũ Chrysostomo ea dere communicat, abs quo facile per amicitiam impetrat, ut eandem consiliorum rationem, eandem item fortunę, honorumque aleam unanimes sequantur, néue alter ab altero quocunq; casu emergente unquam deseratur. Verũ cum paulò pòst uterque ad id, quod dixi, munus posthabitis aliis cõpluribus, cunctis suffragijs electus fuisset, sese Chrysostomus (Basilio interim à suis suffragatoribus ad eum honorẽ pertracto) occultat, delatum ad se munus deprecatus. Tum demum Basilius à Chrysostomo proditum sese animaduertens (neq; enim ille pactis, promissisque steterat) ad eum primo quoq; tempore adit. qui cũ dum uerba facit, expostulat primũ, quòd fidem sibi datam uiolauerit. tum uero rogat, causam ut dicat, qua causa adductus delatum sacerdotium repudiauerit: putare enim se id ab illo temere nequaquã fuisse factum, sed considerata potius ratione quadam, quam ipse Chrysostomo edocente edoceri cupiat. Itaq; Chrysostomus se Basilio primũ purgat, ostendens bona fide, atque adeo ex usu Christiani gregis, illum à se circunuentũ: deinde haud se alio nomine occultasse, dignitatemque oblatam recusasse docet, nisi quòd imbecillitatis suę conscius, intelligeret humeros suos tanto oneri ferendo nõ esse: interim copiosissime, simul, atque elegantissime declarans, quã multæ sit dignitatis, sed quã difficili tamen episcopum uere agere. quẽ ipsum talibus ille coloribus depingit, totque ac tãtis uirtutibus perpolitũ esse uult, ut si quis hodie episcopis nostris talẽ depingere uelit, dispeream, nisi futurum sit, ut cum sua tabula, ut delirus rideatur, atque exibiletur. Intantum. n. seculi nostri mores à priscę ætatis moribus degenerarunt, ut bona episcoporum nostratiũ pars (neque enim de omnibus id à me dictum esse uelim) non solũ non elaborent, ut tales ipsi sint, quales esse deberent: uerũetiam ex professo animi sui imaginẽ diuersissimam reddere studeant, ab ea episcopi imagine, quam nobis diuus Chrysostomus, hac quidem in parte Apellem ipsum superans, peniculo suo artificiosissime, atque elegantissime expressam reliquit. Quos ipsos tamen optarim, ex tam alto illo otio, eóque ueluti sedentario, in quo assidue desides, inertésque uitam transigunt, descendere nonnũquã ad Chrysostomi aureum opus hoc lectirandũ, ut uel uitæ anteactæ pœnitentia tandem compuncti, id ipsum parte saltem aliqua præstare curent, quod præstare illos oportere uoluit Chrysostomus, author talis cui refragari nefas fuerit: uel, quo nullũ illis suppliciũ grauius fore puto, infelices perpetuò obstinatique uirtutem uideant, intabescántque relicta.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE SACERDOTIO, Liber Primus : Germano Brixio Altisiodorensi interprete.

DE VERE Mihi olim amici complures, iidéq; ueri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerent, tum diligenter seruarent. Horum complurium in numero unus quidã eximia erga nos charitate ac beneuolẽtia, ita illos exuperare studuit, ut oẽs tanto post se interuallo ipse relinqueret, quanto illi reliquos alios, à quibus utcunq; amarer, reliquissent. Hic idem ex iis erat, qui lateri meo perpetuò assiderent. etenim cũ earundem disciplinarum sacris initiati fuimus, tum etiam præceptoribus iisdem operam utercq; dedimus, erat & nobis eadem animi propẽsio: erat studium par in illas ipsas, in quibus uersabamur, literas: præterea idem desideriũ iisdem è rebus natum. Neq; enim solũ quo tempore ad magistros scholasq; condiscipuli uentitaremus, sed ẽt quum illinc egressos consilium iam inire oporteret, quam tandẽ præstaret reliquæ nobis uitę uiam tenere: & hìc quoq; eadẽ in nobis animorũ conspiratio, eadem concordia apparebat Erant & alia item, quæ uoluntatum nostrarum conuenientiã hanc, constantem incõcussamq; seruarent. Neq; enim ob patriæ amplitudinẽ claritatemq; alter altero sese plus efferre ac uenditare poterat: neq; ego summa diuitiarum copia abundabam, ille cõtra, extrema premebatur paupertate: quinimo facultatum nostrarum modũ consilio rũ paritas ac studiorũ æquabilitas æmulabatur. Adde quòd & nobis idẽ generis honos ac splẽdor: ut nihil non cõcurreret ad uoluntatũ, studiorũ, animarum consensionẽ. Postea uero ij eo à nobis uẽtũ est, ut tã oporteret monasticã uitã, beatã illam quidẽ ac fœlicẽ perseq, ac ueræ philosophiæ studiis inhærere, iã non hæc erat nobis par eadẽq; statera: nã illius quidẽ lãx sublimis, ut quę leuior esset, ferebatur: ego uero humanarum rerũ cupiditatibus etiãnum abundans, meã lancem deprimẽs, propendere cogebã iuuenilibus eam aggrauans cogitationibus. Hìc amicitia quidẽ nostra cõstãs stetit, ut & antehac: at cõsuetudo direpta. neq; enim dabatur, ut q haud in iisdẽ amplius uersarentur studiis, cões inter se congressus haberent. Cęterũ ubi & ipse paululũ caput à uitę huius tẽpestate exerui, hic nos ambabus ille manibus porrectis excepit. Sed tamen ne sic quidẽ pristinam inter nos equabilitatẽ retinere quiuimus. Etenim quũ nobis ille tpe anteuertisset, tum aũt uehementiam studiũq; ad id non modicum attulisset, rursus me ipso sublimior ferebatur in altũ admodũ sublatus: idẽ tamẽ bonitate sua, & quòd amicitiã nostrã magnificaret, à cæterorũ oium cõtubernio sese abducẽs, assiduus nobiscum erat: id qd & antehac desiderauerat: sed qd dixi, ab animi huius lãgore prohibitus, assequi minime potuerat. Nã quî fieri posset, ut qui continenter iudiciis ac foro interessem, ac scenæ oblectamenta attonitus sectarer, frequenti uti possem cõsuetudine eius, qui nõ nisi libris affixus in forũ nunq; uentitaret? Quocirca quũ id illi per nos prius nequaq; licuisset, ubi primum factũ est, ut me in cõmunem secũ uitæ conditionẽ acciperet, tũ demum quod iãpridem desideriũ parturiebat, cõfertim peperit: ac ne breuissimã quidem diei partẽ à nobis absens fieri sustinuit, nunq; non adhortans, ut domo utercq; sua relicta unà habitaremus, atq; id quidẽ persuasit: iãq; ea res nobis in manibus erat. At uero assiduę matris illecebræ obstiterunt, quo minus hac ego illũ gratia demererer, seu potius quo minus id beneficii illi deberẽ. Etenim ubi illa subodorata est id me cõsilij inire, dextra apprehẽsum introduxit in peculiare sibi cubiculum. Hic illa quũ me sibi assidere uoluisset, super eũ lectũ, in quo me enixa fuerat, in lachrymarũ fontes prorupit, uerba etiãnum adiiciẽs, quæ me plus lachrymis illis oibus ad misericordiã pertraherẽt. Porrò eius quidẽ lamenta eiusmodi fuere: Patris tui uirtute ac præstantia, fili, me haud ita multũ tpis uti frui numẽ permisit. utpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo passa sum, cõtinuo exceperit, ac tibi orbitatẽ, mihi uiduitatẽ attulerit intẽpestiuã: ut fileam uiduitatis ipsius mala, erũnas, incõmoda. quę qdem solæ aio illæ cõplecti rectè queant, quas cõtigerit ea ipsa perpeti. Nullius. n. sermo, nullius oratio par esse posit enarrandæ tẽpestati ac turbulentiæ illi quã subire oportet puellã, quæ ipsa etiãdum rudis, rerumq; humanarũ expers, simulatq; paternã domum reliquerit, derepente imensorũ dolorũ facibus æstuans, curam, solicitudinẽq; ætate ac sexu supiorẽ sustinere cogatur. quã uidelicet necesse est seruorũ ignauias emẽdantẽ, eorundẽ maleficia obseruare, cognatorũ propulsare insidias, publicanorũ molestias, & quã illi, dũ eis tributa numerantur, imanitatẽ exercere solẽt, forti generosoq; aio ferre. Proinde quũ decedit pater, relicta à se prole, si fortè fœmina ea est, magnam uel sic matri curã exhibet: sed tamen hoc ipso tolerabilem, quòd illius educatio tũ impẽsa caret, tum ẽt formidine uacat. At masculus à patre relictus matris aium in dies singulos imensa formidine, tũ permultis cõplet solicitudinibus, ut nihil hic agam de sumptu, deq; impẽsa, q multã tolerare cogitur mater, quæ adlaborat, ut masculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum oium nulla me tamẽ pmouit, ut nuptiis iteratis sponsum alterũ in patris tui ædes induceré: quin potius in æstu illo, in fluctuatione ac turbine pseuerans, cœlestis gratiæ suppetiis in primis adiuta, ferreã illam uiduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quũ mihi inter eas ipsas ærũnas atq; incõmoda solatio esset non modico, quòd aspectũ istum assidue spectare, inq; eo tanq; uitalẽ defuncti mariti imaginẽ, ueriséq; ac certissimis characteribus expressam mihi asseruare daretur. Quo noíe puerulus quũ adhuc esses, necdũ fandi gnarus, qua potissimũ ætate maximã liberorũ suorũ uoluptatẽ parẽtes sentiũt, magno certe mihi solatio, magnæ iucũditati fuisti. Atq ne id quidẽ mecũ expostulare possis, quòd nos uiduitatis qdẽ conditionẽ perpessę fortiter simus, sed uiduitatis eiusdẽ angustiis coarctatæ paternas tibi iminuerimus facultates: id qd infœlicibus orphanis pmultis usu uenisse scio. Siquidem patrimoniũ tibi nulla nõ parte saluũ integrumq; seruaui: quũ tamen nihil ẽt prętermiserim sumptuum eorũ, qui tibi nominis istius existimationẽ aliq; parare possent, quos sumptus suffeci ex meo peculio: hoc est, ex iis pecuniis quas mecũ domo paterna attulerã. Neq; uero existimare te uelim, exprobrandi gratia hęc nũc à me dici: pro rebº porrò his oibº unã abs te gratiã peto, ne me uiduitate altera iuoluas, neu luctũ

G tam ſopitum rurſus exuſcites obitus huius diem potius expectato: hinc paulò poſt nobis fortaſſe emigrā dum. Nā ut qui iuuenes ſunt, ad longe ſenectutis annos accedāt, ſperare quidē liceat: qui aūt iā conſenuimus, qd tandē aliud, q̄ mortē iamiam aduentantem præſtolamur. Itaq; ubi corpus hoc à te ſepultū cū patris tui oſsibus cōiunxeris, tū demum filij lōgas profectiones ſuſcipito, & qdcunq; æquor collibitū fuerit, emetitor: per me nemo tunc prohibiturus eſt. Cæterū tantiſper dū ſpiramus, cōtubernīū cōuictúmq; hūc noſtriū tolerato, dei offenſionē fruſtra ac temerè ne incurrito, neue cōmittito, ut matrē nihil cōmeritā tā multis inuoluas incōmodis, qui ſi forte criminari potes quòd in mūdanas moleſtias ptractū, rerū tuarum curā temet gerere cogam: te non iā naturæ leges moueant, nō educationis cōſuetudinisq; iura tāgant, deniq; nulla te res alia impediat, quo minus nos ſtatim inſidiatorū atq; hoſtiū loco habeas, uitato ēt contubernio noſtro. Sin uero nihil nō agimus, ut tu facile
H altóq; in otio poſsis uitę hui⁹ uſura frui: ſi min⁹ aliud uinculū, certè hoc unū te apud nos detineat. nā ut te à ſexcentis amari dicas, nemo certe fuerit, q tibi tanta in libertate uiuere cōcedat: quū & neminē eſſe putem cui nominis iſtius exiſtimatio æquè ac mihi uni chara eſſe poſsit. Hæc & his lōge plura, matris ad me monita erāt: quæ quū amico illi uere magnanimo ac generoſo recitaſſe, tantū abfuit, ut iis ipſe moueretur, ut acrius ēt inſtaret, eadē à me, quæ & antea efflagitans. Hæc cū inter nos uerſaremus, rē q̄ ille aſsiduis urgeret p̄cibus, me interim nihil inuēte, ecce exortus derepēte rumor quidā noſtrū utriuſq; animū cōmouit. Percrebuerat aūt fore, ut ad epiſcopes dignitatem uterq; p̄duceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine, hinc hæſitantia perculſus ſum, formidine, ne fortè uel inuitus eò ipſe raperer: hæſitantia, dum idētidem aio uerſarer, undenā in illorū patrū animos obrepſiſſet, ut de nobis tale quiddā cogitarent. Nam mihi quidē ingenij mei uires circūſpicienti non ſuccurrebat quicq̄ quod honorē illū mereretur. Generoſo aūt uir ille animo ad me quū adiſſet, ſemotiſque arbitris mecū rem totā cōmunicaſſet, ratus nondum me
I quicq̄ de ea audiiſſe, obſecrabat, ut quēadmodū antea ſemper apparuiſſet, ita ēt nunc appareret nos ambos eorūdem factorū cōſiliorúmq; rōnem hac in re ſequelle: paratū ſeſe ut ſequeretur, ac mihi comes foret, utracūq; ego uia p̄ire mallē, ſeu fugiēdū, ſeu quod offerebāt illi, ſequendū magis eſſet. Itaq; aīaduertens tā propenſam in eo uoluntatē, tū uero arbitratus me hoc noīe magnū uniuerſæ eccleſiæ detrimentū allaturū, ſi ob meā imbecillitatē infirmitatémq;, Chriſtiānū gregē iuuene tanta probitate p̄dito, eodémq; regēdis moderādisq; alijs maximè idoneo ſpoliarē, nō iudicaui detegēdum illi eſſe qd animi ſup ea re haberem, quāq̄ nunq̄ antea paſſus, ut illū conſiliorū meorū quicq̄ lateret. Cui quū iudicaſſem me negotij huius conſiliū in aliud tps reiicere (neq;. n. id in præſentia urgere:) factū eſt, ut ſtatim p̄ſuaderē, non eſſe ulterius ſup eo cogitandū. Præſtiti aūt ut conſideret unanimē me ac concordē ſecū fore, ſi quādo tale aliquid euenisſet. Tpe autem haud ita multo elapſo, quū iam dies aduenisſet, in quo eligendi uterq; eſſemus, ac me ipſe occultaſſem, idē ille harū omnium rerū ignarus quū eſſet, appræhēſus, ducitur quidē à patribus tanq̄ alio p̄textu, ſed tamē iugum nequaq̄ detrectat: quòd promiſſa noſtra ſpē illi facerent, nos eo oīno ſequuturos, ſeu potius nos iā præire, ſe ſubſeq. Etenim non- K
nulli ex eorū numero qui aderant, quū uideret illum haud æquanimiter ſe captū ferre, facile ei uerba dedere, acclamātes, abſurdū eſſe, illū qui oīum iudicio ferocior uiſus ſemp fuiſſet (me deſignātes) multa cum comitate patrū ſuffragijs parere: eū uero qui prudentia ac facilitate ſemp excelluiſſet, ferocire & tanq̄ glorioſulum apparere, reſilientē, tergiuerſantē, obſiſtentem. His ille uerbis parens, poſteaq̄ intellexit me ſubterfugiſſe, triſtis admodum ad me adiit, ac mihi prior quū aſſediſſet, eloq; quidem neſcio qd uelle uidebatur: cæterū ab animi anguſtia oppreſſus, quū oratione uim eā qua premeretur aſſequi nequiret, in ipſo oris hiatu fari prohibebatur, animi conſternatione orationē, priuſq̄ ea dentes tranſiliiſſet, interrūpente. Itaq; illū ego intuitus lachrymis permadentē, ac multa animi pculſum cōturbatione, mali cauſam quum intelligerē, in riſum præ nimia animi uoluptate prorupi: apprehēſúmq; dextra deoſculari conatus ſum: deo acceptū referens, quòd aſtus meus fœlicem tandem fuiſſet exitū ſortitus, ac nō aliū ab eo: quem animus hic optauerat. Vt uerò me uiditlætā, hilarémq; L
frontē præferre, actum primū à me deceptū ſeſe animaduertit: hoc magis aio compunctus indignatúsq; eſt. Porrò ab eo animi æſtu qetior tandem paulū factus, Tu uerò, inquit, ut partes ēt noſtras reſpueris, ac *Baſilij expoſtulatio.*
nullā iam noſtri rationem habeas (id qd ſi ita eſt, qua tandē cauſa nō facile p̄ſpicio) te certe oportuit uel fa mæ exiſtimationiſq; tuæ rōnem habere. Nunc uerò mortalium oīum ora adaperuiſti, quorum hæc una conſentiens uox eſt: te per inanis gloriæ cupiditatem munus hoc recuſauiſſe. neq;. n. quiſq̄ eſt, qui te ab hoc crimine eximat. mihi aūt ne in forum quidē uentitare licet: tā multi nobis occurſant nullo nō die facinus iſtud uitio uertentes. Nā quoties illi quacunq; uis urbis parte me cōſpexere, ſemotis arbitris abductū (de iis loquor qui amicitia ac neceſsitudine aliqua nobiſcum cōiuncti ſunt) bonæ criminis huius partis reum faciunt. Illius enim, inquiunt, animus tibi exploratus quum eſſet (quid autem rerum ad illum pertinentium latere te poterat:) oportuit te rem minimè diſſimulare, ſed nobiſcum cōmunicare: id quod ſi feciſ
ſes, nunquam profecto nobis defuiſſet ars, qua illum M
in retia coniecisſemus. Me uero hic fateri pudet, neſciuiſſe id à te cōſilij multo iam ante tēpore initum: idq; ne amicitiam noſtram fictam illi ac ſimulatā hactenus fuiſſe ducant. Nā ſi ea ſimulata eſt, ut omnino eſt, quod ne tu quidem inficiari poſsis, uel ex cōmiſſis aduerſum nos tuis: tamen externos homines, eos p̄ſertim qui uel mediocrē de nobis opinionem concepere, pulchrum eſſe reor, uitia, ſi qua in nobis ſunt, cælare. Itaq; rem, ut ſe habet, uerè apud illos ediſſere dum uereor, cogor prorſus, quod unum ſupereſt, caput in terram ſilentio mihi indicto demittere, amicorúmq; occurſum auerſari ac declinare. Etenī ut prius illud crimē, cuius nos illi dānant, effugiam: reſtat tamen neceſſario, ut me mendacij conuincant. Neque enim p̄ſuaſum illius unquā eſſe queat, quòd & Baſilium quoq; eorū loco ac numero habueris, qbus arcanorū conſiliorúmq; tuorum conſcientia interdicta eſſet. Cæterū poſteaq̄ id tibi cordi fuiſſe uideo, de eo non admodū laboro. Reliquū uero dedecus quī ferre poſsimus? Certe alij te faſtidij ac cōtumacię, alij inanis gloriæ accuſant: qui aūt rem dānare ſeuerius rigidiusq; uolūt, ij nos duplicis huius criminis reos agūt:

A addentes contumeliæ crimen, qua contumelia à nobis affectos fuiſſe eos dicūt, qui nobis honore illo dignati ſunt: quos ēt cenſent: non ea ſolū iniuria, quā à nobis accepere, ſed longè etiā grauiore digniſsimos: propterea quòd egregijs atq; excellētibus uiris (quos multos haberent) à ſe relictis contēptisq;, duos quoſdā adoleſcentiæ annos heri aut nudiuſtertius egreſſus, uitę huius curis etiānum inuolutos, ut perexiguū tēpus ſupercilia ipſi ſua faſtuoſi contraherent, pullos habitus induerent, uultusq; triſtitiā adfingerent, dere pentè ad tanti honoris culmen perduxerint: quantū ne in ſomnis quidē aſſequi ſperauiſſent. Atq; ij quidē, inquiunt, qui à prima ætate ad extremā uſq; ſenectutem acribus atque aſsiduis meditationibus, uigilijsq; ſeſe exercent: ecce tibi, ſi diuis placet, inter ſubditos ſunt: imperant autem illis ipſorum filij, atque adeò ij qui ne leges quidē ac præcepta audiere, quibus hmōi magiſtratus regendus moderandúſque ſit. Hæc ipſa & his longè etiam plura qui nobis aſsiduè obijciant paſsim exoriuntur: cum ego interim defenſionē planè non habeā, qua me aduerſus illos tuear. Itaq; par-
B tes hic tuas imploro: neque. n. puto leuiter te ac temerè cùm genus hoc fugæ quæſiuiſſe: tum uerò in tam acre uirorum tam præſtantium offenſionē incurrere uoluiſſe: ſed te potius conſilio quodam atque animi cogitatione ad id deſcēdiſſe. quo fit, ut coniectā para tam tibi rōnem, qua tu factum iſtud tuū rectè tueri ac defendere ualeas. Effare obſecro, ſiqua tibi iuſta excuſatio adeſt: quā afferre poſsimus aduerſos eos, à quibus in crimen uocaris. Neque. n. poſtulo, ut cām hic dicas, cur factum ſit, ut mē ſic offenderes, decipe res, proderes, nulla etiam ratione habita fructus eius, quem tibi perpetuus amicitiæ noſtræ uſus antea peperiſſet: cū nos animum noſtrum geſtantes, ut ſic dicam, tibi tanq̄ in manū tradiderimus: tu contrà tantū aduerſus nos aſtū adhibueris, quantū maximum potueris: ac quantū utiq; adhibuiſſes, ſi tibi fuiſſet ab aduerſarijs tuis cauendū. At qui oportuit, ſi quidē cōſilium illud utile ac cōmodum noueras, te lucrū eiuſmodi minimè deuitare: ſin detrimentoſum, & me quoq; (quē tute ſemper oībus in amicitia p̄tuliſti) à detrimento iſto per te ſartum tectum eſſe: cum tu tamen operam oēm nauaueris, ut in aduerſariorum la
C queos inciderē, dolo ēt ac ſimulatione aduerſus eum adhibita, cuius dicta factáque oīa ſyncera, ſimplicia, ac dolo ubiq; carētia nunq̄ non expertus eſſes. Enim uero, quod iam à me dictum eſt, nihil horum hic tecum expoſtulo, neq; exprobro ſolitudinem, in quam tute nos coniecisti, cōgreſsibus colloquijsq; ijs per te direptis, ex quibus nō uulgarem identidem tum uoluptatem tum utilitatem cepimus. Hæc. n. omnia miſſa faciens facilè atque humaniter fero, non quòd tu humaniter in nos deliqueris, ſed quia hanc mihi ipſe legem p̄ſcripſerim, ex quo amicitia mihi tua coli cœpta eſt, ut ſi quid poſtea in me delinqueres, nunq̄ te ego ad cauſæ dicēdæ neceſsitatē adigerem. Nā quòd ſim ego nō mediocri abs te damno affectus, tute ēt noſti: ſi mō memor eſſe uelis ſermonū eorum, quos tum alij, tū nos de nobis ipſis ppetuò uſurpauimus: qui ſermones haud aliud ſonabant, q̄ ex animorū noſtrorū conſpiratione magnum nobis fructum olim ſperandū. Proinde muniendos firmandósq; nos cenſebas mutua inter nos charitate atq; amicitia. quin & cæterorū omnium ſermo in hoc conſentiebat, ut cōcordiā amicitiámq; noſtram etiam alijs permultis in
primis utilem ac neceſsariam fore dicerēt. Ego uerò, D
quod ad me quidē ſpectaret, nunq̄ mihi perſuaſi ad alios utilitatem iſtā manaturā. certè id lucri non exigui nobis inde acceſsurū dicebā, quòd magno cū negocio capiēdi expugnādiq; eſſemus ab ijs, q nos oppugnaſſent. ac te quidē antea ſemper hiſce à me uerbis cōmonefactū memini. Temporis difficultas magna, inſidiatores permulti, uera ac germana charitas extincta: in cuius locum inuidiæ labes inuaſit. per laqueos medios ingredimur, inambulamus p murorū pinnas, mináſq;: neq; deſunt q ſiquid calamitatis fortè acciderit, malis noſtris inſultaturi ſint (multi autē multis ex locis imminētes circunſtant) qui uerò mali dolorisq; participes futuri ſint, nulli prorſus, aut ſiqui ij eſſe poſſunt, pauci admodū ſunt. Vide ne fortè diſiūcti diſſociatiq; riſum alijs luculentum p̄beamus: néue qd riſu deterius futurū fuerit, magnū nobis malū atq; incōmodū accerſamus. Frater à fratre protectus adiutúſq;, qd aliud eſt q̄ ſortis quędā urbs? q̄ regnum *Pro. 18. c*
quoddam tanq̄ uectibus repagulisq; undiq; conſtabilitum? Ne, obſecro, ne iſtā diſſoluas neceſsitudinē, neu amicitiæ noſtræ uectē cardinēmq; reuellas. Hæc E
ipſa unà cū alijs plurib. nunq̄ non inculcabā, nihil oīno tale accidere poſſe qd accidit ſuſpicatus: quin potius arbitratus te ſano admodū erga nos animo eſſe, amoris abundātia quadā medelam afferebam, mini mè animaduertens ægrotanti medicinā me adhibere. Ac ne ſic quidem miſer opem tuli, neq; mihi lucri quicq̄ acceſsit ex tanta illa cautione ac prouidentia. Quandoquidem omnia illa ſimul excutiens, ac ne in animi qdem cogitationē influere p̄mittens, me continuò tanq̄ nauē nullis fulcimentis uallatam in immenſum pelagus p̄cipitem egiſti: nihil expendēs fluctuū illorū, quos ſuſtinere cogimur, ſæuitiā atq; aſperitatē. Nā ſiquādo nos uel calumniā, uel cachinnū, uel aliā id genus iniuriā moleſtiāmue pati oportuerit (pſæpe aūt multa eiuſce modi neceſsariò erūpunt) ad quem, obſecro, cōfugiendum nobis erit? qui cū, q̄ſo, animi noſtri dolores atq; anguſtias cōmunicabimus? quis nobis neceſsitate aliqua p̄ſis auxilio eſſe uolet? qs moleſtiæ authores retūdet? qs animi huius mœſtitiā ſedaturus eſt? qs nobis ſolatiū ac iucunditatē allaturus? qs animū noſtrum p̄paraturus ad aliorum ine F
ptias fortiter p̄ferendas? Certè neminē futurum puto, poſteaq̄ te ipſe à graui iſto ac periculoſo bello eò ſubtraxiſti, unde ne clamorē quidē exaudire poſsis. Ecquid igitur animaduertis q̄ atrox, quámq; nefariū ſcelus feceris? Ecquid, poſt inflictam ſaltē à te plagā, ſentis q̄ perniciosum ac lethale nobis uulnus intuleris? Cæterùm de his ſatis ſuperq;. neque. n. quæ facta ſunt, fieri ea infecta poſsint: neque rei quæ deplorata ſit, remedium afferre ullum queas. Tantùm edoce, quā nos tandē orationē apud alios uſurpare, quóue defenſionis genere illorum criminationes retundere poſsimus. Bono, inq̄, animo eſto: neque. n. harum CHRY.
modò rerum nomine paratus ſum ad rationum reddendarum calculos deſcendere: ſed à quarum etiam culpa immunē me eſſe uoluiſti, earum tibi hic rationem defenſionémq; expedire pro uiriḃ. enitar. Quibus ab ipſis, ſi placet, apologiæ noſtræ exordiū ſumatur. quippe abſurdo planè, neq; ſatis cādido ac libera li animo fuerim, ſi ſolicitus quámnam alij de me opinionē habeant, ſtudiúmq; omne adhibēs, ut criminādi accuſandiq; mei finem tandem illi faciant: hoiem mihi amiciſsimum, quiq; ſic me ipſe uereatur, colat,

G obſeruet, ut ne de iis qdem, quas à nobis accepiſſe ſe dicit, iniuriis, mecũ expoſtulare uelit: deniq; talem, ut ſuã ipſius cauſam dignitatéq; poſtponens ac pro nihilo ducẽs, noſtræ in primis curã habeat: nõ poſsim hic flectere, illicq; perſuadere, ſe nulla à me iniuria læſum fuiſſe: qn potius cõmittã, ut maiorẽ noſtrã erga illum ſomnolentiã ac negligẽtiã, q̃ illius erga me ſtudium, ac ſedulitatẽ extitiſſe appareat. Itaq; quid tandẽ illud eſt in quo te ipſi læſimus? ſiquidẽ hinc conſtituimus apologię pelagus ingredi. Læti ne, quòd circũuenerim atq; impoſuerim? quòd animi mei ſniam occultandã tibi duxerim: qd tamẽ factũ à nobis eſt ptim tuo, quẽ circũuenimus cõmodo, partim eorũ utilitare quibus te impoſtura noſtra prodidimus. Nã ſi in uniuerſum fraudis genus omne, malũ utiq; uperandũq; eſt, neq; eã cuiq; licet in hoſtum uſum utilitatéq; unq; uertere: equidem paratus ſum pœnas dare quaſcunq; præſcripſeris: ſeu uerius dicã, quandoquidẽ tu, ni fallor, nunq; à nobis ſuſtineas pœnas exigere, ultro ipſi nobiſmet eã pœnã irrogabimus, qua iudices mulctare eos ſolent, qui iniuriæ illatæ rei ſunt, quoties ab actoribus ſuis
H rei peracti fuerint: ſin uero fraus ipſa nõ ſemp incommoda, ſed pro eorũ qui eam adhibent aĩo atq; conſilio bonæ malæ ue rei nomẽ ſortitur miſſam faciẽs criminationẽ iſtam, qua te à me circũuentum quereris, edoce, niſi graue eſt, in malũ dãnumq; tuũ, fraudem hmõi fuiſſe à nobis excogitatã, quandoquidẽ donec animus malus abfuetit, conſentaneũ eſt, ut qui ſeſe iuſtos æquosq; in cauſa eiuſmodi oſtẽdere uelint, decptorẽ hunc, quẽ dico, non modo nõ accuſent culpẽt ue, ſed ẽt laudent atq; approbent. Tã lucroſa. n. tamq; fructuoſa eſſe ſolet opportuna ac recto animi iudicio facta fraus, ut pmulti ẽt pœnas fæpenumero luerint, hoc ipſo quòd rẽ fraude nõ egiſſent. A ⟨ſi exquirere uelimus, quãnã copiarum Impatores iã inde ab orbe condito claruere: illorũ trophæa bona ex parte comperiemus ſpoſturæ ac fraudis facinora fuiſſe, eoſdẽq; fatebimur maiore quidẽ laude dignos, q̃ qui aperto Marte uictoriam de hoſtibus reportant. Hi. n. magno cũ ſumptu, tum pecuniarum tũ corporũ ſic bella conficiunt, ut ab ipſa ẽt uictoria nihil illis amplius accedat: quin potius uictores quum ſint, nihilo tamen ſe-
I cius pari cũ iis, qui uicti ſunt, calamitate premuntur, tum copiis abſumptis, tum ærario exhauſto. Adhæc qui uicti ſunt, ne ipſos quidẽ uictores patiuntur ſolida uictoriæ gloria perfrui: cuius bona pars ad eos redit qui ceciderẽ: utpote qui animis uictores, corporibus ſolũ inferiores fuerint: quibus itẽ ſi per ſua uota in bello nõ cadere licuiſſet, neq; illis mortis interuentus dimicationis finẽ attuliſſet, nimirũ alacritatis magnanimitatiſq; ſuæ oſtendendæ modũ feciſſent nullum. At qui fraude aliqua uictoriã ſibi parat, is prętерquã quòd calamitatem atq; perniciẽ hoſtibus affert, id ẽt præſtat, ut cæteris illi de ſe riſum præbeant. Neq; uero ut illic fortitudinis, ſic & hic prudentiæ laudem gloriãq; ex æquo utriq; reportant: uerũ integra uictoriæ totius laus ad uictores ſolos pertinet. Et, qd iis, quæ dixi, inferius nequaquam eſſe reor: qui aſtu uincunt, ciuitati ſuæ ſeruant ſyncerã, illibatam, atq; integram ex uictoria parta uoluptatem. neq; n. cõmune quicquã habet animi prudentia cum pecuniarũ corporumq; multitudine atque copia: quibus quidẽ uſu uenit, ut quo magis in bello utare, eo magis inſumantur, magiſq; ſuos definiant poſſeſſores: quũ cõtra natura ſic cõparatum ſit, ut animi prudentia, quò magis exerceas, eo magis adoleſcat. ¶ Neq; uero foris tantũ ad militiã, ſed ẽt domi ad pacẽ nõ publicis modo ciuitatis, ſed & priuatis uniuſcuiuſq; negotiis ptractãdis, & marito aduerſus uxorẽ, & uxori aduerſus maritũ, & patri in filiũ, & amico in amicum, addã etiam & liberis in patrẽ, aſtus huius uſum cõem neceſſariũq; comperies. Neq; n. filia Saul maritum ſuũ alia ratione de Saul manibus eximere, q̃ circũuẽto ac decepto patre potuiſſet. Cuius item frater eundẽ illum ab ea ſemel ſeruatum de uita periclitantem ſeruare dũ uellet, iiſdẽ telis quibus & uxor ſeſe armauit. Atque hic Baſilius: Sed nihil horum, inquit, ad me: neque. n. hoſtis ego atque aduerſarius, neq; ex eorũ numero, qui nocere iniuriãq; afferre parãt. quin ipſe contra, animi tui ſniæ omnia mea quum cõmiſiſſem, de ea uia nunq; deflexi, qua me ipſe ſubſeq; iuſiſſes. Ego uero ò admirande idemq; optime Baſili, nõ ob aliud, inquam, q̃ ob hoc ipſum anteuertens nuper docui, non in bello tantũ contra hoſtes, ſed ẽt in pace aduerſus amiciſſimos quouſq;, aſtus huius uſum cõuenire. Nã quod id conducat nõ circũuenientibus ſolũ, ſed etiam circũuentis: ad unũ aliquẽ ex medicis profectus, ſciſcitare, quẽnam illi in modum laborãtes, morbo liberare ſoleãt: certe ex iis audies merã nudãq; artẽ ipſis non ſatis eſſe: ſed & aliquoties ipſos ſpoſtura uti, cuius auxilio cũ arte medica cõiuncto ægrotantẽ ſanitati priſtinæ reſtituant. Etenim dũ hinc ægrotantium moroſitas, hinc morbi difficultas medicotũ auerſatur conſilium: tũ coguntur illi, fraudis atq; impoſturæ pſonã induere, ut qd in ſcena fieri ſolet, in qua fictis omnibus & adũbratis loci plurimũ eſt, rerũ factorumq; ueritatẽ occultare poſſint. Atq; hic ſi placet dolũ unũ explicabo ex multis, quẽ olim à medicis fuiſſe ſtructũ audiui. Inciderat quidã in acrẽ uehementẽq; febrim. Idẽ ęſtu febris indies gliſcẽte augeſcentéque remedia ea oĩa auerſabatur, quæ ad ardorẽ illum reſtinguendum facerẽt. cæterũ quũ deſiderio ferretur, multusq; eſſet in urgẽdis hortandisque oĩbus iis, qui ad ipſum introiſſent: id ppetuo agẽs, ut multo uino, eóque meraco, ſibi porrecto, exitioſam illã appetentiã extingueret: futurũ quippe erat ut ſi quis illi obſecũdans, hac in pte gratificatus fuiſſet, febris ardorem nõ ſolũ magis inflãmaret, ſed miſerũ ẽt illum prorſus ad inſaniã furorémque adigeret: hic demũ quũ ars ipſa effœta
M iam atq; exhauſta nullũ ſalutis remediũ inueniret, in eius locũ ſeſe fraus inſinuãs, tantã exhibuit uirtũ ſuarum efficaciã, quantã mox ex me auditurus es. Etenim medicus acceptũ uas teſtaceũ (id recẽs à fornace exierat) uino pmulto ĩmerſit: qd quum uacuũ, ſed ap prime tinctũ extraxiſſet, aqua implet: tũ iubet ægrotãtis cubiculũ tapetibus uelisque undiq; adũbrari, ne fraus ipſa lumine detegatur. hic teſtã ægroto propinat, quaſi mero plenã: quã ille manibus quũ necdum apphendiſſet, uini odore ad eius nares ſtatim peruadẽre, non ſuſtinuit curioſe indagare, qd ſibi à medico porrigeretur, uerũ eo odore pſuaſus, & tenebris deceptus, tum ẽt appetitę rei deſiderio uictus, qd propinabatur, propenſiſsime hauſit, ac ſatiatus febris æſtum ſtatim excuſsit, piculo eo, qd graue iminebat, liberatus. Quòd ſi quis fraudis eius, de qua loquor, cõmoda utilitatésque una cũ medicorũ dolis oĩbus recẽſere uolet, hui⁹ certe oratio nullũ prorſus finẽ habitura ſit, cõperies aũt nõ ab iis ſolũ q corporũ medẽdorũ, ſed ẽt ab iis q animi curã ſuſcipiũt, pharmaci hui⁹ uſũ aſſiduũ uſurpari ſolitũ: Sic beat⁹ ille Paul⁹ multas illas

A Iudæorũ myriadas ad ſe adlectauit. Per huius itẽ cõ
Galat.5.a ſilij rationẽ, idẽ ille, q Galatis cõminatur fore ut Chri
& .6. d ſtus circũciſos nihil adiuuet, Timotheũ tamẽ circũci
Actо.16.a dit. Propterea itẽ legi aliquoties ſeſe ſubmittit: qui idẽ cẽſet poſt fidẽ deo datã, exitioſã eſſe legis ſanctificationẽ. Fraudis quidẽ magna uis, modò ne fraudulẽto ea animo fiat. quã ipſam tum ne fraudẽ quidẽ nomi nandã putauerim, uerùm œconomiã quandã potius ac ſapientiã artemq;, qua poſſis è mediis iiſq; impuiis deſperatarũ rerum anguſtiis difficultatibusq;, corre-
Nũe.25.d ctis emẽdatisq; animi uitiis euadere. Neque enim Phinees illũ homicidam ego unquã appellauerĩ, quanq;
4.Reg.1 is plaga una corpora duo ſuſtulit. Quẽadmodũ neq;
b.c Heliã uel poſt milites centũ una cum ducibus ſuis in-
3.Re.18.g terfectos, atque adeò poſt magnũ illũ ſanguinis torrẽtem, quem ex eorum nece qui dæmonibus cõſecrati eſſent, fecit excurrere. Nã ſi hoc dederimus, & res ipſas per ſe ſingulas nudas ab authorũ ſuorum cõſilio propoſitoq; ſeparatas expẽdere quis uoluerit: nemini
Gen.22.b ſanè non licebit, uel Abrahã ipſum parricidij accerſere. Itẽ et illius tũ nepotẽ tum abnepotẽ doli ac malefi
B cij reos agere: ſic enĩ ille ius ſibi primogenitorũ uſurpauit: hic autẽ Aegyptiorũ opes in Iſraelitarũ caſtra
Exo.12.f tranſtulit. Sed nõ eſt ita, nõ eſt ita. Faceſſat hinc tanta iſta impudentia. neq; enĩ ſolũ eos quos modo nomi nauĩ, culpa liberamus: ſed etiã eoſdẽ uel hoc nomine admiramur, quandoquidem & ipſi hoc demũ noſſe gratiam a deo magnam inierũt. Proinde ueri illuſoris deceptoriſq; nomie dignus fuerit, quiſquis re ipſa iniquo ac nocendi animo abutitur. alioqui ſępenumro profuit decepiſſe: & hac potiſſimum arte in maximis rebus alteri opem ſubſidiumq; tuliſſe. Cęterũ qui recto ſemper calle ingreditur, de eo nũquam deflectẽs: ſæpe fit, ut ei etiam cui non aſtũ aliquem ſtruxerit, malorũ incomodorumq; q̃ plurimorum author ſit.

LIBER SECVNDVS.

P Roinde quòd fraudis uim atq; uſum bonã etiã in partem adhibere poſſis, ſeu (ut uerius dicã) quod ne fraudis quidẽ, ſed admirãdæ cuiuſdam diſpenſationis nomine tũ fraus ea deſignãda ſit, pluribus quidem hìc a me exemplis doceri poterat: quũ uerò quæ a nobis adducta ſunt, ea idoneã
C rei comprobandæ fidem facere poſſint, graue moleſtumq; arbitror in prolixitatẽ quæ ſuperuacanea ſit, orationẽ noſtram producere. Reliquũ eſt ut tute expẽdas, nũ ex uſu ac cõmodo tuo fa⁹ ea a nobis adhibita ſit. Tum Baſilius: Et quòdnam, inquit, commodũ ad nos ex hac rediit, ſeu œcònomia, ſeu ſapiẽtia, ſeu quocũque eã nomine appellare mauis: ut teſtatũ nobis eſſe queat ac perſuaſum, fucũ mihi a te nequaquam eſſe factũ? Quodnã uero, inquam, hoc uno maius cõmodũ exiſtat, q̃ ſi ea nos facta pręſtare conſtiterit, quæ quidem dilectionis charitatiſq; in Chriſtum exẽpla eſſe Chriſtus ipſe nos docuit? Hic enim cũ apoſtolorũ principe uerba faciẽs: Petre amas me, inquit, atque illo id confitente, adiũgit: Si amas me, paſce oues meas. Interrogat diſcipulũ magiſter, num ab eo ametur: nõ quòd id ipſe edoceatur: (quĩ enim id edoceri ſtudeat is, cui uni mortalĩũ omniũ corda puĩa ſunt?) uerũ ut nos doceat, quãtę ſibi curæ ſit gregis huius præfectura. Id quod ubi conſtiterit, & illud item pariter cõſtabit: copioſam atq; adeò immẽſam mercedem illum expectare, qui cõſiliũ, curam, cogitationem atque operam in iis ſuam ponat, quæ qdẽ magno apud ſe ĩ precio atque æſtimatione Chriſtus

Baſil.

Chrys.

Ioan.21.e

esſe uoluit. Nam ſi quoties uidemus ſeruorum pecuniorũm ue noſtrorum curam a quibuſdam ſuſcipi ex eo ſtudio aduerſus illa impẽſo colligimus, ab iis nos amari (etiamſi illa ipſa eiuſmodi eſſe ſoleant, ut pecunia ueneant: qui neque pecunia, neque alia re ulla, ſed morte propria armẽtum hoc redemerit, ſuumq; prium ſanguinem gregis pretium obtulerit: quãto, quæſo, pmio gregis huius paſtores ac rectores remuneraturum olim credimus? Propterea enim quum reſpõdiſſet diſcipulus: Tu ſcis domine, quod amẽ te, teſtemq; citaſſet amoris huius ipſummet, q amaretur: haud ſe hìc cõtinuit ſeruator Ieſus, ſed & amoris quoque indicium adiunxit. Neque enim tũ uolebat teſtatum eſſe, quantũ a Petro amaretur, ſiquidẽ id multis nobis argumentis cõſtabat: uerùm hoc ille tum agebat, ut & Petrũ & cæteros nos edoceret, quãta bene uolẽtia ac charitate erga ſuã ipſe eccleſiã afficeretur: ut hac ratione & nos quoq; eiuſdẽ eccleſiæ ſtudiu curamq; toto animo ſuſciperemus. Nã qua de cauſa filio ſuo eiq; unigenito deus opt. max, uſqueadeo non parcendũ putauit, ut etiã quem unicum haberet hũc dederet? Certè ut qui in ipſius offenſionẽ incurriſſẽt, eos ſibi recõciliaret, tũ uerò peculiarẽ ſelectumq; ſibi populum redderet. Quanam item de cauſa idẽ ille sã guinẽ effudit ſuum? certe ut pecudes eas acquireret, quarum curã, tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus cõmittebat. Iure igitur ac meritò ſic loq̃batur Chriſtus. Quisnã fidelis ſeruus & prudens, quẽ dominus ſuper familiã ſuã cõſtituit? Rurſus uerba quidem iſta, hæſi tantis eſſe uidentur: quũ tamẽ ab eo prolata ſint, qui minimè hæſitaret. Nã quẽadmodũ Petrũ dũ interrogaret, nũ ab eo amaretur: interrogabat profectò, nõ ex eo quod uellet amorẽ huiuſmodi ex diſcipuli uerbis intelligere, ſed quod declarare cupet quænã cẽſeri deberet noſtrę erga ſe charitatis dilectionisq; magnitudo itą & hic dũ ait, Quisnam fidelis ſeruus & prudẽs? nõ hoc ait, quòd ei ignotus ſit fidelis ac prudens ſeruus: ſed quòd exprimere uelit, tũ hòc opus q̃ rarũ ſit, tũ quæ ſit functionis huius amplitudo. Cõtẽplare itaq; & prẽmiũ, quantũ: ſuper omnia, inquit, bona ſua conſtituet eum. Etiã ne nunc nobiſcum cõtẽdes, fraudem iſtã tibi non bene ac fœliciter ceſſiſſe, qui p eã uniuerſis dei opt. max. bonis ſis præficiẽdus? quũ præſertim ea agas, quę quum Petrus ageret, illũ Chriſtus authoritate præditum eſſe uoluit, ac reliquos itẽ apoſtolos longe precellere. Petre enim, ait, amas me pluſquã hi omnes? Atqui illi quidẽ licebat uerbis huiuſmodi Petrum affari. Si me amas Petre, ieiunia exerce, ſuper nudam humũ dormi, uigila cõtinenter, iniuria preſſis patrocinare, orphanis patrem te exhibe, uiduæ item te maritorũ loco habeãt. Nunc uerò prætermiſſis omnib⁹ his, quidnã ille ait? Paſce oues meas. Nã quę modo a me dicta sũt, ea cõplures etiã ex ſub ditis prẽſtare facile poſſint, nõ uiri ſolùm, ſed etiã fœminæ. At quum de eccleſiæ præfectura, de credenda huic uel illi tam multarum animarũ cura agitur: uniuerſa quidem muliebris natura functionis iſtius moli ac magnitudini cædat oportet, itemq; & bona uirorum pars. Prodeant autẽ in mediũ qui longe omnibus prẽſtant: quiq; animi uirtute tantùm reliquos excellũt, quantùm corporis magnitudine Saũl Hebrẽorũ gentẽ uniuerſã excelluit: ſeu potius multò etiã magis. Neq; enim hic nobis humerorũ excellẽtiæ ac proceritatis mẽſura quærẽda. Sed quanta inter ſeſe differẽtia homines rationis uſũ habẽtes, & bruta ratione

Amo.6.b

Ibidem.

Ioã.21.d

Universidad de Navarra Biblioteca

G carentia diſſidēt: tantū ſanè diſcrimen inter eū qui paſcit, atq; eos qui paſcūtur eſſe uelim⁹: ut ne maiùs etiā exigā. ſiquidē in multò etiā maioribus rebus periculū ipſum uerſatur. Etenim qui oues perdiderit, uel lupis rapientibus, uel latronibus adorientibus, uel lue aliqua, aut alio id genus caſu ſæuiente: fortaſsis ueniam nonnullā à domino gregis impetret: ſin & pœnas ille exiget, damnū nō niſi pecunia cōſtat. At uerò cui homines ipſi, rationalis Chriſti grex, cōcrediti ſunt: hūc primū ouibus deperditis nō pecuniarum, ſed animæ propriæ iacturā facere oportet: tum uerò & certamē longē maius ac multò moleſtius ſuſtinere. Neq;.n. illi aduerſus lupos pugna eſt, neq; à furibus timet, neq; ſolicitus anxiuſq; eſt de peſte à grege abigēda. Cōtra quos ergo illi bellū? qbuſcū lucta? Audi obſecro beatū Paulū loquentē: Non eſt uobis lucta aduerſus ſanguinē & carnē, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mūdi dominos, rectores tenebrarū ſeculi huius, aduerſus ſpirituales malitias in cœleſtibus. Videsne terribiles aduerſariorū copias? uides phalanges aſperas, nō ferro quidē circūſeptas, ſed quibus
H pro uniuerſa armatura ingeniū ipſis ſuū abundē ſatis eſt? Vis & aliū exercitū ſpectare immanē ac crudelem gregi iſti inſidiantē? Hunc ipſum tibi de eadē ſpecula ſpectare licebit. Nā qui de illis, quos antè dixi, aduerſarijs uerba fecit. hic idē & hos nobis hoſtes indicat,
Gala.5.d ita loquēs: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hęc: Adulteriū, ſcortatio, immūditia, laſciuia, ſimulacrorū cultus, ueneficiū, inimicitiæ, liſ, æmulationes, iræ, cōcertationes, oblocutiones, ſuſurri, animi tumores, & alia his longē plura: neq; enim oīa annumerauit, ſed ex his, nobis cætera reliquit intelligenda. Porrò quod ad brutorū paſtorē pertinet, qui gregē perdere quærūt, ubi uiderint illius præfectū fugæ ſe mādare, miſſa aduerſus illū pugna, cōtenti ſunt ipſarū pecudum raptu. Hic uerò ut uniuerſum gregē ceperint, ne ſic quidē à paſtore manus abſtinēt: ſed eò magis inſtant, eò magis ferociūt: neq; certè dimicādi finē prius faciūt, q̄ uel illū ſupplantarint, uel uictas ipſi manus præbuerint. Adde his, quòd pecuarij morbi aperti ſūt ac manifeſti, ſi uel fames ſit, uel peſtis, ſi uulnus, ſi aliud quoduis dolorē ægritudinēue pariens: q̄ res non mo
I dico adiumento eſſe ſolet morbis à pecudib⁹ abigendis. Eſt itē & aliud hoc ipſo maius, quod quidē præſentaneū affert ęgritudini illi remediū. Quidnā porrò hoc eſt? Magna cū authoritate paſtores pecudes ſuas porrectā medicinā capere cogūt: nam & eas uincire procliuē, quoties urere, quoties incidere opus: itemq; & diutius aſſeruare facile, quandocunq; id conducit: & aliud itē pro alio pabulū præbere, & arcere à fluentis: præterea cætera oīa quæcunq; paſtores probauerint pecudū ſaluti conferre, nullo ipſi negotio, nullo labore adhibere ſolent. Horū uerò morbi principio
1.Cor.2.c haud facile ſeſe homini produnt. Nam q̄ intra hoīem latent, præter hominis ſpiritum, qui in ipſo eſt, nemo certe alius intelligit. Qui igitur pharmacum adhibere quis poſsit morbo ei, cuius genus nequaquam intelligat? cū etiā perſæpe uſu ueniat, ut ne intelligere quidē poſsit, morbus ſubſit necne. qui ubi ſeſe prodidit, tibi tum maius negotium faceſsit. Neque.n. homini licet tanta cū authoritate homines curare, cū quāta oues paſtor curat. Hic enim liberū eſt & uincire, & à pabulo arcere, & urere, & ſecare: cum illic medicinę ac curationis ſuſcipiendæ facultas poſita minime ſit in illo qui medicinam adhibet, ſed in eo tantū qui laborat.

Hoc enim admirādus ille uir cū intelligeret, ſic Corin K
thios alloquitur: Non quòd dominemur uobis noīe 2.Co.1.d
fidei, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Chriſtianis enim minimè oīum licet peccantiū lapſus ui corrigere. Exteri quidem iudices cū facinoroſos hoies leges trāſgreſſos fuiſſe deprehenderint, magna ſe p̄ditos authoritate ac poteſtate oſtēdūt, eoſdemq; uel inuitos, ſuos ipſorū mores mutare cogunt. Hic uerò non uim afferre, ſed ſuadere tātū oportet, atq; hac ratione meliorē efficere, quē emendandum ſuſceperis. Neque.n. nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coērcendos: ac ne ſi deduſſent quidē, haberemus ubi uim hmōi potentiamq; exercere poſſemus: cum Chriſtus eos æterna corona donet, no qui coacti, ſed qui certo animi propoſito à peccato abſtinēt. Quamobrem multa quidē arte opus eſt, ut qui laborant Chriſtiani ultro ſibi ipſi perſuadeant ſacerdotū curationibus ſeſe ſubmittere oportere: neque id ſolū, ſed ut ęt curationis ac medicinę nomine gratiā illis habeant. Nā ſiue qui uinctus illigatusq; eſt, cōtumaciter reſtitерit (id aūt per ſe ipſe poteſt) malū certè exaſperat, grauiusq; reddit: ſiue admonētis uerba ferri modo ſecan L
tia neglectim trāſmiſerit, nimirū aliud ſibi uulnus cōtemptu infert: uſqueadeo ut curationis illius prætextus grauioris morbi color fiat. neq;.n. eſt qui hic uim afferat, nec q curare inuitū poſsit. Quid igitur facias? Etenim ſi blādius eū tractes, cuius affectū corpus ſectione, eaq; magna indiget; ac niſi altā inſtixeris plagā ei, qui ea opus habet: nimirū fiet ut uulnus ipſum partim ſit reſectū, partim relictū. Rurſum ſi nulla ex parte parcere uolens, debitā adhibueris ſectionē: fiet ſæpe ut animū ille doloris impatientia deſpōdēs, atq; adeò oīa ſimul detrectās, tum pharmacū, tum uinculum, ſe ipſe præcipitē ferat, cōtrito iugo, ac confracto laqueo. Equidē cōplures recenſere poſsim, quos conſtat in extrema mala adactos, nō ob aliud niſi quòd digna ab eis pœna, & q̄ peccatis perpetratis par eſſet, exigeretur. Neq;.n. temere ad delictorū modū oportet & mulctā ipſam adhibere: ſed tanq̄ coniecturis quibuſdā explorandus eſt delinquentiū animus: ne quà fiat ut dum cōſuere uis qđ interruptū eſt, ſciſſurā deteriorē facias: ac dū eū qui lapſus eſt erigere, atq; emēdare ſtudes, caſus ipſe maior per te reddatur. Nā qui M
infirmi ſunt ac remiſsi, et magna ex parte mūdi huius delicijs illecebriſq; illaqueati, quiq; iudē à generis claritate, à potētia atq; opibus habere ſe putant unde animos magnopere tollāt: ij ſi ſenſim ac paulatim peccatorū correctionē adhibeas, poſsint utique, ſi nō penitus, attamen parte aliqua eximere ſe ac liberare malis peccatisq;, quibus occupātur: quos ſi iuſta ſtatim animaduerſione emēdes, fiet, ut minori ęt illa correctione, quā ſuſtinere poterāt, priues. Humanus.n animus poſteaq; uerecundiæ fines ſemel tranſire coactus eſt, in indolentiā dilabitur: tum aūt neque blādis uerbis paret, neque minis flectitur: neque beneficijs mouetur malitiā ęt ſuperans ciuitatis illius i quā propheta Hiere.3.b
conuicijs hmōi inſurgebat: Factus eſt tibi meretricius aſpectus, depuduit te aduerſus oēs. Quocirca multa quidem opus eſt paſtori prudentia, ſexcentis etiā, ut ſic dicam, oculis: ut rectè undique humani animi habitum circūſpicere poſsit. Nā ſicut aliquoties uſu uenit, ut animum plerique deſpondeant, atque in ſuæ ſalutis proruant deſperationē, non ob aliud niſi quòd ab amaris acerbiſque medicamentis abhorreant: ita nonnullos reperias, qui hoc ipſo quòd pœnas pec-

A catis ſuis pares non luerint⁹, in negligentiam ac contemptum dilabantur, ac longe deteriores facti, maiorē peccandi licentiā ſibi uendicent. Iraque nihil horū relinquendū eſt, qđ probe non excutiat, atque examinet epiſcopus: quin oīa accurate ac ſtudioſe perſcrutatū tum demū illū oportet ſua ipſius remedia congrue, apte, accommodate afferre. idque ne operā forte ludat. Cæterū non in ijs ſolū quæ dixi, uerū etiam in abſciſsis eccleſiæ mēbris cōmittendis coniungendiſq; multis illū negotijs diſtringi uideas. Etenī ouiū paſtor gregē habet è ueſtigio ſubſequētē, quacūque prærierit: quòd ſi q̄ de recta uia oues deflectāt, ac feraci pabulo poſthabito, ſterilia atq; abrupta loca depaſcant: ſatis habet paſtor altius aliquantum inclamare, ut palātes ac diſperſas reducat, atq; in gregē cogat. Sin uero à recto Chriſtianæ fidei tramite aberrauerit quis: hic paſtori magnū certè opus incūbit, magnum negotium, magna tolerātia. Neque.n. uis illi inferenda, neque terrore ille cogendus: uerū ſuadendus tantū, ut de integro ad ueritatē redeat, unde initio dilapſus eſt. Itaq; magnū ac generoſum animū ad eam rē
B epiſcopum afferre oportet: ut ne aīo deficiat ac delaſſetur, ut ne errantiū ſalutē deſpō deat ac deſperet: de-
1.tim.2.a nique ut nunquā non illud ſecum cogitet ac dicat: Si quando det illis deus ueritatis agnitionem, ac reſipiſcāt è diaboli laqueo. Propterea dominus cum diſci-
Mat.24.d pulos alloqueretur, ait: Quisnā fidelis ſeruus ac prudens? Etenim qui ſuum unius animū excolit, ſibi dū taxat utilis eſt: at paſtoralis functionis lucrū ad uniuerſum populum manat. & qui pecuniā indigētibus erogat, aut qui alioqui iniuriā preſſos ſubleuat, is & proximos quidē iuuat. Sed tamen id tanto minus præſtat q̄ epiſcopus, quanto diſsident inter ſe interuallo corpus atque aīa. Non ab re igitur dominus Ieſus paſtoris ſtudiū aduerſus gregē impēſum, amoris ac charitatis erga ſe ſymbolum eſſe dixit. Tu uero, inquit,
Baſil. Chryſ. Chriſtum nō amas? Et amo, inq̄, & amare certe nun quā deſiſtā: cæterū uereor ne quē amo, eum iritem.
Baſil. Hoc uero, inqt, ænigmate quodnā aliud obſcurius
Ioan.21.d eſſe queat: ſi Chriſtus illū à quo ametur, oues ſuas paſcere iuſsit: tu aūt hoc nomine nolle paſcere affirmes,
Chryſ. C quòd eundem illum qui hoc iuſſerit, ames? Non eſt, inquam ego, ſermo hic ænigma: quinimo ualde apertus & ſimplex. Nā ſi par atq; idoneus adminiſtrando muneri iſti, iuxta id qd Chriſto placitum eſt: nihilo ſecius tamē munus ipſum detractaſſem, hæſitare qđā ad uerba mea cōueniret: poſtea uero q̄ me ad ſūctionis iſtius p̄ſtationem, animi huius imbecillitas minus idoneū reddidit: qs hic q̄ſtioni, dubitationiue locus? Etenim uereor ne ſi prouinciā ſumpſero regēdi Chriſti armentū iam ualēs ac uegetum, deinde illud idem ſocordia negligentiaq; mea deprauauero: eū contra meiritē, qui ſic armētū id dilexit, ut ſeipſum ob illius
Baſil. ſalutē ac pretium dediderit. Ioco hæc, inquit, ille, loqueris. nā ſi extra iocū, equidem non uideo quibuſnā aliis melius argumentis à te demōſtrari potuerit, iuſto nos dolore uexari, q̄ iſtis tuis uerbis: qbus tamē ab aīo meo mœſtitiā hanc depellere ſtudioſe adlaboraſti. Antea.n. cum nouiſſem me à te deceptū ac proditum, nunc aūt id longe ęt apertius, dū tu obiecta tibi crimina diluere aggreſſus es: equidē belliſsime hinc capio, atq; intelligo, quò me tandē malorū adegeris. Nam ſi te hoc demū nomine à ſunctione huiuſmodi ſubmouiſti, quòd intelligeres animi iſtius facultates, nequaq̄ pares rei ipſius moli ſuſtinēdę me ſanè prius exēplum eſſe oportuit, etiāſi id muneris ſummo ſtu- D
dio ambiuiſſem: ne dicā hic rei totius cōſilū, curamq; tibi à me fuiſſe cōmiſſam. Nūc uerò tu tuis unius partib. proſpiciēs, noſtras planè neglexiſtis. Atq; utinam neglexiſſes tantū: mecū.n. uel hac ratiōe p̄clarè actū exiſtimaſſem. At uerò & tu quoq; author cōſultorq; eius artis fuiſti, qua facilè in hoſtiū nos captantium manus incideremus. Neq;.n. poſsis ad id effugii te cōferre, qđ tibi uidelicet uulgi oppinio fucū fecerit. atq; hinc adductus ſis, ut magna q̄dā atque admirāda de nobis cōciperes: utpote q is certè nō eſſem, qui inter admirandos, inſignes, atque excellētes uiros numerari deberē: Neque tamē ut ſe ita res haberet, uulgi opinionē ueritati p̄ſitam eſſe oportuit. Nā ſi tibi nū quā antea per nos licuiſſet ut cōſuetudinis noſtrę periculū faceres: haberes certè, unde honeſtū ſumeres p̄textum, in hoc qđ in ſuffragio iſto ferēdo uulgarem famā fueris ſequutus: ſin nemo oīm eſt, q res noſtras oēis notiores habeat, q̄ ipſe habeas, eoūſque ut aīus hic uni tibi magis ſpectatus p̄ſpectusq; ſit, q̄ iis q me uel genuere uel educauere: quæ tandē oratio ſic probabilis uſurpari à te poſsit, ut p̄ſuadere auditoribus queas, me abs te ultrò in periculū: hoc nequaq̄ fuiſſe coniectum? Verùm p̄termittantur & hæc in p̄ſentia: neq;.n. cogimus, ut tu horum nomine cauſam di E
cas. tantum eſſare quānam defenſione apud eos utamur, qui nos inſimulant. Ego uerò, inquam, non Chryſ.
antea ad illa me conuertā, quā ea diluero quæ ad te ſpectant, ęt ſi nos ſexcenties uelis criminib. hmōi uacare. Ignorantiam.n. dixiſti ueniam nobis impetrare poſſe, nōsque nulli prorſus criminationi obnoxios, fore, ſi in rerum tuarum oīm ignoratione uerſantes, te in præſentem rerum ſtatum deduxerimus. Cæterùm quoniam te non ignoratione prodidimus, ſed quum maximè res oēs tuæ cognitę nobis eſſent, propterea uis excuſationem omnem, quę ratione niti ipſa poſſet, defenſionemq; quamlibet iuſtam ſublatā præreptāmq; nobis eſſe. At nobis ſanè contraria ſententia. Hmōi.n. res magno admodum, iudicio quidem meo, examine indiget: eumq; oportet, q exhibiturus ſit, quem ad ſacerdotii functionem idoneum cenſet, non uulgarem tantū famam atq; opinionem ſeq, eaq; eſſe contentum: ſed eundē itē neceſſe eſt unà F
cum ea, illius uires facultatesq; in primis excutere, atque ante oīa examinare. Nam quum beatus illè Paulus ea de re differens ait. Oportet aūt illum & bonū 1.tim.3.b
habere ab externis teſtimoniū: nequaq̄ tollit exactā exploratamq; indagationē: neq; ſanè fidem eam⁹, q̄ tibi à uulgi opinione facta ſit, ut præcipuum ſignū, aut rei totius cardinem eſſe uult: quippe multa prius quum differuiſſet, id poſtea ſubiunxit: oſtendere uolens non ſatis hoc eſſe oportere ad hmōi electiones creationēsque faciendas, ſed unà cū aliis, & hoc item præſidii à nobis aſſumendū eſſe. Nā ſæpe uſu uenit, ut uulgi opinio falſa ſit: à qua tamē nihil periculi exoriri poſsit, ſi res ipſa tota per te prius exactè ac diligēter diſcuſſa atque examinata fuerit. Quocirca poſt alia, illud ipſe de teſtimonio ab externis poſuit. Neque enim ſimpliciter hoc dixit, Oportet autem illum bonum habere teſtimonium: ſed illud etiam, ab externis, attexuit: planū facere uolens futurum epiſcopum intrinſecus magna cū diligentia excutiendū atque examinandū anteq̄ ad eā opinionem deſcendas quā de eo uulgus cōcepit. Itaque qđ uita tua ac mores magis mihi, id qđ tute profiteris, noti ſpectatique

G sint q̄ parentibus ipsis tuis, ob id dignus sim, qui ab
Basil. omni crimination liberer. Vel hoc nomine, inqt ille,
hoc certe nomine elabi atq; euadere nequaq̄ possis,
si te quis accusare, atque in iudiciū trahere uelit. An
nō ipse meministi à nobis audire, id quod & sæpenu
mero reipsa cōprobasti, animus hic q̄ parū fortis ge-
nerosusq; esset? an nō propterea ppetuis istis cauillis
pusillanimitatē nobis obiecisti: quòd uidelicet natu-
Chryſ. ra nostra curis ēt leuib⁹ facile succūbamus? Memini,
inquā, hmōi quidē ex te uerba sæpenumero audire:
neq; ibo inficias. Ego uero si quādo cauillabar, ioco,
nō ferio id factitabā. Mihi tamē hic ea dere tecū con
tendere non est animus. Postulo aūt à te eandē mihi,
ut tu æquanimitatē p̄stes bonorū uirtutumq;, quibus
animus iste p̄ditus est mentionē facere aggredienti.
Nā si tum conaberis mendacij nos cōuincere, equidē
nihil dissimulās liquido cōmonstrabo, modestię po-
tius istius q̄ ueritatis causa, sic te de te uerba facere.
Id qd non alijs argumētis cōprobaturus sum, q̄ nudis
tū uerbis, tum factis tuis: quibus ego perinde atq; cer
H tissimis testibus utar, ad plenā dictorū meorū fidem
faciendam. Atq; id ex te primū quærere uolo, Nostin
charitatis uis quanta sit? Certe Christus reliquis alijs
prodigijs ac miraculis posthabitis, q̄ ab apostolis ēdē
Ioan.13.d da essent: In hoc, inquit, cognoscent homines, quòd
discipuli mei sitis, si charitatē inter uos mutuā habue
Rom.13.c ritis. Quinetiam Paulus charitatē legis esse cōsumma
tionē affirmat: sine qua ipsa dona nulli esse usui uult.
Proinde eximiū istud bonū, idemq; Christi apostolo
rum signū unicū, ac qd quidē cæteris donis superius
excellentius q; est, scio in animo tuo generose admo-
dū ac p̄clare insitum esse copiosoq; inibi fructu exu-
Basil. berare. Tum Basilius: Mihi, inquit, magnæ eā rem cu
ræ ac studio esse, ne ipse quidem inficior: me tamē eū
dem ne dimidia quidē parte illius numeros impleuis
se, uel tu ad eā rem testis mihi optimus fueris, si quidē
quod uerū est spectare magis, q̄ quę ad gratiā faciūt
Chryſ. loqui, in animū induxeris tuū. Ergo ad argumenta ip
sa, inquam, me cōuertā, atq; hic certe quod promisi,
exequar, facta p me fide, te animi istius modestiā ma
gis q̄ rei ueritatem sequi. Proferā aūt historiam admo
dum recentem, ut ne quis suspicari possit, uetera recē
I sentem, tpis diuturnitate uerum ipsum tanquam adū
brare me uelle: cum alioqui etiam ueritas minime p-
mittat quicquā nos affingere, uel ijs ipsis quæ ad gra
tiam prolata à nobis fuerint. Nā quo tpe unus quidā
ex amicis necessarijsq; nostris per calumniā accusatus
contumeliæ, ac contumaciæ, de salute periclitaretur:
hic te ipse, cum neq; insimularet quisquam, neq; is q
periclitaretur auxiliū tuum imploraret, in media ipsa
pericula ultro coniecisti. Ac factum quidem tale tuū
extitit. Vt aūt te uerbis etiam tuis conuincamus: cum
animi tui propensionē huiusmodi alij nō probassent,
alij cōtra laudassent, admiratiq; fuissent: hic tu ad eos
qui te accusarent, dixisti: Quidnā ipse facerē? aliter. n.
amare non didici, nisi ut & meam animam in discri-
men adducam, dum periclitantem amicum aliquem
seruare opus est: diuersis quidem uerbis, sed sensū eo
dem, ea enuncians, quibus Christus discipulos suos
alloquebatur, positis ab eo perfectę charitatis termi-
Ioan.15.b nis. Maiorem. n. inquit, hac charitatem nemo habet,
quā ut animā suā ponat pro amicis suis. Igitur si ma-
iorem hac inuenire non est, ad ipsius finē peruenisti:
atque adeo tum uerbis, tū etiam factis istis ad ipsius
uerticem conscendisti. Propter quod unū te ipsi, do-

lo illo à nobis consuto, prodidimus. Etiam ne igitur K
tibi persuasum est, te à nobis in istud stadium protra
ctum neq; ulla maleuolentia erga te nostra, neq; quò
te in periculum aliqd conijceremus? quin potius id à
nobis factū, quòd certū nobis esset, quā utilis accom
modúsque futurus esses: Ita ne, inquit, charitatis uim Basil.
sufficere putas ad proximorū correctionē atque emē
dationē? Maxime quidem, inquā, ac magna adeo ex Chryſ.
parte ad id conferre charitas possit. Cæterū si me uis
& prudētiæ item istius specimina proferre, ad id quo
que me accingam: ostendamq; maiori te prudentia q̄
charitate ac beneuolentia præditum. Ad hęc ille uere
cundia tactus, ruboréque suffusus: Quæ ad me, inqt, Basil.
spectant nunc omittantur: neq; .n. iam inde ab initio
horum rationē à te exegimus. Tu uero siquid habes
quod iuste alijs opponere possis, lubens eos sermo-
nes auscultabo. Itaque prætermissa hac umbratili pu
gna, edoce quidnā cæteris respondere possimus: hoc
est, tum ijs, qui nos tali honore dignati sunt: tū ijs qui
uicem illorū tāquam iniuria à nobis affectorū dolēt.

Equidem ad id, inquam, iam festino: nam quando- Chryſ.
quidem tibi iam expediui facti erga te mei rationem, L
facile ad apologię istius partem me conuertā. Quam
igitur super hisce accusationē, quas illi criminationes
afferunt? Grauem se uidelicet iniuriā à nobis accepis-
se queruntur, quòd quem nobis illi honorem defere-
bant, eū deprecati simus. Ego uero illud primū dico:
Nullam nos rationem habere oportere iniuriæ p nos
hominibus illatæ, quoties per delatum eis honorem,
dei opt. offensionem subire cogimur: cū ijs etiam qui
se iniuriam hmōi accepisse ęgre ferunt, boni eam non
consulentes, hoc certe ipsum, quòd boni. s. non con-
sulant, ne a periculo quidē alienum sit, uerū in primis
dispendiosum ac detrimētosum. Decere .n. existimo
illorum animos qui deo opt. dicati sunt, quique in il-
lum unū intuētur, tāta religione affici, ut ne id quidē
iniurię loco habeant, etiāsi abs te ijdem contumelijs
mille affecti sint. Sed quòd huiusmodi audacia, ne in
huius quidem animi cogitationem descendent, con-
stare illinc potest. Nam si contumacia, fastu, atq; am
bitione (ut tute sæpenumero affirmasti multos calū-
niari) ad id deductus sum: certe nihil prohibeat quin
hominis maxime iniurij notā subeā, ijs sic per me cō- M
tēptis, qui pręterq̄ quòd magna atq; admirabili uirtu
te claret, de me quoq; sunt bene meriti. Etenim si in
eos animaduertere debemus, qui iniuriā ijs inferunt,
à quib⁹ nulla ipsi iniuria lacessiti sunt: quāto, q̄so, ho-
nore digni esse queāt, qui nobis ex se ultro honorem
aliquem deferre proposuerint? Neq; .n. hoc dicere qs
possit, illos beneficio à me uel tenui, uel magno affe-
ctos, meritorum acceptorū uicem rependere uoluis-
se. Quòdnam igitur suppliciū nō mereatur, siquis cō
trarijs factis repensetˀ Sin autē id ne cogitauimus qui
dē, sed longe alio consilio grauē istā sarcinā detrecta-
uimus: quorsum p̄termissa facti nostri condonatione
ac uenia, si probare id ipsi factū nolint, criminātur in
simulantes, quòd nostræ animæ pepercerimus? Tātū
enim abest, ut ij ullā à me iniuriā acceperint, ut eos ēt
honore affectos dicere possim recusatiōe hac nostra.
Neq; uero mirū id tibi esse debet, quod dixi, perinde
quasi dictū id sit præter cōmunē hominū sensum. nā
de eo quoq; tibi mox satisfecerimus. Tū .n. si minus
omnes, certè q maledicētia delectātur, potuissent ple
raq; rū suspicari, tū eloqui, partim de me electo, par-
tim de illis eligētibus. Verbi gratia, quòd diuitias illi

solas

A solas spectēt, quòd generis splēdorē admirētur, quòd
à nobis adulatione uicti eū nobis honorē mādasset.
Nam quòd & pecunia adducti, corruptiq;, dicere nō
habeo, si quis & ipsum hoc suspicetur. Pręterea, Chri-
stus quidē piscatores, tabernaculorumq; texēdorū ar
tifices, itēq; publicanos ad huiusmodi principatū ad-
uocauit: hi autē eos respuūt, despiciūtq;, q sibi quoti
diano opere uictū parant: sin uerò quis peregrinas li
teras, studiaq; nihil ad scripta euangelica pertinentia
attigerit, atque in otio uitam tranfigat, hūcipsum ad
mittunt, probant, admirātur. Nam quo nomine eos
qui sudores propemodum infinitos pertulere, dū ec
clesię utiles esse student, contempserūt: at eum, qui ni
hil unquam sudorum illorum gustauerit totā uerò
ætatem in futili, atq; inutili externorum studiorū la-
bore insumpserit, derepētè in tam sublimem honorē
traxere? Hæc, quæ dixi, atque adeò plura dicere illis li-
cuisset, si huiusmodi honos à nobis fuisset susceptus:
id quòd illis nunc in cōtrariū euenit, ut quibus male
dicentiæ occasio omnis præcisa sit: neque iam mihi
adulationē, neq; illis sordes, ac corruptelam obiicere
B possunt, nisi siqui fortè erūt, qui merè insanire uolēt,
Nam qui adulationē, largitionē ue honorē aliquem
candidatus ambierit: hic qua ratione eū tum quum
suscipere oporteat, aliis suscipiendum ipse relinquat?
Id enim perinde fuerit, ac si quis laboribus multis in
excolēda terra impensis ut segetem copiosam noua-
les reportent, ac uino lacus exundēt, post sudores in-
finitos, post multum pecunię sumptū, cùm messis, ac
uindemiæ tempus appetit, tum aliis fructuum illorū
prouentum fruendum relinquat. Intelligis ne tum ca
lumniari illos uolentibus occasionem haudquaquā
fuisse defuturā, etiam si longè à ueritate alienā: quòd
uidelicet facta ab illis de nobis electio, à recto animi
iudicio nata nequaquàm fuisset? qui tamē nūc ne hi-
scere quidem, aut labia tantùm diducere per me pos-
sunt. Ac tales quidem initiò illorū extitissent sermo-
nes, seu etiam his, quos dixi, plures additi. Cæterùm
posteaquàm muneris functionē attigissemus, nullæ
certè illorum defensiones, criminationibus, quotidie
exorientibus pares esse potuissent: etiāsi à nobis oia
inculpate administrata fuissent, ne dicam necessariò
C futurum fuisse, ut partim ministerij imperitia, partim
ætatis huius uitio in multis aberraremus. Nunc uerò
eisdem criminationis huius occasionem sustulimus.
tum autem futurum erat, ut probris ipsos innumeris
obnoxios redderemus. Quotusquisque enim id non
fuisset conquestus? Pueris insipientibus res tam mi-
ras, tamq; magnas crediderunt. Deprauerūt dei opt.
gregem Ludicræ iam ac deridiculæ factæ sunt res
Christianæ. At uerò nūc quotquot ubique existunt
iniqui atq; improbi, sibiipsi os obturabunt: qui si
propter te ista protulerint, euestigiò eos re ipsa edo-
cebis, non oportere prudentiam ætate metiri, neque
senem canicie probare, neq; iuuenem arcendum ab
huiusmodi ministerio, sed neophytum nouitiumq;.
Maximum autem inter utrunque discrimen.

LIBER TERTIVS.

Tque quòd ad eam iniuriā pertinet, qua eos
A à me affectos fuisse dicis, qui me cohonestā-
runt, tum quòd nullo eos dehonestādi cōsi-
lio ab isto me honore subtraxeri: afferri quidē à no-
bis ea possent, quæ diximus. Cæterū quòd nullo etiā
fastidio, nulla contumacia ĩflati id fecerimus: idipsum
quoque nūc pro uiribus tibi planum facere admitar.

Etenim si nobis uel imperij militaris, uel regni etiam D
proposita fuisset optio, potuisset qs id meritò de me
suspicari, si modò eandem hanc sentētiam sequutus
fuissem, quam hic sequutus sum: seu uerius dicā, tum
sanè nos nullus fastidij ac contumaciæ insimulasset,
amentię uerò ac stultitiæ nemo nō damnasset. Sacer
dotij uerò optione proposita (quod quidē regno tā-
tò est excellentius, quātum spiritus & carnis interual
lum esse potest) sustinebit ne quisquàm contemptus,
ac fastidij nos accersere? Quī porrò id nō absurdum?
eos qui prouincias pusillas respuūt, ut deliros incusa-
re? eos uero qui hoc idem in maximè excellētibus fa
ctitant, liberare quidem amentiæ crimine, insolētiæ
autē, ac superbiæ reos agere? perinde quasi si quis eū,
qui boum armentum despiceret, armentarius esse re
cusans, animi quidē insolentia nequaquàm præditū
esse, mentis autē alienatione prorsus laborare crimi-
naretur: ei uerò, qui orbis uniuersi regnū deprecare-
tur, neque pateretur exercitum ubique terrarum in-
structorum imperium ad se deferri, pro amentiæ cri-
mine fastus iantū atq; insolentię crimen impingeret?
Sed non est ita, nō est ita. neq; certè nos magis q̄ seip E
sos incusant, qui ista afferunt. Nam uel cogitasse tan
tùm, fieri posse, ut tanta illa sacerdotij dignitas inge-
nio sit humano despicabilis: id uerò cōtra eos ipsos,
qui sermones huiusmodi usurpāt, iudicium argumē-
tumq; esse possit opinionis eius, quā iidem de re, qua
de agitur, concipiunt. nam nisi sacerdotium inter res
uiles modicię pretij ponerēt, ne ista quidem suspicio
se in animo ipsorum insinuasset. Cur enim de ange
lica dignitate nullus unquàm inuētus est, qui tale ali-
quid sustineret suspicari, ac pronunciare, humanum
ingenium præ fastu, ac contumacia ad naturæ angeli
cæ honorem, dignitatemq; non aspirare? Nempe ma
gna quidem ea sunt, quæ animo cōcipimus de pote-
statibus illis: atq; id ipsum uetat, ut credam⁹ licere ho
mini maiorem illa dignitatem animo cōcipere quo-
sit, ut consentaneū magis sit, si quis in illos, fastus ac
contumaciæ crimen id torqueat, quod in nos impin
gunt ipsi. neque enim id de aliis suspicati fuissent, nisi
rem ipsam pri⁹ damnassent, ac nihili æstimassent. Por
rò autem si id me dicent glorię atque ambitionis no
mine cōmisisse, iidē sibiipsi non constare, imò pugnā F
tia secum loqui aperte coarguentur. Neque enim ui-
deo quamnā aliam orationē quęsiuissent, si nos ina
nis gloriæ criminibus liberare uoluissent. Nam si in
animū fortè meū laudis amor huiusmodi inuasisset,
amplecti potius munus illud oportuit, q̄ auersari. qd
ita? Nempe quòd ea res magnæ nobis glorię, magno
honori futura fuisset. Hominē enim hoc ætatis, quiq;
idem haud ita pridē uitę huius curis se abdicasset, de
repentè in tātam hominū admirationē uenisse: ut iis
etiam, qui in laboribus huiusmodi omnem ætatē cō
sumpsissent, anteponeretur, & plura illis suffragia re-
portaret: id uerò neminem non attraxisset in magnā
aliquam, atque admirādam nostri opinionē: tum au
tē nobis passim uenerationē, illustremq; nominis hu
ius gloriam conciliasset: ubi me nūc, dęptis paucis, ec
clesiæ bona pars ne nomine quidem norunt. Quam
obrē ne omnibus quidē innotescęret deprecatū me
fuisse quod offerebatur: sed paucis qbusdā, quos pau
cos ne omnes quidem ipsos rē, ut se habet, rescisce re
opinor. Cōsentaneū enim est ex iis etiā cōplures, aut
existimare nullam prorsus de nobis electionē factā,
aut ab electione nos reiectos fuisse, tāquam nō satis

G idoneos uiſos. non etiã nos ultrò id functionis deui-
CHRY. taſſe. At uerò, inquit, quibus rei cõperta eſt ueritas,
demirabũtur. Atq; hoſ ipſos dixiſti ambitionis nobis
atq; inſolentiæ crimẽ impingere, undénã ergo laudẽ
ſperare licet? A multis? ſed neſciũt illi rẽ, ut ſe habet: at
à paucioribus? Verũ & hìc nobis res in contrariũ reci
dit. Neq; enim alio nomine huc itroiſti, q̃ ut edocere-
ris, qua aduersũ illos defenſione uti poſſes. Sed quor
ſum horũ gratia hìc tantopere diſceptamus? Quòd
enim, ſi uel omnibus res ea innotuiſſet, ne ſic qdẽ aut
inſolentes, aut ambitioſi iudicãdi eſſemus. pauliſp ſu
ſtineto, idq; apertè intelliges: Itemq; illud, quòd nõ iis
ſolũ q hoc audentię ſibi ſumũt, ſi modò quiſq; exiſtit
mortaliũ talis. nã exiſtere haudquaquã credo, ſed iis
etiã q id de aliis ſuſpicãtur, periculũ imminet nõ me-
diocre. Etenim ſacerdotiũ ipſum in terra quidẽ pera-
gitur, ſed in rerũ cœleſtiũ claſſem ordinemq; referen-
dum eſt. Atque id perq̃ meritò. quippe non mortalis
quiſquàm non angelus, nõ archangelus, nõ alia quę
uis creata potentia, ſed ipſe paracletus ordinẽ huiuſ-
modi diſpoſuit: qui mortalib⁹ hominibus etiamnũ i
H carne manẽtibus author fuit, ut angelorũ miniſteriũ
animo conciperent. Idcirco neceſſe eſt ſacerdotẽ ſic
eſſe purũ, ut ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes
illas uirtutes medius ſtaret. Terribilia nanq; atq; hor
rifica fuiſſe ferunt, quæ gratiæ tempus præceſſerunt:
quòd gen⁹ fuere, tintinnabula, mala punica, lapides pe
ctori ſacerdotis, itemq; alij humeris eiuſdem ſuperpo
ſiti, mitra, ſtrophium, ueſtis ad pedes uſque demiſſa,
lamina aurea, ſancta ſanctorũ, ingẽs intus quies, atq;
ſilentiũ. At uerò ſiquis ea, quę gratiæ tẽpus nobis ad
2. Co. 3. c uexit, examinet, terribilia atque horrifica quæ dixi, iu
dicabit eſſe admodũ leuia, ac quòd de lege à Paulo
dictum eſt. hìc demum uerum eſſe cõperiet, quãdoq
dẽ ne glorificatũ quidẽ fuit, quòd glorificatũ eſt in
hac parte, propter eminẽtem gloriã. Nã dum conſpi-
cis dominũ immolatũ, ſacerdotẽ ſacrificio incũben-
tem, ac preces fundentem, tum uerò turbam circũfu
ſam pretioſo illò ſanguine intingi ac rubefieri, etiã ne
te inter mortales ueſtari, atq; in terra conſiſtere cen-
ſes? an nõ potius eueſtigiò in cœlos trãsferreris? an nõ
carnis cogitationẽ omnẽ abiiciẽs nudo animo, men
I te pura circunſpicis quę in cœlo ſunt? ô miraculum, ô
dei benignitatem: qui cum patre ſurſum ſeder, in illo
ipſo tẽporis articulo, omniũ manibus pertractatur,
ac ſe ipſe tradit uolentibus ipſum excipere ac comple
cti. Fit autẽ id nullis præſtigiis, ſed apertis, ac circũſpi
ciẽtibus circunſiſtẽtium omnium oculis. Nũ tibi iſta
cõtemptu ac deſpectu digna eſſe uidetur? aut eiuſmo
di, ut poſſit quis cõtra ea attolli atq; inſurgere? Vis ne
& ſanctimoniæ iſtius excellentiam alio miraculo per
3. Re. 18. f ſpicere? Pontio ob oculos Heliã illum, prẽterea & inſi
nitam illam turbam circunſuſam, & ſacrificium lapi-
dibus ſuppoſitũ, tũ uerò reliquos omnes admodũ
quietos ac taciturnos, ſolùm autẽ prophetã pces ſun
dentem, ſecundũ id flammam derepẽtè è cœlo dela
bentẽ, ſacrificiumq; ipſum lãbẽtẽ: mira ſunt iſta profe
ctò, ac ſtupore omni plena. Ab illis ergo ſacris ad no
ſtratia ſacra te transfer: nec ea mira modò eſſe uide-
bis, ſed etiã omnẽ ſtuporẽ excedẽtia. Adeſt enĩ ſacer-
dos, nõ ignem geſtans ſed ſpiritũ ſanctum: is preces
diuturnas fũdit, nõ quò flãma cœlitus dilapſa, ſacra
appoſita abſumat: ſed ut gratia in ſacrificiũ influens,
per illud ipſum omniũ animos inflãmet, & puriores
reddat argẽto igni excocto, purgatoq;. Hoc ergo my
ſteriũ omnium maximè horrẽdũ, uerẽdumq; quis tã K
dem, qui inſanus idẽ minimè ſit, quiq; poteſtate nõ
exierit, faſtidire ac deſpicere poterit? Ignoras futurũ
nunq̃ fuiſſe, ut humanus animi captus ſacrificii ignẽ
illum ſuſtineret: ſed funditus oẽs tum fuiſſe interitu-
ros, niſi magnũ diuinæ gratiæ auxiliũ affuiſſet? Nã ſi
quis conſideret quantũ id ſit myſteriũ, ut is. ſ. qui hõ
ipſe ſit carne ac ſanguine etiamnũ cõſtans, iiſq; inuo-
lutus, beatæ atque immortali naturę illi fieri propior
queat: tum probè intelliget quanto ſacerdotes ho-
nore, quanta dignitate ſpiritus ſancti gratia dignata
fuerit. operantib. n. illis, tum ſacra hæc q̃ dico, initian
tur, perficiunturq;: tum etiam alia his nihilo inferio-
ra, quæ ipſa ad dignitatis ſalutiſq; noſtræ rationem
ſpectant. Etenim qui terrã incolunt atq; in ea uerſan
tur, iis commiſſum eſt ut ea q̃ in cœlis ſunt, diſpẽſent
iis datum eſt ut poteſtatẽ habeant, quã deus opt. ne Ma. 16. c
que angelis, neq; archangelis datã eſſe uoluit. neq;. n. 18. c
ad illos dictum eſt, Quæcunq; alligaueris in terra, e-
runt alligata & in cœlo: & quęcunq; ſolueris in terra,
erunt ſoluta & in cœlo. habent quidem & terreſtres
principes uinculi poteſtatẽ, uerũ corporum ſolũ. Id L
autem qđ dico ſacerdotũ uinculum ipſam etiã ani-
mã cõtingit, atq; ad cœlos uſq; peruadit: uſqueadeo
ut quęcunq; infernè ſacerdotes conſecerint, illa eadẽ
deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiã do-
minus cõfirmet. Etenim quidnam hoc aliud eſſe di-
cas, niſi oẽm rerum cœleſtium poteſtatẽ illis à deo Ioã. 20. f
conceſſã? Quotũcunq; enim, ait, peccata retinueritis, Ibid. 5. d
retẽta ſunt. Quẽnã, obſecro, poteſtas hac una maior
eſſe queat: Pater omnifariã filio poteſtatẽ dedit. cæte
rùm uideo ipſam eandẽ omnifariã poteſtatẽ à filio Mat. 13. d
illis traditam. Nam quaſi iam in cœlum trãslati, ac ſu
pra humnam naturam poſiti, atq; noſtris ab affecti-
bus exempti, ſic illi ad principatũ iſtũ perducti ſunt.
Qui multa? Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorẽ
hunc detulerit, ut poteſtatem habeat quoſcũque ue
lit in carcerem coniiciẽdi, eoſdẽmque rurſus laxãdi:
beatus ille & admirãdus iudicio omniũ fuerit. at ue-
rò qui à deo tanto maiorem accepit poteſtatẽ, quã-
tò cœlum terra pretioſius eſt, quãtò etiã animæ cor
poribus præſtant: hic uilem eouſque dignitatẽ acce-
piſſe nonnullis uideri debet, ut uel in illorum cogita-
tionem deſcendere queat, reperiri quandoque poſſe
M unum aliquẽ ex eorum numero, quibus tãta illa quę
paulò antè dixi, fuerint à deo concredita, cui ipſi mu
nus ſuum ſordeſcat, quique donũ ſibi à deo datũ de-
ſpiciat? Procul, procul hinc faceſſat huiuſmodi inſa-
nia. Inſania enim manifeſtaria, deſpicere tantum iſtũ
principatũ, ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorũ Ioan. 3. d
bonorum compotes fieri poſſumus. Nã ſi nõ poteſt
quis in regnum cœlorũ ingredi, niſi per aquam & ſpi Ibid. 6. f
ritum regeneratus fuerit: &, Qui nõ manducat carnẽ
domini, & ſanguinem eius non bibit, æterna uita pri-
uatur, omnia autem hæc haud aliter quàm per ſacro
ſanctas illas manus perficiuntur, mànus inquam ſa-
cerdotum: qui fiet ut citra illarum opem aut gehen-
nę ignem euitare quis poſſit, aut repoſitę in cœlo co
ronę præmia aſſequi? Hi enim ſunt, hi ſunt, inquam, q
bus tum concreditæ ſunt ſpirituales parturigines, tũ
etiã baptiſmatis partus à deo eſt commiſſus. per hos
ipſos Chriſtum induimus, unà cũ dei filio ſepelimur:
beatæ carnis illius mẽbra efficimur. quo nomie ſacer
dotes meritò nõ modò plus uereri debemus, quã uel
principes uel reges, uerùm etiam maiori honore q̃ pa

A rẽtes proprios honeſtare. Hi. n. ex ſanguinib. & uo
lũtate carnis nos genuerũt: illi uerò authores no-
bis ſunt natiuitatis ei⁹ quã à deo habem⁹, beatę re-
generatiõis illi⁹, libertatis ueræ, atq; adeò adoptio
nis ei⁹, qua nos p gratiã filij dei ſum⁹ effecti. Corpo
ris leprã purgare, ſeu ueri⁹ dicã, haud purgare qdẽ,
ſed purgatos probare, Iudæorũ ſacedotib. ſolis li-
cebat: neq; neſcis quãta cũ ambitiõe quãto cũ ſtu
dio, ac cõcertatiõe ſacerdotalis dignitas id tẽporis
acqreretur. At uerò noſtris ſacerdotib. non corpo-
ris leprã, uerũ aiæ ſordes, nõ dico purgatas proba-
re, ſed purgare prorſus cõceſſum eſt, quare iudicio
Nume. 16 qdẽ meo q iſtos deſpiciũt, cõtẽnuntq;, multò ſcele
a. b ratiores, ac maiori ſupplicio digni fuerint, q̃ fuerit
Dathan, unà cũ ſuis oĩb. Illi. n. tametſi principatũ
ad ſe non ſpectantẽ ſibi uẽdicabãt, tamẽ mirã quã
dam de eo principatu opinionẽ aĩo cõceperãt. Id
qđ declarauit ingens rei concupitæ ſtudiũ. Hi autẽ
tũ quũ iã ſacerdotalis honos incrementum, orna-
tũ, præſtantiam magnã accepit, contrà q̃ illi: ſed ta
B men multò maiora audẽt. Neq;. n. perinde eſt ad de
ſpiciẽtiæ rationẽ ſubducẽdã, honorẽ aliquẽ indebi-
tũ appetere, & tot, tantaq; bona faſtidire: uerũ fa
cinus hoc tantò eſt illo grauius, quantò inter ſe diſ
ſidẽt interuallo faſtidiũ, & admiratio. qs ergo tã in
fœlici genio nat⁹, ut tot tãtaq; bona faſtidiat? Eqdẽ
neminẽ exiſtere talẽ dixeri, niſi ſi qs furiarũ œſtro
pcitus ſit. Sed. n. eò iã ſe oratio noſtra referat, unde
digreſſa eſt. Neq;. n. in puniendo ſolũ, ſed & in bene
merendo maiorẽ deus poteſtatẽ ſacerdotibus lar-
gitus eſt, q̃ naturalibus noſtris parentibus: quos in
ter utrosq; tantũ eſt ſanè interiectũ internallũ, quã
tũ uitã inter pſentem, & æternã. Parentes. n. nos in
præſentẽ, ſacerdotes in uitã æternã generant. Atq;
illi certè ne corporalẽ quidẽ interitũ à liberis amo
liri poſſunt, neq; ingruẽtũ morbũ propulſare: quũ
hi laborantẽ ac morti iãiã propinquã animã iden
tidẽ ſeruarint, aliis remiſſiorępœnã iffligẽtes: alios
prorſus labi non permittentes, nõ doctrinæ ſolũ,
Iac. ult. c atq; cõmonitionis, ſed etiã precũ præſidio. neq;. n.
ſolũ quũ nos regenerãt, ſed poſtea etiã cõdonãdo-
rũ nobis peccatorũ facultatẽ obtinẽt. Infirmatur
C inq̃t, inter uos aliqs, accerſat presbyteros eccl'iæ, &
orent ſuper eũ ungentes eũ oleo in noĩe domini,
& obſecratio fidei ſaluũ reddet laborãtẽ, & eriget
eũ dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittẽtur ei. lã
uerò naturales parentes, ſi quos eorũ liberi princi
pes, magnatéſue offenderint, opẽ certè illis nullã
afferre poſſunt, quũ ſacerdotes non principes, non
reges, ſed ipſum deum nobis infenſum ſæpenume-
ro conciliẽt. Nos igitur ſuſtinebit ne adhuc qs q̃ fa
ſtidij atq; arrogantiæ reos agere? Eqdẽ ex ijs q̃ à me
dicta ſunt, auditorũ mentes tãta puto religione oc
cupatas, ut non iã eos q fugiũt, ſed eos q per ſe acce
dũt, honorẽq; iſtũ ultro ſibi ambiũt, contumacię,
temeritatis, atq; audacię accuſent. Nã ſi uſiuenit ut
qb. ciuitatũ principatus cõcreditus ẽ, ij niſi ualde
prudẽtes pariter ac uigilãtes fuerint, tũ ciuitates ip
ſas euertãt, tũ ſeipſos perditũ eant: quãta illũ uirtu
te non ſua tantũ unius, ſed & cœleſti pditũ eſſe cõ
uenit, cui ſorte obtigit, ut xpi ſpoſam colat, ornetq;
ſi modò peccãdi occaſionẽ uitare is uelit. xpm ne-
mo eſt q Paulo uehemẽti⁹ dilexerit, nemo q apud
deũ gratioſior q̃ Paul⁹ fuerit: tamẽ poſt tot pmiſ
gia à deo accepta ueretur adhuc ac tremit, princi-
patus iſtius ſubditorũq; ſuorũ gratia. Metuo. n. in- D
quit, ne qua fiat, ut quẽadmodũ ſerpẽs. Heuã dece 2 Co. 11 a
pit uerſutia ſua, ita corrũpãtur ſenſus ueſtri à ſim- et Ge. 3. a
plicitate q̃ erat i nobis erga xpm. ac rurſus: In timo 1. Co. 2. a
re ac tremore multo uobiſcũ uerſatus ſũ. Atq; hęc 2 Cor. 12.
qdẽ dicit homo is, cui à deo datũ fuit, ut in tertiũ a.
uſq; cœlũ raperetur, ac diuinorũ arcanorũ parti-
ceps fieret: q idẽ totidẽ, ut ſic dixerim, mortes ptu-
lit, quot ipſe dies poſt fidẽ xpo datã uixit: q Itẽ idẽ,
ne conceſſa qdẽ à deo poteſtate utendũ ſibi ubiq;
iudicauit, ut ne qs eorũ q fidem ſuam xpo obſtrin
xiſſent, offenderetur. Si igitur Paulus dei mandata
ſic obſeruans, ut maiora etiã quã ipſi à deo iniun-
cta fuiſſent, pſtaret nunq̃ ſuo ipſius, ſed ſubditorũ
tantũ cõmodo ſtudẽs, ſic ubiq; formidauit, magi-
ſtratus ſui molẽ expẽdẽs: qd faciemus ipſi, q multi
ubiq; ſumus in q̃rẽdis, q̃ noſtra ſunt? q xpi mãdata
Pauli exẽplo nõ ſolũ nõ ſuperamus, ſed ea maiori
quidẽ ex parte trãſgredimur? Quis infirmatur, inqt 2. Co. 11. ζ
ille, & ego nõ infirmor? quis offenditur, & ego no
uror? Eiuſcemodi ſanè couenit, ſacerdotẽ eſſe: qui-
nimo nõ eiuſcemodi tãtũ: parua. n. ſunt iſta, ac cer
tè nulla p eo, qđ ipſe, ſum dicturus. hoc aũt qđnam E
eſſe poteſt? Optarim, inqt, anathema eſſe à xpo pro Rom. 9. a
fratribus meis, pro cognatis meis ſecundũ carnẽ,
quòd ſi quis exiſtit, qui uocẽ hanc obſecrãs enũcia
re poſuit, is demũ dignus qdẽ eſt, q ſi oblatũ epiſco
pi munus detrectet, inſimuletur: ſin à Pauli uirtuti
bus illis pari nobiſcũ interuallo diſtat, is nimirum
odiũ, ac uituperationẽ meretur, quũ mun⁹ idẽ de-
latũ amplectitur, nõ quũ detrectat. Neq;. n. propoſi
ta militaris dignitatis electione, ſi ij qb. prouincia
ea demandata foret, fabro ærario, aut cerdoni, aut
cuipiã id gen⁹ opificũ in mediũ tracto, hon orẽ hu
iuſmodi ad illũ deferrent, laudarẽt utiq; miſeri ac
ſtolidi illius conſiliũ, q oblatũ munus nõ ſtatim
detrectaret, nihilq; nõ faceret, ut ne ſe ipſe in pſens
cõiiceret periculũ. Nã ſi id unũ ſatis ſit, paſtorẽ ſim-
pliciter uocari, & prouincia iſta utcũq; defũgi, nec
ullũ prorſus idẽ periculũ exoriri poſſit: eqdem nihil
moror quin me, qſqs uolet, inanis gl'iæ ſtudioſum
appellet: ſin uero rara prudẽtia, rara itẽ à deo opt.
data gratia, q̃ prudentiã ẽt ipſam pcedat, pterea ſi
morũ integritate, ſi uitę puritate, deniq; ſi maiori q̃
pro humano captu uirtute pditũ eũ eſſe oportet, q F
adminiſtrationis iſtius curã in ſe ſuſcipit, ne me ue
nia priuatũ p te uelis, ſi fruſtra ac temerè uitę mihi
meæ exitiũ accerſere noluerim. Etenim ſi nauẽ qs
agẽs ampliſsimã, & q̃ decẽ milia põdo ferat, quæq;
eadẽ remigib. ſuis ſit inſtructa, ac ſumptuoſarum
merciũ pondere onerata, me illius gubernaculo p
fectũ iuberet Aegeũ Tyrrenũ ue mare traiicere, ni-
mirũ fieret, ut ad primã ſtatim auditionẽ mãdatũ
id detrectarẽ: ac me ſi qs interrogaret. Quid ita? ne
nauẽ ſubmẽrgã, utiq; reſpondere. Itáne igitur, ubi
pecuniæ tantũ iactura ſubeſt, nec niſi corporis in
terit⁹ piclitatur, nemo eſt q incuſet, reprehẽdatque
ſiqs magna cautione prouidẽtiaq; hic utatur: ubi
autẽ nauẽ frangẽtib. non in hoc uel illud pelagus,
ſed in ignis æterni abyſsũ corruẽdũ eſt: ubi itẽ eoſ
dẽ nauſragos interitus manet, nũ q corpus ab ani-
ma dirimit, ſed q animã ipſam unà cum corpore
in ſempiternũ exigit ſuppliciũ: hic mihi uos ſuccẽ
ſebitis? hic mihi odiũ, inimicitiasq; pręferetis, ſi me
ipſe temerè in tantã non coniecerim pernicię? Ne,

G obſecro atq; obteſtor, cõmittere id uelitis. Noui profectò animi huius uires q̃ ſint infirmę atq; exiguę, noui quãta ſit functionis illius moles, noui q̃ ingens, negotii ipſius difficultas. Fluctus enim epiſcopi animũ concutientes, uentis mare identidẽ conturbantibus, crebriores, infeſtioresq; eſſe ſolent. Ac primùm quidẽ omnium occurrit peſtilẽtiſſimus manis glorię ſcopulus: lõge ijs infelicior, quos poetę prodigioſe effingũt. Hunc tametſi cõpluribus licuit ſaluis præternauigare, atq; incolumibus effugere: mihi tamen ſic moleſtus eſt, ut ne nũc quidem cũ nulla me in uoraginẽ illam impellit neceſsitas, facere poſsim ut proꝛſus hac noxa uacẽ. Quòd mihi ſiquis prouinciã magiſtratus iſtius imponat, quid aliud q̃ manibus his poſt tergũ tantũ nõ reuinctis, beluis ſcopulũ illum inſidentib⁹, in dies ſingulos lacerandũ me tradat? beluę uero quę nã tandem illę? Animi tũ citatio, tũ remiſsio, inuidentia, cõtentio, calumnię, excandeſcẽtię in minime noxios, delectationes natæ ex miniſterio ineptę atq; indecenter ab alijs adminiſtrato, dolor ſi cui fortè muneris ſui functio proſpere ceſſerit, laudũ appetẽtia, ho
H noris deſiderũ: quod ipſum in primis hominis animum præcipitem ferri cogit: doctrina uoluptatẽ: non etiam utilitatẽ captãs: illiberales adulatiões, palpationes mi n me generoſę, pauperũ deſpiciẽtię, diuitiũ cultus, honores nulla ratione impenſi: gratiarũ, munerumq; largitiones dãnoſę, periculũ parientes tã largientibus, q̃ accipientibus: timor ſeruilis, ac nõ niſi peſsimis quibuſque mancipijs cõueniens: fiducię interitus: modeſtiæ animi ſpecies qdẽ multa, ueritas aũt nulla: coarguendi, atq; increpandi procul reiecta facultas, ſeu ut uere dicã, contra inopes increpatio modũ nullum ſeruãs: at contra eos, qui potẽtia aliqua pręditi ſunt, ne didu cere quidem labia quisq; audet. Has.n. omnes atq; his longe etiam plures feras noxias ſcopulus ille nutrit: à quibus quidẽ homines ſemel captos in tãtã profectò ſeruitutem diſtrahi neceſſe eſt, ut ſæpe etiã pleraq; dũ mulieribus placere, atq; obſecũdare ſtudent, neceſſario cõmittant, q̃ ne eloqui quidẽ honeſtũ. Eas quidẽ diuina lex ab hoc miniſterio remotas eſſe uoluit. Illæ uero ui facta intro irrumpunt: q̃ quandoquidẽ per ſe nihil ipſę poſſunt, per alios omnia factitant, ac tantã
I ſibi uendicãt poteſtatẽ, ut quoſcunq; illæ epiſcopos uelint, & adlegent & ſubmoueãt. Fitq; tandẽ per eas, ut quod eſt in ueteri prouerbio, ſurſum ac deorſum ſeſe habeant res, ac principes ſuos ſubditi ipſi regant. atq; utinã id tantũ uiri factitarent, non ẽt eæ, quibus ne docere quidẽ permiſſum eſt. Sed quid dico, docere? certe ne in eccleſia quidẽ fari illis beatus Paulus p-
1.C.14.g miſit. At memini ſanè ex quodã me audire, quòd & tã tã ipſis impertiſſet libertatẽ, ut & eccleſiarũ præſides obiurgarent, illoſq; acerbius inceſſerent, q̃ ſerui à dominis ſuis inceſſantur. Cæterũ nolim, ut quisq̃ exiſtimet epiſcopos oẽis à me criminũ eorũ, q̃ dixi reos factos. ſunt.n. ſunt inquam permulti, q ſeſe ab iis retib. probẽ extricarunt: atq; adeò plures iis, q ſe capi atq; intra ea inuolui paſſi ſunt. neq; tamẽ ob id ſacerdotalem ipſam dignitatem malorũ iſtorũ authorem fecerim. Abſit.n. tanta à me inſania. neq; n ferrum, cędis, neque uinum, ebrietatis: neq; robur, contumeliæ: neque fortitudinem, inconſideratę audacię: ſed eos potius qui præterquàm deceat donis à deo datis abutuntur, quiſquis ſana mente fuerit authores eſſe dicet punietq;, quandoquidem & ſacerdotiũ meritò nobiſcum expoſtulare poſſit, ſi ſe non ritè atque ordine pertractemus, adminiſtremusq;, neque enim illi acceK pta ferre debemus mala ea, quę dixi, ſed nobis potiꝰ qui illud idem, quãtũ in nobis fuit, conſpurcauimus, atque coinquinauimus, hominibꝰ quibuslibet illius adminiſtrationẽ in manũ tradẽtes: qui quidẽ neque uiribus ſuis ipſorũ prius cõſultis, neq; conſiderata rei magnitudine, obuijs ſtatim ulnis munus oblatũ amplectuntur. cum autem eo uentum eſt ut negotiorũ functioni manus admoueãt, nimirũ inſcitiæ caligine occupati, calamitatibus infinitis populos fidei ſuę cõ creditos replẽt. Hoc ipſum, hoc ipſum certe eſt quod noſtra ętate propemodũ accidiſſe uidimus, niſi nos repẽte deꝰ è periculis illis aſſeruiſſet, partim ſuę eccleſię, partim aiarum noſtrarũ ſaluti culpã eam condonans. Alioqui undénam, q̃ſo, exiſtimas tam multas in eccleſiis turbas naſci: Equidẽ non aliunde opinor, q̃ ex epiſcoporũ, antiſtitumq; electionibus caſu potius ac temere, q̃ diligenter atq; accurate factis. Nã caput ualẽtiſſimũ quidẽ eſſe oportet, ut prauas exhalationes ab inferiori reliqui corporis parte ſurſum aſcendentes diſpenſare, eaſdemq; rltè, atq; ordine cõponere poſsit. quum.n. per ſe caput infirmũ eſt, ac ſumorum inſultus illos morbificos repellere minimè potens: tum fit ut ipſum ẽt infirmius in dies reddatur, tum autem reliquum corpus ſecum perdat. Id qđ ut ne in p̃ſentia accideret, uoluit deus, ut nos in loco & numero pedeſtri, quem ſors noſtra initiò tulerat, per maneremus. Multa.n. alia ſunt Baſili, præter ea quæ iam à nobis dicta ſunt, q̃ ſacerdotem pręſtare oportet, ac quæ certè in nobis non agnoſcimus. Inter q̃ illud pręcipuum, Sacerdotis aĩum honoris illius deliderio undiq; uacare oportet. Nã ſi ad eũ principatũ adipiſcendum uehementi animi affectu rapietur, eo adepto impotentiorẽ ſanè ambitionis ſuę flammam incendet, ac ui tandem captus ut ſibi adeptum honorem ſtabiliat, nulli non peccato ſeruiet, ſeu adulãdum, ſeu ſeruile quid, atq; indignum ſuſtinendũ, ſeu
M res magno pecuniæ ſumptu tentanda. Nã quòd non nulli cædib. eccleſias cõpleuerint, contaminarintq;: tum eius honoris gratia depugnantes ciuitates aliquot funditus euerterint, dicere hic p̃termitto: ne qbuſdam uidear ea in medium afferre, q̃ fide maiora ſint. Oportere autem puto tanta cũ religione, ac cautione ad rem ipſam accedere, ut illius molem, magnitudinemq; primũ proꝛſus detrectes: deinde adepto honore aliorum iudicia ſententiasq; non expectes, ſi quod fortè cõmiſſum deprehẽdatur, pp quod oportet te honorem illum deponere: quin potius illis anteuertens te ipſe munere abdices. Sic.n. par eſt ut diuinam concilies, impetresq; miſericordiam: qui ſi tibi honorem illum præter decorum tanq̃ mordicus retinere ſtudueris, indignus es, qui ueniam conſequaris: tum uerò diuinam iram magis ac magis incẽdis, altero peccato, & eo grauiore per te addito. At uerò conſtantiã hanc præſtare nullus ualeat, tã peſtilens, tamq; letale eſt appetentiæ iſtius uirus, neq; id dico, cum B. Paulo pugnare uolens, quinimo ut maximè cum illius uerbis conſentiã. Ea uerò cuiuſmodi ſunt? 1.Ti.3
Siqs epiſcopi munus appetit, honeſtum opus deſiderat. At ego non operis ipſius, ſed dominatiõis, ac potentię deſideriũ peſtilens eſſe dixi. Atq; hoc ego dſiderium ſic toto ſtudio ab animo abiiciẽdum eſſe cẽſeo, ut ne animum quidem ipſum proꝛſus permittas ab illo occupari, ut is rerum omnium liberè agendarum poteſtatem habeat. Nam quem nulla cupiditas

trahit,

A trahit, ut ſeſe in eo munere collocatũ oſtenter, ac tanquam digito ab alijs monſtretur, is certe ab eo ſolio deturbari nõ formidat. Porrò aũt qui id non formidat, hic cũ ea libertate quæ chriſtianas mentes decer, omnia exeq potuerit. dura enim & acerba atq; adeo multis refeita incõmodis illorum eſt ſeruitus, qui honoris huiuſmodi caſum reformidant: ob quẽ ſępenumero fit, ut & hominũ & dei optimi offenſionẽ ſubire cogantur: decet aũt affectus noſtros tales nõ eſſe. Sed quẽadmodũ in prælijs uidemus generoſiſsimos quoſq; milites alacriter manum cum hoſte cõſerere, tum ſi ita res ferat, fortiter occũbere: ita oportere puto animatos eſſe qui ad miniſterij iſtius functionem ſe cõferunt, ut qđ uere chriſtianos uiros decet, & conſecrari & ſubmoueri iuxta parati ſint: quũ intelligant ſubmotionẽ priuationémq; huiuſmodi non inferius præmiũ afferre ſolere, q̃ honor ipſe afferat. Nam quoties tale aliquid cuipiã euenerit, ea ferre nolenti, quæ indecora, ac muneris ſui dignitati minime conuenientia putat: fit ut & illis, qui ipſum iniuſte ſubmouerint, grauius ſupplicium, & ſibi copioſiorẽ mercedem paret. Beati enim, inqt, eſtis, quũ probra iecerint in uos,
Mat.5.a & inſectati fuerint, & dixerint omne malũ uerbũ aduerſum uos, mẽtientes, propter me: gaudete & exul-
B tate, quoniã merces ueſtra multa eſt in cœlis. & hæc certe ipſa tanto magis locũ habent, quoties à ſocijs ac conuictoribus, aut per inuidiã, aut dũ aliis placere illi ſtudent, aut per ſimultatẽ, atq; inimicitias iniuſte qs loco ſuo depellitur. nã quoties id te ab aduerſarijs pati contigerit, ne oratione quidẽ opus eſſe puto ad lucrũ id demonſtrandum, qđ illi malitia ſua tibi acquirunt. Illud igitur oportet undiq; circũſpicere, ac diligenter p̃ſcrutari: necubi deſiderij illius ſcintilla aliqua ardens lateat. Præclare.n. actum fuerit, uel cũ eis qui iam inde ab initio ab hoc morbo liberos ſeſe eſſe ſtudẽt, ſi ad honorẽ iſtum quũ peruenerint, tũ demum effugere morbũ eum poſsint, quòd ſiquis exiſtet qui honore illo nondũ adepto atrocẽ hanc atq; efferam beluã ſecum enutriat, uerbis aſſeq non poſsim in q̃tam perniciẽ accepto honore præceps iturus ſit. Nos aũt (ac ne me rerũ noſtrarũ eleuandarum ſtudio hic apud te falſa loquelle putes) cupiditatis, deſideriique iſtius morbo uehemẽter laboramus: quæ res unà cũ
C alijs omnibus nõ parum nos exterruit, atq; in fugam hanc uertit. Nã quemadmodum qui corporũ amore capti ſunt, ij donec propiquos eos habẽt, quos amãt, grauius quidẽ morbi ſui tormentum uimq; ſuſtinẽt: quum autem quã longiſsime ſeſe ab illorum cõſpectu abduxerint, tum furorem ipſum ab animo excutiunt: ſic & qui honoris iſtius, quem dico, cupiditate titillantur, dum propius adſunt, malo ferendo impares ſunt: quũ autem ſeſe illic ſubmouerint, honorẽq; deſperauerint: ſit ut deſiderium unà cũ expectatione extinguant. Porrò una hæc cauſa non mediocris eſt, quę ut ſola exiſtat, tamẽ idonea fuerit, quę nos à munere iſto arceat. Verũ & alia quædam ſubeſt hac ipſa
1.Tim.3a nequaquam inferior. Quęnã tandem ea eſt? Sobrium modeſtúmq; epiſcopũ eſſe oportet: eundémq; perſpicacem, atq; innumeros quoquouerſus oculos circũferre: quippe qui non ſibi uni tantũ, ſed & tam multis uiuat populis. Cæterũ quòd nos ſegnes ſimus ac remiſsi, ac uix noſtræ ipſorum ſaluti ſufficientes, uel tute fateare, qui amoris abundãtia quadã, uitia, ſiqua in nobis ſunt, diſsimulare ſtudes. Abſit enim ut mihi hic iactes uel ieiunia, uel noctes inſomnes, uel corpus humi decubare aſſuetum, uel ſiqua alia eſt corporis D indurati afflictio. Nã tibi ſatis innotuit quantum ab his uirtutibus abſimus, quas ut nos ẽt exacte, atque abſolute præſtiterimus, ne ſic quidẽ poſſent cum huius animi ſegnitie coniunctæ nobis ad præfecturæ illius quã dico adminiſtrationẽ ob eundã pręſidij quicquam afferre. Homini.n. in cubiculum aliquod incluſo, tũ de ſuis tantũ rebus ſolicito, magnũ res eæ adiumentũ afferre poſsint. Ei uero, qui in tot populos ſciſſus eſt, curas ſolicitudinésq; ſuas in ſubditos ſuos ſingulos partiens, nõ uideo qd idonei adiumenti ad illorum profectũ conferre queant', niſi idẽ acrẽ, fortiſsimúmq; animũ nactus ſit. Neq; ſanè mirũ tibi eſſe debet ſi unà cũ tanta tolerantia, alia quadã fortitudine epiſcopi animũ ſpectatũ eſſe uolo. Nã cibũ, potum, ſtratũ item molle contẽnere, multis ne labori 'qdem id eſſe, uidemus, iis p̃ſertim qui natura agreſtiores per ætatis uigorẽ ita ſunt educati: ac multis itẽ aliis: alias corporis habitudine, aliãs ipſa ẽt aſſuetudine laborũ illorum aſperitatẽ molliente, mitigãtéq;. At contumeliam, uim, incõmodum, moleſtũ aliqd uerbũ, tũ uero ſcõmata ab inferioribus nõnunq̃ leuiter, atq; impræmeditate, nonnunq̃ ẽt reddendo iure cõtorta. Prę
E terea & querelas temere ac nulla cauſatũ à principibus, tũ à ſubditis natas, nõ multorum eſt ferre poſſe, ſed unius tantũ & alterius. Ac uidere ſanè eſt eos qui animi uirtutibus illis plurimũ poſſunt, ad hęc ipſa tanta ueluti animi uertigine laborare, ut uel imaniſsimis beluis facilius exaſperentur. Huiuſmodi aut ingenio pręditi homines ab epiſcopatus cãcellis, à ſacerdotij claſtris procul arcẽdi ſunt. Nã epiſcopum inedia minime cruciari, extenuari'ue, tũ eundem nudis pedibus non ingredi: id certe nihil incõmodabit eccleſiæ uniuerſitati: at uero agreſtioris animi ferocitas, furórq;, tũ domino poſſeſſoriq; ſuo, tum ẽt proximo ingentium calamitatum author ſæpe fuit. Atq; iis qdem, qui uirtutes illas nõ præſtant, nulla à deo cõminatio: at temere excãdeſcentibus gehennam ac gehẽnæ flammam
Matt.5.c æternam deus cõminatus eſt. Ac quẽadmodum ſit, ut qui inanis glorię titillatione mouetur, ſiquãdo populi principatum obtineat, materiã igni accenſo ſuppeditet: ſic qui ſolitudini aſſuetus, ne in paucorũ quidem hominum conſuetudine, animi ſui iræ imperare non poteſt, quinímo perfacile ab ea tranſuerſus agitur: huic ſi populare magiſtratum credas: inſtar feræ alicuius à multis undiq; extimulatæ, neq; quieto unquam animo eſſe queat, & cõmiſſos ſibi populos in
F infinita mala, atq; incõmoda diſtrahat. Nihil enim ſic ingenii perſpicuitatẽ, nihil ſic mentis aciẽ hebetat, ut ira nullũ ordinẽ ſeruans, ab animi impotentis impetu nata. Ira enim, inquit ille, & prudentes perdit: quaſi enim in nocturna pugna aliqua obtenebratus animi oculus, nõ internoſcit amicos ab aduerſarijs, neque ignobiles à claris, ſed omnes ſimul uno loco habet: & ſi iactura ẽt aliqua, calamitásq; ſubeunda ſit, omnia perfert, ut animi uoluptatẽ impleat ſatiétq;. Eſt enim etiam quædã uoluptas, iræ excãdeſcentia: cuius tyrãnis humanũ animum ubi poſſedit, uoluptatis tyrãni de crudelior truculẽtiórq; eſt, uniuerſum illius ſtatũ, ſurſum ac deorſum cõturbans, incolumitatémq; excarnificãs: nã & ad arrogantiã, faſtúmq; facile impellit, & ſimultates intẽpeſtiuas, & odiũ nulla rõne ſubortũ, & offenſiões leuiter ac temere natas aſsidue parat: & multa id genus alia, tũ uerbis, tũ factis ui aggreditur: quum animus interim clam uehementi mor-

G bi illius flatu raptus, non habeat ubi ſuam uim affirmans tãto impetu reſiſtat. Tum Baſilius: Ego uero te, inquit, nõ amplius diſſimulantem hic patiar, quis enim neſcit quantũ ab hoc morbo ſis alienus? Cur me igitur, inquã, ô bone uis flammæ atq; incẽdio admotum eſſe? cur beluã quieſcentẽ iritare pergis? ignoras id nobis non noſtra uirtute ſucceſsiſſe, ſed potius ex ſolitariæ ac quietæ tantùm uitæ cultu, ac ſtudio? cũ eo aũt qui ad animi morbũ huiuſmodi propẽſior ſit, præclare ſanè actum fuerit, ſi ſolitariã uitã ſequutus uniuſq; & alterius amici uſu delectatus, poſsit excandeſcentiæ incendiũ illud deuitare: ut ne dicam cogi illũ alioqui in tam multarum curarum altiſsimum pelagus præcipitem ruere. Tũ enim non ſe ſolum, ſed & alios complures ſecũ ad interitus præcipitium, pertrahit, reddit q; minus animatos ad humanitatis facilitatis q; ſtudia excolenda: quando ſic natura comparatum eſſe uidemus, ut ſubditorum multitudo magna quidẽ ex pte principium ſuorum mores tãquam exemplarem quãdam imaginẽ ſpectent, ſeq; ad illos formare ſtudeant. Quî ergo fieri poſsit, ut illorum tumores, & inflãmationes ſedet is qui ipſe intumeſcat? H quis uero plebeius uir concupiſcat ſtat im temperans moderatus q; fieri, principẽ intuitus iracũdum? Nec; enim poſſunt epiſcoporũ uitia diſſimulari, ſed uel parua atq; exigua confeſtim manifeſta fiunt. Quando & athleta tantiſper dũ domi ſe continet, cũ nemine manus conſerens, imbecillitatem infirmitatem q; ſuã occultare aliis poteſt: ubi uero nudato corpore in arenam decertaturus deſcẽderit, tũ facile apparet. quid ille poſsit: Eadem rõne qui priuatam hãc & quietã uitam uiuunt homines, ſolitudinẽ habent ſuorum uitiorum tanq; uelamen quoddã: iidem rurſus quum in medium prodierint, ſolitudinem illam, ſic ut ueſtem exuere, ac per externos aduentitios q; motus, ſuos animos omnibus nudos exhibere cogũtur. Quẽadmodũ ergo illorũ officia rectiq; mores multis uſui ſunt, accenduntq; ad ſtudij æmulationẽ eiuſdem, ita & uitia ad uirtutis cultũ ſegniores reddunt, præſtántq; ut cæterorũ animi ad bonorum opum labores capeſſendos torpeſcant. quãobrem ſacerdotis animi pulchritudinẽ undiq; ſplendeſcere oportet, ut oblectare pariter & illuſtrare poſsit eorũ animos, qui ſuos in illum oculos conijciunt. Nã uulgarium hominum delicta, I ueluti in tenebris cõmiſſa, authores ſuos ſolos pdũt. Cæterũ hominis illuſtris, & uulgo cogniti delictum cõmune oĩbus damnum adfert: cũ eos, qui ad uirtutis capeſſendæ ſudores remiſsi ſint, ſupiniores etiam num reddens: tum eos, qui ſibi ipſis attendere, ac uirtuti acquirẽdæ aduigilare uolunt, ad deſperationem extimulãs. Præterea ignobiliũ delicta ſi in mediũ prodierint, neminẽ inſigniter uulnerant: atqui in iſtius dignitatis faſtigio poſiti ſunt, primũ nemini nõ noti manifeſtiq; ſunt, tũ uero ſi uel tantillũ peccauerint, parua eorum peccata alijs magna uidentur: neq; enim peccati magnitudine, ſed peccantis potius dignitate peccatum plæriq; omnes metiũtur. Ac certè epiſcopum conuenit & ſtudio acri, & perpetua uitæ continentia tanquam adamantinis armis circũſeptum, quoquouerſus circũſpicere, necubi nudo quis aut neglecto loco dẽphenſo letale uulnus adferat. Circũſiſtunt enim cæteri parati ut uulnerent, ac ſi liceat ſupplãtent: neq; ij ex hoſtium atq; aduerſariorũ numero, ſed ex iis, qui ſe amicos eſſe adſimulant. Epiſcoporũ ergo animi ta

Daniel.3.c les eligantur, qualia olim in Babylonia fornace ſanctorum illorum corpora diuinæ gratiæ largitas exhibuit. K Neq; n. in ignis eius, qui epiſcoporũ aĩos depaſcit, alimẽta ſunt ſarmentum, pix, ſtupa: ſed alia quædam his longe infeſtiora: quãdo ne ignis qdem ſenſibile illud elementũ hic ſubſternitur, ſed pro igne epiſcopum circũlambit uoraciſsima inuidiæ flãma, undiq; ſe attollẽs, atq; adeo uitã illius ac mores altius ſubiens, ſcrutãs, probans, quã ignis ille Babylonius puerorũ illorum corpa probauerit. Quoties igitur reperit uel tenue aliqd ſtipulæ ueſtigiũ, celeriter admota partẽ illam debilẽ, ac uitiatã exurit: tũ uero reliquam ſtructurã, ut ea ſolaribus radijs radiãtior lucidiórque fuerit, ſumo illo iuoluit, totãq; denigrat: quãdiu enim ſacerdotis uita pulchre partibus ex oĩbus congruẽs, concinnataq; fuerit, nullæ illi aduerſariorũ inſidiæ nocere poſſunt: q ſimul atq; uel tantillũ officij recti prætermiſerit (ut par eſt nõnunq; prętermittere eũ, qui homo quidẽ ipſe ſit, quicq; humanæ uitę plenũ erroribus pelagus traiiciat) iã illũ nihil anteactæ uitæ honeſtas adiuuat, ad incuſantiũ uoculas effugiẽdas: quinimo leue illud cõmiſſum, reliquæ illius uitæ luminibus officit: ac certe ſic ſacerdoti omnes iudices eſſe uolunt, L ut carnẽ nequaq; cõpoſito, ut humanã naturam non ſortito, uerũ ut angelo, ut humanæ infirmitatis minime participi. Porrò quemadmodũ tyrãnũ, donec imperio potitur, reformidant, eiq; adulantur oẽs, nõ ob aliud, niſi quòd illũ tyrannide deturbare nõ poſſunt: quum aũt illi res in cõtrarium cedere uiderint, hic relicto honore illo ſimulato, q haud ita pridẽ amici erãt, fiunt derepẽte aduerſarij, atq; hoſtes, ac uitiatas infirmasq; in illo ptes rimati, p quas uidelicet illũ facilius adoriãtur, impſsione facta impio depellere conãtur: ſic & in ſacerdotibus uſu uenit. Nã qui ſacerdotẽ paulo ante ac dum munere potiretur, reuerebãtur, colebãtq;, ij occaſionẽ nacti perexiguã, magno ſe ſtudio accingunt, ut illũ infeſtius ẽt q tyrãnum impio depellant: atq; ut tyrãnus corpis ſui cuſtodes timet, ſic ſacerdos eos quos ſibi propinquos, collegáſq; habet, maxime oium reformidat. nulli. n. alij pinde illius magiſtratum affectant, eiuſdẽq; res omnes notas habẽt atq; illi. propinqui. n. ac familiares quũ ſint, ſiquid tale acciderit, continuò ante oẽs præſentiſcunt: ac facile illis etiã calumniantibus fides adhibetur, poſſuntq; illi haud ita magno negotio calũnijs ſuis circunuẽtum M epiſcopum capere, illius errata, quãtumlibet leuia, aggrauãtes. Qua in parte apoſtolicum illud dictum imI. Co. 12 d mutatũ eſt: ſiue patitur unum mẽbrum, gaudent oĩa mẽbra: ſeu glorificatur unum mẽbrum, ſimul patiuntur oĩa membra: niſi ſi forte ingentẽ quandã pietatẽ, ac religionẽ præſtiterit, quam aduerſus illa oĩa opponere queat. In tantũ igitur bellum nos emittis? & aduerſus pugnã tam uariã, tamq; multiformẽ aĩum noſtrũ ſufficere poſſe exiſtimas? Vnde nã, q̃ſo, & à quo id edoctus es? nã ſi cœlitus id tibi inotuit, oraculũ ipſum mihi indica, & tibi iã aſſentior. Sin id nõ potes: uerum ex hoĩum opinione de hac re pronũcias: ab iſto tandem errore aĩum liberes. In iis. n. quæ ad nos ſpectãt par eſt, ut noſtrũ potius, q̃ aliorum ſequamur iu- Ibẽid. 2. dicium. quæ. n: in homine ſunt nullus nouit, niſi ſpiritus hominis, q in ipſo eſt. Nã quòd tũ noſipſos, tum eos à quibus electi ipſi ſumus, ridiculos feciſſemus illo p nos munere ſuſcepto, ac magno itẽ cum noſtro diſpẽdio ad uitę conditionem hanc, quã hodie quoque tuemur, reuertiſſemus, ſi minus antehac, nũc certè per hæc me uerba pſuaſiſſe puto. Neq; enim inui-

A dia ſolum, ſed & quæ inuidia longè infeſtior eſt, principatus huius affectatio, cõplures armare ſolet aduerſus eũ, q principatũ ipſum occupat. Ac quẽadmodũ qui principatũ affectant filii, moleſto aĩo intuentur longã patrũ ſuorũ ſenectutẽ: ſic ex his nonnulli cum uiderint cõſtitutũ, ut ſacerdos ad longũ aliquod tempus dignitatis ſuæ munere fugatur, quandoquidem interficere nephas, deturbare illũ imperio accelerant: oẽs in deturbati locum ſuffici cupiẽtes, ac ſinguli honorẽ illum ad ſe deferri expectantes. Vis & aliud tibi pugnę huius genus aperiã periculis mille plenum? Ito hinc iã, ac publica feſta ſpectato, ea dico in quibus dignitatũ eccleſiaſticarum electiones de more fiunt, & tam multis uidebis inibi criminationibus lacerari epiſcopũ quanta eſt tota illa ſubditorũ multitudo, quibus eligẽdi poteſtas conceſſa eſt. Hos omnes tum in multas factiones ſcindi, neque inter ſe cõſentire, neq; cũ eo cui ſorte epiſcopatus delatus ſic conuenire uideas: ſed unuſquiſque à ſuis unius partib. ſtat, alius hunc, alius illum eligẽs. Cuius rei cã hæc eſt, quòd id ſpm non ſpectãt, qd ſolũ ſpectandũ fuerat, nępe animi uirtutẽ: ſed aliæ ſunt cauſæ qbus honor is conciliatur. Verbi gratia: hic, quòd claro genere natus ſit, in B epiſcopatus, inq̃t ordine cooptetur. Ille quòd opibus abundet, neq; indigeat alimẽtis ex eccliæ prouẽtibus quęſitis: ali⁹ quòd ab aduerſarijs ad nos trãsfugerit: alius ſibi genere propinquũ, ac neceſſariũ: alius adulatorẽ cæteris anteponere mauult: nemo eſt q eum, qui idoneus ſit, ſpectare uelit, aut animi partes explorare curet. Ego uerò tantùm abſum, ut cauſas hmõi ad probãdos ſacerdotes idoneas eſſe putẽ, ut ſiquis etiam magnam perpetua uita religionẽ, pietatemq; præſtiterit, quę ipſa tamen non paruũ ad id adfer ſi dium, ne hunc quidẽ huius nomine adlegere ſtatim audeam, niſi magnam ẽt animi prudentiã religione hmõi coniunctam habeat. Nam multos ipſe noui, ex ijs qui ſeſe perpetua continẽtia colnbuiſſent, ac quorũ corpora ieiunijs multis exhauſta eſſent, donec ſoli tariã uitam agere, ac ſuas duntaxat res curare licebat, deo maximè acceptos fuiſſe, eoſdẽq; in dies ſingulos cœptæ illi philoſophiæ auctarium non paruũ adieciſſe: qui ijdem poſteaq̃ in hominum lucem uenerunt, C uulgi inſcitã emendare coacti, alij prorſus muneri illi adminiſtrando impares fuere, alij in eo ipſo munere perſeuerare dum cogerentur, priſtina uitæ cura atq; auſteritate procul excuſſa, tum ſibi detrimento maximo, tũ alijs nulli prorſus uſui fuere. Neq; uerò ſiquis uitæ tps perpetuum in extrema ſacrarum functionũ claſſe pſiſtens conſumpſerit, ac ſi demum ad ultimã uſq; ætatem peruenerit, hunc protinus pp ętatis reuerentiam ad ſummum honorẽ perducemus. Quid. n. ſi uel ea ætate cũ ſit, tamen minus idoneus adhuc reperiatur? qd tamen ſic à me dictum non eſt, quaſi uelim canitiẽ uituperare: uel ſtatuere lata hic per me lege eos, qui è monachorum ſodalitijs prodiere, ab huiuſmodi præfectura arcẽdos prorſus eſſe. contigit. n. aliquoties, ut ex eo grege cõplures ad id muneris pertracti, uitæ cãdore in primis eluceſcerent. Verũ illud eo nomine dixi, ut oſtendã, ſi neq; religio per ſe ipſa, neq; ſenectus longæua ſatis eſſe poſſunt, ut eum qui epiſcopatũ obtinuerit, munere illo dignum efficiant: certè uix hoc ipm cãs eas, quas paulò antè cõmemoraui efficere poſſe: quib. cauſis nõnulli ẽt abſurdiores alias adiungunt. Etenim alij quoſdã, ut ne aduerſario rum partes ſequantur, in cleri ordinem recenſent: alij

propter malitiam, ne contempti. ſ. luculentorum ma D lorum reliquum tps authores fiant. Poteſt ne quicq̃ hoc ipſo iniquius eſſe? cum uidelicet homines peruerſos, malis flagitijſq; omnibus abundantes pp hæc coli ab alijs uidemus, ob quæ puniri ipſi deberent: eoſdemq; quarum rerũ nomine ne eccleſiæ quidẽ limen introire oporteret, uel ad ſacerdotalem dignitatem aſcendere. Etiã ne, obſecro, quæremus diuinæ in nos iræ cauſas, cum nos myſteria tam ſancta, tamq; horrenda hominibus partim flagitioſis, partim nihili labefactãda tradamus? Cum. n. alij prouinciæ ad ſe minimè pertinentis, alij multò etiam maioris q̃ propriæ patiantur uires, pfecturam ſortiti fuerint, ij certè efficiunt, ut eccleſia dei nihilo ab Euripo differre uideatur. Equidẽ principes externos antea ob id ridebam, quòd honores pfecturasq; diſtribuerẽt non aiorum uirtutis, ſed pecuniarũ rõnẽ habentes: atq; ut alij alijs uel annorũ multitudine, uel dignitatũ gradib. iã antecedant, ita demũ eos ulterius promouẽtes. Poſteaq̃ uerò audiui indignitatẽ hanc in noſtrum ẽt ordinem quodammodo debacchatã irrepſiſſe, facinus hmõi mihi non perinde graue uiſum eſt. Qui. n. mirum fue E rit hoĩes rerum humanarum cultui deditos, populariẽ tantùm auram uenantes, pecuniæ cã nihil nõ agentes, in hmõi uitia prolabi, ubi qui ſe puros eſſe ab ijs omnibus uitijs ſimulãt, illis nihilo ſeſe melius animo affectos oſtendunt: quinimmo rerum cœleſtiũ certa men ſuſcipiẽtes perinde atq; ſi de terræ iugeribus, aut alia id genus re deliberarent, gregarios quoſdam homines temerè aſſumptos, rebus ijs præficiunt: quarũ nomine & gloriam ſuã exinanire, & homo fieri, & ſerui formã accipere, & cõſpui, & colaphis cædi, & mortẽ ignominioſiſsima occumbere ſedm carnẽ, unigenitus dei filius nõ deprecatus eſt? Neq; iſti tamen intra hos fines ſe continẽt, ſed & alia addunt abſurdiora. Neq; n. immeritos ſolum adlegunt, uerum & idoneos eijciunt. Nã quaſi cõueniret utriq; eccleſiæ firmitudinẽ labefactari, ac cã illa prior non ſufficeret ad diuinã iram accendendã, ita illi alterã nihilo deteriorẽ coniunxerunt. Etenim iuxta ego peſtilẽs eſſe reor, utiles arcere, & inutiles intromittere. id quod ab illis certè fit, ut Chriſtianum armẽtum nulla ex parte aut conſolationẽ inuenire, aut reſpirare ualeat. Hęc igitur F nõne millies dei fulmen merẽtur: nõne dignæ ſunt quæ gehennæ, non illius quam nobis ſacræ literæ cõminantur, ſed longè etiam grauioris igne plectantur? ueruntamen malã hmõi ſuſtinet patiturq;, qui peccatoris mortẽ non uult, ut cõuertatur ipſe ac uiuat. Cu Exc. 18. c ius in nos benignitatẽ miram quî ſatis mirabimur? ad cuius miſericordiam quî ſatis obſtupeſcemus? En qui Chriſtiani ſunt, fæuius etiam q̃ aduerſarij, q̃ hoſtes Chriſti opes perdunt. At ille etiamnum bonus benignitatem ubiq; præfert, ad pniam inuitans. Tibi gloria, tibi inq̃ gloria domine: quantæ apud te clemẽtiæ abyſſus, quantæ eſt patientiæ copia? Hem qui nominis tui prætextu ex ignobilibus & obſcuris clari atq; illuſtres effecti ſunt, honore abutuntur, contra eum qui honorẽ eſt largitus, audentq; non audenda, in ſacroſancta illa tua myſteria iniurij, probos extrudẽtes eijcientesq;, ut homines malis perditisq; moribus pręditi, magna cum quiete ac ſumma cum licentia quęcunq; collibuerit inuertant, atq; conturbent. Cuius quidẽ morbi ſi cauſas perdiſcere cupis, ijs ipſis quas paulò antè numeraui, ſimiles comperies. radicem. n. & ut ſic dicam, matrem unam habent, inuidentiam:

G earum uerò non una tantum ſpecies eſt, ſed admodũ diuerſæ. Hic.n.inquiunt, quãdoquidẽ iuuenis eſt eijciatur. Ille quãdoquidẽ adulãdi neſcius eſt: alĩ ppea quòd illius cuiuſpiã offenſione incurrit: alius ut ne indoleat ille, neſcio qs: ſi quẽ ipſe eligendum obtulit, expoſum, hũc uerò adlectũ uiderit: alius ppea quòd probitate, benignitate, facilitate, humanitate p̃ditus: alius ppea quòd delinquẽtib. aſper ac terribilis: alius alia ſimili de cauſa: neque.n.illis cauſæ atque excuſationes deſunt, quotquot afferre uoluerint. Atq; adeò dum cauſari aliud nõ poſſunt, opum, diuitiarũmque cõpiã cauſantur: addẽtes nõ oportere quenq; repentè ad dignitatem hmõi aſſumi, ſed ſenſim & per gradus quoſdam. Poſſunt & ijdem alias quidem atque alias, quotquot illis libitum fuerit, cãs cõminiſci. Ego uerò lubens hic ſciſcitarer, Quidnã igitur epiſcopus hic faciet, cõflictu illi contra tot uentos propoſito? quõnã ille mõ aduerſum tam multos fluctus unus reſiſtere poterit? qui inſultus impetúſque machinarum hmõi repellet? Etenim ſi rem recta rõne ac iudicio aggredi uolet, inimici protinus atque hoſtes tum eidem, tum
H electis oẽs illi: tum uerò omnia ſtatim illi per contentionem, atque ut eũ aduerſentur faciunt: præterea & ſimultates, ſeditionéſque quotidie cõcitant, & ſexcentis ẽt ſcõmatis eorum uitam qui electi fuerint inceſſunt, horum nullũ finem facientes, donec uel illos eiecerint, uel ſuos, cãdidatos intromiſerint. Denique perinde eſſe uideas, ut ſiquis gubernator, piratas habeat eadẽ naui unà ſecum nauigãtes, qui quidẽ, tum ipſi, tum nautis, tum uectorib. aſsiduè horíſque ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi eũs illorum gratiam ſaluti ſuæ ppoſuerit, admiſsis ijs, quos admiſſos eſſe nõ oportet: fiet profectò, ut illorũ loco deũ ſibi oſtẽſum habeat. qua re quid illi peſtilentius accidere põt? Adde quòd eũ eidem cum illis res erit longè difficilior, moleſtióque q̃ anteh ac, oĩbus illis inter ſeſe iam cõſentiẽtibus, ac multò etiã fortioribus rei controuerſæ cõtentioſæq; uictoria accedente redditis. Nam quẽadmodũ sæuientibus pugnãtibúſque inter ſeſe aſperrimis uentis, derepẽtè mare antea quietum ac trãquillum furit, atque intumeſcit, eóſque oẽs quos tum uela facere contigerit, pdit: ita eccleſiæ tranquillitas, perditis hominibus admiſsis, turbulentia, ac naufragijs permultis infeſtatur. Hic igitur aĩo expende, qualem,
I eſſe oporteat eum, qui tantæ tẽpeſtati opponendus, ac tam multa impedimenta rerum cõem ſalutẽ ſpectantium probè temperaturus ſit. Nam & grauem illum, ſed minimè faſtuoſum, & terrificum, ſed humanũ, & uiſenda maieſtate principem, ſed omnibus tamen appellãdis comem eundémque integrũ, ofício ſum, humilẽ, ſed minimè ſeruilem: acrem quoque ac uehementẽ eſſe conuenit, ſed tamen & manſuetũ, ut nullo ipſe negocio contra illa, quæ dixi, oĩa depugnare, tum uerò eum, qui idoneus uiſus fuerit, magna cum authoritate ac libertate, q̃q̃ omnibus reclamantib. in mediũ promouere poſsit: rurſus eum q alius cõpertus fuerit, cum eadẽ illa authoritate ac libertate, ut etiam oẽs conſpirent, non admittere. deniq; ut nihil in cuiuſq; uel gratiam, uel odium, facere conatus eccleſiaſticę unius ędificationis decus cómodũq; tantũ ſpectet. Tibi ne hic Baſili meritò uideor negocij iſtius miniſterium deprecatus fuiſſe? atqui nondũ omnia tibi percenſui: ſuperſunt.n.alia mihi dicenda. Tu uerò ne delaſſeris tantiſper dũ patienti aure perfers uiri amici ac uerè germani orationem, tibi perſuadere conantis, ſeſe criminum eorum reum haud- K
quaq; eſſe, quorum tute eum inſimulas. Neque.n.ipſa hæc tantum conducunt ad defenſionem eam, qua apud alios nomine noſtro uti potes: ſed & ad ipſam muneris eius, quo de agitur, functionem, lucrum auxiliúmq; non exiguũ conferunt. Eum.n. oportet, qui ad terendam uitæ hmõi ſemitam acceſſurus eſt, omnia prius ad unguem perſcrutari, atq; ita demum negocio manus admouere. Quãobrem? quandoquidẽ ut nullum aliud inde naſcatur emolumentum, certè rerum oĩum prudenter gnaro lucrũ id ſupererit, ut cũ id genus procellæ tempeſtatésq; emerſerint, nihil rerum inſolentia ac nouitate perturbetur. Vis igitur tibi hic à me prius expediri præſidium patrociniúmq; id, quod uiduis impendendũ eſt? an ſtudiũ curámq; eam, quam eĩs uirginibus debet? an potius iudicialis partis, cui ab illo maximopere attendendum eſt, difficultatem? Nam unũquodq; horum diuerſam ſibi curã uendicat, timorémq; cura ẽt illa longè grauiorẽ. Ac primum ut ab eo quod inter alia leuiſsimum eſſe putant, exordiamur. Viduarũ quidem cultus uidetur haud aliam, q̃ pecuniæ inſumendæ ſolicitudinem ijs L
præbere, qui illarũ tractandarum curãdarúmq; prouinciã ſuſcepere. Id aũt longè aliter ſe habet: nã quoties illæ deligendæ, ac tanq̃ in catalogum referendæ ſunt, & hic quoq; magno admodum examine opus eſt. Id.n.iĩpm, quòd temerè, & ut caſus tulit, in album referãtur, innumera olim mala peperit: nam & familias peſſundedit, & nuptias diuellit: præterea hac una de cauſa cõpertum eſt uiduas aliquot tum furando, tum cauponando, atque alia id genus committẽdo, multa præter dignitatem, atq; ordinem egiſſe. Hmõi uerò uiduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterq̃ quòd dei uindictam paratam habet, facit etiã ut apud homines maximopere ea res improbetur, damnetúrq; ac multorũ quoque beneficentiã remoretur. Quis.n. unq̃ uelit, quas quis Chriſto offerri mandauit facultates, eas ijs ſuſtentandis inſumi, quæ Chriſti nomen calumniari non ceſſant? quo nomine multam huc, ac diligentem afferre diſcuſsionem conuenit: idq;, ne quæ ſibi ipſæ uitam ſufficere poſſunt, nedum illæ de quibus loquutus ſum, indigentium menſam abſumant. Porrò diſcuſsionis huius diligentiam ſequitur cura nõ mediocris, ut uiduis uidelicet in album relatis alimenta, quæ præſtãda ſunt, aſſatim tanq̃ ex fonte quodam affluãt, nec unq̃ deſint. Fit.n.neſcio quo M
pacto, ut inuita paupertas malum ſit inſatiabile, q̃rimonia ſemper atque ingratitudine plenum. Ac multa ſanè prudentia, multo item ſtudio opus eſt, ut qui criminationis cauſas oẽs amouere à ſe cupit, ipſarum ora obſtruat. Iam plerique ubi aliquẽ uiderint pecuniæ impantẽ, cõtinuò idoneum ad huiuſmodi œconomiam pronunciant. At ego nunquam exiſtimauerim hanc illi animi magnitudinẽ ſatis eſſe, quam ipſam præſtandam quidẽ in primis eſſe: (quippe ſine ea uaſtator potius quàm antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit.) uerùm & unà cum ea uidendum puto, num & aliam animi uirtutẽ habeat. Ea eſt aũt mortalibus bonorum omnium author patientia atque æquanimitas, hominis animum tanq̃ in ſerenum quẽdã portum appellens. Nã uiduarum genus tum paupertatis, tum ætatis, tũ ſexus nomine immodicã ſibi libertatem uſurpat, (ſic.n.loqui præſtat,) uociferantúrque importunè ſemper, & ab re conqueruntur, & lamentantur ubi gratia habenda, & incuſant quod

A laudandum ac probandum. qua in parte antiſtitem oportet oĩa generoſe ac fortiter pati: neque iritari: ſi quando illæ aut intẽpeſtiue obtundant, aut imeritò expoſtulent. Illarum.n.infœlicitas miſericordiam potius q̃ cõtumeliã meretur: quarũ certe calamitatibus antiſtitẽ inſultare, & dolori ob paupertatẽ nato contumeliæ ẽt moleſtiã addere, extremæ crudelitatis atq; immanitatis fuerit. Quo circa uir quidã ſapiẽtiſsimus, humani ingenij auaritiã faſtumq; contemplatus, tum intelligens pauptatis uim, naturamq; tantũ poſſe, ut uel generoſiſsimũ quenq; aium proſternat, cogatq; idẽtidem iiſdem rebus poſtulãdis impudentẽ eſſe, ut ne quis per pauperũ efflagitationes ira excãdeſceret, tum uero aſsiduo illorum occurſu iritatus illis aduerſarius is fieret, qui opẽ afferre deberet, ipſum inſtruit
Eccleſiaſtici. 4. a ad ſeſe mitem, ac facilẽ indigenti præſtandum. Pauperi, inquit, citra animi tui moleſtiã aurem inclina, atq; illi pacifice humaneq; reſpõdeto, ac miſſum faciens indigentẽ eundemq; iritantem, (quid.n. dicere quis ad illum poſsit, qui ſupplex iaceat?) cum eo ſapientiſsimus ille idem uerba facit, qui illius infirmitatẽ ſubleB uare poteſt, exhortans, ut tum uultus mãſuetudine, tum orationis humanitate, anteq; ad largitionẽ deſcẽdat, illius aĩum erigat, excitetq;. Quòd ſi quis deſtinatas uiduis facultates ne uſurpet quidẽ: in ipſas autem probra coniiciat infinita, contumeliáq; afficiat, atq; adeo aduerſus eas iritetur: non ſolũ liberalitate ſua natum à pauptate dolorẽ non leuat, uerũ & malum ipſum cõuicijs aggrauat: coguntur.n.perfricta admodum eſſe fronte ob uentris eſurientis neceſsitatẽ: uerũtamen & dolorem ẽt ab huiuſmodi ui contumeliáq; cõcipiunt. Proinde quũ ob inediæ timorẽ mendi care, & ob mendicitatẽ impudentes eſſe cogãtur, rurſus cũ ob impudentiam cõtumelia afficiantur, multiformis quædã angoris, mœſtitiæ, doloríſq; uis, & quæ caliginẽ multã afferat, in illarũ aium irruit: eũq; oportet qui illarũ curã ſuſcipit, haẽtenus æquanimem patientẽmq; eſſe, ut non ſolũ nõ ſua deſtomachatione illarũ mœſtitiam anxietatémq; augeat, ſed & conſolatione ſua dolorẽ eum magna ex parte ſopiat, qui aliunde enatus illarum aios occupauerit. Nã quemC admodũ neſcio quo pacto fit, ut quẽ contumelia afFeceris, is nõ ſentiat pecuniarũ acceptarũ ſubſidium ob inflictã contumeliæ plagã: ſic quẽ blande atq; humaniter appellaueris, quíq; donum aliqd unà cũ ſui cõſolatione, à te acceperit, exultat magnope, ac lætatur, tũ uero donũ ipſum donãtis uultus geſtúsq; conduplicat. Quæ ipſa non ex me pronũcio, ſed ex illius
Eccli. 18 b uerbis, cuius illa ipſa eſt admonitio, quæ præceſsit. Fili enim, inquit, in bonis ne des querelã, & in quocũq; dato ne des triſtitiã uerbi: nõne ros ardorẽ tollet? ſic uerbũ melius q̃ datũ. Ecce.n.uerbũ ſupra dona ipſa excellens bonũ utrunq; aũt uir gratus præſtat. Proinde nõ humanum ſolũ ac patientẽ qui illarum curam ſuſcipit, uerũ nihilo ẽt minus œconomicũ eſſe oportet: quandoquidẽ ſi ipſum hoc abſuerit, rurſus paupe rum facultates in idem dãnum recidunt. Pridẽ enim quidam, cui adminiſtrationis huiuſmodi prouincia demandata fuerat, magnã auri copiam quum collegiſſet, id ipſe quidẽ haudquaquam deuorauit, ſed neque in indigentiũ uſum præter pauca quædã inſumpſit: maximã autem pecuniæ illius partem terra obrutam aſſeruauit, donec tẽporis iniquitas ſuperueniens hoſtibus in manũ illam totam tradidiſſet. Magna igitur prouiſione opus eſt ut eccleſiæ facultates neq; redundent, neq; rurſus deſint: ſed quæ eccleſiæ erogan D
tur, continuò indigẽtibus ſunt diſpertienda: cæterum in ſubditorũ animis ac beneuolentia eccleſię theſauri collocandi. Enimuero quanta pecuniarum impenſa opus eſſe exiſtimas, tũ in excipiendis hoſpitibus, tum in curandis ægrotis? quãtam aũt tum diligentiã, tum prudentiam ad eã rem afferre debent, qui illi præfecti ſunt? quãdo hanc ipſam impẽſam nequaq̃ ea, quã dixi, inferiorem, plerunq; autem & maiorẽ eſſe oportet: præfectúmq; ipſum largitorem eſſe decet circunſpectum, ac prudentẽ, ut eos, qui bonis abundant, animet: ad certatim ẽt, atq; hilariter bona ſua eroganda. ne dũ conſulit tollendæ nõ infirmis inopiæ, largientium aĩos percellat, offendátq;: atq; hac quidẽ parte animi propenſionẽ, ſtudiũq; multò uehemẽtius præſtare conuenit. Sunt.n.quodam modo qui ægrotãt, moroſi ac torpeſcentes: ac niſi ſũmam undiq; diligentiã curamq; adhibeas, uel tãrillũ, quod quidẽ à te fuerit neglectũ eiuſmodi eſt, ut ægrotãti mali plurimum afferre poſsit. Sed qđ ad uirginum curã ſpectat, tanto certè maior inibi timor ineſt, quãto uirginitatis donũ E
precioſius: quãto uirginalis grex cæteris regalior. Pridem enim factũ eſt, ut & in ſanctarũ uirginũ chorum infinitæ, eędemq; uitijs refertæ infinitis inuaſerint, debacchatæq; fuerint: quæ res & luctũ multo acerbiſsimum parit. Ac quẽadmodum non ex æquo ſe res habet, puella ne liberalis, an illius ancilla peccet: ſic paria inter ſe non ſunt uirginis ac uiduæ delicta. Viduis enim impunè eſt & nugari, & conuicijs inter ſe depugnare, & adulari, & fronte perfricta eſſe, & nuſquam nõ apparere, & in foro frequẽtes eſſe. At uirgo ad maiora ſeſe accinxit certamina, utpote quę cœleſtis illius philoſophiæ æmulatrix, profitetur ſe angelicã uitam in terris referre: cui itẽ propoſitum eſt illa eadẽ præſtare, quæ cœleſtes illæ atq; incorporeæ uirtutes præſtant: quã ipſam non conuenit, neq; frequẽtes, ac ſuperuacaneas inãbulatiões agere, neq; uerba temerè, atq; incõſultè effutire: conuicij uero atq; adulationis, ne nomẽ quidem agnoſcere: propterea tutiſsima cuſtodia, ac maiori præſidio indiget. nam ſanctimonię aduerſarius aſsiduè aſtat, iiſq; in primis inſidiatur, deuorare paratus, ſicubi uirgo aliqua cadat, labatúrq;. Præterea ex hominibus inſidiãtur permulti, cúmq; his F
omnibus naturę iſania: deniq; ſtius illi ordo in quem ſe adſcribi uoluit bellũ conduplicat, tum quod extrinſecus ingruat, tum quod intrinſecus obturbet. His igitur de cauſis efficitur, ut ei, qui regẽdis uirginibus pſe ctus ſit, magnus timor imineat: ſed maius tamen periculum, maior animi dolor: ſi quid fortè præter animi ſnĩam (qđ deus auertat) eueniat. Nam ſi patri filia occultam in aĩo uigilantiam affert, ſi item cura de ea ſuſcepta ſomnum à paternis oculis excutit, ubi timoris illi tãtum incumbit, ne uel filia ſterilis euadat, uel nubilem ætatem domi paternæ tranſigat, uel inuiſa alijs negligatur: qd facturum putamus eum, cuius animum nulla harum rerũ quas dixi, cura tangat: ſed qui de alijs quibuſdam lõge grauioribus ſolicitus ſit? Neque enim hic agitur de mariti, ſed de Chriſti neglectu ac contemptu: neque ipſa ſterilitas probrum ignominiam'q; tantum, ſed & animæ tãdem internecionem parit. Omnis enim arbor, inquit, fructum non facies *Matt. &* bonum, exciditur: & in ignem mittitur. Iam uirgini, *Luc. 3. b* quam ſponſus Chriſtus oderit, non ſatis eſt accepto repudij libello abire: ſed odij illius pœnas luit, ſupplitium æternum. Ac pater quidem ſecundum carnem

G multa habet præsidia, quibus procliue illi sit filiã asseruare: ad cuius uirginis custodiã opitulantur, tum mater, tum nutrix, tum famularum turba, tũ domus tutela. Neque.n. licet ei frequenter in forũ descendere: neque si quãdo ea descenderit occurrentiũ oculis cõspicua esse cogitur. Præter hæc aũt culpæ ois atq; criminationis expers est, quòd nunq; cogatur in uiorũ prodire conspectũ. Neque.n. rerum necessariarum cura, neque iniuriorum hoium improbæ molestiæ, neq; id genus aliud hoium occursum cõgressumque necessarium illi efficit, cũ illi pater pro oibus sit. Ipsa aũt unam dũtaxat curã habeat, ut nihil scilicet uel faciat, uel loquatur, qđ uirginalẽ honestatẽ dedeceat. At si episcopi partes spectes, multa certe sunt, quæ illi uirginis custodiã difficilem seu potius omni arte superiorem efficiunt. Neque.n. illã secum domi habere possit, neq; illud sanè cõtubernium decens, aut periculo uacãs fuerit: etenim ut nullũ uel hinc detrimentum ipsi patiantur, sed syncerã constãt émque sanctimoniam seruẽt: nihilo tamẽ minus rõnem reddituri sunt pro iis animis, quas offenderint, ac praua aliqua
H suspicione asperserint, q̃ si inter se peccauisse eos contigerit. Porrò quum ẽpo non liceat uirginũ contubernio uti, relinquitur, ut facile illi nõ sit uirginalis animi motus pdiscere, & quæ nimis exuberant, ordinemq; excedunt circũcidere: quæ aũt intra ordinem ac numerum consistunt, magis ac magis excolere, atque in meliorẽ profectum pducere: tum uero eidem non perinde procliue erit pscrutari curioseq; indagare, siquãdo uirgines domo egresse foras eant, uagẽtúrq. Nam quòd uirgo inops sit, atq; impio soluta, idipsum certè efficit, ut episcopus haud ita magnã diligentiã præstet in examinãda illius honestate, quippe cũ ipsa sibi oia administrare cogatur, cõplures intẽperatè uiuere uolenti egressuum uagationúmq; tituli ac prætextus:
I quos quidẽ impedire eũ oportet, qui illam iusserit domi assiduè demorari, rebus necessarijs suppeditatis, ac data pedissequa, quæ illi administret. Iã & uirgini oportet funebres põpas, ac publica peruigilia interdicta esse. Nouit.n. nouit ingeniosissimus serpens ille, uel per bona opa suum uirus disseminare: propterea uirginem oportet undiq; tanq̃ muro circũseptam esse, ac toto anno perrarò domo egrediadq; demũ quũ inexcusabiles, ac necessariæ urgebunt causæ. Quòd si quis dicet ẽpo opus non esse, ut res huiusmodi pertractet: nouerit is singulas uirginalis studij curas, atque adeo criminationes oẽs, quas in uirgines conici contigerit, in illũ recidere: qua ex re utilius multo fuerit, si ipse rem per se administrans ab iis causis uacet, quas illum per aliorũ delicta sustinere oportet, q̃ administratione ea relicta rõnis reddendæ iudicium reformi dare, eorum delictorum quæ alij commiserint. Adde quòd qui per se ipse hoc munus exeqtur, magna cum facilitate omnia transigit, qui autem necesse habet uicaria aliorum opera defungi, præterquam quòd magnum illi adest negotium, ut omnium animos ad id munus gerendũ sibi persuasos reddat: certè laboris remissionem tãtam non habet ex functionis illius abstinentia, quãta negotia, quantósq; turbines sustinet ab iis qui resistunt, atq; ipsius sentẽtiæ ac iudicio repugnant. Sed uirium nostrarũ non fuerit eas omneis curas sollicitudinésq; percensere, quas sibi studiũ uirginibus impendendũ uendicat: quæ ipse quũ in album referenædsunt, mirũ dictu est quãta illi negotia facessant, cui prouinciã hanc crediderit. Iã pars illa, quam episcopum tractare in iudicijs conuenit, infinita certè K
odia, infinitas offensiones parit: quæ quidem prẽterquam quòd negotijs permultis plena est, tam multas etiam difficultates affert, q̃ multas ne forenses qdem iudices subeunt. Nã quum iustum ipsum inuenire labor est, tum eo inuento id nõ sequi inuidiosum. Neq; uero hic negotium tantũ ac difficultas, sed & periculum non mediocre inest. Pridem enim ex infirmioribus quidã molestijs quum premerẽtur, neq; haberẽt, quorum defensione ac patrocinio subleuarẽtur, fidei naufragium fecerunt. Fit autẽ nescio quo modo, ut qui iniuria afficiũtur, nihilominus eos odierint, à quibus nõ adiuuantur, q̃ eos qui iniuriam inferũt, ac neque negotiorũ distractionis, neq; tẽporum inclementiæ, neq; episcopalis magnitudinis, neq; alterius id genus rei cuiusquã rationẽ ullam habere uolunt: qnimo iudices se ipsi præstãt inexorabiles, defensione unam prẽtendentes malorum se prementiũ defunctionem: quam quidẽ qui præstare non potuerit, quãuis mille etiã causas afferat, nũquam effecerit, quo minus condẽnationem subeat. Et quoniã nos in patrocinij mentionem incidimus, age hic & aliã quandam querelarum L
speciem causamq; tibi patefaciam. Nã nisi quoti die episcopus oium domos circũierit, hac in parte uel eos superans, qbus nullum aliud studium est, q̃ in foro uersandi, deambulãdiq; hinc continuo offensiones infinitæ emergent. Neq; enim ij solũ qui ægrotãt, sed & qui sani sunt, intusi se uolunt. Id quod non religionis ac pietatis, sed honoris dignitatisq; potius nomine plurimi sibi uendicãt: ac si quẽ forte contigerit ex ditioribus potentioribusq; christianis, ecclesię usu lucróq; cõmuni ita urgente, ab episcopo frequentius inuisi, hic protinus episcopus palpatoris atq; adulatoris notã sibi inurit. Sed quid attinet patrocinandi, inuisendiq; partes hic persequi, quũ & solæ appellationes, salutationésq; qbus episcopum uti oportet, tam magnum ẽt criminationum põdus afferant, ut & ille pondere ferẽdo incuruetur, atq; adeo præ animi mœstitia plerũq; succumbat? ut nihil hic agã, quòd & ob oculos illo potius, q̃ illo cõiectos ad calculos uocare illum uolunt. Quæ.n. ab episcopis temere, ac simpliciter fiunt, pleriq; accurate ac diligẽter excutiunt, pensitata ẽt uocis mensura, aspectus habitu, ac risus quãtitate. Illi.n. inquiũt, magnificè arrisit, eundémq; tum M
hilari uultu, tũ uoce liberali salutauit: me uero longe parcius, atq; ut casus tulit: ac nisi multis uno in loco simul sedẽtibus quoquouersus oculos ille circũtulerit, omnes appellans, idipsum contumeliam esse uulgus dictitant. Quis igitur qui idem nõ sit admodum fortis, tam multis accusatoribus sufficere poterit: ut uel ab illis prorsus nõ accusetur, uel accusatus crimen effugiat? Oportet.n. primũ te ne reum quidẽ esse, accusatorésq; habere: deinde si id præstare nequaquã potes, diluẽda sunt crimina, quæ illi obiecerint. Qd si ne istud qdem facile erit, sed delectabunt quosdã temerariæ, ac nulla causa subsistentes criminationes, tum demũ generose, ac fortiter animi doloribus huiusmodi occurrendũ, resistendúmque. Etenim qui merito incusatur, facile tulerit eum, a quo incusatur: quippe quum accusator minus quam cõscientia ipsa infestus sit, efficitur, ut quoties ab ea, quæ omniũ molestissima est, deprehensi conuictiq; prius fuerimus, accusatores extraneos, tãquam mansuetiores facile postea patiamur. Porrò q nullius sibi culpæ cõscius est, dum iniuste accusatur, continuo ad iram propensus fertur,

A necnon animũ facilè despondet: nisi idem sic se prius animo comparauerit, præparauerit q̃, ut multorum insipientiam patientissimè ferat. Fieri.n. uix potest, ut qui se temere calumniã pati, atq; iniquè damnari intelligit, non aliquo modo aduersus tantam hominũ iniquitatem, atq; absurditatem cõmoueatur. Quorsum autẽ hic enumerare attinet reliquas illas molestias, doloresq;, quos tolerare ẽpm oportet, dum necesse est amouere aliquẽ ab ecclesiæ cœtu? quæ atrocitas utinã intra molestiam, doloremq; consistat, ac non ẽt perniciem non mediocrem afferat. Timendum.n. est, ne ille fortè ad iniustius supplicium adac-
2.Co.2.b tus dolore immodico, quod B. Paulus ait, absorbeatur. Magna ergo diligentia hìc opus est, ne dum prodesse, illi cupis, maioris damni author sis: nã quęcũq; ille post hmõi curationem peccata commiserit, futurum est ut horum singulorum pœna cum modico illo cõis sit, qui uulnus probè nõ inciderit. Quàm multa igitur supplicia episcopos manẽt, cùm ex eis unusquisq; non solũ rationem redditurus sit suorum delic-
B torum: sed eorum item omnium, quæ alij commiserint, ad extremum illos uenire oporteat periculum? Nam si horremus, dum iudicium id nobis subeundũ est, in quo peccatorum propriorum rõnem reddituri sumus, ut qui sentiamus nos ignem illum æternum effugere nequaq̃ posse: quid illi expectandum est, qui tam multorum nomine causam sit dicturus? Quòd autẽ hoc uerum sit, audi beatum Paulum, seu potius
Heb.ul.c non Paulum, sed Christum Pauli ore loquentẽ: Parete ijs qui præsunt uobis & concedite, nam illi uigilant pro animis uestris tanq̃ rationem reddituri. Hiccine exiguus tibi uidetur cõminationis terror? equidem illum quantus sit, uerbis exprimere nõ possum. Vsque adeo ut qui admodum etiam animo duri sint, ac qui se facilè aliorum oratione persuaderi non patiantur, quæ dixi abundè sufficiant, ut persuasum illis sit, nos neq; fastu atq; contumacia, neq; inani gl'ia adductos, sed tum noblipsis tantùm timentes, tum rei ipsius magnitudinẽ emensos, fugæ genus hoc quæsiuisse.

LIBER QVARTVS.

BASI. C h Aec Basilius cùm audisset, paululum cunctatus: Tu uerò, inquit, si ad hmõi dignitatem acquirendam studium intendisses tuum: nimirum animi tui formido ista, ratione aliqua niteretur. Nam qui se idoneũ ad muneris alicuius functionem semel professus est, hoc ipso quòd functionem eam studiosè arripuerit, hic certe si quid post creditã sibi muneris administrandi prouinciam aberrauerit, haud quaq̃ ad insciti ę prętextum confugere possit: ut qui anteuertẽs, sibipse defensionem ademerit, uel ob id quòd accurrerit, quòdq; administrationẽ eam sibi rapuerit: intantum ut qui sponte, ac uolẽs eò accesserit, iam non sermonem hunc usurpare possit: inuitus peccaui, inuitus illum aliquẽ perdidi. Dicet.n. ad eum qui tum illi hac in cã iudex futurus est: Et quo tandẽ nomine, cum animi, consiliq; tui uires pares non essent functioni hmõi inculpatè pertractandę, aduolasti, aususq; es prouinciam humeris istis minimè parẽ subire? quisnam, obsecro, te ad id coegit? quisnam ui te attraxit detrectantem fugientémq;? Tu uerò nihil tale unq̃ auditurus es: neq;.n. possis delictis cuiusquã hmõi teipsum damnare: estq; omnibus iam spectatum, te ne tãtillum quidem laborauisse, ut honorem hunc assequereris: sed aliorum potius officium, bene

ficiumq; id honoris tibi detulisse. Atq; adeò quòd illos delictorum ueniam impetrare non patitur, hoc certè abundãs tibi apologiæ argumentũ suppeditat. D

Ad hos sermones caput cum mouissem, sensimq; CHRY.
arrisissem, hominis facilitatem simplicitatémq; demiratus, hac ego ad ipsum oratione usus sum: Equidẽ optarim uir oium optime, hæc ita se habere ut dixti: idq; nõ ut id muneris amplectar, quod iam detrectaui. Nam ut mihi etiam nullum propositum sit suppliciũ defunctoriè, atq; adeò imperitè Christiani gregis administrationem gerenti: tamen omni supplicio grauius fuerit, si cõstaret me, cui tam excellẽs credita fuisset functio, pro eius dignitate qui credidisset, sustinere eam nõ posse. Quamobrem igitur optarim tuã istam opinionem nequaq̃ falsam, sed potius ueram esse? Nempe ut miseris, calamitosisq; (neq;.n. alio nomine ij digni sunt, qui rectè non aspirarunt ad muneris istius præfecturam, ut millies tute eos dicas ui per
Esa.66.g tractos fuisse atq; ignorantia peccasse) ut miseris, inq̃, E
Mar.9.g illis effugere liceat ignem illum æternum: exteriores tenebras, ac uermem nunq̃ emoriturum: postremò E
ut ne dissecentur, ac perditi cum hypocritis partem habeant. Verùm quid facias? certè longè aliter sese res habet. Ac si placet à regno primùm, cuius quidẽ studium apud deum tanti non est, quanti est sacerdotij, uerborum meorum fidem tibi faciam. Saul ille qui
1.Re.9.a patrem Cis habuit, nõ suo ipse studio rex factus est, ut qui cum abijsset asinas peruestigatum, prophetã super ijs rogare cœpit. At ille cum eo de regno colloquutus est. Porrò Saul ne auditis quidem prophetæ uerbis, ad regni administrationem suscipiendam accurrendum sibi putauit: quinimmo tergiuersatus deprecatúsq; est, cum diceret: Quisnam ego sum? quæ Ibidem.d
nam item patris mei domus? Quid tandem? Saul ne posteaq̃ non rectè honore sibi a deo delato usus est, potuere uerba ista eximere ab eius ira, à quo rex creatus ipse fuerat? Atqui licebat illi aduersùm Samuelẽ increpantẽ, insimulantémq; uerbis his uti: Num ad regnum ipse administrandum accurri? Num ad huius potestatis regimen prosilij, atq; aduolaui? Equidẽ in animo habui priuatã uitam uiuere, quietã illam quidem, ac molestijs uacantẽ: tu uerò ad hoc me dignitatis, authoritatisq; pertraxisti. In illa ergo uitæ humi- F
litate, atq; obscuritate uersatus, facilè offensiones huiusmodi deuitassem. Nam si ex uulgarium, atq; ignobilium hominum numero unus fuissem, mihi aduersus Amalechitas bellum deus nõ credidisset, quo mihi non credito peccatum huiusmodi nunq̃ perpetras- 1.Re.15.d
sem. Verum hæc, quę dixi, omnia ad defensionẽ sunt infirma: neq; infirma tantum, sed etiam usqueadeo periculosa, ut dei iram magis iritent. Eum.n. qui magistratũ meritis suis maiorem assecutus est, ut errata ipse sua tueatur, defendátq;, magistratus magnitudinẽ prætendere non oportet: quinimmo in maiorem uirtutis profectum magna illa dei erga se beneuolentia uti. Qui uerò ob id peccandi licentiã sibi permittit, quòd præstãtiori dignitate ornatus sit, certè nihil aliud q̃ dei benignitatẽ, peccatorum suorum authorem facere conatur: id quod solenne quidem est impijs hominibus, ijq; quorum uita in ignauia, ac socordia uersatur. Nos autem sic animatos haud quaq̃ esse conuenit: neq; in parem cum illis insaniam prolabi, sed omni ex parte operam dare, ut uigilantiam nostram omnem pro uirili exhibeamus, bene ubiq; de deo ominantes, nunciantes, cogitantes. Neq;.n. Heli Ibid.2.

G (ut missō regno ad sacerdotium, de quo nobis sermo, ueniamus) studiosē, ambitioseue dignitatē eā sibi parauit. Hoc ipm igitur quid illi post delictum profuit? Et quid dico parauit? cum ne illi quidem id muneris detrectare per legis necessitatē fas fuerit: ut qui unus esset ex tribu Leui, ac quem ipsum oporteret dignitatē eam, ad se iam à maiorum suorum retro origine descendentē suscipere: qui idē tamen liberorum
1.Re.4.d suorū petulantiæ non mediocres pœnas dedit. Iā qd dicas de primo illo ludæorū sacerdote, de quo tam multa cū Mose deus uerba fecit? nonne hic posteaq̄ unus nō potuit tāti ppli insaniæ resistere, parū absuit quin periret, nisi fratris patrociniū dei irā auertisset? Posteaq̄ uerò Mosis mentionē intulimus, consentaneum est ex ijs, quæ illi obuenere, orationis nostræ ueritatē demonstrare. Hic quippe Moses uir uerè beatus, tantū absuit, à rapiēda ludæorum præfectura, ut
Exo.4.d & oblatā recusaret, & deum etiā quòd illi id iubenti non auscultaret, cōtra se irritaret. Quod quidē nō solū id tpis fecit, uerum & postea cum iam præfecturā eam administraret: qua ut explicaretur, lubens è uiH uis decessisset. Quid igitur posteaq̄ ad aquam peccauit, potuere ne assiduæ illæ recusationes illum tutari, ac deo psuadere, ut ueniā ei cōcederet? Quānam alia,
Nu.20.b quæso, de causa terra illa promissa priuatus est? certè non alia (quod quidē omnibus nobis notum est) q̄ ex peccato hmōi, propter quod uiro illi admirando haudquaq̄ licuit rebus ijsdem potiri, quibus subditi eius potiti sunt. Quinimmo post diuturnum tempus insumptum, post multas afflictiones, post immēsum illum errorem, post bella ac trophæa permulta, procul ab ea terra mortuus est, cuius gratia tot, tantosq̄ I labores sustinuerat: ac qui pelagi mala atq̄ incōmoda grauissima perpessus fuerat, portus tamen fructus nullos capere potuit. Vides ut iā nulla pctōrum excusatio relicta sit, nō solum ijs qui rapiunt, sed ne ijs quidem qui alieno studio huc euehuntur? Nam ubi qui uel deo decernēte, eligēteq̄ sæpenumero honorē ipsum recusauēre, tātas tamen pœnas luerunt, ac nihil quicq̄ à piculo hmōi eximere potuit, neq̄ Aarō, neq̄ Heli, neq̄ uirū illum pbeatum, sanctum, prophetam, admirandū mortalium oium humanissimum, eundemq̄ quasi amicū quendam cū deo colloquētem: nimirum uix nobis, qui ab illius uirtute tantū absumus, satis esse ad defensionē poterit, cōscios esse nobisipsis, quòd ad honorē hmōi nullo ipsi studio, nulla ambitione aspirauerimus. Idq̄ eò etiā magis, quòd ex his ipsis electionibus pleraq̄ humano studio acceptas referre non oportet. Iudam deus elegit, eundēq̄ in sacrosanctum illud cooptauit collegium, dig-
Actо.1.c nitate apostolica unà cum alijs ornatum, cui etiam maius quiddam q̄ alijs dedit, pecuniarum dispensationē. Quid igitur? Num posteaq̄ duabus illis prærogatiuis contrà quàm debuit usus est, tum eo quē prę-
Ioan.12.a & 13.c dicandum susceperat prodito, tum pecunijs (illi hoc nomine creditis, ut rectè eas administraret) malè impēsis, impunitate donatus abijt? Certè hoc potissimū nomine grauius sibi accessiuit supplicium. Idq̄ pquā meritò. Neq̄. n. prærogatiuis à deo acceptis sic abuti decet, ut p eas deum offendas: quinimmo ut magis ac magis deo acceptus fias. Cæterum qui hoc nomine, quòd alios honore aliquo excellat, pro delictis pę-
nam cōmerētibus uenia dignum se esse cēset: pinde facit, ut siquis ex infidelibus Iudęis Christum audiēs
Ioan.15.d sic loquentem, Nisi uenissem, eisq̄ loquutus fuissem, peccatum non haberent: ipsum seruatorem optimè K de humano genere meritū his uerbis increpet, insimuletq̄: Tu uerò cur uenisti, ac loquutus es? cur & signa fecisti, ut grauiorib. in nos supplicijs animaduerteres? At uerò demētiæ ac summæ adeò insanię uerba hęc. neq̄. n. medicus, ut te magis condemnaret, curatum accessit, sed ut prorsus à morbo liberaret. Te autē ultrò ipse ab illius manibus summouisti. Igitur & grauius supplicium sustineto. nam quēadmodū si curationi paruisses, futurum erat. ut & à pristinis morbis, peccatisq̄ liberareris: sic quādoquidē medicum, quē præsentē habuisti, auersatus es, tam non peccata illa abstergere potes. Quòd autem id nequaq̄ possis, propterea horū certè pœnas dabis. Idq̄ eò magis quòd modicus, quod quidē ad te spectat, studiū operamq̄ suam perdiderit: quibus de causis efficitur, ut non pares, cōesq̄ pœnæ eæ sint, quas ante dignitatem à deo acceptā damus, cum ijs quas dignitate iam accepta luere cogimur. Hic. n longè grauius, q̄ illic plectimur. Etenim quem beneficia accepta meliorem non reddunt, is certè etiam grauius supplicium commeretur. L Itaq̄ cùm defensio hmōi iam non satis firma esse uideatur, ac non solū eos nos tueatur qui ad eam confugiunt, sed magis etiā prodat: nimirum aliud nobis
BASI. præsidiū inueniendū, quo nos tueamur ipsi. Qua-lénam, quęso, futurum hoc est præsidiū (Basi. inquit) quandoquidē apud me iam esse ipse non possum, tātū mihi terroris, ac formidinis tua isthæc uerba incus-
CHRY. serunt. Ne te, inq̄, obsecro atq̄ obtestor, ne te ipse eousq̄ deijcias: est. n. est certè præsidium: si qui. f. infirmi sumus, eò nunq̄ descendamus. Rursùm si qui firmi ac ualentes estis, salutis uestræ spes non alibi sitas habeatis post gratiam à deo acceptas, q̄ ut nihil committatis, quod indignum esse possit tum munere, tū deo muneris ipsius largitore. Maximè autem punien di illi fuerint, qui post eum honorem studio atq̄ ambitione adeptum, uel per ignauiam, uel p malitiam, uel p imperitiam re ipsa non rectè utuntur. Neq̄ uerò propterea paratam ueniam esse dixerim ijs qui nulla sua ambitione dignitatem eam obtinuerint. nā ne illis quidē quisq̄ relictus est excusationis defensionisq̄ locus. Decere. n. arbitror, uel si te eò sexcenti uocent: atq̄ adeò cogant, non illos spectare: uerum animi tui M dotes prius exanimare, uiresq̄ tuas omnes exactè pscrutari: atq̄ ita demum cogentibus cedere. Iam domū se aliquam ædificaturum pollicerī nemo audeat, qui idē architectus nō sit: neq̄ ægrotantia cōtingere corpora quisq̄ aggrediatur, qui medicinam non didicerit: quinimmo uel pluribus uim afferentibus deprecabitur, neq̄ eum suæ pudebit ignorantiæ. Cui autē tam multarum aiarum cura credēda sit, is non prius seipsum examinabit, quin potius, uel oium imperitissimus, munus ipsum suscipiet, posteaq̄ uel ille iubet, uel ille cogit, atq̄ adeò ut ne illū offendat? Et quónā ille pacto sese unà cum illis in præsentaneū non cōijcit periculū? Nam cū illi liceat ut se ipse per se seruet, ni mirum & alios secum perditos perdit. Vnde. n. speranda salus? Vnde uenia expectāda? quinam tum nobis internuncij, deprecatoresq̄ existent? illi ipsi fortasse, q nunc nos cogunt, & ad necessitatem adigunt? Hosce uerò quis per id tps seruaturus est? siquidem ipsi deprecatoribus indigēt, ut ignis æterni supplicium deuitēt. Quòd porrò hoc dicam, non quò te terream, sed ut rem ita, ut uerè se habet, edoceam: auscultа quid beatus Paulus ad Timot. dilectum, ac uerè germanū

A filium scribat: Manus cito ne cui imponas, neq̄ com-
1.tim.5.d munices cū peccatis alienis. Intelligis ne quanto non crimine modo, sed & supplicio (quod quidē in nobis fuit) eos liberauerimus, qui nos eo honoris perductu ri fuerant? Nā sicuti iis, q ad id dignitatis electi ab alijs fuerint, nō satis est defensionem hāc afferre: uoluntarius ipse ad huiusmodi munus administrandū non accesi: atq̄ ideo sanè nō aufugi, quòd nō præscissem fore ut eligerer: Sic neque eos qui elegerint, subleuare quicq̄ poterit, si dixerint ignorasse se eū quem elegere. Verū uel hoc ipso crimen grauius efficitur, quòd quē ignorauere, pduxerint: ac certè quæ illis uidetur excusatio, accusationē auget. Nā qui id absurdum nō sit? eos qui mancipium aliqđ empturiunt, id tum medicis ostēdere, tum emptionis spōsores postulare, tum uicinos interrogare, ac ne tum quidē adhuc considere, quinimmo & diuturnum aliquod tēpus poscere, intra qđ probare illud possint: eos uero qui quempiam ad episcopale munus huiusmodi cooptaturi sunt, sicui placitū sit ad aliorum, uel gratiam, uel inuidiā testimonium suum accōmodare, ita eum temere atq̄ ut casus tulit adlegere, nulla prorsus alia discussiōe fa
B cta? Quis igitur nos tū deposcet, atq̄ à noxa eximet: cū præsertim qui patrocinari nobis debent, patronis ipsi indigeant? Proinde illum oportet, qui aliquē electurus sit, rē diligenter admodum expendere, sed multo etiam diligentius eum, qui eligendus proponitur. Tametsi. n. illi peccatorum suorum supplicium commune est cū iis à quibus electus est, tamen ne ipse qui dem hac ratione supplicium euadit: quod quidem & grauius feret, nisi si electores rem confecerint morbo aliquo humano uicti, reclamante etiā ipsorum conscientia, neq̄ sequuti quod illa dictabat honestius esse. Nā si in eiusmodi delicto deprehensi illi fuerint, & quē indignum esse certò scirent, per causam tamē aliquam elegerint: utriq̄ illi pari digni sunt supplicio. For tasse aūt & maius supplicium illum manet qui sponte adlegerit minime idoneum. Qui enim potestatem fa cit uolenti ecclesiam corrūpere, is certe author fuerit eorum oium quæ perdita illius audacia turbauerit. Qui si nulli rei earum, quas dixi, obnoxius fuerit, sibi uero à uulgi opinione fucum fuisse factū dicat, ne sic
C quidem impune tulerit: sed paulo tamen leuiores pœnas dabit, q̄ daturus sit, qui ab ipso electus est. Quid ita? Nempe quòd uerisimile uideri potest eos, qui elegere, à falsa aliqua opinione deceptos ad dāda suffragia descēdisse. Qui uero electus est, dicere utique non queat, se sibi ut & alijs fuisse incognitum. Igitur sicuti is de quo grauius suppliciū, q̄ de iis à quibus arcitus, productúsq̄ est, sumendū sit: ita debet sui ipse pericu lum accuratius quàm illi facere, ac si eū illi ignorātes traxerint, illis obuiā ire, doceréque diligenter causas eas, per quas tum illi ab errore desistant, tum se ipse functione illa indignum cū ostenderit, tantarum rerum molē effugiat. Quamobrem enim fit, ut de militia, de mercatura, de agricultura, cæterarúmq̄ ad humanum uictum pertinentium rerum ratione deliberatio ineunda quum sit, neq̄ agricola nauigationem, neq̄ miles agriculturā, neque gubernator militiā susciat, etiam si mortem illis millies cōmineris? Nempe propterea quòd illorum unusquisq̄ prospicit fore, ut periculum sibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ergo, ubi modicis in rebus periclitamur, tanta ipsi utemur prouidentia, neque cogentiū nos uiolentiæ parēdū esse putabimus: ubi uero æternū illos manet supplicium, qui episcopatus administrationem iu D stè præstare nescierint, temerè atq̄ ut casus tulerit in tantum nos conijciemus periculum, alienæ uiolētiæ causam opponentes? Atqui rationem hmōi admissu rus haudquaq̄ est, qui causæ istius iudicem ager. Decebat. n. multò maiorem cautionem ac prouisionē spiritalium rerum, q̄ carnalium præstare. Hic uero ne parem quidem nos exhibere constat. Etenim quaro ex te, si quē suspicamur fabrū esse, ad op⁹ uocemus, sequaturq̄ ipse: deinde manus admoues materiæ ad ædificiū paratæ, ligna, itemq̄ & lapides auertat, opus autem sic coagmētet, sic domum ædificet, ut statim collapsura ea sit: num ille sese abundè hac defensione tutaturus est, si dixerit, ab alijs se coactū, non etiā ultrò ad ædificādum accessisse? Certè nequaq̄. Idq̄ iure optimo. oportebat. n. uel alijs ad id uocantibus pedē referre, ac tergiuersari. Itáne uerò qui ligna ac lapides auertit faber, huic nullus prorsus suffugij locus, quò minus pœnas pendat: qui uerò animas negligenter ædificans perdiderit, hiccine alienam uim, abundans sibi suffugium præsidiumq̄ putabit? & quo id pacto non ualde ineptum atq̄ absurdum? nondum. n. adijcio, nolentem à nemine compelli posse: sed & ipsum uolo uim fuisse immodicam perpessum, artibusq̄ ua rijs circūseptum, ut in retia caderet. Hoccine igitur il- E lū à supplicio eximet? ne, obsecro, ne eousq̄ nobis imponamus, neq̄ simulemus ignorare nos ea quæ uel admodū pueris nota esse possunt. re uera. n. cùm rationis reddendæ tps adderit, ignorantiæ simulatio hæc nihil nobis allatura est præsidij. Principatum huiusmodi nihil ipse ambiuisti, imbecillitatis tuę cōsci⁹? Probè id ac rectè. Oportebat ergo cū eodē hoc cōsilio uocantib. etiā alijs tergiuersari. An ne cū te nullus uocaret, imbecillis tu, ac minimè idoneus eras: ubi primū uerò comperti sunt qui honorē ad te deferrēt, derepentè in ualentem atq̄ idoneum euasisti? Certè hmōi res deridicula prorsus, ac nugatoria est, eadēq̄ extremo etiam supplicio digna. Nam hac una de cau
Luc.14.f sa dominus admonet, ne qui turrim ędificaturus est, fundamentum prius iaciat, q̄ suas uires expendat: ne qui illac transituri sunt, ijs infiniti ludibrij ac risus ansam in se præbeat. Atqui illius mulcta sese intra derisum continet, cùm hîc supplicium sit ignis æternus, F uerbis nunq̄ emoriturus, dentium stridor, extremę te
Mar.9.g & Matt. nebræ, dissecari atq̄ in hypocritarum ordinem cogi:
24.d quorum tamesi omnium nihil ij expendere uolunt, qui factum nostrum accusant. Id quod si facerēt, profectò cessaturos tandem putauerim, ab eo accusando, qui se temerè ac nulla causa perire noluerit. Nobis quidē haudquaq̄ nunc res est de frumento, hordeóue dispēsando, de bobus ouibúsue pascēdis, aut alijs id genus rebus distrahendis: sed de ipsomet corpore Iesu curando. Christi. n. ecclesia, ex beati Pauli
Colo.1.d uerbis Christi corpus est. Ac certè eum conuenit, cui creditum corpus id fuerit, ipsum illud tum ad multā honestatē, tum ad pulchritudinem incredibilē perpolire, undiq̄ circumspicientē, ne cubi macula, aut ruga, aut nęuus, uitiúmue aliquod hmōi, pulchritudinem, honestatemq̄ illā labefacter. Et quidnam aliud præstare oportet, q̄ ut capite illo immortali ac beato, qđ ipsi superpositū est corpus ipsum pro humanarū uirium captu, dignum efficiat? Nam siqui suum corpus ad athleticam habitudinē cura adhibita cōponunt, ijs necessarius est usus & medicorū, & pædotribarū, & temperatæ diætæ, & exercitationis assiduæ, & in-

G finitæ adeò obseruationis (etenim minimus quisque rerũ illarum contẽptus, labefactare oia, atq; euertere potest:) quibus forte obtigit Christi corpus hoc qd dico curandũ (cuius quidẽ exercitatio nõ corpora ipsa, sed inuisibiles potentias spectat:) ij quibus nã artibus cõseruare illud syncerũ atq; incolume poterunt, nisi omnifariã animæ curationẽ congruã, cõuenientem, atq; humana uirtute longè superiorẽ calluerint? An ignoras corpus id qd dico pluribus tum morbis, tum insidiis obnoxiũ esse, q̃ caro nostra hæc obnoxia sit? Itemq; & celerius corrũpi, & ẽgrius sanari? Certè humana corpora curantibus, diuersa suppetũt medicamenta. Itemq; & instrumentorũ apparatus uarij, & cibi ẽgrotantibus cõgrui: plerunq; aũt & sola aëris natura satis fuerit ad sanitatẽ laboranti restituendã: aliàs ẽt somnus qui opportunè obrepserit, medicũ ipsum labore omni leuat, liberatq;. At uerò hic nihil huiusmodi cõminisci licet, sed una quædã post operum præstationẽ ars ac curationis uia tenenda, sequẽdaq; est: nẽpe per sermonem euangelicũ doctrina. Siquidẽ hoc demũ instrumentum est, hoc cibus, hoc aëris tẽ
H peramentũ optimum, hoc medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri uice: ac si uel urere, uel secare op⁹, hoc ipso uti necesse: atq; hoc si nihil profuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacentẽ animam suscitamus, & tumescentẽ cõpescimus: hoc & superuacanea amputamus, & q̃ desunt supplemus, ceteraq; omnia cõficimus, q̃ ad animi cõferunt incolumitatem. At sanè ut uitam q̃ optimè constituas, alterius hominis uita te ad idẽ exemplũ æmulationemq; parem pertrahere possit. At cũ humanus animus decretorũ minimè uerorũ, sententiarumq; à fide abhorrentiũ morbis laborauerit, hic demum euangelici sermonis usus magnopere necessarius, nõ solũ ut qui tibi domestici sunt, robores, atq; cõfirmes: uerũ etiam ut cũ externis bellum geras, ac manus cõseras. Nam si quis armatus foret tum spiritus gladio, tum fidei scuto, eousq; ut miracula ædere, & per miraculorum æditionẽ, impudentium maledicorũq; hominũ ora obturare posset, huic certè euangelici sermonis præsidijs nihil opus fuerit: quin potius ne tum quidem sermonis usus inutilis est, sed admodũ necessarius. Quã
I do & beatus Paulus ab eo non abhorruit, tametsi à signis æditis ubiq; in admiratione habitus. Et alius q-
1. Pe. 3. c dam ex apostolis unus hortatur, ut hmõi sermonis uim studiosè amplectamur, inquiens: Parati semper sitis ad respondendũ cuilibet petẽti, ut loquamini de
Acto. 6. b ea, quæ in uobis est, spe. Atq; adeò uniuersi apostoli, cũ una essent, nullo alio nomine, Stephano eiusq; collegis uiduas regẽdas cõmisere, nisi ut in eiusdem sermonis ministerio uersarentur. Verũtamen si cõtigerit nos aliquid posse, in signis per nos ẽdendis, sermonis huius studio nõ æquè erit nobis inuigilandũ. Sin ne ullum quidẽ uirtutis illius uestigium in nobis relictũ est, ac multi undiq; assidue iminent aduersarij: superest necessariò ut nos hoc sermone armemus, muniamúsque simul ut ne aduersariorum telis feriamur, simul ut illos feriamus. Quapropter ingens adhibere studium oportet, ut Christi sermo in nobis largiter inhabitet: neq; n. nobis pugnæ species una parata est, sed belliũ nobis uariũ ac multiplex propositũ, uarijs multiplicibúsque aduersarijs constãs, atq; instructũ, qui ipsi neq; iisdẽ armis utuntur omnes, neq; uno eodẽmque nos artificio adoriri meditantur, eúmque oportet, qui cũ illis oibus prælio decertaturus sit, om
niũ artes notas habere, eundẽq; & sagittarium, & fun K
ditorẽ, & cẽturionẽ, & manipuli ductorem, & militẽ, & ducem, & peditẽ, & equitem, & naualis & muralis pugnę peritũ esse. Etenim in militaribus prælijs quod quisq; opus peragendum susceperit, hoc adoriẽtes hostes defendit. At hic haud quaquã sic se res habet. nisi enim qui uictoriã reportaturus est, dimicandi artes ad unã oẽs sigillatim percalluerit, nouit diabolus uel parte una aliqua, si ea fortè neglecta fuerit, piratis pdonibús que suis introductis pecudes diripere. At nõ ita usuenit, cũ pastorem ille senserit omni esse scientia præditũ atq; instructum, insidiarúmque omnium suarũ probè gnarũ. Qua de causa oibus nos ex partibus munitissimos esse oportet. Nam & ciuitas quandu muro undiq; cincta est, eos irridet à quibus obsidetur, præsidio illo tutissima: ubi uerò quis murũ diruerit ad portulæ tantũ magnitudinem, tum longè illi abest septi præsidiũ: etiã si firmum alioqui, ac tutũ illud maneat. Haud aliter igitur & dei ciuitas, dum ipsam undiq; pro muro pastoris solertia atq; pruden
tia cingit, aduersarijs suæ oẽs machinæ, artésque i op
probrium risúmque cedunt, euadúntque: qui eam i- L
colunt indemnes atque illæsi: si aũt eam parte aliqua demoliri quis possit ut uniuersam non diruerit, à parte totũ, ut sic dicã, labefactatus. Quid enim profuerit aduersus gentiles uiriliter aliquem dimicare, si illũ populentur Iudæi? Quid item de ambobus his uictoriam reportare, si Manichæi illũ deprædentur? Atque adeò uel his superatis, si qui dicunt fato omnia regi, pecudes intus iugulent? Et quid hic opus est oẽs diaboli hæreses, sectásque cõnumerare? certè nisi omnes eas pastor rectè nouerit propulsare, poterit lupus uel per unã ex eis tantùm, bonã pecudum partem deuorare. Iam in bellis militaribus ab ijs qui stant, ac depugnant fore tum uictoriam, tum cladẽ expectandum semper est. Hic uerò res longè in contrariũ cedit. Persæpe enim usuenit, ut pugna aduersus alios cepta, ad eos qui prorsus nõ congressi fuerint, quíque nihil omnino pulueris bellici hauserint, quiescentes sedentésque, uictoriã deferat: tum ut qui in ijs nõ magnopere exercitatus fuerit, proprio ipse gladio confossus & amicis, & hostibus ludibrio fit. Verbi gratia (perichitabor enim tibi id exẽplum planum facere quod M
dico) Legẽ quã Moses à deo accepit, qui Valentini ac Marcionis insanum dogma tanq̃ per manus traditũ accepere, atq; adeò quicunq; eadẽ cum illis sentiunt, de sacrorũ scriptorum catalogo delent. Rursus illa eadem Iudæis tam sacrosancta est, ut contendant, tẽpore ẽt id iam uetante, nihil in ea esse quod obseruari nõ debeat, præter diuinum ẽt placitum. At dei ecclesia utrorũq; intemperantiam uitans, mediam uiam secuta est: quæ neq; censet collum illius iugo submittendum, neq; patitur, ut illã calumnieris. Sed uel exoletã laudat, quòd ea scilicet ad tempus usum atq; utilitatẽ pepererit. Oportere igitur puto eum qui aduersus utroslibet depugnaturus sit, modũ huiusmodi adhibere. Nam si Iudæus docere uolens, intempestiuè nunc ueteris legis ceremonijs impediri, acriter increpitare atque incusare illam cœperit, nimirum hæreticis oblatrare uolentibus ansam non mediocrem dederit: qui si huiusmodi hæreticorum ora obturare uolens, ueterem legem laudibus extulerit immodicis, eam tanquam hodie quoque necessariam commendans, fiet ut Iudæis ora laxet. Rursus qui Sabellij insaniam insaniunt, ac quos Arij rabies inua-

A sit, ij quòd modum minimè seruarint, à sana utrique fide prolapsi sunt: qui iidẽ Christianũ ẽt nomen obtinẽt. At si dogmata examines, alteros inuenies Iudæis nihilo meliores sanioresvè, nisi quatenus appellatiõe tantũ inter se differunt: alteros maximè conuenire cũ Pauli Samosatensis hæresi: cæterũ utrosq; longè à ueritatis tramite aberrare. Magnũ igitur hic periculum, arctaq; & angusta uia, p̃cipitijs utrinq; intercepta. uerendũq; maximè, ne alterum dum ferire uis, ab altero uulnus accipias. Etenim si quis deitatẽ unam posuerit, hic Sabellius continuò debacchabitur uocé hanc ad suã insaniã, impietatemq; pertracturus. Sin uerò diuisione quis facta alium patrẽ, alium filiũ, aliũ esse spiritum sanctũ dixerit, hic instabit Arius, in diuersitatẽ essentiæ, personarũ differentiã trahẽs. Fugienda uerò, auersandaq; est tum illius impia confusio, tum huius insana diuisio, ita ut patris, filij, ac spiritus sancti deitatem unã fateamur, personas quas uocãt hypostaseis tres addentes. Hac. n. ratione utrorunq; incursiones. quasi uallo obiecto impedire poterimus. Sunt item & alij cõgressus, insultusq; permulti, quos hic colligere possemus, aduersum quos nisi diligẽter, fortiq; animo decertaueris, fiet ut pugna decedas uulnerib⁹ cõfossus innumeris. Iam quis numerare queat domesticorũ nugas, atq; cõtentiones? q̃ quidẽ externis insultibus inferiores cũ non sint, maiorem ẽt ei qui docere illos uelit, fudorem pariunt. Sunt. n. alij, quibus prę curiositatibus studio temerè ac nullo cũ consilio solicite indagare ac scrutari ea placet, quæ neq; facilè discipossunt, neque ijs utilia esse, qui ea edocti fuerint. Alij rursus iudiciorũ diuinorum rationes ab eo postulãt,
Psa. 35. b conati abyssum illã magnam dimetiri. Iudicia. n. tua (inquit ille) abyssus multa. Item fidei, ac uitæ institutionis paucos admodũ innenias studiosos: plures autẽ curiosè ea indagantes exquirẽtesq;, quæ nequaquã inuenire queas, quorum item exquisitio deum ẽt irritat. nam quoties quæ ille noluit nos scire, ediscere conamur, ea ipsi neq; scimus (quí enim deo id nolẽte?) & periculum uel ex ipsa tantũ indagatione ad extremum reportabimus. Atq; hæc cum ita sint, tamen cũ quis authoritate interposita hmõi curiosorum hominũ ora obstruxerit: is sibi tum arrogantiæ, tum insci-
C tiæ notã inurit. Qua de causa antistitẽ magnàm huc adhibere prudentiam oportet, ut tum illos ab hmõi quęstionibus abducat, tum eas quas dixi criminationes, à se amoliatur. Cæterũ aduersus hæc omnia nullum aliud q̃ euangelici sermonis suppetit auxiliũ: qua facultate si antistes spoliatus fuerit, fiet, ut eorum animæ qui illi subditi fuerint (de ijs loquor qui infirmiores curiosiorés que sunt) nihilo melius sese habeant, q̃ naues eæ, quas assidua maris tẽpestas exagitat. Quã-
BASI. obrem epũ oportet nihil non agere, ut sibi facultatẽ hanc comparet. Atq; hic Basilius: Quid igitur, inquit, Paulus ille facultatis huius sibi parandæ studiosus nequaquam fuit? qui ne eloquentiæ quidẽ inopiã dissimulat, sed apertè idiotam se esse profitetur. Idq;
2. Cor. 11. tum maximè cum ad Corinthios scribit uiros ab elo
b. c quentia, in qua magnopere sibi placerent, claros atq;
CHRY. illustres. Hoc ipsum, inquam, hoc ipsum certè est, quod pleroſq; perdidit, remissioresq; ad ueræ doctrinæ studium reddidit. Etenim cũ non possent illi apostolicæ mentis altitudinem exactè rimari, neque uerborum sensum capere: totius ætatis tempus consumere in somnolentia atq; oscitantia, insciitiam eã amplexati, non quam sibi ipse Paulus tribuit, uerũ à qua
tanto ille absuit interuallo, quanto non alius quisquã eorum omniũ hotuinũ qui sub cœlo hoc uiuũt, abesse potest. Cæterum propositũ hoc aliquatisper à nobis intermittatur. Interim aũt illud dicam: Sit nobis Paulus ex ea quidẽ parte idiota quatenus illi iidẽ eũ faciunt. Quid tum, si illũ conferas cum nostræ ætatis hominibus? Etenim facultatẽ ille obtinuit, oratio-
nis facultate multò præstantiorem, ac longe potentiorem. Ostendens. n. sese tantũ, ac tacens, dæmoni- Act. 19. b.
bus formidabilis erat. Nostri oẽs si unum in locum e
simul cõuenerint cum iusinitis tum precibus, tum lachrymis, nunq̃ certe tantũ possint, quantũ olim Pau- 1 ibidem.
li semicincta potuere Paulus quidem precibus mortuos suscitauit. Præterea miracula alia ædidit tam multa, ut apud externos pro deo haberetur: atq; antequã uitã cum morte commutasset, dignus habitus est, q
usq; ad tertiũ cœlum raperetur, uerborũq; particeps 2. Co. 12.
fieret, quę humanam naturã audire nequaq̃ fas est. a
At qui hodie uiuunt homines, sed nihil ego eloqui possum quod molestũ, inuidiosumq; sit. Neq; enim hæc dico, quòd memorię nostrę hominibus insultem: sed quòd admirer, quo pacto non perhorrescant, dum E
sese cum tali uiro conferunt. Nam si miraculis omissis ad illius uitã descenderimus, eiusdemq; mores ac studiũ uere angelicũ excusserimus, per hoc demum Christi athletã magis q̃ per miracula uictoriã reportare uidebis. Quorsum. n. dicere attinet zelum mansuetudinẽ, cõtinentia pericula, frequentes curas perpetuas animi solicitudines ecclesiarũ causa susceptas, cõmiserationem affectumq; in languentes ægrotantesq;, afflictiões permultas, alias atq; alias persecutiones, quotidianas mortes? Quis. n. locus orbis uniuersi, quæ cõtinẽs, quod mare iusti illius certamina ignorauit? Illũ uel deserta arq; inhospita tellus cognouit, atq; adeò periclitantẽ identidẽ hospitio excepit. Nã & insidiarũ genera oia pertulit, & nullum non uictoriæ modũ expertus est, ut in decertando indefessus, ita ĩ reportanda uictoriæ corona cõtinuus. Sed. n. nescio quo pacto eò ipse perductus sum, ut tanti uiri laudes oratione mea eleuarem magis q̃ exornarem. Eximia enim illius facinora ut omniũ orationẽ excedunt, ita nostram tantũ superant, quantũ ab ijs relinquimur, qui dicendi facultate in primis excellunt. At qui ne sic F
quidem (neq; enim euentu, sed animo potius consilium nostrum ille metitur) supersedebo, donec elocutus id fuero. quod tantò est ijs quæ dixi præstantius, quantò ille morralibus oibus excelientior. Hoc igitur quid est? Certe post tam multa egregia facinora, post innumeras coronas, in gehennã derrudi, & æterno tradi supplicio optauit, ut Iudæos qui ipsum crebrò tum lapidarant, tum etiã quantũ in ipsis erat interfecerant, seruarer, & Christo lucrifaceret. quis mor Rom. 9. a
talium sic Christum desiderauit, si modò desiderii Act. 14. d
hoc appellandum est, ac non potius aliud quiddam desiderio maius? Etiã ne igitur nosipsos cum illo cõferemus? Idq; post tantam gratiã quam partim cœlitus accepit, partim ex se ipse præstitit? Hoc uerò quidnam esse queat audacius, ac temerariũ magis? Atqui quod unum reliquũ est, Paulum sic idiotam nequaq̃ fuisse ut isti existimant, id iam cõmõstrare aggrediar. Isti enim non eummodò qui in peregrinæ ac phanæ eloquentiæ præstigijs tyrocinium non posuerit, sed etiam eum qui pro tuendo ueritatis dogmate depugnare nesciat, idiotam appellant: & recte id quidem. At Paulus non utrobique idiotam se profite-

G tur, sed in horũ altero duntaxat. Id quod dum cõfir
maret, rem diligenter admodũ diſſiniuit: oratione nõ
2.Co.11.b etiã cognitione idiotã ſe appellitans. Et certe ſi hìc exi
gere uellemus Iſocratis terſum læuorẽ. Demoſthenis
amplam ſublimitatẽ, Thucydidis uerendã maieſta-
tẽ, Platonis excellentẽ dignitatem, Pauli teſtimoniũ
hoc adductũ eſſe oporteret. Nunc uerò, ſi placet, oía
illa prætermittentes, ac peregrinæ eloquentię ornatũ
ut ſuperuacaneum ducẽtes, dictionẽ, enunciationẽq;
negligamus: ac nobis orationis paupertatem ſic per-
mittamus, ut rerum uerborumq; cõpoſitio nuda no
bis ac ſimplex ſit. modò nequis in cognitione, atque
adeò in dogmatibus diligenter excutiendis idiotã ſe
præſtet: neq; quò ſuã ipſius ignauiam protegat, Pau-
lum illum beatum otnatu ſuo maximo, tum laude q̃
Act.9.d.e in eo ſumma eſt, diſpoliet. Vndénam. n. obſecro, lu-
dęos eos, qui Damaſcũ incolerent, cõfudit, ſignis mi
raculisq; ab eo nondum cœptis? Vnde Græcos idem
ſupplantauit? Quamobrẽ aũt Tarſum relegatus eſt?
nõne id factum eſt, poſteaquã ui dicendi victor ille
euaſit: ſic, ut cũ victos ſe illi ferre nõ poſſent, ad illius
H cędem inflãmati ferrentur? Nondum. n. miracula ędo
re ceperat. Neq; uerò dicere quis poſſit, Paulũ ab ædi
torum miraculorum gloria, apud multitudinẽ in ad-
miratione habitũ: eosq; qui cum eo cõgrederẽtur ab
ipſius fuiſſe exiſtimatione oppreſſos. Ad id enim uſq;
tempus non niſi ab eloquentia victoriã de aduer ſa-
rijs reportabat. Aduerſus eos aũt, qui Iudaiſmũ ſequi
Ibidẽ 17 in Antiochia cœpiſſent, quibus auxilijs pugnauit, di-
b c.d ſputauitq;? Rurſus Areopagita ille ſuperſtitioſiſsimæ
Ibidem.g ciuitatis illius ciuis, nõne unà cum uxore, audita tan-
Ibi. 20.b tùm Pauli cõcione illum ſecutus eſt? Eutychus uerò
qũo de feneſtra delapſus eſt? nõne poſteaquã uſque
ad multam noctem Pauli docentis orationi intentus
operam dedit? Quid uerò in Theſſalonica atque Co
rintho, quid in Epheſo & in ipſa Roma, nónne totos
dies totas q; noctes insumpſit, dum diuinas ſcripturas
ordine exponeret? Iam quorſum percenſere opus eſt
Ibi.17.d diſputationes eas, quas cũ Epicureis Stoicisq; palàm
habuit? Nam ſi hìc oía referre uelim, profectò noſter
ſermo in magnam ſeſe longitudinẽ producat. Cum
igitur Paulum conſtet tum ante miraculorum ędition
I nem, tum in medijs ipſis miraculis magnã adhibuiſ-
ſe eloquentiam: qua fronte iam ſuſtinebunt idiotam
illum uocare, cuius magna fuit apud oẽs qua diſpu-
Act.14.b tantis, qua concionantis admiratio. Quamobrem
enim Lycaones ipſum Mercurium eſſe ſuſpicati ſunt?
Nam quòd Barnabam ac Paulum deos eſſe crede-
rent, id à ſignis æditis fiebat. Quòd autem Paulum
Mercurium eſſe uellent, id nõ iam à ſignis, ſed ab elo
quentia naſcebatur. Quánam autem re prærogatiuã
ille uere beatus uir inter cęteros apoſtolos obtinuit?
Vnde item per uniuerſum terrarum orbem multus
in omnium mortalium ore uerſatur? Vnde nõ apud
nos modò, ſed etiam apud Iudæos, ac gentiles in pri
mis admirationi eſt? nõne ab epiſtolarum facultate
ac uirtute: per quam non eos tantũ qui id temporis
in Chriſtum crederent, ſed eos quoque qui ab eo tẽ
pore in hunc uſque diem credidere, ac qui poſtea cre
dituri ſunt (tantiſper dum ille de unoquoque iudica-
turus aduenerit) adiuuit, adiuturusq; eſt? Id quod fa-
cere nunq; ceſſabit, donec mortale genus duraturum
eſt. Cuius certe ſcripta inſtar muri ex adamante con
ſtructi omnes orbis uniuerſi eccleſias quouis in lo-
co poſitas circũuallant: Idemq; ille fortiſsimi ac gene

A quis. n. inquit, fecerit ſimul ac docuerit, hic magnus
uocabitur, quòd ſi is qui facit, idẽ & doceret: ſuperua
caneũ certè id foret, quod ſcdm additum eſt. dixiſſe
enim ſatis erat, quiſquis fecerit tãtũ. Itaq; quòd utraq;
illa diſtinxerit, oſtendit alias eſſe operum partes, alias
Act.20.f ſermonis, atq; utrunque alterius ſubſidio indigere ad
conſummatã ædificationẽ. An nõ audis, quid Ephe-
ſiorum presbyteris ſcribat Chriſti organum illud ele
ctum? Propter quod uigilate, inquit, memores, quòd
per triennium nocte ac die nõ ceſſauerim cũ lachry-
mis monere unumquẽque ueſtrũ. Quis. n. uel lachry
marum, uel cõmoneſactionis per uerba p̃ſtitæ uſus,
uita in eo apoſtolica ſic radiante? Certè ut mandata
obſerues, poſit uita hmõi magna ex parte conferre:
neq; enim illi, quicquid belle ac præclarè geſtum fue
rit, cõtinuò ſoli acceptum retulerim. Cũ aũt de dog-
matibus exortum fuerit certamen, depugnantq; oẽs
ab iiſdem ſcripturis, quámnã hic uitæ exemplũ facul-
tatem præſtare, quámnã uim exhibere poterit: quid-
nam uerò utilitatis ſudores permulti allaturi ſunt, cũ
uel poſt labores illos exhauſtos, à craſſa quadã inſci-
B tia in hæreſim quis delapſus ab eccleſiæ corpore ab-
ſciſſus auulſusq; fuerit? quod quidem ſcio multis uſu
ueniſſe. Quod tandẽ illi tum fuerit tolerantiæ cõmo
dum? certè nullum. Sicut neq; fidei integræ atq; incо-
lumis uſus fuerit ullus, ſi perditè alioqui ac corruptè
uixeris. Quibus de cauſis eũ oportet, qui docendorũ
aliorum munus ſortitus eſt, in primis hmõi certami-
num peritia ualere. Nam tametſi tutus ipſe perſtat,
nihilq; prorſus ab aduerſarijs læditur: tamen ſimpli-
ciorũ hominũ multitudo illi ſubiecta ubi animaduer
terit ducẽ victum eſſe, ac nihil habere quo ſe contra
aduerſarios tueatur, iam nõ victi infirmitatẽ, ſed dog
matis potius imbecillitatẽ uitiumq; cauſantur. Atque
ita demũ ob unius hominis imperitiam, multus po-
pulus in extremam perniciem præceps rapitur, qui q̃q̃
haud ſeſe penitus cum fidei aduerſarijs coniungunt,
tamen de ijs ambigere coguntur. de quibus conſide-
re ipſi poterant, & ad quos ſeſe cum fide inconcuſſa
contulerant, iam non illis cũ eadem cõſtantia atten-
ti eſſe poſſunt: uerũ tantus æſtus, tanta tempeſtas il-
lorum animos infeſtat ſuperato præceptore, ut ma-
C lum ipſum in naufragium tandem erumpat. Quanta
aũt pernicies, quantus item ignis in infelix miſerumq;
illius caput aggregetur, ſingulis quibuſque ex ſubdi-
torum numero pereuntibus: nihil opus eſt ut te hic
doceam, qui per te ipſe omnia ad unguem nouiſti.
Hoccine igitur eſt arrogantiæ, hoccine inanis gloriæ
facinus, quod mihi impingitur? quòd ſcilicet recuſa-
uerim tam multarũ animarum interitus author fieri,
ac mihi maius ſuppliciũ acceriere, q̃ præparatũ alio-
qui deſtinatúmque poſt obitũ eſſet? Quiſnam uerò
id mihi uitio uerterit? certe nullus, niſi ſiquis inſanire,
ac nulla cum ratione expoſtulare, inque alienis cala-
mitatibus philoſophum agere uolet.

LIBER QVINTVS.

Vantum experientiæ, atq; exercitationis epi-
q ſcopum ad agendas ueritatis tuendæ cauſas
afferre oporteat, ſatis ſuperque demõſtratũ
nobis puto. Dicendum aũt aliud quiddam ſupereſt,
cuius cauſa infinita alia exiſtũt pericula, ſeu ut uerius
dicam, non eius certe cauſa, ſed iis potius authorib⁹,
qui eodem rectè uti neſciunt. Quandoquidem res ip
ſa & ſalutis, & plurimorum bonorum cõciliatrix eſt,
D ſi illius adminiſtratio in ſtudioſorũ ac proborum ui-
rorũ manus ceciderit. Id igitur quid eſt? Nempe labor
ingens concionibus, diſputationibúſque publicè ad
populũ habendis, impenſus. Primũ enim bona ſubdi
torum pars nolunt ſe ad concionantes cpos ſic accõ
modare, ut ſe ipſi ad præceptores audiendos accom
modant: ſed diſcipulorũ ordinem conditionẽ inque
ſupergreſſi ſpectatorum eorũ conditionẽ uſurpant q
in theatris ſtadijs ue certamina ſpectaturi otioſè ſe-
dent. In quibus quemadmodum ſolenne eſſe uide-
mus, ut multitudo in contraria ſcindatur ſtudia, alijs
huic, alijs illi applaudentibus: ita ſanè & hac in parte
diſciſi, alij cum hoc, alij cũ illo ſeſe coniungunt, aliàs
ad gratiam, aliàs ad inuidiam dicenti aures accõmo
dantes. Neq; uerò id ſolum moleſtũ eſt, ſed & aliud
quiddam, hocipſo nequaquam inferius. Nam ſi quã
forte ex concionatoribus contigerit partẽ aliquã eo-
rum, quæ ab alijs elaborata fuerint ſuis ipſius cõcio-
nibus intertexere, certè pluribus opprobrijs obnoxiũ
ſe reddit, q̃ qui alienas opes ſuffurantur, cum alioqui
etiam ſæpe fiat, ut concionator ne aliunde quidẽ mu
tuatus quicquã, ſed ea de re tantũ ſuſpectus, inſtar fu E
ris alicuius in ipſo furto deprehẽſi habeatur. Et quid
dico, eorũ, quę ab alijs elaborata fuerint? Certè ne illi
quidem licet ſuis proprijs inuentis aſsidue uti. Aures
enim ſuas uulgus aſſuefecẽre, non ut ad utilitatẽ, ſed
ad uoluptatẽ potius audiant, quod faciũt qui uel de
tragœdis, uel de citharœdis, iudicaturi ſedent. atque
adeò dicendi uis illa quam haud ita dudum explode
bamus, hac in parte tantũ ſui deſiderium præbet, ut
ne in rhetoribus quidem ipſis, cum illi inter ſe concer
tant, tãta requiratur. Hìc ergo generoſo opus eſt ani-
mo, eoq; qui longè exiguitatem hanc ſuperet, ut mul
titudinis uoluptatem illam immoderatã, infructuo-
ſamque compeſcat. poſitque illorum auditionẽ ad
id quod utilius futurum ſit transferre, hac ratione ut
populum ſe ſequẽtem, ac ſibi obſecundantẽ habeat,
non etiam ut ipſe à populi deſiderijs agatur, id quod
præſtare nemo poteſt, niſi idẽ ſimul popularem au-
ram aſpernetur, ſimul dicendi uim obtineat. Quorũ
utrunque niſi adfuerit certè alterum alterius auxilio
deſtitutum nulli uſui eſſe poſsit. Nam ſi is laudum ti-
tillationem forti animo contẽnens, tamen non exhi F
buerit doctrinam ſale ac gratia conditã, fiet ut à mul
tis deſpicabilis habeatur, nullo prorſus lucro cõmo-
dóue ab animi magnitudine illa accepto. Rurſum ſi
dicendi partem optimè præſtare cum poſsit, à plauſu
atq; aura populari uincatur, tum ipſi, tum multitudi-
ni quæ audit, damnum detrimentúmque idẽ propo-
ſitum, hocipſo quòd laudum ille ſuarum deſiderio
captus ad auditorũ gratiam magis, q̃ utilitatẽ dicẽdi
uim exercet. Ac quemadmodum neſcio quo pacto
fit, ut qui nulla ex parte popularibus laudibus capi-
tur, quique idẽ dicendi eſt imperitus, is neq; obſecun
dare multitudinis uoluptatibus poſsit, neq; rurſus au
ditoribus magno admodũ uſui adiumentóque eſſe,
propterea quòd nullus eloquentiæ doctrinæve preſi
dijs inſtructus eſt: ſic qui laudũ deſiderio trahitur, is
cũ doctrina, eloquentiáque ſua multitudinẽ reddere
meliorem poſsit, mauult certe, dum laudes eas quas
à multitudine accepit, cõpenſare cupit, ea in mediũ
afferre, quæ auditores delectare poſſunt, his ipſis po-
pulares plauſus clamorésque captans. Eũ igitur qui
optimus populi ductor futurus ſit, utraque illa dote
præditum eſſe conuenit: ut ne altera ſi abſuerit, al-

G teram ſubuertat. Cum.n.in medio exurgens,oransq; populo,ea elocutus fuerit,q̃ otioſorũ hominũ ignauiã atq; ſocordiã perſtringere poſſunt,ac deinde labatur & intercidat illius oratio, tum uerò p̃dicendi inopia erubeſcere ille cogatur: diffluit cõtinuò atq; euanescit omniũ eorum q̃ dixerit lucrũ. Nam qui ab eo perſtricti fuerint,illius uerbi ſuccẽſi,dum alia repẽdere nõ poſſunt,ignorantiæ ſcõmatis eũ laceſſerunt,his arbitrati ſua ipſorũ opprobria adumbrare,Propterea oportere ep̃m puto aurigę optimi exẽplo utraſq; illas uirtutes diligenter attẽperare,ut ipſi liceat illas ſimul ritẽ,atq; ordine pertractare: cũ enim talem ſe præſtiterit,ut à nemine reprehẽdi poſsit,tum poterit cũ quanta uoluerit libertate ſubditorũ ſuorum oĩum delicta aliàs caſtigare,aliàs remittere: prius aũt,hoc illi haud facilè factũ fuerit. Porrò animi magnitudinẽ ſic eum præſtare oportet,ut illã non ſolùm intra popularium laudũ contẽptionẽ contineat,ſed & ulterius promoueat,ut ne rurſus lucrũ id quod captat, imperfectum maneat. Quidnã igitur aliud cõtẽnere illum cõuenit? liuorem,atq; inuidiã. Intempeſtiuas aũt inſimulationes(quippe antiſtitẽ neceſſe eſt abſurdas ẽt deuorare H criminationes)neq; præter modũ uereri, ac reformidare. neq; rurſus leuiter deſpicere cõuenit: ſed te oportet ut falſæ ẽt exiſtant,ut à plebeis ac cõtẽptis hominibus in te cõtorqueantur, contendere eas ſtatim ut extinguas. Nulla enim res alia magis famã auget, uel bonam uel malã,quã uulgus incõpoſitũ: ut quod citra oẽm delectum,ac iudicium & audire,& eloqui cũ aſſuefecerit,id omne qcquid occurrerit,temerè prolo quatur,nulla prorſus ueritatis ratione habita. Quam obrem te nõ oportet uulgus ipſum contẽnere, quin potius ſuſpiciones prauas ſtatim atq; exortæ illæ fuerint intercidere: blãdè itẽ appellare eos qui te inſimulauerint,ut illi ẽt iniq̃ſimi ſint: ac nihil prorſus omittere rerũ earum,q̃ prauam de te opinionẽ delere poſſint Sin uerò omnia cũ præſtiterimus, noluerint qui nos accuſant quieſcere, tum demũ contẽnete eos licebit. quãdoquidẽ ſiquis ob populi dicta hmõi,animo ſtatim deiici cœperit,næ is nihil unquã quod generoſum admirandumq; ſit,parere poterit. Siquidem mœſtitia,itemq; curæ ac ſolicitudines perpetuæ animi uim maximè poſſunt proſternere, eundemq; ad I ſummã etiã imbecillitatem perducere. Oportet igitur ſimiliter ep̃m erga ſubditos affici, ut ſi pater erga liberos ſuos admodũ infantes afficeretur. Ac quemadmodũ illis neq; inſoleſcentibus, neq; cẽdentibus, neq; lugentibus admodũ laboramus,ac ne cũ nobis quidem arriſerint, criſtas tollimus: ſic nos oportet neque uulgaribus laudibus intumeſcere,neq; probris aĩum deſpondere, ſiquando ea intẽpeſtiuè erũpere uideas. Id uerò ô bone difficile admodũ ac fortaſſe tale, ut præſtari à nemine poſsit. ſuis enim laudibus audiẽdis nihil inde delectari,neſcio an cuiquã unquã mortalĩũ obtigerit. Porrò conſentaneũ quidẽ eſt,ut qui laudibus delectetur,idẽ illis ẽt frui appetat: eum aũt q frui appetit, omnino neceſſarium eſt mœſtitia, ac dolore affici,quoties illas nõ poteſt aſſequi. Nã quemadmodum quos diuites eſſe inuat,ſiquando in paupertatẽ inciderint, mœrore afficiuntur,& qui delicijs aſſuescere, tenuẽ ac ſimplicẽ uictum tolerare nunq̃ poſsint: ita qui laudũ amore capti ſunt, non ſolũ cum iniuſtè uituperantur,ſed ẽt cum ab alijs aſsiduè non laudantur, quaſi fame quadam animum cõficiunt. Idq; maximè,ſi in ipſis laudibus educati fuerint: aut ſi alios apud ſe laudari audierint. Qui uerò cum laudũ appe K tentia hmõi in docendi certamen prodierit, q̃ multis illum negotijs, q̃ multis animi doloribus obnoxium putas? Certè neq; mare unquam poteſt undis carere, neq; illius animus curis atq; anguſtia. nam ſi is fortè fuerit magna dicendi ui præditus (hoc aũt paucorũ quidẽ eſt hominũ) ne ſic quidem ab aſsiduo labore expedire ſe poteſt. Etenim quandoquidẽ nõ natura, ſed diſciplina eloquentiã parit, cũ ad illius ẽt faſtigiũ quis peruenerit,tum certè ab ea ipſe deſtituetur, niſi continenti ſtudio, atq; exercitatione uim hmõi exco luerit. quo fit,ut qui peritiores iam ſunt, ijs maior q̃ imperitiorib⁹ labor ſit propoſitus. Neq; enim par atq; eadẽ iactura hos & illos manet,ſi rem uterq; neglexerint. Verũ tanto ea maior eſt iactura,quanto inter ſe interuallo poſſeſsio utraq;,hoc eſt & peritia & imperitia diſsident. Imperitos quidẽ nullus in ius uocet, ſi nihil illi attulerint quod eruditũ atq; eloquens ſit. At periti niſi ſemper e penu ſua uberiora quædã, & quæ eloquentiæ opinione,quam uulgò iam receptam habent, maiora ſint protulerint, ne auditorũ omnium criminationib⁹ obnoxij ſunt. Adde quòd illi uel à me L diocri eloquentia magnas ẽt laudes aſſequi poſsint: cum horum ſermo niſi apprimè admirabilis, atque adeò ſtupendus fuerit,tantũ abeſt ut laudatores inueniat,ut ẽt accuſatores permultos conciliet. Neque enim auditorum conſeſſus magis ex p̃iudicata iam dicentium exiſtimatione opinioneq;, q̃ ex ijs quæ dicuntur iudiciũ prolaturus eſt. Quapropter cum quis cæteris eloquentia præſtiterit,tum demum illi in primis ſtudio,ac labore opus eſt, neq; enim prætendere poteſt id excuſationis genus, quod naturæ humanæ commune eſt: fieri ſcilicet non poſſe, ut oĩbus horis ſapias. Verũ niſi ubiq; dicta illius omnia exiſtimationis ipſius magnitudini reſponderint: infinitis certè cũ ſcõmatis,ac criminationibus à populo acceptis domum ſe recipiet. Cũ interim nemo exiſtat qui ſecum reputet uel triſtitiam aliquã,uel angorẽ,uel ſolicitudinem nonnunq̃,itẽ & iram quæ in animum irruerit ſolere mentis aciei tenebras offundere,neque ſinere ipſos animi fœtus puros ſyncerosq; euadere: præterea fieri omnino nequaq̃ poſſe,ut qui homo ipſe ſit,ubique eundẽ ſe præſtet: ac quicquid tentauerit,id omne M proſperè illi ut ſuccedat. At conſentaneũ quidẽ eſſe, ut & nõnunq̃ aberret,ac ſe ipſe inferior appareat. quarum rerũ omniũ nullam illi,quod iam dixi,cõſiderare uolunt, quinimo ſic in illũ crimina impingũt, ut ſi angelo iudices eſſent. Cũ alioqui ẽt natura cõparatũ uideamus,ut alterius facinora atque officia quantũuis licèt multa ac magna deſpiciam⁹: ſin uel leue qdpiã in eo deſideretur,iſq; uel ex longo interuallo aberrauerit,id plebs ſtatim perſentit,promptè mordet, atque ubique meminit. Atque hoc ipſum paruũ licèt ac tenue,multorũ eorúmque magnorũ facinorũ gloriã identidẽ eleuauit. Vides ô bone maiori opus eſſe ſtudio, ei potiſsimũ,qui dicendi p̃ſtãtia ualeat, ac p̃ter ſtudiũ tanta itẽ tolerantia, quãta ne illis quidẽ oĩbus, quos tibi prius nominaui, opus fuit. Etenim illũ permulti temere, ac nullo cõſilio idẽtidẽ adoriũtur, qui ipſi aliud habent nihil qd incuſent, niſi quòd illũ ægrè ferũt apud oẽs inclareſcere: quo magis illorum fortiter, ac generoſe ferenda eſt inuidia. Cuiuſmodi odiũ execrabile quod temere illi collegẽre, occultare ac diſsimulare, cum ipſi non poſsint, clàm cõuincantur, incuſant, calumniantur, malitiæ etiam ſuæ ui-

A rus palàm diffundunt. Animus aũt is, qui ad illa ſingula dolorẽ aliquẽ concipere, atq; inde iritari cœperit,non poteſt quin eo ſtatim dolore arrodatur,atq; cõficiatur: neq;.n.illũ per ſeſe ipſi ulciſcũtur tantũ,ſed id ẽt aliorum opera aggrediuntur: ac ſæpe fit, ut unũ aliquem ex eorũ numero,qui dicendi facultate minime ualeãt,eligant: eundẽq; laudibus in cœlũ extollẽtes,ſupra dignitatem admirentur: alios ad id inſania, alios inſcitia,alios inuidẽtia impellẽte: nõ quidẽ ut illius eloquentiã admirabilẽ reddant,q̃ talis ẽt ipſa nõ ſit: ſed ut huius gloriã eleuent atq; extinguãt. Neque uerò cum hmõi aduerſarijs athletæ illi certamen modò propoſitũ eſt,ſed & ſæpenumero cũ uniuerſi populi imperitia. Nã quandoquidem ex elegantibus eloquẽtibusq; uiris auditorũ in unũ coẽuntiũ conceſſus haudquaquã cõflatur: uerum bona concionis totius pars ex imperitis cõſtat,ſunt aũt reliqui & ipſi illis qdem prudentiores: iidẽ tamen tantò ijs inferiores,qui de dicendi facultate iudiciũ ferre poſſunt,quãto iſdẽ reliqui oẽs. Sed quoniã unus tantũ aut alter in cõcio B ne aſsidet, qui dicendi uirtutẽ hmõi obtineat: fit neceſſariò,ut qui doctius,atq; eloquẽtius dixerit,minus plauſus reportet: aliquoties aũt,ne laudatus quidem diſcedat. ac certè neceſſe eſſe puto animũ cõtra hmõi ineptias atque abſurditates generoſe præparare, ijſq; ignoſcere,qui inſcitia peccant: eos uerò q inuidia adducti hoc facere ſuſtinent, ut infelices ac miſerabiles deplorare: neutro aũt horũ exiſtimare eps debet, de ſua dicendi facultate quicquã detractũ. Neque.n. ſi pictor,qui optimus quidẽ ſit,quiq; oẽs pingẽdi arte p̃cellat,imaginẽ accuratiſsime à ſe expreſſam ab imperitis artificij illius uellicari nideat, conuenire putauerim,ut animũ ſtatim deſpondeat,picturãq; ab imperitorũ iudicio ineptã cenſeat: quemadmodũ ne eam quidẽ quæ uerè inepta ſit,ob eorũ ſtuporẽ, qui pingendi rudes ignariq; ſunt,admiratione,amore,atque amplexibus dignã cẽſere debet. Sit.n.optimus opifex ſuorũ quiſq; operũ iudex,atq; is quidẽ opera ea q̃ facit,hac rõne uel uenuſta,uel inepta iudicet, cũ mens atq; ingenium,cuius induſtria opa ipſa deformata fuerint,tale de illis ſuffragium,iudiciumq; tulerit: aliorũ aũt opinionem errãtẽ,atq; arte carentẽ ſic reiiciat, ut C ne in animi quidem cogitationẽ deſcendere permittat. Haud aliter ſanè,qui aliorũ edocẽdorum prouinciam ſuſceperit,is ne de aliorum laudibus depẽdeat, néue ab ijs animum deſpõdeat. Quin orationes hoc cõſilio meditatus,ut deo opt.gratę atq; acceptę ſint, hunc unũ ſibi ſtatuat canonẽ, ac terminũ optimi illarũ opificij nõ etiã plauſus ac laudationes. Laudatur is ab hominibus,laudes ne reiiciat. Laudes ab auditoribus illi negantur: eas ne ambiat, neu negatis indoleat. Abundans.n illi fuerit laborum ſolatiũ,idq; omnium certe maximũ,ſi ſibi ipſe cõſcius eſſe potuerit, ad hanc ſe rationẽ,doctrinã,eloquentiamq; ſuam cõpoſuiſſe atq; adaptaſſe, ut deo illa placens acceptaq; fiat. Etenim ſi illins animũ iniquarũ laudũ appetẽtia prius occupauerit, ei certe nihil ſudores laboresq; illi improbi,nihil dicẽdi uis illa ac facultas profuerit. Humanus enim animus is qui temeraria ac cæca uulgi iudicia ferre minime poteſt,ſtatim fathiſcit, ſtudiũq; ipſum literarum abiicit. Quamobrem in primis erudiendus is eſt,in laudum contemptu ac deſpicientia. neq; enim ſatis eſt eloquentia præditum eſſe ad dicẽdi facultatem hanc conſeruandam, niſi hic ipſe,quẽ dico,laudum cõtemptus adſuerit. Quòd ſiquis rem ad calculos exacte exigere uelit,& illi quoq; qui facul D tate iſta caret,cõperiet nihilo minus opus eſſe cõtemptu iſto laudũ,q̃ ei qui admodũ eloquens ſit,Nam ſi à popularis auræ illecebris uinci ſe ille patietur,neceſſariò fiet,ut multis in rebus delinquat: ut qui cũ non poſsit claros illuſtresq; illos dicendo æquare,non recuſabit aliàs illis inſidias parare,aliàs inuidere,aliàs iniuſte detrahere, multaq; alia id genus præter decorũ cõmittere: quinimo nihil nõ audebit, uel uſq; ad animæ exitiũ,ut illotum gloriã ad ſuæ tenuitatis humilitatẽ deducat. Adde quòd à ſtudiorũ ſudoribus laboribusq; abſtinebit,tanq̃ torpedine quadam illius animo circũfuſa. Quiſquis.n. poſt immenſos labores ſũ ſceptos laudis fructũ inferiorẽ reportat,is niſi ſe prius ad laudũ contemptum gnauiter cõpoſuerit, nimirũ animum ſtatim deſpondere,eundemq; ad altã quandam ſomnolentiã cõuertere ſolet. quando & agricola dum in ſterilium locorũ cultu ac labore ueſatur, ac lapidoſam nouale arare cogitur,ſtatim labore ſuperſedit,niſi illũ uel agricolationis ſtudiũ uehemẽs, uel famis timor ingruentis urgeat. Etenim ſi quib⁹ di cendi facultas magna ineſt,ut donũ illud cõſeruent, E tanta opus eſt exercitatione: qui facultatis illius nihil cõparauerit,ſed in medijs dicẽdi certaminibus,in ipſo concionum agendarũ ſtadio meditari cogitur: is quantũ,quæſo,ſubiturus eſt difficultatis,quantũ tumultus,quantũ turbulentię,ut magno ſuo labore tã tillum auræ popularis ſibi conciliet? ſin uerò quis exiſtet qui uel inferiorẽ ep̃o' dignitatẽ atq; ordinẽ ſortitus,hac ſanè i parte plus q̃ ille clareſcere poſsit,hic demũ diuino quodã animo opus eſt, ut ne uel inuidia uincatur,uel animi deſperatione opprimatur. Ab inferioribus.n. dicendi gloria uinci eũ qui dignitate præcellat,remq; fortiter ac generoſe perpeti: id uerò non cuiuslibet,neq; noſtri ſane fuerit,ſed adamantini potius cuiuſdã animi. Porrò qui ſic excellit,hic ſi humano forte,ac modeſto aĩo præditus fuerit, malũ utiq; utcunq; tolerandum. Sin & audaculus, & arrogãs, & gloriolæ ſitiens, nimirum mors aduerſario quotidie optãda: uſqueadeo amarulentã ei uitã riualis reddit, in propatulo exuperans,clã ſubſannans, pleraq; de ip ſius authoritate identidẽ uellicãs,oĩa ipſe eſſe cupiẽs. quarũ rerum omnium maximum ſibi p̃ſidium facit, F tum eam quã in dicendo uſurpat libertatẽ,tum multitudinis in ſe ſtudium,tum ſubditorũ erga ſe omniũ dilectionẽ. Ignoras quantus iam ornate copioſeq; dicendi amor, quantũ ſtudiũ in Chriſtianorũ animos inuadat,ac tanq̃ debaccheturꝰ quantoq; iam in ſ̃ptio habeantur, qui ſtudiũ in excolunt: nõ ãpud externos tantũ,ſed ẽt apud eos qui Chriſtianæ pietatis partes ſequũtur? Quĩ igitur tantũ dedecus quis ferat: cũ ipſo ſcilicet dicente taceant oẽs,ac ſeſe interturbari exiſtimẽt, tum uerò orationis finẽ quaſi laborũ requiem quandã expectẽt: alterũ aũt uel diu admodũ orantẽ, patienter auſcultẽt,& dicẽdi ſinẽ facere uolentẽ æger rime ferãt: deniq; quo iam ſilere uolẽte iritẽtur, commoueanturq;? Hæc.n.ẽt ſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto uideãtur, tamẽ eiuſmodi ſunt q̃ poſsint tũ alacritatẽ extinguere,tum aĩum ipſum eneruare,atq; diſſoluere: niſi ſiquis à perturbationibus humanis oĩ bus ſeſe aſſerens ad incorporeaĩũ potentiarũ exẽplũ animum ipſe ſuũ cõpoſuerit: q̃ quidem neq; inuidiæ, neq; gloriæ ſtudio,neq; alteri id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quiſquam eſt mortaliũ omniũ talis qui beſtiam hãc captu difficilẽ,indomitam, ac tru

G culentam,auram dico populare conculcare, ac multiplicia illius capita excidere posit:immo uerò siquis est, qui illam nullo enasci modo pmittat, hic sanè facilè poterit complures insultus istos à se depellere, ac sereno quodam portu tandem frui: qui si ab ea sese non asseruerit, idem hic multiplex bellum, tumultū perpetuum, denique desponsionis animi reliquorūq; morborum turbam aduersum se depugnaturam præparabit. Quorsum attinet reliquas difficultates persequi? quas quidem nemo neque docere, neque discere poterit, nisi qui in rem præsentem uenerit, rerumq; ipsarum administrationem subierit.

LIBER SEXTVS.

T certè hoc in orbe dum uiuitur, huiusmodi
e res existunt, cuiusmodi ex me audijsti. Vita uerò defunctis quémnam, quæso, in modū ea à nobis ferentur, quę tum ferenda erunt, cum nos uidelicet pro ijs sigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint, rationem reddere cogemur? neque.n. dedecoris tantùm, atque ignominię pœna, sed etiam
Heb.ul.c æterni supplicij mulcta nos illic expectat. Illud.n. Pare
H te ijs qui præsunt uobis, & concedite: nam illi uigilāt pro animis uestris, tametsi prius iam à me dictū est, tamen ne nunc quidem reticebo. Huius.n. commina
Mat.18.a tionis terror, animum mihi concutit. Nam si ei qui unum aliquem duntaxat offenderit, expedit ut mola asinaria suspendatur à collo ipsius, ac demergatur in
1.Co.8.c profundum maris: Item siqui fratrum suorum conscientiam offendunt, ij omnes in ipsum Christū peccant: qui non unum, non duos, non tres tantùm, sed tam multos etiam populos perdiderint, illis quid tādem fiet? ac quánam illi pœnam sunt pensuri? neque enim licet imperitiam excusare, neque ad ignorantiam confugere, neque aut necessitatis, aut uiolentiæ speciem obtendere: uerùm subditus potius aliquis, si modò id liceat, suis ipsius, quàm antistes aliorū peccatis excusandis, suffugio hoc uti possit. quamobrē? quandoquidem qui delegatus est, ut alienam emendet ignorantiam, tum uerò diabolicum instare bellum denunciet, is profectò ignorantiam prætendere
Ezc.7.d minimè poterit, neque uocem hanc usurpare: Tubā non exaudiui, bellum non prouidi. Quippe in hoc se
I det ille, ut Ezechiel ait, ut alijs signum tuba canens det, & quæ futura sunt incómoda prænunciet. Quo nomine supplicium nulla excusatione depellere potebit, quanuis unius duntaxat animæ iactura acciderit. Si.n. dum romphæa imminet, populo tuba signū nó
bid.33.b dedent, neque prænunciauerit, inquit ille, speculator, ac gladius animā inuaserit: ipsa quidem aīa à sua iniquitate capta fuerit, sanguinē autem ipsius ex speculatoris manu exquirā. Define ergo nos obtrudere in sic inuitabilis iudicii aleam. Neque.n. nobis hic res est de ducēdis militib. aut de regno gubernando, sed de functione angelicæ uirtutis indigente. Etenim sacerdotis aium solaribus radiis puriorem esse oportet: ut nequándo spiritus sanctus desolatum illū relinquat, ut
Gala.2.d dicere illi liceat: Viuo equidem nō amplius ego, uiuit autem in me Christus. Nam si qui eremū inhabitāt, quiq; procul tum ab urbe, tum à foro, tum à tumultib. illinc enascētib. securi, liberiq; uiuūt: deniq; q perpetua portus trāquillitate perfruuntur, tuto uitę illius præsidio fidere nolūt quinimo infinitas quoq; alias addūt custodias, undiq; seipsos circūsepiētes, magna adeò cū diligētia & dicere & facere omnia adlaborā tes, ut cū libertate ac puritate quadā syncera, quanq̄ū humanus captus ferre potest, ad dei conspectum accedere possint, quantā putas sacerdotem præstare debere, tum uim, tū potētiam, ut animā suam ipsius ab omni uindicet fœditate, ut spirituale pulchritudinem illæsam, atq; incolumē seruet? Etenim multo maior uitæ integritas huic, q̄ illis necessaria est. Cui porrò integritas maior necessaria est, hic certè pluribus q̄ illi iidem casibus, obnoxius esse cogitur, qui eū conspurcare possunt, nisi cōtinentē sobrietatem, ac uehemēs admodum studium adhibens, animum imperuium, impenetrabilēmq; præstiterit. Nā & oris decor, & motuum exquisita mollities, & incessus affectatū studium, & uocis confractio, & oculorū, & malarum pigmenta, & cincinorum compositiones, & capillitij tinctura, & uestiū sumptuosarum auratarúmq; diuersitas, & gēmarum pulchritudo, & unguentorū fragrantia, & cætera omnia, quæ muliebre genus affectare solet, talia sunt quæ animum cōmouere possint, nisi is continentiæ austeritate occalluerit. Proinde ab iis, quę dixi, cōmoueri mirum nequaquam est: at per alia quædam, quæ his cōtraria sint, diabolū ferire, humanāsq; animas misso uelut telo configere posse, id uero admirationis ac dubitationis plenū est. Pridem.n. nonnulli, qui retia illa quæ dixi euaserant, à longe diuersissimis capti sunt. Nā & neglecta oris facies, & squallida coma, & sordida uestis, & habitus incōpositus, & morū simplicitas, & sermo simplex, & incessus inaffectatus, & uox minime figurata, & paupertatis contubernium, & sui contēptus, & libera item solitudo ad misericordiam primū pellexerunt eum, qui ea cerneret, post aūt eundē ad extremā perduxere perniciem: permultiq; inuenti sunt, qui priora illa retia quū effugissent, retia inquam ex auro, ex unguētis, ex uestibus sumptuosis, cæterisq;, quæ cōnumerauī, contexta, in hæc longe ab illis diuersa, facilè inciderint, hisq; pditi tandē fuerint. Quū ergo & per paupertatē, & per opulentiā, & per habitus elegantiā eiusdémque negligentiam, & per mores tum cōpositos tum incōpositos, uno uerbo quū per ea quę dixi omnia in spectātis animo prælium accenditur: illúmq; doli, fraudes, artificia undiq; circunsistunt: unde illi, quæso, respirare dabitur, inter tot laqueos medio? quānam porrò latebras nāciſci poterit? non dico ne ui ipse captus succūbat, (hoc enim nō admodū difficile,) sed ut suum ipsius animum à fœdis cogitationibus incōcussum asserat. Et quidē nihil hic loquor de honoribus, malorū infinitorū authoribus. Honores enim ij qui à mulieribus deferuntur, tēperantiæ contentionem enerUant, ac pessundant sæpenumero, quoties quis asiduam uigilantiā aduersus huiusmodi insidias afferre nescierit. Rursus honores eos, quos uiri largiūtur, nisi quis magna cum animi cōstantia admiserit: morbis duobus cōtrariis capitur, quorū alter est adulationis seruitus, alter arrogātiæ amentia: dū hinc sui palpatoribus, adulatoribusq; sese summittere, hinc propter honores eòs quos illi detulerūt, aduersus tenuiores cristas tollere, atq; adeo in fastidii ac cōtumaciæ barathrum p̄ceps ferri cogitur. Dicta quidē à nobis sunt hæc: sed q̄ detrimētosa ipsa sint, nullus planè, nisi qui exptus sit, rectè nouerit. Neq;.n. solū hæc, uerum longe his tum maiora, tum piculosiora subire illū necesse est, qui ipse medius inter homines uersetur. At qui solitudine delectatur, is oium horum imunitatē consequitur: cui si quando absurda quæpiā animi cogitatio simile qd oculis repsentauerit: infirma tamē imbecillaq;

G quis uolet instituti illi sudores, cum recte administrato sacerdotio: certe tantum esse inter illa duo discrimen comperiet, quãtum est priuatum inter & regem interuallum. Nam illic quanquam magnopere laborandũ, tamen labor concertatióque huiusmodi, corporis atq; animi cõmunis est, seu ut uerius dicam, labor huiusmodi maiori qdem ex parte corporis constitutione absoluitur. Quod qdem nisi ualens fuerit, animi prõptitudo in se ipsa uertitur, ac ueluti soluaga & ieiuna maner, non habens quẽadmodũ in opus exeat. Quippe contento studio ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto esse corpore, multũ desudare, &ꝯcætera id genus, quæ monachi ad durandum aduersus gendúmq; corpus sibi exercenda proponunt: statim oia depereunt, nisi corpus quod castigandũ est, suffe rẽdis afflictionibus illis par fuerit. Hic uero nuda simplicis animi arte opus est, ac certe tali, quæ corpis habitudine nihil indigeat, ut suã ipsius uirtutẽ prodat. Quid enim nobis præsidij corporis robur ad id conferre possit, ut neq; præfracti, neq; iracundi, neq; procaces simus: sed sobrij potius, casti, honesti, aliisq; ani
1.Tim.3.a mi uirtutibus instructi, per quas beatus Paulus ineffa
H bilis sacerdotis imaginẽ numeris suis omnibus absolutam esse uoluit? quod ipsum itidẽ dicere non possis de ea uirtute, quam monachus præstare debet. Ac quemadmodũ præstigiatoribus necessaria quidẽ est instrumentorũ, rotarum, funium, gladiorũ copia, uarietásq; : cõtra, philosophus uniuersam artẽ in animo reconditã habet, externarum rerũ nihil indigens: sic & hic monachus eò amplius, alieno indiget officio, eáq; benignitate quæ uice aliena cõmoueatur: & conuenientia item rerũ locorúmq; ad uitam illam commodorum: ut ij loci neque ita multum ab hominum conspectu remoti, solitudinis tamẽ otium quietémq; habeant: neq; iidem optima anni atq; aeris temperie careant. Nihil enim esse possit intolerabilius ei, qui abstinentijs ieiunijsq; corpus suum macerat, quàm cœli atq; aeris intemperies, ut sileam hic quàm multa monachis negotia necessario exhibeant tum uestitũ confectio, tum uitæ cura: quippe quũ certatim etiã contendant omnia per se opera peragere. Sacerdoti autem quòd ad ipsius usum pertinet, nihil his opus fuerit: utpote qui sese quũ minimè curiosum, tum promi
I cuum omnibus his in rebus quæ damnũ non afferant, præstare: tũ uero scientiam omnem in animi sui thesauro recõditã habere debeat. Quòd si qs existet, qui admiretur, laudetq; sacerdotem eũ, qui sibi ipse uiuẽs domi se cõtineat, ac multorũ consuetudinem, usumq; auersetur: eqdem hoc patientiæ specimen aliquod esse dixerim: non tamen idoneũ id argumentum uirtutis omnis eius, quæ illius aio ineſſe debet, affirmauerim. Nã qui intra portũ ad gubernaculi regimẽ assidet, is nõ continuo sufficiens artis piculum præbet. At uero qui medio in mari quũ esset, nauem sæuiente tempestate eripere potuit: hunc certe nemo est, qui optimũ gubernatorem esse neget. Proinde ne monachũ quidem magnopere ac supra modũ admirabimur, quòd is apud se uiuens neq; commoueatur, neque in multa ac magna peccata prolabatur. Neq; enim ei res illæ adsunt, qbus ipse animo iritetur extimuleturq;. Sin uero qs se ipse turbis uniuersis tradiderit, ac multorũ delicta hominũ ferre coactus quũ esset, incõcussus, immotúsq; perstiterit, aium ipsum uel tẽpestate actum ranq; in malacia, ac tranqllitate gubernans: hic uero dignus est, quem oẽs plausu atque admiratione prosequantur: abunde.n. suæ ille uirtutis piculũ fecerit. Ne te igitur admiratio subeat, si qui à foro atq; à populari cõsuetudine abhorremus, accusatores multos nequaquam habeamus. Neq; enim si quũ obdormirem, non deliq: neq; si quum nõ colluctarer, non cecidi: neq; si quum non depugnarem, non percussus sum mirari oportuit. qs enim, obsecro, quis inquã deferre poterit, ac detegere flagitiũ meũ? tectũ ne, cubiculúmq; hoc? at in uocem erũpere non possit. an mater potius, cui uni in primis res oẽs meæ notæ sunt? At ne cũ illa quidem mihi quicquam commune est, neque ipsi inter nos in rixam, contentionémque ullã uenimus. Id quod ut etiã acciderit, equidem nullam esse matrẽ existimo sic à pietate charitatéq; alienam, sic à liberorum amore abhorrentem, ut quem parturierit, peperit, educauerit, nulla causa impellente, ac nemine cogente, eũ palàm uituperare, ac criminari sustineat. Nã si quis alioqui hunc aium exquisite excutere uelit, certe permulta in eo desiderabit. Id quod ne tibi quidem incognitũ est, qui me tamen apud oẽs laudibus in cœlum efferre cõsueuisti. Ac, sanè non extenuandi mei noie hoc pronunciem, recordare si placet, quoties tibi dixerim, (quũ huiusmodi sermo idẽtidem inter nos incidisset) si qs optionem mihi proponeret, utrũ ego institutum sequi, inq; eo claresceret mallẽ: in ecclesiæ alicuius prefectura, an in monachali solitudine, me prius illud uitæ genº mille calculis ante positurũ. Neq; enim cessaui unquam illos apud te suscipere qui munere illo iuste defungi possent. me uero id munus nõ detrectaturum fuisse, quod tantopere magnificarẽ, si modo illi probè pertractãdo par fuissem, nemo planè cõtradicturus est. Verũ quid facerem? Eqdem nihil minus utile, minúsq; aptum esse puto ad ecclesiæ præfecturã administrandam, quàm animi mei pigritia hanc, atq; socordiam: quam tamen alij exercitationem esse existimant. At ego illam quasi meæ imbecillitati uelamen prætendo. Qua qdem ex iis, quæ in me desiderantur, plura obtego, neq; sese prodere patior. Quisquis enim tanti otij fructum capere, multáque in quiete uitam trasigere assueuerit, ut magno etiã ingenio præditus sit: is sanè si quid agendũ est, in quo tyrociniũ non posuerit. animo statim turbatur, ac percellitur, obtunduntúrq; magna qdem ex parte facultates uiésque illius oẽs: nisi eas prius ad id ipsum qd facturus est, probe exercuerit. Qui si forte simul & tardo ingenio natus, & certaminũ huiusmodi expers fuerit: suscepta ista sacerdotij administrãdi prouincia, nihil prorsus qd nostrate uerbo dicitur, à statuis distabit. Quãobrẽ pauci admodum existũt, qui ex palæstra illa in hæc certamina descendant. quotquot autẽ descendunt, ex iis plures sese quales sint produnt, tum uero animis concidũt, deniq; insuaues atq; acerbas sese res deuorare intelligunt. Nec ab re qdem illud. Quum enim non eadem sunt, neque iisdẽ de rebus proposita certamina, exercitationesq; : tũ fit, ut qui decertat, ab eo q prorsus inexercitatus est, nihil discrepet. Gloriã in primis contẽnere eum oportet, qui in stadium istud decerta turus descendit, iram superare, ac multa prudentia abundare. Huic autẽ qui solitariam uitam amplectitur, nullus prorsus exercitationis campus propositus est. Nam neq; iritantes habet multos, ut hac ratione meditetur, ac sese exerceat in coercẽda animi excandescẽtia: neq; rursus palpatores, applausoresq;, ut hac item rõne populare aurã tespuere discat. Prẽterea hoc

A hominum genus non admodum laborant, eam sibi parare animi prudẽtiam, quã ecclesię administratio requirit: quo fit, ut cum in ea certamina descẽderint, quorũ nullum antea periculum fecerint, hæreant ipsi, hallucinentur, ineundi consilij inopia laborẽt, atq; adeò prẽterq; quod ad uirtutem progressionem nullã faciunt, eas etiam dotes quas secũ attulerant, pleBASI. riq; plerunq; deperdant. Tum Bas. Quid igitur? eos qui in media hoium turba uersantur, qui uitæ huius cultum, negocia, curas sequuntur, qui ad rixas, ad pugnas, ad maledicentias occalluere, sexcentis ingenij facultatibus, artibusq; instructi, delicijsq; affluentes,
CHRY. ecclesiæ regimini præficiemus? Bona uerba, inq;. Huiusmodi.n. hominum ne in mentem quidem tibi uenire debet, cum de sacerdotum delectu agetur. At uerò siquis existet, qui uel multorum hominũ usum conuictumq; ferens, posit item animi puritatẽ, constantiam, sanctimoniam, tolerantiam, sobrietatẽ, cæterasq; uirtutes quę monachis insunt, magis etiam in corruptas, atq; inconcussas seruare, q̃ ipsi etiam monachi seruent: næ hic tibi deligendus erit: quandoqui
B dem quisquis uitijs multis cum laborat, eadẽ illa potest solitudine dissimulare, atq; obtegere, sicq; intra se continere ne in opus erumpant, propterea quòd nullorum conuinctu hoium utatur: hic certè si in mediũ accesserit, nihil inde lucri assequetur, nisi quòd tum ridiculus futurus est, tum etiam maius periculum subiturus. Id quod nobis propemodũ accidisset, nisi dei optimi prouidẽtia ignẽ hunc à capite statim meo defendisset. Neque.n. dissimulare seipse potest, qui moribus ijs fuerit, cum in luce hominumq; cœtu uersatur. Verùm quoquo se ille uertat, statim proditur: ac quẽ admodũ fit, ut metallicas materias ignis probet, ita & cleri exacta probatio mortalium animos secernit, atq; internoscit: ac siquis est, uel iracundus, uel pusillanimis, uel gloriæ appetẽs, uel arrogans, uel alio quo uis animi morbo obsessus, id omne detegit, ac latentes statim morbos denudat: nec denudat solũ, sed ẽt tum asperiores, tum impotentiores reddit. Nã ut corporis uulnera si atteris, curatu difficiliora reddis: sic natura cõparatum uidemus, ut animi morbi, si irites exasperesq;, magis ac magis rebellent, atque increscant, dominorumq; suorũ peccata augeant. Etenim
C ad ambitionem statim attollunt, impelluntq;, eum q sibi cauere, atq; imperare nesciat. Itemq; ad arrogantiã, auaritiamq;: clam autem ad delicias pertrahunt, ad animi demissionem, ad ignauiam: ac pedetentim ad alia deinceps indidem enascẽtia. Multa.n. alia sunt uitia ijs quæ connumeraui interiecta, quæ animi uim eneruare, ipsumq; ad deũ cursum iterrũpere possunt. Atq; in primis mulierum usus, consuetudoq;. Neq;.n. potest antistes, qui gregis uniuersi curam susceperit, uiris tantùm curandis operam dare, mulierum autem curam negligere: qua in parte magna profectò opus est prouidẽtia, quòd facilè ad peccandum quisq; procliuis sit: sed illum oportet cui administrãdus episcopatus forte obuenerit, pro illarum salute si nõ maiorem, at parem certè curam studiumq; impendere. Nã & eas inuisere ægrotantes, & solari lugentes, & increpare languentes, & adiuuare afflictas oportet: quæ oia dum fiunt, plures irrumpendi aditus dæmon inuenire potest, nisi exactissima qs, ac munitissima custodia sese uallauerit: quippe aim ipsum ferit ac commouet non impudicæ tantũ, sed etiã pudicæ mulieris oculus: prætereà & palpationes emolliũt, & hono

res mancipant. Et simul charitas feruens, eadem bo D
norum oium author, ijs qui ea rectè uti nesciunt, malorum oium author fit. Aliquoties autem & solicitudines assiduæ, mentis acumen habetant, eúmq; qui aio uolucri ac pernici sit, plumbo grauiorẽ reddunt: deniq; & ira, quæ in aium fortè inuaserit, fumi instar interiora omnia à se occupata inuoluit. Quis tãdem reliqua enumeret incõmoda, contumelias, uiolẽtias, incusationes, non solũ quas uiri prudentes, sed etiam quas tum tenuiores, tum imprudentes intẽdunt: quę hoium pars cum recto animi sensu ac iudicio careãt, cõqueri atq; expostulare nunq; cessant, excusationes quibus te defendas haud facilè admittentes. Porrò & antistitem qui bonus sit, oportet ne istos quidem contemptui habere, sed multa cum humanitate, facilitate, comitate, oium criminationes diluere, iniustas potius accusationes condonantem, q̃ ob eas ægrè se rentem, ac succensentem. Si.n. beatus ille Paulus ueritus est ne furti apud discipulos suspectº esset, quo nomine & alios in pecuniarum administratione secum assumpsit: ut nequis, inquit, nos carpat in hac exube 2.Co.8.d
rantia quæ à nobis administratur: quo non omnia à
nobis agẽda sunt, ut malas à nobis suspiciones amo E
ueamus quantũuis licet falsas, iniquas, & ab ea quã habemus opinione alienas? A nullo.n. peccato tantũ absumus, quantũ à furto aberat Paulus. Attamen tãtum ille cum abesset à prauo hmõi facinore, ne sic quidem negligendam sibi putauit cõem multorum suspicionem, etiamsi admodum iniquam, atq; insanam. Insania.n. mera, tale quid suspicari de beato illo, atq; admirabili Pauli animo. Nihilo tamen minus, cum hmõi suspicio sic iniqua, atq; absurda foret, ut in nullius animum, nisi eius qui mente alienata esset, influere posset, causas ille à se oẽs procul amolitur. Neq; uerò hac se defensione tuetur: Quis tandem uestrum hoc ipsum de nobis suspicari sustineat, cũ nemo uestrũ sit qui nos tum ex signis miraculisq;, tum ex uitæ honestate atq; integritate nõ reuereatur atq; admiretur? immo contrà & suspicatus ille est & expectauit prauã hanc de se suspicionẽ, atq; idcirco radicitus eam auellit, seu, ut uerius dicam, prorsus ne exoriri quidẽ eam permisit. quamobrem? Procuramus.n. Ibidẽ. &
inquit, quæ honesta sunt, non modò corã domino, Ro.12.d
sed etiam corã hominibus. Tãtum certè oportet, im F
mo uerò longè maius studiũ adhibere, ut malas opiniones non solũ dum erumpunt, diuellamus arceamusq;, sed & procul unde erũpere possint prospiciamus: atq; adeò causas ipsas, è quibus enascantur, longo antè tpe interimamus: non etiam dum coalescãt, & in uulgi ore uersentur, ac diuulgẽtur, expectemus. Tum.n. haud procliue fuerit illas delere, sed admodum difficile: fortasse etiam nulla eas arte tum extinguere ualeas. neq; uerò tum res noxa careat, ppea quod hoc ipsum fiat, quo tpe multorum conscientiam iam læseris. Sed.n. quousq; tandem immorabor in persequendis ijs, quæ oratione quidẽ assequi minimè ipse possim? quippe difficultates eas oẽs recensere uelle, quas epm tolerare oportet, prorsus nihil aliud fuerit, q̃ maris altitudinem emetiri. Nam ut etiã ille ab omni animi pturbatione uacet (id quod assequi certè nemo põt) tamen emendandis corrigendisq; aliorum delictis labores, ęrumnasq; infinitas ferre necessariò cogitur. Quibº quidẽ si domesticos peculiaresq; morbos addideris, hic tu cõtemplare laborum pelagus, curarũq; abyssum, & quæ episcopo toleran-

G da erunt, uolenti & domestica & aliena mala edoma
BASI. re. Atq; hic Basil. Nunc uerò, inquit, nullus ne tibi
labor huiusmodi subeundus? nullæ ne animum tuum cu-
CHRY. ræ in solitudine ista excruciant? Excruciant quidē,
inquam, uel hodie. Qui.n.potest is qui homo quidē
ipse sit, ac uitā hanc ærumnosam uiuat, à curis, labo-
ribus, angustijs sese expedire? Verùm haudquaq; certè
paria inter se sunt, immensum pelagus emetiri, & flu-
uium aliquem nauigio trasmittere. tam ingens.n.has
inter, & illas curas interiectum est interuallum. Equi-
dem si hodie posim usui alijs esse, id utiq; desiderijs,
uoriscp omnibus concupiscam? sin id præstare non
BASI. posim, at mihi certè factū satis putabo, si me seruare,
atq; à tēpestate eximere dabitur. Tu uerò, inqt,
CHRY. Basil. hoc ipsum magnum esse censes? Prorsus autem
& te seruatum iri putas, qui alios nulla re iuueris? Be
ne ac rectè, inquam, eloquutus es: neque.n.id mihi
persuasi, saluū fieri quenq; posse, qui pro proximi sui
Mat 25.c salute nihil laboris impenderit: cum neq; miserum il-
lum quicq; iuuerit, talentum sibi traditum non immi
nuisse: immo hoc ille, nomine perijt, quòd illud non
H auxisset, duplicassetq;. Veruntamen leuius mihi suppli
ciū adfore puto, accusato cur & alios ipse non seruae-
rim, q; si & me idem unà cum illis perdiderim, tan
ta ista sacerdotij dignitate susceptā, longè ipse dete-
rior, sceleratiorq; effectus. Equidē nunc mihi psuadeo
fore, ut tantū mihi supplicij irrogetur, quantū pecca-
torum à me ppetratorum magnitudo postulat: qui
si principatū hunc suscepero, tum me sanè pœnā pen
dere oportebit non duplā, triplámue, sed longè item
grauiorē: hoc ipso quòd simul plures læserim, simul
post maiorē honorē à me acceptum, deum optimū
qui me honore illo dignatus fuerit, offenderim. Pro-
pterea.n.deus Israelitas accusans, ob hanc cām acrius
obstēdit maiori illos pœna dignos, quòd peccauerint
post honores ab ipso acceptos, aliquoties in hæc uer
ba eos compellans: Atqui uos cognoui ex omnibus
terræ tribubus, propterea uindicabo in uos impieta-
tes uestras. Alias aūt: Assumpsi ex filijs uestris q essent
prophetæ, itemq; ex adolescentibus uestris qui mihi
sancti essent. Atq; adeò ante prophetarum tempora,
ostendere uolens deus horum peccata longè maiori
I supplicio expiari, dum à sacerdotibus q̄ dum à priua-
Le.4.a 6. tis fiunt, mandat ut tantundē pro sacerdotibus, quā-
& 8.a tam pro uniuerso populo sacrificiū offeratur. Quod
quidē quid aliud signat, q̄ sacerdotis uulnera maiori
medicamento atq; auxilio indigere, atq; adeò tantò,
quanto cōiuncta simul uniuersi populi uulnera indi-
gent? Porrò maiori nequaq̄ indigerent, nisi ea grauio
ra forēt. Atqui grauiora certè fiunt, non natura ipsa,
sed sacerdotis, qui ea commiserit conditione ac digni
tate. Cæterùm quid hic nos de uiris uerba facimus,
qui ministerium pertractantes sacris operarentur? cū
& sacerdotiū filiæ, quibus ipsis nihil cum sacerdotio
1.Reg.4. cōe est, propter dignitatem paternam eorundem pec
catorum pœnam multò acerbiorē sustineant, Ac pec
catū quidē par, æqualeq;, tum quod illæ, tum quod
priuatorum hominū filiæ cōmiserint: mœchatio.n.
utrunq;, at mulcta illis irrogata multò seuerior. Cer-
nis q̄ abundè deus declaret longè maius sese supplici
um à principe q̄ à subditis exigere? Neq;.n.qui in fi-
liam propter eius patrem, grauius q̄ in alias quasuis
animaduertit, à patre certè, qui ipse auctarij pœnæ
in filiam irrogādæ auctor sit, parem, eandemq; cum
multis pœnā exiget, sed multò sanè grauiorem. Id qd
uel maximè consentaneum est. Non.n.damnum in- K
cre exoriēs in illum tantùm recidit, uerùm & infirmo
rum, & eorum item omnium quorum oculi in illum
conuersi sunt aios tentat. Hoc ipsum & Ezechiel do- Ezec.34.
cere uolēs, separat, secernitq; arietes ab ouib. Ecquid d.e
tibi nunc uidemur iusto terrore pcussi fuisse? Nā præ
ter illa quæ à me dicta sunt, quanq̄ magnopere mihi
adlaborandū est, ut ne penitus ab animi huius mor-
bis opprimar, tamen laborē ipsum sustineo, nec cer-
tamen quidē subterfugio. Etenim aius quidē meus
ab inani glia, uel hodie capitur. Sed tamen exerto ca-
pite sæpenumero respiscо: ac me captum esse intelli
go, atq; adeò aliquoties captū, seruilemq; aium incre
po. Obrepunt mihi uel hodie absurdæ quędā appetē
tiæ. sed quę remissiorē incendant flāmam, propterea
quòd oculis extrinsecꝰ materia nulla suppediter, qua
ignis conceptus foueatur. Vaco aūt prorsus ab oblo
cutionibus, maledicentijsq;, quas uel in alios contor
queā, uel ab alijs in me contortas audiam, cū nullos
habeā, quibus cum sermones ipse meos conferre pos
sim. Neq;.n.priuati hi parietes uocem edere ualeant.
Sed nec iræ quidem moderari perinde possum: etiam
si nullus adsit à quo iriter. Sæpe.n.cum mihi in men- L
tem uenit ineptorum quorundam hominū, facino-
rumq; ab illis perpetratorum, tum certè sit, ut animo
intumescam, commoueariq;: qui tamen animi mo-
tus non ad finem usq; decurrit. Statim.n.excandescē-
tē illum compescimus, persuadentes, ut conquiescat:
præsertim ubi illum docuerimus, insulsissimum esse
extremæq; demum infelicitatis, domesticis malis in-
cōmodisq; prætermissis, in alienis curiosos esse. Qui
si in multitudinis consortium me conferam, pertur-
bationumq; illarum infinitate occuperiam nō liceat
admonitione huiusmodi persequi, neq; rationes eas
cōminisci, quibus animus mihi meus sic instruatur,
atq; eruditur. Sed quēadmodum fieri uidemus, ut
qui fluctu rapiētē, aut alia ui in caput præcipites fe-
rūtur, possint quidē interitus sui finē prospicere, at sa
lutis rōnem inire non item: sic & ipse si in ingentem il
lū morborum tumultum irruero, potero quidē sup-
pliciū meū contueri in dies magis ac magis ingraue-
scens: mihi aūt constare, quēadmodum & mihi nunc
consto, ac morbos hmōi undiq; rabientes increpare, M
non perinde facilè atq; antea. Mihi.n.animus imbecil
lis, exiguus, & captū admodum facilis, non ab his tā
tū morbis, sed & ab inuidentia, morbo omnium lon
gè molestissimo: qui animus, neq; contumelias, neq;
honores moderatè ferre pōt: quin potius supra mo-
dū ut his attollitur, ita illis deprimitur. Ergo quēad-
modum ferarum immanium est, ut dum lęto sagina
to; corpore gestiētes luxurient, facile eos uincant q
secum depugnēt, præsertim si aduersarij imbecilli ac
pugnādi minime periti fuerint: sin uerò eas qs fame
macerarit, strigosasq; effecerit, tū fiet ut illarū furorē
sopiat, ac uirium bonam partē sic contundat, ut qui
non admodū generosus fortisque sit, possit cū illis fa
cilè decertare ac depugnare: sic & animi morbos qs-
quis infirmos reddiderit, eos certè sub rōnis gyrū fa-
cilè reducit. Rursus qsquis exquisitè educauerit, mo-
lestiorē sibi aduersus illos pugnā constituit: atq; hac
demū rōne sic aduersum se terribiles efferásq; reddit,
ut cogatur in perpetua tum seruitute, tum formidine
uitam transigere. Quæ nam igitur beluarum istarum
alimenta? inanis quidem gloriæ alimenta sunt lau-
des, atq; honores: Contumaciæ, potētiæ atque adeò

licentiæ

A licentiæ magnitudo: Inuidentiæ, alienę famæ celebri
tas: Auaritiæ, largientium liberalitas: Intēperantię, de
liciæ atque assidui mulierum cōgressus: In summa, ne
hic de singulis agam, alimentū aliud, aliud peccatum
alit. Proinde beluæ hæ omnes me, si in mediū homi-
num cœtum accessero, magno impetu adorientur,
animumq; hunc conturbabunt, tum uero terrorem
afferentes, molestiorē mihi contra se pugnā efficient.
Cæterū tantisper dum solitudinem hanc colo, quan-
quam cum illis etiam luctans, tamen dei optimi gra-
tia adiutus, eas sic domo, sic subijcio, ut præter latra-
tum nihil habeant. His de causis in hoc me ipse cubi-
culo cōtineo: his de causis, alios quærētes, nemini ad
me aditū patere, cōtuberniumq; ac conuictū meum
cum nemine cōmunem esse, infinitásq; in me id ge-
nus criminationes congerentes facile fero: quas equi
dem lubēs abstergerē, sed quum id non liceat, quod
proximum qdem est, animum hūc dolore compun-
go, ac mœstitia excrucio. Neq; enim procliue mihi est
uno eodēmq; tempore tū hominum consuetudine
uti, tū hac in animi securitate, ac presentia persistere.
B quo fit, ut te ego exhorter eū potius miserari, quàm
calūniari ut uelis, qui tāta difficultate interceptus est.
At uero, ipse tibi quod uideo, nōdum oratione mea
persuasi. Itaq; appetere iā tempus reor, ut qd unum su
pereſt, mihi arcanum, id in sinum tādem tuum effun
dam, etiamsi multis id fortasse tale futurū sit, ut cre-
di minime debeat. me uero qequid.i.ne hac quidem
ratiōe euulgare pudebit. Nā ut illud à me euulgatum,
futurum sit tū malæ huius conscientiæ, tum infinito
rum peccatorum argumētum: tamen quū non alius
quàm deus ipse (cui uni nihil certe occultū est) de no-
bis iudicium facturus sit: quid nobis tandē lucri, quid
emolumenti ex hominū ignoratione, hac in parte ac-
cedere poterit? Quod nam igitur arcanū hoc est? Ab
eo ipso die quo tute mihi epatus suspicionem hanc
iniecisti, factum est idētidem, ut corpus hoc ab ani-
ma propemodū dissolueretur. tā ingens pauor, tam
ingens mœstitia animū meum occupauit. Nā quum
apud me considerarem Christi sponsæ gloriam, san-
ctimoniam, uenustatē spiritalem, prudentiam, orna-
tum: tū uero animi mei uitia expēderem, fiebat ut as
C siduis tum illam, tum etiā me gemitibus luctibúsque
prosequerer: quo in animi angore, doloréque dū uer
sarer, hisce memet uerbis cōueniebam: Quisnam con
silij huius author fuit? quid tandem tantum peccauit
dei ecclesia? quæ nā tanta res ipsius ecclesiæ domi-
num excitauit, induxitque ut illā tanto cum eius de-
decore mihi mortalium oiumq; ignominiosissimo re
gendā traderet? Hæc ipsa mecū identidem reputans,
dum absurditatis, indignitatisq; huius ne cogitatio-
nem quidē animo sustinere ualerē, fiebat, ut eorum
exēplo qui attoniti sunt, stupens, neq; cernere, neq; au
dire quicquā possem. Ab hæsitantia autē ac conster-
natione huiusmodi quū animus tandē meus dimis-
sus esset, (facessebat enim intermittebatq; illa nōnun-
quā) succedebāt lachrymæ, ac mœstitia: tū uero post
lachrymarū satietatē rursus insinuabat sese timor, ani
mum hunc cōmouens, conturbās, concutiēs. In tan-
to ego qstu antea uixi, quū id tute ignorares, méque
in tranquillitate uictitare existimares. Ego uero tibi
hic animi mei æstū detegere tentabo. hinc enim for-
tasse ueniā mihi dabis: méque tandē insimulare desi-
nes. Qui igitur illā detegam: Nā si eā aperte oculis istis
cernere uelis, id nimirū haud aliter liceat, quàm cor-

Tomus quintus.

de hoc tibi per me prius detecto, nudatóque. Quod D
quia fieri non potest, tibi hic ego, per obscurā quan-
dam imaginē, utcunq; potero, experiar mœstitię meę
fumū repræsentare. Tu uero ex ipsa imagine mœsti-
tiam tantū nostram colligito. Fingamus puellam ali-
quā regis filiā, & eius quidē cui terra ea uniuersa quæ
sub Sole posita est, pareat, à proco quopiā expeti: tū
uero demus nouā quandam in ea inesse formæ uenu
statem, quæ sic humanā naturam transcendat, ut per
eā puella muliebre genus uniuersum magno admo-
dum discrimine superet: præterea tantā illi inesse ani-
mi uirtutē, ut uirorum genus, eorū inquā qui uel an-
tea fuere, uel futuri olim sunt, longo post se interual-
lo relinquat: tū autem & morū honestate tanta ean-
dem excellere, ut uel omnes philosophiæ terminos ex
cedat: denique talē esse, ut proprij aspectus gratia, ocu-
lorumq; uenustas uniuersam illā corporis totius ele-
gantiā obscuret. Addamus itē si placet, ipsius procū,
non ex iis tantū quæ diximus, uirginis amore ardere,
sed furore itē nescio quo erga illā affici: quo quidem
insanissimos quosque, qui antea unquam extiterint,
amatores superet: postea procū hunc, dum hoc phil- E
tro ac furore deflagrat, alicūde accepisse, futurum, ut
puellā illam, quā miro amore depereat, homūcio ne-
scio quis humilis, abiectus, obscuro atq; ignobili ge-
nere natus, quique idē corpore sit mutilo, deniq; mor
taliū omniū nequissimus, in uxorē ducat. Tibi'ne hic
exiguā doloris nostri partē repræsentauimus? satin ti-
bi à me factum putas, uel finita hic à nobis imagine?
Equidē satis me fecisse puto, quod ad animi mei mœ
stitiam repræsentandā spectat, cuius unius rei gratia
imaginē ipsam adhibuimus. Atqui ut tibi itē hic me-
tus stuporisq; nostri modū oculis subiiciā, ad aliam
rursus hypothesim descriptionēq; me confero. Poni-
to ante oculos exercitū ex militibus, tum peditibus,
tum equitibus, tū nauticis uiris constantem, ac mare
quidē obtegat triremiū numerus. Rursum ipsas cam
porū planities, ipsos montiū uertices, hinc peditum,
hinc equitū phalanges contegant: æs item armorum
oppositum Soli splendorē reddat, atquæ à solaribus
radijs, & galearum, & clypeorū coruscatio uibretur:
hastarum fragor, equorúmq; hinnitus in cœlum fera
tur: neq; mare, neq; terra appareat, ubique æs, ubique F
ferrū. Tum sint contra hos instructi, armatique efferi
quidā, ac truces uiri. Instet iā & conflictus tēpus. po-
stea rapiat quis derepentè adulescentē aliquē in agro
educatū, ac qui nullius prorsus artis alterius gnarus
sit quàm lyræ pastoricæ ac pedi, eundēq; armatura
ærea quū induerit per totū illum exercitum circūiens
deducat, ostendátque manipulos, manipulorū du-
ctores, sagittarios, funditores, cēturiones, duces, cata
phractos, eqtes, iaculatores, triremes, triremiū ducto-
res, milites inibi confertos, naualiū machinarum co-
piam: ostendat hostiū procinctam aciē uniuersam, &
auersandos, formidolososq; quosdā in illis aspectus,
& armorū apparatum ab aliorū apparatu diuersum,
& imensam multitudinē, & conualles, & alta præcipi
tia & montiū iniqtates: ostēdat & aduersarios in eqs
uolantibus incantatione quadā insidere, & cataphrac-
tos per aerē ferri, explicata ēt ei incātationis illius ui,
ac forma: Recēseat porrò & belli calamitates, missiliū
nubē, iaculorum niuis instar ingruentium impetum,
multā illā caliginē, & tenebras, obscurissimā noctem
quā sagittarum multitudo efficiat Solis radios densi-
tate sua auertens, puluerē tenebris non minorē oium

G oculos obcæcantem, sanguinis torrentes, cadentium gemitus, stantium clamores, iacentiũ aceruos, rotas sanguine tinctas, equos præ cadauerum multitudine una cũ suis sessoribus in caput præcipites, terrã uniuersam missum hæc oia continentem, sanguinem, arcus, sagittas, equorũ ungulas, hominum capita simul iacentia, & brachia, & collũ, & tibiam, & pectus transfixum, cerebella ensibus traiecta, iaculi cuspidem effractã, cui hominis oculus tãquam insibulatus hæreat. Recẽseat itẽ & classis mala atq; incõmoda, Triremes, alias in medijs aquis conflagrantes, alias cũ cataphractis ipsis pessum eũtes, fluctuũ fragorem, nautarum tumultuationem, militũ clamorem, spumã tum undarum tum sanguinis mistam, eandemq; in naues simul omnes irrumpẽtem, cadauera alia super ipsa nauium transtra iacere, alia submergi, alia adnatare, alia ad littora æstuantis maris impetu eiici, alia intra ipsos fluctus sic obrui, ut nauibus iter ueluti obsepiant. Postremo quũ exacte belli tragœdias oẽs edocuerit: addat itẽ & captiuitatis calamitates, & seruitutem nulla non morte duriorẽ. Ac secundum hæc oia, iubeat illum continuo in equũ ascendere, uniuersiq; illius exercitus ducẽ agere. Hic tu adulescentulum illum censes uel nudæ harum rerũ narrationi sustinendæ parẽ esse posse? ac nõ potius uel à primo statim aspectu animo defecturum? Proinde ne me ipse hic putes rẽ orationem attollere, neq; hoc ipso quòd corpore sic, ut carcere aliquo inclusi, nihil prorsus rerum inuisibilium cernere possimus, magna ea esse ducas, quæ à me dicta sunt. Videas enim eo prælio longe tum maius, tũ horribilius, si tibi forte caliginosissimã illam diaboli aciẽ, conflictúmq; insanum oculis istis cernere liceat. Non enim illic aut æs, aut ferrũ, non equi, non currus, non rotæ, nõ ignis, nõ iacula ista quæ cernimus, uerũ alia quædam machinamenta, iis quæ dixi, longe terribiliora. certè aduersarijs istis nequaquam opus est thorace, non scuto, neque ensibus, neq; hastis. Sed uel nudus execrandæ illius militiæ aspectus talis est, ut humanam animam à corpore ipso dissoluere possit, nisi ea admodũ generosa fuerit, atq; adeo antequam à uiribus ipsa suis auxilium petat, diuinæ in se clementiæ prouidentiam senserit. Ac sanè si liceret corpore hoc exuto, aut unà etiam cum ipso corpore perspicue atque intrepide uniuersam illius aciem, bellúmq; cõtra nos instructũ ipsis oculis corã contueri, uideres utiq; non sanguinis torrentes, neque corpora demortua, sed animarũ lapsus tam multos, sed uulnera sic grauia, ut tibi statim belli uniuersa illa pictura, quã modo expresi puerorum delectamẽta, & ludicrum potius, q̃ bellum uideri possit: tã multi certe ac frequentes ij sunt, qui in dies singulos feriuntur, quorũ uulnera non idẽ mortis genus pariunt: sed quantum inter se dissident aia atq; corpus, tantũ est certe inter mortem hanc atq; illam discrimen. Nã quoties plagã anima accipit, eadémq; cadit, hic prostrata quidem iacet male iã cõscientiæ cruciatu contabescens: postea uero q̃ separata à corpore hinc emigrarit, per iudicij sui tempus æterno crucianda supplicio traditur. Quòd si quis existet qui diaboli plagas non psentiat, nimirum illius morbus ex ea indolentia ingrauescit. Quẽcunq; enim plaga una inflicta non mordet, neq; attristat, is certe facile & alteram excipit, itémque & hac accepta, tertiam: neq; enim intermittit ad extremum usque spiritum feriens nefarius ille, quoties inuenit animam supinã, priorésq; plagas contemnentem: qui si & consessus modũ expendere uelis, hunc uero longe acrio K
rem, ac magis diuersum cõperies. Neq;. n. quisquam est qui tam multas fraudis, doli, artificij formas norit, quàm multas sceleratus ille hostis. qua quidẽ in parte maior illius uis ac potentia inest: neq; inimicitias qs tantas tamq; inconciliabiles aduersus hostes sibi insensissimos gerere potest, quãtas ille aduersus humanam naturã gerit. Porrò si quis examinet quãta cum inhumanitate id depugnet, ridiculũ certe fuerit homines hoc in loco conferre. Sin iracundissimas ac truculentissimas quasq; feras delegeris, quas cũ huius furore atq; insania conferas, reuera mãsuetissimas humanissimásque eas à cõparatione comperies: tantũ ille in animas nostras furorẽ spirans euomit. Adde quòd & pugnæ inter homines gestæ tẽpus breue quidẽ esse solet: qua etiam in tẽporis breuitate multæ dãtur inducíæ. Nã & natura sic comparatum uidemus, ut & noctis superuentus, & iugulãdi labor, & cibi capiendi tempus, & multa id genus alia militi respirandi potestatem sic faciant, ut & armaturã exuere, tũ uero paulum respirare, secq; & cibo & potu reficere, multisque rebus alijs pristinas uires recuperare ualeat: aduersus L
autem diabolum dimicanti nunq̃ licet arma ipsa ponere, somnúmue ullum capere, ei præsertim qui perpetuo inuulneratus, plio excedere uolet. Ex duobus enim necessario alterũ consequitur, ut aut cadat quis ac pereat armis spoliatus: aut continenter uigilet, armatúsque stet. Siquidẽ ille continenter cũ sua ipsius acie stat, socordias nostras obseruans, ac maius quidem afferens studiũ ad nostram internecionem, q̃ ad nostrã ipsi nos salutẽ afferamus. Postremò ut semel finiã, quòd à nobis hostis ille minime cernatur, qdq; derepentè atq; improuiso nos adoriatur (quæ res iis qui non assiduè in excubijs uigilantes fuerint, infinitorum malorũ causa esse solet) facit nimirum, ut bello hoc ægrius ac maiore cũ negotio, q̃ illo defungi possis. In hoc ergo cãpo uoluisti nos Christi militibus duces esse? Hoc ipsum uero, qd aliud erat q̃ diabolo potius duces esse? quũ enim is qui cæteros debet tum in ordines partiri, tũ militaribus armis instruere, oium simul infirmissimus, simul impitissimus fuerit, sit nimirum ut suæ fidei creditos prodat, & diabolo magis q̃ Christo ducem agat. Tu uero quid ingemiscis? M
quid lachrymaris? neque enim rerum nostrarũ conditio lamentatione, sed gaudio potius, ac lætitia prosequenda. Mea uero, inquit, non perinde se habet, qn BASIL.
potius infinitis digna ea est planctibus. Vix enim potui ipse uel hactenus animaduertere, quo me malorum præcipitẽ egeris. Siquidẽ ad te ipse eo solo nomine adierã, ut abs te edocerer, quid mihi tãdem iis post hac respõdendũ uerbis tuis foret, qui te insimularẽt: tu uero me ipse emẽdas, curã aliam pro alia mihi inijciens. neque enim solicitus iam sum, qua te ego apud illos, uerũ qua tum me ipsum, tum delicta mea apud deum defensione, excusationéq; tuear. Atqui abs te Philip.
ipse iterum atq; iterum peto & contendo, si qua tibi rerum mearum cura, si qua in Christo consolatio, si quod dilectionis solatium, si qua uiscera, & commiserationes esse possunt (ipse enim nosti tua potissimum opera me in hocce adductum periculũ) manum mihi auxiliatricem porrigas, ea posthac in gratiam meam apud me tum dicens, tũ faciens, quibus uita mea corrigi, atq; emendari possit. neu tute quæso, uel breuissimum tẽporis punctum nos deseras: quinimo sit tibi hoc ipso magis tẽpore q̃ antea cõmune nobiscum

A consortium, atq; contubernium. Ego autem uer-
CHRY. ba ista subridens: Et quãnam, inq, tibi in re Basi. usui esse ualeã, qui te tãta ista negociorum mole pressum subleuare atq; adiuuare possim? Enimuero quandoquidem tibi id gratiam acceptumq; uideo, bono animo esto. Id. n. tempus omne, quo tibi à curis illis respirare dabitur, & tecum ipse adero, & te cõsolatione mea reficiam, quantùm in me erit, nulla tibi in re defuturus. Quę uerba cum ille audisset, multò etiã quàm antea magis illachrymãs surgit. Hic ego illum amplexus, caputq; deosculatus deduco, hortatus uti generoso fortiq; animo id omne perferat quod accidisset. Talis enim, inquam, mea est in Christo, qui tibi ad se uocato, ouium suarum curam commisit, fides atq; expectatio, ut tu tantam tibi olim ex huiusmodi functione fiduciam apud illum paraturus sis, ut & me quoque in die illo periclitantem ęterni tui tabernaculi consortem efficias.

Dialogi Diui Ioannis Chrysostomi de sacerdotio finis.

B

Germano Brixio Altisiorensi, canonico Parisiensi interprete.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI. EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, de prouidentia dei, ad Stargirium monachum arreptitium, liber primus: incerto interprete.

Portuerat quidem ô amantissime omnium Stargiri, fueratq; sanè conuenientissimum, nos tibi nunc adesse, atq; in ærumnarum tuarum consortium transire, ac partim uerbis exhortãdo, partim fouendo ministerio, cunctaq; reC liqua inferẽdo obsequia iuxta modulum uirium nostrarum, partem aliquã lenire mœroris: quoniam uerò & corporis mala ualetudo, & inuectus in caput nostrum accerrimus dolor, domi nos manere compulerunt, nobisq; tanti lucri ministerium abstulerũt: iam quod reliquum est pro consolatione tua, & pro utilitate nostra hoc inferre non negligam. Profuerit enim id fortasse magis ad præsentes aduersos casus fortissimè ferendos. Sin uerò nihil tale perfecerimus, certe uel in nullo nos officium deseruisse, nihilq; omisisse diligentiæ nos consolabitur, meliorique animo esse in reliquum faciet. Is enim, qui cuncta impleuerit, quæq; ad leuandos dolores maximè conferre arbitratus fuerit, etiamsi nihil aliud peragat, uel cogitationis saltem atq; conscientiæ accusatione liberatur, criminumq; onere depositio, sola mœstitiæ pondera perferre cogitur. Si igitur ex illorum essem numero, qui deo familiarius coniuncti, plurimum apud illum possunt, nunquam profectò orare & obsecrare pro mihi coniunctissimo charissimoq; capite desisterem. Quoniam autem huiusmodi uires, atq; confidẽtiam mihi scelerum meorum multitudo abstulit, uerborum cõsolationem, ac fomenta tibi afferre conabor. Nam & in his, qui corporea mala ualetudine laborant, cùm medicorum sit fugare dolores, infirmitatemq; compescere, non tamen famulis qui sunt in ministerio interdicitur uerborum consolatio: immo ue- D
rò hi maximè sunt, qui plurimis in consolando utuntur, atq; eò pluribus, quò dominis suis maiore beneuolentia afficiuntur. Siquid itaq; dictum fuerit à nobis, quod maximum hunc, atq; immensum dolorem tuum possit extinguere, factum erit ut uolumus, ac uehementer optamus. Sin uerò huiusmodi nihil inuenire aut loqui potuerimus, uoluntatẽ tamen nostrã, ac propositum ille approbabit, qui per beatum Pau- Ro. 12. d
lum flere cũ flentibus, humilibusq; consentire iussit. Videtur itaq; una esse causa mœroris tui, nequissimi. s. huius dæmonis insania. Verùm ab hac ueluti radice plurima tristitia oriri, si quis rectè perspexerit, animad uertet. Quod nõ ex meipso modò colligo, sed ex uerbis illis tuis, qui dum adesses coràm, querimoniæ ac doloris plena familiarius exposuisti. Aiebas. n. primò ea te cõsideratione turbari, ac ferè in desperationem præcipitari, quòd cùm priore tempore laxius, & negligentius uiueres, nihil huiusmodi perpessus sis: postea uerò q̃ teipsum mundo crucifixisti, tunc demum iste morbus inuaserit: secundò q̃ plurimos noueris dum delicatè uiuerẽt, hac peste correptos: eos tamen E
paruo pòst tempore ita ea infirmitate liberatos, ut perfectæ integritati restituti & uxores ducerent, & plurimos procrearent filios, omnibusq; uitæ præsentis uoluptatibus diu, ac iucundè fruerentur, nihilq; postmodum tale paterentur: contrà, tu cùm tantum tempus in ieiunijs, ac pernoctationibus, & reliqua propositi, & uitæ austeritate contrieris, nullam ęrumnarũ tuarum liberationem, nullum finẽ hactenus inueneris. Tettiò, quòd, cùm sanctus ille uir tantam in reliquis aduersus dæmones potentiã ostenderit, nihil eiusmodi potuerit in tua dilectione pficere, neq; ipse, neq; hi qui cum illo erant, illo etiam in hoc genere potentiores, uerũ omnes re infecta abs te cum rubore discesserũt. Ad hęc alia ex parte nimiũ te angi dicebas, quòd ita aium tuum incredibilis uis mœroris occupauerit, ut sæpius ad laqueum ferè, fluuiumq; & præcipitium proueharis. Quarto deinceps loco, quòd æq̃les tuos & cõtubernales, qui tecũ sacrã hanc, cœlestemq; conuersationẽ inierunt, tranquillè agentes aspicis: te uerò sæuissimæ procellæ expositum, & quod oium profectò miserrimũ est, carceri addictum. Neq;. n. his qui F
ferro uincti sunt ita lachrymãdum asserebas, ut his q hmõi catena colligati fuerint. Aiebas & aliud esse prę terea, quod maximè te turbaret: uereri. n. ac tremere, ne si ista pater sentiat, maximis iniurijs, atq; incõmodis afficiat sanctos illos, qui te à principio susceperũt. Quippe summis uiribus atq; opibus fretum, mœrorẽq; & indignatione cõcitatum, cuncta aduersus eos summa audacia moliturũ, parciturum nemini, qui sibi ex illorũ numero occurrerit. Et hactenus quidẽ potuisse matrẽ rem gestam notitiæ patris subducere, repulisseq; illũ sæpe, ac fregisse cũ de te solicitè inquireret: fore autem ut processu tpis deprehendatur cauta hæc matris simulatio, iámq; ille & ipsi, & monachis omnibus acerrimè immineat. Postremò quod oium malorum supremũ culmen est, nullã tibi certam esse futurorũ confidentiam dicebas, neq; apertius scire, si quando futura sit morbi huius absolutio, neq; liberatio, cũ sæpius hac expectatione suspẽsus, rursus in eandẽ miseriam incideris. Dura sunt profecto ista, & quę aium maximè pturbare possint, ingentiq; implere tumultu, sed animum remissum, imperitum ac desidẽ. At uero nos si respiscere paululũ, ac respirare uolue-

G imus, cogitationesq; paucis admouere, has omnes mœroris causas ueluti tenuissimum puluerẽ excutiemus. Caue aũt putes me modò ista idcirco tanta facilitate pollicẽri, quòd extra dolorẽ hunc, uexationẽq; persistam. Etsi.n. quibusdã fortassis incredibilia dicere uidebor, dicam tamen: neq;.n. cum reliquis tu mihi quoq; fidem nõ adhibebis. Cùm inuasit animam tuam scelestus ille dæmon ab initio, atq; orantẽ cum cæteris prostrauit, non quidẽ runc ipse præsens aderã: gratiasq; ago clementissimo deo, didici tamen oĩa diligentissimè, non secus quasi ipse affuissem. Nã Theophilus Ephesius utriusq; nostrum amantissimus profectus ad me, cuncta mihi per ordinem tristis ac mœrẽs retulit, distortas manus, toruos oculos, oris spumã, horrendã illã & cõfusam uocẽ, diabolicũ tremorẽ, sensus per multam horam priuationem. Visúq; terribile, quod ea nocte ostensum est. Suem.n. quẽdam ferocissimum maxima ui luti inquinatum in te insilire iugiter, atq; ifestissimè puadere uisum aiebat. Cũq; is qui iuxta obdormiebat, cũ ea uisione turbãtus, experrectus esset, inuenisse te acriter concuti, atq; à dæ-
H mone uexari. Cùm igitur hæc ille nunciaret, tantã fateor mœroris nebulã mihi effudit, quantã hic ipse durissimus dæmon charitati tuæ. Postea uerò ũ me exacerbo, ac diutino dolore collegi, nihil mihi iam nisi tristis humanarũ rerũ, inanisq; occurrebat facies. Nõ iam dura aduersa, nõ blanda læta quæq; uidebãtur: sed cùm olim uanitatẽ seculi contẽptui habuerim, ac reprehendere solitus sim, tũc maximè id passus sum, maiorq; affectus, ac desideriũ subijt dilectionis tuæ: quippe ea est casuũ tristiũ natura, qui amicitiã peraugere cõsueuit: idq; ex eo liquet, quòd inimicitias quo que facilè reuocare in gratiã possit. Nullus.n. ferè tã immanis, tãq; lapideus ac ferreus est, q si uideat graui aliquo casu angi inimicũ, aduersus illũ seruare odiũ possit. Quòd si inimicis quoq; miseremur, eosq; amicorum habemus loco, cùm graue aliquid, atq; insperatũ illos perpeti uidemus: cõsidera quæso diligenter quid me pati, quóue esse aĩo necesse fuerit, dũ eum, quem ex omnibus maximè diligo, quémq; non aliũ, ũ me alterũ duco, uexari accerrimè, ac mœrore defi-
I cere audirẽ? Noli itaq; putare nos uexationis tuæ immunes, ac exortes, fomenta tibi cõsolationis admouere. Etsi.n. à pturbatione illa, ac deiectione, collisio neq; diaboli sum dei gratia liber, huiꝰ tamẽ mœstitię, ac doloris æquas partes mihi tecũ uendico: atq; istud mihi credẽt, q ita ut oportet diligere nouerunt. Agè ergo excutiamus hunc puluerem: ita.n. erit tolerabilis, ac leuis huiusce uis mœroris, si noluerimus credẽdo protinus pturbationib. tradi ad præcipitia, sed respicere potius, atq; ut cõuenit, uel tantisper ut rõne curauerimus. Plurima.n. ex his quæ uidentur acerbissima, priusq; examinentur diligentius, grauia putantur, & intolerabilia: siquis tamen ea admota rõne discutiat, inueniet esse lõgè opinione leuiora: qđ modò quoq; futurum non despero, tu tantũ teipsum erige, neq; stultæ atq; insanissimi uulgi opinioni acquiescẽs, fortiorẽ contra nos inimicum statuas. Igitur siquidẽ ad aliquẽ infidelium mihi sermo esset, qui fortuito, uel casu ferri oĩa existimant, nequissimisq; dæmonijs mundi curam, atq; prouidentiam assignant, plus mihi negocij incumberet, repellẽdaq; prius erronea opinio fuisset, atq; ueritate prouidentiæ ostensa, tum demũ admonitio salubris, atq; cõsolatio subinferenda. Quoniã uero Christi gratia instructus ab infantia sacras didicisti literas, ueraq; & salutaria dogmata priꝰ K
hæres ex maiorũ tuorũ successione suscepisti, credis profectò absq; ulla hæsitatione deo curã esse de omnibus, & de his maximè, qui sibi fide iuncti sunt: itaq; omissa hac parte, aliunde sumamus initiũ. Principiò cũ angelos crearet deus, immo uerò ut priora cõplectatur oratio, anteq; angelos conderet, cœlestésq; reliquas uirtutes, deus erat sine ullo unq; suæ substantię principio. Cùm uerò nullius rei egens semper esset, id quippe proprium diuinitatis est, creauit angelos, archãgelos, omnésq; reliquas incorporeas immortalésq; substãtias. Creauit uerò ob aliud nihil, nisi sola bonitatis suę causa. Quorum.n. obsequio non indigebat, nunq; eos profectò creauisset, nisi supremè bonus atque clemẽs esset: post uerò illorum creationem fecit hominem ipsa. s. atq; eadem causa, mundúmq; hunc oẽm, quem cùm innumeris bonis, omníq; ornatu, ac decore insignisset, paruũ illum, atq; uilissimum puluerem his oĩbus præfecit, hoc illam in terra constituens, quòd ipse esset in cœlo. Quòd.n. ait: Faciamus *Genes.i.*
hominem ad imaginẽ, & similitudinem nostram, nihil aliud profectò, q sub ditione eius posita terrena cuncta significat. Cũ igitur ita illum conditum in tã- L
to honore locasset, ueluti regi regiam paradisum sibi terrenorũ oĩum pulcherrimam sedem assignauit, uolens præterea sibi alia quoq; ex parte ostendere, quãtũ animantes reliquos honore trãscenderet: addudit ad illũ oẽs, ac nomina singulis imponere iubet, nullúmq; ex his in adiutoriũ dat sibi, causamq; protinus
adijciens: Non.n. inquit, inuentus est adiutor similis *Ibid.2.*
sibi. Cùm uerò hęc per omnia medium utriusq; naturæ eũ statuisset, útq; omnibus esset ipse clarior & honoratior, nihilq; sibi esset simile, qđ in tanta rerũ multitudine illum decuisset: tunc iam & mulierẽ creat, & in hoc illum rursus honorans, manifestúmq; faciens, quòd illã quoq; ipsius gratia creasset. Sicut & Paulus
ait: Non, inquit, creatus est uir pp mulierem, sed mu- *1. co.11.*
lier pp uirum. Non autem his tantùm illum honorauit, uerùm & sermonem illi ex omnibus largitus est, suiq; illũ notione dignatus est, ac suo dedit frui contubernio, quantum frui hõ poterat. Immortalitate præterea donandũ promisit, summáq; impleuit sapiẽtia, M
spiritualem illi gratiam adijciens, adeò ut nonnulla etiam prædiceret. Itaq; illi omnia largitus est, cum tamen ab eo nulla antè rectè facta manauissent. Quid igitur ille post tãta, támq; singularia beneficia, fidelio re parẽte ac donatore suo inimicũ arbitratus est, spretóq; mandato cõditoris, fallaciam illius prætulit, qui se perdere omnino, bonísq; omnibus ejicere, atq; honore omni expoliare cupiebat? Prætulit aũt, cũ tamẽ nullum atq; magnum neq; paruũ beneficium ab eo esset consecutus, solaq; uerbum eius aure percepisset. Num uerò deleuit illũ deus tanta ingrati animi signa ab initio statim, atq; ab ipsis, ut ita dixerim, lineamentis præ se ferentem? Hoc.n. iustitiæ ratio poscebat, ut is qui innumeris antea affectus beneficijs ab inobedientia statim, atq; ingratitudine uitæ initia cepisset, deleretur, atq; de medio auferretur. Deus uerò nõ minus ũ antea bene illi facere pstitit, ostendens per hoc, & liqdò cõprobans, quòd nos etsi millies peccemus, illũq; aduersemur: ipse tamen saluti nostrę prospicere nunq; desistit, ut si quidem conuersi fuerimus, seruemur: sin autem in uitijs perseuerauerimus, ipse tamen qđ suum erat, fecisse aduertatur. Itaq; uidetur quidẽ ejectio illa paradisi, ligniq; uitalis inhibitio, mortisq;

A mulctatio cruciantis esse, atq; punientis: sunt autem profecto ista omnia signa clemẽtiæ, & quidẽ non minus ũ priora. Etsi enim mirabile id quod dicimus uidetur, uerissimũ est tamẽ: ea quippe quæ fiebãt cum diuersa uiderentur, atq; disiunctissima, uno tamen, concordíque fine sibi inuicem consentiebant. Exempli causa: Quòd illũ exclusit à paradiso, quòd contra paradisum collocauit, quòd uetuit, quòd mortalẽ fecit, quòd interim ea sententia superior, aspiórq; uisus est: hæc omnia, priorá; illa molitus est. Atq; anteriora quidẽ illa sola hominis causa condita fuisse, illíq; & ad decus, & ad cõmodum adiecta ita manifestũ est, ut inde uerba facere opus non sit: posteriorũ potius ratio reddenda est, ut ea quoq; homini sint utilitati, atq; ornamento. Quónã ergo modo scire id, & planè perspicere poterimus? Si cõsideremus diligentius qđ illũ pati necesse fuerit, nihil hæc ita contigissent: nã si
B pollicente diabolo æquales illos deo se ostẽsurũ post præuaricationis reatũ in eodem honore perstitissent, tria profecto incurrissent supma scelera. Primò enim deum maleuolũ, & iniustũ, seductorémque & mẽdacem existimassent: secundò uero seductorẽ, maleuolentiæq; & mendacij, & inuidiæ parentẽ beneficum, atque amicũ putauissent. Postremò peccare mortaliter, & absq; ullo fine pstitissent. Is autem hominẽ tunc omnibus ejectũ paradiso liberauit. Ita ferè & medicus si uulnus negligat, ac deserat, purulentũ amplius reddit: sin uero id contrectatũ iugiter depurare persistat, ulterius progredi saniem, ac morbi uirus uetat. Quid igitur? Nũ his tantũ contentus fuit? Minime, immo & sudores illi adiecit & labores: nihil enim minus otio, & quieti natũ est, ũ hominis natura. Si enim his addicti, nec sic quidẽ peccare desistimus: quo sceleExo. 32.b rum progressa nõ esset audacia nostra, si nos affluere Deu. 32.b delicijs & otio cõstituisset deus? Omnia enim, inquit, mala otiositas docuit. Attestantur autẽ nostræ huic rationi & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris contigerunt. Sedit, inquit, populus mãducare, & bibere, & surrexerũt ludere. Acrursum: Incrassatus est
Psal.77d & impinguatus, & recalcitrauit dilectus. Consona his quoque beatus Dauid loqtur, dicens: Cũ occideret eos, tunc exqrebant eum, & reuertebantur, & diluculo ueniebant ad eũ. Ad Hierusalẽ quoq; per Hieremiã
C loquitur deus: Per omnia erudire Hierusalẽ, ne recedat aĩa mea à te. Quòd autẽ non solum malis, uerũ & bonis humiliari, atq; incuruare salutare sit, rursum si-
Psa.118.l gnificat propheta, cũ dicit: Bonũ mihi domine, quia humiliasti me, ut discã iustificationes tuas. Post hunc & Hieremias hęc eadẽ, sed non eisdẽ uerbis exclamat:
Thre.3.c Bonũ, inquiens, uiro, si iugũ tulerit graue à iuuentute sua, sedebit solitarius, & tacebit, & de seipso deũ obsecrat dicens: Nõ sic tu mihi parcens in alienationẽ, in die mala. Beatus itẽ Paulus, qui tanto munere gratiæ cœlestis effulsit, tantúmq; naturã excesit humanam, boni tamẽ huius utilitate indigebat, quocirca etiam
1.Co.12.b dicebat: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, ut nõ extollar. Propter qđ ter dominũ rogaui, ut recedat à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur. Poterat certe sine persecutionibus, & pressuris, laboribúsq; & sudoribus pdicatio perfici: sed tamẽ id noluit Christus prędicãtibus parcens, ipsorumq; cõmo-
Ioan.16.g dis per oĩa consulẽs. Quocirca dicebat illis: In mũdo pressurã habebitis. Cupiẽtibusq; cœleste regnũ ingre-
Mat. 7.b di, angustam uiam arripiẽdam iubet, quasi non aliter

id intrare liceat: ideo pressuræ, & tẽtationes, & quæq; D
nobis tristia contingunt, quæ non minus dei prouidentiam, summámq; clementiã indicant, ũ læta & iucunda. Quid autem dicam pressuras huius tpis, cum non minus ipsa quoq; gehennæ cõminatio, ũ promissio regni inestabilem ipsius clementiam commẽdet? Nisi.n. ille gehennam minatus esset, non facilè quispiam cœlestibus bonis potiretur. Neque.n. sufficit sola gaudiorum repromissio ad excitandos ad uirtutẽ animos, nisi etiam eos pœnarum timor impellat, qui negligentius affecti ad illam sunt. Quocirca primum hominẽ quoq; à principio paradiso expulit, quia ex honore sibi præstitio deterior effectus esset, si post spretũ, uiolatúmq; mandatũ immotus ille, stabilisq; duraret. Iã uerò ut Adã omittamus, qd non fecisset Cain in paradiso degens, tantísq; delicijs fruens, quando his oĩbus priuatus, patrísq; supplicium ante oculos habens, ne sic quidẽ emendatus est, in tantúmq; nequitiæ prorupit, ut homicidiũ ipse primum inueniret ausúque nefario impleuerit? Homicidiũ uerò non qualecunque, sed oĩum sceleratissimũ: neque.n. paulatim, neque ex lõgeuo, diúque meditatus nouũ hoc E
facinus aggressus est: sed repẽtè ac sil'uerticẽ, & culmẽ iniquitatis occupauit: eúmque qui ex eodẽ utero processerat, qui eadẽ suxerat ubera, qui in nullo ius naturæ uiolauerat, (nisi honorare deũ, id sit uiolare ius)
appetijt insidijs, ac protinꝰ necauit. Velim hic rursus consideres clementiã dei. Patitur ipse iniurias, & uerbis iniuriã corripit, tristémque cõsolatur. At ubi insania fertur in frẽm, tunc iam seuerus ulciscitur, cruciatúmque statim infert. Et certè priora illa eodẽ digna erant cruciatu, immo uerò longè grauiore. Si.n. in hõminib. cõseruus aliqs meliora quæque sibi seruat, ac domino suo deteriora offert, rẽ indignissimam, plenámque cõtumeliæ facere arguitur, multóque id magis in deo. Cain uero non in hoc solũ, uerùm in alio quoque deliquit, qđ fratris honorem ægrè, atque indignẽ tulit. Nam si ex prioris peccati pnia uultum demisisset, accepta profecto fuisset hæc illiꝰ optima mutatio. Nunc uero non pnia erat illa confusio, uultúsq; deiectio, sed zeli ac liuoris, qđ rei exitus docet. Nam deo quodãmodo irascebatur, quòd iniurijs affectus non se honoraret. qu od moderato intẽperantẽ non F
præferret. Verùm cũ hæc illius scelera uehementissima animaduersione puniẽda essent, largè clemẽtius ũ merebatur delinquente utitur, tumentésque aĩos illius comprimere nititur: erat.n. indignatione plena illa deiectio, idcirco loquitur ad illum: Quiesce. Hoc *Gen.4.a*
aũt cũ diceret, sciebat quidem quò progressurus esset zelus, cæterùm ingratis occasionem omnem amputare uolebat: si.n. ab initio punitꝰ ille esset, hmõi multi plurima dixissent, Non poterat admonere, uerbis, & corripere, ac terrere prius, atque tunc demum si pseuerasset in malis, irasci, & suppliciũ inferre? Ingentis crudelitatis est iste cruciatus, idcirco igitur suas æquanimiter iniurias tolerat, ut unà & illorum obstruat os, & ipsius Cain parentem quoque sola bonitate se corripuisse ostendat: prætereaque ut eiusmodi benignitatis exemplo cæteros ad pniam prouocet. Postea uero ũ secundum duritiam suam, & cor impœnitens thesaurizauit sibi iram, ille tunc iam ulciscitur in criminosum: sin uero post scelꝰ homicidij mansisset impunitus, ẽt ad aliud maiúsque flagitiũ progressus esset. Neque.n. dicere possumus per ignorantiam illũ primo deliquisse: nam qđ iunior intelligebat, ipse ma

G ior natu quid ignorare poterat? Esto aũt per ignorantiam peccauerit prius, postq̃ audiuit, quiesce, postquã prioris culpæ uenia potitus est, ex qua ignorãtia ad paricidiũ prorupit? Vidésne ut prior ẽt culpa non de ignorantia, sed de malignitate & nequitia, supremaq; sceleris audacia uenerit? Quæ nã uerò fuit huic pœna? *Gen.4.b* Profugus eris ac tremens super terrã. Videtur tamen dirus, & acerbus esse cruciatus: sed si peccatũ cõsideremus, non iam ita uidebitur: & ipsum uerò suppliciũ diligentius intueamur. Cũ ille uerò offerret mœstus, atq; demissus incessit: cũ uerò post iniurã dei honoratus ab illo nõ est, corripientẽ respuit, paricidiumq; primus inaudito scelere patrauit: imo uerò facinus paricidio longè sceleratius, parentes enim incredibili dolore cõfodit, ac deo ẽt mentitus est. Num enim, inqt, *Ibidem.* custos sum fratris mei? & pro his oĩbus solo timore, ac tremore cruciatur. Equidẽ dei benignitatẽ non ex eo solũ manifestari dixerim, quòd mitiorem pœnam tanto scelere adhibuit: sed ex eo maximè, quòd in ipsa pœna lucrum haud spernendũ in se habere uideatur. Id uero lucrũ est, qd ex ea ipsius castigatione cun H cti postmodum admoniti sunt resipiscere à malis, fieriq; meliores. Idcirco ergo nõ occídit illum, quia par utilitas profectò non fuisset, audiri quod Cain fratre interempto, morte mulctatus esset, & uidere paricidã ipsum pœnas exoluentẽ. Fortasse.n.id auditũ, ob immanitatem sceleris creditũ minimè fuisset. Nũc uerò uidetur, dum corã adest, longoq; superstes tpe, plurimos pœnæ suæ testes reliquit: manifestũ certè ac credibile, & suæ ætatis hominibus, & postea futuris omnibus id facinus cõstituit. Quid ergo, inquies, hoc illi contulit? Maximè quidem illius saluti prospiciebat, cũ eius rabiem quantũ in se fuerit, coërceret castigatione uerborũ. Verũ ne ipsa qdẽ illata sibi pœna, si quis diligentius inspiciat, maxima ipsius utilitate uacat. Si enim statim illũ occidisset, nullũ sibi pniæ tempus, p quam melior euaderet, dedisset. Tunc uerò cũ metu, ac tremore uitã ducẽs, nisi nimis insensatus, ac belua potius q̃ homo, esset, ex hmõi uita plura capere potuit emolumenta. Præterea futurũ cruciatum leuius, atq; tolerabilius præsentis tẽporis pœna constituit: ea.n. quæ nobis in hac uita inferuntur supplicia, diuinitus I futurorũ cruciatuum partẽ haud exiguam succidũt. Atq; harum rerũ testimonia de scripturis diuinis afferre facilè possumus. Nam Christus dominus cũ discipulos alloquens, de diuite & Lazaro dissereret, Abraham retulit, cũ rogaretur à diuite ut mitteret Lazarũ, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti lin- *Luc.16.e* guæ instillaret, dixisse ad illum: Fili, recordare quia recepisti tu bona in uita tua, & Lazarus mala: nunc aũt hic consolatur, tu uero cruciaris. Paulus quoq; (Paulum uero quoties dico, rursus Christi præcepta répli co. Christus enim profecto, mea quidẽ sñia, beatissimam illius mouebat linguã) dum Corinthijs scribe- *1.Cor.5.b* ret, aliquando iubet eum, qui grauissimè fornicatus fuerat, tradi satanæ i interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Rursusq; cũ eosdem de his qui indignè sacra & ueneranda mysteria percipiebãt, admoneret: Propterea, inquit, inter uos *Ibid.11.b* multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nam si nosipsos iudicarem⁹, nunq̃ profecto iudicaremur. Cum iudicamur aũt à domino, corripimur, ut nõ cũ hoc mundo damnemur. Vidistine ineffabilem clemẽtiam, immensasq; diuitias benignitatis? Vidisti ut omnia agat, atq; moliatur deus, ut post peccatũ quoque mitiore, q̃ debuimus, plectamur pœna, aũt ẽt omni- K no liberemur? Porrò si quis id curiosius inquirat, cuius rei gratia ueteranum illum seductorẽ non continuò deleuerit, id quoq; pro summa in nos cura illum fortasse comperiet. Si.n. sceleratus ille obtineret, esset fortasse irrationabilis ista inquisitio: sin aũt hac potẽ tia priuatus, tantũ persuadere, atq; allicere potest: illius uero suasionis illecebras renuere ĩ nobis est. Cur tu materiã abscindis coronarũ, industriæq; probitatis occasionẽ tollis? Ad hæc si illum sciens fore insuperabilẽ, cũctosq; deuicturum: ita illũ dimisisset deus, ne sic quidem ista hẽsitatio locum habuisset. Nã tum quoq; quòd ille obtineret, quòd uinceret nõ reluctãtes, sed spontè sibi cedentes, atq; succumbentes, à nobis profecto manasset. Quòd si plurimi quidẽ illius potentiam, ac uires frangunt, cõplures item: posthac illum superaturi sint: quid tu futuros probatissimos, clarissimaq; uictoria insignes, tanto priuas honore? Idcirco.n. illum dimisit, ut eũ deiiciant qui fuerant ab eo prius superati, quod illi omni supplicio grauius, ac durius est. At non oẽs, inquies, illum superaturi sunt. Quid hoc ad rem? Profecto enim multò melius, mul L toq; conuenientius est iustis occasiones suppeditari, quibus ad uirtutẽ se exerceant, uoluntatẽq; ostendẽt suã: eos uero qui non sunt hmõi, ex propria puniri negligentia, q̃ istorum causa illis ẽt coronas suas adimi. Nam modò is qui malus & secors est, non aduersarij uiribus, sed suo potius torpore superatur, quod indicat uincentium illum multitudo. Tunc uero studiosi quiq;, atq; alacres malorum causa meritis honoribus fraudati fuissent, non habentes ubi uires exercerent suas: ueluti si agonotheta quis athletas duos nactus, alterũ quidẽ aduersario congredi paratũ, oẽmq; tolerantiam ostendere, coronãq; ex certamine referre: alterumq; labori illi, & ærumnæ otiũ deliciasq; perferẽ tem cõparat, atq; aduersario de medio sublato, ambos re infecta dimittat. Sic.n. strenuus ille, propter alteri⁹ ignauiã graui iniuria affectus uideretur. Ignauus aũt non fortissimi socij causa malus esset, uerũ ob secordiam suã. Sed.n. hæc istorũ quæstio, cũ de diabolo agitari uideatur, si suo ordine procedat, plurimis i rebus dei prouidentiã insimulat, cunctãq; simul creaturam perimit. Accusat enim oris atq; oculorũ factio M nẽ, quippe cũ per hæc quæque illicita cõcupiscãt, atq; in adulterium corruant plurimi: per hoc aũt blasphement alij, atq; pernicioſa dogmata proferãt. Num ergo sine oculis & lingua debuerunt hoies fieri? Pedes quoq; abscindere, & amputare manus necesse erit, cũ istæ plenæ sint sanguine, illi uero prompti ad malum currant: nec ipsæ quidẽ aures immanitatẽ rationis huius effugere poterũt. Nã inania quæq; & praua percipientes, corruptionẽ dogmatum ad animã mittunt: itaq; & istæ auferẽdæ erunt. Quòd si dabimus cibos quoq; ac potus, cœlum, terrã, mare, Solem, lucem, lunã, stellarumq; chorum: atq; omnium animantiũ genera tollamus, necesse erit. At quid ista enim omnia erunt necessaria, cũ is cuius causa facta sunt, adeo miserabiliter truncus, cõscissusq; iaceat? Vidẽsne qui risus, q̃ ineptiæ, quæ deliramẽta rationem istam necessario sequantur? Diabolus nempe sibiipsi, non nobis est malus. Nos enim si uelimus, plura etiam commoda per illum, pérque illius nequitias cõsequimur, illo etiam inuito ac renuente: quod est profecto mirabile, & in hoc diuinę bonitatis magnitudo conspicitur. Nam si cum meliores efficimur, mordet: id quidem

A ac per se solũ angit, excruciatq; diabolũ, quando hoc ipsum per eũ, atq; illius causa nobis suppeditatur, ferre ipse iam sua detrimenta, aut seipsum capere prę doloris magnitudine nõ potest. Qũo aũt ex illo proficimus, dum illius astum, immanitatẽ, perpetuasq; insidias, ac fraudes uarias soliciti metuimus, somnũ imo dicũ excludimus, uigilamus sobrij, semperq; deo remiscimur? Quod aũt ista mea ratio non sit, sed beati Pauli, ipsum audias (licèt eisdem ferè uerbis) fideles dormiẽtes excitantẽ. Nã Ephesijs cũ scriberet, sic ait: *Ephe.6.b* Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarũ huius seculi, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Hæc aũt cũ diceret, nõ deiice re studebat auditorũ animos, sed potius erigere. Pe- *1.Pe.5.c* trus itẽ: Sobrij estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus, tanq̃ leo rugiens circuit quęrẽs quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. Prõptiores profectò, atq; fortiores nos ista faciũt, persuadentq; familiarissimos deo fieri. Qui.n. imminere sibi cernit inimicum, maiori ad illũ currit desiderio, quò se rueri possit. Ita B ferè infantes pueri, cũ quid horrẽdũ uiderint, ad matrum sinus protinus fugiunt, illarũq; pendentes uestibus, eis se tuentur ac protegũt, atq; ita ut sæpius retrahentib⁹ plurimis inde auelli nõ possint. At uerò quãdo nihil eiusmodi perturbat, ne uocantes quidẽ illas exaudiunt, neq; trahi patiuntur: imo blãdicijs allicientes respuunt, & cũ plurima illa moliantur, ut ad se eos pertrahãt, semper eas auersantur, appositãq; mẽsam despiciunt. Quocirca matrũ plurimæ, cum nihil obsecrãdo proficere se uiderint, laruas quasdã horrorisq; figmenta parant, atq; illos demũ ad reditũ impellũt, persuadentq; ad se iterũ recurrere. Hoc aũt nõ in solis pueris cõtingit, sed ẽt in nobis. Quando & malignus ille perterret nos, atq; perturbat, tunc frugi efficimur, tunc nosipsos agnoscimus, tunc ad deũ omni studio recurrimus. Quod si deletus ab initio nequã ille fuisset, atq; sublatus è medio, fortasse nec pterita credidi sent plurimi: puta quòd hoiem illum fefellisset. quòd bonis illis innumeris eũ eiecisset, deumq; hoc inuidia & liuore cõmotũ fecisse arbitrarentur: quando.n.ne modò quidẽ desunt, qui post tanta illius seductionis C indicia id audent dicere, si nõ illius nequitiæ, & astus experimenta cepissent, quid non dixissent? Quid non oblocuti fuissent? Quòd si penitus, atq; diligenter his quæ fiunt animũ intendere uelimus, inuenietmus mi nimè ad oĩa nos diabolũ impellere: sed cũ plurimorũ ille nobis lapsuum sit author, plurima itẽ nosmetipsi per nostrã solam secordiã, ac negligentiam patimur. Vbi.n. ut ad priora reuertamur, ad Cain diabolũ accessisse, fraternamq; cædẽ suggessisse legimus? Nã matri quidem illius uisus est loquens, fraudemq; concinnans. huic aũt minimè, nisi forte quis malas illũ cogitationes dicat imisisse. Quod etsi nec ipsi renuimus, id tamen totũ illius culpa cõtingit, qui suggerentem admisit, illiq; paruit, atq; principiũ in se inuadendi prę stitit. Attamen nec sic illũ dimisit deus, uerũ ex his p quę punire uidebatur, admonere potius atq; corripere nõ desinit. Quod aũt Cain uiri unius suppliciũ dico, quãdoquidem ẽt diluuium, in quo tot periere uiri, dei nobis prouidentiã aptissimè potest asserere. Primum.n. non repentè, neq; insperatè mortalibus uim illã inundationis induxit, sed fore prædixit? idq; non ante breue tempus, sed ante cẽtum & uiginti annos. *Gene.6.a* Tum uerò ne ex longitudine prædictionis in obliuio nem, ac negligentiã inciderẽt, ædificari arcã in oculis D oĩum instituit, uoce omni clarius clamantẽ, deiq; minas oĩbus annunciantẽ. Cain quippe sanitate mentis exciderat, illa uerò ante omniũ oculos posita iugiter imminentiũ sibi malorũ illos admonebat. nec sic tamen illi emendati sunt, sed in uitijs perseuerauerunt, supplicia sibiipsis cõscientes atq; attrahentes. Deus.n. diluuiũ ipsum neq; cõminari, neque inferre uoluisset, sicuti nec gehennã ipsam quidẽ. Verũ istorũ omniũ nosipsi nobis causa sumus, qd & sapientissimus quidem uiderat, cũ diceret: Deus mortẽ non fecit, nec lę *Sapiẽ.1.d* tatur in perditione uiuentiũ. At deus ipse per prophe *Ezec.18.* tã ait: Nolo mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur & ui *g* uat. At uerò nos nisi cõuertamur, dãnationẽ nobisipsis ultro, mortemq; cõgerimus, non is qui nos perire uoluerat, quiq; uiam effugiendi nobis ostẽderat. Ergóne id solum habemus, qđ de diluuio dicere possumus, nullaq; ex eo prodisse emolumẽta docemus? Dici profectò non põt, quantũ utilitatis & his q illa inũ datione periere, & cæteris postea futuris inde cõparatum sit. Illi.n. ulterius in uitijs ac flagitijs progredi pmissi nõ fuerunt: qui aũt post illos secuti sunt, maio- E ra ẽt q̃ illi, atq; excellentiora lucra retulerũt, fermento (ut ita dixerim) materiaq; malorũ è medio sublatis, extinctisq; peccatoribus. Nam si ẽt sine exemplis mala hoies per se facilè inueniunt: qd nõ facturi existimẽ tur, si plurimorum exẽplo ad pernicioſos actus inuitẽtur? Quod uti ne fieret, ne tot scelerũ magistros hi, qui postea futuri erant, intuerentur: eos oẽs una perdidit. Verũ.n. quę nam est illorum sapiens, imo plena stultitiæ ratio, qui cũ nihil boni agere uelint, oia uerbosis ac uentosis quæstionibus agitãt, ut suorũ delictorum causas ad deũ referãt? Nisi permisisset deus, aiunt, nequaquã accepisset diabolus, nunq̃ decepisset ab initio, sed neq; cognouisset Adã, quãtũ boni antè habuerit, neq; suã illam arrogantiã unquam deseruisset. Qui.n. seipsum in tantũ culmen honoris exerat, ut fieri se deum expectaret, quò nõ prorupisset audaciæ, nisi digna fuisset animaduersione castigatus? Dices nihil diabolũ consuluisse, nihilq; penitus Heuę de ligno locutũ fuisse: num sine peccato perstitissent, si istud nõ ita contigisset? Minimè uerò: nã qui mulieri tam facilè qd uolebat persuasit, ipse ẽt diabolo absen F te, ex seipso quãprimum in peccatum corruisset, quo maiori quoq; pœna mulctari meruisset. Præterea ne nunc qdẽ diaboli solius est oĩs illa seductio, sed sua ẽt concupiscentia mulier corrupta corruit, atq; hoc scriptura sacra indicat, q̃ dicit: Viditq; mulier quòd bonũ *Gene.3.b* esset lignum ad edendũ, gratumq; oculis ad uidẽdũ, ac speciosum ad cõsiderandum, & accipiẽs de fructu illius comedit. Neq; uerò ego nunc ista loquor, quasi diabolũ insidiarum criminib⁹ purgare intendẽs, sed indicare uolens eos, nisi sponte cecidissent, à nemine unquã potuisse deiici. Nã qui tam facilem propinatã sibi ab altero deceptionẽ suscipit, is profectò & negligenter, & laxi fuisse affectus ostenditur. Neq;.n. tãtum ille potuisset, si sobrium uigilantẽq; animum allocutus esset. Sunt aũt plurimi, qui cũ ad hanc partẽ disserendo perueniunt, diabolo omisso ad mandatũ transeunt, cũ à peccante hoie abstineant, deo crimen impingunt, dicentes: Quid enim eis præceptum dabat, quos peccaturos nouerat? Ista re uera sunt diaboli uerba, & impiæ mẽtis inuenta. Nã quòd præceptum dare longè maioris dispensationis sit, q̃ nõ dare, clarissimè constat. Si.n. Adam uoluntate, & animo tam

G negligenti,q̃ fuisse ostenditur,nullũ suscipiat mãdatũ, sed in delicijs,& securitate perfistat: ex hmõi licentia imbecillitas tanta atq; negligentia ad meliorãe, an ad deteriora prorumpet? Liquet profectò illũ ad summum fastigium uitiorum euasurum,si absq; cura sit. Nam si necdum de imortalitate securus,eamq; spem dubiam pendere non ignorãs, in tantã arrogantiam atq; amẽtiã elatus est,ut deus fieri speraret: istudq; cũ id promittente nulla ex parte fidelem cerneret, si firmam ac securã imortalitatẽ cõsecutus esset,quò non progressus esset arrogantiæ? quid nõ peccasset, quando ille deo obtẽperasset? Tu uerò dum ista crimin aris,idẽ profecto facis,ac si quis fornicationẽ & libidinem interdicẽtẽ simularet,ideo quòd plurimi ista audientes fornicaturi essent. Nõne sunt ista extremæ dementiæ? Si.n. nullo mandato suscepto diabolus, ad illum accedens,recedere à deo cõsuleret, id quoq; illi & quidẽ facilè persuasisset. Nã qui post acceptũ mandatum præcipientẽ sic leuiter coptẽsit,si nihil ab illo penitus audisset , citò se ẽt esse sub domino nescire: idcirco anticipat deus,& ex his q̃ præcipit, docent habere illũ dominũ, cunctaq; illi parere oportere. Et qd H amplius cõmodi est ex hoc secutum,inquiũt? Etiã si nihil aliud secutum esset,non id docenti deo esset imputandũ, sed potius non suscipienti homini optimã hanc salubernimamq; disciplinã. Verũ usqueadeo inutilis fuit,etiã post præuaricationẽ præcepti exhibitio. Non illæ latebræ,illa cõfessio delicti, illa uiri ad mulierem,mulieris q; ad serpentem studiosa causæ traductio: illa,inquam , oia metuẽtium sunt, atq; tremẽtiũ, deiq; authoritatem agnoscentiũ. Porrò quantũ lucri inde cõsecutum sit ex diabolica illa expectatione , in tantum timoris illos fuisse translatos nullus ignorat. Qui.n. æqualitatem dei prius meditatus fuerat , ipse iam ita contrahebatur humiliter,ut pœnã, cruciatũq; tremens metueret,ac peccatũ confiteretur suum . At uerò non absq; sensu peccare, delictũq; recognoscere minimũ,nõ est aut negligendũ: sed uia quædã est ad emendationẽ atq; ad imitationem in melius ducens. Oẽm ita in nos dei benignitatem neq; cogitatione reprehendere,neq; narrare possibile est. Eorũ tamen q̃ nouimus,summam dicturus sum. Nempe enim post I adeo insignẽ contumaciã, post talem inobedientiã, post tanta scelera, cũ iam orbis totus tyrannide peccati premeretur,cũ extrema iam luenda pœna esset, cũ delendũ omne mortaliũ genus , nomenq; ipsum hominũ meritò expectari posset: tum uero maximũ omnium beneficiũ,& clementiã ostendit unigenitũ suũ pro inimicis,pro alienatis à se,pro se odientibus, 1.Cor.2.c atq; aduersantibus morti tradens, ac per eũ reconciliationẽ nostrã operans,cœlorumq; regnũ, & æternã uitã,aliaq; bona innumera nobis se daturũ spõdens, quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit,neq; i cor hominis ascenderũt. Quid igitur huic dispẽsationi ,huic clementiæ,huic bonitati cõparari,aut simile excogitari posit? Propterea & ipse dicebat: Quantũ distat cœlum à terra,tantũ distant uiæ meę à uijs uestris,& cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Dauid quoq; mitissimus,cũ de clementia illius loqueretur, aiebat: Scdm altitudinem cœli à terra corroborauit dominus misericordiã suam super timentes se. Quantũ distat ortus ab Occidente,longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quo miseretur pater filiorũ,misert⁹ est dominus timentibus se quod nõ cõparans dicit. Quæ enim humana clemẽtia diuinæ bonitati cõferri posit? sed quia exemplũ summæ affectiõis nullũ nos K maius nouim⁹,q̃ patris ad filios. Nisi fortasis Esaias maius aliquid docuit,qui matris potius exẽplo usus est,q̃ erga natos suos longè misericordius afficitur,q̃ pater. Dixit enim: Nunquid obliuiscetur mulier infan Esa.49.d tuli sui, ut non misereatur filio uteri sui ? sed etsi illa oblita eius fuerit,ego tamẽ tui nõ obliuiscar, dicit dominus: ostendẽs dei misericordiã affectus oẽs naturales lõgissimè excedere. Et propheta quidẽ sic. Ipse aũt dei filius cũ Iudæis loqueretur, aiebat: Si aũt uos cum Mat.7.b fitis mali,nostis bona data dare filijs uestris : quantò magis pater uester cœlestis dabit bona petẽtibus se? Nihil profectò aliud per ista significans , nisi tantam esse diuinæ prouidẽtiæ,& gubernationis paternæ differentiã, quantũ interest inter bonos & malos . Verũ neq; hactenus iterũ stes uelim, sed mẽte ad interiora progredere. Nã id quoq; pro captu , & modo tuo dictum est: quippe cuius est infinita intelligentia, bonitatẽ quoq; & clementiã fine nullo terminari necesse est . Quòd si hãc per singula,q̃ fiunt nõ perspicimus: & hoc signũ illius infinitatis est. Plurima.n. & magna quotidie pro nostra salute disponit,q̃ sibi soli sunt co L gnita. Quia.n. sola bonitatis suæ gratia mortalibus pomnia prospicit, nihil nostris indigens laudibus, nullaq; alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed & si aliquãdo hæc reuelat, & illud nostræ utilitatis causa facit,ut gratias illi semper referentes, ex hac gratitudine nostra amplius nobis attrahamus illi⁹ auxiliũ. Non igitur de his solũ q̃ nouimus, gratias illi referamus: neq;.n. uolentes solũ, uerũ inuitos quoq;,& nolẽtes beneficijs cõsueuit afficere . Qd Paulus optimè nouerat,qui semper,& i oibus gratias agere monebat. Quod aũt non cõiter solũ omnium cũrã gerat, sed seorsum singulorũ, ipsum audias licèt dicentẽ: Nõ est uoluntas coram patre meo qui in cœlis Mat.18.b est,ut pereat unus de pusillis istis. de his dicẽs, q̃ in illum credũt. Cupit ipse quidẽ & eos,qui nõ credũt saluos fieri, mutariq; in melius,& credere , sicut Paulus 1.Tim.2 b ait: Qui uult oẽs hoies saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Et ipse ad Iudæos: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pniam.& , Misericordiã uolo, Mar.2.d Luc.5.e non sacrificiũ. At uerò si post tantæ curæ ac prouidẽtiæ fruitionẽ noluerint meliores fieri, ueritatemq; recognoscere,ne sic quidẽ illos deserit: sed quoniã ęternæ uitæ participatione ipsi se sua spõte priuauerunt, uel præsentis uitæ bona illis oĩa largitur, Solẽ suũ ori M ri faciens super bonos & malos, & pluẽs super iustos Osee.6.d & Mat. & iniustos,aliaq; præstans,q̃ ad præsentis uitę constãtiam pertinent. Quòd si inimicis quoq; tanta cura & prouidẽtia prospicit,fideles suos,& q totis ei uiribus 9.b seruiunt,quo unquã contẽnet? Nõ ita,non ita est,ue Mat.5.g rũ istos maximè ex oĩbus souet,atq; cõplectitur. Vestri enim,inquit, & capilli capitis oẽs numerati sunt. Quoties ergo tibi in mentẽ uenit,parẽtes te,& patriã, domum , amicos,propinquos,opesq; innumeras,& gloriã illam ingẽtem abiecisse atq; excussisse propter Christum de manibus,postq; illa omnia hmõi uexationem pati: noli deiicere teipsum,noli mœrore deficere. Nam ex quibus cogitationibus hæsitatio gignitur,ex eisdem rursus sopita restringitur. Quo nã mo- Ibi.19.d do ? Impossibile est mentiri deum, promisit autẽ ille Mar.10.d uitam æternam ista relinquentibus. Reliquisti tu omnia ista , & abiecisti: quid Igitur prohibet de huiusmodi cõsidere promissione,& esse securum? Num ea quæ nunc probaris tentatio? & hæc ad promissionem

A fionem quid? Non hic æternã repromisit uitã, imo ue rò si in terris quoq; hmõi promissio implẽda esset,ne sic quidẽ ægre ferre debueras: quippe quòd fidelem, ac religiosum uirũ adeo cõstanter & firmiter promissa dei tenere cõuenit,ut quãtũlibet effectus cõtrarios aspiciat,ne sic qdem perturbetur,neq; desperet euentum. Intuere deniq; fidelis Abrahã cuiusmodi pollici Gen.13.d tationẽ acceperit,& qualia facere sit iussus. Nã promis Ibi.22.a sio quidẽ erat, ex Isaac implẽdũ esse orbẽ uniuersum, iussio aũt hũc ipsum Isaac immolare urgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? istũdne per turbauit iustũ uirum ? Minimè uerò, immo cũ tanta dissonantia & repugnãtia esset p̃cepti & promissi , in nullo penitus turbatus est,neq; hæsitauit , neq; aliqd hmõi locutus est : Quid hoc est ? Alia promisit mihi deus,alia facere iubet? Ex puero isto nepotũ ingentẽ mihi multitudinẽ promiserat,& hũc ipsum modo ne care mihi præcepit? Quo igitur hoc erit excisa radice ? Fefellit me igitur,atq; delusit? Nihil prorsus hmõi locutus est,sed ne cogitauit quidẽ. Et meritò sanè. Cũ enim deus aliquid pollicitus fuerit,etiã si milia sunt q̃ B pollicitationem hmõi obtundant atq; intercipiant, turbari minimè cõuenit,aut de fine dubitare. Hoc.n. maximè dei potentiã cõmendat, dum in rebus ambiguis finẽ certum,atq; exitũ reperit: sicuti tunc beatus secũ reputabat. Quocirca fidẽ illius maximè adHeb.11.d mirãs Paulus,aiebat: Fide obtulit Abrahã Isaac dum tentaretur,unigenitumq; offerebat,qui promissiones acceperat. hæc ipsa. sinsinuans,atq; significans . Non modò aũt ipse,uerũ ipsius quoque pronepos Ioseph, cũ per longum tempus, & uarios casus promissionẽ periclitari perspiceret,rigidus atq; i mmobilis perstitit: sola enim promissa intuebatur, neq; humanis cogitaGen.37.b tionibus motus,de fine desperauit. Nã & ostensa tibi uisio,et fratrũ et patris adorationẽ pollicebatur. Quę uerò illi cogitabant,non erant hmõi,sed ab his lõgissimè remota. Primũ.n. illi ipsi fratres,quos se præuideIbidẽ.d rat adoraturos,in lacum illum iniiciunt , ac barbaris hominibus uenditũ in alienam ac remotissimam regionem emittunt , atq; adeo cõtraria promissis eaq̃ Ibidem. contingebant uidebantur,ut miseri illi dicerent: Ecce somniator ille uenit, nũc ergo uenite occidamus eũ, C & proiiciamus in lacum,dicemusq;: Fera pessima deuorauit eũ,& uidebimus quid somnia sua sibi prodeRunt. Postea uerò hi,qui illũ emerãt,non saltẽ libero homini,sed seruo illi regio uendunt iterũ. Neq; hactenus aduersa steterunt,sed petulantis dominæ calumIbi.39.]c. niam incidit,dãnatusq; carceres annos plurimos haD bitat , & effugientibus cæteris ampliore illic tpe ipse perdurat. Cumq; tanta essent quę illius animũ perturbare possent,constans tamen perseuerat,atq; inuiolabilis. Eiusmodi uerò ẽt nostra sunt,immo uerò longè perplexiora. Quæ.n. promissa sunt nobis,regnum cœlorum est,& uita ęterna,& incorruptio,& infinita illa bona atq; immortalia. Quæ aũt interim contingunt, ualde ab his remota,atq; aliena sunt. Mors enim nos & corruptio sequitur,& pœna & suppliciũ,& tentationes uariæ,atq; perpetuæ. Cuius ergo rei gratia hoc facit deus,permittitq; cõtraria promissis aduenire? Nõ planè absq; ratione , uerũ ex hoc duo maxima bona elicit,dum ex altero certissimum potentiæ suæ argumẽtum capimus, quod scilicet possit desperatissima promissa sua,spe atq; opiniõe melius perficere. Ex altero aũt nostros animos erudit , cuncta sibi credere fideliter,& si dictis facta cõtraria uideantur emergere: quippe spei uirtus eiusmodi est , ut eũ qui syncerè D sustineat,nunquã confundi permittat. Si enim hi, qui promissa in hoc seculo acceperunt, ita insigniter affecti sunt: quid nos facere necesse est, qui non in presenti uita, sed in futuro seculo bona illa sempiterna expectamus? In hoc.n. seculo pressuræ nobis, angustiæq; promittuntur. Quid ergo est qd te perturbet? Quara tione induci potes,ut suspecta habeas prom illa dei? Nempe.n. cũ dicis te ab eo negligi, cuius causa ,mundum oẽm despexisti, liquidò ostendis te illi non credere, atq; suspectũ habere , fallacemq; promissionem eius existimare. Id aũt uereè est à dæmone corripi, ac sempiternos ignes promereri. Sed sunt qui seculi negotijs dediti,quietẽ ac licenter uiuunt. Et istud quoq; prædixit Christus: Amẽ amẽ dico,inquit,uobis, quia Ioã. 16.d plorabitis & flebitis uos, mũdus aũt gaudebit. Sed in prioribus generationibus hoc fermè uideas cõtigisse. Quippe Babylonij cũ deũ ignorarent, opibus poten- Apo.18.a tiaq; pollebant: Iudæi uerò captiui atis atq; seruitutis premebantur iniurijs. Et Lazarus ille, qui regnis cœle Luc.16.e stibus, ęternisq; gaudijs potiri meruit, ulcerib⁹ plenus canũ linguis erat expositus, atq; perpetuò cũ fame pu E gnabat: diues uerò in honore ac frequenti constipatione seruorũ,& requie,& delicijs uitã ducebat. Verũ ut huic nihil apud inferos profuere delicię, atque illa omnia: ita nec Lazaro fames, aut ulcera , nec omnia simul congesta incõmoda uitæ præsentis obstiterũt: sed ueluti qdã athleta fortissimus in æstugrauissimo, & algore luctans,& præclarè uicit,& coronatus immortaliter est. Quocirca uir quidã sapientissimus aiebat: Fili,si accedas seruire domino, præpara animam Eccle.2.a tuã ad tentationẽ, dirige cor tuũ & sustine,& ne festines in tpe inductiõis. Et post pauca: Quoniã, inquit, igne probatur aurũ, hoies uerò acceptabiles in fornace humiliationis. Rursumq; alio loco scriptum est: Fili Proue.3.b noli negligere disciplinã dei , neq; deficias cũ ab eo corriperis. Qui.n. aurum in fornacẽ mittit,nouit quatenus illud incendi, atq; ignescere,& quando igne oporteat educi. Ideoq; alter ex his: Ne festines , inquit, in tpe inductionis. alter: Neq; deficias, inquit, cũ ab eo corriperis. Magnum reuera magnũ, & excellẽs pressura, est ad probandũ uirum, atq; ad docendũ patientiæ uirtutẽ. Quid ergo, inquies, si illius nos magnitu- F do cõuellat,atq; deiciat? Fidelis est deus, qui non pa- 1. Co 10. tietur nos tẽtari supra q̃ possumus, sed faciet etiam cũ c tẽtatione exitum,ut possimus sustinere. Nam si ex dilectione correptio, ex odio uerò derelictio est: neque eiusdem est quempiam simul & amare,& odisse,neq; corripere quidẽ & derelinquere. Quo ergo, inquiunt, multi corruerunt? Seipsos illi deo priuauerunt,nõ autem à deo derelicti sunt. Ecce enim, inquit, qui elõgãt Psa.72.d se à te, peribũt. Elongant uerò se à deo, qui correptiones illius non sustinent, sed irascuntur atq; indignantur, ac ueluti mali & peruersi filij, cũ à patribus traditi magistris, uel impatientes laboris, uel fugientes uer bera, parentũ aspectus declinant, ab eis resiliunt: nihil inde lucrantur, nisi quòd plurimis & grauioribus incõmodis se implicant, atq; in aliena regione famis & erroris, ac morborum, ignominiæq; & seruitutis iniurias subire coguntur: Ita & qui dei disciplinam ingratẽ suscipiunt, indignanturq; & grauiter ferũt, præterq̃ quòd nihil ex ea lucrantur , summis se calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, ac dirigere cor nostrum. Ad multa grauiora te perperi dices. Ne pædotribæ quidem omnes æqualiter, atq; eodem

C modo exercent, sed imbecillioribus imbecilles, fortioribusq; sui similes cõparant. Nã qui suis uiribus minorem cõparem fuerit nactus, etiamsi tota die ille congrediatur, inexercitatus tamen permanet. Cur ergo, inquies, nõ oẽs qui eandẽ eligere uitam, eisdem ẽt laboribus certare facit? Quia nõ una apud deũ est exercitationis species, neq; oẽs qui eisdem opus habent, eiusdẽ status sunt: quippe & plurimi cũ eisdẽ morborum incõmodis laborant, non eisdẽ tamen indigent medicamentis, sed alia quidẽ istis, alia illis opponuntur. Atq; ideo & flagellorum modi uarij sunt atq; differentes. Et alius quidẽ morbo perpetuo probatur, alius grauissima inopia, ui atq; iniuria alius, hunc iuges atq; perpetuæ liberorũ propinquorũq; cæterorũ orbitates excruciant, hicq; ab oĩb⁹ abiicitur, nulliusq; rei dignus æstimatur: ille quòd sibi in his derogetur, quorũ nihil sibi sit conscius, grauissimũ putat: atque alius aliter affligitur. Neq;.n. possibile est omnia nũc examussim numerare. Videntur tibi horũ singula, si tuis ærumnis conferantur, leuia ac nulla esse. Verũ tu si hæc expertus esses, addisceres profectò quantò id
H quod nunc te angit, his oĩbus leuius, ac tolerabilius sit. Sed & siqui sunt quorũ sit leuior q̃ nostra castigatio, nihil penitus miremur, aut perturbemur. Nã adiectio laborum, incrementũ meritorum est, ac firmissimum munimen nostrũ, quo freti nunq̃, siue spontè, siue ẽt inuiti corruamus. Nanq; fastum ac tumorem animorum cõprimit, negligentiã auertit, prudentiores q; ac religiosiores efficit. Prorsus uerò siquis omnia enumerare uelit, plurima tentationũ emolumẽta reperiet, nullusq; unquã ex his, qui deo maximè chari atq; acceptabiles fuerunt, sine pressuris uixit, etiãsi non ita nobis uideatur. Nã si beatus Paulus tantũ negotij sustinuit, nullus uerò Paulo maior est, aut etiã æqualis: qua tandem ratione illi credantur hmõi auxilio nõ indiguisse? Sin aũt quidam ex istis tribulationibus emendati nõ sunt, non hoc illi imputandũ est, qui causam emendationis præstitit, sed illorũ potius negligentiæ & secordiæ. Nã si illis nõ fuisset adhibitũ medicamentũ, per dei negligentiã perisse uiderentur. Nunc uerò nõ parum actum est, cũ nemo medicum accusare possit, sed ægrotos potius, ipsorũq; contem
I ptum. Siqui uerò antequã tentarẽtur, gradiẽtes rectè post tentationẽ corruerunt, alijq; cũ oĩbus essent peccatis inuoluti, nulla tribulatione uexati sunt, atq; alij à prima statim ætate usq; ad ultimã afflictionem animæ innumeris calamitatibus contriti: nihil horũ nos penitus perturbet, aut nostros animos deijciat. Nẽpe enim si oẽm prouidentiæ illius dispẽsationẽ scire ualeremus, aut deberemus, ista quoq; ignorantes, mœroris ac perturbationis nõ immerito causam habere
2. Co. 12. a uideremur. Sin uero is qui tantorũ arcanorũ effectus particeps, ad tertiũ cœlũ raptus fuerat, ad hanc tamẽ abyssum hærens substitit, inspiciensq; in profundum diuitiarum sapientiæ ac scientiæ dei obstupuit solũ, atq; inde resilijt: quid nos ipsos frustra cõcidimus, perscrutantes inscrutabilia, atq; inuestigabilia curiosè inquirentes? Certè cũ medicus contraria his, q̃ nobis salubria uidentur præcipit, siue algẽs membrũ profluo fonti subiicere iubeat, siue alia hmõi efficere, nõnun quam reluctamur, sed cũ nobis antea persuaserimus, artis illũ ratione cuncta facere, promptè ac libenter cedimus, idq; cũ ille sæpius fallatur: Deũ cuius uiæ in omnibus incredibiliter à nobis distant, qui est ipsa sapientia, qui nunquã falli potest, puniẽda curiositate perscrutabimur? Cumq; illi simpliciter cedamus, à quo sancti rationẽ exigere iure nostro possemus: ab illo, cui⁹ solũ cedendum est nutui, eorum q̃ gesserit, causãs ac rationes requiremus, atq; hmõi indignè ignorantiam feremus? Hæccine sunt religiosæ mentis, ac piæ? Ne quæso, ac supplico, ne ad tantã uæsaniam progrediamur, sed in oĩbus in quibus ambigimus, illud potius nobiscũ pia cogitatione uoluamus: Iudicia tua abyssus multa. Nã & hocipsum, quòd non oĩa apertè scimus, diuinæ sapientiæ atq; prudentiæ profectò est. Si enim omnium q̃ fiunt, causa & ratione cognita, ita demũ deo pareremus, nõ magni meriti esset, neq; fidei ostensio ea res uideretur. Cũ uero nihil horũ penitus noscentes, ita quæq; summa affectione mandatis eius oĩbus cedimus, ex legitima obedientia fideq; integerrima, maxima animabus nostris emolumẽta cõquirimus. Hoc.n. solũ nobis persuadere debemus, omnia nobis utiliter à deo inferri, nõ iam modũ inquirentes, neq; huius ignorationes grauiter, uel cum mœrore ferentes. Neq;.n. possibile est ista scire, neque utile: illud, quia mortales sumus: hoc, quia citò in arrogantiam extollimur. Plurima nos facimus, quæ cũ L liberis nostris noxia esse uideantur, utilia sunt tamẽ. Quorũ neq; illi causas quærunt addiscere, neque nos illis antea persuadere studem⁹, id expedire quod facimus. Sed hoc solũ illos admonemus ut in oĩbus cedant, quæcũq; præceperint patres, nihilq; ulterius inquirant. Quòd si parentibus nostris, qui nobiscũ eiusdẽ naturæ sunt, ita promptè, ita libere obtẽperamus, neq; ulla ratione ĩdignamur: deo indignabimur, aut grauiter feremus, quòd nõ illius oĩa nobis explorata sunt, qui tanta excellentia hominibus præcellit, quãtam ipsi capere nõ possumus? Et quid hac impietate grauius ac durius excogitari possit? Aduersus hmõi
Rom. 9. sanè beatus Paulus indignãs dicebat? Alioquin ô homo, tu quis es q̃ respondeas deo? Nunquid dicit figmentũ factori suo, cur me ita fecisti? Equidẽ filiorum exẽplar proposuerã, ipse uero multo aliqd maius posuit, figuli.s. atq; ab eo formati luti. Sicut.n. lutũ quocunq; manus se formantis duxerit, sequitur: ita hominem quæcũq; deus iusserit, ea sequi, & q̃ ille intulerit, grato animo perferre cõuenit, nihil oĩno reluctãdo,
M uel curiosẽ addiscere quærendo. Neq;.n. nobis solis ista ambigua sunt, uerũ & his qui ante nos fuerũt sanctis illis ac moralibus uiris. Ait.n. Iob: Vt quid enim Iob. 21. impij uiuunt, diuitijsq; ueterascũt? Beatus aũt Dauid: Paulò minus, inquit, effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorũ uidens. Quia nõ est respectus morti eorũ, & firmamẽtũ in plaga eorum. In laboribus hominũ nõ sunt, & cũ hominibus non flagellabuntur. Post hunc Hieremias quoque: Iustus es, inquit, domine, uerũtamẽ iusta loquar ad te. Quid Gier. 12. est quod uia peccatorũ prosperatur? Ambigebãt isti quidẽ, atque inquirebant, sed nõ ita ut faciunt impij. Neque.n. accusabant deũ, neque ex his q̃ fiunt, illius iustitiam reprehendebant. Sed alius quidẽ aiebat: Iu- Psal. 35. stitia tua sicut mõtes dei, iudicia tua abyssus multa. De alio cũ tanta passus esset, scriptũ est: Nõ dedit insi Iob. 1. d pientiam deo. Et in libro ipse suo incõprehensibilem sapientiam illius, & dispensationẽ enarrans, cũ de opificio disseruisset: Ecce, inquit, istæ sunt partes uiæ eius, Ibi. 26. & adhuc humorem uerbi audiemus in eo. Idipsum quoque Hieremias prouidens, nequis unquã suspicaretur, interrogationi iudicium suum præposuit, dicẽs: Iustus es domine, hoc est, scio quidem à te omnia

A fieri iustè: modũ autẽ ignoro, quo fiunt. Quid igitur amplius illi didicerũt? Nẽpe de his nullũ responsum retu-
Psal. 72. c lerũt, qd beatus Dauid indicat, cũ dicit: Et existimabam ut cognoscerẽ, quia hoc labor est ante me: idcirco aũt responsa super his nõ acceperunt, ut posterioribus seculis futuros hoĩes docerent ẽt ipsi interrogatiõne abstinere. Atq; priores illi quidẽ unum tantum inquirebãt, cur. s. impij in copia rerum omniũ, & prosperitate uiuerent, & ne sic quidẽ didicerunt. At uerò isti lõgè plura, q̃ illi temeraria curiositate scrutantur. Ea enim q̃ præponũtur nunc, multò grauiora & maiora sunt. Itaq; manifesta horũ ratio illi permittatur, q nouit omnia antequã fiãt. Si tamẽ pro captu nostro his qui hmõi curiosi sunt, respõdere necessariũ sit, rationẽq; aliquã afferre, illud primũ dixerim indignum esse quærere, cur boni ĩ pressuris, mali cõtrà in requie persistant, cœlesti iam reuelato regno, futuriq; seculi præmio nobis ostẽso. Nam cũ illa uita singuli digna suis meritis recipiãt, quid iam eis rebus perturbamur, quæ hic bonis aut malis cõtingunt? Eos nempe q̃ sibi intẽtius ac deuctius obtẽperant, ueluti fortissimos
B athletas hmõi laboribus exercet: imbecilliores uerò, ut qui nihil duroru laborũ perferre possunt, prius ad bona opera hortatur. Quòd si cõtrà nõnunq̃ euenit, plurimiq; iusti hic in requie uitã cum honore agunt: mali uerò in ignominia, summisq; aduersitatib⁹ perdurant, interim quidẽ prior illa obiectio, q̃ affligi bonos, malos uerò iugiter esse in delicijs cõquerebatur, hac rõne euersa profligatur. Sin aũt & hui⁹ rei causam inquirere uelimus, id profectò dicimus deum nostra omnia nõ uno modo solitũ esse disponere, sed cũ sit misericordissimus ac potẽtia affluentissimus, plures nobis salutis uias scindere. Cũ itaq; plures sint, qui futuri seculi ac resurrectionis rationẽ admittere pertinaciter renuant: ueluti in breui tabula hîc iudicij futuri imaginẽ ostendit, cũ punit malos, bonosq; remunerat. Quod cũ in iudicio illo supremo generaliter futurũ sit, ẽt nunc ex parte aliqua. Ideo fit ut q̃ longinquũ illud iudiciũ fore desperãt, uel his q̃ in hoc seculo cõtingunt admoniti, mansuetiores atq; meliores fiant. Siue. n. nullus hîc oĩno puniretur malus, nullusq; honoraretur bonus: plurimi ex his quibus resurrectiõis
C ratio incredibilis uidetur, uirtutẽ ueluti malorum causam aspernarentur, ac fugerẽt: uitiositatẽ uerò ueluti bonorũ, lætorumq; oium occasionẽ persequerẽtur: siue rursum hic singuli iuxta merita reciperent, superfluã iam, falsamq; existimassent resurrectiõis rõnem. Itaq; ne huic nõ crede etur, ne ingẽs, uulgarisq; turba ex contẽptu deterio fieret, nõnullos hic peccatores ulciscitur, quosdãq; pro rectè factis in oculis omniũ præmijs donat, ut ex eo quòd nõ id oĩbus facit, resurrectionis asserat fidẽ. Ex eo uerò quòd ante iudiciũ quoq; malos aliquos supplicijs afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nã & malorũ quidẽ punitione, plurimi timore corrigũtur, ne patiãtur eadẽ. Ex eo aũt quod nõ oĩbus pro merito hic retribuitur, cogitare cõpelluntur hmõi præmia in aliud tps esse reseruata. Nunq̃. n. profectò cũ iustus sit deus, tot sperneret, siue malos ipunitos ex uita migrare, siue bonos hic innumeris incõmodis & cruciatibus affici, si non utriq; uaria in futuro seculo præmia pro meritis parasset. Quocirca non oẽs uel supplicio, uel honore afficit, sed quosdã, sicut & in Persarum rege, & in Ezechia cõtigit, q̃q̃ fuerint plurimi, & Assyriorũ impietate, ac Ezechiæ pietate, ac uirtute pares. Cur aũt nõ in omnibus hoc agat deus, causa iam suprema memo- D
rata est, quòd. s. nondũ adũt iudicij tps. Quòd autem ista mea ratio nõ sit, sed eius qui nos tũc iudicaturus est, dominũ ipsum audias. Nã cũ profecti ad eũ quidam, mortẽ illorũ qui sub turre occubuerant, Pilatiq; uaſaniam annunciassent, quã in his qui mortui fuerant, ostendit, sacrificijs illorũ sanguinem miscendo, cũ ait: Putatis quòd hi Galilæi peccatores præ cęteris Luc. 13. m Galilæis fuerint, quia talia passi sunt? Nõ dico uobis, sed nisi pniam egeritis, oẽs similiter peribitis. Aut illi decẽ & octo super quos cecidit turris Siloẽ, & occidit illos, putatis quòd ipsi præ oĩbus qui habitant Hierusalem, debitores fuerunt? Nõ dico uobis, sed nisi pœnitentiam egeritis, oẽs similiter peribitis. Hæc dilationis ratio, hæc causa est. Idcirco non oẽs qui eisdem supplicijs sunt digni, unà punire cõsueuit, ut reliq eorũ casibus admoniti, meliores fiant. Atq; ista quidem interim expediſſe sufficiat. Sed. n. tu fortasis ea ẽt quę paulò antè proposuimus, multò ẽt perplexiora, ut similiter enodemus, inquiris. Sed cũ priora pro uitib⁹ patefecerimus, ad illa ẽt soluenda, fundamẽta q̃dam iacta fuisse arbitramur. Quid ergo illud est, in quo hę E
res & fluctuas? Quòd plurimi ex primordijs ętatis ad finem usq; uarijs calamitatibus affecti. Ego & de his, & de prioribus dixerim, præcipuè quidẽ illos ob propria uitia puniri, deinceps uerò ut alij quoq; illorũ exẽplo emendẽtur. Quod si non in oĩbus fit, nihil est qd mireris: nondũ. n. iudicij tempus aduenit. Quid ergo de illis, inquies, qui anteq̃ per ætatẽ bona uel mala discernere possint, quasi maxima peccauerint, supplicijs subduntur? Huius quidẽ rei nõ una causa est, sed plurimæ ac uariæ. Nã & ex parentũ intemperantia & scelere, & ex nutritorũ negligentia, & ex intemperie, atq; inæqualitate aëris, & ex alijs plurimis hmõi casibus id cõtingere potest. Propterea cũ plurimos illorũ futuros nequã præsciuerit deus, oẽs ueluti cõpedib⁹ quibusdã hmõi supplicio coërcet. At nõ uides & mẽdicorũ plurimos inter pressuras ipsas, & angustias innumera pei petrantes scelera, quorũ tamen oĩum causa nõ afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Audi ui ego quosdã aliquãdo, cũ dicerent hmõi homines mulierẽ quandã honestate & forma liberali in solitudine nactos, ei uiolenter ac petulanter illusisse. Atqui F
cuius hoc necessitatis, cui⁹ afflictionis opus fuit? Quę isti scelera non admisissent, si non hmõi quasi nodis, ac uinculis cõtinerentur? Eorũ uerò qui carceri b⁹ inclusi sunt, quis facilè uaſaniã & rabiem proferre possit? At hi, qui à dæmone corripiũtur, nihil minora his faciunt: non aũt ea modò memoro q̃ tunc agunt, cũ ab eiusmodi peste apprehẽduntur, sed posteaquã illa uexatio cessauerit, admittunt. Nã & edacitatẽ sequuntur, & furãtur, & inebriantur, & plurima hmõi etiam flagitia turpiora admittũt. Deniq; sicut malefactorũ plurimos carcerem diutissimè incolere permittit iudex, adeò ut plerũq; uitã illic finiant, & cum ex multis aliquos puniri uult, unũ ex illis, aut ẽt duos eminẽtiori loco statuens circũstantibus oĩbus, ita demum ad mortẽ duci præcipit, atq; ad terrorem cæterorum sic utendũ sibi oĩbus cẽset. Ita deus quoque cũ nos emẽdare uult, non oẽs unà malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis quos nunquam corrigendos nouit, potentiam atque irã ostendit suam, plurima ex hoc utilia moliens atque cõficiens. Quippe & malos execranda, si uelint, uitia hortatur, & bonos intentiores atque cautiores efficit, & longani-

G mitatem ostendit suam, resurrectionisq; rationem, ut antea diximus, oibus insinuat. Quid ergo hęc, inqes, ad eos, qui primā ætatem omnem nutriri in calamitatibus, pnisq; bona uel mala per ætatē discernere possint, é uita migrant? Et qd mali, quæso, isti patiuntur, qui necdum quid patiantur, sentiunt: neq; dolere, aut gaudere didicerunt? Ego non hoc solū pro huiusmodi soluenda q̄one dixerim, uerum parentes ipsos, ēt & fratres, & propinquos huiusmodi liberorū cladibus emēdatos noui. Id uere nō minimi lucri est, ita quempiam affligi, ut ex his quæ nesciens patitur, alius maxima emolumenta consequatur. Fieri aūt potest, ut sit alia causa & rō secretior, quā solus norit rerū opifex deus. Vnū uideo reliquum esse explicādum, quā. sob causam, hi qui recte priusquā tentarentur, incedebāt, post tentationē lapsi sunt. Quis, oro, planè nouit, qui recte incedant, nisi qui corda nostra singulariter finxit, intelligitq; cia opera nostra? Fit. n. sæpius, ut plurimi ex his qui boni esse uidebātur, peiores oibus sint, atq; id quidē & in hoc seculo manifestū est in nonul-

Heb. 4.c lis iā casu aliquo, ac necessitate ingruente. Cū uero is,

H qui corda & renes probat, uiuus & efficax, & acutior omni gladio ancipiti, ptingēs usq; ad diuisionem aiæ & corporis, artuū & medullarum, discretor cogitationum & intentionū iudicans sederit: tūc uero nō paucos ex pluribus, sed oēs omnino qui sunt eiusmodi ui debimus, neq; tūc ouina pellis lupu, neq; sepulchri dealbatio interna inquinationem tegere, atq; occultare

Ibidem. poterit. Nulla. n. creatura est inuisibis corā eo, qui tūc iudicaturus est: sed nuda & apta sunt oia oculis eius,

1.Co.4.a quod Apostolus indicat cū Corinthijs scribit: Itaque nolite ante tēpus quicq̄ iudicare, quousq; ueniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū. Vt aūt simulatoribus omissis, ad eos tandē qui recte reuera incedūt ueniamus, unde nobis cōstat, quod ēt si bona reliqua, uirtutes q̄ subierint, summū tamen oium uirtutum culmen humilitatē non neglexerint? Quōd si dicat qs melius fuisse illos cū recte agerent extolli, q̄ post lapsum humiliari: is mihi maxime uidetur iactātiæ detrimenta, atque humilitatis lucra ignorare. Nosti n. planè hominem arroganter bona operantē (si tamē bona facere

I arrogans possit) quāprimum in summā perniciem lapsurum. Is uero qui labi permissus fuerit, atq; ex ruina humiliari didicerit: resurget, ac si quidem uoluerit, lapsus sui dāna citō reparabit. Porrō is qui cū iactantia recte putatur operari nihil patiens aduersi, ne sensum quidē ullum proprię iniquitatis recipiet aliquādo, sed augebit scelera: atq; dū nescit, hinc uacuus proficisce

Luc.18.c tur: sicuti pharisæus ille qui ascendit in tēplum, putās se bonis omnibus esse locupletē, descendit uero, publicano paupiorem meritis se esse pcipiens. Est & alia spēs pestis, quæ plurimū roboris habet ad hauriēda, ac penitus euacuāda bona nostra, quā cū multo sudore colligimus, uētus. s. inanis glorię. Nā reuera uēti instar ingressa thesauros oēs uirtutis exufflat. En & se cūda nobis occasio prolapsiōis apparuit, recte, ut tu dicebas, gladiantiū. Plurimi. n. ex his q apud nos ingentes uidētur uirtutis causa tolerasse labores, ac reuera tolerant, cū oia ad honorē hoium non pro dei gloria faciēt, pmissi sunt in tētationē labi: ut multitudinis opiniōe, & gloria nudati, per quā detrimēta oia perpessi sunt, eiusq; gloriæ naturā in nullo flore fœno esse meliorē addiscentes, iā deo soli uacent, atq; ipsius causa geriāt oia. Sunt pterea & alię cauſę, atq; rōnes, &

quidem longe his plures: cæterum, ut dixi, nobis ob- K
scuræ & incognitæ, sed oium opifici deo bene notæ. Nō igitur in his q̄ cōtingunt indignemur, nō ea graui ter feramus, sed in oibus gratias agamus. Hoc. n. gratorū, fidelitumque seruorū est. At uero tu dū admiraris, cur nō antea poti⁹ cū delicatē uiueres, excelsaque illa sc̄ligi'a, ac pōpa stipatus incederes: sed nūc poti⁹ si mū quando abiecisti illa oia, ac teipsum totū deo deuouisti, pessimus te ille dęmon inuasit: idē prorsus facis ac si admireris, cur spectatorib. nullus molestus esset, sed q in pugilū numero adscriptus, exercitat⁹ usque certamen discēdisset, hunc solū ex oibus colluctator & cōpar expeteret, pcutiēs caput, faciēq; cōcidēs. Nō hoc ergo aut mirādo, aut mœrore dignū est, si nos ille tactus aduersus quos pungit, pmit, instat, angit, urget: qppe ista est pugnantiū lex. Verū si ille dejiciat, atque prosternat, ac pmia laborū tollat: hoc graue, & tolerabile putandū est. Quādiu uero ille non ꝑualet, nō solū nobis nihil nocuit, sed profuit plurimū, cōflictu illo suo, summa nobis ornamēta cōqrēs. Nāque & in castris ille pstare ceteris putatur, q plura uulnera

L aduersa fróte susceptā p̄ se ferre pt, ac singularia certa mina aduersus quoslib. hostiū fortissimos suscipere. Eos itidē athletas maxime miramur, q immūdis (sic enim appellāt cōtentiosiores) quosque aduersarios & cōpares summis uirib. cōgrediūtur. Sed & uenatori illi maxime applauditur, q ferocissimas beluas sustinens superat. Impudens est atque impterritus hic dæmō: at ego propterea te mirari ac stupere nō desino, quōd hmōi aduersarū nactus tā uiolentū, lapsus nō es, neque in deditionem uenire tolerasti: sed rectus, tigidúsque pstitisti, nulla ex parte illius improbitati cedēs, aut loco motus. Porro quod nō assentādi studio nūc ista loquar, sed ex aio: atque ut ostēdam q̄ maxima ex hmōi afflictione cepis emolumēta, patere, q̄so, nos fiducia tātisper in loquēdo uti: neque. n. aliter huius rei documēta afferre possemus. Nosti sanè, ac memoria tenes priorē tuam conuersationem, eam. s. qua ante huiusce modi tibi immissam tentationē degebas. Hāc itaque uelim diligenter examines, ac pśenti, qua nūc uiuis, cōponas: aspicies profectō quantū lucri ex isto cōflictu consecutus sis. Nunc. n. ieiunijs, uigilijs, lectioni, orationibusque ppetuis intentissime M
incūbis, grauitatēmque & humilitatē excellēter cōsecutus es. Antea uerō nulla tibi laborum rō, nulla cura erat, sed studiū omne & laborē hortuli, curæ, pomarú que arborib. deuoueras. Audiui ego tunc plurimos, q te obiurgātes, arrogantem ac supbū dicerent, atq; in hac parte nobilitate generis, patrisque claritudinē. & quōd in opib. plurimis nimia parētū indulgētia fuisses educat⁹, causarētur. Vigiliarum uerō q̄ tūc negligēs fueris, ipse melius nosti. Sæpe. n. alijs profunda nocte statim exurgētib. ipse graui somno mersus dormiebas, & cū te alij ad collectas excitarēt, idignabaris, ac modestissime ferebas: at nunc ex quo bellū hoc & pugnā subiuisti, illa oia soluta sunt, atque in melius mutata. Quōd si q̄ras ex me, quāobrem cùm in delicijs ageres, ac mundi rebus omnino intētus esses, nō tūc tibi dæmonē istum instar fræni immiserit deus? Illud ego respōdebo, hoc quoque singulari illi⁹ actū esse prouidentia. Sciebat. n. tunc te imbecillum superandū facile, ac mature periturū. Atque ideo ne tunc quidē statim ad hanc luctā uocauit: cū autem ad monachorū uitā accessisses, sed exerceri prius te permisit, ac prolixo tēporis spatio durare: iam uerō

postea

A postea quàm robustissimus factus es, tunc ad laboriosum hoc studiū pertraxit. Adhuc igitur eorum qui sunt in seculo mentionē facis, famulúq; tuū in mediū adducis. Illū. n. te significare uoluisse reor, cū diceres plurimos seculares uiros, cū in hunc morbum incidissent, celeriter atq; integerrimè fuisse liberatos. Verùm enim famulus tuus ô amātissime, & quicq; hmōi cura cum illo potiti sunt, non eadē ex causa cum hmōi peste congredi pmissi sunt, qua tu modo. Illis. n. ac cæteris similibus sola terrēdo eos causa, ut ex hmōi timore meliores fierent, hanc beluā immisit deus. Tibi uero nō ea quæ cæteris causa est, sed ut pugnares fortiter, ac strenuè, dūmodo uinceres, coronāq; patiētiæ referres. Porrò uictoria tunc est non cum quis adhuc theatro constā ter luctando seipsum aduersario subducit: sed cū se pśentē iugiter exhibet, cōgrediq;, atq; luctatorē suum susc ipere paratum, ac demū cogitationes oēs nequam, quas ille per mœrorem suggerit, à se oino excutit. Quod uero res ita se habeat, sic collige. Constat profectò oibus, quantūlibet tu te per humi-

B litatē deicias, à serui tui uita tuā lōgissime differre, ac esse meliorē: deo itaq; maior tui, illius q̄ cura sit necesse est. Hoc aūt dato, id quoque similiter cōstabit non esse odij permissionē illā. Si. n. esset odij, nunq̄ profecto quē magis diligeret, illi addixisset: cū eū qui longe fuerat deterior, tā cito illa eripuisset. Neq;. n. ex hoc solū id asseuerauerim, sed ex qbus à deo te desertum putas, ex eis maxime illi curā tui summam esse conabor ostendere. Nā si non studiosissime cuncta hactenus egisses, quæ ad hanc liberationē pertinerent: si nō peregrinationes lōginquas, ac laboris plenas, ut sanctis illis uiris, atque ad eiusmodi soluendos nodos potentissimis cōgredereris assumpsisses, merito fortasse qui dam dubitassent. Cū uero satis aperta uideretur esse causa, cur tantū temporis affligi te dominus permitteret: postea uero q̄ martyrū loca frequēs adisti, ubi plurimi ex his quoq; qui concitati rabie homines comedunt, sæpe sanati sunt, plurimúq; tēporis apud uiros illos mirabiles ac strenuissimos, quíque nunq̄ non potiri orationū suarū fructu ante consueuerāt, huius rei gratia fecisti: nihilque oino obmisisti, qd ad hāc absolutionē conferre posse ulla rōne uideretur, reuersusq;

C es ferens tecū inimicum, apertū ac certissimum diuinæ circa te prouidētię documentū, & eis quoque qui ualde insipiētes sunt & hebetes conspicuum retulisti. Nunq̄. n. profecto tantam impēdisset deus gratiā, nun quā tot incassum labores effundi, nunq̄ seruos suos ita mœrore suffundi passus esset, nisi id & tuæ probationi, & utilitati uehemēter expedire cognosceret. Itaq; quod tu diuinæ derelictionis signū putas, id in primis summi in te affectus & amoris certū argumētum est.

Libri Primi finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de prouidentia dei, ad Stargirium monachum de angore animi, Liber secundus.

T Ista quidem de prouidentia dei, ut q̄ ille
e non aduersans & execrās, sed & nimium indulgens, ac diligēs hoc te exercet modo, dixisse sufficiat. Quoniā uero alia ēt ex parte uehementer te angi quęstus es, adeo ut sæpenumero dęmō uel pelago, uel pcipitio, uel alio quouis informis lethi genere uitā tibi extorquere ferè persuadear: age de hmōi quoq; cogitationibus paucis differamus. Nēpe. n. solius dęmonis non est istud cōsilium, sed ēt mœroris:

imo uero plus mœroris quàm dæmonis, fortasse ue D
ro mœroris solius. Quod ex eo profecto cōstat, quòd plurimi etiam ab huiusmodi infectatione liberi, dolore solo ac mœrore agitati, mortē sibi ultro consciuerunt. Hunc igitur ex aio tuo fuga, ac penitus elimina. Videbis nullam uim restare dæmoni, non solū ad persuadendum ista, uerū ne ad suggerendū quidem. Nam quēadmodum hi, qui parietes suffodiūt, noctis tempore extincto lumine, & furari opes, & earum dominos cū omni facultate iugulare possunt: ita & hic per cæcæ noctis horrorem ac tenebras mœrorem effundens, cogitationes oēs, quæ ad munimē nostrum esse possunt, subducere prius ac furari nititur, ut desertam, & sine adiutorio animā inuadens, plagis eam innumeris cōfodiat. At uero cū quis summa & intentissima in deū spe assurgēs has tenebras discusserit, atq; ad Solē iustitiæ confugiens, clarissimū illius iubar totis aiæ sinibus haurire & recōdere studuerit, protinus cogitationū suarū tumultū in latronē illū impurum transfundet. Nā & qui furta noctu aucupantur, cum quis illos deprehenderit, ac lumen ostenderit, tremūt, fluctuant, atq; perturbātur. Et qūo, inquies, possit qs hoc dolore liberari, nisi prius eripiatur à dæmone agi E
tatore, eiúsque doloris incentore? Non dęmō est, qui mœrorē mouet, sed mœror potius uires dęmoni administrat, cogitationesque malas suscitat. Attestatur huic rationi nostræ beatissimus Paulus, qui cū de lapsis in sceleris ruinā Corinthijs scriberet, nō dæmonē aliquē metuere, sed mœroris magnitudinē timere deprehenditur. Ne fortè, inqens, abundātiori tristitia ab 2.Co.2.b
sorbeatur, qui talis est. Cæterū ut cōcedamus dæmonem acrius instare, pulso ex aio mœrore: quid iā erit ex hoc incōmodi, uel detrimēti? Quid hic per seipsum aut paruū, aut magnū possit cōtra nos? At uero mœror absente dæmone multa per se horrēda efficit, plurimósque eorū qui sibi uel nexuerūt laqueos, conscieruerunt gladios, uel fluuij se undis, uel flāmis donauerunt, uel alio quouis genere perdidere seipsos, sola dolotis ac mœroris ui ad ita occūbendū impulsos reperiemus. Quōd si inter eos quispiā fortasis fuerit arreptus à dæmone, huius quoq; pditio non dęmoni, sed mœroris tyrānidi, ac uiolētiæ merito imputāda erit. Et qūo, inquies, possum nō mœrore affici? Si à multitudinis opinione, quam habes de hmōi re, lōgissime recedēs sola supna sentias. Nunc. n. idcirco ea res gra- F
uis atq; horrēda uidetur, quia uulgares turbę ita existimant. Atq; si obmissa inani, fallacique existimatione ipsam rē diligentius cōsiderare uolueris, inuenies nullam inesse ei mœstitiæ occasionē: quod iā sępe supius ostendimus. An uero æqualiū tuorum, & in religione sociorū gratia afficeris? Reor. n. te intuentē illorum lætitiam, ac fiduciā cum fratribus cōfundi, atq; ex tristitia confundere. Atq ego id ueraciter dixerim, siqdem his in summa continētia & sobrietate, atq; in reliqua uitæ philosophia degentibus, ipse in ludis & in aleis, & comessationibus tempus omne consumeres, ratio nabilis profectò esset hic mœror tuus. Sin autem eandem incędis uiam, eius causa, quid angeris? quid anxius tabescis? eqdem si mihi ad aliquem ex his sermo esset, qui facile extolluntur laudibus, ea quæ modo dicere intendo, profecto tacuissem. Quoniam uero ea mihi de te spes & confidentia est, quōd quātumlibet quis te laudet, at que admiretur, nunquam humilitatem deseres, ac ex eis laudibus potius humiliaberis, atq; inter extremos teipsum statues: cuncta, nihil me-

G tuens, aut diſsimulans loquar tanta didici tibi acceſ-
ſiſſe religionis incrementa, tãq; ſingulares profectus,
ut non iã cum adoleſcentulis illis, ſed cũ magnis, ad-
mirãdisq; uiris uirtute cõtendas. In nullo te illis infe-
riorem aiunt. Non rõne ieiunij. Quo.n. pacto, cũ pa-
nẽ & aquam tantũ in cibũ ſumas, idq; poſt biduum,
uel triduum? Non uigiliarum prolixitate, cũ ut ipſi plu-
res unã noctes inſomnes orãs tranſigas. Non diuturno inſtituto, quo te quoq; plurimos illorũ tranſcen-
dere fama eſt. Audio admirans, ut tibi omne tẽpus in
lachrymis, ppetuisq; orationibus cõſumitur. Sic.n. re-
ferunt, qui a te ad nos proficiſcuntur. Et quemadmo
dum hi, qui ſilentio ſe deuouerunt, ſeque ipſos tugu-
rio breui incluſerũt, nihil loquũtur: ita & te aiũt in tan
ta cõuerſantem multitudine perſiſtere. Porrò contri-
tionem cordis tui, ſquallorẽ ac dolorẽ, & hi qui enar-
rant exhorreſcũt, plurimõsq; hic dum tua narrarent
inſtituta, cõpunxerunt. Nullum unq; ingredientium,
aiunt, reſpicit, nihil ex cõſuetis laboribus relaxat. Sæ-
pius orauimus, ut parceret oculis, ne eos perpetuis la
H chrymis contereret, ne tẽpora uigiliarũ nimietate, ir-
remiſsõque & iugi lectionis ſtudio fatigaret, neq; id ſi
bi perſuadere potuimus. Hoc ergo te mœrore cõficit
atq; pturbat, quòd æquales tuos tanta excellentia ſu-
peras, quòd acerrimũ & infeſtiſsimũ nactus aduerſa-
rium, tanto ſpacio tecũ pariter currentes exceſsiſti. Er
gõne nõ merito dicebã mœrorem hunc præſumptæ
ſolũ eſſe opinionis, quæſitũ uero & perſpicuum ſum
mas nobis lætitiæ ac tranqllitatis materias præbere?
Quæ.n. utilitas, quæſo te, à dæmone non corripi, ſi
ois conuerſatio & diligenter exacta, & rite concluſa
fuerit? At fortaſſe confunderis, atq; erubeſcis, cum te
ſub oculis quorũdam deiicit? ſed hoc tibi ex eadẽ oc-
caſione cõtingit, quòd multitudinis opinione nego-
tium hoc, non rõne metiris. Nanq; cadere nõ id tan-
dem eſt, qd tu te pati dicis, ſed in peecatũ corruere. In
hoc ſanẽ caſu dolere, in hoc erubeſcere cõuenit. Nos
contra in his, quæ nullã habent uerecundiæ rõnem,
confundimur: quæ aũt reuera ſunt turpia, execratio-
nésq; ac ſupmo digna cruciatu, ea dũ perpetramus,
nihil nos mali pati arbitramur. Atq; aĩa quidem ſingu
lis diebus corruẽte, nullus eſt qui lugeat: ſiquãdo ue-
ro corpus hoc aliqd patitur, id uero durũ atq; intole-
rabile eſſe iudicatur. Non ne id potius eſt à dæmone
corripi, ſi adeo mirabiliter aĩus afficiatur, atq; ita cir-
ca rerũ iudicia fallatur? Nã ſi quidem ex ebrietate pa-
tereris, cõfundi meritò, ac mœrere debuiſſes: quippe
id uolũtatis crimen eſſet. Sin aũt ex alterius uiolentia
id fit, nõ is qui deiicitur atq; eã uiolentiam tolerat, ſed
is qui illã infert erubeſcere, & cõfundi debet. Nã & in
platea & ſi quando non cõmiſſa pugna alter alterum
impellens deiicit, non cadentẽ, ſed impellentem cau-
ſamur oẽs. Vtile quidẽ eſt erubeſcere, ſed tũ profecto,
cũ aliquid geſſerimus, qd ille dignũ cruciatu iudicet,
qui nos iudicaturus in fine eſt. Quãdiu autẽ nihil hu-
iuſmodi nobis cõſcij fuerimus, cuius rei gratia cõfun-
dimur? Neque.n. ſi quis te ſine rõne, nihilque abs te
leſus cæderet, aut in terrã deiiceret, tũque oĩa manſue
tiſsimè tolerans abires, cõfuſionis ea res eſſet, ſed ſu-
premę philoſophię, maximarũq; laudum. Quòd ſi ho
minibus iniurias inferentibus, perferre glorioſum eſt,
eo qui mortales oẽs aſtu & nequitia tranſcẽdit, hoc
ipſum faciente, qui illius ueſaniã fortiter tulerit, quaſi
rem uitupatione dignã fecerit, rubore cõfuſus pfun-
detur? Et quid hac cõtrarietate dici irõnabilius poſ-
ſit. Siquidem.n. ex caſu illo exurgẽs turpe aliquid aut K
facere inducereris, aut loq, ne ipſe quidẽ ſup his te lu-
gere ac dolere prohiberem. Sin aũt omnia cũ gratia-
rum actione toleras, atq; ad orandũ te ſtatim cõuer-
tis: quid eſt qd tibi uerecundiã, aut cõfuſionẽ faciat?
Sed fortaſsis dura & dolenda iudicantur probra, ab
alijs in os cõiecta. Et quid eiuſmodi hoibus dici uitu
perabilius poſsit, q neq; digna exprobratione ritè poſ
ſunt diſcernere? Iſti.n reuera inſani ſunt, ac dæmonio
pleni, qui rerũ natura ut ſeſe habeat, intueri nunq; didi
cerũt: ſed ea quę ſunt laudibus digniſsima, uituperant:
& quæ ſunt exprobrãda, in laudabiliũ transferũt or-
dinẽ. Plurimis & phrenetici pſentes maledictis iſectan
tur, ſed hi, qui illa audiũt, nullas ſe pati cõtumelias exi
ſtimant: Et tu igitur cũ amẽtes illos ita loq audis, noli
contumeliã aut confuſionẽ eam rẽ exiſtimare, ne tũc
maxime probris te dignũ cõſtituas, dũ contra te deũ
per tuã impatientiã prouocas. Quoties.n. ea quę pro
noſtra emẽdatione & utilitate à deo inferuntur, pro-
bro tibi eſſe arbitraris, uide quò hęc peſtis emerget.
Quòd ſi uis qui ſint reuera cõfuſione & exprobratio L
ne digniſsimi pſpicere, paucos è multis tibi conabor
oſtẽdere. Eos ergo inſpice, qui mulierũ formæ omni
ſtudio addicti ſunt, q pecunijs uſq; ad inſaniã inhiãt,
qui potentiæ ac gloriæ ſunt cupidiſsimi, dumq; iſta
cõſequantur, agere oĩa & pati ſuſtinẽt, qui huore & in
uidia tabeſcũt, qui inſontibus inſidiãtur, qui ſemper
atrã bilẽ patiuntur, qui uitæ pſentis cõmoda ſumma ra-
bie ſectãtur. Iſta reuera, atq; his ſimilia uæſaniæ ſunt
opa, ſupremisq; cruciatibus digniſsima. Iſta probris
oĩbus & confuſione atq; irriſione inſectãda. Porrò ſi
quis dũ perturbatur à dæmone, ſic quoq; ſũmã philo
ſophiã per oẽm uitæ ordinẽ oſtendit: non ſolũ non
exprobrãdus, uerũ admirandus, laudibũsque merito
extollẽdus eſt, qui tot tantisque pditus uinculis, cur-
ſum adeo laborioſum currit, arduámq; & aſperã con
ſcendit uirtutis uiã. Cæterũ neſcio quo pacto me pe-
nè & aliud effugerit, quod ipſe plus habes q̃ fratres re
liqui. Id aũt eſt hmõi: Si qd tibi antea peccatũ eſt, fa-
cile per hãc pſſurã id omne deletur ac remittitur. Atq;
à nobis hoc antea oſtẽſum eſt, cũ de Lazaro, & de illo qui apud Corinthios fornicatus fuerat, ſermonem
haberemus. Sed patri, inquies, timeo: & ſi.n. oĩa mea M
modeſte ac leuiter pferre poſsim, quõ illius cladẽ ac
uæſaniã ferã, ſi quando qd horũ illum explorare con
tigerit? Hactenus qdem nihil pſenſit. Eſt aũt maximæ
puſillanimitatis, eorũ gratia, quæ necdũ contigerũt,
incertũq; eſt an euentura ſint, mœrore iã nos ac do-
lore cõficere. Vnde.n. nobis cõſtet hæc ad illius puen
tura notitiã? mo uero ſit hoc plane pſpicuũ, conceda
mũsque ſi uis cuncta illũ noſciturũ, plurimáque fu-
rioſe & atrociter facturũ. Laudo te eqdem, ſi illius in-
doleas uicẽ, cæterũ nolo id cũ tuo detrimẽto facias.
Quippe eos qui ſupna, nõ terrena ſapiũt, non ſolũ ira
& concupiſcẽtia, cæteriſque pturbationibus, ſed mœ
rore ẽt abſtinere cõuenit. Hic.n. lõge pluribus q̃ ptur
bationes illæ nos incõmodis afficit. Proſũsq; neceſſe
eſt aduerſus illũ nos fortiſsime inſurgere, niſi oĩno pe
rire uelimus. Nã ſiqdẽ ipſe hmõi calamitatũ patri au-
thor fuiſſes, recte ſanẽ trepidares ac tremeres, qui tan
tæ illi pditionis cauſa eſſes: ſin aũt ipſemet ſũmis ma-
lis atq; incõmodis affici uult, nihil te horum penitus
tangit, niſi inquantũ patri piè condolẽdum eſt. Præte
rea neſcimus quomodo huiuſmodi rumores ille latu
rus ſit. Plurima enim ſæpe contra q̃ ſperabatur, emer-

A ſertunt. Toleraturum autem illum ſine moleſtia præ-
ſumi facilẽ põt. Cur id? Habet adulteros filios, quos
& plurimi facit, & maximè diligit. Porrò hæc illius a-
moris uis eiuſmodi mœrorẽ facill mè lenire poterit.
Ne igitur te ipm curis excrucies. Nã ſi dolendũ eſt, ei⁹
profectò rei gratia dolẽdũ eſt, quòd irrõnabilib. ſum
ptib. quòd comeſſationibus quòd faſtu & tyrãnide,
quòd pſenti inceſtu, opinioni ſuæ maculã inducit: &
qd oib. grauius eſt, piculo ſe æternæ mortis exponit.
An tu modicũ ſcelus exiſtimas, uxore illius matre ue-
ſtra uiua atq; incolumi, alterius maculari cõcubitu, ſi
liosq; ex illicito procreare matrimonio? Iſta luctu di-
gna, iſta lachrymis, & omni cõploratione miserãda,
que apta ſunt, atq; in finẽ peſsimũ excedũt. Quę uero
tui gratia futura ſunt, fieri põt ut grauia ſint: fieri itẽ, ut
opinione leuiora. Sũmæ uerò eſſet amentiæ in rebus
adeo incertis certo ſe iã cruciatu cõficere. Vt aũt con
cedamus interim illũ uehementiſsima indignatione
cõcitatum: ac citiſsimè illius iſta cõmotio ſedabitur,
& anteq̃ plene incendatur, extinguetur. Homo.n. tot
delicijs accubans, maximarumq; rerum curis implici
B tus, paraſitos & aſſentatores nutriens, puellamq; illã
tam uehemẽter ardens, ex qua filios habet, ueſtros ex
dimidio frẽs, etiam ſi tuos caſus perceperit, dolorem
minimum capiet. Idq; non ex his ſolùm q̃ dixi, ſed ge
ſtis pręteritis conijcio. Noſti.n. plane noſti, cùm te ille
nimium antea diligeret, totusq; in re quieſcere, atq; ex
te pendere uideretur, ex quo te ad monachorum ui-
tam, atq; inſtituta contuliſti, affectus omnis ille q̃ re
frixit. Rem.n. ille te facere turpiſsimam, & maiorum
ſuorum gloria indignam, opinionemq; & claritatem
generis obſcurare obteſtans clamabat. Itaq; (niſi ta-
men nimis ineptũ qd dicã, uideatur) arbitror illũ rem
geſtã cum uoluptate auditurum, quaſi pœnas dede-
ris, qd orante illo ſæpius, atq; à uitæ iſtius tolerãtia te
remouere cupiente, conſilium ipſius nunq; paſſus ſis
admittere. Et de patre quidẽ, ac timore tuo, quo de il
lo maxime ſolicitus es: iſta habui q̃ dicerem, ſufficiẽt
(ut reor) ad oẽm huiuſce metũ excludendum. Quo-
niam uero malorum tuorum ſummã eſſe aſſerebas,
quod neq; de futuris poſſes certius cõfidere, neq; ſci-
res hmõi ne unq̃ uinculis ſoluẽdus eſſes, an in finem
C uſq; pugnare te ille decreuiſſet, qui tibi certamen hoc
propoſuit, ne ipſe quidem exploratum ac certum ali
quid dicere, aut futurorũ euentus apire poſſum. Illud
tamen ſcio manifeſte, tibiq; pſuaſum cupio, utrũuis
horum cõtingat, pro tua utilitate & gloria futurum.
Quòd ſi hoc aĩo fueris, citò ſupremum hunc malo-
rũ, ut ais, uerticem abs te arcebis. Ad hæc illud quoq;
tibi cogitandũ eſt, pmiorum & coronarum tps eſſe
futurum ſeculum, colluctationum uerò, ac laborum
præſens. Quod nobis apertius inſinuare uolens btus
1. Co. 9. d Paulus, dicebat: Sic curro, nõ quaſi in incertũ: ſic pu-
gno, nõ quaſi aerẽ uerberans: ſed caſtigo corp⁹ meũ,
& ſeruituti ſubijcio, ne fortè alijs pdicans, ipſe repro-
bus efficiar. At uero cum ad finẽ certaminis ueniſſet,
2. Ti. 4. b tunc demũ beatiſsimam illam emiſit uocem: Bonũ
certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui,
iam repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Oſtendens uitã
oẽm in certaminibus & laboribus nobis eſſe agen-
dã, ſi cupimus æterna requie, bonisq; illis perfrui. Sin
aũt aliquis ita delicatus, ac negligens ſit, ut putet ſe &
huius uitæ uoluptatibus & pmijs, ac gaudijs cœleſti-
bus iuſtis pparatis frui poſſe, hic ſeipſum prorſus fallit
ac decipit. Nã ſicut in athletis, q intẽpeſtiuè certami-

num requiem & abſolutionem quærit, confuſionem D
ſibi atq; ignominiã parat: qui uero in ſtadio labores
oẽs fortiter tolerat, coronã & gl'iam & laudes, & in ip
ſo certamine, & poſt ſolutũ theatrũ à ſpectatorib. cõ
ſequitur: Ita in nobis quoq; fit. Nam is qui laborũ ips
quieti dedicat, tunc immugiet, & ſtridebit dentibus,
quando in inſeneſcibili illa & æterna requie debuiſſet
requieſcere, extrema & immortalia ſupplicia luere co
getur. Qui uero preſſuras oẽs promptè ac libenter tu
lerit, & hic & in futuro ſeculo clariſsimus erit, ueraq;
& immortali gloria beatus. Nã ſi in ſecularib. qui retũ
tpa confudit, omnibus ſibi propoſitis cõmodis exci
dit, atq; innumeris ſe calamitatibus exponit longe id
magis in rebus ſpiritualibus patitur, qui tẽporum or-
dinem ignorat. Dixit.n. Chriſtus: In mundo preſſurã
habebitis. Beatus.n. Paulus: Et omnes, ait, qui pie uo
lunt uiuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Nõ
ſolas hominum pſecutiones dicens, ſed & dæmonũ
inſidias. Iob quoq;: Tentatio, inquit, eſt uita hois ſu-
per terrã. Quid ergo angeris? quid grauiter fers, qui in
æruminæ tpibus uexaris? Tunc.n. dolendum, tunc in
gemiſcendum eſſet, ſi quod Chriſtus preſſuræ tps de E
putauit, id nos deliciarũ, & quietis faceremus: ſi quo
tpe pugnare ac laborare iuſsi ſumus, eo torperemus:
ſi latã incederemus uiam, cum ille per anguſtam pce
perit eundum. Ita.n. neceſſario iam nobis relinquere-
tur cruciatus ille ſempiternus. Quid ergo, inquies, de
illis dicis, qui & in iſto ſeculo gradiũtur in latitudine,
& in futuro æternis præmijs, feliciſsimaq; requie do-
nandi ſunt? Quem tu mihi talem dabis? Ego.n. ſolius
Chriſti uerbis acquieſco dicẽtis: Anguſta & arcta uia
eſt, q̃ ad uitam ducit. Quod aũt per anguſtam uiam Matt. 7. b
late iri non poſsit, omnibus profecto liquet. Si.n. in
exterioribus certaminibus nullus abſq; ſudorib. coro
nã referre põt, atq; id cum eiuſdẽ naturæ conſortẽ ha-
beat aduerſarium: ubi nobis uirtutes illę neq; obluctã
tur, quo pacto ſine ſummis laborib. preſſurisq; & an
guſtijs illarũ inſaniã ſuperare poterimus? Sed.n. nos
quandiu rõnibus iſta uentilamus, cũ liceat cõfugere
ad beatos illos ac fortiſsimos qui priorib. fuere tpi-
bus. Examina diligẽtius eos, qui fuerunt nominatiſsi
mi, uidebis oẽs primo aduerſitatib probatos, ita de-
mũ diuina familiaritate dignos habitos fuiſſe, maxi-
mãq; ad illũ habuiſſe cõfidentiã. Atq; primo ſi placet, F
primũ tpis inſpiciamus filiũ, agnum xpi, ſcdm Abel. Is
cũ in nullo ius uiolaſſet, ea paſſus eſt q merentur hi, q Gen. 4. a
grauiſsimè peccauerint. Nos.n. dum flagellis erudi-
mur, pctorum noſtrorũ pœnas damus. At uero iuſt⁹
ille nulla cã cruciatus eſt, niſi quia iuſtus erat. Atq; is
quidẽ quãdiu nullũ excellens uirtutis ſuæ documẽtũ
dedit, agnoſcebat illũ frater: ubi uero ex ſacrificio pla
cuit, clarusq; meritis eluxit, tum iam naturã quoq; ip
ſam ille ignorauit, inuidia. ſ. cæcatus. Vnde uero noſti
an mõ quoq; eadem cã diabolum aduerſum te cõci
tauerit, uitæq; tuæ fulgor illũ ad hãc pugnã euocaue-
rit? Rideas placet iſta loquentẽ, laudo equidẽ humili
tatẽ tuã, non tamen ab hac ſnia deſiſtã. Si.n. ille adipẽ
offerẽs ita deo charus, acceptusq; fuit, is qui nihil ex-
trinſecus, ſed ſeipſum totũ obtulit deo, multò profe-
ctò magis aduerſum ſe prouocauit inimicũ. Deus ãt
te illũ inuadere pmiſit, ſicuti & tunc cædẽ illã tam im
manem haudquaq̃ impediuit: ſed paſſus eſt ſanctũ il-
lũ, atq; innocẽtiſsimum uirũ in ſcelerati paricidæ ma
nus incidere, neq; eum eripuit, qui pp ſe, atq; ob gra-
tiam honoris ſui mactabatur. Noluit.n. illi coronas

G suas minui. Quocirca ad finem usq; illum excurrere permisit. Et quis inquies, cruciatus est mors? Vtinam quidē hunc & ego subirē cruciatum. Ista nunc dicis amantissime. At prius res oium grauissima esse putabatur, omniq; supplicio immanior. Deniq; in lege Mosi hi, qui maxima quęq; deliquissent, ac uenia indigni, morte mulctabantur. Sed & apud ipsos quoq; externos legūlatores, hi qui in maximis, turpissimisq; flagitijs deprehenduntur, nō alio supplicio afficiuntur, sed tamen pditissimorū hoium suppliciū iustus ille ppetitur, immō uerò eo grauius, quò & fraterna dextra pcussus occubuit. Quid aūt de Noe dicimus? q & ipse iustus ac pfectus fuit, cunctisq; corruptis ac pditis, solus placuit deo, reliquis oibus illum offendentibus. Innumera planè iste aduersa ptulit, pressurásq; plurimas ac uarias. Neq; n. ut Abel cōtinuò mortuus est, neq; id passus quod tibi leuissimū uidetur, sed longissimā uitā tolerauit, tot annos his q ferunt onera, grauissimoq; semper pondere premuntur, nihilo leuius, aut quietius affectus. Hoc aūt ratim apertissimè probabo, hinc initium sumens. Annū integrū iste carceri addictus fuit, carcerisq; peregrino & horrendo. Vt. n. ferarum serpentium multitudinē omittam, quibus cum tanto tpe cōiter uixit, in tātis relictus angustijs: quid illū animi habuisse putas inter adeò ingētes tot tonitruorū mugitus fragoresq; nimborum? Quippe inferior abyssus disrūpebatur superior summa impetus ui demittebatur, cū intrinsecus ille cū liberis sedebat solus. Etsi. n. de fine quieto securus erat, p eorum tamen quæ fiebant uehementiā, metu ferè præmortuus fuerat. Vbi. n. nos cum habeamus firmissimas sedes, ac domus in terra altius fundatas, urbēsq; septas mœnib. inhabitamus: tamen si uideamus pluuiā uel modicè uehemētius solito demitti, cōcidim⁹, metúq; cōstringimur: qd ille passus æstimetur, cū solus intus esset, abyssūmq; illā horrificā, ac uaria discriminū genera consideraret? Deniq; sufficere solet ad feriendos summo pauore aios, urbem unam, uel domum ēt ui aliqua inūdationis absorptā, undisq; opertā cernere. At uerò quādo id orbis uniuersus passus est, dici non pōt, quāto uir ille iustus mœrore, quo metu, cū in medijs fluctibus circunferretur, affectus sit. Totū ergo annū illū in eo metu ac dolore egit. Cū uerò tandem diluuiū cessasset, paulatim quidē iam cedebat metus, sed plenè mœror augebatur, prodiētémq; ex arca tēpestas alia excepit priore nō minor, cū intueretur horrendā illā solitudinē, necémq; illā uiolentā, atq; interfectorum corpora limo ac luto permista, cunctósq; pariter hoies, & asinos, & cætera his etiā ignobiliora aiantium genera, uno prorsus miserabili sepulchro obruta. Nam etsi nimium pctōres fuerant, qui talia pessi erant: hō tamen erat Noe, gētilésq; suos nō poterat nō miserari. Quippe & Ezechiel cū iustus esset, sciētq; Israelitas iniqssimos ex oibus, uidens tamen illos iugulari, & corruere, hoc idem passus est, atq; illachymauit: & certè anticipās deus oēm sibi illorū impietatē reuelauerat, atq; ipsius oculis intuendā pbuerat, ut cū illos puniri inspiceret, eā calamitatē fortiter perferret. Sed tamen cū tanto pscientiæ solatio pparat⁹ esset, ita quoq; angebatur eorū cladib. corruesq; pron⁹ in terrā clamabat: Heu mihi domie, deles tu reliqas Israel? Nō semel aūt solū ppessus est, sed & sedò cū Iechoniā regē gentis suę cerneret occisum. Itaq; & Noe, tametsi innumera sciebat illorū eē scelera, nō tamen Ezechiel siue Mose fortior erat: qppe & ille sępe eadē quæ propheta passus est, peccantes intuens Hebręos tunc eos maximè miserabatur, quādo puniēdi erāt, magisq; ipse q̄ q puniebātur, angebatur. At uerò Noe calamitas lōgè erat grauior, qppe dū tot pmeretur angustijs, solitudine horribili, miseria gētis suę peuntiū multitudine, mortis genere, terreæq; totius desolatione atq; undiq; mœror increscret, q se uehemētissime cōcuteret, adijcitur cōtinuò cōsolatiōis loco nati cōtumelia res quidē intolerabilis, uerecūdięq; & doloris ĩcredibilis. Quāto. n. amicorū probra grauiorū q̄ inimicorū sunt, tātò iniuriæ à filijs accepta, quasi lib. amicorū quoq; iniurias rōne doloris exuperant. Cū. n. quē genuerat, quē educauerat, quē erudierat, cui⁹ gratia labores plurimos, ac dolores, curásq; tolerauerat, eū p cæteris cōtumelioſissimè se tractare cerneret, ne ferre qdē animi dolorē poterat. Cōtumelia quippe libero homini, tum p se est intolerabilis: tū si à filijs manauerit, in stuporem aī conuertit. Tu uelim nō id mō facinus consideres, sed ex eo ipso cōijcias, q̄ ille contumelioſe priori omni tpe patre usus sit. Qui enim ante oculos recētis timoris imagies atq; iudicia uersabat, ac nup horrido ex carcere illo proruperat, orbisq; tot⁹ cladēs hauriebat oculis, ne sic qdē corruptus siue emēdatus fuerat, sed eū quē minimè oium debuerat, cōtumelijs afficiebat, neq; oium mortaliū nece, neq; solitudine, neq; dei ira, neq; alia ulla earum rerū quæ tum contigerant melior effectus fuerat, cu iusmodi ille ante diluuiū fuit, cum plurimos haberet, qui suapte natura pronum hortarentur ad uitia? Tūc enim profectò, tūc molestiores fluctus iustus ille ptulit, q̄ fuerint qui post in diluuio contigerunt, & hmōi ipsius filij, & reliquorum oium gratia. Nā in diluuio q dem sola illū aquarū multitudo angustabat, ante diluuium āt undiq; uitiositatis abyssō cōprimebatur, undiq; cunctis uehementius insidijs nequissimorum hominum, ac sceleribus collidebatur. Solus. n. relict⁹ in tanta scelestorum hominum, flagitioſorumq; multitudine etsi nihil aliud patiebatur, irrisiōes tamē plurimas, ac iurgia quotidie ferebat. Idq; cū aliās antea, tū maximè quādo illis de futuris cladib. uerba faciebat. Istud uerò quantam uim habeat ad pturbādos aios testatur q ex utero matris sanctificatus est Hieremias, q ppea prophetiā quoq; ipsam relinquere meditabatur. Dixerat. n. inquit, ut nō prophetē. Prętera id solū, quòd null⁹ illi erat unanimis, nullisq; suis moribꝰ cōformis, quantū illi tædij, quantū putas mœroris effuderat? Neq; hoc tantū angebatur uir fidelis, uerū ex illorū miseratione cruciat⁹ innumeros horis singulis patiebatur. Non. n. tūc solū mœrent uiri iusti, cū iustos moriētes aspiciūt, sed ēt cū peccantes uident. Immo uerò multò ampli⁹ morte ista aiarum q̄ corporū angūtur, qđ ex prophetis facillimè aīa duerti pt. Alius quippe illorū amarè ingemiscens: Væ, inquit, mihi, qa periit pius, ac religiosus de terra, nec est in hominib⁹, qui qđ rectū est, faciat. Ali⁹ ad deū loquebatur: Quare ostēdisti mihi labores & dolores? Et de his qui iniurijs opprimebātur nimium cōdolēs lugebat, dicēs, Facies hoies ut pisces maris nō habentes ducē? Quod si tunc ista cōtingebāt, cū leges cōstitutæ essent, & principes, & iudicia, & sacerdotes, & prophetę, & cruciat⁹: cōsidera quāta impudicitię magnitudine sub Noe cūcta scelera admittebantur, cū nullo horū adhuc homines quasi fræno cōtinerētur. Et sub prophetis qui dē non ualde longæua erat uita, ætasq; mortaliū: sed septuagīta uel octogīta annis termiabatur: tūc uerò

ultra

Ge. 6. & seq.

Exec. 9. d

Ibid. 19. a

A ultra sexcētos annos humana uita tendebatur. Vt igitur alia omittā, quot labores, quot negotia subire cogebatur, qui adeo prolixū iter gradiēs currebat, ac uiribus totis contēdebat, in tanta uiæ lōgitudine ne parū quidem diuertere, cū plurima essent quæ prohiberent? Et qd dico plurima, cū tota prorsus uita à finibus ad fines terræ esset hmōi, tota scopulis, sentibus, beluis, squalore, peste, algore, maleficijsque oibus plena? Eqdem facilius existimauerim angustissimā semitā profundissima nocte semp incedere, q̄ illis temporibus uirtutis uiā: tot & tāta erāt, quæ gressus illius rectos conarentur euertere. Cū. n. oibus quæcunq; uelint agere licitū sit, unus uero solus contrarium omnibus incedat uiam: quādo is ad finem peruenire poterit, cunctis illū retro impellētibus, atq; à cœpto excludentibus itinere? Cuius. n. difficultatis sit cū plurimis degendo rectè operari, documēto nobis sunt hi, qui modo quoq; solitudines occupāt: cum tamē recte uiuendi formam ubique disseminatā, concordiāmque & summā adinuicem beneuolentiam, charitatisque consensionem cernere in prōptu sit. Tunc uero nihil
B horum inueniri poterat, sed aduersum uirū illum oēs unà feris omnibus imaniores erant. Quid igitur hac uita tristius, qd luctuosius, quid laboriosius dici, aut fingi potest? Eqdem ostensurum me promiserā illum nihilo meliore conditione fuisse his, qui semper onera ferunt, nunq; requiescunt, sed ratio aliquid amplius efficit. Non solū enim non meliore, sed & longe grauiore, ac deteriore conditione fuisse nobis patefecit. Videtur plurimis Abrahā ætatem omnem prosperè, ac tranquillè uixisse. Quocirca fœliciores quosque, & undique florentes illi cōparare solent. Age ergo inquiramus diligentius, quæ illi cōtigerunt. Hic mihi uideri solet longè grauiora, q̄ Noe, quāmque Abel perpessus: sed ego satius esse ac melius iudico nihil interim dicere, quoad rerum diligens discussio sententiam ferat. Quæ igitur illi in Perside & usque ad septuagesimum annū contigerunt tristia, nullus aperte scire pōt: neq; enim beatus Moses eius nobis tēporis historiam tradidit, sed omni hac ætate omissa, à septuagesimo anno narratiōis suæ cepit initiū. Quòd tamē & ipse non dissimilia Noe ppessus sit, ualde rōni consentaneum
C est, cū inter tot impios ac barbaros solus pietatē coleret. Hoc sanè incertū, ut reliqua, obscurumq; non est: imo ita clarū, ut id tardissimi quique facile coniectare possint. Verū ista quoque modo omittamus: atque à peregrinatione sua ordiamur, illud primo inquirentes diligentius, quāto itineris spacio Chaldeorum prouincia a Palæstina separata sit, aut quæ'nā fuerit uiæ illius cōditio, qūo tunc sibi misceri illi potuerint: qui fuerit uinēdi atque cōuersandi modus. Non. n. qa facile tūc iustus ille obediuit, res & cōtinuo facilis existimetur: neque quoniā cito ac breuiter Moses rei gestæ digesit ordinē, opus ipsum uerborū breuitate putes imitatū. Ista enim dicere & narrare facillimū est: agere aūt, laboris, difficultatisq; plenissimum. Viæ igitur istius lōgitudinem, locorūmque intercapedinē diligentius nobis enarrare possent, qui inde ad nos profecti essent. Nos hactenus illorum quidē nemini congressi sumus: unū uero ex his, qui ex citeriore prouincia aduenium nacti, cū ab illo inquireremus quo iter agere coactus esset, triginta & quinque dierum numerum audiuimus, & Babylōnē quidem ille nunq; se uidisse ait: audisse tamen ab his, qui ibi fuerant, tantundem itineris restare conficiendū, ut eò peruenireturꝫ

Tomus quintus.

Atque hmōi distantia locorum & tunc erat & nunc D
est. Porrò itineris conditio nō ea modo est, quę tunc fuisse creditur. Nunc. n. & māsionibus ppetuis distinctum est, & urbibus ac uillis frequētibus ornatū uiatorésque plurimos offendit, qui illuc proficiscuntur, qđ non minus ad securitatis rōnem ualet, q̄ mansiones, urbes atque uillæ. Præterea & ex prouincia ciuitatum principes, uiros corpis magnitudine & robore cunctos excellentes, iaculoq; & funda tantū ualētes, quantū uel sagittarij sagittis, uel armati pilis, statutis ducibus qbus illi obtēperent, hoc eis unicū iniūgunt munus, solamq; itineris tuendi curā, custo diámq; permittunt. Ad hæc aliā longe his oibus diligentiorē curā excogitarunt. Habitacula. n. mille passibus ab inuicem distincta, itinere toto fabricātes, nocturnos illic statuere custodes, per illorū labores & uigilias maximū contra latronū impetus munimen uiatoribus cōstituentes. Tūc uero nihil horū erat, nō uillæ ppetuę, nō urbes, nō discretæ dierū singulorū māsiones, non crebra diuersoria, non cōmeantiū uestigia, nō aliquid deniq; hmōi. Libet nūc omittere semitæ asperitatem, aerisq; inæqualitatē, quæ si & desinat, alia per se uiatoribus sunt molestissima. Testes mihi sunt, qui cum uehiculis, iumētisq; inuehūtur: nec sic quidē cōsueta itinera audēt incedere, nisi prius ea strata lapidibus uiderint, foueásque impleueriut, atque cūcta cōplanauerint. Cæterū tunc inhabitabili regione erat uia illa desertior, ipsisq; mōtibus & collibus aspior, pruptisq; oibus & pcipitijs periculosior. Nondū id qđ est oium grauissimū dixi, quo pacto Barbaris, ferisque nationibus nouus, semp hospes iungebatur. Hoc. n. maiora illi, atque difficiliora indies negotia pbebat, cum oēs tūc per gentes, imo uero, ut uerius loquar, per ciuitates diuisi essent atq; sepati. Neque. n. sicuti nūc in maxima orbis pte fieri cernas, uni impio, uniusq; ditioni, mortales oēs seruiebāt, eisdéq; gubernabantur legibus: sed ueluti corpus unū in multa mēbra cōcisum, ita hoium genus dispsum erat, atque dissipatum, hostésque ex hostibus iustus ille mutare indies cogebatur, ēt anteq̄ priores effugeret, rursus in alios incidēs, cū alibi quidē confuse plurimi dominarētur, alibi nullus dominationis ordo seruaretur. Quid igitur hoc uitæ genere molestius? Nō. n. sibi soli metuebat ac pauebat, uerū patri & uxori & nepoti. Seruorū quoq; non exigua, nec contēnenda erat cura, ēt cū domi requiesceret, nedū tunc quādo uagus per aliena ferri cogebatur. At siquidē exploratū ille habuisset, quādo hic error finē fuisset habiturus, nō adeo graues illę curæ fuisse uiderētur, nūc uero cū simplr atq; indefinite, au disset, In terrā non istā uel istā sed quā mōstrauero tibi: oia mēte circūibat, ac plustrabat, ingētésq; tumultus aīo excipiebat, cū nunq; sistere cogitationē posset, sed suspicari plurima, curisq; angi cogeretur. Credi. n. pōt ad orbis terrę fines, Oceanūq; ipsum se profectu rū expectasse. Itaq; etsi nō oēm perlustrauit terrā, curā tamen huiusce sibi pficiendi itineris sustinuit. Neq; enim aīo ita paratus erat, quasi solā usq; Palęstinam profecturus: sed quasi ubiq; iubentē secuturus, etiāsi orbē totum peruagare iuberetur, etiāsi ad eas q̄ extra orbē sunt insulas accedere. Quòd si spare cōtrarium præceptum indefinitū suaderet, id rursus erat molestissimū. Is enim qui graue aliquid, ac onerosum toleraturus est, multo feret leuius, si apertè sciat, quid sibi sustinēdum sit, & ad quicquid sese præparare debeat, quàm si per oia cogitationibus iactetur ambiguis, &

D 3

Gen 12. a.

G nunc læta, modò tristia expectet: nec posit cuiquam horum firmiter hærere, cũ utrunq; pariter sperari aut credi posit: & ista quidẽ antequam in repromissam terram peruenirent. Cũ uero tandem Palæstinam uenissent, & quasi iactis ancoris se iam quieturum speraret, tunc uero maior illũ in portu tẽpestas excepit. Est autem ea non minima doloris pars, cũ quis aduersis se ereptum putans, atq; ad finem ipsum peruenisse, cura iam omni & cogitatione solutus, rursus initium aliud malorũ congredi compellitur. Nã qui ad ferenda fortiter aduersa adhuc paratus est, æquiore aio ista cùm sibi inferentur, excipiet. At uero si positis curarũ cogitationibus, dum se quieturũ sperat, aliquid huiusmodi cõtingat, duabus ex partibus turbatur, ac facillime dolore capitur: quippe dũ præter spem & expectationem uritur curis, & aio iam solicitudine uacuo, sese præparare desijt. Quæ nã ergo ista tẽpestas fuit? Fames ita ualida Palæstinã occupauerat, ut inde continuo exurgere coactus sit, atq; in Aegyptũ proficisci. Quò cũ peruenissent, ueluti malorum finẽ inuẽturus,
H alia illũ rursus fame tristior, atque acerbior clades inuasit, adeo ut piclitari de uita cogeretur: atq; eò timoris deductus est, ut qđ humana existimatione grauissimum est oium, uxorem. s. alienæ libidini exponere, metu coactus eligeret. In tãtam. n. tunc necessitatem deuenit, ut ẽt hypocrisi submitteretur: quo quid dici
Gen.12.c miserabilius posit? Quo. n. animo illum fuisse existimas, cũ uxori ita consulere cogeretur, & diceret: Scio ego, quòd mulier decora facie sis. Erit ergo cũ te uiderint Aegyptij, dicturi sunt, quia uxor illius est, & interficient me, & reseruabũt te. Dic ergo qa soror illius sum, ut bene mihi sit propter te, uiuátque aĩa mea ob gratiã tui. His uerbis usus est, qui propter deum & patriã, & domum, & amicos, & cognatos, aliaq; oĩa dimiserat, qui hmõi ærumnã tantumq; laboris tã proli xo tpe in itinere perpessus fuerat: & tamen nihil huiusmodi locutus est, puta, reliqt me deus, & auersat⁹ est, suáque cura & prouidẽtia exclusit: sed fortissimè solũ, ac fidelissimè oĩa pertulit: & qui maximè omniũ, uxorẽ per summã uim cõtumelijs affecta, irasci, atq; indignari debuerat, agebat oĩa ne contumelia tã grauis manifesta fieret. Hoc uero cuiusmodi mœroris ac doloris sit, nego ego sermone posse explicari. Norunt
I id oẽs, qui uxores duxerunt, atq; in zelotypiæ unquã susp icionẽ inciderunt. Sed & Solomõ quẽnam sit hęc
Prouer.6 d passio testatur, dicens: Plenus. n. zelo furor uiri eius,
Canti.8b non parcet in die iudicij: neque ullo precio inimicitias soluet, neq; bonis plurimis recõciliabitur. Et rursus: Fortis ut mors dilectio, durus ut ĩfernus zelus. Quòd si zelotypus ita excãdescit: is qui tãtis pressus incõmodis, ut cogeretur eis quoq; adulari, qui se contumelijs afficerẽt, & in quos ulcisci debuerat, cuncta facere, ut libidines explerẽt, suáque uxore fruerentur, quo non dici pôt miserabilior? Interea cũ ista quoque tristia finem accepissent, alia rursus aduersa gignebantur, famiq; illi bella succedere grauissima. Omitto nunc rixas & iurgia pastorũ, distributionem cũ nepote substantiæ, quãuis ista quoque, si cũ cæteris examinẽtur, mœrorem facilè inferre possunt. Cũ. n. is, qui seruatus ab eo fuerat, tãtisque per illũ potitus cõmodis, quem
Gen.13.c sibi cedere per oĩa, pastoresq; suos increpare decuerat: hic optione proposita, fertiliorẽ sibi regionem elegit, incultã illi ac desertiorem relinquens: quis oro, facile ferret, nõ dico detrimentum, sed iniuriam, cũ uideret se q honorasset, parũ gratè atq; honorificè tractari? Id quidem omni detrimento grauius censetur: K
sed hęc tamẽ uniuersa prętereo. De patriarcha. n. non de quouis homine nobis sermo est. Successit illi fami Persicum bellũ cogitúrque aduersus hostes uictoria elatos militẽ ducere is, qui principio non affuerat bel li, integris adhuc utriscq; partibus: sed uictoria iam potitis hostibus, cũ eos nemo ferre potuisset, sed alij qui dẽ passim interfecti essent, alij se latebris & fugæ dedissent, & reliq in seruitutem abducti fuissent. Sed tamen cũ tantæ undique difficultates premerent: num illi ut domi maneret, quietémue ageret, persuaderi poterat? Minime uero, imo rei gestæ nũcio pcussus, profectus est, ipse quoque eiusdẽ calamitatis particeps futurus, seq; ipsum haud dubie neci expositurus. Nam uelle cũ trecentis seruis suis, uel modicè pluribus, aduersum hostẽ numerosissimum, ac uictoria ferocem dimicare: nihil aliud profecto erat, q̃ se & captiuitati, & supplicio, & morti acerbissimæ exponere. Profectus itaq; est, ut ipse quoque barbaricam imanitatem experiretur. Verũ dei clementia seruatus, cõfusis hostibus prædæ ac nepotis compos cũ remeasset, sua rursus incõmoda flere cogebatur, cũ ob defectum liberorum nullũ reliquerit hæreditatis successorem. Noli L
enim cũ eum audis conqueri, & ad deũ dicere: Quid *Ibid.15*
mihi dabis? Ego autẽ sine liberis pereo: hoc illi recens fuisse, ac nouũ existimare. Hæc enim cura & solicitudo cum spõsa unà in domũ iusti illius introierat, imo uerò ante ipsum ingressum sponsæ. Quippe oẽs consueuimus, cũ incipimus de uxore cogitare, iam tunc rei ipsius curis oĩbus tentari, quarum omniũ suprema est, gignendorũ filiorum sterilitas, metúsque ille ex ea die nostros aĩos excruciat. Quòd si contingat post matrimonium solẽniter peractum, primũ aut secundum, siue tertiũ annum sine liberis transire: tunc iam augetur dolor, ac spes læta minuitur. Rursus alio adiecto anno oĩno spes nos illa deserit, solusq; mœror aium occupat, per oĩa uitæ iucunda simul obnubilans, nullũ nobis uoluptatis sensum permittit. Itaq; & si nihil cõtigisset aduersi, cũctáque fœcũdissimè & ad uotũ succedissent: ista liberorũ desideratio lætis illis rebus admota, cunctã illam prosperitatẽ obnubere, ac deijcere sola potuisset. Nã promissio illa diuina ad extremã senectutem, quando maxime desperabatur impleri posse, facta est. Priori autẽ toto tempore à luctu & mœrore nunquã uacauerat: quantóque amplius augeri diuitias uidebat, tantò lugebat uehementius, cũ hæres illi non esset, qui his oĩbus succederet.
Gen.15 Quid uero illũ tunc passum putas, quãdo audiuit: Peregrinum erit semen tuũ in terra sua, & in seruitutem eos redigent & affligẽt, atque humiliabũt annis quadringentis? Vxor aũt ancillam suam nunc uiri amplexibus iungens, nunc post eã coniunctionem criminibus illũ & querimonijs agitans, deũq; aduersus eum inuocans: & quæ thori particeps fuerat, cum iã filium paritura esset, domo deturbari cogens, quẽ constãtis licet animi, in mœrorẽ ac dolorem acerbissimũ non præcipitasset? Ista si cui fortasse leuia uidentur, is cùm cogitauerit familias, & domos integras harũ rerum causa sæpius euersas, maximè iustũ istum admirabitur. Etsi. n. timoris diuini causa fortiter ferebat oĩa, homo tamẽ erat, & his rebus nõ poterat nõ angi, atque cruciari. Rursus aũt in domini domũ ancilla regreditur, illiq; filiũ parit, efficiturq; Abrahã pater post illud adeo prolixũ tps: haberéq; ea res nõnihil uoluptatis uidebatur, sed ea ipsa uoluptas maiore ui mœ-

A roris premebatur. Nothus ille filius legitimi eum admonebat, maiúsq; illi⁹ desiderijũ injiciebat. Quod. n.
Gen.15. a illi dictũ erat, Nõ erit ille hæres tuus, sed q egredietur ex te: de Hismaele dictum fuisse arbitrabatur. nullũ. n. eatenus de Sara respõsum acceperat. Cùm uerò iam planiorem ac euidẽtissimam de Isaac promissionem accepisset, tempusq; partus definitum esset, rursus an teq̃ eius spei uoluptatem ullam sentiret, Sodomorũ clades ingentem illi mœroris nebulam offudit. Nam quòd res ipsa iustũ uirũ immodicè turbauerit, ex uer bis illis ac prece, quam pro eis fudit, oĩbus profectò
Ibid.19 c cõstat. Cũ uerò lapsum cœlo imbrem illum igneum, atq; omnino terribilem cerneret, cunctaq; in puluerẽ & cinerem conuersa: neq; in seipso iam erat. Nam si cùm de longè domos aliquas conflagrare incẽdio uidemus, deficimus, stuporeq; & mœrore ac metu rigescimus: quid illum passum arbitramur, urbes integras & regiones cũ habitatorib. incẽdio non cõsueto sed nouo, ac terribili ardere conspicientẽ? An tibi non uidẽtur iusti huius clades, æquoreos ppetuosq; fluctus imitari? Sicut. n. in mari anteq̃ fluctus alij quieuerint,
B alij rursus montis istar intumescunt: ita & p totam uri uitam contigisse pspicies. Nam cũ adhuc Sodomo-
Ge.20.a rum recẽs esset illa desolatio, rex Geraræ eadem quæ
& 12.d Pharao in Saram comittere conatus est, rursusq; mulier miserandam simulationem confingere compellitur: atq; in opus prorupisset ea contumelia, nisi prohibuisset deus. Cùm aũt in partu illius & uxor simul & filius, ac tota familia lætaretur, solus ille in tanto oĩm gaudio tristis esse, ac mœrore cogebatur, ancillã cum
Ibid.21.b filio eijcere ui cœlestis oraculi compulsus. Etsi. n. nothus erat, atq; ex ancilla nat⁹ Hismael, naturalis tamẽ uis amoris ex ea ĩdignitate nullo minor erat, neq; im beciliorẽ paternorũ uiscerũ dolorem fecerat ignobilitas matris. Istudq; ex ipsa historię serie possumus addiscere. Ille. n. fortis, ille seueriss imus, & qui unigenitũ proprijs manibus postea mactãdum susc epit: uxore sibi hoc pręcipiente ægrẽ ferebat, nunq̃q; illi cessisset, nunq̃ obtemperasset (etsi tunc maior accessisse uideretur authoritas, iustaq; ab eo postularet) nisi illum timor dei uehementer impulisset. Itaq; cùm audis illum deo iubente, ancillã emisisse cum filio: caue pu-
C tes doloris sensu caruisse. Hoc. n. erat impossibile, uerùm illius potius singularem admirare obediẽtiam, quòd cùm ẽt miserationis affectu retraheretur, emisit tamen cum filio matrẽ, quorsum profectura esset ne sciẽs. Tolerabat aũt atq; sustinebat mœrẽs: neq; n. ille natura supior euaserat. Hoc aũt & in legitimo passus est filio: nullus. n. eum non doluisse dicat, neq; paternis affectibus fuisse cõmotum, ne dum ultra modũ illius ostendere nitatur philosophiam, illum summa laudum omnium priuet. Nam si in flagitijs teterrimis quosq; deprehensos, ac longissimo tpe uita potitos, ignotosq;, & quos nunq̃ antea uidimus, cùm repentè conspicimus ad mortẽ duci, misericordia ac dolore conficimur, sæpe autem etiam illachrymamur: is qui unigenitum atq; charissimum filium qui præter spem, qui post tãtum temporis, qui ad extremam senectutem natus erat, (hæc. n. omnia excitant maiorem doloris flammam) hunc iam adultum suis manibus mactare & incendere iussus, nihil humanum passus existimetur: quid ista dicentib. ridiculosius? Nanq; si lapis esset, si ferrum, si adamas deniq;, possẽtne nõ molliri, non flecti, non frangi ad decorũ amantissimi filij aspectum? Erat. n. ad ipsum ætatis florem iam sa-

pientia maturus, & animi religione perfectus, deniq; D
audiuit: Deus prouidebit sibi ouem in holocaustum *Gen.22.b*
filij mi, nihilq; pquisiuit amplius. Aspiciebat patrem se ligantem, nec reluctabatur: impositus rogo, non resiliebat: uidebat gladiũ contra se uibrari, neq; omnino terrebatur. Quid hoc aio religiosius, quid deuotius dici aut excogitari potest? Audebítne ergo quisq; adhuc dicere, nihil in hmõi omnibus ppessum esse Abraham? Si. n. inimicum, si hostem interfecturus esset, etiamsi belua fuisset immanis: num ista sine dolore perpetrasset? Non est ita, nõ est. Noli iustũ uirum ita crudeliter arguere, dolebat profectò atq; discrũpebatur. Deus, inquit, prouidebit sibi uictimã in holocaustum fili. Quanta miseratione uerba ista plena fuisse arbitraris? Continebat se tamen, ac pmebat acerrimi doloris uim: atq; ista oĩa ea deuotione & alacritate patrabat, qua facerẽt qui nullo istiusmodi impedimẽto cõtinerentur. Immolatũ interea filiũ, quippe deuotione illũ imolauerat: sanũ rursus, atq; incolumem restituit matri, quem illa suscipiens anteq̃ affatim dulci nato frueretur, excessit è uita: id iusto illi maximo mœrori fuit. Etsi. n. longo simul uixerãt tpe, nihil tamen E
persuadere poterat, ut eum casum leui⁹ ferret: immo uerò hoc ipsum ampliore illum dolore conficiebat. Nanq; consueuimus eos, qui plurimo nobiscum tpe uixerunt, summaq; uirtutis suæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maximè omnium, ac summo desiderio requirere. Quodq; ista sic se habeant, ipse patriarcha nobis indicat, q̃ fletu ac lamẽtatione solẽni, illi debitas psoluit inferias. Quis iã reliquas curas pro seq̃ posit, quas filij gratia susc epit? uxorẽ illi ex remotionibus locis consciscendo, ac p oĩa illius ornamentis, & gloriæ prospiciendo, quasq; pro illius fratribus necessario subiuit, aliáq; omnia: quæ qui examussim cõsiderare uelit, atq; discutere, longè laboriosiorẽ iusti huius uitam, curisq; cumulatiorem perspiciet, q̃ ipsi nunc ostẽdere possimus. Principalia nãq; tantũ, ac magis necessaria scriptura restringens, reliqua nobis oĩa examinãda reliquit, quæq; diebus singulis uerisimile est in ea domo contingere, ubi seruorũ erat multitudo, uir, uxor, ac filij, multarúmq; rerũ cura ac solicitudo. Ita sanè, inquies, sed illi solatium ferebat in singulis hmõi aduersis, quòd pp deum illa omnia pa F
tiebatur. Et teipsum igitur illud non consolabitur? Nullus. n. profectò, nisi deus tibi hanc inferri tentationem permisit. Nam si nec porcos quidẽ inuadere ne-
Matt.8.d quisimi dæmones ausi fuerant, nisi prius ille pmitteret: multò minus mortalibus cunctis rebus excellentiorem aĩam. Sicut igitur illi oĩm fortis toleratio, atq; in omnibus gratiarũ actio maxima causa pmiorum fuit: ita erit tibi, tu modò non grauiter, atq; indignanter feras, sed in omnibus gratias referas clemẽtissimo deo. Nempe. n. & beatus Iob ea, quæ passus est, deo permittente ppessus est: coronis tamen non ideo donatus est, quia passus fuit: uerũ quia contra aduersa omnia fortis, atq; inuiolabilis pstitit. Admiramúrq; illum oẽs, non quòd priuatus omnibus fuerit, sed qa inter hæc omnia non peccauerit, neq; in labijs suis.
Iob.1.d Quoniam uerò de Iob mentionem fecimus, uellem quidem longa ipsius lamenta, passionúmq; uehemẽtiam psequi: uerum ne in longissimum tẽdatur liber, ad Isaac redeat oratio. Porrò si tu cupis illius oĩa diligentius addiscere, librum ipsum in manibus sumens, aspice in abyssum altissimã calamitatẽ uiri, plurimáq; in consolationem tuis casibus inuenies. Quanto. n.

G melior, quãto q̃ preclarior meritis iust⁹ ille est, q̃ nos, tantò aduersus eum numero, & magnitudine maiori ui dimicauit, eo q̃ uehementius contra illum tunc nequissimus ille cõcitatus est. Cæterũ rectè facta nõ tam tentationum numero & magnitudine, q̃ rerum uirtute æstimantur. Itaq; etsi inferius, ac minus istud certamen est, nihil id tuas coronas poterit minuere: nã & is q duo talenta tulit, nihil minus retulit, q̃ is qui obtulerat quinq;. Cur id? Quia etsi non idẽ redditus, eadẽ tamen deuotio & alacritas fuit. Quocirca & eodem honore uterq; potitus est, audiens: Intra in gaudiũ domini tui. Quid ergo Isaac? peregrinationẽ quidẽ illam longissimam, ac difficillimam subire exẽplo patris, terramq; suam derelinquere coactus non est: sed planè supremum malorũ omnium ipse sustinuit metum. s. ne sine liberis dedeceret. Postea uerò q̃ oratione ad deum fusa, eo metu liberatus est, alius eum cõtinuò excepit timor lõgè illo grauior & maior. Neque n. par metus est pro coniugis stei ihrate, & pro radice ipsa trepidare. Sic. n. partus doloribus disrumpebatur, ut uita ipsa morte omni illi esset acerbior. Et hoc ipm audias licet dicentẽ. Si mihi ita futurũ erat, H ad quid mihi uiuere? Famis aũt & iste experimentum cepit, etsi nõ ut pater in Aegyptũ descendit: sed quod ille uerè in Aegypto ptulit, & iste pati periclitabatur, uxorẽ. s. amittere. Et patrem quidem uenerabantur omnes, hunc uerò non secus, quam inimicum & hostem exagitabant, neq; proprijs illum laboribus pfrui sinebant: uerũ cum illum angustijs undiq; concluderent, licenter ipsi laboribus ipsius fruebantur. Tandẽ uerò cũ sibi illos amicos conquisiuisset, filiosq; adultos cerneret, tunc iam, tunc quando summã se consolationem inuẽturum sperabat, optimosq; senectutis suæ custodes, ac nutritores habiturũ, in supremũ corruit mœrorem. Primum. n. maior natu filius uxorem sibi alienigenã cõtra patris uotũ cepit, & eoipo quòd pugnã & bellũ in domũ introduxisset, illum summa & incredibili ui doloris affecit. innumeris. n. iniurijs mulieres illæ soceros afficiebant: quæ omnia scriptura deuitãs, uno uerbo cuncta signauit, cũ diceret. Cũ Ibi. 24. g Rebecca cõtendebant: reliquit q̃ id dictum eis intelligendum, qui domos habent, ac filios iã uxoratos, illi maximè otium nouerunt diligenter quãtum mali, sit I quãtumq; detrimẽti, si socrus oderint nurus: idq; maximè tunc, cũ ambæ eandẽ inhabitent domum. Hoc aũt iuge illis erat incommodum. Ad hæc illi grauior Ibi. 27. a quoq; molestia adiecta est, oculorum caligo. i. ac luminis priuatio: q̃ cuiusmodi sit, illi soli sciunt, qui patiuntur. Præterea ne illud leue incõmodũ existimetur quòd dũ benediceret filijs, contrà q̃ uolebat matris astu, & arte minorẽ pro maiore benedixit. Qua in re ita indoluit, ut amarius q̃ is q passus fuerat, clamaret, excusaret q; ignorantiã, quòd non illum sciens, benedictione fraudasset, uerũ fratris arte circũuentus. Hęc aũt omnia scenæ tragœdiam præcurrebat, fabulamq; Thebanorum adolescentium signabant. Nam & hic etiam senectutẽ, occasionẽq; patris maior natu cõtemnens, iuniorem frẽm deturbabit domo. Etsi. n. non Ge. 27. g ille necauit, id matris impediuit sapia: & hic. n. comminatus est cædem, patrisq; mortem operiebatur. Quod cum mater cauta didicisset, patriq; retulisset, illum protinus eius manibus eripuit. Et eum quidẽ q se uenerabatur, quiq; sibi summa beneuolẽtia ac pie- Ibi. 28. a tate iũgebatur, parẽtes fugæ cõmittere cogũtur: improbũ aũt p cuius intẽperantiã uiuere illi nisi in amaritudine summa ac dolore non poterant (hoc. n. ipsa K Rebecca indicat) apud se iugiter tenebãt. Igitur cũ ille effugisset, qui semper in domo educatus (erat. n. innocens habitans domi) pluimũq; cũ matre cõuersatus fuerat: quib⁹ lamẽtis, quo dolore, quo gemitu Rebecam iam affici necesse fuit, mœrore semp charissimi ac dulcissimi filij, uirumq; intuentẽ, & p ætatẽ, & per infirmitatem nihilo meliore conditione, q̃ mortuũ? Quibus itẽ luctibus senẽ detentum putas, dum cões & suas, & uxoris clades flere cogeretur? Cũ uerò illa moritura esset, q̃d nõ dixit? qd nõ locuta est? Etiã lapides ea ipsius uerba liquefacere potuisse puto, cũ non uideret propè adstantẽ filiũ, atq; illa chrymantẽ, oculosq; sibi excæcantẽ, atq; mœrore suffusa ora cõtrahẽtẽ, atq; alia oia agentem, q̃ parentib⁹ morte ipsa uidẽtur grauiora. At uerò Isaac, dum illã ita efflare iam cerneret: quo aio fuisse putandus est & tunc, & post ipsius mortẽ? Talis ille nobis fuisse ostẽsus est, quem multis fuisse feliciorẽ putabam⁹. Iã uerò Iacob ipsius uitã cuiusmodi fuerit, absq; discussione aliqua ipsius uerba indicãt, q̃ cum Pharaonẽ alloqueretur, aiebat: Dies mei parui & mali, & nõ puenerunt ad dies patrũ Ge. 47. i meorũ: hoc est, & breuiorẽ, & laboriosiorẽ uixi uitã. L Verũ & absq; hac illius snia ita sunt aptæ clades eius ut pauci admodum sint, qui illas nesciant. Auus nãq; eius etsi longinquissimam peregrinationem emẽsus est, iussu dei hoc fecit. Quæ res maximo sibi solatio fuit. Hic aũt frẽm fugiens insidiantẽ, parricidiumq; meditantẽ, summos itineris labores passus est. Atq; ille quidẽ necessario uictu, & quidem abundãti nunq; indiguit: huic uerò uoti res erat, indumento ac pane solo non indigere. Seruatus aũt, atq; itineris fatigationibus liber, cum tandẽ ad affines suos pueniisset, qui in tanta rerum copia nutritus fuerat, seruire cogebatur. Non ignoras aũt, seruitutẽ, cùm semper molesta sit, tum maximè uideri molestissimã, cũ quis propinqs, ac paribus seruire cogitur: idq; cum eius rei nunq; periculum fecerit, sed priorem oẽm ętatem in delicijs egerit. Quod cum intolerabile esse uideretur, forti tamẽ & magno aio ferebat. Porrò quid ærumnarũ in uita illa sua pastorali passus sit, ipsum audias licet dicentẽ: M Ego psoluebã à meipso furta diei, & furta noctis. Per Gen. 31. die urebar æstu, & nocte gelu, recessitq; somnus ab oculis meis, ista mihi fuerunt annis 20. Hęc ille passus est, qui uitã uixerat simplicem, q̃ semp fuerat domi. Postq; tot labores, tot incõmoda, post lõgũ illud seruitutis tps, fraudem illã amarissimã ptulit, qua sibi al Ibi. 29. tera alteri⁹ loco tradita uxor est. Nã si nõ seruisset annis 7. si nõ ea passus fuisset, q̃ auunculo cõquestus dixit: si nõ amauisset puellã, hoc ipsum tamen quòd sibi meliore, ac formosiore promissa, tradita sibi pro illa deterior: quantũ putas mœroris, quid indignationis, quid doloris btõ illi tunc pstitit? Sanè si quis alius id passus esset, nunq; eã fraudem, atq; iniuriã tulisset: sed omni prius socerorũ euersa domo, tunc demum seipse cum illis unà interfecisset, aut alio quouis mõ perdidisset. Quoniã uerò patiẽtissimus, ac lõganimis erat Iacob, nihil penitus hmõi fecit, sed ne initium quidẽ eiusce cogitationi dedit: immo uerò 7. annos alios iterum seruire iussus promptè obediuit, adeò mitis ac mãsuetus: quòd si puellæ amor mãsuetudini morũ obsecundabat, rursus mihi mœroris magnitudinẽ asseris. Considera. n. quæso, quantum ille doloris passus sit, cùm eius quã ita uehemẽter diligebat, fraudatus amplexibus, illúsq; connubia desiderans, septem

A rursus annorũ dilatione cruciatur, frigora, & ęstus, & uigilias, & detrimenta ppetua patiens. Ea tamen ipsa potitus tandẽ, uiuensq; apud socerũ uitã ærumnis, & laboribus plenã: sic quoq; inuidiæ patuit, scdam frau Gen 31. f dẽ in mercedibus passus, ut ipse quoq; illum arguerit, dicens: Immutasti mercedem meam septem uicibus. Vnà uerò cum socero affines reliqui, magis etiam ad uersus illum efferati excandescebant. Quod aũt erat oĩbus grauius, uxor illa tam dilecta, cuius gratia bis septẽ annis seruire delegerat, præ molestia suffocabatur, cùm sororẽ suam parientem cerneret: se uero omni pariendi spe destitutã, atq; in tantam tunc amentiã ex nimio mœrore deuenerat, ut criminibus & q̃relis agitaret uirum, mortemq; sibimet cõscisce re minare- Ibi. 30. a tur, nisi pâreret. Da mihi, inquiẽs, liberos, alioqui moriar ego. Quo igitur ille lætari poterat, cuius gratia diligebat, sic affecta esset, fratresq; illius sibi insidiarẽtur, omniaq; molirentur, ut ille ad extremam deueniret inopiam? Nã si ea, q̃ sine sudore dotis nomine traduntur uxoribus, cũ quis tulerit, maximo mœrore afficimur: is qui periclitabatur ea q̃ summis laboribus B quæsierat amittere, quo aio ferre ea detrimenta potuerat? Cum aũt haud obscure suspectus esset, eosq; se in tuẽtes cerneret, clã fugã iniens discessit. Quo qd dici miserabili⁹ possit? Nã & ex paterna domo & ex aliena cũ metu ac periculis migrans, in eadẽ prærupta rursus cogebatur incidere. Quippe frẽm fugiẽs, se ad socerum contulerat, à quo iterum exagitatus, ad frẽm redire cogebatur, prophetcũ illud passus, qd de die Amos. 5. f domini dicit Amos: Veluti siqs fugiat à facie leonis, & irruat in eum ursus, ingressusq; in domũ suã, & parieti manus applicãs, mordeatur à colubro. Quis aũt eum tremorẽ enarrare possit, quẽ perpessus est comprehensus à Laban, itineris q; angustias cũ se tam numerosum pecus, filiiq; sui sequeretur? Cęterũ cùm fratris faciẽ esset inspecturus, nõne idẽ passus est, quod apud Poetas, qui fictũ caput Gorgonis uident? Nõne ita p omnia affectus erat, ut hi qui ad mortẽ ducuntur? Audi sanè illius uerba, atq; ex eis insitam illius animo timoris flãmam addisce. Deus eruc me, inquit, de Gen. 32. c C manu Esau fratris mei, qa ualde eum timeo, ne fortè supueniens interficiat me, ac matrẽ cum filijs. Tu aũt mihi dixisti, quòd bene mihi faceres. Quã nõ lætitiã hic metus exclusisset, etiam si priori omni tpe tranquillissimè uixisset? At nunc omnis illi uita, ex qua die benedictionẽ accepturus, metu penè fuerat mortuus, p calamitates uarias, insidiasq; texebatur. Tantus denicq; tunc illũ timor inuaserat, ut post cõgressum fratris, quantumlib. ille præter spem benignè & humaniter eo usus esset, cõsidere ne sic quidẽ posset, anxietatemq; deponere. Denicq; cũ obsecraret ille, ut secum se ire permitteret, non secus q̃ à fera aliqua liberari cupiẽs, ut recederet orabat, dicẽs: Nosti domine, quia in Ibid. 33. e fantes teneriores sunt, ouẽsq; & boues mecũ fœtę, q̃s si plus in ambulãdo laborare fecero, morientur una die cũcti greges. Præcedat dominus meus ante seruũ suũ, & ego sequar paulatim uestigia ei⁹, sicut uidero paruulos meos posse, donec ueniã ad dominũ meũ in Seir. Respiransq; ex illis periculis modicũ, in alium longè maximum timorẽ incidit. Rapta quippe illius filia, primũ quidẽ puellæ iniurias, & contumeliã ęgrè ferebat: sed cũ id facinus leniisset, quòd eam regis filⁱ⁹ ducturum se uxorem polliceretur, eamq; snĩam laudasset Iacob, fœdera uiolauit Leui fratribus adiũctis, ciuesq; uiritim ad unũ iugulãtes, in id tremoris patrẽ induxerunt, ut inde protinus migrarent, eo quòd oẽs D aduersum se bellaturos timeret, Dixit. n. (ait scriptura) Iacob ad Symeonem & Leui: Odiosum me feciſtis, ut Ibid. 34. d iniquus sim oĩbus habitantibus terrã, Chananæis q;, & Pherezæis. Ego aũt sum minimus numero, cõgregatique cõtra me simul obiurgabũt me, deleborque ego & domus mea. Quippe oẽs illos una finitimi necassent, nisi illorum indignationẽ dei clementia cõtinuisset, finémque cladibus imposuisset. Factus est, in- Ibid. 35. a quit, timor dei super oẽs per circuitũ ciuitates, neque persecuti sunt post Israel. Quid ergo cũ hoc metu liberatus esset? Num tandẽ uel parum respirauit? imo uero tunc supremus eum malorum oĩum uertex inuasit, mors. s. amantissimæ coniugis & imatura simul & uiolenta. Peperit. n. inquit, Rachel, parturiẽnsque la- Ibid. c. borabat. Factum est autem cũ parturiens periclitare tur, dixit illi obstetrix: Confide, & hic. n. tibi filius est. Gene. 35. c Et cũ efflaret animã, (moriebatur enim) uocauit nomẽ eius, Filius doloris mei. Cúmque luctus adhuc recens esset, adiecit mœrori Rubẽ, patris thorum contumelioſẽ impetens. Qd ille tam grauiter tulit, ut moriens quoque mala imprecaretur filio, tum. s. quando Ibidem. d filijs parentes misericordius affici cõsueuerunt. Istud E cũ ille primogenitus esset omnium, quod etiam affectus nomine nõ parum ualet. Sed hæc tamen omnia Ibi. 49. a uis mœroris exclusit, uocánsq; illũ dixit: Rubẽ primogenitus meus fortitudo mea, & initiũ filiorum meorum, durus ad ferẽdum, durúsque, & audax, effusus es sicut aqua, nõ crescas. Ascendisti. n. in cubile patris tui, tunc maculasti stratum ubi ascendisti. Cũ autem adoleuisset amãtissimę uxoris filius, solariq; illius desideriũ, huius præsenti & iugi cõtubernio sparet, tunc sibi multiplices parãtur clades: fratres. n. illius tunicã intinctam sanguine patri ostẽdentes, uario illum luctu confecerunt. Neque enim solam lugebat mortem, sed ipsum quoque mortis genus: plurimáque erãt quæ illius animum cõfunderent, ac penè in desperationem præcipitarent, quòd amatæ illius filius, quod melior reliqs, quòd maxime dilectus, quòd in ipso ętatis flore, qd ab eo missus, quod neq; in domo, neque in lecto, neque patre coram assistente, neque dicens aliquid, & audiens: qd̃ non cõmuni morte oĩum, quòd uiuens à ferarum imanitate discerptus fuerat, quod ne reliqas quidem illius repire poterat, & humo con- F dere: quod ista illi nõ in iuuentute contigissent, quando melius ferre potuisset, sed senectute ultima. Eratq; miserandũ omnino spectaculum, uidere canos ueren dos puluere fœdatos, senilęque pectus discissa tunica nudatũ, lamentáq; admittentia cõsolationẽ nullam. Scidit. n. inquit, Iacob uestimenta sua, & circũposuit Ibid. 37. g cilicium lumbis suis, lugebátque filium diebus plurimis. Cõgregati sunt aũt omnes filij eius, & filiæ, & uenerunt consolari eum, noluitq; consolari, dicens: De- Ibidem. scendam ad filiũ meum lugens in infernũ. quasi uero possibile nõ esset uacare à mœrore aium ipsius. Cum cœpisset ea plaga curari, fames ualida incũbens, terrámque uniuersam occupãs, primũ qdem uehemẽti illum mœrore turbauerat. Cũ autem reuersi ex Aegypto filij, rei frumentariæ copia famis incõmoda solati essent, aliam item cõsolatio ni illi mistã doloris causam attulerunt, uoluptatémque quã & ex famis leuamine tulerat, absentia filij pmebat, atque obscurabat. Neque id solũ, sed Beniamin ipsum postulabãt: quo ille unico solatio & uxoris defunctæ, & à fera deuorati filij lenire mœrorẽ consueuerat. Erat aũt nõ ea sola

G causa detinendi Beniamin secum, uerũ ætas quoq; ip
Gene.42. sa, & educationis ratio. Non ascendet.n. inquit filius
meus uobiscũ, quoniã frater eius mortuus est, & ipse
solus derelictus est: cõtingetq; illum lassescere, & defi
cere in uia, qua uos pergitis, deducetisq; canos meos
cum dolore ad inferos. Primũ igitur oino renuebat,
illum nunq; se daturũ asserebat. Cũ uerò uehemẽtiſsi
ma uis famis urgeret, grauioriq; necessitate tangeren
Ibidem. tur, q̃q; nimium mœrẽs: Quid.n. inquit, me afflixistis,
nunciantes homini, quòd esset uobis frater? uerbaq;
illa miserãda locutus: Ioseph, inquiẽs, nõ est Symeõ,
nõ & Beniamin, hunc assumetis, in me uenerunt ista
oĩa: dolens. s. Ioseph & Symeon, ẽt Beniamin à se nite
rentur auellere: ostendensq; oĩa se potius passurum, q̃
dimissurum à se filiũ uictus tandẽ suis eum manibus
Ibi.43.c tradidit, dicẽs: Et fratrẽ uestrum assumite, surgẽtesq;
descendite ad uirum. Deus aũt meus det uobis gratiã
in conspectu uiri, emittatq; uobiscum fratrẽ uestrum
unũ & Beniamin. Ego.n. sine liberis effectus sum. Ita
uehementer summis illis angebatur incõmodis, ut ui
sceribus ẽt discerptis, paulatimq; imminutis filijs, uni
H uersa deteriorum metu toleraret. Maiore.n. ex hmõi
aduersi dolore angebatur, q̃ ante ex Ioseph. Quippe
ea clades, quæ meliorũ spe & expectatione caret, si
uehementiore dolore nos cruciat, ille tamen ipse do
lor protinus lenitur, dum animo desperatio huiusce
cladis corrigendæ semper ingeritur: quæ uerò suspen
sa, hactenus animum requiescere non sinit, futurorũ
incerto anxietatẽ iugiter nobis augens, & renouans:
2.Re.12. idq; ex beato Dauid facilè animaduertere possumus,
e.f qui cũ adhuc uiuente plangeret filio, eoipso mortuo
se à fletu cõtinuit: quod cũ serui illius mirarẽtur, cau
samq; requirerent, hanc ipsam rationẽ allegauit, quã
ego modò. Meritò igitur Iacob in his casibus metue
bat magis, atq; tremebat. Sed aspectꝰ ille desiderabi
lis, ac Ioseph facies voluptatẽ illi, & quietẽ postmodũ
præbuit. Et quid inde uoluptatis cõsecutus est? Sicut
enim uehementissimo igni adusta membra, quantũ
libet quis refrigerare moliatur, nihil proficit: ita & il
lius mœstum animũ, nimijsq; doloris flãmis adustũ,
nihil erat quod recreare, ac refouere posset, maximè
cum ea ætate nullus ferè sit uoluptatis sensus: quod
I Berzelai Galaadites excusãs dicebat ad Dauid: Quot
2.Re.19.f dies annorũ uitæ meæ illic erunt mihi, ut ascendã cũ
rege in Hierusalem? Filius octoginta annorũ sum ho
die, num discernã inter bonum & inter malum? Num
gustauit seruus tuus quæcũq; comederit, aut biberit
dominus meus? Num audiet seruus tuus cãtantiũ ui
rorum aut mulierũ uoces? Et quare seruus tuus gra
uis sit domino meo regi? Verũ quid hoc ex alijs conij
Gen.47. cimus, cũ liceat ipsum audire de se profitentẽ? Postea
enim q̃ filium uiderat à Pharaone de uitæ suæ annis
interrogatus: parui sunt, inquit, & mali dies mei, & nõ
peruenerunt ad dies patrũ meorum. adeò uiuacem
rerum gestarũ memoriã secum semper gerebat. Sed
enim filiꝰ iste clarissimus & gloriosissimus Ioseph, cu
ius clades nõ suarũ magnitudine gloriarum operuit?
Nempe.n. pater eius unum tantummodo insidiato
rem passus est, hic aũt porrò plures: atq; ille quidem
priorem oẽm ætatem in summa rerũ copia & requie
nutritus est, hic in alienã puer adductus regionẽ, itine
ris ærumnas perferre cogebatur. Atq; illi quidẽ ade
rat mater, insidias leniens: hic adolescentulus quãdo
illi matre opus erat, tunc maximè isto adiutorio de
sertus, & destitutus est. Ad hęc Esau quidẽ usq; ad cõ
K mination ẽ tantũ Iacob pertenuit: at uerò Ioseph fra
tres, insidias in apertum opus perduxerunt, atq; ante
insidias inuidia commoti detrahere illi nunq; destite
runt. Porrò quid acerbius esse posit, q̃ eos quibus cũ
iugiter inhabitas, inimicos pati? Videntes enim, quòd
à patre cæteris liberis suis plus diligeretur, oderãt eũ,
nec poterant ei quicquã pacificè loqui. Neq;.n. ego,
quòd sub negotiatorum, regijq; serui manu fuit, tam
graue illi fuisse dixerim, q̃ quòd in illorum impias inci
dit manus. Multò enim isti clementius illo ulĩ sunt, q̃
fratres. Attamen nec sic quidẽ quieuit calamitatũ sę
ua hyems, quippe uehementior procella irruens, ip
sum rursus ferè demersit. Fortasse me quispiam hoc i
loco insidias dominæ dicturũ existimet. Ego ante eã
quoq;, tempestatem aliam sæuiorẽ dicam. Graue qui
dem, reuera graue, atq; intolerabile, calumnias hmõi
criminum pati, damnariq;, & carcerem tam prolixo
tempore incolere puerum, liberum, nobilem, eiusq;
necessitatis hactenus ignarum. Sed sanè grauius his
omnibus, ac difficilius illi uisum puto, fluctus ætatis
compescuisse. Si enim nulla flagranti concupiscentia
turbatus, illius amores blanditiasq; respuisset, nõ mi- L
hi ita laudandus, atq; admirandus uideretur, Christi Mat.19.b
scilicet sniam tueri. Neq; enim illi eos qui natura sunt
eunuchi, sed qui seipsos abscidẽrũt, dignos regno cœ
lorum dixit. Sin uerò alias, quàm ille uictoriam tulis
set, aduersus quem dimicans uictoriam reportaret?
Quònam hoste superato buccinaretur, si nullus esset
qui obluctaretur, eumq; summa ui niteretur deiicere?
Neq; enim eos qui à domitorum animantium coitu
abstinuerunt, castitatis ratione prædicamus, quòd
naturæ insita non sit hmõi concupiscentia. Si igitur
beato illi adolescenti eiusmodi ignis nihil molestus
fuit, quid est quòd illius castitatem ita admiramur?
Quòd si eo tpe, quo uehementius hmõi flamma suc
cenditur (agebat quippe iam fermè uigesimum ætа-
tis annum) & cũ nullis admotis alijs fomentis incen-
dij, intolerabilis per se est ista uis, tunc maximè impu Gene.39.
dica mulier castissimo adolescenti insidiata est: tan- b.c
tum huic flãmæ uirium ex suis illecebris & ornamen
tis adiiciens, quantũ illi erat per naturã: quis iam tum
illius fluctus tumultus, & anxietatẽ enarrare sufficiat,
cũ intrinsecus quidẽ & natura illum, & ętas perturba M
rent, ársq; & decor Aegyptiæ extrinsecus pellicerent:
istúdq; non uno die, uel duobus, sed plurimo tẽpore
perferret? Equidem reor ipsum tunc non sibi tantũ ti
muisse, sed illi ẽt indoluisse, quòd ad tantum præcipi-
tium tãto studio peruenire curaret, festinarẽtq;. Atq;
illud ex uerbis, quæ mulieri plena grauitatis & mode
stiæ respondit, nobis cõstare poterit. Etenim licebat
illi profectò iure suo, si uoluisset, & cõtumelioſius &
audacius ad illam loqui: si quidẽ illa per nimiã amo-
ris uim facilè cuncta toleraſſet. Verùm nihil eiusmo-
di locutus est, aut cogitauit: sed pijs religiosisq; cogi-
tationibus admotis, ea solummodo locutus est, per
quæ putabat à scelere illam posse reuocari, nihilque
amplius adiecit. Ecce enim, inquit, dominus meus, Gen.39.b
præter me nihil scit eorum, q̃ sunt in domo sua: & oĩa
quę sua sunt dedit in manu mea, nihilq; in domo sua
plus habet q̃ ego: neq; aliquid quod nõ dederit in po
testate mea, præter te, eò quòd uxor illius sis: & quo
faciam hoc uerbum malum, ut peccem corã deo? Et
tamen post tantam modestiam, tantáque castitatis
indicia, falsi criminis calumniã subiuit, deúsque istud
fieri permisit. Vinctus est, nec sic prodidit insidias,

A inius tamq; mulieris calumniã coarguit. Studebat.n.
copiosiora præmia, coronasq; clariores præparare,
atq; ideo ipsis quoq; seruis regijs dimissis ipse iclusus
perseuerabat. Tu nolo mihi custodis clementiã obij-
cias, uerũ ipsius uerba diligentius examines, inspicies
Ibi. 40.c profectò summũ animi dolorẽ. Nã cũ somnium iter
pretatus esset, regio pincernæ dixit: Sed memẽto mei
per temetipsum, cũ tibi bene fuerit, faciesq; super me
misericordiã, & suggeres Pharaoni de me, & educes
me de lacu isto, qa furto sublatꝰ sum de terra Hebrę o
rum: & hic nõ feci quicquã, sed innocentẽ iniecerunt
me in domũ lachrymarum. Etsi.n. claustra carceris fa
cilè ferebat, cũ eis hominibus uiuere, puta sepulchro
rum uiolatoribus, furibus, paricidis, adulteris, homi-
cidis, & reliquis eius generis hominibus (his.n. atque
hmõi plenũ erat illud habitaculũ) grauius illi ac mo-
lestius erat. Neq; id solũ, sed quòd plurimos intueretur frustra & inaniter illic aggregari, atq; uelut in falsu
ram mitti. Sed tamen id qđ tute modò q̃reris, seruus
quidẽ uinculis eripiebatur, liber aũt in ærumnis persi
stebat. Quòd siqs regni mentionẽ faciat, hic mihi rur
B sus curarum examẽ, uigiliarumq; & mille negotiorũ
difficultates uelim in medium adducat. Quæ oĩa eis
qui quietã, curisq; uacuam uitã diligunt, nõ nimium
iucunda, aut grata sunt. Præterea sanctis illis quidem
si quid lætũ cõtingebat, mirum profectò nõ erat, cũ
nec dum cœleste regnum planũ & apertum esset, futu-
rorumq; bonorum manifesta promissio. Hic uerò
quando tanta bonorum copia proponitur, resq; cũ-
ctis manifesta est, audebítne obsecro iam quispiã do
lere, si in præsenti uita iucundis nullis perfruatur: aut
prorsus in hac uita dulce aliquid existimabit, qui præ
mia futura nouerit? Et qd hoc animo dici abiectius
potest, si sperans & expectans paulò post in cœlũ mi
graturum, huius mundi requiem inquirat, ac trãquil
Eccl.1.a litatẽ mẽbro nullo meliorem? Vanitas.n. uanitatum,
inquit, & oĩa uanitas. Quòd si is, qui p̃sentis uitæ uo-
luptates præ cæteris hominibus fuerat expertus, hãc
aduersus illas sniam tulit: multò magis nos ita affici
& sentire cõuenit, quibus nihil est cõe cum terra, qui
busq; in superna inscribi ciuitate festinare, totumq; il-
luc animum transferre iussum, atq; imperatum est.
C

Libri secundi finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de prouidentia dei, ad Stagirium monachum, liber tertius.*

Vfficere quidẽ & ista poterant, q̃ dicta sunt,
ſ ad extinguendã mœroris flammã atq; per-
suadendum meliore, ac tranquilliore esse ani
mo. Verũ ut consolatio sit cumulatior, & hunc librũ
adiicere institui, illud abs te primũ inquirẽs: Dic oro,
siquis te ad regnum terrestre & imperium uocaret,
atq; ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus
esses, in stabulũ diuertere necesse esset, ubi luti ac simi
plurimum, uiatorumq; tumultus esset, & latronum
perturbatio, summaq; pressura & angustia: num ad
illa tristia cogitatione conuertereris, an illa oĩa quasi
nihil essent, gaudio & spe regni cõteneres? Perquã igi-
tur ineptum, & indignũ est, terrenis mortalibusq; re-
bus potiturũ, nihil his q̃ interim inciderint contrahi,
ęterni aũt regni spe elatum & erectum, atq; ad cœlos
accersitum, per singula q̃ in diuersorio cõtingunt tri-
D stia decidere, atq; perturbari? Profectò. n. in hoc diuer
sorio ac stabulo nihil pręsentis uitę status melior est,
idq; cũ sancti patres nostri nobis indicare cuperent,
hospites ac peregrinos seipsos appellabant, his uerbis
nos erudientes, & læta seculi p̃sentis, & tristia pari mẽ
tis altitudine contẽnere, atq; è terra longissimè remo
tos, toto animo cœlestia ambire, atq; ad ea totã trãs-
ferre cogitationem. Agè itaq; ad sanctos ipsos ueniа-
mus, à Ioseph ad Mosen orationẽ transferentes. Hic
enim oium, qui in terra uersabãtur, mitissimus gigni- Num.12.
tur, gentilibus quidẽ suis ui durissimæ seruitutis op- a
pressis: alienatus aũt à parentibus, ignorans q̃ à qui-
bus genitus esset, priore oẽm ætatem à Barbaris uiris
educatur. Quo quid grauius Hebræo, singulariq; pru Exod.2.a
dentia prædito adolescenti potuit cõtingere, & si mil
lies regis filius esse putaretur? Nõ aũt hoc solo ange-
batur ille tunc, uerũ quòd intueretur gẽtem suã sum-
mis calamitatibus opprimi, grauissimum sibi uideba
tur. Qui.n. præter illorum salutem ne uiuere quidem,
neq; in dei libro cõscribi patiebatur, quando aulæ re
giæ, regniq; bonis frui potuisset, cũ tanta oẽs tempe-
E state iactari gentiles cerneret. Nam si nos quoq; post
tam multa secula exortos, nullumq; hmõi priuilegiũ
ad Iudæos habentes, tanta subijt miseratio, cũ infan-
tium illã immanissimã iugulationem audimus, aut le Ibi. 1.c.d
gimus: quid beatus ille pati potuit, qui tam singulari
affectu genti suæ adstrictus, ipsas eorum clades hau-
riebat oculis, ac eos præterea qui tantis illos incom-
modis afficiebant, parentũ titulo honorare cogeba-
tur? Reor ipsum miseros illos tunc infantes plus luxis
se, q̃ fecerint parentes ipsi. Quod ex his liquet, quę po
stea gessit. Cùm.n. eum qui pater esse putabatur, nec
suadendo flectere, neq; cogere ualeret, ut feralẽ tyrã-
nicamq; iussionem remoueret, ipse unà malorum cõ
muniũ pergit esse particeps. Neq; istud est quod ego
nunc admiror, sed ex cæde illa coniiciens, quã præte
rito tpe mœroris flammam in intimis animi recessi-
bus aluerit, stupeo. Nã quĩ ex maxima doloris ui ad
homicidium protinus erupit, ex eo opere quid prius
animo doloris tulerit, apertius ostendit. Neq;.n. tanta
illos uehemẽtia ultus fuisset, nisi plus q̃ patres ipsi eo-
rum incõmodis tabesceret. Quid igitur posteaquàm
illos ultus est, num uel parũ animus ex mœrore illo F
relaxatus est? Potuitne diutius frui dulcedine illius iu
stissimæ ultionis? Vix dies altera illuxerat, cũ beatum
illum dolor alius, & quidẽ priore longè grauior exce-
pit, tantúsq; metus, ut ipsum Aegypto tota deturba-
ret. Durum quidẽ ac molestum est, à quouis homine
maledictis lacessiri: uerũ cùm beneficijs quispiam af-
fectus, beneficia ipsa exprobrauerit: nunquid occide
re me tu uis, inquit, quemadmodũ Aegyptiũ heri oc Exod.2.b
cidisti? tunc iam tunc efficitur ea cõtumelia intolera
bilis. At uerò Mosæ præter hæc aliud quoq; tertium
inerat, regis uidelicet metus, qui adeò iusti occupa- Ibidem. c
uerat animũ, ut uniuersa illũ regione exturbaret. Effi
citur itaq; fugitiuus regis filius, ut siquis regiæ illius
educationis indulgẽtiã beatã arbitrabatur, is modò
mœrorẽ prioris abundantiæ animaduertat, illũ iusto
uiro doloris incredibilis, ac difficultatis causam extí-
tisse. Neq;.n. idem quempiam in priuata nutritũ do-
mo, plurimis iam laboribus, multisq; peregrinationi
bus, & ærumnis exactis, longos iterum labores, atq;
ea incommoda, quæ extra patrium solum necessariò
subeunda sunt, perpeti: & eum qui ista nunquam uel
breuiter fuerit expertus, sed contrà penitus in regia

G magnificentia omne tps educatus, idipsum pati. Mul
tò enim grauior fuga uidebitur, q̃ illi, si quãdo experi
ri hanc necessario cogetur: qd illi quoq; tunc cõtigit.
Itaq; profugus effectus, alienigenæ uiri hospitio frui
tur, quod rõne mœroris haud exiguũ est. Dæmonijs
quippe hospes ille suus sacra exoluebat, diuersatusq;
est apud illũ longissimo tpe. Tradita aũt sibi pascẽdi
gregis custodia. xl. annis ita perstitit. Porrò si hoc du
rum, aut difficile nõ esse alicui uideatur: is uelim eos
examinet, nõ qui metus, aut timoris causa peregrinã
tur, latebris abduntur, sed qui spõte sua domo se uel
parum abdicant, q̃ molestẽ, q̃ grauiter eam peregrina
tionẽ ferunt, quantumq; cõmodi, ac dulcedinis in re
ditu reponunt. Cũ uero illi nec metus defuerit, nec ui
ta ærumnis plena, istaq; onerosa & molesta reditu il
lo suauissimo leuiora iudicauerit: cõsidera, queso, di
ligentius calamitatis eius uarietatẽ. Necp. n. simpliciter audias, pascebat, sed recole nunc Iacob uerba, q̃
Gen. 31.f ad socerũ conquerens dixit: Ego à meipso reddebam
furta diei, & furta noctis: die urebar æstu, nocte gelu,
recedebatq; somnus ab oculis meis. Hęc enim oia ista
H illi ẽt contigisse putandũ est, & annis pluribus, & ma
iori cum difficultate. Quippe est ea regio longè deser
tior, atq; incultior, q̃ Mesopotamia. Quòd si nõ ita q̃
rebatur Moses, nec beatus quidẽ ille questus unquã
fuisset, nisi summa necessitate cõpulsus, atq; soceri in
gratitudine in hæc uerba prorumpere necessario coa
ctus esset. Sufficit quidẽ & ipsa per se longinquæ pere
grinationis habitatio eũ humiliare uirũ, qui necessita
tis tantũ causa peregrinatur. Sicut. n. auis cũ ex nido
suo auolauerit, facilius capitur: ita & homo cũ à sedi
bus proprijs longius profectus fuerit, in seruitio subij
citur. Tũc uero nec de propria salure securus esse po
terat ille, sed ut seruus aliquis crudelissimũ dominũ
effugiens, pauet semper, ac trepidat ne capiatur: ita &
beatus Moses nunq̃ sine timore esse poterat. Idq; ex
Exod. 3. c eo maximè liquet, quòd deo post tantũ tẽporis prœci
piente, ut rediret in Aegyptũ, hæret, ac titubat: idque
cũ audisset, defunctus est qui quærebat animã tuam.
Postea uero q̃ uxorem ac liberos relinquere coactus
est, rursus querimoniæ & contumeliæ & minæ ab eo
qui tũc regnabat in Aegypto, criminaq; & maledicta
I ab eis ipsis quos beneficijs fouebat. Ille enim aiebat:
Exo. 5.a Quare Moses & Aaron auertitis populũ à laboribus
Ibid.d suis? Israelitæ aũt: Videat, aiebãt, deus & iudicet uos,
quia execrabilẽ fecistis odorem nostrũ corã Pharaone & corã seruis suis, ut daretis gladiũ in manus eorũ
ad interficiendum nos. Grauia quidẽ sunt hæc & mo
lestissima. sed illud oĩbus grauius, quòd ingressus ad
suos, innumeraq; promittes bona, libertatẽ, incũben
tium malorũ ereptionem, fallax esse & seductor puta
batur. Non solũ enim illis tunc leuatũ non est imminentis seruitutis onus, uerũ grauius est adiectũ: & qui
gentẽ oẽm liberaturus sperabatur, idq; promiserat, is
cruciatuũ & uerberum causa esse, insidiator & corruptor putabatur. Quis nõ facilè mœrore tũc fuisset ab
sorptus, cũ pollicitus tot malorũ ereptionẽ, post pol
licitationẽ diriora uideret cumulari? Dolebat qdem
quantum par erat, cũ talia audiret & uideret: non ea
tamen perturbatione deiiciebatur, sed manebat imo
bilis: & quidem cũ promissionibus ea q̃ contingebãt
non solum non cõsentirẽt, uerũ & maximè oblucta
rentur. Accedens aũt ad deum, & de his loquens, ac
multũ ingemiscens: Domine, inquit, quare tu afflixi
Ibidem. sti populum tuum, & quare me misisti? Ecce enim ex
quo ingressus sum ad Pharaonẽ, ut loquerer in nomi K
ne tuo, afflixit populũ tuum, nec liberasti eum. Hęc er
go cũ ille lamentatus esset, atque eadem iterum quæ
prius audisset, annunciat quidẽ ea rursus Israelitis: sed
illi minimè tolerant, eo quòd animæ illorũ labore p̃
merentur, ac mœrore deficerent. Non, inquit, audie
runt Mosen prę angustia & laboribus duris. Hoc aũt *Exo. 6.b*
haud parum illud affligebat. Vt uerò ad signa uentũ
est: fæpius à Pharaone delusus, eã irrisionẽ fortiter tu
lit: cũ uerò liberatus tandem ex Aegypto, atq; unà cũ
populo iam ferè securus uideretur, antequã plene re
spirasset, peiore, immo uerò longè grauiore metu cõ
prehensus est. Vix enim tertia effluxerat dies, cũ repẽ
tè Barbaros oẽs armatos cernũt super se irruere: atq;
idem passi sunt, quod fugitiui serui, dum in aliena re
gione repente dominorũ oculos offendũt? uel certè
quemadmodũ si illi ipsi aliquando somniassent se lę
tari, & esse ea seruitute liberatos, ac demum experrec
tos in Aegypto, atq; in eisdẽ pressuris inuenissent. Im
mo uerò nescio quid illi somnium reputasse existimã
di sunt potius, triduine illam liberationem, an præsen
tem rerum faciem horrendã ac pauendã nimis, tan L
ta oculis omniũ offusa erat mœroris nebula. Interea
Moses multò maioribus tenebris continebatur. Non
enim solos Aegyptios metuebat, ut reliqui, uerùm ip
sos unà Israelitas: utraq; enim gẽs illũ iam ut seducto
rem ac uersutissimum oderat. Aegyptij quidẽ irriden
tes atq; inuadentes: Israelitæ uerò carpentes, ac mœ
rore confecti. Sed quid me necesse est dolores, angu
stiasq; uiri cõiectutis colligere, cũ possimus ex illa ip
sa superna uoce cunctum ipsius dolorem intelligere?
Tacenti enim illi, neq; labia reserare præsumenti, dixit
deus: Quid clamas ad me? Tumultũ animi ipsius no *Ibi. 14.d*
bis hoc uerbo significãs. Postea uerò q̃ is etiã solutus
est metus, maiora iterũ parabantur aduersa. Nã per
omne illud iter sæuius atq; immanius illo usi sunt hi,
qui ab eo regebantur, innumerisq; per illũ bonis frue
bantur, q̃ fecisset Pharao ipse & Aegyptij: ac primum *Num. 11*
quidem instabant uehementius illũ suffocãtes, Aegy *b*
ptiasq; carnes requirentes, ingratiq; p̃sentia fastidie
bant, & præterita desiderabãt, quod erat sanè omniũ
grauissimũ. Quid. n. pati poterat acerbius, si amẽtiũ,
insaniẽtiumq; hominũ gubernacula sibi credita fuis
sent? Et tamen oĩa beatus ille fortiter ferebat, & nisi M
illos summo affectu dilexisset, tolerasset æquanimis
illorũ aduersus casus, ac pro suis tantũ doluisset iniu
rijs: nunc uerò cum illis nõ secus q̃ filijs afficeretur, ex
hmõi affectu adeò eximio aliã rursus molestiã subire
cogebatur, cum illorũ peruersitatem ac uęsaniam au
ctiorem indies fieri intueretur. Necq; enim illum ange
bant cõtumeliæ, sed quòd eas ab illis pateretur, quos
tanta charitate diligeret. Graue quidẽ re uera fuerat,
etiam ante cibi illius mirabilem largitionẽ ingratos
esse: uerùm illi inter media miracula nequitiam ostẽ
debant suam, iniquitatem & infrẽnatam cupidinem,
quam legentes illum cibum præferebant, atq; cũ pa
rum processissent, rursus ingrati murmurabant, rur
sus dei beneficijs ingrati querebantur. Cũ uerò per
singula quotidie peccarent, beat⁹ ille lugebat, ac mœ
stus perdurabat. Nam cùm uitulum fecerũt, ipsi qui- *Exod. 32*
dem ludebant ac lasciuiebant: Moses autem lugens, *a.b*
ac mœrore affectus, maledictum illud terribile sibi
imprecabatur, nihilq; omnino persuadere poterat ut
à miserationis affectu abstineret. Cùm igitur sic dile
ctos in deteriora semper progredi cõspiceret: quanto
illum

A illum dolore, quibus lachrymis iugiter obuersatũ pu
tas? Si. n. unum quis tantũ habens filiũ, uiuere sine do
lore non põt, cũ illum semper in uitia pronũ animad
uertit, etiãsi ipse oĩbus nequior sit: is qui tot milia ho
minum in filiorũ ordine locauerat, imo uero plusquã
filios amabat: nullus enim pater cum filijs unà perire
cupit, cũ præcipuè nihil peccauerit: is, inquã, qui tot
habet filios, mala auersans, ac bona studiosè diligẽs:
quid pati potuisse putandus est, cũ eos oẽs ueluti ex
quodam signo & cõdicto, ad uitiorũ prærupta & p̃ci
pitia currere intueretur? Profectò nisi obtenebrasset
uehementer, atq; ex intimis recessibus animã ipsius:
mœroris ipsius magnitudo turbasset, tabulas de ma
nibus nunq̃ abiecisset, atq; cõtriuisset. Sed citò clades
illa sedata ab eo est. Quõnam, quæso, remedio? Nem
pe enim ẽt si curationis illo genere sanatũ fuerat præ
sumptum facinus, ipse tamen erat semper in lachry
mis. Nullus. n. ferè ita esset lapideus, qui nihil patere
retur, fratres & cognatos à suis interfici, atq; ad uiginti
trium millium numerũ eam cædem progredi conspi
ciens. Nos deniq; cũ liberos nostros in aliquo peccas
B se deprehendimus, tormẽtis quidẽ ac flagris illos sub
dimus: uerũ id non sine dolore facimus, immo uerò
magis ipsi, q̃ qui patiuntur affligimur. Cũ ergo & illũ
& castra oĩa maximus luctus occupasset, alia rursus
anxietas adiecta est. Deus. n. se non iam illis parciturum, sed eos derelicturum, angeloq; daturũ eam cu
rã nunabatur. Id uerò Mosi uisum est oĩbus grauius
Exo. 33.c atq; intolerabilius. Audi deniq; quid ille ad deũ locu
tus sit: Nisi ipse uenias mecũ, non educes me hinc. Vi
desne ut timoribus timores, mœroresq; mœroribus
semper successerint? Necq; tamen hactenus steterũt ad
uersa, uerũ cùm id quoq; persuasisset deo, annuissetq;
clementius ac præstitisset gratiam, alijs rursus dolori
bus affligitur. Deum iam propitium illi iritantes, sese
summis doloribus exposuerunt: nam post cædẽ illã
lachrymabilem ita deum rursus offenderunt, ut con
tra se incendium illud prouocarent, ex quo oẽs ferè
consumpti periẽre. Mosen uerò duplex semper mœsti
tia angebat, quòd & illos perire, & reliquos corrigi
nolle, nihilq; ex pereuntium casibus lucrari conspice
ret. Necdum clades illa finem acceperat, cũ hi qui re
C liqui fuerant, cæparum memores, datas sibi diuino
Num. 11. b munere escas ægrè ferebant, dicentes: Quis nos ciba
bit carnibus? Recolimus pisces, quos in Aegypto co
medebamus, cucumeresq; & pepones & porros &
cæpas & allia. Nunc aũt anima nostra arescit, nihilq;
oculi nostri intuentur nisi manna. Hic iam non tulit
ingratos Moses, imo uerò dolore superatus, illorũ re
gimen recusat, moriq; optat potius, q̃ in tanta amari
Ibidem. c tudine uiuere. Audi denique ipsius uerba. Et dixit, in
quit, Moses ad deum: Quare afflixisti seruum tuum?
& quare non inueni gratiam in oculis tuis? & cur im
posuisti põdus uniuersi populi huius super me? Num
ego in utero accepi oẽm populum istum? quia tu mi
hi dicis, accipe illum in sinu tuo, ueluti nutrix lacten
tem in terram quã iuraui patribus eorum. Vnde mihi
carnes, ut dem omni populo isti? qa flent aduersum
me dicẽtes: Da nobis carnes ut comedamus. Nõ po
tero ferre populũ istum solus, quoniã graue mihi est
uerbum hoc. Quòd si non ita facis mihi, obsecro oc
cide me, si inueni gratiam corã te. Ista ille locutus est,
Exo. 32.g qui dixerat: Et nunc si quidem dimittis eis peccatum,
dimitte: sin aũt, dele me de libro quẽ scripsisti: adeò
illum mœror auerterat. Quod & parẽtes sæpe patiun
tur, cũ his indignantur, quæ à filijs fiunt. Nam quod D
nec postea unquã desierit illorum misereri, liquet ex
his quæ postea gesit. Cũ enim illũ exploratores occi
dere tentarent, ipsumq; lapidibus obruere, effugiens
illorũ manus, rursus ad orandũ pro eis conuertebatur, deumq; illis propicium fieri, qui se necare cupie
bant, precabatur: adeò quoque naturali amore uehe
mentior illi inerat affectus. Itaq; exploratoribus mor
tuis ac ingentis adhuc luctus necdum hora præteri
ta, rursus illi alias nectebant mœroris causas. Primò
enim pugnare prohibenti non obtẽperauerunt, secũ
do uero pugnãtes ab Amalechitis cõcisi sunt, & ante
bellum istud & bilis & gulæ causa maxime cõsumpti
sunt. Nã occidit, inquit, plurimos eorũ, cũ adhuc esca *Psa. 77.d*
esset in ore eorũ. Ingenti aũt hac illorum cæde inspe
cta, cũ necdũ hic dolor quieuisset, alio rursus inuadi
tur luctu, tantaq; necessitate cõstrictus est, ut istos ip
sos tam dilectos atq; amantissimos, nouo aliquo ac
peregrino mortis genere uitã finire precaretur. Ita alij
quidem erumpente igne repentè incendio conflagra
uerunt, alij repentino terræ hiatu absorpti sunt, neq;
pauci alij, sed plura q̃ quindecim hominũ millia ista E
passi sunt. Quo facto, quo animo illorũ cognatos &
amicos aduersum Mosen fuisse putandũ est? Quo itẽ
Mosen ipsum cũ cerneret pupillos filios & uxores ui
duas ex ea calamitate fieri uideret: item fratrem suũ
ac sororem uita excessisse, illiusq; filios præuaricatio
nis causa ignis ustione periisse? Horum sanè singula,
nihil ẽt antea perpessum animum afficere dolore po
tuissent, nedum tot iam incõmodis, tot malis exercitum & fatigatum. Vt aũt Chananęo superato longũ
iter circumire cogebantur, rursum murmurauere Iu
dæi, rursumq; periere. Non iam quidem morbis ut
prius, non igne aut hiatu terræ, sed uenenatorum ser
pentium morsibus: qui profecto oẽs periissent, nisi
rursus accedens ad deũ Moses precibus suis eius auer
tisset irã. Postea uero q̃ de hac peste liberati sunt, ua
stasq; imprecationes effugerũt, rursum seipsos per du
rissima prærupta iecerunt, atq; post benedictiones Ba *Num. 23.*
laam, immo uerò dei, (neq; enim illius uoluntatis ea *a.et.24.c*
uerba fuere, sed implentis se atq; mouentis diuini af
flatus & uirtutis) fornicati sunt cũ alienigenarum fi
liabus, & initiati sunt Beelphegor. At Moses hmõi sce F
lus, confusionemq; non ferens, eos rursus se inuicem *Ibid. 25.a*
concidere ac necare iussit. Interficite, inquiens, unus
quisq; proximũ suũ, qui initiatus est Beelphegor: non
secus q̃ in uulnere horrendo, quod plurimis sectioni
bus, ustionibusq; susceptis, nihil melius habuerit, iu
bet quisq; rursus, quod reliquum est secare atq; urere.
Cæterum tu cùm has difficultates audis, noli putare
ista tantũ contigisse: siquidem & ipse ex his quæ scri
pta sunt non pauca prætereo, puta bella, inimicorũ
obstacula, longissima itinera, sororis contumeliam,
eiusdem cruciatũ, quo mitissimus ille Moses tũc ma
ximè indoluit. Sed ea tamen omnia si quis diligentissi
me in unum congerat, ne millesimam quidem partẽ
ex his quæ contigerunt, scriptam fuisse reperiet. Si. n.
qui in una domo uel paucis præest seruis, innume
ras quotidie & irritationum & mœroris occasiones
habet, qui tot milibus quadraginta annis moderari
coactus est, idq; in deserto ubi neque aër, neq; aqua
erat: quot negotia singulis diebus, quas difficultates
obire cogebatur? quot curas, quot mœrores & ui
uentibus illis, & uita functis? Vides enim omnes
quos ex Aegypto duxerat mortuos, p̃ter duos uiros

Universidad de Navarra Biblioteca

G solum, eosq; qui ex illis nati fuerant, dignus habitus
nō est in terrā repromissionis inducere. Cæterū uidit
quidē eam terrā ex uertice montis Nabo, naturámq;
illius optimè didicit, frui aūt illa cū reliquis Israëlitis
permissus nō est, sed extra eā mansit, ac mortuus est
Deut.4.c idque ipse Israëlitis conquerens, dicebat. Et dominus
deus iratus est mihi de his, q̄ dicebantur à uobis, iura
uitq; ut non transeam Iordanē istum, uos aūt transi-
bitis, & hæreditate possidebitis terram hanc optimā,
quam dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem.
Quòdq; oībus erat acerbius, ipsum in infernū dedu-
xit, dum illi scelera & futura Iudæorū mala præosten
dit, idolorum. s. culturam, captiuitatésq; illas ineffabi
les: ut non solū his quæ intuebatur, sed eis ēt quę nec
dum contigerant affligeretur animo, ac penè defice-
ret. Deniq; à prima statim ętate ita dolere ac mœrere
incepit, ut nunq̄ desisteret, uitámq; ipsam cū mœsti-
tia finiret. At uerò successor eius Iosue omniū, ut ita
dixerim, tristium, cum eo unà periculum fecit. Siquid
tamē illū, eò quòd iunior esset, effugit: hoc sanè post
mortē illius, in eo cumulatius impletū est. Non solū
H aūt dum uiueret Moses, uestimenta scidit, cinerémq;
capiti aspersit: sed ēt postquàm ille defunctus est, im
mo tūc longè maxima necessitate id facere coactus
est, non breui tpe, sed die tota pronus in terra iacens:
Iosue.7.b audi deniq; uerba ēt illa & ploratus: Et scidit, inquit,
Iesus uestimenta sua, prociditq; in faciem super terrā
corā domino usq; ad uesperam, ipse & seniores Israël,
miserúntq; puluerem super capita sua, & dixit Iesus:
Obsecro domine, ut quid traduxit puer tuus populū
hunc trans Iordanem, ut traderes eū Amorrhæo ad
perdendū nos? Vtinam permansissemus, & collocati
essemus circa Iordanē. Et quid dicam? Postquā uertit
Israël terga inimico, audietq; Chananæus, & oēs qui
habitant terrā, & circundabūt nos, & cōterent de ter
ra. Talia orantē audiens deus, causam illi cur superati
fuerant, aperuit: quam ille cū didicisset, perdidit unà
oēs, non eū qui peccauerat solū, sed cognatos quoq;
& propinquos, omnemq; familiā cum pecorum mul
titudine. Id aūt haud parū illius perturbauit animū.
Nā si nos cùm alienos quoq; puniri cernimus, nec ui
dere quidē toleremus: quid ille passus est, qui cōtribu
I les & cōmilitones tantis afficiebat incōmodis? Quid
aūt Gabaonitarum fraus, tribuumq; trans Iordanē
habitantium suspicio? quid perpetuo bellorū atq; pu
gnarum exercitatio? Quem ista statum animi rectissi
mum licēt, nō euertissent? Etsi. n. uincebat iugiter, ui
ctoriæ tamen uoluptatē reliquorū bellorū cura ob-
fuscabat: sortiumq; distributio summos illi labores,
ingentesq; difficultates pariebat. Norunt ista qui uel
tribus aut quibuslibet alicuius alias he
redibus distribuendā susceperunt. Plebis aūt reliquas
deinceps calamitates nec referēdas existimo. Neq;. n.
est propositi nostri ærūnas singulorū numerare, sed
eorum tantū, qui deo familiares & charissimi fuere.
Quocirca si uidetur Heli omisso, quippe & is per filio
rum uitia, imo uerò per suā negligentiā offendit deū.
Neq;. n. ideo quòd malos haberet filios puniebatur,
sed quia ultra debitū increpationi pepercerat: & cùm
dei leges uiolarentur, seuerius in illos ultus nō est. Cu
ius rei & ipse sibi cōscius post ingentes illas & terribi-
les minas aiebat: Dominus est, quod bonū est in ocu
1. Re.3.d lis suis faciat. Eo, inquā, omisso ad Samulē ueniamus.
Is à puero nutritus in tēplo, deo semper charus & gra
tissimus fuit, tantaq; uirtutis indicia à prima statim
ætate pertulit, anteq̄ ad uiriles annos euaderet, inter K
mirabiles prophetas inscriberetur. idque cū ea res tūc
defecisse oīno uideretur. Non. n. erat, inquit, uisio di- *Ibidem.a*
rimēs, uerbūq; pretiosum. Hic ergo Samuel qui post
multas matris lachrymas cōceptus fuerat, primū qui
dē cū intueretur magistrū in mortē illā miserabilem
deuectum, ita consulus atq; turbatus est, ut decebat
gratū amabilemq; discipulū. Interea & Iudaicas cala-
mitates flere cogebatur. Porrò filij ipsius, cū iniqui &
mali essent, atq; ad culmē iniquitatis peruenissent, &
hoc ipso mœrore illū incredibili afficiebāt, & sibi prę
stiti honoris hęredes esse nō poterant. Successit huic
mœrori, imo uerò nō successit (quo enim pacto, cū
prior nondum quieuisset?) sed adiectus est alius, Israë
litarū. s. iniustissima petitio. Qua in re ita concidit, ut
ingenti cōsolatione indigeret. audi deniq; quid illi di-
xerit deus: Nō te spreuerunt, sed me. Post hæc tamen *1. Re.8.b*
iste parcebat illis, & ita miserabatur, ut diceret: Mihi *Ibi.12.d*
aūt absit ut peccē: & desistā pro uobis orare. Istos igi
tur ita dilectos à se cū opprimi cōspiceret, atq; à bellis
superari, deumq; contra se prouocare: quā sentire uo
luptatem poterat? quod tpis absq; mœrore, & lachry L
mis uiuere? Cū uerò Saul constituisset regē, alterni si-
bi perpetuiq; gemitus adiiciebantur. Nanq; cū sacrifi-
cium ille præter dei uoluntatē obtulit, & cū superatis
Amalechitis, illorū pepercit regi, idque cōtra iussionē
dei: ita animo perculsus est, ut ex eo iam ultra non ui
derit uirum, sed usq; ad ultimum diē luxerit, & lachry
matus sit, quando, ēt ob doloris uehementiā à deo
increpatus est. Quousq; enim, inquit, tu luges Saul, & *1.Re.16.a*
ego repuli illum? Si aūt his ita cōtingētibus lugebat,
quo animo tunc fuisse existimādus est, cum tot sacer
dotes frustra, & sine causa interfecit? quādo eum qui
se multis beneficijs, nullisq; iniurijs affecerat, secundo
ut ĩterficeret profectus est: quādo nondū illū prophe
tantē, ac deridentē uidit, cū audiuit Dauid in familia
ri cōgressu multa cōtra illum conquerentē? Postquā
uerò de Dauid mentionem feci, nescio quid agam, la
mentāne illius longa & assidua quę in psalmis scripta
sunt, in mediū adducā: an ista tibi in otio recensenda
permittēs, ipsius potius calamitates explicē? Is igitur
plurima quidē cū greges pasceret aduersa perpessus,
aduersusq; aëris intemperiem, & beluarū feritatē relu
ctatus est. Quorum alterū ex his q̄ Iacob contigerūt, M
alterū ex his q̄ ad Saul locutus est, possumus animad
uertere. Postea uerò q̄ omissa uita illa pastorali, belli
negotia intempestiuus miles arripuit, omitto fratrū
inuidiā, etsi molestissima ea res fuit, cū clarissimam
illam, admirabilemq; uictoriam adeptus esset, uehe-
mentiorē deiecto Goliath inuenit inimicū Saul, eum
scilicet, quē minimè debuerat, cū à se beneficijs om-
nibus affectus esset. Neq;. n. palàm aduersus eū prelia
batur, sed amantiū sibi personam assumens, ipsius q;
honori & dignirati prospicere se uelle simulās, ita ad-
uersus illum immaniora inimicis oībus moliebatur.
Porrò q̄ graue, q̄ molestúmve sit pro bonis mala reci
pere, audire licet beatum prophetam lamentantem
iugiter, & ægrè ferentem ac dicentem: Sic redduntur *1.Regū*
mihi mala pro bonis. Illud erat molesti ssimum, illud *24.d*
erat lachrymis & lamētatione dignissimū, quòd dux
exercitus suspectum se cerneret regi, cū se ille minimè
lætis oculis intueretur. Quid autem timoris, quid soli
citudinis, quid angoris ea res habeat, documēto no-
bis sunt serui nostri: quos si modicè suspectos ha-
bemus, ferre æquanimiter non possunt. Longè ergo

A id magis passus est fidelissimus dux, suspectus regi.
Cū uerò insidiæ pterea cōtra suspecti caput adiectæ
sint, quid hac eius grauius uita, atq; amarius dici pōt?
Ferebat tamen ille oīa & tolerabat, aderatq; illi iugi-
ter, qui se perimere meditabatur, atq; illius bella du-
cis prestantissimi fide & uirtute bellabat. Postea uerò
q̄ insidias regis declinās recessit, atq; à belli curis se ip
sum remouit, hoc ipso quidē quòd se insidijs subdu-
xerat, apertasq; inimicitias regis cōstituerat, habebat
nonnihil aliud ratione fiduciæ: uerū cū aduersus tan-
tas copias cū quadringētis uiris dimicare cogeretur,
metu ampliore q̄ prius tenebatur. Nā cui neq; urbes,
neq; castella, neq; socij, neq; reditus inerant: cōsidera
quo animo erat: cū aduersus fretum his oībus pugna
re cogeretur: nec præter deserta & speluncas, quò cō-
1 Re.23.a fugeret, reperire posset. Nā cū urbem Ceila noīe occu
b passet, ex ea protinus resilijt, sacerdotis responsis ad-
monitus, quòd si illic manere pergeret, deus illū Sau-
lis manibus haudquaquā eriperet. At uerò sacerdos
ille ipse erat, qui impias regis manus effugerat, & qui
cladem luctuosissimā, quæ in Nobe contigerat, annū
B ciauit regi, quando in amarissimam quoq; illā erupit
Ibi.22.d uocem: ego enim sum causa mortis cunctarū anima
rum domus patris tui. Iraq; cū illo iugiter congressus,
nihil aliud erat q̄ luctus illius ac mœroris monimen-
tum. Cum. n. in illum intuebatur, semper uersabatur
illi ante oculos necatio illa sacerdotū. Porrò ipsius ne
cis memor, ac tam sceleratæ cædis causam sibi impu
tās, reis oībus ac damnatis infelicius degebat. Etsi. n.
nihil aliud illū perturbasset, sufficere id poterat ad uul
nerandū suffocandumq; animum, quòd seipsum tot
sacerdotū peremptore impium existimaret. Hac uerò
cogitatione saucius, q̄ diu, noctúq; plusquam tinea ip
sius corrodebat animum, & alia deinceps uulnera al
Ibid.25.b terna ac perpetua suscipiebat: quippe cū Nabal p ser-
uos suos cōtumelijs afficeret, fugitiuumq; ac refugū
atq; ingratū seruum appellaret, non sine dolore uer-
Ibid.21.d ba tam iniuriosa percipit. Et cū ad Achis profectus,
insanū se simulans cōcideret, uersaretq; oculos, atque
spumæ plurimū ex ore dimitteret, lōgè profectò am-
plius cruciabatur, q̄ illi qui re uera corripiuntur à dæ-
mone, cū secum reputaret in quā ille se necessitatem
C deduxisset, quem summis beneficijs fouerat. Cū ue-
rò paululū apud hostes quieuisset, essetq; in hostē il-
lorum deducendus exercitus, inuidia cōmoti aduer-
sum eum satrapæ, atq; illi apud regem suum detrahē
tes, suo illū exercitu deturbant, ueluti inutilem sibi &
insidiatorem, proditoremq; futurū. Irati sunt, inquit,
Ibi.29.b aduersus illū satrapæ alienigenarū, dixeruntq; regi:
Emitte uirum, & reuertatur ad locū, ubi tu illum sta-
tuisti, nec ueniat nobiscum ad bellū, & nō sit insidia
tor in castris. In quo enim iste recōciliabitur domino
suo, nisi in capitibus uirorum illorū? Quibus ille uer-
bis percussus, accepta summa cōtumelia recessit mœ
rens, ac domū rediens tāta mala, tot clades offendit,
ut penè mœrore suffocaretur. Quæ. n. tunc cōtigerūt
aduersa, ea erant, ut possent præuisa ēt & prę meditā-
ta illius animū tenebris obducere. Porrò ex insperato
superuenientia duplo q̄ erant, grauiora uidebantur,
neq; iam tolerabilia. Iuerat enim ille quasi quieturus
domi, mœroris præteriti cōsolationem inuenturus,
1.Re.30.c uxores. s. ac liberos: tum repentè audiuit illos in serui
tium ab hostibus abductos, hausitq; oculis ignē, fu-
mum, sanguinem, cadauera, atq; anteq̄ istos fugeret,
captiuosq; desleret, irruunt ad eum feris oībus imma
manius, habitatores ciuitatis quærētes singuli casuū D
suorum consolationē ex illius capite. Et ueluti cū uē-
ti contrarij in mari irruunt, ingens & seua procella ex
ea pugna concitatur: ita & tunc tristitia & metu iusti
huius perturbantibus animum tēpestas maxima, tu-
multusq; harum passionum inuicem se collidentium
iugiter inerat. Fretus aūt copijs, & dolore cōcitatus,
cū uxores ac natos, captiuitatemq; oēm recepisset,
antequā uictoriæ illius uoluptate frueretur, mœstissi
mo percussus est nuncio, mortē Ionathę cōperiens: q̄
illius animum tanto dolore prostrauit, quātus ex il-
lius lamentatione cognoscitur. Incidit enim, inquit, *2. Re.1.d*
super me dilectio tui, quasi dilectio mulierū. Quid au
tem lamentationes prosequar? Qui. n. patrem illius
insidiatorem suum atque inimicū, & qui millies illius
mortē concupierat, ita fleuit & lachrymatus est: quid
passus existimetur, cum illum qui sibi in illis periculis
semper adstiterat, ac sæpissimè patris insidijs eripue-
rat, secretorumq; suorū particeps fuerat: qui cū pacta
plurima inierat, antè uita defecisse cognosceret, q̄ illi
acceptorum beneficiorū uicē restituere ualeret? Cū
adhuc urgeret illa perturbatio, alio rursus mœrore E
dux illum suæ militiæ excruciat, dum Abner qui sine
labore ac uexatione aliqua, imo & cū facilitate om-
ni totum illi exercitum præbiturum pollicitus fuerat,
ante impletā pollicitationem occupans, fraude interi
mit. Cui cædi intantū cōdoluit, ut extunc mala Ioab
imprecaretur, & ipso mortis suæ tpe filio imperaret,
ut ultionem ab eo tanti sceleris exigeret, at præterita
uerba ipsa lamentationis suæ perturbationem animi
illius facilè nobis insinuare possunt. Eleuauit enim *Ibid.3.f*
rex, inquit, uocē suā, ac fleuit super tumulo Abner: Si
secundū mortem Nabal, morietur Abner. Manus tuę
nō fuerunt uinctæ, neq; pedes tui in cōpedibus, neq;
audisti, sicut Nabal coram filio iniquitatis corruisti.
Quid igitur post hęc? Dolo interficitur Miphiboseth,
successitq; huic mœror: quippe & illū ita luxerat, ut in-
terfectores eius morte mulctaret: claudorū adiecta
reluctatio, q̄ illum imodicè turbauit. Eis tamē, alijsq;
hostibus nonnullis superatis, arcā ingenti cū lætitia re
ducere instituit. Verū cum ea reduceretur, gaudenti-
bus oībus, in medio lætitiæ cōis res cōtigit, quæ uo-
luptatem obscuraret omnium, regisq; animum ingē
ti metu ac dolore confoderet. Oza enim cū uellet ar F
cam labantē corrigere, dei confestim iracundia per- *2. Reg.6.*
cussus ac mortuus est: atq; diutissimè adeò regis ani- *b. & 1.*
mum metus iste cōmouit, ut non prius auderet arcā *Par.13.a*
ad se introducere q̄ addisceret quo nā modo ea ute-
retur, qui illā susceperat ab Hedera. Interea mortuo
Ammonitarum rege, rē boni ac benigni hois faciēs,
misit qui consolarentur superstitem filium, persuade
réntq; patris obitum patienter tolerare. Tum ille pro
honore susceptо, sumis iniurijs abeuntes prosecutus,
atq; turpiter dehonestatos remisit ad regē. Partumne
At inde secutū utriusq; bellum quāto dolore pertule-
rit, ostendit quòd nullū aliud initium cepit, atq; intā-
cōmodis afficeret. Sufficere qdē & ista poterāt, etiāsi
eis quispiā ille iucunda permiscear, illius uitā inter eos
numerare, q̄ semper in luctu & miserijs uixerūt. Nunc
uerò talia postmodū secuta sunt, ut nec olim tristitia
pati cœpisse uideatur. Quippe fabulas oēs, oēmq; tra
gœdiā uicerūt regis hui⁹ clades: adeò illi mōstruosa, &
inuicem sibi succedētia, domuiq; suæ cōtigerunt, cū

G clades cladibus succedere semper pergerent. Consi-
2. reg. 13. a ra, quæso, Adamauit sororẽ Thamar Amnon frater,
amatam ui oppressit, oppressam odiuit, eámq; uiolationem nefandúmque concubitũ, prior ipse patefecit alicui ex seruis mãdãs, ut inuitã pelleret domo, ac per plateã emitteret clamantẽ, ploratúq; & lamentis omnia implentem. Id cũ didicisset Absalon, ad prãdium
Ibidem. e fratres inuitat uniuersos, iter quos & stuprator ille sororius aderat, edẽtem illum atq; bibentem cum cæteris inter conuiuandũ per seruos iugulat. Inde qspiam exurgens, nec plene rei gestæ ordinẽ noscẽs, regi mortuos omnes illius filios annũciat. Quo ille percepto, sedẽs filiorum, quæ nõ erat, lugebat cædẽ. Postquam uero ille rem gestã apertius audiuit, filio quidẽ comminatus est, eúmq; se morti addicturum asseuerauit. Cũ uero ille effugisset, totúmq; triẽnium in aliena uixisset regione, totóq; illo tẽpore rex permansit iratus: & ne tunc quidẽ illum accersisset, nisi eũ ducis sui sapiẽtia flexisset. Eo aurẽ accersito, nec sic quidem extincta est doloris flãma, sed duos rursus annos illum aspectu remouit suo. Vixque post adeo prolixũ tem-
H pus à duce exoratus, suis illũ aspectibus dignatus est. At uero ille harum rerum memoria indignatus, siue alias tyrãnidẽ gestiens, insurgit in patrem, illumq; rursus ad fugas, errorésque ppetuos, quos perpessus erat sub Saul, reuocat, imo uero multo illi molestior ea fuga, q̃ prior fuit. Nã prius quidem dux cũ esset, ista perpessus est: nunc aũt cum annis plurimis regnasset, hostésq; ferẽ oẽs superasset, migrare cogebatur, ac profugus fieri. Qui autẽ illũ conditione tã miserabili profugum agebat, nõ alienus quispiam, siue hostis erat: sed qui ex ipso natus fuerat, sicut & ipse cũ excederet à terra sua, lamentabatur plorãs. Et tunc qdem cùm in seruore esset ætatis, ferre uniuersa fortiter poterat: nunc uero florido illo tẽpore emenso, quando senectutis suæ solatium scelestum illum habere debuerat, tũc maxime insidiosum, sibiq; infestissimũ sentiebat. Egrediebatúrq; cũ paucis nudis pedibus rex ille sublimis mœrẽs, ac lachrymas fundens, pudore ac dolore plenissimas. Bellum quippe illud non calamitatis tantum, sed confusionis quoq; materia illi & causa erat. Tantò. n. contumeliosius q̃ Saul impius filius beato
I illo tũc utebatur, ut patris quoq; thorũ uiolaret: idq; non clã, sed in tecto domus uidentibus oĩbus, ac iura naturæ, legésq; cõcubitus per nimiã qua in patrem ferebatur insaniã, peruerteret: atq; amentia ebrius, bello necdũ confecto, quasi iã uicisset, captiuósq; duxisset aduersarios, ista audebat, ac præ se ferebat. Sic igitur mœstũ & metuentẽ Sibas cũ inuenisset, turbauit amplius, cõtra dominũ mentitus suum, asserensq; illum tyrãnicè sentire. Huic successit Semei uir quidam
2. reg. 16 b sceleratus, & ingratus, ĩnumerisq; illũ probris respsit, uerbis lapides admiscẽs: Egredere, inquiẽs, uir sanguinum, & uir nequã. Conuertit in te dominus oẽm sanguinẽ domus Saul, quia regnasti pro eo, & dedit dominus regnũ in manu Absaló filij tui, ostenditq; tibi malitiã tuam, quia uir sanguinũ es tu. His ille auditis atq; toleratis, tabescebat quidẽ: quod ex ipsis lamentis manifeste cõprobatur: uerũ nihil ultra facere audebat Sed cũ dixisset insurgenti in illũ, ac domini sui in-
Ibidem. iurias ulcisci cupienti, Dimitte illum maledicere mihi: dominus enim dixit illi, ut uideat humilitatẽ meam, retribuatq; mihi dominus bona pro maledictione uiri huius, uiuũ ab se abire pmisit. Ipse autẽ Chusi aduentũ præstolabatur, solicitúsq; ac tremens rei expectabat exitum. Vt aũt & ista nunciata sunt, bellum in K
struebatur, bellis oĩbus quę unq; contigerunt peregrinius, significationi q̃ ueritati similius. Eum. n. qui causa fuerat malorum omnium, eiusq; belli totam materiam præbuerat, & quo mortuo aduersa omnia finiebantur, hunc ducibus suis tota prouidẽtia & cura cõmendabat, ista illis iugiter replicãs: Parcite, aiebat, filio meo Absalon. Quid hac hęsitatiõe, & ambiguita- Ibi. 18. b
te deterius? Quid ea miseratiõe miserabilius? Suscipe bellũ cogebatur, in quo & uincere, & uinci æquè illi molestũ erat. Nã neq; superari uolebat, q tantas copias emiserat: neq; rursum supare, qui belli authorẽ necari prohibebat. Verũ discreto bello, ac fine quem uoluit deus cõsecuto, ac paricida illo interfecto: reliquis omnib. in lętitia & gaudio agẽtibus, solus rex lugebat, & lachrymabatur, ac seipsum includẽs defunctũ appellabat filiũ: ferebatq; grauiter, quòd pro illo ipse nõ occubuisset. Quis. n. aiebat, mihi mori pro te dabit Ab- 2. Reg. 18
salon fili mi? Quid hac clade perplexius unq̃ auditum g
est? Quando fratrem ille necauerat, ipsum interficere quærebat: quando autem contra se uæsanus ferebatur, tunc filio parcebat. Neq; flere quidem destitisset L
mortuũ, nisi ingressus Ioab indignitatẽ rei arguisset, ac uehementius alloquẽs erexisset illum, exercitumq; decẽti facie & habitu suscipere psuasisset. Ne tum qui dẽ clades suæ finẽ acceperunt, sed primò quidem ad uersum se uersi in seditionẽ milites, diuisiq; sunt. Postea uerò q̃ uix & p summas blãditias cessarunt, resilientes rursus adiecti sunt Sabee, bellumq; aliud cõstari cœpit, cũ adhuc prioris reliquiæ remanerent. Quibus rebus pturbatus Dauid, coactis copijs eas cũ ducibus misit. Ioab aũt & ex hoc bello peracta uictoria non permisit uictoriæ uoluptatẽ sine mœrore cõtin
gere. Nanq; ducẽ unà secum cõstitutum Amasan, qui Ibid. xx. b
oẽm populum subiecerat Dauid, innocentem, & qui in nullo se læserat, inuidiæ stimulis agitatus occidit. Quæ res ita grauis ac molesta fuit regi, tantoq; illũ cõfudit mœrore, ut filio moriẽs mandarit, eius uiri sanguinẽ ulcisci, orauerit q̃ ne tanti sceleris authorẽ impunè mori pateretur? Et qd longè grauius est, ita affectus est, neq; mœroris sui causam dicere audebat, eò quòd aduersus innumera incõmoda iam obluctat- M
esset. Etenim post bellorũ fremit⁹, fames cunctã prouinciã depasta est: & cũ eius incõmodi absolutionẽ q̃reret, cogebatur filios Saul ad mortẽ tradere. Quippe hoc cœleste oraculũ p̃cipiebat: Sup Saul, inquiẽs, Ibi. 21. a
& sup domũ eius hæc iniustitia, eò quòd Gabaonitas morti addixerit. Quòd siquis recolat quãtũ Saul inimicissimi mortẽ defleuerit, animaduertet quid tũ quoq; passus sit, cũ filios innocuos tradidit Gabaonitis. Attamen & ista tolerabat, ulteriusq; clades proce
debant. Nam post famẽ protinus insurrexit pestis, ceciderunt q̃ in dimidio diei septuaginta milia uirorũ, quando miseranda illa uerba locutus est rex. Cũ. n. ui Ibid. 24. a
disset angelũ districtũ gladium tenentẽ, dicebat: Ecce ego pastor peccaui, & ego pastor malefeci. Isti q sunt grex, qd fecerunt? sit in me manus tua, & in domũ patris mei. Deniq; ipsius aduersus oẽs casus mœrorisq; causas diligentius enumerare possibile non est: neq; enim oẽs conscriptæ sunt, uerùm ex ipsius lamentis & gemitibus possumus cõijcere calamitatum quoq; omissarum magnitudinem, utq; iustus ille nunq̃ plan Psal. 29
gere, ac dolere desierit. Quid. n. ille ait? Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si aũt in potentatibus octoginta anni, & quod in his est amplius, labor &

A bor & dolor. Sin uero tu dixeris, per hæc illum uerba non suam solũ, sed cõmunem uitam oĩum deprehendisse: plus aliquid q̃ ego uelim concedis, plurimísque nos cõtrouersijs liberas, ipse consentiens non illius solũ, sed ne alterius quidem cuiusquam uitã inueniri posse, cuius nõ multo sint plura tristia ac difficilia, q̃ læta & iucunda. Siquidem ille ut tu quoque ritè cõfiteris, non suas solũ calamitates, sed aliorum quoq; in commune cõsiderãs: ita demum hanc sniam tulit, eadem ferè quæ patriarcha locutus, nisi iste maiori cum uehemẽtia. Quam. n. ille de se, hic de oĩbus protulit. Aie
Gen. 47. b bat ille: Parui & mali sunt dies mei: hic autẽ, Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta anni: hoc est, omPsal. 89 c nium hominum, & quod plus his est, labor & dolor. Verũ enim hæc, ut dixi, tibi diligẽtius in otio examinanda relinquens, ego ad prophetas reliquos ueniã. Etsi nusq̃ uitam suam illi nobis conscriptam reliquerunt, ob malorum tamen quæ illos obtinuerunt magnitudinẽ, uel ex uno uerbo oẽm illos uitam in laboribus, ærumnis, & doloribus egisse reor ostendi posse. Ac primum, quod cõmune illis omnibus fuit, ludibrijs, & uerberibus affecti, lapidibus obruti, carceribus inclusi, ferrati, in occisione gladij morientes, circB cũeuntes in melotis & pellibus caprinis, egẽtes & pressi, afflicti per oẽm uitam perstiterũt. Ad hæc aliã quoque mœroris adiectionem his oĩbus acerbiorem habuere, quòd illorum nequitiam qui se ita afficiebãt, semper ad deteriora progredi intuerentur. Qua ex re
Osee. 4. a longe plus q̃ ex incõmodis, ac pressuris suis angebantur. Et alius quidẽ aiebat: Execratio & mendaciũ, & furtum, & adulteriũ, & homicidium effusa sunt in terra, & sanguinẽ super sanguinem admiscent: per hæc
Mich. 7. a uerba malitiæ licentiã, perplexitatẽq;, & copiam nobis insinuans. Alius rursus clamabat: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemum in uindemia, cũ non adsint botri: per hæc raritatẽ bonorum hoium deplorans. Itẽ alius alia similia queritur. Porrò armentarius ille non eorũ uitia lugebat solum, uerũ plus in illorum calamitatibus, q̃ in suis tentationibus mœrebat, ac deum obsecrabat,
Amos. 7. a dicẽs: Propitius esto domine, qs suscitabit Iacob, quia paruulus est? Pœnitere domine sup hoc. Et ne sic quiC dem precũ suarum effectu potirus est. Dixit. n. & non
Ibidem. fiet, dicit dominus. Esaias uero cũ audisset, quia deser
Esa. 22. a ta erit oĩs terra, ne consolari quidẽ uoluit, sed assiduè lugebat, dicens: Dimittite me, amare flebo, non potere ritis cõsolari me. Hieremiæ aũt lamentationes & seor
sum cõscriptas, & per oẽm prophetiæ textum dispersas, partim de seipso cõpositas, quis possit sine lachry
Hiere. 9. a mis legere? Nã nunc quidem aiebat: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plangam populũ istum die ac nocte? nunc aũt: Quis daquam populũ istum, & recedã ab eis? Omnes enim
Ibid. 15. b adulteri sunt. Nõnunquam uero indignãs, ac mœrẽs clamat: Væ mihi mater, ut qd me genuisti uirum, qui discernat & diiudicet omni terrę? Aliquãdo diei quo
Ibi. 20. d que natiuitatis suæ maledixit, dicẽs: Maledictus dies, in qua natus sum in ea. Sed & cœni lacus, & uinculorum pressuræ, & uerbera, & insidiæ, irrisionésq; perpetuę ita illum excruciabant, ut iã penè desperaret. Quid aũt quando capta urbe, prouidentia & honore à Barbaris dignatus est? Nũ ista sentiebat? Imo uero tũc maxime amara illa lamẽta cõscripsit, mortuos & abeuntes lugẽs. Neq; minora illi uisa sunt sequẽtia mala prę-

teritis, cum hi qui ex bello reliqui fuerant, rursus per D
sua scelera deũ irritarent. Cũ enim pollicerentur se illi per oĩa obtemperaturos, nihilq; reluctaturos, in Aegyptum rursus descenderunt, oraculo contraria præcipiente, prophetamq; secũ deduxerunt, ac per suam ingratitudinẽ illum sibi longe grauiora prioribus dicere, atq; impcari coegerũt. Quid uero Ezechiel? Quid Daniel? nonne in captiuitate tempus omne uixerũt? Quorum qdem prior fame, ac siti pro alienis cruciabatur malis, uxoréque defuncta eum casum absq; lachrymis pferre iubebatur. Porrò qd grauius dici possit, q̃ in suis aduersis casibus ne flere qdem permitti? Omitto. n. modo, quòd super stercus bubalorum pa Exe. 4. d
nem suũ comedere coactus sit, & quòd super unũ latus centum & nonaginta diebus iacere, aliáq; huiusmodi tolerare sit iussus. Etsi. n. illi ex his, quæ uel diximus, uel omisimus, nihil triste cõtigisset: certè id solum quòd inter hostes, ac Barbaros, impurósq; homines uir iustus & sanctus iugiter uersatus sit, omni erat illi supplicio acerbius. At uero Daniel uidebatur quidem summis honoribus frui, & quasi captiuitatis, & seruitutis iniurijs non tangi, cum in regia iugiter obseruaretur aula, essetq; potẽtissimus. Cæterũ siquis il E
lius orationẽ audiat, ieiuniúmq; consideret, faciéq; immutationes, ac iuges precationes, agnoscatq; diligenter quorum gratia ista faciebat: animaduertet hunc ex oĩbus maxime in doloribus, angoribusq; uixisse. Neq;. n. illum præsentia tantũ mala excruciabant, uerum & futura pturbabãt: quæ etiam cũ necdum contigissent, prænoscere dignus est habitus, atque propheticis oculis aspicere. Cũq; necdum præsenti seruitute liberatos Iudæos cerneret, aliã illis rursus captiuitatem præuidere cogebatur: & quæ nondum ædificata fuerat, eã urbem capi cernebat, sacrificiisq; contaminatum tẽplum, ac desolatum, oẽmq; euersam sanctificationẽ, idcirco lugebas & lachrymabatur, dicens: Nobis aũt confusio faciei, & regibus nostris, qa pec- Baruch.
cauimus tibi domine. Verũ. n. nescio quo pacto me 1. c
penè inter prophetas effugerat cœlestis ille aius, qui sic in terra uersabatur, ut in cœlo semp esset. Nihil. n. il literrenum præter melotẽ erat. Quid igitur summus iste, atque admirabilis uir, si uirũ illum uocare oportet? Nã post ingentem illam fiduciam qua aduersus Achab usus fuerat, post ignis illã è cœlo demissionẽ, F
post necem sacerdotum, posteaq̃ clausserat & aperuerat cœlũ, quo tempore utrunq; uoluerat, post tãta ac talia recte facta & signa fiduciæ, ita metu mœroris q̃ magnitudine detinebatur, ut hæc uerba loqueretur: Tolle aiam meam à me: non. n. sum melior ego q̃ pa- 3. Reg. 19. a
tres mei. Ista ille, qui hodieq; necdũ mortuus est. Neq; istud solũ, sed in desertum profectus obdormiebat, præ doloris ac mœroris onere lassus ac fatigatus. Por 4. Reg. 2. b
rò huius discipulus non solũ spiritum magistri duplicem accepit, sed & pressuras longe etiã maiores. Hoc deniq; paulo ante beatus Paulus ostendens, illorũq; ærũnas enumerans, aiebat: Quibus dignus non erat Heb. 11. g
mundus. Peropportunè nunc Pauli fecimus mentionem. Qui. n. per se solus inspectus ad consolandũ sufficere posset, hic post alios ueniẽs, cuius nõ dolorem ac mœrorẽ euanescere facit? Eius nempe famẽ, sitim, nuditatẽ, naufragia, desertiq; habitationes, timores ac pericula, insidias, carceres, uerbera, uigilias inumeras, mortes, & alia quę prędicationis causa ppessus est, ne referenda quidẽ arbitror. Ista. n. etsi pressuras illi exhibebant, nõ tamẽ erat absq; uoluptate quadã. At uero

G quando illum Asiatici omnes auersati sunt, quando Galatæ peruersi, gens integra, & eatenus grata, quan
1.Cor.5.a do ecclesiã Corinthij plurimas in partes sciderũt, fornicatorẽq; terrimo per suas blãditias pudoris quoq; sensum abstulerunt: quid illum ppessum putas, quantas illius aĩo tenebras obfusas arbitraris? Sed qd nos
2.Co.2.a ista cõsecturis colligimus, cum illius uerba audire liceat? Corinthijs.n. scribens, dicebat: Quoniam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis p mul
Ibid.12.g tas lachrymas. Et rursum: Ne forte cũ uenero, humiliet me deus, & lugeã multos q ante peccauerũt, & nõ
Gala.4.c egerunt pœnitentiã. Galatis uero: Filioli, inquit, mei, quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis. De Asiaticis uero scribens ad discipulũ, queritur
2.Co.12b & ingemiscit. Neq;.n. ista solũ tunc illum mœrore afficiebant, sed & datus illi stimulus ita eũ uexabat, atq; affligebat, ut sæpe, pro huius absolutione deũ deprecatus sit. Quòd enim hic ait, ter, sæpius significat. Prorsus uero quando ille respirare potuit, qui fratris quo
Ibid.2. c que absentiã lugebat? Ex eo.n. ait, quòd nõ inueni Ti
H tum fratrẽ meum, non habui requiẽ. In alterius item
Phil.2. d morbo hoc idẽ passus est: De⁹.n. misertus est eius (de Epaphra scribẽs Philippensibus) non illius autem solum, sed & mei, ne tristitiã super tristitiam haberẽ. Et de seductoribus, ac fibi reluctãtibus grauiter mœrẽs,
2. Timo. 4.c ad Timotheũ scribit: Alexander, inqens, ærarius, multa mihi mala ostendit, reddat illi deus iuxta opa sua. Quam igitur iste uel breuẽ mœroris ac doloris habere reqem poterat? Neque.n. ea sola quæ dicta sunt ob
sidere aĩum suum poterãt, sed & alia quæ mœrorem illi assiduum præbebant. Et ea rursus ipse apuit, cum
2.Co.11g dicat: Præter ea quæ foris sunt instantia, mea quotidiana solicitudo oĩum ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Si igitur ille per singulos eorũ qui scãdalizabantur urebatur, profectò ea adustio extigui ex illius animo non poterat. Neq;.n. unquam deerant qui scandalizarentur, igniq; illius materiam subministrarent. Nam si & urbes & gentes sæpe integræ more decide-
runt, multo sanè magis unũ semper & alterũ qui hæc paterentur, inueniri necesse erat, cũ tot essent ecclesiæ
I per orbẽ. Concedamus aũt si placet, neq; scandalizatum fuisse aliquẽ, neq; ab eo disiunctum aliquando, neq; aliud aliquid hmõi tristium illi contigisse, ne sic quidẽ mœrore uacuum inuenire poterimus. Qua in re nullus iterum testis aptior ac fidelior occurrit, q̃ ip
Rom.9.a se qui passus est. Quid.n. ille ait: Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Qd autem dicit, huiusmodi est: Optabilius mihi erat in gehẽnam incidere, q̃ Israelitas infideles & incredulos uidere. Hoc.n. est, optabam anathema esse à Christo. Is aũt qui eligebat gehẽnæ cruciatum, ut Iudæos oẽs ad fidẽ posset inducere, liquet profecto quòd nõ potitus uoti sui grauius afficiebatur, q̃ hi qui in gehẽna cruciantur: quãdoquidem hoc potius q̃ illud cupiebat. Tu uelim per singula quæ dicta sunt, non solũ materiam cogites, ex qua mœstitia uiris illis gignebatur, sed mensurã etiã doloris ac mœroris, multo illum maiorem aspicies, q̃ tuus sit. Quod enim modo quæritur, hoc est, grauius ne, an leuius illi angebantur: porrò mœstitiæ mensura non ex occasione qua nata est solũ, sed ex uerbis etiã & rebus probari consueuit. Nam plurimi cum solũ amisissent pecunias, magis q̃ modo charitas tua doluerunt, atque ex his alij se aquis suffocauerũt, alij laqueo sibi uitam extorserunt, rei pecuniariæ detrimenta non ferentes. K
Aliorũ uero etiam oculos mœroris huius uis, ac magnitudo cęcauit. Et certè longe leuius ac tolerabilius uidetur pecunias amittere, q̃ perturbari à dæmone: sed tamen plurimi cũ hæc fortiter tulissent, ab illo superati sunt. Neq; enim uelim ista nunc ex aio tuo metiaris, neq; quoniam tu pecuniarum detrimenta irrides, alios etiam ita affectos arbitreris. Quippe earum amissio plurimos in stupore animi, & summa detrimenta perduxit. At.n. fortem, & illustrem aĩum, neutrum horum deiicere prævalet: imbecillis uero, ac seculo addictus, illo pot⁹ q̃ isto cruciatur. Cur id? Quia idem non est, famẽ metuere, & paucis diebus agitari hoc morbo. Nã hic quidem breui temporis parte fit uiolentia oĩs non secus q̃ febris cuiusdam, aut rigoris, uel alterius imminentis pestis, imo uero multo minus temporis occupat, q̃ ista omnia. Sed fortasse uicit uehemẽtia? At qui plurimos tibi possem equidẽ ostendere laborantes febribus, qui cũ eo igne corripiũtur multo magis, q̃ hi qui perturbantur à dæmone, stupent atque obrigescunt. At uerò indigẽtiæ metus, ne L
desint necessaria, ueluti uermis assiduus iugiter perturbans, atq; assidens, pauperum corrodit aĩum. Et quid ego paupertatem dicam? Omnes hominum calamitates si dinumerare uelimus, non ipsi solũ, sed tu quoque lamenta tua ac ploratus fortasse ridebis. Deniq; non solũ omnes, sed ne breuissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neq;.n. scimus illas, neq; si sciremus, tẽpus omni narrationi sufficeret. Verum paucas ex plurimis prouinbus colligens, ex his tibi eas etiam quæ dictæ non sunt, conijcẽdas relinquam. Memento, quæso, senis illius optimi, atque amantissimi, Demophilũ dico, ex magna illustriq; familia. Hic iã quintum & decimum annũ agit, ex quo nihil agere plus potest, q̃ mortuus, nisi quòd tremit iugiter, & loquitur, sensumq; disertissimum suorum habet malorum. Cæterum in summa paupertate uitam agit, ministro tantũ uno adolescente comitatus, bono quidẽ ac domini sui studioso: non tamẽ calamitatem illam sedare, ac solari idoneo. Neq;.n. inopiam iuuare pòt, neq; resolutionis illius tremorem sistere, sed
buccellã tantum ori domini apponere (quippe neque ad hoc illũ iuuare possunt manus) & offerre calicem, M
& purgamẽta narium abstergere prævaler, aliud autem plus inferre nihil. Et iste quidẽ, ut dixi, qndecim iam annos in eiusmodi ærũnis degit. Ego autem illum de euangelio considero, qui triginta & octo annis hoc
Ioan.5 morbo consumptus fuerat. Tu uelim pterea Aristophenum quoque ex Bithynia cogites. Huic.n. corpus nõdum resolutũ est, ut illi seni, uerũ languor alius imminet, longè paralysi illa molestior & grauior. Nãq; alui contractiones quædã, doloresq; tormentis omnibus acerbiores, nunc quidẽ uerubus oibus acutius pungẽtes, nũc igne uehemẽtius urentes, diebusq; singulis ac noctibus eũ exagitantes, apud ignaros eius morbi uæsanũ illũ uideri faciunt, adeo torquẽt illius papillas, adeo manus pedesq; cõtrahunt, mutũq; illũ per multã horã constituunt. Porrò clamores illius, ac gemitus (nã post illã priuationẽ uocis nõnunq; in clamorẽ eũpit) lamẽta parturiẽtũ supant, adeo ut sępi⁹ hi ẽt, qbus lõginqus ab illi⁹ habitaculo remotis infirmi sunt, prę uigiliarũ tędio & nimietate turbati, mittant culpãtes qd ex illius clamorib⁹ infirmis suis deteri⁹ sit, qd illi nõ ex lõginqs interuallis, sed sępius dieb⁹ singulis, ac noctibus cõtingit. Sextusq; iã hic ann⁹ uertitur,

A ex quo molestissimo huic flagello permissus est, neq; seruus ullus adest, qui curam eius habeat, neq; medicus, q cõsoletur: id, pp inopiã: istud, quia superat oẽm artis industriã is morbus. Plurima.n. plurima cũ egerint (erat.n. antea pecunijs fretus) nihil profecerunt. Quodq; his omnibus grauius est neq; amicorum aliquis eum iam uidere uult, sed eum oẽs desuerunt, & hi qui plurimis antea ab eo beneficijs fuerant affecti. Quod si quis unq̃ ingreditur, protinus resilijt: tanto fętore domus illa plena est, eò quòd nullus adsit, qui curam eius gerat. Vna.n. & sola illi ancilla assideat, tantùm illi ministrans, quantum potest mulier, cùm sit & sola, & ex ope manuum uiuens. Quænã ergo dæmonũ uexatio illius cladibus cõparari potest? Etsi.n. eum horum nihil pturbaret, quid non pateretur, considerans adeo prolixum tps, quo iam in lectulo decubat, ingentesq; sumptus, qui se in supremã iniecerunt inopiam, amicorum contemptum, famulorum atq; obsequentium solitudinem: & id qd maximè te nunc
B perturbat, certamq; nullam fiduciã habet, an finem clades istæ habituræ sint: immo uerò summam confidentiam, quòd se uiuente ac spirante nunq̃ finiẽtur. Quippe eius morbi uis, & quotidianus in deteriora progressus hoc pollicentur. Verũ ne per singulos enumerans eos, qui hmõi aduersis casibus afflicti sunt, fastigiũ legentibus faciam: perge quæso, ad illum cui xenodochij cura pmissa est, ac iube te ad ibi iacentes introduci, ut oĩum morborum inspicias radicẽ, noxasq; infirmitatem genera, omnesq; materias mœroris. Inde te ad carcerem conuerte, cunctisq; illius habitaculi diligẽter exploratis, proficiscere ad balnearum propylæa, quo in loco, simo, & stipula pro uestibus utẽtes, iacẽt nõnulli nudi, frigore, morbo, fameq; ppetua obsessi, aspectuq; solo, ac tremore corporis, & sodiam flectentes, neq; uocem emittere, neq; manum extendere ualentes, eò quòd iã his malis penitus attriti sunt. Neq; hactenus pristas uelim: sed ad pauperum diuersorium, quod ante urbem est, egredere: perspicies profectò eum, quo nunc detineris mœrore portum esse tranquillissimum. Quid.n. dicere necesse est, uel elephantia consumpta uirorum membra, uel cã-
C tro mulierum? Ambo.n. isti & longi sunt, & insanabiles. Horũ uerò alter quos occuppauerit, suis urbibus eliminat, neq; lauacri eos, neq; fori, neq; alterius cuiusquam illorum loci particpes fieri fas est. Neq; istud solum graue & acerbum est, uerùm illo longè grauiss mum, quod neq; cõsidere certè possunt, necessaria uitui sibi non defutura. Quid uerò illos memorẽ, qui frustra sæpius ac sine cã ad fodienda metalla damnati sunt? Nempe isti oẽs multò grauiore dolore cruciãtur, q̃ qui à dæmone corripiuntur. Si uerò nõ credis, nihil mirum est. Non.n. eadem snĩa nostra, qua aliena incommoda iudicare consueuimus: cùm illa quidem uerbo solùm & aspectu, nostra uerò experimento, ac sensu cum nostri ipsorũ miseratione coniuncta didicerimus. Atq; idcirco ista grauiora esse, minusq; tolerabilia. Sin uerò quispiam oĩum liberè illorũ naturã diligentius cõsideret, & eos qui in illa inciderunt animaduertat, hic profectò nobis de hmõi sert incorruptam, integerrimamq; sniam. Sed fortasse dicturus es, omnes illos morbos circa corpus uersari solũ, hãc autẽ pestem intimos animi regressus attingere, illisq; omnibus esse diriorem. Nẽpe hoc ipso in primis eam inuenimus illis omnibus esse leuiorem. Neq;.n. hæc ut illi corpus iugiter corrumpit & perimit, sed solum D
animam breui tpe excruciat. Cæterum illiipsi morbi, quos modò numerauimus, cum in carne gignantur, eam oẽm pestẽ non eatenus sistunt, uerum ad aĩam emittunt, angustãtes illã iugiter, & p dolores ac mœroris aculeos summos corrumpentes. Vr.n. inquit, ulceri acetum minimè cõuenit, ita & morbus inuectus ,,
perturbat cor. Nõ igitur id solũ dixeris, hos tantũ gigni ex corpore: sed illud potius ostẽde, quo pacto pestem oẽm & corruptionẽ ad aĩam nõ mittant. Quippe & fames cũ non gignatur ex corporibus corrumpit, & pdit corpora, uirusq; serpẽtum cùm ex eis prodeat, pdit item nos: ita & in his morbis sentiendũ est, qui cũ gignantur ex corpore, malitiæ suæ uenena in animæ nostræ substantiam transfundunt. ⌈ ⌈Hic locus corruptissimus est, in cæteris exẽplarib. lõgè correptior, quẽquia exẽplari græco (quo potissimũ restitui posset) destitutus, alijs emẽdandum relinquo.
penetrabilib. effundũt. Omni deniq; actione diaboli ca potentior est ad nocendũ mœroris magnitudo. Nanq; & dæmon quoscunq; supat, p mœrore supat. Eum si auferas, nihil à dæmone quilq̃ lędi poterit. Et qũo, inquies, fieri potest, ut mœrore uacẽ? Ego contrà te interrogabo, qua tu rõne mœrore affici debes? Nempe.n. si adulterium, si homicidium, si scelus aliquod hmõi ppetrasses, quod te regnis cœlestibus excluderet: rectè mœreres ac iusta tibi causa lugendi esset, nullusq; te à lachrymis & fletu prohiberet. Quòd si p dei gratiam ab his omnibus longissimè remotus es, quid frustra teipsum concidis ac perimis? Mœrorẽ quoq; deus inseruit naturæ mortalium, non ut ab re, & intẽpestiue illo in rebus contrarijs utamur, neq; ut nosipsos perimamus, uerũ ut ex eo maxima emolumẽta cõsequamur. Quo nã uerò modò illa cõsequemur, si illum intẽpestiuè assumamus? Porrò mœroris tps non tunc est, cũ aliquid patimur aduersi, sed cum malè operamur. At uero nos ordinẽ puertimus tpaq; immutamus: qui cum innumera mala ppetremus, ne breuiter quidem dolore contrahimur: sin uerò quippiã à quoq̃ patiamur mali, protinus concidimus, hæremus, titubamus, liberariq; & cedere ex uita festinamus. Grauis igitur & onerosa ea res uidetur, non secus q̃ iracundia & cõcupiscentia. Nã & hæc nisi quis ea ritè ac tẽpestiuè utatur, deijcit ac maculã inducit.
Cõtingitq; idẽ quod in medicamentis, quę à medicis traduntur: quippe & illa si non suo ordine & tpe, ac F
pro quibus morbis parata sunt, sed pro alijs imponãtur alia, nõ solũ infirmos languore nõ liberant, sed in firmitatẽ potius aggrauãt. Ita prorsus, & mœror facit, ac meritò sanè. Nã cũ sit austerũ corrodẽsq; medicamẽtum, atq; (ut ita dixerim) uitiorum q̃ in nobis sunt purgatio, si admoueatur otioso, ac delicato aĩo, ingẽtiq; pctorum pondere oppresso, maxima suscipienti, curisq; presso, & plurima ppesso adhibeatur: præterq̃ qd nihil prodesset, maximè nocet, imbecilliorẽ illum faciens, atq; ad desperandũ facilẽ. Quocirca stãtibus & acriter pugnãtib. Paulus cũ scriberet, dicebat: Gaudete in domino semp, iterũ dico gaudete. Porrò dissolutis, ingẽtemq; habẽtibus tumorẽ: Et uos, inquit, inflati estis, & non potius fleuistis. Itaq; his quidem qui Phil.4.a
pctorum sagina impinguatur, extenuetur ac siccetur 1.Cor.5.a
hoc medicamento. Qui uerò bonæ habitudinis est, atq; indecẽti statu seipsum seruat dei gratia, p mœrorẽ bonã suam ualetudinẽ non corrũpat. Adeo est. n. ille acer atq; efficax, ut ẽt ope sua indigentib. si plus tpis q̃ necesse sit immoretur, maximorũ malorum cã sit. Quod & B. Paulus metuens, citò illum, postq̃ fecerat qd suũ erat, auferri iussit, causamq; protinus adiecit

G eam: Ne fortè, inquit, absorbeatur abundãtiori tristi
2.cor.2.b ria. Porrò si minus mœror irruẽs, uos ẽt quib. erat ne
cessarius, sæpius pdidit: quid illis faciet, qui cũ non in
digeant, spotè illũ sibi coscisc̃unt? ita sanè inquies, No
ui hoc & ipse: sed quo pacto illũ excludã, atq; ab aiæ
meæ recessibus amoueam, nescio. Et cuius hoc difficultatis amãtissime? Nã si concupiscẽtia esset aliqua, si corporũ turpis atq; insan⁹ amor, si inanis gloriæ pestis uitiũ profectò superatu difficillimum, aut aliquid perturbationũ huiuscemodi, meritò hæreres, & esses de hmõi liberatione solicitus. Eos. n. qui his capti fuerunt, non quidẽ est impossibile: difficillimum tamen ea retia diffugere. Cur id? quia uoluptas hic cooperatur, atq; illa adiuuat. Ea uerò est, q̃ semel captis funes plurimos innectit. Istudq; primũ difficultatis plenissimũ est, pſuadere aio sic irretito, ut planè ac penit⁹ uelit, ac cupiat hisce nodis liberari: sicq; similimũ, ueluti, siquis scabiẽ ac pruriginẽ depositurus, morbo suo delectetur, ac passioni hmõi expositus, ea liberari q̃rat. Cæterũ ad effugandũ mœrorẽ id parũ non confert, si interim ingratè illum admittamus. Nam qui re
H aliqua grauatur, citò illã ab se excutere & abijcere stu debit. Porrò siquis eã ab se ejcere studeat, nec possit: non remittat studium, & citò poterit. Certum est. n. Christianũ, siquãdo tristetur duas tantũ habere mœroris cãs, uel cũ ipse, uel cũ proximus offendit deũ. Cum uerò præsens mœror tuus nullam hmõi occasionum radicẽ habeat, cur teipsum frustra discrucias? Et unde id constet, inquies, quòd nõ offensionũ nostrarũ pœnas exoluamus? Id quidem maximè liquet, sed hoc interim non asseramus. Verũ sit si uis id non incertũ, sed maximè manifestum, ut tu dicis, hãc esse pctorum tuorum retributionem: Num q̃so, idcirco mœres & doles? Atqui gaudere potius, & meliore animo esse debes, quòd hic pctã tua tibi remittantur, necum seculo isto damneris. Qui. n. dolet, nõ quia cruciatur, sed quia offendit deũ, dolere debet. Peccata. n. separant à nobis deum, cõstituuntq; nobis illum inimicum. Cruciatus uerò nobis illum reconciliat, pparatq; propitium ac propinquum fieri. Quod aũt non sit pctorum retributio, sed coronarum potius, pmiorúmq; materia sudor iste tu⁹, ac dolor, hinc sanè manifestum est. Si. n. prius turpiter, ac luxuriosè uixisses, atq; ita te ad monachorũ conuersationẽ contulisses, ne sic quidẽ hæc suspicio locum habuisset. Nam si ob hoc pœnas infert, ut in malis perseuerãtes ad pniam prouocet, ostensa pnia, superflua iam erit pœna. In tantum. n. abest, ut nos punire uelit deus, ut cum sæpenumero pœnis digna faciamus, summaq; cõuersione opus habeamus, cõminatione solũ, uerbisq; terribilibus nos castigare malit: idq; facilè quispiã animad uertet & in Israelitica plebe, & in Niniuitarũ ciuitate. non solùm enim supplicia intentata non intulit, cum pniam ostenderent, sed & minas ipsas remouit. Longè. n. uult ipse nihil nos pati mali, q̃ nos ipsi, nullusq; libri ta parceret libenter, ut omnibus deus. Deinde is qui sæpius peccantes uerbis tantũ exterret, nec punit pœnitẽtes, eosq; hac formidine liberat: te qui tanta religionis, tanta uirtutis & probitatis indicia p̃ te tulisti, non solùm his minis, atq; hoc terrore non eripuit, uerum & opa ipsa supplicijs exposuit. Et quo credi hoc potest? etiam si prior illa tua conuersatio corruptissima fuisset ac pdita, ut dixi: quis id uel suspicari auderet? Cum uerò deterior illa fuerit q̃ præsens sit, ornata tamen & ipsa summaq; honestate pollens, profectò
I nobis omni ex parte constabit colluctationes has K
tuas, coronarum tibi, maioriscq; gloriæ occasionem esse. Oportet igitur, ut dixi, & has & huiusmodi cogitationes amouere. Cõuenit item & cum his unã, immo ante has orationibus, perpetuisq; precationibus has tenebras dispergere, & dissipare. Nam & beatus Dauid magnus ille uir atq; mirabilis, his medicamentis semper usus est, hisq; plurimos dolores pressurarũ remouit ac repulit. Nunc quidem orans, ac dicens, Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me. Nunc pijs ac religiosis cogitationibus admotis, inquiens: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? S. era in deo, quoniam adhuc cofitebor illi. Rursumq; ex cogitationibus huiusmodi ad orationes conuersus: Remitte, inquit, mihi, ut refrigerer priusquam abeam, & ultra iam non ero: atq; ab orationib. ad cogitatiões. Quid. n. ait, mihi est in cœlo, & à te quid uolui super terram? Ita & uxori, quę uerba diabolica suggerebat, pijs cogitationibus reluctabatur, illamq; increpans, dicebat, Quasi una stultarum mulierum locuta es: si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustinebimus? Ad deum uerò precibus utebatur. Beatus uerò Paulus utriscq; his armis eos qui in pressuris, ac tentationibus erant. iuuabat: nunc quidem dicens, Si autem extra disciplinã estis, ergo adulteri, non filij. Quis. n. filius, quem non corripit pater? Nunc q̃ orãs, Fidelis, inquit, deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: & rursum, Siquidem iustum apud deum est, retribuere retributionem his qui uos tribulant, & uobis qui tribulamini requiem. Si igitur armis his ipse quoq; usus fueris, ac teipsum perfectè undiq; armaueris, cogitationibus pijs mœroris retundens impetum, orationibus uerò tam tuis, q̃ aliorum te ueluti uallo fortissimo muniens, celeriter discipli-
næ istius pcipies fructus. Non. n. hoc solũ lucraberis, quòd præsentia fortiter feres: uerùm his exercitationibus robustissimus effectus, nullis iam uitæ hnius aduersus casibus frangi, uel deijci poteris.

Psal.24.c
Ibi.42.b
Ibid.38.c
Ibi.72.d
Iob.2.c
L
Heb.11.b
1.Co.10.c
2.Th.2.c

De prouidentia dei libri tertij finis.

M

D. IOAN. CHRYSOSTOMI DE PROVIDENTIA, VEL FATO, SERMO PRIMVS.

Eferta est hæc uita turbelis, plena est tumultibus: atqui nõ tam graue, neq; dolendum est hoc, quàm quòd cũ possumus quicquid id est tumultuum turbatio númq;, uel in tranquilliorem sta tum commutare, uel certè posita tristitia patienter ferre: neutrum illorum nobis curę est, sed omnem uitam in luctu ac mœrore desides transigimus. Deplorat. n. alius egestatem, alius aduersam ualetudinẽ, alius curarum administrandæq; rei domesticę molestias, alius in educãdis pueris difficultatẽ: cõtrà alius orbitatẽ. Et uidere licet, q̃ desipiatur mirũ in modũ. Nã non solũ tristes sumus, cũ res ita se habent: sed & cũ mutantur, cõtrarióq; mõ eueniunt, nõ min⁹ plerisq; tristes sumus. Profectò si rerũ natura lugẽdi cã esset, nõ oportebat mutatis reb. idipsum fieri. Etenim si tã mala, tãq; intolerabilis est inopia: cur

à luctu

A à luctu non uacat, qui in diuitijs agit? Item si tantum malum est orbitas, cur non semp læto aio sunt, qbus numerosa soboles cõtigit? Prętereа si tã optabile est, fungi muneribus publicis, frui honoribus, multis prę-esse, fugiẽda planè & odio habenda uita otiosa & priuata. Iã uero cũ uidemus conqueri tam diuites, q̃ pauperes, & nonnunq̃ diuites plus q̃ pauperes, uidemus, inquam, ægre affectis animis esse tã dominos, q̃ subditos: tam habentes, q̃ non habentes filios, ne dicamus huius deordinationis causas rerũ euentus, sed potius nosmetipsos reprehendamus, qui nescimus illis sicut oportet uti, neq; à mœrore nostros aios uidicamus. Inquietudo. n. illa, & perturbationum molestia non tam à rerum euentu est, q̃ à nobisipsis & mente nostra: quæ si se bene haberet, & composita foret, semper nobis tranqlle liceret agere, dormiremusq; ceu in portu aliquo, etiamsi undequauis innumeræ tẽpestates insurgerent: sicut è diuerso, cũ illa malè se gerit, nihilo melius habemus naufragis, etiãsi uenti secundi nos comitentur. Potes tale quiddã & in corporibus uidere. Nã is cui corpus natura firmũ est, & bene exer
B citatum, non solũ ex intemperie cœli nullo incõmodo afficitur, sed propter exercitationem, ẽt ex intẽperie, cui assuescit, firmitatis incremẽtũ assequitur: cum interim alius, cui tenerũ & imbecille corpus, licet tẽperato cœlo fruatur, nihil melius habet, quãdoquidem ob internam infirmitatem ẽt in optimis tẽporibus offenditur. Contingere idẽ uidemus & in alimẽtis. Stomachus enim bene ualens, nullum reijcit alimẽtum, sed prævalente ac cibi uitia uincẽte naturali ui, cruda etiã & incocta in puros transformat succos: cõtra, sto machus æger, cuiusq; deprauata & corrupta est complexio, ẽt saluberrimi succi cibos, ifirmitate uirtutem illorum tollente, in pessimos uertit ac corrumpit. Et nos quoq; cũ uidemus rerum indignitatẽ ac deordinationem, non deũ arguamus dilectè: non. n. sic paramus remediũ, sed potius uulneri uulnus addimus: neque mũdi habenas & conuersationẽ dæmoni tribuamus, neq; præsentia prouidẽtiæ regimine destituta putemus, neq; aliquã fati tyrãnidem, uel natiuitatũ uim asseueremus. Hæc. n. oia plena sunt blasphemijs. Cæterũ uera turbationis & deordinationis causa non est
C illa rerũ contingentia, sed aius malè se gerens, qui nisi in semetipso deordinationẽ ac perturbationẽ emendet, pinde malè habebit, cũ multæ bonæ cõditiones ei cõtingunt, & cũ grauis rerũ est deordinatio. Quin sicut oculus sanus ẽt in crepusculo securus corpi dux esse põt, male aũt habens & in clarissima meridie, cũ nihil ei profint solares radij, hallucinatur, aliáq; pro aliis uidet: ita & mẽtis nostræ oculus quãdiu uiget, recte uidet, ẽt ea quæ ordine carẽt: ubi aũt uitiatus fuerit, quãuis in cœlo ipso fuerit: ea quoq; quæ illic fiunt, turbari ac inordinata esse iudicabit. Et quòd hæc ita se habent, proferam tã ueterum, q̃ nostrorum exempla. Quot hodie ferunt moderatis animis inopiam, deoq; gratias agentes nõ deficiunt? Quot itẽ in diuitijs & delicijs non solũ non agunt deo gratias, sed & dominũ blasphemant? Quot sunt qui nullo graui incõmodo affecti, diuinã prouidentiã arguunt? Quot item qui omni tpe habitant in carceribus, lõgeq; gratiores sunt, q̃ hi qui nulla re indigent & prorsus secure uiuũt? Vides quòd turbatio aiæ, & propria rõ, tã horum q̃ illorum causa sunt, & nõ ipsa rerũ natura? Atque adeo si diligentẽ mentis nostræ curã gesserimus, nulla suborietur uel turbatio, uel deordinatio, uel ulla

molestia, ut cõcedamus interim euentus uitæ nostræ D
Euripo instabiliores sursum deorsumq; ferri. Quamobrẽ, dic sodes, gratias egit Paulus, quãuis iustè uixerit, uirtutémq; omni tpe coluerit, & nulla illarũ pturbationũ laborarit? Nullus hoium qui sub sole uiuũt, illo iustior fuit: nullus item oium ex quo tpe uiuere cœperunt hoies, asperiora perpessus est: nihilominus tamen, cũ uideret multos pessime uiuere, hilariq; aio præsentibus opibus frui, ingratos deo, ipse in tãtis difficultatibus gratias agebat deo, oibus idẽ suadens. Ille spectandus, & præ oculis habẽdus est. Et tu cũ uides hoiem malum, hilari aio exaltari, dominari, ultionem sumere de his qui ipsum læserũt, nihil detrimẽti in quopiã pati, in magna ueneratione ab oibus haberi, & diuitijs abundare: tecum uero agi modo cõtrario, & inuadi te ab inimicis, pati insidias & calũnias, caue ne propterea abiectũ uel derelictũ te putes: sed respice ad Paulũ qui tuarum partium est, ascende in mentẽ tuam, posside cogitationes tuas, ne te deijciat tristitia, ne ex præsenti uel prosperitate uel aduersitate, amicũ, inimicũue dei iudices. Similiter cũ uideris recte uiuentẽ, beatum illũ dic, etiãsi morbo omnia E
mẽbra eius corrodantur, modo illi sit pietatis cura. Illum imitatione dignum existima, etiãsi innumeris teneatur catenis, etiãsi perpetuum carcerem inhabitet, etiãsi indignis seruiat, paupertate prematur, & metalla effodiat, etiãsi quoduis malum ferat? addo, etiamsi supplicijs cõficiatur, exuratur, & in pticulas minimas eius caro cõscindatur. Contra, si uideris quẽpiam in malitia, in incõtinentia, in postremis flagitijs uiuere, & interim honore multo frui, in thronũ regium conscẽdere, diademate circũdari, purpura uestiri, uniuersoq; orbi impare, tunc funde lachrymas, miserumq; illum esse proclama. Nihil. n. ita miserum, ut aia sic affecta, etiãsi totus illi orbis pareat. Nã quæ utilitas ditescere opibus, & paupem esse uirtutibus? Et quid lucri tot milibus & tantis impare, non posse aũt semetipsum & suos affectus moderari? Atq nos uidẽtes corpus cuiuspiã uel febri, uel podagra, uel corruptione, uel incurabili alio morbo laborare, etiãsi ualde diues sit, dolemus. Nã ille quò ditior, hoc magis dolet: perspicacius. n. sentit malũ suum, qui nulla rerũ necessitate angitur. Enimuero illũ solatur necessitas, cui re- F
bus frui premẽte egestate negat necessitas. At si qs ut dominus rebus uti liberè põt, prohibetur aũt per infirmitatem. haud mirum si magis doleat ac angatur. Quo aũt non absurdum, siqs aliquẽ corporali morbo detentũ, alioq opibus abundantẽ, miserũ proclamat: aia uero, qua nihil hic dignius, cuiq; nihil hic conferendũ, malè affecta, beatũ dicat propter pauculas opes, uel momentaneũ honorẽ, uel aliq d eorum quę hic manẽt, & post hãc uitã, imo sæpe ẽt ante uitę huius finẽ nos relinquũt? Obsecro, ne fiat hoc. Hę nostra rũ perturbationum, tumultuũq; causę. Hinc est, quòd multi deũ arguunt, multi mũdũ nulla gubernari pro uidẽtia arbitrãtur: qui si in p̃senti uita nõ opes, nõ sanitatẽ, nõ potentiã, nõ quicq̃ aliud: sed solã uirtutẽ bonum putarẽt, & non uiolentiã, neq; calũnias, neq; alia quæ habẽtur mala, sed sola aiæ uitia, & peccatũ: existimarent p̃sentis uitæ mala, neutiq̃ talia dicerẽt, qualia solent: neutiq̃ in tãto mœrore obambularent, neutiq̃ beatos pronũciarẽt eos quos miseros eẽ testari oportebat: & cõtrà, inter miseros minime recẽserẽt, q beati sunt habendi. Nã hoies beatos putare pp corpulentiam, p̃sepis dapsilitatẽ, somnũq; qd aliud est, quàm

G quòd & de bruris animalibus ſentimus hanc unicam illorum fœlicitatem? imo & in illis uitioſum fuerit. Sę pe enim aſini & equi, otio pabuliq; abundantia perie runt. Quo igitur quod in irrationalibus animãtibus, quorum fœlicitas in ſagina corpis ſubſiſtit, nocuũ dicimus, id in hominib⁹, quorũ honos à nobilitate animi cenſetur, uirtutẽ ponemus? Cur non cœlũ & ange los aiarum noſtrarum cognatos reueremur? Cur nõ erubeſcimus ſpectantes natiuam corporis noſtri effigiem? Multò.n. aliter figurauit nos deus, q̃ bruta. Formam accepimus quã decebat, & quæ imortali rationali aiæ miniſtraret. Cur.n.deus brutis omnibus dedit oculos humũ ſpectantes, tibi autẽ in arce capitis impoſuit, niſi ut intelligeres: nihil illis cum cœlo com mune, tibi uero à deo & à natura ab initio datam legẽ, qua ſuperna potiſsimum contẽpleris? Cur itẽ corpus tibi rectum fecit, illis uero demiſſum, deorſumq; uergẽs? An non eadẽ cauſa eſt, ut ſcires, nihil tibi cum terra cõmune, neq; te præſentibus addictũ eſſe debere? Quo circa ne ita noſtrã ingenuitatẽ prodamus, in
H beſtiarũ ignauiã degenerãtes, ut ne & nobis dicatur:
Pſal.48b Homo cũ in honore eſſet, nõ intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus, & ſimilis factus eſt illis. Nã fœlicitatem, diuitijs, delicijs, honoribus, cæterisq; preſen tibus bonis metiri: non eſt hominum ad ſuã nobilita tem ſpectãtium, ſed eorum qui aſini & eq facti ſunt. Verũ abſit, ne tales hic in loco ſancto, ſpiritualiq; thea tro ac pio conuentu adſtent. Quandoquidem ideo in auditorium hoc quotidie cõuenimus, ut ſupfluis exceſcentibusq; cogitationibus falce ſermonũ reſectis, fiamus arbores fructuoſæ, quæ afferãt fructus in regia horrea reponẽdos, domino.ſ.& agricolæ aiarum noſtrarum gloriã, nobis uero uitam æternã. Quam ut aſſequamur, donet nobis ſua miſericordia Ieſus Chriſtus, cũ quo ſit patri ſimul ac ſpiritui ſancto gloria & impiũ, gratia & honor in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI
DE PROVIDENTIA, VEL FATO, SERMO SECVNDVS.

Exo.21et Leu.20b I

QVI Maledixerit patri uel matri, morte intereat, inquit. Lex hęc in ueteri teſtamẽto propoſita eſt, cũ nondũ optimæ uitę diligẽtia exigebatur: cũ adhuc religio introducebatur, cum adhuc eſſent puerilia p̃cepta, lac, pædagog⁹, lucerna, figura, & umbra. Quid igitur nos dicem⁹ nũc, qui ſub tãta gratia, in tanta rerũ ueritate, in tãta ſcia, quãdo non tantũ patri & matri, ſed & ipſi oĩum deo maledicitur? Quibus illi eccipiẽdi pœnis? Qd illis irrogandũ ſuppliciũ tanto ſcelere dignum? Quis igneus illis fluuius, qs immortalis uermis, q̃ externæ tenebræ, quæ uincula, qs ſtridor, qs fletus debentur? Oia tormẽta & quę ſunt, & quæ futura, inferiora ſunt q̃ mere tur aia ſic malè affecta, incq; id flagitij deducta. Porrò cũ uarijs, diuerſisq; modis blaſphemẽt, opæprecium fuerit, ut de ipſis hodie diſſeram⁹, ne ultro qs in quẽpiam illorũ incidat: uel ſi incidit, ſiue amicus, ſiue inimicus, ne contẽnatur. Neque.n. eſt peccatũ aliud hoc grauius, neq; huic ſimile aliud. Quippe aggrauatio eſt peccatorũ, & oĩa confundẽt, intolerabilẽq; ſuppliciũ, & pœnã abſq; uenia meretur. Sũt itaque nõnulli, qui deũ maledicũt, & fati inordinationẽ ac neceſsitatem cũ diuinæ prouidẽtiæ ſapientia aſtruũt. Quo morbo ſi laborarent infideles, qui ligna lapidesq; colũt, haud K mirũ eſſet. At non põt eſſe acerbiſsimũ, quòd illiipſi q ab hoc errore & ſeruitute liberati, quiq; tãtã gratiam aſſecuti, ut agnouerint Chriſtũ uerũ illum, & re ipſa deũ, ad tempeſtatẽ & inſaniã illã, quaſi uiolẽto flumi nis refluxu cogitationibus ſuis retrahũtur. Hoc profecto multis lachrymis, atq; lamẽtis dignũ quòd hi qui ſeſe Chriſtũ adorare profitẽtur, quiq; tãtis ſacramẽtis digni iudicati, quiq; ineffabiliũ dogmatũ particeps ſunt facti, poſt tantũ honorẽ, quo eis diuino munere frui datũ, poſt ſapientiã illã nobis è cœlo allatã, ſpõte temeréq; à libertate quã illis deus pepit, ſeſe demittũt, & præcipitãt, atq; mancipãt in duriſsimã ſeruitutem, dũ immaniſsimã quandã tyrãnidẽ, quæ nuſq̃ eſt effingunt & excogitãt, exactáq; omni ſpe bona, ẽt eorum quibus eſt ardẽtius uirtutis ſtudiũ, neruos excindere attẽtant. Et ſicut cũ hoſtium qſpiã uidẽt ſtrenuos in prælio milites, qui aiam pro patria exponere parati ſunt, neq; põt illos alio quodã modo nocere, ut diuellat à fide & alacritate pro rege, aut reddat pauidos, aut dolis circũueniat, nouã qua noceat artẽ attẽtat, perſuadẽs quòd incaſſum & fruſtra, & abſq; oĩ fructu L laborẽt, atq; ita manus ipſorũ diſſoluit, robur deijcit, feruorẽ extinguit, & ab oĩ ſtudio belli amouet, hocq; dolo exarmatos & nudos, in ſeruitutẽ & uicula abducit. Ita & diabolus fecit, uidẽs gratia dei bonam orbis partẽ deridere Gentilium errores, magnóq; conatu, ac tota aĩa ueræ pietatis habere rõnem, per quã magnũ uirtutis ſtudiũ, & frequẽs uitiorũ contẽptus, nõ audet aggredi, & manifeſtẽ loq: Deſciſcite à Chriſto, deridete illius dogmata, fabulę ſunt & ſeductiões, malus eſt & inhumanus, nõ audet inq̃. Scit.n. quòd hac uia magis illos à tyrãnide ſua auerteret, & grauius ſibi conciliaret odiũ: propterea nõ recta uia reprehẽdit, ſed obliqua, & in circuitu ambulare ſolet, clanculo uenena ſuorũ dogmatum inferẽs: ita quidẽ ut uideatur fidei nõ obeſſe, tametſi p̃cipuã eius rõnẽ reuellat, oĩaq; ueritatis decreta ſimul diſſũpat, & grauia cõtra deũ crimina apud eos qui ſibi credunt, effundat. Et in hunc uſum letale hoc, maximéq; p̃ſens fati pharmacũ paratuit, ut oĩa quæ dixit, clã inferat, ut iudicet uanam noſtrã fidem, uanamq; ſpem, ut pſuadeat hominibus de M deo malè ſentire. Enimuero ſicut ab initio Adæ impoſuit, cũ deum calumniaretur inuidũ eſſe, & faſcinatorem: ita & nunc facit. Nã inhortaturus illos fermè ſic Gen.3 dicebat: Nouit, inqt, deus, quòd apientur oculi ueſtri: nouit quòd eritis ſicut dij: & inuidet, inuidẽsq; ab honore ampliori uos impedit, & uolebat qdem ita intelligi uerba ſua, tametſi nõ ita loquebatur. At tu uide quãta malignitate ſubuertebat ſniam dei, dicens: Magna illorũ bona fore, ſi deo nõ obediant: nẽpe apiri oculos, aſsimilari deo, ſciamq; nãciſci pærfectã: nec tamen adijciebat interim, quòd malus eſſet, qui prohibuerat, ne.ſ. deprehẽderetur dixiſſe, quaſi hoſtis & inimicus. unde cõſiliarij potius ac curatoris pſonam induit, quò adhortationi ſuę maiorẽ faceret fidẽ: id qd & factum eſt. Neq;.n. quicq̃ aliud uerbis ſuis p̃tenderat, q̃ ut uerba ſua ita caperẽt: Deficite à deo cõditore, qa inuidus eſt, & bona meliora uobis inuidit. Licet aũt hæc uerba manifeſtè nõ poſuerit, cauẽs ne fugerent, ſi qua fortè deprehẽderentur inſidiæ: ſed omiſsis his uerbis, ſub dolo, pniciosoq; cõſilio eos aggreſſus eſt. Sic & nunc nõ dixit aptè: Deficite à Chriſto, quaſi diuina dogmata dãnabilia ſint: ſciretur.n.mẽtiri. Proinde liqdũ eſt, quòd malignè ad uera cõniuet, & ma-

A lignè ea prætermittit: atq; alia quadam uia incautos inuadit, ut ab ęterna hæreditate ſeparet. Facitq; perinde, ac ſi quis puerum ingenuum & liberum, ſimplicẽ tamen ac rudem: non manu quidẽ domo paterna ejiciat, incitet autẽ ad ea facienda, p quæ ſiue uelit, ſiue nolit, à paternis bonis extrudatur. Nã fieri non põt, ut qui fato intendit, cœlos obtineat: imo fieri nequit, ut gehennam & ſupplicium euadat. Imperat.n. ut om
Eſa.1.c nibus pſuadeantur planè contraria diuinis dogmatib⁹. Deus dicit, Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: ſi nõ uolueritis, neq; me audieritis, gladius uos deuorabit. Os.n domini locutum eſt hæc. Intellexiſti qũo deus loquatur, & quales ponit leges? audi qũo & fatum loquatur, & qũo contrarias ferat leges, diſceq; qũo illa à diuino ſpiritu, hæc autẽ à crudeli & maligno quodã dęmoneſint dicta. Dixit deus: Si uolueritis, & ſi non uolueritis, dominos faciẽs nos uirtutis & uitij: & hoc reliquit in noſtro arbitrio. Ille autem quod dicit? Quicquid fatum decreuit, effugere nõ poſſumus, etiam ſi uelimus, etiam ſi conemur. Deus dicit: Si uolueritis, bona terrę comedetis. fatum
B dicit: Etiam ſi uoluerimus, & datum nobis non fuerit, ad nihil fuerit utile ipſum uelle. Deus dicit: Si non uolueritis attẽdere ſermonibus meis, gladius uos deuorabit. fatum dicit. Etiam ſi nõ uolumus, nobis aũt datum fuerit, ſaluabimur omnino. An non ita fatum loquitur? Quid igitur hac pugna manifeſtius? qd hoc bello apertius? quòd ita impudenter aduerſus diuina eloquia deligunt dęmones, ſcelerum magiſtri. Sed qd dico dæmones? etiã homines hoc agunt. Alteros igitur dæmones & Gentiles uoco, quibus hæc pſuadentur: id qd minimè mirum. At quòd uos diuinas ſalutaresq; inſtitutiones uobis datas ſic contemnitis, & ad abſurdiſsimas illas, quæ manifeſtè animas pdunt aduolatis, hoc oĩm tandẽ moleſtiſsimũ eſt. Quid.n. ad me, ut externos iudicem? Meus ſermo ad uos tantum eſt, qui membra Chriſti, qui filij eccleſiæ qui eruditi in domo paterna, quibus conceſſæ diſciplinæ cœleſtes, q tãtis honoribus eſtis ornati. Propter uos fundo lachrymas & lamentor. Digna.n. lachrymis res cũ quis ita grauiter ruit, ut & uenia fiat indignus. Et dic, qua uenia dignandi ſunt, qui ueniora, fidelioraq; pu-
C tant dæmonum dicta q̃ diuina, ubi dicente aliquid deo, contradicunt dęmones? Non agimus modò rõnibus, ſed denſis teſtimonijs, q̃ recepta oſtendimus.
Eccleſiaſtici.15.d Deus dicit: Poſui ante te uitam & mortem, ad qd uolueris extende manũ tuam. Dæmon dicit: Non eſt in te quòd extẽdas manum tuã, ſed neceſsitate q̃dam, & ui id agis. Vidẽtſi ne tibi hæc fide digniora, & cum non ſit conſiliarius alius medius: nã uel diabolus uel deus conſulat: non expendis, q̃ differunt conſilia, & quòd alterũ utpote ſalutare ad uirtutẽ prouocat: alterum uerò planè diabolicum ad uitia inuitet? At non cõſideras quæ tibi deus, & quę tibi diabolus fecit? Et quòd deus ita te dilexit, ut et unigenitum ſuum pro te dederit, quo nihil patri erat charius, & te adhuc ita diligit, ut te uocet per Apoſtolos, omniaq; pro ſalute tua faciat: dæmon uerò ita te exoſum habuit & hẽt, ut ſemp te impugnet, non ſolum cum boni aliqd datur, ſed & ob ea q̃ olim accepiſti? Deus angelis te parem facere ſtuduit: dæmon autẽ te ignobiliorem beſtijs terram perambulantibus, pſuaſitq; ut ipſas adorares. Deus te ad regnum cœlorũ, honoresq; alios trahit: dęmon aũt & pſentem honorem inuidit, nec antea deſtitit, donec te eijceret. Non internoſcitis illius

dogmata, quæ Sole clariora, modò quis non ſit ſtu- D pidus? Nã ſicut ea q̃ dei uirtutẽ: ita q̃ illius manifeſtè uitia cõtinẽt. Et ſi hæc intelligere nõ poteſtis, cur nõ ab alijs qui cõſulere poſſunt, quid nociuũ, & quid ſalutare ſit, diſcitis? Et qs non abſurdũ diceret, in negocijs alijs iudicio hoc nõ uti? Ecce ſiqs medicus eſt, potionemq; dat, accipienda eſt, nec curioſe inquirendũ qualis ſit, ſed habẽda uti ſanitati cõducens. Sin uenefic⁹ eſt, uel magus, uel incãtator qui illã dat: nõ modò non eſt curioſe q̃rendum qualis ſit, ſed & mox fugienda, utpote letifera & damnoſa. apud deum uerò hoc mõ non utendũ? quãuis nec dici nec cogitari poteſt quanto plus diſtet inter deum ac medicum, q̃ inter medicũ ac ueneficum. Quo pacto igitur non fuerit extrema abſurditas, in alijs nihil curioſius exquire re, q̃ ut differant qui cibos ſuppeditant, proq; doctrina tota habere pſonarum qualitatẽ: in his uerò quę à deo dãtur, nolle tãta rõcinatione & exploratiõe uti, & curioſius diſcere, hoc ſalutare eſt, illud pniciale? Nõ plurib⁹ adhortor, ne brutis ſimus magis irrationales. Verum reſiliamus, & aures colloquijs illis ne accõmodemus. Corrũpunt mores bonos colloqa praua: ma E ximè aũt ubi ueniam non merentur decepti. Inſuper 1.Co.15.d uidens regionẽ peſtilentem & morbiferam, in ea conuerſari non uis, quantumuis multę cõmoditates alię inuitent, ſed oĩbus ſalutẽ corporis maiorem facis: uidens aũt plenos nociuis ſermonibus, ac cõtagioſos, qui non ſolùm corpus corrumpunt, ſed & aĩam perdunt, deterioremq; ac uiliorem faciunt, ab illis non reſiljs? Audi, inquit ſapiens quidam uir, ne ſtes: reſilias, ne moreris. Timebat ille periculum etiam in breuiſi ,, ma conuerſatione. Hæc aũt dicimus, non quòd tam ,, ſolida ſint blaſphemorum placita, ſed ueſtræ infirmitati timemus. Nobis.n. gratia dei, argumenta illorum araneis imbecilliora ſunt. Et quãuis fide fundatis idẽ tidẽ obſtrepant, nihil tamen aliud lucrantur, q̃ riſum crebriorem, ſimiles amentibus, & ratione deſtitutis. Porrò nos infirmitati ueſtræ timemus. Neq; hæc aduerſus oẽs, ſed aduerſus eos tãtùm, qui rei, dicta ſint. Quandoquidem & Paulus Timoth. ſuum monet, ut 1.Ti.6.a uitet non ſolùm Gentilium ſtudia, & uerborum pugnas, ſed & uocum nouitates. Breue eſt tempus uitæ noſtræ, breue uiaticũ ſalutis. Si tps quantumuis breF ue, ideo cõceſſum, ut utile aliquid addiſcamus, nosq; ipſos ad ſuperflua, fatua, & nociua impendimus, quã do ergo ad neceſſaria & utilia ſuppetet? Iam ſi tps nobis dimenſum eſſet multò maximum, totum tamen in utilia inſumendum foret: uerum cum ita modicũ ſit & breue, an nõ extremæ dementiæ fuerit, ẽt quantumuis ſit breue, in dogmata aĩam corrumpẽtia collocare? Quid opus tibi remedio? Caue plagam, ne ad curãda uulnera, q̃ ab alijs tibi infliguntur, cogaris tps impẽdere. Sanitatẽ à diuinis ſcripturis collige. Quòd ſiquis aliquid aliud dicens, te acceſſerit: obtura aures, confeſtim reſili, ne moreris, etiamſi in regum ſis conuentu, ne te illis permittas, ne conſilij particeps ſis, etiamſi nõ ſetiò affirmetur, omnino periclitaberis, uel aurium cõione, ſi aut aduerſus deum aliquid dicitur, aut doctrina diuina reprehenditur. Quòd ſi non fugeris, nec odio habueris linguam blaſphemam, nec obturaueris ora impiorum: qũo liberè deum precari poteris, qui calumniatoribus cõicas? Obſecro ne fiant talia. Attamen hæc non præſentibus dixerim, immo etiam pręſentibus: nõ quòd ſitis rei, ſed ut curetis eos, quos hoc morbo laborare ſcitis, his alijsq;

G uerbis, ut malum hoc quod tam profundas radices egit, extirpetur. Fiat, oro, precibus sanctorum & amicorum: neq; n. tantum nostra ualent uerba, quàtum illi suæ intercessionis fiducia nos adiuuant. Fiat, oro, ut omnes nos, & quicunq; ad ecclesiæ plenitudinem pertinemus, a talibus malis liberemur, intrepidiq; ante tribunal Christi statuamus, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI
de prouidentia, uel fato, sermo tertius.

Vanquam etiam pridem de fato apud charitatem uestram disseruerim, nihil tamen uetat quin & hodie de eodem argumento denuo uerba faciam: non quòd id mali intantũ inualuerit, sed quòd magna est desidia nostra, qua breui ex paruis graues oriuntur morbi. Sanè & cæcis perspicuũ est, quòd fidelibus ut hoc malum effugiant, nec doctrina, nec rationibus opus sit. Nam sicut hi qui regiones nostras inhabitant, legibusq; nostris gubernãtur, & iisdem quibus nos regibus subsunt, persuaden di non sunt, ne usum nobis Persicarum legum inue-
H hant, sed prohibendi duntaxat. Ita & hæc se causa habet. Peccatorum. n. aliqua orationem & instructionẽ requirunt, ut magis uitentur: aliqua autẽ ita manifestaria sunt, ut solùm timore ac supplicijs prohibere ea oporteat: ueluti homicidia, adulteria, furta. Neq; n. reddenda est ratio cur hæc prohibeantur. Neq; legislator ipse, cùm de his agit, doctrinam & rationẽ adijcit, qua doceat esse rem malam: siquidẽ antea rationi hoc natura præcipit, sed solùm prohibet, dicẽs: Ne
Exo.20.c occidas, ne stuprum facias. At cùm de uiduarum con
Deut.5.b temptu, deq; inficiatione depositi nobis loquitur, ra-
Exo.22.d tionem adiungit, Miserere uiduæ, ait, & aduenę. Nam
& Zach. 7.c & tu aduena fuisti in terra Aegypti. Sabbatum otian
Exo.16.f do, ait, honora: eius deinde & rationem subdit. A fato autem deterrere non est ex eorum numero quæ oratione indigent, sed quæ manifestaria sunt. Nõ minus quippe liquet improbum & prohibitum esse fatum credere, q̃ mœchari & occidere. Quòd si quibus persuasum aliter, ne habeatis illis fidẽ. Quippe & homicidium perpetratur, licet uetitum sit legibus. Committuntur itẽ rapinæ & adulteria, licet legi aduersen-
I tur. Insuper sicut Græcorũ legibus prohibitum est homicidiũ facere, ita & natiuitati credere manifestum. Nã si de adulterio accusatus, ante tribunal dicat, Nõ ego peccaui, sed coegit me natiuitas. Volebã. n. ego esse continens, at illa me ad flagitium incitauit & impulit. An non propter hoc ipsum grauiores de eo pœnæ sumẽdæ, quando quidẽ ita ridiculè se defendit? Putasne ueniã illum consecuturum? Nequaq̃. Dignus. n. est in quẽ animaduertatur. Porrò si omnia fatali natura fiunt, & non arbitrio, nulla iam reliqua erit excusatio: sin arbitrium natiuitate potentius, nihil coget natiuitas. Si fatum est, ẽt si quis uaria conetur, necesse tamen ut fati imperata faciat, frustraq; punitur, & iniustè ueniam non assequitur. Esto aũt, ueniam obtineat, nemo tamen est qui illũ audiat: fabulam. n. narrare & delirare uidebitur, adeò ab omnibus reproba tur. Aliãs ad excusationem sufficit, & crimen totum aboletur, si quãdo ab homine quis cogitur, & uim sibi fieri causari pt. Vnde multi principes iustorum homicidiorũ accusati, pœnas dederunt. Carnifices aũt ipsi ministri mortis, cędem manibus suis ppetrantes, à nemine ad tribunal sunt protracti, neq; contra eos inuocãtur magistratus. Satisfaciunt. n pro illis necessitas, dignitas magistratus & rimor subiectionis. Qua K re igitur si homini ignoscimus, qui ab alio eiusdem naturæ & generis hoie cogitur, nõ ignoscimus etiam his q fato sunt subditi? Dixerit aliquis fugiendũ erat: sed tã ferreum, tamq; inexorabile est imperium fati, ut effugere possit nullus, siue i solitudinẽ, siue ad mare, siue quorsuncũq; cõcedatur. Et quo pacto nõ absurdũ fuerit, quòd hi q Barbarorũ ui cogũtur, multã ueniam obtineant, ita ut nec apud magistratus accusentur: alij uerò qui à longè uiolentiore potestate, ut dicunt, cõpelluntur, pœnas luant, nihilq; ad defensionem prosit eis necessitas? Verum, quis unq̃ uel maleficorum in foro, uel famulorum in domibus, uel puerorũ in scholis, prętexẽdo fatum, euasit supplicium? Quare igitur fatum inducunt, qđ in nullo honore obseruãt? quandoquidem fati nomine, eius necessitate
L presis cõdonãt nihil, sicq; reipsa declarãt nugari se, id quod & secum sentiunt. Præterea cùm grauiter deliquerint, non uerentur alijs peccatis etiã hoc asscribere, quasi eo pœnã imminentẽ euasuri, quod grauiorẽ reddunt. Neq; n. tam graue facinus est peccare, quã post peccatum non pudere, & de propriis malis accusare deum. Immo id peccato quouis peius est, & nimirum diaboli opera curatur, quod culpam oẽm in deum referentes, non solũ ad bonum segnes, sed & ad malũ propẽsi sumus. Quando quidẽ tam aiam, q̃ linguam ad blasphemandum incitat, ut defensionis prætextu deus incusetur, & eorum quæ ipsi facimus, crimen in eum qui nõ est author criminis, transscriba tur. Et utiq; in homines tale quiddam attentasse capi tale foret. Qui. n. innocentem calumniatur, ob audax facinus ipse plectitur. Ecce quot mala dæmon constituit fati nomine, ut uirtutem aboleat. Nam ubi psuasum fuerit aię quòd non ultro peccamus, etiam q̃ alacris fuerat ad ferendos pro uirtute sudores, dissoluta tamen ac negligẽs fit. Enimuero ubi addiscit adulteros, homicidas, fures nõ esse dignos reprehẽsione, quasi è procliui loco decurrens, nõ quiescit donec & deũ & diuinam prouidentiã calumnietur. Quo malo, dicsodes, qđ aliud petus? Fugiamus igitur dilecti idololatriã hanc. Profectò mors est in hac olla, unde
M quisquis uel parũ corrupti dogmatis hauserit eũ mori necesse, nisi properè recurrat, purãq; recipiat fanitatem. Cæterũ ne inutiliter lugeamus post hanc uitã, quando hinc nobis emigrantibus pniæ tempus resecabitur: quotquot hoc morbo tenemur, nunc cùm adhuc licet, resipiscam⁹, nosq; ipsos recuperemus. Sin rectè ualemus, operã dem⁹, ut bona nostra ualetudo diligẽter cõseruetur, & alijs qui hoc morbo laborãt, curatricẽ manum porrigamus. Nam si tantum obsequij & ministerij corporibus ægrotãtibus exhibetur, quid nõ facere debemus, cum aia ipsa ægrotat? quid item non ferre debemus, quò reparemus fratrem qui mẽbris nostris cognatus est, unũq; corpus pficit ecclesiasticũ? Omnia, precor, illius nomine faciamus, nihil non operemur, maximè canes luposq; abigendo. Neq; n. putare debemus sufficere nobis ea q̃ ad salutem nostram tantum ptinent. Nam sicut dicitur. Si uidebas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris ponebas portionẽ: sic & hic nobis dicetur, si uiderimus ali
Psal.49 quẽ ex fratribus, blasphemis sermonibus & susurris alios furtim abducentem. Domus. n. domini ecclesia est, in qua fideles uasa pciosa sunt. Si ergo uideris externum aliquem, uolentem surripere uas aliquod, licet ipse nihil surripias: periclitaturus tamen es, si con-

A tempseris uenire & denũciare his quorum interest ea corrigere. Reus factus es animæ illius, uidens furem perfodere murum, & non prohibens uel per te, uel p alium. Quod dico, non quòd simpliciter tibi immineat periculũ, sed & ut securus fias, & non minus pro aliorum, q̃ tua salute solicitus sis. Sic. n. promissis frui bonis poterimus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in seculorum secula, Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI
Phili.3.a *de prouidentia, uel de fato, sermo quartus*

Adem dicere, mihi quidem non molestum,
e uobis autem & securum. Ita Paulus. Quòd si Paulo illi ad discipulos suos opus erat frequenti institutione: Paulo, inq̃, qui singularem docẽdi gratiam à spiritusancto fortitus erat, qui imperiosa authoritate percellebat aduersarios, qui omniũ morbis medebatur, qui ab omnibus ita audiebatur, & colebatur quasi angelus qui de cœlo descendisset, immo quasi Christus ipse. Quòd si illi, inquã, opus erat subinde eadẽ repetere, quantò magis nobis qui nullius sumus momenti? Et profectò in rem uestram est
B de ijsdem sæpius audire: & non solum de ijsdem, sed & eadem. Nemo igitur grauatim ferat, aut confusanea nos proferre arbitretur, quòd de eodem argumẽto eadem repetimus. Quamuis etsi confidere liceat, quòd ad unum sermonem nostrum morbos animæ omnes deponatis, sicut & summa de uobis spes nobis est: attamen cùm denuo de ijsdem dicimus, fit ut solidior stabiliorq; uobis contingat incolumitas, & non facilè in eosdem, quos ægrè curauimus morbos iterum casuri sitis. Et cum suspicer superesse adhuc aliquid reliquiarum huius mali auditoribus, necessaria fuerit, & cõgrua frequens de ijsdem repetitio. Atq; hodie operæ pretium ut dicamus, quoue modo id mali possimus effugere: & quo pacto euademus? Primùm piè pcando, & confabulãdo cũ deo, dein assuefaciendo nos sanctis cogitationibus. Certũ est quòd si futura spectaris & pterita, deq; his rectam tuleris sniam hoc malum anima tua degustatura sit nunq̃. Itaq; cũ
C uideris locupletari indignum quempiam, ne ideo dicas, ne putes æmulatione dignum, ne diuinam prouidentiam reprehendas, & præsentia fortunæ subdita
Luc 16.c temerè ferri existimes, eo quòd indignus ille ditatur: sed memor esto Lazari & diuitis. & quo hic ad luxũ fastigium q̃ diuitiarum peruenerit, licet crudelis esset, & immitis atq; inhumanus, canibusq; ipsis ferocior. Quandoquidem canes pauperis miserabantur, & eũ curabant, etiam ulcera totius corporis lingua lambẽtes: diues uerò ne micam quidem impartiebatur. Cogita ergo, quo diues tanta abundãtia potitus sit: pauper uero ille, qui reuera diues & abundans in extremam inciderit miseriam, ita ut ne cibum quidem necessarium haberet, perpetuumq; cum fame & morbo bellum gereret. Et pauperi quidem non erat, quãtum postulabat necessitas, diues autẽ fruebatur pluribus q̃ satis erat. Cæterùm non ægrè ferebat pauper, non dicebat uerbum impium, non incusabat deum, nõ reprehẽdebat prouidentiã, nõ fato euẽtus adscribebat: non dicebat uel ad alium, uel ad seipsum: Ego cũ non admiserim singulare malum, tantam luo pœnã, extrema fero supplicia, tabesco fame, uexor morbo difficillimo, & parum abest quin oẽm formã hominis amittã, atq; totus absumar. Ille uerò locupletatur & deliciatur, alienis calamitatibus uictitat, & infortunijs meis insultat. Et tã inhumanũ & immiseri-
D cordem, tam crudelem & saxeum deus harum opum secit dominũ: me uero qui ne minimo quidem ueribulo exasparim quẽquam, hisce laboribus permittit implicari? Vbi illa iusta dignaq; iudicia? Vbi illa pro nobis solicitudo ac prouidetia? Nihil talũ dixit Lazarus. An non absurdũ est, quòd cũ hi qui grauiter affligun tur, dominum in omnibus benedicũt: tu uero qui extra agonẽ constitutus es, inde blasphemas deum, unde alij gratias ipsi habent? Item cũ is qui ualde affligitur, si uerbum aliquod aspum & dolens proloqtur, uenia indignus est, tamen si non tantũ quantũ alius: qua uenia dignus erit fœlix, nullamq; miseriam expertus? nõ propter se, sed propter alium animam perdet: inde blasphemat deũ, unde alius gratias agit, & semper à laudibus nõ deficit. Quãdo igitur uideris iustũ affligi, recordare huius exempli. Neq; n. proferre mihi poteris aliquem isto iustiorem: id quod tam patietia q̃ præmijs eius declaratum, siquidem primũ locum sortitus est, & cum Abrahã colitur. Neque alium proferes, qui maiora sit passus, quiue sic despectus. Quid enim dices, cũ neq; deciduę miçe illi sint datę? Quum
E igitur uides insignitam malitiam, quid nam crudelius diuite, pauperem in tanta calamitate non agnoscẽte, & prætercurrẽte? Et quid abundantius mensa illa, uestitu, delicijs, & prosperitate? Et contra, cũ uides excellentem iustitiam. quid enim anima hac, qui talia patiebatur, extremamq; miseriam tam uiriliter ferebat, deo gratius? aut est aliquid miserius fame & incurabili hoc morbo? Qualẽ tibi dabo ueniam, si in alijs offenderis? An res humanæ intra uitã præsentem omnino conclusæ sunt? expecta finẽ, & uidebis quid uniuscuiusq; uita meruerit. Ne ante brauia & coronas tumultueris. Cũ uideris utrũq; ante tribunal accipere sententiam, tunc & ipse tuum de unoquoq; iudicium affer. Quot nunc latrones uias obsidẽt, quot fures parietes perfodiunt, quot testamẽta morientiũ rumpũt, quot alienis coniugijs insidiantur, quot uenenis mortiferis multos pdunt? num propter hos obloqueris iudici? Nequaq̃: sed si sententiam ferendo, male ab alio affectum puniret, & male facientẽ honoraret atq; absolueret, tunc nota, malisq; extremis dignus esset. Cũ uero nondũ iudici sunt oblati, neque ferẽdæ sententiæ
F tempus adest, & nõdum iudex ratiões exquirit, tũne præueniendo condẽnabis? At oportebat, dicis, ẽt hic peccatoribus irrogari pœnas. Homo ingredere in cõsciẽtiam tuã, & cogita ut tu ipse hactenus uixeris, mutabisq;, opinor, sententiam, & cãcellato suffragio tuo, deum ob longanimitatem suam misericordẽ prædicabis. Nã si à quouis iuxta peccata sua hic esset sumẽda pœna, non durasset usque ad nostra secula genus humanum. Quis enim gloriabitur se habere purum cor? aut quis cõfidet se mundũ à peccato? Quòd si de *Prouer. 20.b* longanimitate dei doles, cogita diligenter quæ ẽt tu peccaueris, discẽsq; quanta suæ patientiæ gratia, proculdubio suã in tolerandis malis mansuetudinẽ admiraberis. Turbarit, mœres, & luctu comples oia, quòd indignè locupletetur ille, & maiori cura foueatur. Verũ non audis *Psalt*ẽ dicentẽ: Ne timeas, si ditatus fue- *Psal.48.d* rit homo: quia cũ morietur, ipse non sumet omnia, neq; descendet cũ ipso gloria sua. Non audis prophetam clamãtem uoce magna: Omnis caro fœnum, & *Esa.40b* ois gloria hominis sicut flos fœni? Non uides etiam rerum euẽtus prophetarum testimonijs adstipulari? Non uides eos respõdere his quæ dicta sunt? Nã cum moriũtur, non accipiũt omnia. Audi & Iob qui idem

G dicit: Nudus exiui de uentre matris, nudus & abibo.
Iob. 1.d quia cū moritur, nō sumit ille oīa secum. Audi & Paulum, qui & ipse eadē sapiēter disputat: Nihil attulimus
1. Tim. 6. in hunc mūdū, manifestū est quòd nec efferre quid
b possumus. Et tu beatū dicis hoiem, qui nihil auferre
potest illuc ex ijs, q̄ in die iudicij patrocinari deberēt?
Estne alia, dic oro, maior miseria ac ærūnositas excel
lentior, q̄ quòd hinc miserrimus oium decedit, qui in
multo luxu ac delicijs uixit? An si quem in foro uides
luxu, delicijs, & alieno gaudētē honore, parasitisq̄ &
adulatoribus multis stipatum: & qui cū in domū suā
redit, nihil horū habere potest, sed nudus est & igno
miniosus, & quouis mendicimonio uilior & indigen
tior: tu illum æmulandū putas, & nō magis miserabi
lem, miserumq̄ asseris? Idē & de diuitib⁹ senti. At sunt
nonnulli, quia incidimus in hos philosophicos sermo
nes, qui perinde ac sues & hirci, gulæ uentriq̄ dediti,
præsentibusq̄ tantū rebus seruientes, nihil futurū pu
tant postquā hinc decesserint: sunt & alij, qui futura
quidem aliqua credunt, futuris tamen præsentia præ
ponunt. Illis quidē qui nihil post uitam hanc esse, ani
H mamq̄ nostrā extingui putāt, nullam reddendam ra
tionē censemus: fortē et ridiculum, si contradicatur
utpote insanientibus & mente destitutis. Neq̄ enim
fiquis in meridie esse diem addubitet, ac de confessis
ab oībus hæsitet, eū oportet sermonibus multis ad
monere, & ad dogma illud trahere. Verūetiam ad il
lum, propter charitatē uestram, quantùm gratia dei
dederit, loquemur. Quid dicis homo, nihil post hanc
uitā esse putas? hoc.n. dicere cogeris. Quo pacto? Sic:
nā qui semel à ueritate subuersus est, à diabolo semp
in deteriora dogmata intruditur. Ecce persuasit so
brietatem, uel mansuetudinē, uel aliam uirtutem ne
gligendā, fecit longē deterioris uitæ, & impurioris cō
scientiæ homines: deinde quærunt, qūo peccatorum
retributio in alias trāscribatur: oportebat sanè à pec
cato cauere, id quod nō fecerūt, sed malum illud de
fato dogma, quod malis infinitis refertum finxerūt:
deinde cū hoc iterum arguimus, & coguntur ēt fate
ri nihil esse præsentia, subuertunt & futurū, & tollunt
quod de resurrectione dicimus. Vbi aūt & i eo redar
guuntur, in aliud dogma maioris impietatis prola
I buntur. Veruntamē nunc quod in manibus est, refu
temus. Nihilne est ô homo post hanc uitam? Ad hæc
dogmata respondē, & ne elabere. In hunc modū deli
rauerunt Gentiles, ueris tamen doctrinis non restite
runt. Quòd si & illos sequi libet, en admiserunt post
hanc uitā correctiones, futuraq̄ in inferno iudicia &
accusationes, pœnas & præmia, suffragia & missas. Sic
si & Iudæos & hæreticos, & cuiuscunq̄ alterius sectæ
homines rogaueris, erubescent, tam certā habentes
huius dogmatis ueritatē. Nā licet in alijs inter se dissi
deant, in hoc tamen oēs cōcordes sunt, quòd dicunt
alibi esse supplicia eorū quæ hic perpetrantur. Verū à
nullo istorum persuaderi uis, tuo errori impudenter
innixus. Igitur pp eos qui adhuc sobrij, necessariū de
his mouere sermones. Si enim confitentur post hanc
uitam futurū nihil, necessariò cōfitebuntur neq̄ deū
esse. Vides sicut dixi, semper posteriora dogmata in
quæ incidunt peiora esse primis. Si nihil est post hanc
uitam, neq̄ deus erit. Nam si deus est, iustus est: si iu
stus est, iuxta merita unicuique distribuit. Si aūt nihil
est post hanc uitā, ubinam accipient singuli pro suis
meritis? Aduerte item quòd multi, sicut paulò antea
ipsimet testati sunt, hic bene habent, & in honore ha
bentur, licet mali: alij aūt affliguntur, licet iustè uiuāt. K
Si igitur posthac nihil est, emigrabunt iusti affecti in
iuria, & iniusti immerito felicitate potiti. Vbi manē
bit ergo iustitia? necesse igitur ēt esse tempus aliquod,
quo unicuiq̄ ut meretur distribuitur. Nā hoc hic nō
inuenimus. Aut si tēpus non est, qūo unusquisq̄ acci
piet merita? quòd si merita nemo accipiet, neq̄ deus
est secundū te iustus. Si aūt non est iustus deus, neq̄
deus est. Vertatur blasphemia in eorū caput, qui nos
ad hæc dicenda adigūt. Mirum, in quantam blasphe
miam sermo excurrit. At qui deū esse creaturæ clamitant. Igitur & iustus est, quòd si iustus tribuit unicui
que qd iustum: si aūt unicuiq̄ quod iustū est tribuit,
necesse est post hanc uitā futurū tempus, in quo sin
guli iuxta merita accipient: & irrogetur alijs pœna, &
detur alijs honor pro reb⁹ bene gestis. Resipiscamus
dilecti quotquot deū ignoramus. Resipiscamus, uigi
lemus: peccasti, ne adiicias ultra peccasti, ne secundò
impliceris peccato. Nos aūt ternis quaternisve uincu
lis ligati sumus, si dictorū dogmatum pōdera in ani
mas nostras inseruerimus. Peccasti, agnosce dominū
misericordem, humanū, benignum, medicum, propi L
tium, facilem, exorabilem. Nō audisti, quòd quidam *Mat. 18.c*
decem millia talenta debens, oēm facultatē domini
decoxerat, paratus tamen existens & mulierē, & pue
ros dare: & quia solū plorauit, solosq̄ pedes domini
attigit, totius debiti illius remissionē inuenit. Si aūt di
cis, quòd postea ipsum tortoribus tradiderit, sciunt q
historiam tenēt, quòd alterius mihi misericordię ar
gumentum narras. Nā & tūc misericorditer ipsum di
misit, & rursum misericorditer in uincula cōiecit, idē
faciens alterum iuuando, qd fecerat illum dimitten
do: simulq̄ istum erudijt, ne esset crudelis & inhuma
nus, & illum à ui & immisericordia liberauit. Videte
dilecti (bene enim dum hęc loquor, in mentē mihi ue
nit,) non sola auaritia & rapina, sed & immisericordia
in gehennam nos ducit. Ille enim, non quia aliena in
iustè rapuit, sed quia sua immisericorditer repetijt, tra
ditus est tortoribus. Dictū.n. quòd debebat, quāuis
debebat & ille. Debes aūt & tu debitū. Eadē in utroq̄
iustitia seruanda erat. Ob hoc tibi dimissum est, ut be
neuolentia sua tibi mōstraretur, tuq̄ dominicę beni
gnitatis fieres imitator. Verū, cū tu rebus bene succe
dentibus, nihilo melior efficeris, alia te uia corrigit, M
pœnis uidelicet & ultionibus: ita tamen, ut & hoc be
neficij genus sit. Tradidit tortoribus, ut eximeret ab
anima malitiā, exemplū optimi medici secutus, q̄ ferro & igni opus habet, si nihil leni remedio proficit.
Sciebat quidē cū dimitteret ei decē millia, quòd cru
delis esset ac inhumanus: sed pœnas distulit, expectās
euentū rei: id quod sæpe facit. Vbi enim de facto con
stiterit, & tibi rationē reddiderit rei quā facturus est,
facit quod uult. Sicut Sodomitarū ciuitates deuasta
turus, nō ita simpliciter in eos ignem demisit: sed qd
agit? Auditur Sodomorū & Gomorrhæorū clamor, *Gen. 18.c*
& nihil adhuc agitur. Descendit ut uideat, neque sic
subsistit: sed mittit angelos, qui tibi ostendāt malitiā
inhabitantiū ciuitatem: quò nulla relinquatur occa
sio blasphemandi deum, etiā impudentibus: sed ma
nifestetur quòd iustè deleātur tam inhospitales, tam
inhumani, tam præuaricatores, tam ignari iustitiæ,
tam euersores comunium legum uaturæ, tam pleni
omni malo. Quid tam benigno misericordiq̄ deo
æquale? Nos uendicaturi, sæpe dedignamur rationē
reddere: ipse autē nisi prius te docuerit, nisi prius te

A admonuerit, nisi rationē à te acceperit, ut iustè pœnā
irroget, nō animaduertit in eos qui iam olim merue
rant pœnas, paratus ubiq̄ rationē reddere, & nō dedi
gnatur iudicari. Vbiq̄ propheтę eiusmodi sermonib⁹
pleni sunt, ubiq̄ iudicia dei cum hominibus audiun
tur. Sæpe ipsi qui iniustē egerant, ad iudiciū uocātur,
sæpe ēt ad manifestandā iudiciorum euidentiā crea
turas considere facit: neq̄ ipsum aduersariū, neq̄ crea
turas insensatas in iudicio audire refugit deus: q mos
Mic. 6.a noster est, cū maximè iustas nostras esse causas consi
Esa. 1.a dimus. Audite ualles & fundamenta terræ, quia iudi
cium domino. & iterū: Audi cœlū, & auribus percipe
terra, quia dominus locutus est. Sæpe aūt illos ipsos
Mich. 6.a citat: Populе meus quid feci tibi, uel in quo iniuria te
Hie. 2.a affeci? Et Hieremias. Quid inuenerūt in me patres ue
stri negligentiæ? Neq̄ solū ita agit cū ciuitatibus & gē
2. Re. 7.a tibus, sed & cū priuatis quibusdā hominibus. Cū Da
Ionæ. 4.d uide per prophetā disceptat. Ionæ qui Niniuitis prędi
care renuerat, per coloquintidas respondet: Si tu par
cis pp coloquintidas, ego non parcam pp Niniuen.
Plenas inuenies talibus scripturas. Hęc igitur scientes,
,B ipsum adoremus, ipsum admiremur, ipsi seruiamus
quantū possibile est: nā quantum dignū est, non est
possibile. Ita diligenter hanc uitā instituentes, ne du
bitemus deū constituisse & gubernare oia sua prouidentia. Vt & tandē hinc emigrantes, promissa bona
percipiamus: quorū nos compotes faciat gratia sua
Iesus Christus, cui sit gloria in secula seculorū, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de prouidentia, uel fato, sermo quintus.

n Vllum tam malū dogma est dilecti, nullum
tam incurabili putredine plenum, ut illud qd
de fato & natiuitatibus. Vbi.n. blasphema,
impia & pestifera hęc opinio deceptis pectoribus insi
ta fuerit, persuadet ut talia de deo dicantur, q̄ nec de
dęmonibus oportebat: cōfunditur tota uita, turbisq̄
ac motibus complentur oīa, subuertuntur, dissoluun
tur, & superuacua ostenduntur oīa, quę uel à deo, uel
à natura, uel à prophetis ad emendandos, instituen
dosq̄ mores inuecta sunt. Fitq̄ perinde, sicut cū æger
C corpore medicina indigens, persuadet medicis phar
maca parātibus, nō esse sibi illis opus: ita ut nec mor
bo liberetur, sed expectet sibi per ignauiā, socordiāq̄
miserabilissimū interitum. An nō ita loquitur fatum?
Nemo utilia admoneat, nemo admonentes audiat.
Frustra sunt leges & iudices, frustra disciplinæ & ad
monitiones, frustra supplicij timor, frustra dignitates
& honores, & præmia bona operantibus constituta.
Neq̄ si laboraueris, proderit: neq̄ si neglexeris, obe
rit. Pueri ne in ludū eant, uiri ne leges audiant, ne cō
silia auscultēt: quid afferre poterit labor? Sicut nauis re
migio carens: nautisq̄ & gubernatoribus destituta,
ingruēte tēpestate: sic relicto cogitationis ampluſtri
mens feratur. Vellēs ne, dic quæso, hoc nobis persua
deri: nihilq̄ qd ad hanc uitā spectat nos operari, ut ta
ceamus interim de his q̄ ad animā spectant, & de præ
senti corporali tantū uita loquamur? Cōcedamus ea
quæ nobis fatū disseruit. Itaq̄ neq̄ delinquētes famu
los corripiemus, neq̄ corruptos & intēperantiæ dedi
tos admonebimus, neq̄ ad tribunal trahemus iniu
stè agētes, & nullas oīno leges audiemus. Vellē hoc
aliquantisper fieri, & reipsa dānosam ac pestilentē illā
malorum magistrā spectari. Nam si oīno necesse est
fieri, ut fatum fert, siue nos dormiamus, siue labore- D
mus: igitur agricola neq̄ boues iungat, neq̄ aratrum
trahat, neq̄ sulcos fecet, neq̄ semina spargat, neq̄ an
ni partē studiose obseruet, neq̄ ferat gelu, neq̄ ībres,
neq̄ alias anni molestias: ne acuat falces, ne demetat
fruges, ne terat aristas, ne plantet, ne curet plātas, om
nem simul agriculturę rationē abiiciat, domi sedeat,
omni tpe dormiat: oīa enim q̄ à fato decreta sunt, ul
tronea in domum aduolabūt. Sin Parcæ fusum in cō
traria uerterint, ēt quanuis laboretur, laborum, sudo
rumq̄ nullus erit fructus. Quare igitur non eadem &
uos admonetis: siquidem uerè fatum creditis, quare
non admonetis, & probatis reipsa fati bona? Vis mi
hi ostēdere quid fatum possit, tolle agricolationem,
aufer nauigationem, reiice sellularia illa opificia, nul
lus sit faber lignarius & ædificans, nullus chalcoty
pus, nullus textor, neq̄ alius quis uitæ nostræ utilis ar
tifex: & bene uidebis quę sint opera fati, bene senties,
bene intelliges illius immutabilitatem. Et quid dico
artes quib⁹ opus habet uita nostra? Sint opificia, neq̄
ullum sustuleris: sed oībus in suo ordine manentib⁹,
unusquisq̄ pro se solicitus sit nihil, nullus domus suæ E
curam gerat, sed fato permittat sua oīa gubernare,
scietq̄ utilitatem eius cū urgebitur & torquebitur, ut
pendat tributa & census: & cū soluendo non est, con
fugiat ad fati patrocinium, & nemo eū audiat. Quan
diu pueri sumus sensibus? quousq̄ pergimus delirando? quandiu nō agnoscimus cōem dominum? Si bo
nos & improbos facit fatum, quare erudis puerum?
quare admones? Frustra enim & incassum sunt oīa. Si
diuites pauperes facit fatum, ne mittas eū i scholas,
ne relinquas ei opes, ne aliquid eorū facias, per q̄ cre
scunt opes: sed permitte ipsum fato. Sat scio, non per
mittes. En qūo in minoribus nulla eius potētia credi
tur, & qūo illi in maioribus credes? Nā si fatum iure
est, sine ut puer malis cōiuat, & à corruptis corrūpa
tur. Omnino si fatum illi aliquid decreuerit, ac statue
rint Parcæ, ipsum tibi proderit: siquidē fatum ita con
stanter asseueras. Quid ergo tibi, alteriq̄ facis negotium? Et quid de pueris loquor, cū id nec i seruis tuis
obseruas? nam eis minaris, eos terres, & modis oībus
anxius es, ut boni fiant, nihil fidēs natiuitati. Aut qua F
re castigas malum, cū peccatū non tam illius, q̄ nati
uitatis sit? Aut quare laudas ut bonus euadat, cū bo
num opus nō illius, sed natiuitatis sit? immo neq̄ bo
nus, neq̄ malus erit aliquis. Qui.n. iuxta te nihil à se
ipso facit, sed aliunde urgente necessitate: is neq̄ bo
nus neque malus erit. Aut quare laudamus uiros uel
uituperamus? quare malè uel bene precamur alijs? Vi
des in quantam absurditatem nos impellit sermo fa
ti? Nullus est cōtinens, nullus est incontinens: nullus
auarus, nullus iustus. E medio tollitur uirtus & ui
tium, frustraq̄ in hanc uitā peruenimus: imo nō fru
stra, sed magno nostro malo. Et qūo nō absurdū, in
tantum malum per natiuitatis necessitatē cogi, & ite
rum uiolentia eiusdē extrema supplicia ferre? Miseran
da res, misera res. Exosi sumus & plectimur. Aut, nō
honore & supplicio dignior, qui iniuria afficitur, &
uim patitur: nobis autem & iniuria fit, & pœnam su
stinemus. Quid hoc irrationabilius cogitari posset,
ut ab iisdē, supplicijs tradamur, à quibus malè affecti
in malum intrusi sumus? Fecit homicidam fatum, &
nunc animā petit, eo quòd sibi obeditum sit. Quid
hoc dogmate damnolius? Quasi siquis aliquem ui
præcipitet in profundum, & postea ea de causa illum

G puniat uel quasi quis reginæ barbaræ traditus ut cæ
datur, innumerisq; malis afficiatur, ideo puniatur, qa
seruituti & captiuitati fuerit addictus. An posset ali-
quid uel absurdius, uel miserius, q̃ hæc, si ita se habe-
rent? Et ignoscũt hostes hostibus, quãdo aliqd, quan
tũuis graue, fecerint inuiti & coacti: fatũ aũt uenia
dare nescit obedientibus, ac per oia auscultantibus,
imo coactis, & propterea ad supplicia postulat, ad q̃
facienda paulò ante cogebat. Quæ spinositas, quis la
byrinthus, q̃ tempestas tantã confusionẽ imitari pos
set? Non sufficit mihi unica illa offensio, quòd cũ ni-
hil peccarim, in malũ intrudor: & alius qui nihil boni
egit, bonus euadit, & honore fruitur? Non sufficit illa
offensio, quòd absq; causa me malũ & illum bonum
fecit, nisi & aliam adiiceret? Et utinã uel hominum in
iudicando æquitatẽ fatum fuisset imitatum. Nam ho
mines mãsuetudine & iustitia sua inter uoluntaria &
inuoluntaria diiudicant: hoc uerò humana dispẽsan-
do, oia cõfundit uerè malus qdã dæmon & erinnys.
Iam si nõ est deus qui hæc curet, alia quędã esse ratio
cõuincetur. Neq;.n. posibile est in tanta ordinatione
H deesse prouidentiam. Et si non est deus, qũo hæc oia
constitere? si aũt est, qũo ab eo despiciuntur, q̃ ab ip-
so sunt condita? Vide impiam & portẽtosam blasphe
miam. Si uerò ab eo hæc cõdita nõ sunt, despicit aũt
quæ fiunt, redit ur in similem priori blasphemiam. Vi-
des ut undequaq; constringitur diabolus, hoies in id
blasphemię aduersus deũ impellens? Persuadere uult,
fatum regere: & tu putas esse certã doctrinã? Ne accu
ses mulierem adulterã, ne iracaris, nec ad iudicis tri-
bunal trahas adulterũ: Si uideris furem parietes per-
fodientem, ne apprehendas eum, ne exposcas pœnã:
siquidem hoc non ultro fecit, ut tu dicis. Negligę igi-
tur tua oia, quia si à fato decreta sunt, omnino succe
dent. Abiice quicquid habes auri, ne cura domũ, ser-
uos, forum: nihil inde nocumenti erit otioso fato. Ve
rũ, nihil horum feres, atq; ita opere ipso condemnas
decreta fati. Cur ergo, quod in oibus damnas, præte
xis ad expurgãda peccata? Manifestũ est errorẽ hũc,
non aliunde q̃ ab ignauia introductum, ut pij cona-
tus & labores uirtutum tollãtur. Ecce si natiuitas uel
fatum est, iudicium nõ est: si natiuitas est, fides non
I est: si natiuitas est, deus non est: si natiuitas est, om-
nia frustra, oia temerè & facimus & toleramus. Non
est laus, non est conuicium: non est pudor, non est con
fusio: non sunt leges, nõ sunt iudicia. Sed dicit, Vnde
igitur quòd ille locupletatur, alius fit pauper? Opor-
tet eorum, quorum rationes scire nõ possumus, igno
rantes manere, & non malo errori adhærere. Satius
enim ignorare bene, q̃ scire malè. Nã ut illud reprehẽ-
sione caret, ita hoc ueniã non meretur. Verũ ẽt idip-
sum aliquo modo nobis, dei gratia manifestũ, qua-
re ille diues, & alius pauper. Diues.n. est uel ex patri-
monio, uel negotiatione, uel arte institoria, uel rapi-
na, uel uiolentia, uel felicibus nuptijs, uel agricultura,
uel opificio, uel aliquo alio tali modo: nã multi sunt
ditescendi modi iusti, ac iniusti. Sic & pauperem fieri
contingit uel uiolentia, uel calumnia, uel auarorum
fraudibus, uel luxu & crapula, uel ignauia, uel stulti-
tia, uel aliquo alio modo: nã & hi modi multi sunt.
Iterum aũt dicit: Quare ille, cum scorta pascat, & pa-
rasitos, & adulatores, inuadatq; res alienas, ac uiuat
dissolutè & lubricè: possidet tamen diuitias, quasi ex
fontibus affluentes. Alius uerò, licet piè, mansuetè, so
briè, iustèq; uiuat, uictu tamẽ necessario caret. Et bo
nus ille laboriosam uirtutis uiam deligit: malus aũtẽ
sceleratã uitiorum uiã incedit: & quare igitur malus
ille diues est, & bonus pauper? Causa est, ut dum hic
pauper fortis est, ac patiens, maiorẽ mercedem accí-
piat: diues aũt malus, maius supplicium, nisi mutatus
melior euadat, & dominũ suum agnoscat. Nã dilatio
nes à deo concessæ, perseuerantes in malitia magis
grauant, ceditq; eis in maiorẽ condemnationẽ maior
prosperitas: sicut & bonis afflictio & angustiæ coro-
narũ augmentũ sunt, etiamsi nonnunq̃ lapsi fuerint.
Habet.n. & modũ suum ueniæ donatio, nec simplr
& indiscretè peccata iudicantur, sed aliter diues, & ali
ter pauper. Diues absq; uenia, pauper cũ uenia Exem-
pli gratia: Sit fur & ambitiosus, diues & pauper. Pau-
per enim, licet frigidã, tamen aliquã excusationem ha
bet. s. paupertatis necessitatem: diues uerò nullam, q̃
fide digna sit. Atq; sicut pauper i hac uita inferior est,
tantò in futura bonis operibus abundabit: cõtrà ue-
rò, diues hic superior, alibi ob peccata inferior erit. Ne
mo ergo putet iniustè agi cũ pauperibus, & diuites
plus habere. Nam quotquot hic affliguntur, uel om- L
nino resipiscunt, uel minora alibi pendent supplicia:
quando quidẽ hic afflicti fuerunt. Qui uerò feliciter
hic agunt, & in honore, manẽtq; mali: his honor pœ
narum erit fomentũ. Vides.n. qũo ubiq; deus præsẽ-
tes honores malis exprobrat: Vedi tibi oia domini Amos.2.
tui, & iterũ, Sacerdotib. Eli, honorem. Et alibi, Dedi
ex adulescentibus uestris prophetas, & ex filijs uestris
in sanctificationẽ. Et ea q̃ de eremo ubiq; inculcat: tu
uerò cũ uides diuitẽ iniustè uiuere, studere auaritiæ,
rapere, habes cur ipsum deplores: quãdoquidẽ in di-
uitijs hoc agit. Cũ uerò uides pauperem, cui iustitiæ
cura est: habes quod in eo admireris, eo quòd in ino
pia talis sit. Hæc si tecum rectè expenderis, nunquam
de rerum euẽtibus ualde moueberis. Si ad futura re-
spicis, & præsentia nihili existimas si illa semper spe-
ras, & ab his te semper abducis, fiet ut bona omnia
consequaris, gratia Christi, Amen.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOstomi in dictum Apostoli ad Corinthios: Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiicietur ei, qui sub. &c. Item de mundatione leprosi, de mysterio ternarij, & cornu olei.

1.Co.15.d

M

Nhesterno fratres, quẽ de æterno Christi re
i gno habuimus sermone, & nos oẽs dicendi
neruos intendimus, & his q auscultarunt, iu-
sta sufficiensq; obtigit enarratio. Iusta inquã, non si
dignitas rei prædicandæ, sed si meæ prædicãtis uires
spectentur. Neq;.n. uel in cœlis, uel in terris aliquid ta-
le, quod laudatissimã unigeniti dignitatẽ, meritis lau
dibus efferre potest. Multa fanè de domini theopha-
nia prædixerunt prophetæ, multa decreuit lex, mul-
ta prædicarunt Apostoli, multa promulgarũt euãge-
listæ, & adhuc dignitatẽ illam ne unus quidẽ assẽqui
potuit. Quòd si tãta spiritussancti flumina, perpetuis
lympidisq; amnibus mantãia, oẽs humanas uires in
sumpserũt, & nihil quod par sit, ac dignũ uirtute di-
uina eructarũt: ubi nã tenuissima sermonis gutta cõ-
parebit, cum talis ac tanta sermonis eminentia pro-
ponitur? Qui posset mortalis lingua immortalẽ natu
ram dignis præconijs celebrare? Profectò non capit
humana ratio, ut sermo ille per quem mundus est fa
ctus,

A ctus, quantũ addecet, prædicetur. Quid igitur? Prædi
camus, quantũ possumus, quando quidẽ non possu-
mus, quãtũ debemus. Quippe in alijs quidẽ certami-
nibus laureas referunt, qui uictores redeunt: at in di-
sputationibus de rebꝰ diuinis, solis illis debetur coro-
na, qui se rei magnitudine uictos ingenuè fatentur.
Itaq; uincamur dicentes, ne cõdẽnemur silẽtes. Nihil-
ominus cũ sint, q dicãt, Demonstratũ est regnũ Chri
sti nullo fine cõsummari, & quod tradit regnum deo
& patri, hoc est orbẽ: in quo cũ regnauit olim pecca-
tum, postea idẽ à gratia regi cœpit. Adhuc nihil inue
stigatũ est de eo, quòd quando subiecta fuerint illi
omnia, tunc & filius ipse subiicietur patri, à quo subie
cta sunt illi oia. Operæpretium igitur fuerit, ut de hoc
quoq; pro nostra uirili aliqd afferamus in mediũ, ne
scilicet imprudẽtibus silentio nostro ruinæ alicuiꝰ si-
mus authores. Vellẽ itaq; fratres constare uobis om-
nibus, quòd pter nostrã uoluntatẽ id prætermissum
fuit. Nã cũ cætera iuxta ordinem, & ut sermo postula
bat, traderentur: arbitrabamur, ex his q̃ iam tenebatis, declarari ẽt id quod omittebatur. Nam unus sco-
B pus, eademq; ratio, soluit q̃ dicta, & manifestat inter-
missa. Enimuero iuxta dispensationẽ dicta sunt hæc
ab Apostolo. Et quemadmodũ illi cũ dicitur, tradit
regnũ deo & patri, non respondet uirtuti, quanta p̃-
dicari potuit: sed leuiter & i superficie res agitur, quo
consulatur imbecillitati eorũ, qui deorũ multitudinẽ
1.Cor.3.a inuectũ iri suspicari possent: Lacte.n. uos potaui, ait,
nõ cibo. sic & nunc, simili sermone hoc dicit. Siquidẽ
generalis scopus apud Apostolũ est, quòd nunq̃ in-
ducit diuinã naturam seditionẽ aduersus seipsam ex-
citantẽ, aut filium patri obluctantẽ, iuxta impiam Iu
Ioan.9.c dæorũ suspicionẽ. Dicebant.n. Nõ est ille à deo, quia
sabbatum nõ obseruat. Itaq; unicã introducit naturã
seditionis prorsus expertem, unã concordiam, unum
sermonem, unã uoluntatem, unam potestatẽ, unum
deum in oibus, nempe ut erroris eorum, qui multos
deos statuũt, excideret germina. Declarauimus.n. ut
memores sunt auditores studiosi, quòd idẽ sermo, q
patris dignitatẽ adstruit, is uerbis & syllabis iisdẽ Chri
Ephe.1.d sti quoq; dignitatem prædicat. Et sicut ibi dixit, ut sit
deus oia in oibus, sic & de unigenito ait, sed omnia
C in omnibus Christus. Igitur quid sibi nunc uult, qd
ait, subiicietur? Pharmacum inquam hic parat genti-
lium morbo. Non statuit dogma ecclesiasticũ, sed pa
ganorũ suspicionẽ refutat. Quòd si absolutè hoc ser-
mone fuerit utendũ, dicit eam, quę per ecclesiam fit,
obedientiam ac subiectionẽ esse Christi. Quando.n.
ecclesia, nihil spurĩ adulterinũve habet, sed syncerã
germanamq; deo mentem offert, ac si subiecerit: tũc
illi germanè subiicietur. Eapropter coactius uerbum
locutus est, & quod non facilè incircunspectior aliqs
accipiat. Proinde hic discę. Quæcunq; eiusmodi dicta
Christo tribuuntur, ea ad ecclesiam Christi pertinẽt.
Cuius rei testem ipsummet dominũ ecclesiæ produ-
cam: sed paulò altius rem repetamus, quò perspectio
ra sint, quæ dicuntur. Quandiu in mũdo hoc erat se-
cundum carnem Christus, pro salute mundi, humana
nam implens dispensationẽ, persequebantur illum Iu
dæi, & ab inimicis ueritatis infestabatur saluator or-
bis. Et ij qui beneficijs quotidianis fruebantur, erga
fontem beneficiorum erant ingrati. Vbi aũt omnem
humanam adimpleuit dispensationem per passionẽ,
in cœlestes concesit choros: & corpore quidem trãi
latus est ueritate aũt ipsa adimplet oia. Corpus item
quod induerat in excelsa receptum, a dextra magni- D
tudinis in sublimibus collocauit, nõ quasi extraneã,
ac peregrinam quandam accepturus dignitatem, sed
ut corpus, quod antea mortale erat hac tanta gloria
circumamiciret. Verũ post assumptam carnem, post
consummatas passiones, post resurrectionẽ illam ce
leberrimam, postq; illam in cœlos translationẽ, cum
ab omni exercitu adoraretur, ẽt eorũ qui super cœ-
los sunt: circunstiparetur item omnium angelicorũ
ordinum agminibus, & iam non esset in eorũ nume-
ro, qui affligebantur, persecutionibus infestabantur,
ubi Paulum furibũdum uidit aduersus ecclesiam, &
aduersus sanctos furoris sui uenenum effundere, in-
quit, ad eum is, qui passionibus ultra non erat obno
xius, sed i tam admirabili honore, dignaq; gloria ue-
sabatur: Saule Saule quare me persequeris? Et planè Act.9.a
nõ te persequor, qui tuam in cœlis habes sedẽ. Quid
me persequeris? proprias sibi facit ecclesiæ passiones.
Saul Saul, quid me persequeris? Vides quod persecu-
tio ecclesiæ Christo adscribitur, q ecclesiæ caput est?
Sicut igitur cũ ecclesia fert persecutionẽ, Christus eã
se ferre dicit: ita & nunc Paulus, cũ ecclesia subditur, E
dicit Christum subiici. Argumentum itẽ aliud hu us Deu.17.b
rei, si placet, accipe. In duobus.n. tribúsve testibus cõ 2.Co.11.a
sistet omne uerbum: nõ quòd uoci dominicæ acce-
dere oporteat testimonium aliud: sed quia Christus
eum loquitur, apud credulos fidẽ inuenit, apud infi-
deles nullum persuadet testimoniũ: uocem domini-
cam nõ confirmamus, sed insipientia hæreticorum
ora obstruimus. Paulus ergo ille à Christo edoctus,
quòd persecutio ecclesiæ in Christũ uergeret, cogno
uit: & qd cõsentaneum quòd quicquid patitur eccle-
sia, in Christum quodãmodo refertur. Quare & ipse
regis sui uerborũ uestigia sequens, in una epistolarũ
dicit: Impleo q̃ defuerint afflictionib⁹ Christi. Et nũc Col.1.a
& iterum affligitur Christus, ẽt si illi cœlos redijt. At
uide quid præterea dicat, suppleo q̃ defuerũt afflictio
nibus Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod
est ecclesia. Vides ut ipsius faciat, quæcũq; sunt eccle
siæ, siue passiones, siue honores. Veneratus es eccle-
siam, ueneratus es Christũ. Infectatus es ecclesiã, ta-
metsi nó opere, proposito tamen, Christũ infectatus
es. Cogita quantũ periculum eorũ, qui ecclesiã mœ- F
rore afficiunt, quanta corona eorũ, qui ecclesiam ue
nerantur. Qui uos spernit, me spernit, inquit seruator. Luc.10.c
Agnosce domini uocem, q̃ spirituale aliquid in se re-
conditũ, & cõsequens habet. Nã & pater de priscis il-
lis suis prophetis talia loquebatur, propriãq; ducebat
iustorũ iniuriã. Nam cũ Abimelech rex Philistijm ac-
cepisset Saram Abrahæ uxorem, dicit ei deus: Resti- Gen.20.
tue uiro uxorẽ, quia prophera est, & orabit pro te. Ille a.b
uerò respondens, ait: Nesciebam domine, quòd uxor
eius esset, puro corde hoc feci. Quid aũt ad ipsum do
minus? Et ego sciebã, quòd puro corde hoc feci sti,
& ob hoc peperci tibi, ne in me peccares. Declaratũ
est itaq; fratres, quòd omnia q̃ in ecclesia considerã
tur, in Christum referri possunt. Et idcirco Apostо-
lus dicit: Subiicietur filius, hoc est ecclesia, ei qui subij
cit illi oia. Cęterum est & uia alia, qua solet obstrepe
re malignus. Et quidnã ait? Nempe ecclesia nõ subdi
tur, sed primũ subiicietur post resurrectionẽ. Itaq; &
idem argumenti ad contradictionem tuam obtendi
poterit hæretice. Dic mihi, Christus an nõ subiectus
est etiãnum iuxta tuum sermonẽ, Cum subiecerit si-
bi oia, tũc subiicietur: occasionem utiq; habuisset, si

H in præsenti domino nō fuisset subiectus? At si hæreti
ce iuxta tium sermonē Christus nunq̄ reluctatur pa
tri, temerè dicitur, quòd cū subiiciet ubi oia, tūc subij
cietur. Sexcentis nominib⁹ subiectionē illius profers,
& nunc in aliud tēpus semoues aliā quandam subie-
Ioan. 6. d ctionem. Cū audis Christum dicentē: Non ueni, ut fa
ciam uoluntatē meam, sed eius qui misit me: statim
profers cornu ipietatis, atq̄ dicis: Vides ut subiectus
Ibi. 14. b est patri? si audieris ipsum dicentē, Ego à meipso nō
loquor: sed pater mihi mandatū dedit quid dicam, &
quid loquar: statim excipis uerbū, confirmans quod
Ibid. 8. c Christo nō sit authoritas, sed subiicitur. Si audieris ip
sum dicentē: Ego nullum iudico, est qui quærat, & q
iudicet, raptim arguis uerbo subiectionē. Cū ergo in
omnibus ostenderis subiectū, cuius gratia argumen
tum adducis malignum, dicisq̄: Verbū sequor, & nō
mentem? Quia tunc subiicietur, qui semper est subie-
ctus. Quid ergo uult sensus? Nusquā nō Apostoli sco
pus est, ut aboleatur error impius, quo dij multi inue
huntur, ut eiiciatur seditio in natura, q̄ omnis seditio
nis expers est, & ut exterminentur malè sentientium
G suspiciones. Monstrat itaq̄ subiectionē non uiolentā,
neq̄ necessitate coactā, neq̄ seruilem, sed concordiā
dignitati congruam. At mi frater, ne facilè quæ prędi
cta sunt inuadas, ut cū dicitur: A meipso hoc non dico:
mandatū dedit mihi pater, quid dicā, & quid lo
quar. Vereor. n. ne quæ aduersus hæreticos disputa
tionis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogmatibus
te offendant. Sicut ergo sermonē nostrū superius ad-
struximus, cū de mēte Apostoli respōderemus, quòd
non omnia, ut dogmata prædicarint Apostoli, sed
alia quædā ut dogmata, alia iuxta dispensationē pro
posita sunt. Id quod & apud fontē ueritatis, dominū
Apostolorū & prophetarū inuenio: quòd nō semper
ad dignitatē suam, iuxta dogmatum. l. ueritatē locu-
tus sit, sed dispensatione quadam, pro infirmitate po
puli nonnunq̄ se submisent. Agè dicito mihi frater, cū
Ioan. 5 c dicit ueritatis dominus: Si ego mihi ipsi testis sum, te
stimonium meū non est uerum. Sequar dictionem,
sequar uerbum: iniuriam faciam dignitati, si quidem
per dispensationē dictum. Sed neq̄ si malignus inter-
pres esse uellem, permittet mihi dominus, qui licet di
I ctionem perperam sequar, sensus tamen coniecturā
prauā excludit, & uoce alia me corripit: q̄ sicut alio lo
co sancta de diuinis tradit, ita nunc simpliciter digni
tatem cōfundere, & iniuria afficere uidetur. Quādo-
quidem dicere posset: Rationē infirmorū Iudæorum
habens, dicebā: Si ego de me testificor, testimonium
meū non est uerū: quā dictionē tu ad blasphemiā ra
puisti, an nō me alicubi dicentē audisti, etiāsi ego de
me testificor, testimoniū meū uerum est? Quid ergo
Ibi. 8. b fratres, cōtraria sibiipsi pronunciabit ueritas? Absit,
sed aliter se habet ad eos, qui ueritatis sunt alumni, &
aliter ad eos, qui à ueritate aliquantulū abalienati: nō
quòd ipsa uaria sit, sed quòd pro singulorū habitudi
ne sese accōmodat. Quare igitur dicit Iudæis: Ego à
meipso nō loquor, sed pater mihi mandatū dedit, qd
dicam, & quid loquar? Quia opinabantur ipsum esse
Mosaicæ legis inimicū, & pscribere aduersā patri, qui
in lege sabbatū legis honestabat, uidebaturq̄ legib⁹
noui testamenti pugnātibus cū ueteri, nouus status
induci: idcirco declarare uolens, sed nihil constituere
quod deo displiceret: nihil ēt prędicare, qd legi aduer
saretur, dicit: Ego à meipso non loquor, quemadmo
dum uos suspicamini: sed ille ipse, qui à uobis adora-
tur, ipse mihi mādatū dedit: quasi doceret eos, quòd K
si hæc fugillatis, nō meam doctrinā fugillatis, sed im
pingitis in deū, quem cōfitemini. Quādo ergo fratres
sic miserè, sic abiectè, sic humiliter sermonē Christi
tracto, ut accipiam quasi in seruili cōditione dicatur
hæc uox: A meipso nihil facio, pater mihi mandata
dedit quid loquar, & quid dicā: uides mox in quantū
impietatis profundū descēdo, si ita suspicer. Facio. n.
ipsum non solū patre inferiorem, sed & Apostolis ip-
sis minorem. Quo autē id, ausculta. Paulus dicit: De
1. Co. 7. i uirginibus præceptū domini non habeo, cōsiliū autē
do. Paulo permittis absq̄ præcepto consilium dare,
Christum uerò sub seruitutis iugum abstrudis, q ita
mordicus tenes uerbum, quo dicitur: A meipso facio
nihil? Iam sicut & antea præmisi aliter ipsum disputaſ
se solitum cū his qui ueritate enutricati, aliter cū his,
qui ab ea sequestrati. Neq̄ enim Iudæi ipsum esse filiū
dei reputabant, neq̄ in mentē Iudęis ueniebat deum
esse sermonē. Non audisti qualia de ipso dixerunt? Ho
Ioan. 9. c mo ille nō est dei, quia sabbatū non custodit. Nō pu
tabant esse hoiem dei, quo dignitatē unigeniti coniec-
tarent? Ad hæc dicebant iterū de seruatore: Scimus
L quòd homo hic peccator est, quia sabbatū non ser-
uat. Cū ergo de ipso sentirēt ut peccatore, & homine,
cui nihil cū ueritate cōe: ullamne diuinitatis opinio-
nem uel fortuitò de ipso conciperent? Ea de ratione
ad sic affectos uocē submisit, eosq̄ docuit, ne ob ex-
ternum habitū contradicentes, putent ipsum à diui-
Ioā. 14. b na uoluntate disidere. Vnde dicebat: A meipso nō lo
quor: ipse mihi mandatū dedit quid dicam, & quid
loquar. Apud eos aūt qui fide filij instructi, animad-
Exo. 20. d uertere ut uocē supplicem & abiectam deponit, diui
& Mat. næq̄ dignitatis gloriam induit, dicens, Audistis dictū
5. d esse antiquis, nō facies adulteriū, qui uiderit uxorem
proximi ut cōcupiscat, iam peccauit: ego aūt dico. Vi
des quo nuda authoritas, ubi fidelis & quo formata
ac tecta per dispensationē, ubi suspectus auditor? Cū
aūt paruulus fermè in turba cōtritus esset, dixit: Sem
per diuini sermonis auditui turbatio agnata est. Ete-
nim animarū hostis diabolus, ubi uidet quòd sermo
acuta iacula aduersus deceptionē suam emittit, con-
tinuò auditores cōturbat, ut ueritatē redarguentem
in fugam uertat. Eutychus adolescens Pauli audito-
M rium turbarat, & hic adolescens quidā auditoriū po-
Act. 20. b puli interturbauit, quò magis proposito destituātur
auditores. At qui fratres nos fugientes fluctuū tempe
statem, ad tranquillum ueritatis portū nauim appel-
lamus, Nollem. n. digressionem latius expatiari, quæ
instituto sermoni obsistat. Vbi suspectus auditor, ac-
commodetur ad dispensationis rationem doctrina:
ubi uerò syncerus ueritatis atq̄ pietatis alumnus, nu-
da sit authoritas. Ad Iudæos dicebat, A meipso nihil
loquor: ad domesticos aūt fidei: Audistis quòd dic-
tum sit antiquis, non facies adulteriū: ego aūt dico.
Vbi, Ego, illud loquētis authoritatē demonstrat: nā
ubiq̄, Ego, authoritatem testatur dicentis, ut cum di
cit: Ego sum, Ego sum: & honestū est illud, Ego sum.
Mat. 14. d & Ioā. 8. b. c Et iterum Iudæis dicit, Non ueni, ut faciam uoluntate
meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Soluit
item hæreticæ suspicionis dubitationem hodierna
Ioan. 5. c euangelica lectio. Quando enim leprosus ille ipsum
accessit, corpore quidem leproso, anima autem pura
& lucida, dicit ipsi: Domine si uis, potes me munda-
Mat 18. d & Mat. 1. d re. Quare hic hęreticorū canonem. Oportuerat enim
consentanea uocis suæ dicere, nō uolo ego, sed uult

A pater, mundus esto: nō ueni enim ut faciam uolutate
tem meam, sed uoluntatē eius qui misit me. Non au-
disti me dicentē, non ueni, ut faciam uoluntatē meā?
Si ergo cogat uoluntatem potestati subditā, sicut im
pij dicūt, cur authoritatē exposcis ab eo, qui paternę
authoritati subditus est? Verū nihil horum seruator
ad eū, qui ad se syncero pectore accesserat dixit, sed
declarando ipsum syncerę esse fidei, syncera quoque
ac pura sanitate donauit. Accessisti ad ipsum fideli-
ter, accipe & remediū fideliter. Voluntati meæ adscri
bis beneuolentiam, uolūtate mea & salutem capessi-
to: Domine si uis potes me mundare. Volo, mundus
esto. Nō subsistit hæreticę impietatis definitio. Vides
quantū sermoni subest? A propria uoluntate authori
tatē seruat. Hæc aūt cū dicam, nō induco separatam
à uoluntate patris, uoluntatem filij. Quam. n. filij di-
xeris uoluntatē patris uoluntatē dicis: & quā dixeris
uoluntatē patris prædicas authoritatē filij: & si dixe-
ris authoritatem filij, declarabis potestatē spiritussan
cti. Vna enim potestas, indiuisum regnū. At dicit qs:
Attigisti inter dicendū de spiritu sancto, de potesta-
B te, ego apostolica uoce inuenio spiritū Christo subie
1. Co. 15. d ctum. Dixit enim Paulus: Quādo aūt dicit, quòd oia
ipsi subiecta sunt, manifestum est quòd omnia, præ-
ter eum, qui subiecit ei oia intelligit, ergo spiritus sub
ditus est: solū enim patrem dicit non subiectum esse
Christo. Verū cum dicit, omnia, creaturam signat: nō
increatam naturam iniuria afficit, sed de subiectione
Ibidem. inimicorum disputat. Vltimus inimicus abolebitur
mors. Cur ergo in subiectorum inimicorum regione
collocas spiritū sanctum? Non enim subiectione ami
corum pater induxit, nō subiectionis angelorum me
minit, non subiectionem archangelorum attigit, sed
subiiciendorum inimicorū inimicus extremus mors
abolebitur: loquitur de inimicis, qui subditi sunt, nō
de spiritu sancto. Iam si nos fideles, qui in Christo cre
dimus, cū Christo regnabimus: spiritúsne sanctus nō
parem cum obedientibus sortietur dignitatē? In die
manifestationis saluatoris sedebunt filij Zebedæi la-
cobus & Ioannes, & chorus ille Apostolorum super
duodecim thronos. spiritúsne erit circa subditorū sup
pedaneū? Facessat hęc impietas amice, sermo hic est
C de creatura, non de increata natura, nō de adorabili
dignitate. Et ut diligentē ac exquisitum ueritatis ser-
Psal. 148 monem accipias, considera quo beatus Dauid indu
cens laudantium creaturarū chorū, dicit: Laudate do
minum è cœlis, laudate eū in summis, & reliqua. An-
geli, uirtutes, cœli cœlorū, & aquæ quæ super cœlos.
Nullam spiritus mentionem facit, increatam naturā
Dan. 3. c creaturæ non cōnumerat. Tres pueri, qui in camino,
induxerunt & ipsi creaturarum chorū: laudate, dicen
tes, angeli domini, cœli domini, uirtutes domini, Sol
& Luna, &c. non recordati sunt spiritus sancti. Item &
Paulus, cū diuidit inuisibilia ab ijs quæ uidentur, di-
cit eo loco, ubi docet quòd in Christo condita sunt
omnia, tam quæ in cœlo, q̄ quæ super terram: tam ui
sibilia, q̄ inuisibilia: & confestim adnumerat inuisibi
Colo. 1. c lia, dicens: Siue throni, siue principatus, siue potesta-
tes, siue dominationes. Nam quoniam omnium quę
uidentur seruitus, in confesso est: inter inuisibilia aūt
recensentur angeli, & uirtutes, & spiritussanctus, & fi-
lius, & pater, ut non per ignorantiam cœlestium, sub
iugum seruitutis dominum & dignitatem spiritussan
cti tralias, ea quę uidentur discernit. neque dicit, siue
Sol, siue luna, siue astra, omnia seruituti obnoxia: ho
rum enim conditio cōperta est, quod omnia seruiūt. D
Cæterum in his quæ inuisibilia sunt principatus &
angeli: est autem inuisibilis etiam & qui adoratur spi
ritus. Igitur nequis ipsum cū alijs inuisibilibus copu-
let, seorsum numerantur superna omnia, ne in ordine
ministrantium sit & dominus. Seorsim numerat, quę
non adorantur, ut segregetur qd adoratur. Siue thro
ni, siue principatus, siue potestates: nō dicit, siue spiri-
tus. Verū ad institutum redeamus. Si uis domine, po Mat. 8. a
tes me mundare. Sciebat leprosus scaturientem bene & Lucæ
ficentiam, sciebat emanantem salutem, sciebat mul- 5. c
tos malè habentes, & à dæmonibus infestatos inue-
stigasse fontem salutis, & cogitationis hæsitationem
deponit: & cū esset carne quidem leprosus, anima ta-
men mundus erat: neque enim discolor illius anima.
Etenim sicut molesta corporis lepra, colorē uariat:
sic & ubi animam occuparit, duplex facit cor, scilicet
ad fidem, & ad infidelitatem se dispertiens. Et q̄ iniu-
cunda oculis humanis corporea lepra, tam insuauis
est oculis dei in plures secta partes anima. Et ob hoc Eccle. 2. c
ait scriptura: Væ duplici cordi, & animę solutę, & pec
catori uias duas incedēti. Rursum contineamus nos E
in instituto. Volo, mūdus esto. O miraculum. Volo,
mundus esto. Sermo nonnunq̄ fratres ab authorita-
te, sermo nonnunquam à temeritate proficiscitur: &
hunc quidem fortuitò quis eblatterat, ad illum uerò
opus comitatur authoritatē eius, qui solus potest. Si
ergo dixisset: Volo, & nō subsecutū esset opus, temeri
tas erat: nūc uerò cū opus uocem subsequitur, & ser-
monem ne ægrè feras, & opus reuerere. Vide quantū
discrimen inter ueterem legem, nouamq̄ gratiam ēt
omni ex parte. Moses cū ex monte descēdisset, primā Mum. 5. a
legem tulit, & mandauit, ut castris excederent lepro-
si. Christus uerò monte descendens, leprosum proti-
nus mundat: & ille quidem morbidos eliminat, hic
uerò curam eorū agi. Ascendit Christus in montem,
ascēdit & Moses: & hic quidem ut acciperet, ille uerò
ut daret. Ascendit Moses, & inuenit montē impletum
tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, cali
gine: q̄ licet parum congruebant dexteræ, & magni-
tudini apparētis, uerū decebat ut populus ille ita ad
pietatem eruditetur. At Christi gratia timorē ponit, Rom. 8. c
seruitutem eiicit. Non. n. accepimus spiritū seruitutis F
iterum in timorē, sed accepimus spiritū adoptionis.
Et Moses quidē dedit decem mandata: Iesus aūt do-
minus Mosis, nouem beatitudines. Dictorum uerita
tem sciunt quotquot aliquatenus scripturas norunt.
Prima beatitudo, Beati pauperes spiritu, quia ipsorū Mat. 5. a
est regnum cœlorum. Beati qui lugent, quia ipsi con
solabuntur. Beati mansueti, quia hæreditate obtine-
bunt terrā. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quia
ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi miseri
cordiā assequentur. Beati mūdo corde, quia ipsi deū
uidebūt. Beati pacifici, quia filij dei uocabuntur. Bea
ti qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, quia ip
sorum est regnum cœlorū. Beati estis, quando expro
brauerint uobis, & persecuti fuerint, & dixerint aduer
sus uos omne malum uerbū mentientes. Quare lex
ponit decem mandata, gratia autem nouem beati-
tudines? Nempe decem mandatorum numerus re-
spondet numero plagarum Aegypti. Decem plagæ
Aegypti impietatem castigarunt, & decem mandata
populum eruditunt insensatum. Id quod & litera iota
indicat, qua denarius numerus scribi solet: uirgulæ Iota.
enim formam & figuram præ se fert. Et uirga eru-

G diebat Aegyptios atq; populum: Iesus uero dominus noster dat nouem beatitudines, triplici ternario tripli cem plectens coronam. Quādoquidem fratres adorabilis illa trias, regalis illa dignitas, immaculata natura, indominabilis dominatio, in ternario gloriā habet, & ueneratur deus ternarij prædicationem in terra, & uirtutum numerū, quòd numero sanctæ trinitati respondeat. Et ut exēpli gratia aliquid dicam: Multi sunt patriarchæ, & deus seipsum patriarcharū uocat
Exo.3.d deū. Ego deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob. Non quòd non sit ēt deus Mosi, & non deus Ioseph. Oium enim deus est, qui se inuocant in ueritate: sed ueneratur sicut in imagine, in terrenis cœlestia. Tres patriarchę sunt in honorem trinitatis, tres uirtutes in
1.Co.13.d honorem trinitatis. Nunc autem manent tria hęc, fides, spes, charitas. In tria diuisum est uniuersum, nempe in ordinem supercœlestium, terrenorum, & subterraneorum. In tria secātur tempora, in præterita, præsentia & futura. Et sicut licet multi sint patriarchę, ut prædicetur gloria uiuētis spiritus, sufficit ternarius: ita
H cū multi sint sacerdotes, trias tamen sacerdotum electa est, nēpe Mosis & Aarō, qui in sacerdotibus eius,
Psal.98.b & Samuelis. Multi reges, multi sacerdotes, & trium celebris est memoria, Dauid. s. & Ezechiæ & Iosiæ: dicit
Psal. 13. scriptura, omnes peccauerunt. In camino tres pueri,
&. 52. a Cum Christo in montem conscenderunt Petrus, Ia-
Dan.3.b cobus & Ioānes. Multi in cœlo angeli, & tres apparēt
Mat.17.a Abrahæ. Omnes dies dei fiunt, & tres seruiunt myste-
Gen.32.a rio. Qui illi tres? Accipe Isaac, dicit, quē dilexisti filium
Ibi.22.a tuum unigenitum, & uade in unum mōtium: ambulauit Abraham tres dies & tres noctes, ut simul & mysterium monstraret. Sic.n. quasi à morte uiuentē accepit Isaac. Quomodo autem? Audi: A quo tempore pater illum sacrificio destinarat, mortuus censeri potest. Neque.n. euasurus credebatur, & propositū sanciebat promissionē. Tertio autē die restitutus est ui-
Ionæ.2.a uus in figuram resurrectionis. At non potuit Ionas in mari manere plures dies? sed solū ibi tres dies fecit, ut resurrectionis mysterium ostendat. Hic quis dicet, si alicubi reperias seiunctim mysteria talia, at non quantum satis est ad recipiendam incarnationem & trini-
I tatem ista miracula persuadent. Si ego dico, reproba sermonem: sin diuina est prædicatio, audi à me, imo audi mecum: quia tres dies interpretantur nobis pas-
oan.8.g sionem domini. Quia de Abraham idem saluator dicit: Abraham pater uester exultauit ut uideret diem
Ibid.1.d meum: uidit, & gauisus est. Quem diē? Mortis. Agnus enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem gesit agni dei, qui tollit peccatum mundi. Et quòd dicit, Vidit diem: mihi aliud facit, quàm quòd uidit mortem. Vnde hoc & usitato more dicunt homines, præuenit eum dies, pro eo quod est mors. Verū consuetudinis lex non est satis idonea ad astruenda ea, quæ dicuntur: itaque ad scripturam ueniamus. Dicit alicubi be-
Psal.38.b tus Dauid: Obseruabit peccator iustum, & stridebit super illum dētibus suis: dominus autem irridebit eū, quoniam prænidet, quod ueniet dies eius. Et hęc quidem in Abraham dicta sint. Nunc ad Ionam quoque ipsum redeo. Iterum enim tres dies Ionæ, passionem hanc salutarem interpretari licet. Iterum seruator cla-
Mat.12.c mat: Quemadmodum, dicit, Ionas in uentre ceti tres dies & tres noctes, sic oportet filium hominis in corde terræ facere mansionem tres dies ac tres noctes: sed unum ad supradicta dicemus, quod alijs euidentius est. Populo priori tres erant ordines, sacerdotium, regnum, & prophetia: præter tres illos non uidebatur alius apud Iudæos principatus. Cornu item erat olei sanctificationis, & una fuit unctio, tria uero dona. Vnū cornu, tria charismata: Inungebantur. n. sacerdotes, reges, & prophetæ. Cæterūm quia aliqui argumenti huius ignari sunt, ne incassum sermo currat seipsum quidem absumens, lectori uero inutilis, audi breuiter: Seruabatur à prophetis cornu, è cornu
1.Re.16.a aūt inungebantur reges, prophetę, & sacerdotes, nulla quidē chrismatis uariatione: nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebantur reges, inungebātur prophetę, inungebantur sacerdotes: una unctio, tria dona. Quare aūt in cornu erat unctio? Quia imaginē gerebat Christi. An non in argenteo uase, an nō in aureo, an nō in aliqua alia preciosiore materia tantum donum esse potuit? sed non fuit in alio, q̄ in cornu. Siquidem ut dicendo p̄misi, imaginem gerit Chri-
Psal.132 sti. Etenim dicit: Excitabo cornu Dauid: qđ est dominus sacerdotij & regni & prophetiæ, ille sit cum omnibus uobis. Quia cū caput nostrum accepit regnū, contritis tribus illis humanis dignitatibus, in eius cor
L nu omnis dignitas, & gloria resedit, Amen.

D. IOAN. CHRYSOST. ADVERSVS GENTILES DEMONSTRATIO,

quòd Christus sit deus.

Quoniam librorum magnitudo, fastidium parit mortalium plerisque qui uel ignaui domi residēt, uel immodicis huius uitæ curis implicantur, uel hebetudine & inscitia præpediuntur: ideo operæpretium uisum, resecare multiloquij remoramenta, & in arctum redigere uarios prolixósq; patrum sermones, ut ad instituti operis lectionem etiam plurimum desides allecti, magnā promptitudinem & alacritatem præ se ferant. Atque ea de causa, orationem hanc nullis uerborum nominúmue fucis & lenocinijs illustrabo: sed huiusce modi nominibus utar, quæ & famulo, & ancillæ, & uiduæ, & institori, & agricolæ comprehensibilia, captúq; facilia sint: & omnino periclitabor, ut quantum fieri po-
M test, omissa prolixitate, appetitus & studia excitem supinorum oscitantiúmq; auditorū, quò & ad hæc nostra facilè & absq; labore ingrediantur, & q̄ apprehendunt fideliter memoria retineant. Primū aūt cum gētibus nobis certamen ineundū. Dicet.n. utiq; gētilis: Vnde manifestū, quòd xp̄s est deus? Ante oia igitur hoc p̄struere oportet, & sponte sequētur alia omnia. At non à cœlo petenda demonstratio, neq; ab alijs id genus. Nā si ad gentilem dixero, creauit cœlū, uel terrā, uel mare: non me feret: Incredulus.n. est. Sin dixero, Mortuum excitauit, cæcos curauit, dæmones fugauit: neq; hoc accipiet. Deniq; si dixero, quòd regnū & ineffabilia bona promiserit, hoc non solùm non credet, sed & ridebit. Vnde igitur illū, maximè si idiota est, instituemus? Non aliunde q̄ ab his quæ inter nos & illum confessa sunt, & quæ in dubiū reuocare nequit. Nam quòd cœlum fecit, & alia q̄ dicebā, non sustinebit ui sibi nūc suadeātur. Quæ igitur sunt quæ & ille fecisse Christum confitetur, & non contra dicit? Quòd Christianorū genus plantauit Christus. Neutiquam. n. contradicet, quòd omnes undequaq; ecclesias orbis Christus fundarit. Hinc faciemus demonstrationem uirtutis Christi, & ostendemus ipsum deū. Etenim nō est puri hominis, in tātis rebus,

orbem

A orbem terra mariq;, tam breui tempore comprehendere, & tam absurdis moribus præuentum, tantísque malis irretitum liberare humanū genus: & nō Romanos tantū, sed & Persas, & omne (ut sic dicā) barbaro rum genus. Insuper quòd hæc confecit nullis usus armis, nullos faciēs sumptus, nullos mouēs exercitus, nulla prælia cōmittens, sed per undecim uiros principio, ignobiles, uiles, rudes, idiotas, paupes, nudos, per suasit tot hoium tribubus: idq; nō præsentibus solū, sed & futuris. Quid? quot subuertit leges patrias, aboleuit consuetudines inueteratas, euellit stirpes tanto tpe radicatas, & pro illis suas alias implantauit? Abduxit ab his in quæ propensi eramus, & in ardua & difficilia induxit: cūq; hæc faceret, infestabantur & sui ab omnibus, & crucē ipse genus mortis ignominiosissimum sustinuit. Nihil hic cōtradicent, quòd crucifixus est & à Iudæis, quòd innumera ab illis passus, quòd quotidie p̄dicatio increscit & floret: non hic solū, sed & apud Persas, etiānum dum ab illis oppugnatur. Etenim & inde multa sunt martyrū examina, & qui ibi lupis ferociores erant, accepta prædicatione, ouibus
B mansuetiores euasere, nuncq; de imortalitate & resurrectione, & ineffabilibus bonis differunt. Neq; in ciuitate solas, sed & in solitudinem usque puaserunt hæc prædara facinora, & in pagos, & in regiones, & in insulas, & jn portus, ac nauium stationes. Nec priuati & principes tantū, sed & ipsi reges qui diademata ferūt, insigni fide crucifixo se submittunt. Ad hæc, Nō simpliciter cōtigerunt ista oia, sed multo antea prædicta sunt: atq; adeo ut ne sermo suspectus sit, libros habemus à Iudæis, qui illum crucifixerunt, & ipsorum testimonijs, & ex libris quos illi custodiūt, nostra probamus, è qbus ēt nunc nōnulla proferemus. Primò omnium quòd deus existēs, homo futurus erat, dicit Hie-
Baruch. remias: Hic deus noster nō conferetur alius ad illum,
3.d inuenit oēm uiam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terra uisus est, & cū hominibus conuersatus est. Vides, qūo omnia paucis uerbis declarauit, nēpe quòd deus existens, homo factus est, & quòd ēt ueterem legem ipse condi-
C dit? Inuenit. n. inquit, omnem uiam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ecce declarat his, quòd & ante suum in carnē aduentum omnia ipse dispensarit, & oia ipse fecerit, legem statuens, prouidens quoq;, curans & benefaciēs. Alius prophe-
Esa.7.c ta non solū quòd homo futurus, sed & quòd è uirgine nascēdus erat, dicit, quem audi: Ecce, inquit uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabūt nomen eius Emmanuel: quod si interpretetur quis, sonat, no-
Ibidem. biscum deus. Deinde ostendit, quòd non apparēter, sed uerè homo sit, adiecit enim dicens: Butyrum & mel comedet. Mos enim est, ut his cibis peculiariter pascātur pueri mox ut nati fuerint. Et declarās quòd non purus homo, iterum addit dicens: Propter quod priusquam sciat puer bonum uel malum, bene sciet à malo seligere bonum. Et quòd non solū homo ex uirgine, sed & quòd ex domo Dauid futurus, audi quomodo & hoc multo antea prædicit Esaias, figuralibus uerbis & transiatione usus multa, prædicit tamē:

Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & quiescet super eam spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consily & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: spiritus timoris dei implebit ipsum. Nā Iesse il le pater fuit Dauid. Manifestū igitur, quòd à tribu illa, & non solū à tribu illa, sed & à domo illa processurus erat. Et hoc prædixit, dicens: Egredietur uirga de radi
D ce lesse, non de uirga loquēs, sed de Christo & regno eius. Quòd non de uirga dixerit, consequentia declarant. Nam cū dixisset, Egredietur uirga: adiecit, quiescet sup eam spiritus sapiētię & intellectus. Nullus autem tam insipiens qui dicat, quòd super lignū ueniat spiritus gratia, sed manifestum quòd super immaculatum illud templum: & non dixit, ueniet: sed, super eum quiescet: quia ut uenit māsit, & nō discessit. Hoc etiam euangelista dixit: Ego uidi spiritum descenden-
Mat.3.d tem sicut columbam, & māsit super eum. Neq; siluit Iudaicam sniam, quam ostenderunt ipso nato. Nam euāgelista sic dicit: Vt Herodes audiuit, turbatus est,
Mat.2.a & omnis Hierusalem cum eo. At propheta, audi quo modo & hoc multo antè prædicens annūciarit: Puer
Esa. 9.b natus est nobis, & datus nobis, & uocabitur nomen eius magni consilij angelus, admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi. Hoc de puro homine nemo dicit, ēt qui ualde cōtentiosus. Nam nullus hoium unquam etiā ab ipso seculo dictus est deus fortis, sicut neq; pater futuri seculi
E neq; princeps pacis huius. Nā pacis suæ, ait, nō est terminus. Et manifestat rerū euentus, quòd pax in omnem intrauit terram, & in mare, in orbē habitabilem & inhabitabilem, & in mōtes & colles, & ualles, à die illa à qua Christus incipiens dixit: Pacem meā do uo-
Ioā.14.d bis, non sicut mundus dat pacem. Hoium enim pax statim dissoluitur, & uarias habet uicissitudines. Verum quæ à Christo datur, stabilis est, imo firma, solida, immortalis, fine carēs, licet millia bellorum undiquaq; ingruāt, & quotidie millia insidiarū parētur: attamen oipotens sermo suus ēt hanc perficit, & cōseruat. Non solū autem prædixerūt futurum hoium, sed & modum aduentus eius. Nā affuturus erat, non iaciens uel fulmina uel fulgetra è supernis, nec concutiens terrā, nec rotās cœlū, nec alia id genus prodigia operans: sed absq; strepitu, & ita absq; tumultu & turbatiōe, ut nemo psentisceret. In domo. n. fabri natus est, in domo ignobili & uili. Audi, qūo neq; illud prophetа prædicēdo tacuerit, dicit. n. Descēdet sicut pluPsal.71.a uia in uellus, quin aduētus illius tranquillus & qetus signatur. Neq; hoc cōtentus, declarauit ēt q̄ mansuetē & suauiter cū hominibus cōuersaturus esset. Nam
F cū iniurijs afficeretur, opprobraretur, cōspueretur, flagellaretur, & deniq; cruci affigeretur, nullū ultus est talia facientē: sed tulit oia sapienter, & æquo aio, contumelias, insidias, insaniā & furorem importunæ illius plebis. Quod ēt ipsum manifestans scriptura, sic dicit: Calamū contritum non cōfringet, & linum fumigās
Esa.42.a non extinguet, donec educat in ueritatem iudicium, & in ipso gentes sperabunt. Et alius locum in quo nascendus erat indicat, dicens: *Et tu Bethlehem in terra*
Mich 5.a *Iuda, nequaquā es minima in principibus Iuda: ex te enim*
Mat.2.a *egreditur dux, qui reget populū meum Israel, et exitus eius*
et Ioā.7.f *ab initio à diebus seculi.* En diuinitatē & humanitatem indicat. Nā dum dicit, & exitus eius ab initio, & à diebus seculi substantiā declarauit, quæ ante secula fuit. Cū autem dicit, Egredietur dux, qui reget populum meum Israel: natiuitatē secundum carnē docet. Vide aūt iterum & aliā prophetiā refulgentē. Non solum. n. quòd nascēdus sit, sed & quòd nobilis ille locus futurus, tametsi uilis & paruus. Nequaq̄ enim, inquit, minima eris in ducibus Iuda. Nam omnis orbis Bethlehem cōfluit, ubi natus positus est: & nobilis factus est locꝰ ille nō alia de causa, quàm hac sola. Item

G & tempus quo assuturus erat, manifestauit, sic dicēs? Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux ex lūbis eius,
Gen.49.b donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentiū, ligans ad uitē pullum suum, & ad uitē pullum asinæ suæ: lauabit in uino stolā suam, & in sanguine uuæ pallium suū: iucūdiores oculi eius uino, albiores dentes eius lacte. Vides & hoc uaticiniū congruere? Nā tunc comparuit, cum iā deficerent principes Iudaici, & sceptris Romanorū subderentur: & impleta est prophetia, quæ dicit, Nō deficiet princeps à Iuda, neque dux à lūbis eis, donec ueniat: Christum dicens. Nā simul ut natus est, & descriptio prima facta est, imperātibus uidelicet Romanis Iudæorum gēti, & eam sub seruitutem suam agentibus. Deinde assignatur & aliud: Et ipse erit expectatio gentiū. Aduentu.n. suo gētes oēs attraxit. Herodes Christum inquisiturus erat, & interēpturus propter eum oēs qui ibi erant, pueros:
Hiere.31.c & neq; hoc siluerunt propheæ, sed multis antea tem poribus p̄dixerunt, dicētes: Vox in Rhama audita est, luctus & fletus, & clamor multus: Rachel plorabat fi
Obse.11.a lios suos, & cōsolari noluit, eo quòd non erāt. Reditu
H rus erat ex Aegypto, & hoc significauerunt uates. Ex Aegypto uocaui filiū meum. Erat in locis insignibus manifestandus, ubi statim signa faceret ac doceret, &
Esa.9.a ipsum prædictum est, propter qd Esaias dicebat: Regio Zabulon, terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris, uidit lucē magnam: sedēti in tenebris, & umbra mortis, lux orta est eis. Quibus manifestat aduentum illius. Doctrinā quoq; & cognitionē, quā à miraculis illius accepint, enarrat: & deinceps alia miracula subiungit, qūo claudos curarit, qūo cæcos sanos, &
Ibid.35.b qūo balbos expeditè loqui fecerit. Tunc aperientur, inquit, oculi cæcorum, & aures surdorū audiēt, tunc saltabit quasi ceruus claudus, & clara erit uox inexpeditè loquentium: quod.s.nunquam factum est, q̄ in aduētu illius. Signorum item aliquorum ēt speciatim meminerunt. Ingresso enim aliquando in templum, pueri adhuc ab ubere pendentes, & inexpeditam habentes linguam, cecinerūt in illum hymnos sic dicentes: Osianna in excelsis, benedictus qui uenit in nomi
Mat.21.a ne domini. Hoc multo antea prædixerat propheta, b.et Mar. sic dicens: Ex ore infantium & lactentium perfeciti
11.b laudem, dū destruis inimicum & ultorem, hoc est Iu-
Psal.8.a daicum populum: contra quem pugnabat natura, &
I opificem prædicabat, fungebaturq; Apostolico munere innocens ætas, necdum loqui ualēs. Porrò, quòd nonnunq; disputādo cum Iudæis, ob ingratitudinem eorum, pleraq; ænigmatis & parabolis adumbraturus esset, prædictum ēt istucipsum antea fuit: Loquar
Ibid.77.a enim, inquit, propositiones à fundatione mundi, eructabo occulta ab initio. Quin & sapientiā eius in concionando propheta prædixit, inquiens: Diffusa est gra
Ibi.44.a tia in labijs tuis. Et alius iterum: Ecce intelliget puer
Esa.52.d meus, & exaltabitur, & glorificabitur, & ualde sublimis erit. Præterea aduentus sui insignia facta cū miraculis, quasi in summa enarrat idem. Spiritus, ait,
Esa.61.a domini super me, cuius gratia unxit me, ut euangelizem pauperibus misit me, ut prædicē captiuis remissionē, & cæcis uisum. At quòd Iudæi tanta beneficia in se conferentē, quem nec in paruo, nec in magno arguere poterant, sine omni causa auersaturi essent, audi Dauid dicentē: Impugnauerunt me gratis, cū osoPsal.119.b ribus pacis erā pacificus. Erat asino aliquando ciuitatem ingressurus: hoc ēt ipsum olim est prædictū, Za-
Zach.2.c charia sic dicēte: Gaude ualde filia Sion, prædica filia Hierusalem: Ecce rex tuus uenit mānsuetus, ascēdens K
super subiugalem & pullum nouum. Eiecit uendentes columbas & numularios, faciēs hoc zelo domus Mat.21.b
dei, & ostendens quòd nō sit contrarius deo, idē sentiendo qd pater: unde & iustè uindicabat, quia facta erat domus patris, domus negociationis. Cuius rei conscius propheta mentem qua faciebat, prædixit in hunc modum: Zelus domus tuæ comedit me. Quid Psal.68.b
hoc euidentius dici potuit? Tradēdus erat à participe & Io.2.c
mēsæ suæ, proditorē agente. Vide qūo & illum reuelauerit propheta: Qui comedit, ait, panē meū, magnificauit super me calcaneum. Considera item, q̄ consonet euangelium: Qui intinxit, ait, mecū manum suam Mat.14.c
in catinum, ille me tradet. Erat autem illū traditurus non simpliciter, sed uendens sanguinem preciosum, & pro illo pecuniā accipiens: & neq; hoc obticuit propheta, demonstrans consona, & impudentiā illorum consilia, ac sermones quos inter se conferebāt. Nā ille dicebat: Quid uultis mihi dare, & ego uobis illū tra
Mat.26.b dā? Isti uero respōdebant: Triginta argenteos. In ænigmate dicit: Os peccatoris & dolosi sup me apertum L
est. Proditor ille dānans seipsum ob peccata quæ fece Ibid.27.a
rat, argenteos abiecit, & ad laqueū currens uitā finiuit, fecitq; uxorem suā uiduā, & filios orphanos, & domum desertā. Vide ergo qūo & hanc tragicā calamitatem propheta annūciat, dicens: Fiāt filij eius orpha-
Psa.108.b ni, & uxor eius uidua. Cōmoueātur, usquequo eijcian tur à scrutantibus domos eorū. Et post illum factus est Apostolus quidā Mathias, & istucipsum ēt prēcinuit, dicēs: Episcopatum eius accipiat alter. Tradito Ibid.a.
Iesu, & cōprehenso uoluntariè, coactum est cōcilium iniqtate plenum, conuenientibus Iudęis & gētilibus. Vides qūo etiā hoc prædixerit propheta dicēs. Quare fremuerunt gētes, & populi, usq; Abijciamus à nobis iugum ipsorum. Quæ uox est eadē cum illa quam Ibid.2.b
Ioan.19.a
clamauerunt cū Pilato dicente, Regē uestrum crucifigam? respōderunt, Nos regē non habemus nisi Cæsarem. Ad hæc quoq; prædixerunt, & multos alios sermones & accusationes, quos interim miscebant. Silebat Iesus, & silētium quoq; Esaias dixit, Sicut ouis ad Esa.53.b
occisionē ductus est, & sicut agnus coràm tondente mutus, sic non aperuit os suum: Postea corruptā sententiam monstrans, In humilitate sua iudicium illius Ibid.53.
sublatum est, ait: hoc est, nullus illi iusta iudicauit. Po M
stea & causam cædis dicit. Nā suorum peccatorū gratia non est passus quæ passus est. Immaculatus enim & innoxius erat, sed pro mundi malis traditus est. Vide qūo duo hæc aperuerit, cū dixit: Peccatum non fe Esa.53.c
cit, neque inuentus est dolus in ore eius. Cuius ergo gratia occisus est? pro iniquitatibus populi ad mortem uenit. Quid lucri à cruce & morte illa? Bona quibus nunc gaudemus, peccati interitus, uulnerum animæ emendatio, cura & medicina mirabilis, ac rara. Ibidem.
Quod & ipsum qūo prędicat uide, dicit enim: Oēs sicut oues errauimus, unusquisq; in uiam suam aberrauit, & disciplina pacis nostræ super eū, liuore eius omnes nos curati sumus. Ad hæc, & Iudæi pœnas daturi Ibidem.
erant pro flagitijs suis. Vide qūo hoc manifestauit, dicēs: Dabo malos pro sepultura eius, diuites pro morte eius. Quod Dauid quoq; cum dixisset. Abijciamus Psal.2.a
à nobis iugum ipsorum, adiicit: Qui habitat in cœlis irridebit eos: tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Quibus significat dispersionem eorum in omnes gentes in toto orbe. Quod & in euāgelijs declarans, dicebat: Eos autem qui me Luc.19.a

A super se regnare nolebant, adducite huc, & occīdite eos ante me. Prēterea, qui p̄nunciauerunt mortē, neq;
Psa.21.d mortis genus siluerunt, sic dicētes: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt oia ossa mea. In sup & aliā post crucifixionē iniquitatē non tacuerūt,
Ibidem. dicētes: Partiti sunt sibi uestimēta mea, & sup uestem meam miserunt sortē. Consequēter sepeliendus erat,
Ibi.87.b quod sic manifestatū. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in umbra mortis. Funeris quoq; pōpā non trāsierunt silentio: nēpe, quòd mulieres attulerūt
Ps.44.b myrrhā, guttā, & casiā, audi qd dicat propheta: Myrrhā, & guttam, & casiam à uestimētis suis ex quibus lætificauerunt te filiæ regū in honore suo. Resurrectu
Ibid.15.c rus erat, uide qūo & hoc prædixerunt: Non derelinquas, ait, aiam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionē. Alijs autem uerbis Esaias idē hoc monstrat, dicens: Et dominus uult ipsum purificare à plaga, ostendere ei lumen, iustificare iustū, qui bene multis seruierat. Quòd eius occisio fuerit
Es.53.b.d multorū pctorum humanorū solutio: Peccata, dicit,
Ibidem.d multorum ipse tulit. Quòd à dæmonib. liberauit ho
B mines, Et diuisit, ait, spolia fortis: per mortem.n. hoc fecit & ea de causa in mortem tradita est anima eius.
Ibidem. Et quia p̄ficiēdus erat toti orbi, addit: Et ipse hæreditate possessurus multos. Insup, descēdit in infernum, oēs disturbauit, & tumultu turbationeq; impletā arcē destruxit, audi de hoc in inferioribus tumultuan-
Psa.23.b tes, & dicentes: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & intrabit rex gloriæ. Quis est rex gloriæ? Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.
Esa.45.a Et Esaias iterum: Portas æneas cōfringam, & uectes ferreos conterā, & aperiam tibi thesauros obtenebratos, & inuisibiles ostendā tibi. Infernū sic uocat. Nam quanuis infernus esset, aias tamen tenebat sanctas, & uasa pretiosa Abraham, Isaac, & Iacob. Propter quod thesauros uocabas: obtenebratos autē, quia nōdum Sol iustitiæ ibi fulserat, neq; de resurrectione sermones prædicarat. Iam quòd nō mansurus in terris post resurrectionem, sed ascensurus esset, hoc quoq; nobis
Psa.46.a manifestauit dicendo: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. Per iubilationē & tubam, clara eius ascēsio docetur. At quòd ascēsurus ipse, nō
C staturus esset cū angelis, neq; cum archangelis, neq;
Ib.109.a cum alijs administratorijs uirtutibus: sed sessurus sup sedē regiam, audi quid dicat: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Post hęc missurus erat Apo
Esa.52.b stolos, & hoc p̄dixerunt, dicentes: Quàm specioſi pedes annunciātium pacem, annunciantium bona. En quantum laudat corporis partē pedes, qui illos unde
Psal.67.c quaq; ferebant. Sub hæc cōmemorat qūo præualuerint Apostoli, dicit. n. Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Non. n. mouerunt arma, neq; expēderunt pecunias, neq; robore corporis, neq; exercituum multitudine, neq; aliquo tali usi sunt: sed uerbo simplici, & multam habente uirtutem, ac miraculorum ostensionem Crucifixum. n. prędicantes, & miracula facientes, totum orbem sibi subiecerūt: & propterea dicit, Dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa: miracula significans. Et enim mira uirtus erat, piscatorē, publicanū, pellionē, nudis p̄ceptis mortuos suscitare, dæmones expellere, mortē abigere, philosophorum linguam mutam facere, rhetorū ora constringeee, apud principes ac reges uersari, Barbaris, Græcis, & omni hoium generi imperare. Nam

oia hæc uerbo illi perfecerunt, & uirtute multa mor- D
tuos in uiuos mutauerūt, pctores, in iustos, cæcos in uidentes, & mortuos naturæ ac malitiam aiæ expulerunt. Dein, quòd uirtus hæc eis à spū sancto affluerit, declararunt, cum dicunt: Spū impleti sunt, prophetauerunt q; uiri ac mulieres. Quòd autē in linguis igneis sup eos consedit, Ioel multo antea prædixit, inquiēs:
Effundam de spiritu meo super oēm carnem, & pro- Ioel.2.g
phetabunt filij uestri, & filiæ uestræ: & adulescentes uestri uisiones uidebunt, priusq; ueniat dies domini magnus: futurum illum p̄dicens, nam nec hunc siluit. Postea declarans fide salutem constare, dicit: Et erit, Ibidem.
oīs qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Nec solū habemus quòd illi mittendi erant, sed ēt quòd in totum orbē puenire debebat p̄dicatio, ita ut nulla pars esset in qua non audiretur. In oēm terram, ait, Psal.18.a
exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Ad hæc, quòd cum authoritate p̄dicarint, & regibus potētiores fuerint, docet, inquiens: Constituens principes in omni terra. Quòd aūt regibus maiores sint Ibi.44.d
Petrus & Paulus, declarauit euētus. Nā regum leges, etiam ipsis uiuētibus, iritantur: at piscatorum illorū, E
etiā mortuis ipsis rataæ sunt, & immobiles manent: licet multis legibus, animaduersionibus, armis, supplicijs, argutijs, uerborū eloquentia, cognationib. amicitijs, dæmon bus, diabolo, cōsuetudinib⁹, malis moribus, uoluptatib⁹, & infinitis alijs refringere plurimi conati sint. Et quia illi constituti principes, ēt desidetabiliores sint subditis, non sicut multi principes, terribiles, molesti, & atroces: ideo subdit dicens: Propte
rea populi cōfitebuntur tibi in seculū: hoc est, gratias Ibidem.
dicēt tibi, gratias multas tibi offerēt, quòd tales principes dedisti. Et quòd prædicatio ubiq; increscat, audi: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ. Et iterum ali- Ibid.2.b
cubi: Implebitur omnis terra scientia domini, sicut aqua multa, quæ operit mare. Et facilitas obedientię Esa.11.b
docetur. Non docebit, ait, unusquisq; proximū suum, & unusquisq; fratrem suum dicens, cognosce domi- Hier.31.f
num: quia omnes cognoscent me à minimo illorum usq; ad maximum illorum. Ind. scissa ecclesia manifestatur: In nouissimis diebus insignis erit mons domi Mic.4.a
ni præparatus in uertice montium, & exaltabitur su- F
per oēs colles, & uenient ad eum omnes populi, & gētes multæ. Et quòd non solùm firma, & solida, & immobilis, sed quòd & multa orbi pace p̄sidebit. Et interibunt principatus multorum in ciuitatibus, & monarchiæ: unum aūt quoddā regnū propagabitur, & abundantius erit pace, nō sicut prius. Nam prisca illa regna, & dolosi rhetores, & armati milites parauerunt: xp̄o autem aduenīente, oia illa dissoluta sunt, & bella in partem seorsum concesserunt. Hoc. n. docens
propheta, dicebat: Et confringent gladios suos in uo- Esa.2.a
meres, & lanceas in falces, & non accipiet gens contra gentem gladium, & non discent bellum. Nā prius in illis oēs exercebantur, nunc & artis eius obliti sunt immo plures eius neq; initium gustarunt. Si aūt sunt pauca quædam bella: quid hoc ad crebra illa & continua, cùm gens contra gentem insurgeret? Deinde & unde constituta sit ecclesia, prædicit. Nam non solū benigni & mansueti, & suaues homines, sed & feri, & inhumani inter seipsos, & lupi, & leones, & tauri moribus colligendi erāt: è quibus omnibus una fiebat ecclesia. Audi quomodo armenti illius uarietatem declarans propheta dicit: Tunc pascetur simul lu- Ibid 11.f

G pus cum agno, quo frugalem uitam regum indicat.
Quòd aũt non de feris hæc ſonant, ut fortè dixerit Iudę⁹, quãdo hoc factũ eſt dicat, nunq̃ lup⁹ agno cõpaſcu⁹ fuit. Aut ſi ſimul paſcetur, qd hoc humano generi prodeit? Sed hoc ad feros & agreſtes hoĩes ptinet, Scythas, Thraces. Mauros, Indos, Sauromatas, Perſas: quia gentes illæ oẽs ſub uno iugo erunt. Id quod
Soph.2.c & alius quidã propheta manifeſtans dicebat: Et ſeruiẽt ei ſub iugo uno, & adorabit eum unuſquiſq; à loco ſuo. Nõ ultra Hieroſolymas ſolum, ſed in toto orbe: neq; ultra dicetur hominibus, ut Hieroſolymas adeant, ſed unuſquiſq; domi manens, cultum illum
Mala.1.c perficiet. Erant eijciendi Iudæi, audi quo & hoc prædixit propheta: Ecce & in uobis concludentur ianuę, & nõ accenditis altare meum gratis. Et mihi quidem
Ibidem.d ſeruiunt, ait, ab Oriente Solis uſq; ad occidentem. Nomen meũ glorificabitur in gentibus, & in omni loco ſacrificium mihi offertur, & hoſtia pura. Vides quo cultus nobilitatem manifeſtrauit quo excellentiam & immutationem eius, quòd non in loco, ſed modo: non in nidore & fumo, ſed in alio cultu noſtra erunt
H miniſteria. Et quo illos, decet quiſpiam, attraxerunt Apoſtoli? Qui non niſi unam linguam habebant, nẽpe Iudaicam: quo Scytham, & Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? Acceperant à ſpiritu ſancto gratis multiiugarum linguarum dona. Et hoc quoq; non Apoſtoli ſolũm ſuum dicunt, ſed & prophetæ ſimul duo hęc declarantes. ſ. quòd uarietatem linguarum acceperint Apoſtoli, & quòd neq; hoc attraxerit Iudæos. In uarijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & neq; ſic audient me, dicit dominus. Quid hoc manifeſtius uidit aliquis? Erant Iudæi
1.co.14.d increduli futuri, & gentes ad fidem aſcíſcendæ: hoc
Eſa.55.a Eſaias declarans manifeſtat: Inuentus ſum ab his qui me non quærunt, manifeſtatus ſum his qui me nõ inquirunt. Dixi: Ecce ego ſum ad gentẽ, quæ non inuocauit nomen meum, ad Iſrael expãdi tota die manus
Ibi.53.a meas, ad populum incredulum, & contradicentẽ. Et iterum: Annunciamus corã eo ut puer, & ſicut radix in terra ſitienti. Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Et non dixit, doctrinæ noſtræ: ſed, auditui noſtro: ubi oſtendit, quòd nõ propriũ ãliquid loquuntur, ſed ea ipſa admi
I niſtrarunt, q̃ audierunt à deo. Et quòd noſtra Iudaicis præferenda magisq; colenda ſint, uide quo prædicit propheta: Iritabo uos in non gente, in gente inſipienti iritabo uos: Prioris populi uilitatem ſignat in hoc quòd dicit, in non gente: non. n. gens putabatur eſſe, ob uilitatem nimiam, ob ſtultitiam, ob inſipientiam. Sed mutatio hæc fide facta eſt, ut noſtra gens nunc multò dignior appareat, q̃ iſta fuit olim. Vide etiam quo declarauit hoc ægrè laturos Iudæos, & in deiritatos futuros meliores: dicit. n. Iritabo uos in nõ gente: hoc eſt, tanta dabo ipſi bona, ut æmulatione corripiamini, & mordeamini. In hoc meliores facti ſunt: nam cùm audirent Moſen, & prophetarum ſigna uiderent, mare diuiſum, petras ſciſſas, aerem mu
Pſ.105.c tatum, aliaq; prodigia, filios ſacrificabãt, & initiabãt Beelphegor, magicæq; uacabant arti. At ubi nos ad fidem acceſimus, lõgeq; uenerabiliores apparuerũt res noſtrę, quàm illorum: & ipſi zelotypia laborarũt, & humiliati ſunt, & ita meliores facti, quàm dum à prophetis erudirentur, & prodigia uiderent. Nam ex æmulatione noſtri rectè ſe gerunt: nullus enim ipſorum, uel pueros nunc immolat, uel ad idola currit, uel uitulũ adorat. Virginitatis decor apud ueteres ne K
que nominabatur, in noua autem lege fulſurus erat.
Pſ.44.d Vide quomodo & hoc prædixit Dauid: afferentur regi uirgines poſt eã, afferentur in templum regis. Et neque ipſum ſacerdotũ nomen obticuit, epiſcoporũ nomen dico, Conſtituam enim principes tuos in pace, dicit, & epiſcopos tuos in iuſtitia. Veniet ut iudex rationẽ exacturus ab hominũ genere, & cũ primis à
Mala.3.d Iudæis. Vide quo hoc prędicit & Dauid & Malachias. Malachias. n. ſic dicit: Et ueniet ſicut uentilabrum, ſicut herba fullonum, & purgabit argẽteum & aureũ,
1.Co.3.d iuxta dictum Pauli, Dies declarabit, quia in igne reuelabitur. At Dauid ſecundum eius aduentum prædicans, Deus manifeſtè ueniet, dicit. Nam prior eius aduentus multæ miſericordię eſt, ſecundus autem non item: ſed aderit è cœlis ipſis, angelorum multitudine
Pſ.49.d undiq; effuſa, aduentuq; ſuo ad ſimilitudinem fulguris omnia cõprehendente. Nam ut fulgur egrediens in Oriente, etiã in Occidente uidetur, ita erit aduentus filij hois. Quo declaratur eius claritas, & quòd ſe
Luc.17.c L metipſum annunciet: nullo. n. præcone opus habebit, qd propheta docens docebat, Dominus manifeſtè ueniet. Deinde iudicium adducens futurum, ſic inquit: Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu
Pſa.49.d eius tẽpeſtas ualidè. Dixit ſupplicia, dicit & fulgorẽ: Aduocabit cœlũ de ſurſum, & terrã, ut diſcernat populum ſuum. Terram hic omne hoĩum genus dicit,
Ibidem. deinde cũ omni hominum genere & Iudæos iungit. Nam ad ipſos ptinet: Congregate illi omnes ſanctos
Ibidem. eius, quia deus iudex eſt. Aduentu ſuo cultũ uictimarum reiecturus erat, ut ne amplius ille acceptus eſſet, ſed noſtrum illud ſacrificium admitteretur. Accipe
Ibi.39.b quo & hoc prædictum ſit: Sacrificium & oblationẽ noluiſti, corpus aũt perfeciſti mihi. Nam per corpus, & obedientiã noſtrã inſtituturus erat cultũ nouum: ideoq; dicit, corpus aũt perfeciſti mihi. quod & alibi
Ibi.17.b manifeſtans dicebat: Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, no uidẽs mare ſciſſum, non petram ruptam, ſed audiens meos
Ibi.30.b Apoſtolos. Et ibi corpus pfeciſti mihi, tunc dixi, ecce uenio. In capite libri ſcriptum eſt de me. Duo aũt hęc manifeſtauit: & quòd aſſuturus ſit tunc quãdo ceſſabunt ſacrificia: qd & factum principatu Iudæorũ ad
M Romanos tranſeunte: & quòd de aduentu ſuo anteq̃ aduenirẽt, prædictum ſit. Quo autem ſcriptum de eo quòd aderit, diximus quòd Baruch dicit: In terris
Baru.3.d uiſus eſt, & cũ hominib. cõuerſatus. Dicit aũt & Moſes ſic: Prophetã nobis excitabit dom⁹ deus de fratribus noſtris, ſicut me, ipſum audietis: & erit, omnis
De.18.d anima q̃ prophetam illum non audierit, exterminabitur de populo ſuo. Vides hoc in nullo impletum, q̃ in hoc ſolo. Etenim multi prophetę ſurrexerũt, & oẽs parũ auditi ſunt: attamen propterea Iudæi nihil ſunt paſſi. Hunc autem quia non audierunt, uagantur erratici, fugitiui, & exules, oberrantes ubiq;, excluſi à ſua ciuitate, & à paternis legibus & cõſuetudinibus, in ignominia & ultionis pœna. Quæ ſub Veſpaſiano & Tito ſunt paſſi, iam dicere non uacat: ita oẽm calamitatem excedit ea tragœdia. Et impletum eſt propheticum illud: Omnis qui nõ audierit prophetam il
De.18.d lum, exterminabitur. Propter hoc omnia, quæ illorũ fuerunt, in ſolitudinem redacta, quia prophetam illũ non audierunt, Quòd ſuſcitabit omnes, prædictũ eſt cùm dicunt: Reſurgent mortui, & euigilabunt qui in
Eſa.62.d monumentis. Ros enim paradiſi medicina ipſius eſt.

Quòd

A Quòd poſt crucem, poſt mortem res Chriſti clariores futuræ, & quòd poſt reſurrectionẽ pdicatio Chriſti inualitura eſſet, ſimiliter prędictum, Nã poſtq̃ ora-
Mar.14.c uit in Oliueto, proditus eſt à diſcipulo, cõſputus eſt, conuicia audiuit, flagellatus eſt, crucifixus eſt, & irriſus quantũ illi uolebant, neq; ſepulturã obtinuit: ueſtes eius diuiſerũt carnifices: in mala opinione uitã ſi
Ioã.19.b niuit, ut blaſphemus, ut tyrãnus. Nam omnis qui ſeipſum facit regẽ. dicebant, nõ eſt amicus Cæſaris. Et ite-
Ibi.10.g rum: Ecce audiſtis, quòd blaſphemus eſt. Erantq; hęc oĩa antea ſignificãda. Ne timueris, horũ gratia, quòd crucifixus, quòd flagellat⁹, quòd colaphis cęſus, quòd cõſputus, quòd à latronibus cõuicijs iceſsitus, quòd tyrãnidis & blaſphemiæ noĩe occiſus. Ita ſe habebunt res eius poſt mortẽ & reſurrectionẽ, ut nemo contradicat, qn ſummo honore antecellat. Hoc certè & factũ eſt, & prædictum, qd & propheta prædicebat in-
Eſa.11.c quiẽs: Erit radix Ieſſe, & qui exurgat ut regat gẽtes, in ipſo gentes ſpabunt. Et erit qes eius, honor. Hoc aũt mortis genus diademate quouis glorioſius eſt. Nã re-
B ges poſitis diadematis, crucẽ ſuſcipiunt, mortis ſymbolũ. In purpuris crux, in diadematis crux, in p̃cibus crux, in armis crux, in mẽſa ſacra crux, & in toto orbe crux, & ſup Solẽ fulget crux. Et erit reges eius, honor: licet diuerſo modo in rebus humanis contingere ſolet. Nam cũ hi qui hic in magna gloria, rebúsque florentibus agũt, moriũtur, pereunt cũ eis ſimul alia omnia: id qd non ſolũ in diuite, ſed & in principe, atque adeo id & in regibus ipſis qs uidet. Nã leges eorum irritantur, ſtatuæ obſcurãtur, memoria extinguitur, nomen eorũ in obliuionem uenit, à cognatis deſpiciuntur. Et licet pridẽ mouerint arma, cocitarint ſeditiones populorũ & urbium, reuocauerint proſcriptos, occiderint dominos, ſimul tamẽ conciderũt hęc oĩa, quãuis glorioſa prius fuerint. At ſecus in cruce euenit. Ante crucẽ in luctu res erãt, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliq profugerunt, Ieſus ſolus inter inimicos cõ-
Ioã.18.a prehenſus eſt: multi qui crediderant retrorſum abierunt. Cæterùm, ubi occiſus eſt, & mortuus, ut diſcas quòd nõ ſit purus homo: non ſolũ res eius nõ interciderunt, ſed multò clariores, illuſtrioresq;, & ſublimio
C res ſunt redditæ. Nã ante crucẽ præcipuus Apoſtolo-
Ibidem.c rum, neq; oſtiariæ minas tulit, & poſt tantã eruditionem aiebat ſe neſcire qs eſſet. At poſt crucẽ, orbis ad fidem acceſsit, & infiniti martyrũ populi occiſi, malentes mori q̃ dicere, quòd præcipuus ille Apoſtolorum formidãs unius oſtiarię minas. In omni regione, omni ciuitate & ſolitudine, & pte orbis, quæ hãbitationi accõmoda, & quæ non accõmoda, prędicamus crucifixum. Et reges & principes, & milites, & præſides, & ſerui & liberi, & idiotæ & ſapiẽtes, & inſipiẽtes & barbari, & reliqua hoĩum genera, ac terræ omnes quas Sol ſpectat, ad hoc nomẽ currunt, ut adorent:
Eſa.11.b ut diſcas qd ſit, Et requies eius honor. Et locus quidem quo corpus hoc poſitũ, breuis erat, & ualde anguſtus: anguſtior tamẽ & uenerabilior mille regũ palatijs, imo ét regibus ipſis. Et erit requies eius honor. Non ipſo tantũ, ſed & in diſcipulis ſuis hoc contigit. Nã qui ducebantur & circũducebantur, qui contẽpti erant & uincti, qui inumera patiebantur dũ uiuebãt: ubi defuncti ſunt, regibus ipſis erãt magis uenerabi-
Roma. les ẽt Romæ, quę urbiũ eſt regaliſsima, relictis oĩbus, ad ſepulchra piſcatoris & pellionis currũt & reges, & præſides, & milites. Et in Cõſtantinopoli reges noſtri magnã gratiã putãt, nõ ſi propè Apoſtolos, ſed ſi uel extra eorum ueſtibula, corpora ſua ſepeliantur, fiãtq; D piſcatorum oſtiarij reges. Neq; hinc in morte confunduntur, ſed honeſtãtur & ipſi, & eorũ nepotes, & pronepotes. Et erit reqes eius honor: Quale aũt Symbolum huius mortis? Signũ erat mortis maledictę, mortis oĩum defamatiſsimę. Hoc. n. ſolùm mortis genus maledictiõi obnoxiũ fuit. Vt exẽpli gratia qd dicam, qui olim peccabant, cõburebantur, lapidabantur, & alijs modis uitã finiebant, ut in ſupplicijs tantũ: Crucifixus aũt, & in ligno ſuſpenſus, nõ ſolũ hoc ferebat, ut graue aliqd ſupplicium, cui adiudicatus erat, ſed & ut maledictum quoddã. Nam maledictus oĩs, dicit, *Deut.21d*
qui pendet in ligno. Verũtamen hoc maledictũ, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, crux, diadematibus, & coronis clarius factũ eſt. Neq;. n. ſic regia corona ornatur caput, ut cruce, quæ omni cultu dignior, & quã omnes prius abhorrebant, eius figurã tantopere quęrunt: atq; adeo ubique ea inuenitur apud principes, apud ſubditos, apud mulieres, apud uiros, apud uirgines, apud nuptas, apud ſeruos, apud liberos: ſubinde oẽs ea ſe ſignant, inſcribẽdo in E nobiliſsimũ membrum noſtrum. In fronte. n. noſtra, quaſi in colũna quotidie figuratur. Sic in ſacra mẽſa, ſic in ſacerdotũ ordinationibus, ſic iterũ cum corpore Chriſti, in myſticis cœnis fulget. Hãc ubiq; celebrari uidere licet, in domibus, i foro, in ſolitudine, in uijs, in montibus, in collibus, in uallibus, in mari, in nauigijs & inſulis, in lectis, in ueſtibus, in armis, in thalamis, in ſympoſijs, in uaſis argẽteis, in aureis, in margaritis, in murorũ picturis, in corpibus brutis malè affectis, in corpibus à dęmonijs obſeſsis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorũ choreis, i monachorũ ordinibus: adeo certatim donũ hoc mirabile rapiunt oẽs. Mira eſt hæc gratia, nullus cõfunditur, nullus erubeſcit, cogitãs quòd maledictæ mortis ſymbolũ fuerit: ſed oẽs ipſo magis ornantur, q̃ diadematum coronis, uel multis gẽmatis monilibus & torquibus. Et non ſolũ nõ fugitur, ſed & deſideratur & adamatur, & oẽs de ea ſoliciti ſunt, & ubiq; fulget, & ſparſa eſt in parietibus domorũ, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in uicis, in locis quę habitãtur, & quę non habitantur. Vellẽ audire à pagano, unde ſymbolum F
tã maledictæ mortis ac ſupplicij omnibus tã deſiderabile, ſi non magna crucifixi uirtus? Quòd ſi nihil hoc eſſe putas, ſed adhuc impudens manes, & ueritati te opponis, & ad lumẽ cæcutis, ex alio argumẽto diſce, quale hoc ſit, & quantæ uirtutis. Sunt lictoribus multa tormentorũ genera, ligna, lora, ungues, plũbum, quibus torquẽt corpora, & membra dilacerant, & diſtrahunt: & quiſnã uellet hæc in domũ ſuã inferre? qs uellet manu contingere? uel quis uellet ad carnifices, dum hæc agunt, propius accedere, ut uideat? An non plures ita abominantur, ut neq; aſpectũ, neq; tactum ſuſtineant, aliqui nauſeant, & inauſpicatum cenſent, proculq; fugiũt, & oculis auerſantur? Tale quippiam utiq; & crux olim erat, atq; illis multo grauior, ut ſupra memini. Nã non mortis tantũ, ſed & maledictæ mortis ſymbolũ erat. Vnde ergo, dic mihi, omnibus tantũ eius ſtudium & cura, quod ita deſiderata cunctis, & oĩbus deſiderabilior? Ipſum ergo hoc lignum, in quo poſitum ſanctũ corpus domini, & crucifixũ: quare nã habere totus orbis ita contẽdit, ut qui paruum qddam ex illo habẽt, hoc auro includãt, tã uiri, q̃ mulieres: & ceruicibus ſuis aptãt, hinc ualde honeſtati, & magnifici, muniti & protecti, licet cõdẽnatio-

G nis fuerit lignum. Sed qui omnia operatur & præparat, qui orbẽ terrarum à peccato tanto transfert, & terrã cœlum facit, ẽt rem hanc, licet contemptam, & oĩbus mortibus rurpiorẽ, ſupra cœlos eleuauit. Hæc igitur oĩa prẽuidens propheta dicebat: Et erit requies eius, honor. Hoc.n. mortis ſymbolũ (non deſiſto idẽ ſæpe cõmemorare) multæ benedictionis argumentum eſt factum, & omnigenæ ſecuritatis murus, tempeſtiua diaboli plaga, dæmonũ frẽnum, chamus contrariarum uirtutum. Hoc mortẽ ſuſtulit, hoc inferni æreas portas confregit, hoc ferreos uectes contriuit, diaboli arcẽ expugnauit, peccati neruos execuit, totũ orbem condẽnationi ſubiectum eripuit, plagã à deo immiſſam aduerſus naturam noſtram remiſit: quę q̃ non potuit mare cũ diuideretur, & petræ cũ rumperentur, & aer cũ mutaretur, & mãna quod quadraginta annis tot millibus dabatur, & lex, & alia ſigna, tam in eremo, q̃ in Palæſtina facta, ea potuit crux, non in una gente, ſed in toto orbe, & in omnibus quas Sol aſpectat terris. Crux maledicti ſymbolum, quod omnes fugiebant, qd omnes deprecabantur, quod probroſiſſimum dicebant oẽs, tantum ac tale poſt crucifixi mortẽ robur accepit. Diſce ergo, quãta eius ſit uirtus, qũo ſine bello & omnia facilẽ opereretur, nõ ſolum aũt hæc, ſed & præter hæc & alia oſtendunt eius uirtutem. Orbem.n. cũ eſſet ſterilis, & infœcundus in ſermone uirtutis, & nõ melius ſe haberet ad hoc, ut aliqd boni pariat, q̃ terra ſolitaria, uel infœcunda mulier: fecit matrẽ multorum filiorũ, & paradiſum frugiferam. Et hoc quoq; antea prædictum à propheta ſic dicẽte: Lętare ſterilis, quę nõ paris: iubila & clama, quæ nõ parturis: quia plures ſunt filij ſterilis, q̃ habentis uirum. Et quòd talẽ eum fecerit, dederitq; ei & legem, ſed priore multò præſtantiorem: minimẽ obticuerunt prophetæ, dicentes. Diſponã teſtamentũ nouum, non ſicut diſpoſui patribus eorũ in die, qua manum eorum apprehendi, educẽdo ipſos ẽ terra Aegypti: quia ipſi non manſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominꝰ. Quia hoc eſt teſtamentum quod diſponã eis: dabo.n. eas leges meas in mẽte eorum, & in corde eorũ inſcribam eas. Præterea illam magnã mutationem, eruditionẽq; facillimam declarans prædicebat: Et nõ docebit unuſquiſq; proximum ſuum, dicens: cognoſce dominum, quia omnes ſcient me à minimo ipſorũ uſque ad maximum. Iam etiam hoc ipſum quòd daturus eſſet & remiſſionem peccatorum, oĩbus ad ſe uenientibus, p̃dixit prophe-
ta, ſic dicẽs: Hoc erit ipſis à me teſtamentũ, quia auferam iniqtates eorũ, & iniqtatum eorum non ero memor amplius. Quid hoc manifeſtius? qd dilucidius? Vocatur lex: noua ueterẽ excellit: facilẽ credẽtes inſtituuntur, dãturq; in baptiſmate gratia & donũ. Porrò qui hæc fecit, idẽ aderit, & poſt hæc iudicabit: ſed uide qũo nec hoc ſilentio tranſierint. Nam eorũ aliqui uiderunt ipſam in habitu quo uẽturus eſt: alij per uerba ipſum prædixerunt. Nã Daniel qdem in medio Babylonis, & inter Barbaros, uidit ipſum in nubibus ſedẽtem. Ecce.n. ait, qa filius hoĩs uenit & puenit uſq; ad antiquũ dierum, & ei oblatus eſt oĩs principatus, oẽs populi, tribus & linguæ ei ſeruiũt. Et de tribunali eius ſubdit, dicẽs: Throni poſiti ſunt, & libri apti ſunt, & fluuius ignis exiit ante eum, mille millia miniſtrabant ei, & decẽ millia aſsiſtebant ei. Et quòd per ignẽ erit hoc iudiciũ: Ingredietur, ait Malachias, ſicut ignis cõflans, & ſicut herba fullonũ. Sed quòd boni magno honore tunc perfruẽtur, ac de reſurrectione gaudebunt, inquit idẽ Daniel: Reſurgent qui in puluere ſedent. Vidiſti diligentiam prophetarum, qũo uentura omnia prædixerunt? Qũo ergo adhuc in incredulitate perſtas, cũ tantam uirtutis eius demonſtrationem acceperis? Verba ante hæc tempora prædicta ſunt, & opera uerbis ſuccedere uides conſona, & oĩno prætermiſſum nihil. At quòd non ſint figmenta, teſtãtur hi qui libros & primũ acceperunt, & conſeruant, inimici noſtri, & à crucifixotibus progeniti. Et quomodo hoc, dicet quis, quòd habẽtes libros non credũt? Ecce uiderunt tunc operantẽ miracula, & non crediderunt: ſed hoc non arguit id quod non creditur, ſed eos magis qui in meridie cæcutiunt. Nã & hunc mundum in mediũ propoſuit, opus bonis proportiõibus undique bene conſtitutum, & uoces undequaq; miſſas, quæ annuncient opificem. Et ſunt hoies aliq, qui dicere audent omnia fortuita, & per ſe mota: alij non eſſe facta quæ uidentur, alij opificiũ & conditionem, ac prouidentiã dæmonibus adſcribunt: alij fortunæ, & natiuitati, & fato, & ſtellarum circũferentiæ. Neque hæc in opificẽ cadit reprehẽſio, ſed in eos potius, qui inter tot remedia adhuc extremis laborant morbis. Nã ita contingit, ut aĩa prudens ſi uidet aliquid quo ſibi opus, nõ multis ad hoc egeat adiumentis: imprudens aũt, & ſtupida, & quæ multis antea languet affectionibus, cæcutiens maneat, ẽt quanticunq; illi contingant manuductores. Vide ut hoc ſemp & ubique euenit, nõ in hoc argumento dũtaxat. Nã quot ſunt, qui nullis unq̃ auditis legibus, honeſtè ac legitimè uixerunt, quum interim quidam à pueritia enutriri legibus, uſq; ad ſenectam, nunq̃ tranſgredi illas ceſſarũt? Hæc & apud ueteres contigerunt. Nam Iudæi, licet ſi gna & miracula plurima haberent, nunq̃ tamen per ea meliores euaſere. Niniuitæ una tantũ uoce audita, uitam mutarunt, à peccatis liberati. Hoc ẽt uidere licet, non in nobilibus tantũ uiris. Nam Iudas quanta doctrina admonitus, factus eſt proditor: latro autem qua admonitione incitatus, in cruce Chriſtum cõfeſſus eſt, & eius regnũ prædicauit? De rebus igitur, non à peruerſis conſilia quære, ſed à rerum ueritate calculum iuſtum affer apud rectè uolentes. Non crediderunt Iudęi, & crediderunt multi ex gẽtibus quod & ipſum à prophetis non eſt prætermiſſum ſilentio. Dicit enim: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Et Eſaias: Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Et iterum: Inuentus ſum ab his qui me non quærunt, notus factus ſum his qui me non interrogant. Et in hoc Chriſti aduentu crediderunt Chananæi & Samaritana mulier: ſacerdotes autem & principes eum impugnauerunt, & ei inſidiati ſunt, & alios abegerunt, & ẽ ſynagogis credentes in eum, eiecerũt. Nõ utiq; rara hæc fuerint: nã & uita noſtra plena huiuſcemodi exẽplis eſt, quæ & partim noſtro tpe, partim ſuperioribus ſeculis acciderunt. Nihilominus licet non oẽs, tamen etiam ex Iudæis & nũc, & olim multi credidere. Quòd aũt non omnes, nihil nouũ, nihilq; admirabile. In cauſa.n. eſt, quòd alium inſipientia, alĩ uero incogitans, uel affectionibus peſſundata mens perdit. Cæterũ, quia prophetias quę de Chriſto multo ante ſua tempora prædictas tractauimus, agẽ in medium afferamus, quæ etiã ipſe in terris ambulãs, cumq; hominibus cõuerſans, de futuris dixit, ut & inde eius potẽtiam ac uirtutem diſcas. Igitur

Sap.3.c
Eſa.54.a
Gala.4.d
Hiere.31.f
Ibidem.
Ibidem.
Dan.7.d
Ibidem.
Dan.12.d
Mat.16.c
Ioan.3.b
Mat.15.c
Ioã.4.d

A cùm adeſſet, noſtræq; ſalutis ageret negocium, uarijs modis id egit, & quantũ ad illos q tũc uiuebãt, & quã tũ ad poſteros attinebat. Et qd facit? Miracula operatur, prædicit nonnulla longis poſtea tpibus euentura. Et per ea quæ tunc fiebant, ueritatem eorum quę poſt multum tps uentura exponit, fidem faciens auditoribus, tam præſentibus q̃ ſequuturis, & ex dictis ſuis q̃ tunc implebantur, & miraculis quæ fiebãt: atq; hac duplici demonſtratione ſermones fide digniores erant. Nam duplicia p̃dicere ſolebat ea uidelicet quæ in p̃ſenti uita, & quæ poſt conſummationem & mortẽ euentura: & confirmabant hęc ſe mutuũ, omniaq; uerè dicta monſtrabantur. Et uide quid dicam: nam ſermo parum dilucidus eſt, unde & dilucidiorẽ ip̃m facere tentabo. Duodecim erãt diſcipuli ſequẽtes ipſum, & eccleſiã referebãt, quanuis nullus tunc eã mẽte cõciperet: ſiquidẽ nec nomen eccleſiæ erat, ſed floB rebat ſynagoga. Quid igitur dicit? Orbe fermè toto in impietate detento, p̃dixit: Sup petram hanc ædificabo eccleſiã meam, & portæ inferi non prævalebũt aduerſus eã. Examina quid hoc ſibi uerbũ uult, & ui debis perſpicuam eius ueritatem. Nam non ſolũ hoc mirũ eſt, quòd ędificauit eam p totum mundum, ſed quia inuictã fecit, & inuictã licẽt tot bella inſurgant. Hoc.n. eſt, quòd portæ inferi non prævalebunt aduerſus eã: Pericula, ait, quæ mortem generant, pericula q̃ ad infernum deducunt. Vidiſti prædictionis ueritatem? uidiſti euentus certitudinem ac robur? uidiſti uerba in operibus relucẽtia, & uirtutem abſq; armis oĩa facilẽ conficientem? Ne ideo quia paucis dicitur, Aeficabo eccleſiã, tranſcurras obiter: ſed conſidera & cogita tecum, quid ſit in tam breui tpe omnẽ ſub Sole terram tantis eccleſijs impleri, tantas gentes ad fidẽ transferri, populos perſuaderi, ut patrias leges irritent conſuetudinem ſtabilitã & radicatã reuellant, altaria, & tẽpla, & ſtatuas, & ſacrificia, & prophana ſeſta, & immundum odorẽ, ſicut ſimum aliquem abolẽant: & excitent altaria ubiq; gentium in regione Romanorũ, Perſarũ, Scytharum, Maurorum, Indorum, & ultra orbem noſtrũ. Nam & Britanicæ inſulæ extra hoc mare ſitæ, & q̃ in ipſo Oceano ſunt, uirtutem uerbi ſenſerunt: (ſunt.n. etiam illic fundatæ eccleſiæ, & erecta altaria.) Illius inq̃ uerbi, quod tunc dictum, quod & in oium animabus, inq; omnium labijs plantãũ. Vnde & omnis (ut dicitur) terra ſpinis plena, repurgata, factusq; purus ager, ſemina pietatis ſuſcepit. Magna res foret, & excellenter magnæ diuinæq; uirtutis, etiamſi nemo interturbaret, eſſetq; pax ſumma, & multis ſimul adnitentibus, & reluctante nullo, poſſe intra tã breue tps totũ orbẽ, à conſuetudine ſua mala, qua p̃occupatus fuit, liberari, & ad aliã induci. Verũ, hoc multò maius, quòd non ſolum in aliam inducitur, ſed in multò difficiliorem: non ſolum.n. diuerſa cõſuetudo erat, ſed & uoluptate firmata. Duo uiolenta. Quę.n. acceperat à patribus, auis & proauis, alijſq; ſuperioribus progenitoribus, & philoſophis, & rhetoribus, ea reſpuere docebatur, quod ſanè difficillimũ erat: at difficilius nouam accipere conſuetudinẽ quæ nup irrepſerat, illamq; ualde laborioſam. Abduxit.n. Chriſtus à uoluptate, & induxit ad ieiunium: abduxit ab amore opum, & induxit ad amorẽ pauptatis: abduxit à luxu, & induxit ad tẽperãtiam: abduxit ab ira, induxit ad manſuetudinẽ: abduxit ab inuidia, & induxit ad benignitatẽ: abduxit à uia lata & ſpatioſa, & induxit in anguſtam & arctam, & præruptam, & induxit aſſuetos uiæ latę. Neq;.n. alios homines ex D tra huius mundi conſuetudinem uiuẽtes aſſumpſit, ſed illoſipſos qui in talibus uitijs computruerant, & luto molliores erant, iuſsit ut anguſtam & arctã uiã, aſperamq; illã & duram ambularent. Et p̃ſuaſit eis. Quot aũt perſuaſit? Non duobus, uel decẽ, uel uiginti, uel cẽtum, ſed omnibus fermè ſub Sole habitantibus. Et p quos p̃ſuaſit? Per uiros undecim illiteratos, priuatos, ineloquẽtes, obſcuros, paupes, patria, facultatibus, robore corporis, p̃cellentia gloriæ, dignitate progenitorũ, uehemẽtia rhetorices, eminẽtia ſcientiæ carentes: p piſcatores, per pelliones, per barbaros. Neque.n. eadem illis & auditoribus uox, ſed extraneum planè & peregrinũ ſermonẽ à linguis eorum, quibus prædicabãt, ſortiti erant. Hebraicũ dico. Atq; p hoſce ædificauit eccleſiam hanc, quę à finibus uſq; ad fines extenta eſt. Neq; hoc ſolùm mirabile, quòd priuati, & pauperes illi, & parui & ignobiles, & illiterati, & uiles, & exotici ſermonis, & contẽptibiles, totius orbis correctionem attentarunt: ſed & quòd ad longè difficiliora opa ipſum ducere iuſsi, nõ hoc in pace fecerũt, ſed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nã in unaquaq; E gente & ciuitate. Et quid dico, gente & ciuitate? in ſingulis domibus gerebatur bellũ. Radicata.n. hæc doctrina, & puerum ſæpe à patre diuiſit, & nuptam à ſocru, & frẽm à fratre, & ſeruum à domino, & ſubditũ à principe, & uirũ à muliere, & patrem à pueris: (neq; enim ſimul oẽs crediderũt.) Ad hæc, quotidianas inimicitias, cõtinua bella, multaſq; ipſis mortes attulit. Et fecit, ut apoſtolos quaſi cões hoſtes, & inimicos plericq; auerſarentur, abigerẽtq; eos à ſe omnes, reges, principes, priuati, liberi, ſerui, populi, urbes: & non ſolũ ipſos, ſed & quod grauius nouitios in fide, & eos q ab ipſis inſtruebantur. Eodem.n. bello premebantur & diſcipuli, & mągiſtri. Videbatur.n. doctrina hæc cõtraria præceptis regijs, & conſuetudini & patrijs moribus: quando quidem adhortabatur ab idolis abſtinẽdum eſſe, deſpectui habenda altaria, quæ patres progenitoreſq; ipſorũ colueẽunt: deſiſtendum à prophanis p̃ceptis, ridendas ſolennitates, reſpuẽda ſacrificia: quæ illis maximè horribilia & formidabilia uidebantur, pro quibus & animas potius expoſuiſſent, q̃ ut F eligerent ea q̃ ab illis dicebantur, & crederent in natũ ex Maria, & crucifixum, & ductum ad tribunal p̃ſidis, conſputũ, & infinita alia paſſum, & eum qui mortẽ maledictam ſuſtinuit, qui ſepultus, quiq; reſurrexit. Et quę ad paſsionẽ pertinebant, omnibus manifeſta erãt: utpote flagella, colaphi, alapę, ſputa, crux, irriſio, probra, quæ oẽs in eum iactabant: & ſepultura, quæ partim beneficij loco erat: at reſurrectio non itẽ. Nam reſurgens ſolis diſcipulis apparuit, ueruntamen & eã dicẽdo p̃ſuaſerunt, ſicq; eccleſiam ædificauerũt. Quo pacto, & qua ratione? Virtute eius qui iuſsit: ille.n. prę uius, omnia faciebat, reddens ẽt facilia quæ dura. Niſi.n. diuina quædam uirtus effeciſſet, nequaq̃ hæc uel principium, uel præludium accepiſſent. Nequaq̃ hæc uel quo.n. modo ille dixit, fiat cœlum, & monſtrauit opus: fundetur terra, & illius ſubſtantia producta eſt: fulgeat Sol, & indicauit aſtrũ, oiaq; uerbo operatus eſt: eodẽ modo idẽ & eccleſias illas plãtauit. Et uerbũ hoc, Aedificabo eccleſiam meam, hoc omnia operatum eſt. Illa uerba dei cõdiderunt opera tam admirabilia, & quæ nemo expectaſſet. Nam ſicut cũ dixit, Germinet terra herbam fœni: & omnia mox hortus erãt, & oĩa pratum, terraq; mandatũ ſuſcipiens, infinitis ornabatur

Gene.1.a
Ibidem.

G plantis: Sic & nunc ubi dixit, Aedificabo ecclesiam meã, nulla acceleratione facta est, ẽt contra illam tyrãnis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus ualido igne insaniẽtibus, & obluctante cõsuetudine, ẽt oratoribus, & sophistis, & diuitib⁹, & principibus insurgẽtibus, sermo dei uelut ignis ualidus aduersãtes spinas cõsumpsit, agros repurgauit, seminauit uerbũ predicationis. Et licèt hi q crediderũt, in carcerib. seruarẽtur, despectui essent, amitterẽt substãtias, occiderẽtur, traderẽtur igni, submergerentur aqua, & omne tormentorũ genus sustinerent cũ summa ignominia, & persecutionẽ paterentur, ut hostes publici, plures tamen semper accrescebant: non solũ nihil ex afflictionib. aliorũ facti segniores, sed & multũ alacriores, & ad pulchram hanc piscationẽ assiliebant: ticq; à piscatoribus capiebãtur, non coacti, non uim passi: sed sponte accurrentes, gratiamq; habẽtes adducẽtibus. Et quãuis u derẽt fluere torrẽtes sanguinis credentiũ, feruentiores tamen reddebantur in fide, & fidentiores. Et non discipulis solũ, sed & magistris uictis, fugatis, flagellatis, aliaq; mille mala passis.

H discipuli plures fiebãt, & magis studiosi. Quare Paul⁹
Phil. 1. b clamat, dicens: Atq; adeò plures fr̃es freti in domino
uinculis meis, ut abundãtius audeãt impauidè sermo
1. Th. 2. c nẽ loqui. Et alibi iterum: Vos imitatores facti estis ec
clesiarũ dei, quæ sunt in Iudæa: quia eadẽ passi estis
quę & nos à cognatis proprijs, prohibẽtib. nos loqui
gẽtibus ut saluentur. Alijs quoq; scribens, sic dicit: Me
Heb. 10. f mores estote dierũ pristinorum, in quibus illuminati
graue passionum certamen tulistis, scientes meliorẽ
habere substantiã in cœlis, & manentem. Vides uirtutis excellentiã, quæ tanta operata est? Nã qui tanta patiebãtur, non solũ non ægrè ferebant, uel deficiebãt:
He. 10. g sed & gaudebãr, gestiebãt, exultabãt. Et de discipulis
Act. 5. g quidẽ dicit, quòd publicationem substantiæ cũ uolu
ptate accepint: de magistris uerò, quòd iuerint à con
spectu cõcilij gaudẽtes, utpote digni habiti pro noie
Colos. 1. d Iesu contumeliã pati. At de seipso ait: Gaudeo in affli
ctionibus meis, & adimplebo, quod reliquũ afflictio
num xp̃i in carne mea. Et quid miraris, quòd in passionibus gauisus fuit, cũ & moriturus non solũ gaudebat, sed & discipulos ad cõionem lætitię suæ uoca

I bat, quod sanè excellenter lætantis animæ erat: sic. n.
Phili 2. c ait, Gaudeo & cõgratulor omnib. uobis, idipsum etiã
uos gaudete & cõgratulamini mihi. Et quid factũ est
2. Ti. 4. b dicito, quòd tãto gaudio impletus? Ego. n. ait, immolor, & tps meæ resolutionis instat. Sic igitur ædificabant. Alioqui nullus ædificare potest parietẽ unum, quem lapidibus & calce extruit, si impediatur & fugetur: illi aũt etiam ecclesias in toto orbe ubiq; extruxerunt, licèt ligarentur, psecutionem ferrent: fugarẽtur, proscriberẽtur eorum bona, flagellis cæderentur, occiderẽtur, cũburerẽtur, submergerentur, unà cum discipulis. Et ædificabant, non lapidibus, sed aiabus & institutis: quod planè multò difficilius q̃ lapidibus extruere. Non. n. par est, cõstruere sensibilem parietem, & animæ tantis tpibus à dæmonibus iritatæ persuadere, ut ab insania illa desistat, & ad tantam pueniat temperantiam. Nihilhominus hoc potuerunt nudi illi, & calceis carentes, & una ueste amicti, peq; uniuersum orbem currentes. Habebant. n. ãduitricem & cõmilitantẽ inuictam uirtutem eius, qui dixerat: Super
Mat. 16. c petrã hanc ædificabo ecclesiam meam, & portæ infe
ri non p̃ualebunt aduersus eam. Numera, quot tyranni ab illo tpe aduersus ipsam instruxerunt acies, quot grauissimas persecutiones mouerunt, quomodo toto priore tpe, quando nouitia erat fides, & nup plãta teneræq; hoium mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus & Titus, & post illũ omnes, usq; ad beati Constantini tempora, & oẽs illi, alij minus, alij ęuius infestabant eccleliã, infestabant tamen oẽs. Quòd siqui ipsorum uisi sunt mansueti, hoc ip̃m quòd reges manifestè in impietate erãt, materia aliqua bellorũ erat, cùm alij eis adularentur, alij satagerent, ut aduersus ecclesiã bella susciperent. Veruntamen insidiæ & machinationes illæ oẽs leuius q̃ araneorũ telæ discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant, & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, puluere prę terierunt infirmiora. Magnum. n. nobis numerum martyrum implerunt, immortalesq; illos ecclesiæ thesauros reliquerũt, & columnas, & turres, & eos qui nõ solũ uiuẽtes: sed & mortui posteris magnæ utilitatis materia facti sunt. Vides p̃dictionis robur? Et portæ inferi non p̃ualebunt aduersus eã. Ab his & de futuris crede, quod nullus obsistet. St. n. cùm ex paucis cõstaret, & nouæ sectę opus esse uideretur, nouaq; haberetur doctrina, ac tot bella, tot pugnæ L ubiq; cõmitterẽtur, non p̃ualuerunt, neq; obstiterũt: multò magis cũ uniuersum orbẽ, & oẽm locũ, & mõtes, & colles, & ualles, & terram, & mare, & gẽtes oẽs quæ sub cœlo sunt, comprehenderit. Parum est, quic quid reliquũ est impietatis, p̃sertim sublatis templis, altaribus, idolis, oibusq; festis & sacrificijs, & fumo, & nidore, & prophanis cõuentibus. Quo pãcto ergo tale atq; tantũ negociũ, tot munitũ obstaculis, finẽ habere potuisset, tam clarũ ueritati exitum testificantem, nisi diuina q̃dam & inuicta uirtus fuisset, quæ & hæc p̃dixisset, & perfecisset? Nullus utiq; his contradixerit, nisi qs ualde insanus, & totus stupidus sit, natu ræq; sensu priuatus. At non hæc tantũ, sed & cæteræ eius prophetiæ, & alia, inuictã eius potentiã testãtur. Nã futura ueriſimè prædixit, & ad finem felicissimè pduxit. Adeoq; impossibile est, ut intercidat uel unũ uerborũ, quod ab eo dictũ, immo citius peribit cœlum & terra, q̃ aliquod uerbum in prophetia falsò dictũ coargui possit. Propter quod & ipse anteq̃ res fieret, hoc ipsum declarãs, de dictis suis ita manifestè af- M
firmauit: Cœlum & terra transibunt, uerba aũt mea *Mat. 24. d*
non transibunt. Et meritò: nã licèt uerba sint, sunt tamen uerba dei, & p quæ res conduntur: sic cœlum fecit, sic angelorũ multitudines, sic alias mansibiles potestates. Quod manifestũ faciens propheta dicebat:
Ps. 148. d Dixit, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt. De omni
simul creatura tam q̃ supra, q̃ quæ infra nos: tã sensibili, q̃ intellectuali: tã corporea, q̃ incorporea, ea pronuncians. Indicabat igitur, ut antea commemoraui, prophetia de ecclesia, magnitudinẽ, pondus, & eminentiã ueritatis, prudẽtiæ, bonitatis, & curæ eius. Agè & aliã eius prophetiam in manus accipiamus, q̃ Sole & radijs illius sit clarior, quæ ante omnium oculos sita, quę in oẽs subsecuturas generationes protẽdatur, sicut & prior. Nã id genus sunt multa eius uaticinia: non cõsummantur breui tempore, neq; in una generatione complentur: sed ad oẽs pertinent homines, tam ad eos qui sunt, q̃ qui futuri sunt post illos, & iterum ad illorũ posteros, & eos qui illos quoq; sequentur: & ita usq; ad seculi cosummationem, omniaq; docent ueritatis illius fortitudinem, quemadmodum & prius uaticinium. Nam à die, qua dictũ est, constat ecclesia solida, & stabilis, ac inuicta, florens & fulgens,

A & indies magis ac magis uigẽs, crescens & plus roboris sumens, & omnibus qui ab illo die usq; ad domini aduentum futuri sunt, præstans ut summos inde fructus & ineffabilem utilitatẽ capere queant. Nã & qui ante nos, & qui ante illos, & qui multo superius fuere, cognouerunt eius uirtutẽ. Videntes. n. eam uexari bellis, periculis, tumultibus, turbis, fluctibus & tẽpestatibus: & neq; sic submergi, uinci, superari, & extingui: sed florere, crescere, & extolli. Et hoc uaticinium qd nunc dicturus sum, tale est, ut demonstrare possit eius robur, ac dictorũ ueritatem. Et quæ nã prophetia illa? Ingresso aliquãdo Iesu in tẽplum Iudaicũ, florens tunc & undequaq; fulgidum auro, cõspicuumq; tã pulchritudine, q̃ magnitudine ædificiorum, ac alia omnifaria magnificentia, non solũ artificio, sed & materia, admirãtibusq; discipulis: qd in quit? Nõ ne uide-
Mat 24. a tis hæc oia? Amẽ dico uobis, nõ manebit lapis super lapidẽ. Eam subuersionẽ ibidem declarans, desolationem, interitum, ruinã, quæ nũc in Hierosolymis: Omnia. n. ædificia illa, quãuis fulgida & præclara, corrue-
B runt. Vides in utroq; magnã & ineffabilẽ eius potentiam, in eo qd se colentes augebat & ædificabat, & in se ipingentes humiliabat, destruebat, & radicitus euellebat. Nusq̃. n. huic simile templum erat, & tã uenerabile, & quod tanto cultu insigne. Nã in toto orbe habitantes Iudæi, ẽt in finibus terræ, illuc olim proficiscebãtur, dona, & hostias, & oblationes, & primitias, & multa alia ferẽtes, orbisq; diuitijs tẽplum ornabãt: confluebant. n. eò omnes ex toto orbe aduenę Iudęi, ita ut celebertimũ n omen loci esset, ẽt in extremitatibus terræ. Sed unum uerbum Christi omnia illa obscurauit & pdidit, & quasi puluerẽ è medio ejecit. Et illuc olim neq; Iudęis omnibus, neque sacerdotibus omnibus, sed uni soli summo sacerdoti intrare licebat: & hoc semel tãtum in anno, & cũ stola, coronis, & mitra, alioq; amictu sacerdotali: nunc aũt & meretricibus & mollibus & effœminatis & mœchis ingredi licet, nec est qui prohibeat: Nã ut uerbum illud ad uenit, oia euanescere fecit, & perdidit. Et tãtæ solũ supersunt tẽpli reliquię, ut monstrari queat olim ibi fuisse tẽplum. Cogita ergo quãtę & hoc sit uirtutis. Nam
C hi qui olim tam potentes erant, ut se opponerent populis & regibus, & absq; sanguine ubiq; hostibus prę ualerent, miros & inopinatos triũphos statuẽtes: templum unũ ab illo die usq; in hodiernum reædificare non ualuerunt, quãuis tot tantiq; reges, & tanta multitudo in toto orbe dispersa ipsos iuuarent, essentq; sibi tantæ opes. Vides quo quæcunq; ædificauerit, nullus destruet: & quæcũq; destruxerit, nullus ędificabit? Ædificauit ecclesiã, & nullus eã destruere poterit: destruxit tẽplum, & nullus illud ædificare poterit, idq; in tam longo tpe. Nam & illam destruere conati sunt, & non potuerunt: & hoc ædificare attẽtauere, & nec idipsum potuerunt. Concedatur aũt hoc, quod nullus dicere poterit, si attẽtassent, potuissent: ecce attentarunt, & nihil ualuerunt. Enimuero rex, qui hac nostra ætate oẽs alios impietate præcellebat, & facultatem tunc dedit, & coopatus est: & opus incipiebant, sed nec in minimo profecerunt: nã ignis à fundamentis exiliens, oẽs ipsos fugauit. Quod aũt uoluerint, & hoc indiciũ est, quia usq; nunc manent fundamenta denudata: ut uideas quòd attentarũt quidẽ effodere, non ualuerunt aũt extruere. Nam obsistebat eis hoc Christi uerbũ. Quãuis autẽ & olim destructũ templũ illud, attamẽ ubi post septuagita annos redierũt, stam excitatum est, fuitq; priore multo præclarius. Et D
dicunt hoc prophetæ, & p̃ dicunt, priusq̃ factũ. Nunc aũt supra quadringentesimum annũ est, & nulla uel cogitatio uel expectatio est, sed neq; spes quòd instauretur. Et qd obstabat, si non diuina uirtus obluctata esset? Non certè opũ penuria, quarũ multa illis copia: neq; patriarcha, qui olim undequaq; colligebat tributa, & imensos thesauros possidebat: nõ raritas populi, nõ pudor, nõ lites, non inscitia, non bella, non hi q in Palæstina, nõ qui in Phœnice, non alia multitudo. Quo ergo non potuerunt unum templum extruere, præsertim uidentes cultum suum alioquin ubiq; resi dere quasi ligatum, & Iudaicos ritus aboleri, & sacrificia & oblationes, & alia legitima auferri? imo non licebat eis excitare uel tẽplum uel altare, aut sacrificiũ offerre, aut imolare ouẽ, aut imponere thymiama, aut recitare legẽ, aut instituere festa, aut aliud quiddã, qd uel in ueſtibulis quondã agebant. Porrò cũ olim in Babylone essent, & cogebantur ab hostib. ut psallerent, illis tamen non parebant: & licèt serui & captiui essent, dominis tamen & impatorib⁹ nõ obediebãt: sed quia patriam & libertatẽ amiserãt, & periclitaban E
tur de uita, in medio laqueorũ, & in manibus potentiũ derelicti, iusq; canere cãticum in organis, sic dicebant: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleui-
Ps. 136. a mus, quãdo rogabãt nos, qui captiuos duxerãt nos.
Quo cantabimus canticum domini in terra aliena? *Ibidem.*
Neq; quis dicere poterit, quòd ob organorum penuriam, luctum faciebant: nam & ipsi cãm posuerãt, dicentes: Quo cantabimus canticum domini in terra aliena? Nam in salicibus in medio eorũ suspendimus organa nostra. Sed neq; ieiunium ieiunare licebat: & hoc declarans propheta, dicebat: Non ieiunabitis ie-
Esa. 58. b iunium mihi septuaginta annis, dicit dom⁹. Et quòd
Exec. 7. b neq; imolare, neq; sacrificare eis fas erat, audi à tribus pueris dicentibus: Non est princeps, neq; propheta,
Dan. 3. d neq; dux, neq; locus primitiarum corã te, ut inueniri queat misericordia. Non dixit, non est sacerdos: aderant. n. sacerdotes. Sed ut discas, quòd hoc totum illius loci erat, & omnia q̃ a lege statuta, tunc erant impedita, dixerunt, non est locus. Et qd de sacrificãdo & litando inq̃, prorsus ipsam legem legere non licebat. Qd & alius propheta citãs, ait: Et legerunt absq; F
libris legem, & indixerunt cõfessionem: non Pascha,
Esa. 29. g non Pẽtecosten, non scenopegiam, neq; aliud quicq̃
Thre. 2. c illorum. Attamen nunc cùm uident, quòd solitudo eius loci ab his omnibus se excludat, & quod attentarunt quidem, sed temeritatis pœnam luentes: nõ potuerunt locum, in quo hæc oia licebat legitimè operari, erigere & constructere. Nam uirtus Christi, q̃ ædificauit ecclesiam, eadẽ & templum destruxit. Et p̃dixerunt prophetę etiã hoc, quod & aderit Christus, & hæc opabitur, Et quidã post captiuitatẽ sic dicebat:
Propter quod & in uobis cõcluduntur ianuæ, & non *Mala. 1.*
accenditur altare meũ gratis: nõ est mihi uoluntas in uobis. Quia ab Oriente Solis usq; ad Occidentẽ nomen meũ glorificatũ est in gemitib⁹ & in omni loco sacrificium offertur mihi, & oblatio pura. Vides quo manifestè & Iudaismum eiecit, & Christianismũ mõstrauit effulgentem ubiq; in terra diffusum, rõnemq; cultus significauit? Alius iterũ: Et adorabit eum unusquisq; à loco suo, & seruient ei sub iugo uno. Alius
Soph. 3. e quoq; ait: Virgo Israel cecidit sup terram suam, nõ est qui erigat eam ultra. Et Daniel manifestè oia hęc narrat, & quod oia auferẽtur, sacrificium & immolatio,
Amos. 5. a

G & unctio, & iudiciũ. Sed hæc oĩa, quando cũ Iudæis cõferemus, manifestius & latius cõsiderabimus. Iam aũt in instituto itinere manentes, gentiliũ stultã cõtẽtionem redarguimus. Non tibi dixi mortuos suscitatos, nõ leprosos mundatos: ut ne dicas hęc mẽdacia, figmẽta & fabulas, quis uidit? quis audiuit? Et quãuis qui dixerunt, quòd crucifixus sit, & à Iudæis & cõsputus & alapis cęsus, & colaphis: illi ẽt hęc dixerũt. Quo dignos fide putas in illis, in his uerò arguis, quasi dixerint nõ facta? & si ad gratiã magistri sui hæc scripsissent, stultè & frustra iactassent, si nõ tacuissent, q̃ multis ignominiosa & dura uidentur. Nunc aũt horũ ueritatem mõstrarũt hi, qui in his maximè cõuersati sunt, omniaq; ualde diligenter, & magna copia tractarũt, neq; paruum, neq; magnũ prætermittendo: sed in signis & miraculis plura transierũt: omnia aũt quæ ad passionẽ attinent, & q̃ contumelios̃a uidentur, ab oĩbus dicta sunt. Verũ, ego nihil horum tibi dixi, de signis & miraculis loquor, ut abũdanter oẽm impudẽtis linguæ furorem cõpescam. Sed in mediũ attuli ea quæ nũc apparent, & q̃ nunc ante oculos sita sunt, q̃

H Sole clariora, quæ ubiq; in toto orbe dispersa, q̃ in toto orbe recepta, factaq; sunt: ita ut humanã naturam transcendãt, sintq; dei solius. Quid dicis, nõ suscitauit mortuos? An & hoc potes dicere, quòd ecclesiæ non sint per totũ orbem, uel quòd nõ insidias passæ, uel quòd nõ infestatæ, uel quòd non uicerint & obstiterint? Sed sicut dici nõ potest, quòd non sit sol: ita nec hæc. Quid aũt tẽpli Iudaici subuersionem dicã? Non uides ante totius orbis oculos hæc cõspicua? Quare non ipse tecũ expendis? Si nõ deus esset Christus, qũo colentes illum, sic aucti forent, cũ diuexarentur? At hi qui crucifixerunt illũ, & impegerunt in petrã, & sic humiliati sunt, ut & totã rempũblicã perdiderint, ipsiq; uagi, errones & profugi obambulẽt: neq; ullus ex eis in tanto tpe liberatus est: quanuis tunc tam potẽtes Iudæi illi fuerint, ut aduersus Romanorũ principatũ bellum decreuerint, & arma mouerint, & longo tpe illis se opposuerint, ẽt aliquando uicerint, & negocia fecerint nõ uulgaria Augustis: tanta ipsorum potẽtia erat. Verũtamen qui cum tãtis regibus bella gessere, & in acie decertarunt: & opum tantã potentiã ac armorum & militũ habuerũt, totq; milites, ac fossores,

I unum nõ potuerunt extruere tẽplum: sed synagogas in oĩbus ciuitatibus ædificant, locum aũt, à quo suæ reipublicæ dominiũ cœpit, & ubi omnia facere consueuerunt, & unde Iudaismus collectus est, illum solum reparare non potuerunt.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONTRA LUXUM & CRAPULAM SERMO.

Damus & bibam⁹, cras. n. moriemur. In prophetas hæc multi apud Iudæos dicebãt, sed haud mirũ, si Iudæi ita dicant, quorum deus

1. Co. 15. d
Phil. 3. d

e ueter est, & gloria in cõfusione ipsorũ: sed quòd post gratiam, post cõtemptum rerũ præsentium, & tantã perfectionẽ & diligentiã, sunt adhuc aliqui, licẽt non oẽs, dicentes, & ut per ipsum apparatum patet, clamãtes: quanta reprehensione fuerit dignũ? Etenim sunt profectò, qui ob hoc in hanc uitã adductos se putãt, ut delicijs uacent, & uentrem disrumpant, & corpus impinguent: atq; sic hinc migrent, uermibus largiorẽ è sua carne mensam instructuri. Et utinam hoc solũ graue esset, quòd frustra & incassum, & in nullã utilitatẽ expenderent præsentia, quanuis nec hoc reprehẽsionibus caret. Nã quãdo opes q̃ datæ sunt à deo ad nutriendum corpus, & in subsidiũ egentiũ, in intemperantiam & cõtumeliã, & extremã ignauiam insumimus: non sine correctione esse potest pessimus ille sumptus, sed oĩno de hoc dabimus rationẽ. Et quod de quinq; talẽtis, & duobus, & uno dictum est: ẽt de diuitijs & alijs oĩbus dicere fas est. Igitur id quod dicebam, si frustra & inuanũ hic adessemus, neq; sic sine culpa esset hoc opus: nũc & absq; hoc ẽt alia iustè irrogabuntur. Nã eum qui uiuit in delicijs, & ebrietati deditus est: & parasitos alit, & adulatores, & carnium uoratione & uini potatione disrumpitur: sæpe & inuitus & spontè necesse est peccare, & extra huius loci tempus, & cũ illinc recesserit. Nã sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinẽ uehenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur: ita anima & corporis nostri natura si plures acceperit cibos, q̃ ferat natura sua, impletur, & iectorũ grauitatẽ nõ amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & L ipsum onus cũ hominibus perdit. Sicut igitur nõ trãquillitas maris, non scientia gubernatoris, nõ nautarum multitudo, nõ præparationis studiũ, & nõ anni pars tempestiua, non aliud quicquã naui, quæ, sic, in tempestate est, prodest: ita & delicatis euenit, neq; cogitationum multitudo, neq; eruditio & admonitio, neq; admonitiones & consilia, neq; aliud quid, neq; timor futurorum, neq; pudor, neq; accusatio præsentium, neq; aliud quid saluare potest sic periclitantem animam: sed inualescit luxus & amentia per omnia, & sub aquas nolens uolens eum qui ægrotat defert, & graue facit naufragium. Vnde nihil facile, neq; ad futurã uitam & iustificationes q̃ alibi futuræ afferet. Sed qui talibus uacat, & ad præsentẽ uitã inutilis fit, ad nihil accõmodus, & ubiq; ridiculus, tam in publicis, q̃ in priuatis rebus: & si in tumultu aliquid opus est fieri, nõ inuenitur habere aliquid prouidẽtiæ, uel gubernationis: ab oĩbus inimicis capi potest, oĩbus inutilis, amicis & accedentibus: & nõ solũ periculis & obsidionibus facile potest rapi: non in tranquillitate solũ eum adire pauore non caret, sed & in arduis ob

M immodestiã morum se accedenti erit inutilis. Nam ipsum illic, in aduersitatibus loquor, timor & effœminatio, & metus modicus, & cõsilij inopia apprehendunt: hic aũt in prosperitate, audacia, & ignominia, & intẽperantia, & inflatio, & arrogantia plus inutilẽ q̃ superiora efferunt. Sanè talium nõ solũ corpora sic effecta, & iniucundis, & superfluis, & fœtidis undiq; plena sunt, ita ut tolerari nequeant: sed & anima corpore multò iniucũdior, multò maiores q̃ iliud, morbos in se arripit ex delicijs. Nã sicut corpus nõ solùm superfluitates emittit naturales, sed multò plures, & undiq;. Nã & oculi, & nares, & os grauedine, muco, & corruptione, & his q̃ intus generantur, lutulentis & impuris affectib⁹ sunt plena: & ipsa natura carnis laxior fit, q̃ naturalis proportio fœtidaq; & inutilis, & ad oẽ bonũ opus inutilis. Etenim & terra, quãdo à sua abũdantia oppressa fuerit, suũ innatum perdit calorem, perdit aũt & suas uires, & neq; ad opus, neq; ad suam generationẽ est accommoda. Hinc aũt incurabilibus & difficillimis implicantur morbis, qui perpetuò in uoluptate uiuunt. Nam in tremoribus & palloribus, mirisque & pedum, & manuum doloribus, & alijs

A pluribus, de quibus medici dicũt, irretibiles fiũt. Idq; adeò ac si nõ esset gehenna, neq; cruciatus, neq; extremum iudiciũ dei, neq; apud oẽs hoies correptio, neq; intẽpestiuus sumptus, neq; alia multa q̃ ex luxu oriuntur. Hoc aũt si solũ asit, nõne sufficeret ad oẽs auertendos? Venenorum letalium nullũ melius instrueret mensam, immo si uerum oportet dicere, nullũ peius: nam letifera illa mox auferunt eũ qui potat, & mortẽ sine sensu inducũt, ita ut & qui moriatur, nõ doleat: uoluptates aũt uitam multis mortibus grauiorẽ inducunt, ijs inquã, quibus magnum uitæ studiũ nõ miserabilis tantũ, sed & fœdæ & ridiculę. Et dolores qui dem alij, multos inueniũt, qui cõpatiãtur, sed quæ ex ebrietate & luxuria fuerint orta, neq; uolentes si uideritis, permittũt cõdolere eis qui his obnoxij sunt. Sanè grauitas quidem mali ad misericordiã flectit, causa aũt hui⁹ morbi exacerbat eũ qui uidet. Eapropter media quadam affectione tenemur neq; miseramur eos, quia non sinit hoc causa malorũ: neq; irascimur, non. n. permittit magnitudo malorũ: sed inter accusa

B tionem & cõpassionẽ est status, non enim à natura incitati sunt, sicut & ij qui se in barathrum proiiciunt. Igitur sicut eos qui se submergunt, uel ex alto præcipitant, & gladijs transfigunt, nõ multùm miseramur: sic neq; hos. Quanuis si cõpatiendũ, magis illi q̃ hi cõpassionem merentur, tametsi ẽt illi ualde indigni cõpassione. Illi quidem uel calumnijs, uel opũ damnis, uel periculis q̃ expectant, uel plagis quas timent, uel aliam quandã expectantes mortẽ, & maioribus seipsos malis erepturi, ad cõsolationẽ mortis cõfugiunt, tanq; in asylum quoddam ad mortẽ procurrẽtes, uel ut in portum securũ à tẽpestatibus imminentibus festinantes. Hi aũt nihil horum dicere possunt, uitæ se tradentes plurimis uiolentis mortibus grauiori. Tem

Eccl. 12. c pestiuum igitur & nunc dicere illud Sapientis: Quis miserebitur incantatorẽ à serpente ictũ, & oẽs qui sibiipsis feras adducũt? Fera enim est uoluptas, fera gruis: neq; scorpio, neq; serpens in uisceribus nostris sedens ita unde quauis grassatur, sicut deliciarũ cõcupiscentia oĩa subuerrit & perdit. Et feræ illæ tantũ corpori insidiantur: hæc aũt cũ insederit, cũ corpore simul & animã perdit. Eapropter fugiamus ab hac, ut

C prudẽtius loquar, si habet aliquid suaue, ne feramus, ne persuadeamur. Quòd si uera q̃ dicta sunt, & corruptio omnium est, & extremus risus, uestri parcite corporis incolumitati & animæ sanitati. Nõ loquor, ut austeritatem uitæ inducã, siquidem nolueris: superfluum amputemus, inutile resecemus. Quã ueniã habemus, quãdo alij quidem qui domini sunt, usu non fruũtur: nos aũt plus q̃ usus exposcit, excedimus? Terminus nobis sit alimoniæ, ita ut nõ noceat & absque nocumento fames pellatur. Vltrà nihil requiramus. ímo si oportet aliquid mirabile dicere, & præter multorũ opinionẽ, quod tamen uerũ est: Si ẽt uoluptatẽ ipsam inquirimus, in frugalitate ipsam magis q̃ in luxuria inuenimus. Audi qũo hæc q̃ illa uoluptas maior est, & uberior. Nam illa subsistere nequit, neq; inuenit naturam sanguinis, q̃ ei utilis, sed hæc consistere potest. Quid enim dicit Sapiens, qui his abundauit

Pro. 27. a præ oĩbus magis? Animæ. n. dicit indigenti, & amara dulcia uidentur. Anima impleta, fauis illudit. Vides qũo illa quidem ex paucis & ex oĩbus facilè constitui potest, hæc aũt minimè? Nam si fauos nõ attingimus nec curamus', quid ultrà nobis dulce erit? si qd est dulcissimũ nequit præbere uoluptatem, quale erit quod uoluptatẽ poterit efficere? atq; adeò si uoluptatem quærimus, hìc magis inuenimus. Qũo ergo non extremæ dementiæ, fugere à mẽsa frugali, quæ habet uoluptatem, & suauitatem, & oĩa bona, & dei amorem: & instruere aliam plenã innumeris calamitatibus, insuauem, tristem, & morbosam, & quod grauissimum omniũ, concitantẽ contra nos deum? Nam si uidua quæ in delicijs agit, uiuens mortua est: quid dicemus de uiris? Si in ueteri hoc prohibetur diligentissimè, multaq; uehementia contra agentes in delicijs

1. Tim 5. a usus est propheta, quãuis speciem ponat deliciarũ, nõ ualde sumptuosam, neq; adeò mollem. Comedẽtes, Amos. 6. b ait, arietes ex gregibus, & uitulos lactentes, bibentes uinũ defęcatum, & qui unguntur primis unguẽtis, & dormiunt in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis. Si tanta accusatione digna sunt hęc, quando oĩa erant carnalia, & cœli sermo nullus, quãdo doctrina erat Iudaica: quid dicemus ad præsentẽ molliciem q̃ nunc? Nã si arietes & uitulos lactentes comedere, ut fluxam & luxuriosam accusat uitã: quid dicemus de his qui profunda maris perscrutantur, & extrema terræ, & uarios auium & piscium uenatores undequaq; si- E bi colligunt? & si bibentes uinum defęcatũ reprehenduntur, quid diceres de his, qui mittũt transmarinas pro uino profectiones, & oĩa mouent, ne aliquod genus uini eis surripiatur, quasi rõnes sint dãdæ, uel ipsi inter extremos sint cõputandi, nisi omne genus uini intulerint? Si eburneo lecto uti, dignũ reprehensione. qui multo lectos argento circũdant, ímo ex puro argento fabricant, nõ lectos, sed matulas, & ollas, & lebetes, & furcas: qualẽ assequẽtur ueniã? Quid paruũ uel magnũ, si de his corrigantur, dicere poterũt? Ego aũt his appono, quod oĩb⁹ grauius, quòd ex alienis calamitatibus hæc collecta sunt, quanuis propheta hoc nõ posuit, sed solũ delicias arguit. Quãdo aũt & causa adest delicijs grauior, quis eximet illos hæc facientes ab extrema pœna? quis Noë patrocinabitur? quis Iob? quis Daniel? Nonest unus quidẽ: sed de his dicendũ? Exardescet furor meus sicut fumus. An non

Psa. 88. g est, obsecro, furoris & iræ extremæ, impleri & disfũpi, quãdo alius quidẽ neq; necessario alimento fruitur? Tu aũt tantũ argentũ frustra & incassum in nullum usum fabricas, sed ne ad ostentationẽ quidẽ. Non. n. ad hoc tibi utile erit, sed in diuersum uertetur. Tu. n. hoc facis, ut illustris & nobilis fias: sed secus euenit. Non. n. es aliquis illustris & nobilis: sed ob crudelitatẽ & auaritiam, & extrema mala accusant te oẽs'. Nã F quanta inuidia, quãta inuidentia, quantũ odium ab oĩbus? quantũ uicissitudinis & mutationis desiderũ oĩbus? Mitto dicere blasphemias in deũ, quas diuitiæ illæ pariunt, quãuis hoc grauissimũ est oĩum. Et hoc præillo, & qd dices illud illo deterius iuenies. Sed frugalem illã mediocrem mensam, quã non propheta carpit, nõ homo arguit, nõ deus reprehẽdit, nõ ignis punit, nullus auersatur, nullus odit, nullus inuidet: sed probat deus, cõmendant angeli, laudant hoies, fusci pit cœlũ. Istæ mẽsæ angelos susceperũt, istis Christus adest, nõ illis. Tales prophetarũ erant, tales apostolorum, tales & iustorũ. Sed illæ tyrannorũ, & eorũ qui in terris malè locupletantur, habentes saltatrices, & alios qui uitam corruptã egerunt, & latrones, & magos, & fures. Quando talem apponis mensam: angelus quidẽ refugit, exasperatur deus, lætatur dæmonũ princeps, auersantur & odio tabescũt præ inuidia, nõ inimici solũ, sed & hoies, qui officiosi in te uidentur,

Odio magis arrodẽtur,q̃ præsentibus fruantur. Si aũt illam sobriam & frugalẽ,& nullã habentem irã appo sueris: & suauissima & blanda erit oĩbus, amicis, & deo,& angelis,& hominibus:aderit quoq; dei unigenitus.Nã sicut fugit oẽm inflatum,& superbũ,& turbulentũ:sic humili amicus est,& p̃sens semper,eũq; in oĩbus,& per omnia munit & custodit. Christo aũ tem p̃sente nihil aliud inquirere opus est. Hæc igitur dilecti cũ sciamus, fugiamus luxũ,sequamur frugalitatẽ,ut & p̃sentia & futura bona nobis eueniant:Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri honor, simul spiritui sancto nunc & in secula, Amen.

CONTRA GVLAM, ET CAETERAS *corporis uoluptates, sermo.*

Incerto interprete.

Orpus nobis reliqs ritè peractis morte mulctandũ est, uerũ (quod absit) haudquaquã corporis substantiã ipsam conficiendã dixerim,uerũ incitamenta,& libidinũ impetus mactãdos duxerim,qui nos ad praua facinora cõpellunt. Nam & humanũ nihil subire, nec indulgere uoluptatibus uitæ loco habendũ est; siquidẽ qui his se dediderit præ tristitia,formidine,periculis,& multiplici animorũ affectu,q̃ illis immista in examinis morẽ circunferuntur,uitã ducere quietius in reliquũ haud poterit, adeò ut si ei hoc uita sit excedẽdũ,præ horrore quodam & metu uel ante cõstitutũ obeat mortẽ. Item si futurã ægritudinem suspicetur,si contumeliã, si paupertatem, seu aliud istiusmodi quippiã ex insperato affuturũ præuiderit,perit illico,& cõsumitur. Quo uitæ genere quid esse potest miserius? Contrà uerò qui spiritu uixerit: nulla erit simili calamitate obstrictus, sed sine timore,mœstitia,discrimine erit, & quauis rerum mobilitate superior:neq; eò uictor euadet,quòd nihil sit aduersi perpessus:sed qd maius utiq; est, aduersus oẽs fortunæ casus cõtẽnet:idq; eo pacto fiet, si spiritus nobis diuinus inhabitauerit, qui nõ ad breue asseritur,sed perpetuò habitaturus. Nã inhabitare spiritũ dicit,nõ inhabitasse,ut continuã eius mansionem ostẽdat. Quocirca qui uitã hãc uiuere creditur, sempiternæ illi ac perpetuæ intereat necesse est:unde dictũ illud esse constat:Spiritus uita est p iustitiã. Sed hæc ut clarius innotescant,producamus hoĩes duos in mediũ,quorum alter lasciuiæ sit & uoluptatib⁹ deditus:alter uerò prorsus sit his rebus demortuus, uideamusq; uter horũ sit uiuens dicẽdus. Cõcedatur, abũdet alter diuitijs,sit ẽr cõspicuus, sit insignis,alat parasitos, helluones, adulatores,uniuersumq; his in rebus diem terrat, det item lasciuiæ operã,debacchetur:alter uerò parcè ob uictus austeritatem, & temperanter uiuat,uesperi duntaxat cibum capiat necessarium,maneat si uelis ad dies binos ternósve impastus:quẽ horũ magis uiuere existimabitis? Credo plerosq; mollẽ,prodigũ, & bonorũ dissipatorẽ opinaturos:at nos eũ dixerimus,qui in his bonis fortunę mo dũ sibi p̃finit. Sed quoniã disceptatio hæc ex re ortà est adeamus interea istorum domos,uel eo maximè tpe,quo tibi opulentus ille uiuere uideatur,cũ in suis inquã delicijs diuersatur. Ingressiq; spectemus quib⁹ sint iidem illi in rebus occupati:ex his.n.q̃ per eos gerentur,quotus quisq; eorũ fuerit, mortuusne,an uiuens sit,apparebit. Inueniemus certè alterũ libris incumbentẽ,uacantẽ rei diuinæ, abstinẽtiæ,uel rebus necessarijs incũbentẽ,habentẽq; cũ deo sermonẽ alterũ uerò madentẽ mero, & emortuũ, apud quẽ si ad ueſperũ usq; morã traxerimus,nihil eũ in melius uidebimus profecisse:quin imminentẽ ei mortẽ magis ac magis augeri,& exortã inde increscere somnolẽtiam. Hũc uerò nostrũ(sobriũ dico,& continentẽ)uel noctes spectabimus insomnes ducere. Vtrũ itaq; horũ uitæ plus habere dixerimus, eúmne q sine sensũ prostratus iacet,& torpidus,& cũctis est ad risum expositus:an actuosum illum,& deo colloquentẽ?hũc quidẽ dixerim illũ. nanq; si accedẽs rẽ aliquã opportunã rogaueris nihil magis q̃ quẽpiã uita functũ audies respondentem. Cũ nostro uero hoc interdiu, noctũq; uersari cupieris:eũ quippe audies & de rebus cœlestibus differentẽ, & angelũ potius agentẽ quã hoiem. Vidésne uti is pro eius uitę solertia,& integritate inter uiuos obtineat primatum:ille uerò mortuis ipsis miseralius iaceat cõsternatus & torpẽs, interagendũq;,si quid fortè agere uideatur,nihil gerendarum rerum ordinẽ discernat,furentiúmq; sit haud absimilis:quin & his lõgè calamitosior,qbus affectis iniuria condolemus & increpamus, siquos his fortè conuiciari cõspicabimur:illũ uerò siquis uadat, nõ modò nihil erimus cõmiserati sed iacentẽ potius & prostratũ meritò fuisse malo affectũ pronũciabimus.Nũ erit hæc uita dicẽda,q̃ mortibus infinitis est grauior? Vides itaq; hominẽ deliciis incũbentem,nõ solũ uiuendo obisse mortẽ,sed esse mortuis lõgè inferiorẽ,pernicios ioremq; dæmone agitato,& furijs. Quippe misericordiaihic iudicatur haud indignus,ille odio:ueniã hic,pœnas ille pro ei⁹ tum uitijs,tum morbo meretur.Quòd si adeò quispiã exteriore hac facie fluente ex ore pingui & marcẽte saliua & urgente baccho grauis cõspurcatur, cogita q̃ malè cũ anima illa calamitosa agatur, q̃ hoc in corpore tanq̃ in sepulchro aliquo recondita est,& contumulata. Cuiusmodi in homine temulẽtia nec secus uideri debet,q̃ si barbarus quispiã deformis, & impurus ui summa, & potestate impetũ faciat in adolescẽtulã decorã aliquã,uenustatã & continentẽ. Quis igitur,qui mentis sit cõpos,nõ potius optet mille obire mortes, quã diẽ unũ hanc uitã degere? Quòd si orta iã luce, ex ea se ioculari ebrietate attollẽs,sobrius fortasse appareat,nebula adhuc quadã ex uinolentię procella sibi prę oculis obuersante,nondũ satis libera tẽperantia fruitur:eũdem si uel abstinentẽ uiderimus,& modestum,quid iuuat,cũ nihil ex eo aliud assequatur utilitatis,quàm quòd se crapulæ insimulantes recognoscat? Cũ enim impudentius agit cũ debacchatur, id duntaxat lucri faciat,quòd se irrideri nõ sentit:ubi uerò dies illuxit, amittit omnẽ quã ex lasciuia ceperat uoluptatẽ:siquidẽ familiã obmurmurantẽ, & insectantem se iurgio coniugem,obiurgãtes amicos, inimicos ludibrio se habẽtes recognoscit. Quid ergo dici hac uita põt miserius,irrideri ab omnibus interdiu,& rursùm eadem illa turpiter inceptare? Vis etiã cupidos in mediũ producã? est.n.& hęc deterior alia quędã debacchatio, quæ & si dici hoc nomine potest, consequenter & mors ẽ:quin alio quouis mortis genere tãto ẽ acrior quãto grauior est temulẽtia:neq; adeò etiã uino madere molestũ, q̃ ipsa est pecuniarum affectatio infesta.Ibi enim iactura ad ęgritudinem usq; prouehitur, torporeq; insensibilitate subsistit, finitq; ipsius ebrietatis perniciẽ: hic uerò in habendi scilicet cupiditate detrimentum,& per innumeros hominũ discurit animos,& uaria ubiq; suscitat bella. Agè & homines tũ auaritia,tum temulentia detentos adinuicem conferamus,uideamusq; quibus in rebus aut conueniant inter se aut excedant,rursùs inquam, fiat de ebriosis comparatio, quandoquidem nequeunt cum beato illo,cuius suprà meminimus,spiritu incalescente conferri,mensamq; iteratò infinitis cædibus refertam, in medium producamus,aperiamusq; quibus in rebus simillimi inter se & pares pro ipsius morbi natura uideantur:nam cũ huius morbi sint species uariæ,siquidem partim uino,partim ex cupiditate nimia afficiũtur,morbus tamen utriq; inest non absimilis: æquè enim absurda quadam auiditate detinentur. Nam uino grauis quò plures hauserit calices, eò magis sitim incendit. Item & qui pecuniæ fuerit amore captus, quantò plura accumulauerit,tantò maiorẽ sibi excitat cupiditatis & auaritiæ flammã,& grauius se diuexantẽ sitim subministrat.Ea itaq; re utriq; sunt pares, uerũ in eo rursùs temulentum excedit cupidus: quid illud sit quæris, ebrius enim rem patitur à natura nõ alienam.Vnum quippe natura calidum, cũ innatam auxerit siccitatem, perpotãdi ingerit auiditatem,uel inexplebilem.Vnde, inquies,auaro & cupido tantus hic habendi amor accreuit? unde inquis? Cũ enim is ad summum euaserit diuitiarum culmen, tum maximè pauper est.Incredibilis sanè hic morb⁹,perplexus est & ambiguus.Spectemus ergo si libet & hosce, cũ temulenti esse desierint,cœperintq; mentis esse cõpotes:tametsi cupidus ille nunq̃ sit uinosæ huius auiditatis expers:quin utrosq; potius cũ ebrij sunt consideremus, uideamusq; uter horum magis sit irridẽdus, effigiemusq; eos actius,& subscribamus: uidebimus certè alterum præ uino delirãtem,apertis oculis nec quempiam discernentem,oberrantẽ frustra,& agitari in obuios quosq; offendẽtem,euomentem,lacerũ, & informiter nudũ,usqueadeo,ut cunctis abundẽti sum moueat.Agè ad hæc & auarum in medium proferamus,cuius res gestæ,& actus, non risum modò, sed execrationẽ,iram,& fulmina merebũtur:uerũ reliquis omissis,q̃ sit irridendus consideremus. Siquidẽ æquè is atq; uinaticus ille,neminem uel amicũ discernit,uel hostem,oculosq; apertos gerens,captus lumine est. Vtq; ille præter merũ nihil habet acceptũ, ita & is præter pecunias nil aliud spectat: longè uerò huic grauior est uomitus,siquidem non cibum, potúmve remittit: quin uerba conuicij, dissensionis & mortis plena,infinita insuper in caput suum fulmina prouocat:cuius anima non secus se habet, q̃ ebriãtis corpus,quod maculosum est,imbecille,ac fluidum: quando ne ipse quidem huiusce temulentiæ uitio careat:quin quod grauius est, curis capitur, ira & uigilijs ad usq; interitum diuexatur & sensim absumitur: quippe qui uinolentia opprimitur, nocte trãsacta potest & sobrius fieri:hic uerò & dies & noctes auaritię ebrietate detinetur,acrioriq; pœna afficitur,q̃ qui uinculis adstringuntur,uel qui metalla operantur & cudunt,uel supplicia patiuntur,siqua sunt grauiora.Respondе mihi:Num hæc illa est uita, nec mors potius existimanda, quinetiam uel quauis morte miserior? mors quippe corpus quieti donat, & quauis irrisione, dedecore & erratis liberũ reddit. At habendi cupientissima temulentia hominem planè in res hmõi impingit,occludit q; aures,excæcat oculos, mentem multa caligine obtenebrat.Nihil enim patitur præter fœnera audire,deq; adauctis usuris, turpi indecentiq; lucro testandis tabernulis,seruilibusq; & illiberalibus mercaturis iuuat uerba facere:omnibus quemadmodum canis oblatrat,oẽs odit,omnes respuit, cunctis est sine causa infestus,insurgit in pauperes, opulentis inuidet,nulli se gratum exhibet,nec uxori quidẽ, nõ liberis,non amicis:quod si nequeat undiq; lucra congerere,uel hos quidem habebit infensiores, q̃ quia natura sunt hostes.Quid præterea tali uæsania aut fieri deterius,uel calamitosius potest? siquidem ipse tibi corpus habenti unicum,uentriq; solũ indulgẽdo, scopulos,præcipitia,terræ hiatus,& quęuis barathra subministras:qui uel si aliquod ciuile munus inieris, impensas ueritus,prædabundus rapis, moxq; corruptelis,& ambitu plerosq; alios cõparas magistratus, superiore illo non modo sumptuosiores, sed certiores quidem cũ mammonæ tributum dependis: neq; pecunijs duntaxat, uel corporis sudore animæq; ipsius dolore & tormentis,sed sanguine ipso improbo huic facis tyranno satis,ut aliquid tibi magis accrescat:miserum equidẽ te pro tua hac barbara seruitute dixerim,& calamitosum. Nonne quotidie spectas,qui ad sepulchra tumulandi gratia efferuntur,ut nudi, & rebus oĩbus destituti educãtur,utq; nihil eis liceat è domo efferre:quin uel ea quib⁹ mortui obteguntur, uermibus deferant corrodenda? Quocirca hæc uelim te cum animo diebus singulis reputes, forsitan hoc pacto auaritiæ in te morbus omnis sedabitur, ni fortè uel in ipsa funeris pompa libuerit maius in modũ debacchari. Est sanè id graue uitium & horribilis ualetudo,eoq; & nos concionibus singulis habemus de hisce rebus apud uos sermonem,sumusq; forsan uestris auribus iniucundi, easq; dicendo exhaurimus, ut assuetæ saltẽ proficiãt magis. Cæterum,neq; enim in hoc mihi uestrum quispiam contradixerit,non solum in ipso futuri iudicij die, sed longè antè, uarius iste & multiplex auaritiæ morbus supplicia q̃ multa allaturus est:quando nec uincti & cõpediti,neq; longiori & aduersa affecti ualetudine, neq; hi quidem quibus cũ inedia & fame colluctatio est, seu quouis mali genere pressi,talia sustinebunt,talia pecuniarũ tolerant amatores.Quid enim item ferri cuiquam molestius potest,q̃ omnium in se concitare odia, ipsumq; omnes habere inuisos,immitem se præbere uniuersis & intractabilem,expleri nunquam siti cõtinua laborare,afflictari fame assidua,ultra q̃ credi potest, grauiori mœrore cõfici quotidiano, angi cõtinuò & perturbari? Hæc & his longè plura subeunt hi, qui accumulandi trahũtur cupiditate, adeò ut si cunctorum sibi mortalium fortunas parant, nullam prorsus prę auiditate immodica sentiant uoluptatẽ. Quòd si uel numi unius iacturam fecerint, putant se super cæteros fuisse grauiora perpessos,& uita ipsa excidisse:cuiusmodi mala quis poterit sermo explicare? At si præsentia hæc tantopere illos affligunt,cogita q̃ acerbiora post mortem tormenta manent, illũ dico à regno cœlesti casum,doloremq; qui sit ex gehenna futurus, perpetuosq; carceres,tenebras exteriores, uermes illos uenenatos,dentium stridorem, pressuras, anguinia colligens, conferensq; cum ipsa pecuniarum uoluptate, funditus hunc auaritiæ morbum reuellito, ut graui eius inopia liber, & ueras tibi diuitias compares, bonisque cum his præsentibus & futura assequaris.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE POENITENTIA,

Lælio Tifernate interprete,

Homilia prima.

[De pœnitentia ultimam habes homiliã ad populum Antiochenum, hoc eodẽ tomo. Itẽ de eadẽ ad eoſdẽ homilyꝰ. 22. 40. et. 41

Aeta nobis hodie, ac feſtiua celebritas, ſolitoq; illuſtrior cœtus. Quæ nam ergo cauſa? Ipſe ieiunij hoc clarum tempus, hoc eſſe noui ieiunij non præſentis, ſed expectati. Illud nanq; nos huc ad patriam congregauit domum, illud etiam eos qui ante hoc pigritauerunt ad maternas reduxit manus. Si.n. ſolũ quod expectatur, tantũ ſtudij nobis ingeſſit: cũ apparuerit, aduenerit q;, qualẽ quantaq; præſe uenerationem feret? Sic & ciuitas principis tremẽdi ſubitura damnatũ, oẽm omittit deſidiã, maioriq; excitatur ſtudio. Sed haud timete tremendum principẽ ieiunium audientes: non enim nobis, ſed dæmoniorũ naturæ tremendũ eſt. Etenim ſi luna ticus fuerit quis, ieiunij ei faciem oſtende, atq; lapidi bus ipſis immobilior manet timore ſuffocatus, & ueluti uinculo quodam detentus: id potiſsimum, cũ uiderit ieiunio adiunctam ſociam cõtubernalemq; orationẽ, propterea & Chriſtus dicit, Hoc genus dæmonij non eiicitur, niſi in ieiunio & oratione. Cũ itaq; noſtræ ſalutis hoſtes ſic perſequatur, atq; inimicis uitæ noſtræ tam ſit tremendum, num & amare & diligere id decuit? Si enim crapulam ebrietatẽq; timeri oportuit. nõ ieiunium timeri debet. Illa ſiquidem noſtras poſt terga ligans manus, uitiorũ tyrãnidi ueluti cuidam prauæ dominæ, ſeruos nos, captiuosq; reddit, ieiunium uerò ſeruos exiſtentes nos, atq; ligatos inueniens, uincula remittit, & tyrannide liberat, priſtinãq; in libertatem reducit. Igitur quando & inimicos noſtros expugnat, ſeruitutẽq; nos liberat, atq; ad priorẽ nos reducit libertatẽ. quam aliã maiorẽ eius, q; ad noſtrũ habet genus, amicitiæ rationẽ exquiris? etenim maximum rationis indiciũ id eſſe uidetur. Vis diſcere quantus hominibus ornatus ſit ieiuniũ, quæve ſtabilitas ac cuſtodia? cõſidera beatũ atq; admirabile monachorũ genus. hi nanq; qui in eremo ſunt, tumultus fugientes, atq; ad ipſa montiũ cacumina currẽtes, tugurij in eremi ſilentio ueluti in tranquillo quodã portu fugientes, id quaſi cõnegotians, atque totius uitæ particeps ſuſceperunt, ea pp angelos ex hominibꝰ illis fecit: nõ illos modò, ſed & in urbibꝰ quotquot ſe tolerantes inuenit, ad ipſum philoſophiæ culmen euehit. Nam & Moſes & Helias ueteri in teſtamẽto prophetarum turres, tametſi ex alijs illuſtres magnisq; habentur, ac multa fiducia gaudent: tamẽ ſi quãdo ad deũ uolebant accedere & colloqui, quantũ homini poſſibile erat, ad hoc cõfugiebãt, atq; per hmõi ad deum ducebantur manus. Propterea & deus hoiem à principio faciẽs, illico frænũ ei ieiunij manibus impoſuit, ueluti piæ amabilisq; matri, & magiſtro optimo committens. Nã ab oĩ ni ligno quod eſt in paradiſo comedetis, de ligno uero ſcientiæ boni & mali non comedetis, ſpecies ieiunij eſt. Si in paradiſo ieiunium neceſſarium fuit, extra paradiſum multò magis. Si ante plagam utilis medicina fuerat, multò magis poſt plagam. Si necdũ bello uoluptatũ inſurgẽte nobis arma fuerãt opportuna, multò magis tantũ poſt uoluptatum uitiorumq; præliũ à dæmonijs nobis illatũ. Igitur neceſſaria nobis à ieiunio ſunt auxilia. Si hanc audiſſet uocẽ Adam, nequaq; ſecundam audiuiſſet, Terra es, & in terrã reuerteris. Sed quoniã hanc quidem tranſgreſſus eſt: propterea mors & ęrũna, & curæ, & uita omni morte acerbior: propterea & ſpinę & tribuli, propterea labores & dolores, uitaq; anguſtijs plẽna. Vidiſti quõ iraſcitur deus ieiunio ſpreto? Diſce & quõ lætatur ieiunio honorato. Quemadmodũ enim ieiunio ſpreto, mortẽ ſpernenti addidit, honorabile ſpernenti, ſic iterũ eodem honorato, de morte reuocat. Nã & uolens tibi oſtendere rei uirtutẽ, poteſtatẽ ipſi dedit, poſt ſniam, poſt abductionem, abductos media de uia rapere, atq; reducere ad uitã, idq; nõ in duobus tribũſue, aut uiginti hominibus, ſed uniuerſo Niniuitarũ populo: & urbem magnam admirabilemq;, ac dicentẽ, ingemi, ad ipſum barathrũ iam inclinantem caput, uenientẽ deſuper plagã accepturã: ueluti quædã deſuper ſtans potentia ipſis ex carnificis manibus eripuit, atq; ad uitã reduxit. Sed ſi uidetur, & ipſam audiamus hiſtoriã. Factũ eſt, inquit, uerbum domini ad Ionã prophetã, dicẽs, Surge & uade in Niniuen ciuitatẽ grandẽ. Subiecto ad urbis ipſam magnitudinẽ, dubitare timereq; uult, futurã prędicẽs prophetæ fugã, ſed prædicationẽ audiamus. Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur. Et cuius rei gratia, q; facturus es mala prædicis? ut nõ faciã quæ prædico. Propterea & gehennã minatus eſt, quo gehennã nõ inducat. Terreant, inquit, uos uerba, ne facta contur bent. Cuius aũt rei gratia pactũ ad tam tenue tps cõpulit? quò & Barbarorum diſcas uirtutẽ, Dico aũt Niniuitarũ tribus diebus tantã peccatorũ iram ſoluere ualentiũ, atq; dei clementiã admireris, trium dierum pnia contenti tot pro peccatis: tuq; deſperatione nõ corruas, & ſi peccaueris, muteris. Quẽadmodũ enim anima pigritans atq; negligẽs, q; q; multum ad pniam temporis accipiat, nihil operatur magnũ, neq; ſibiip ſi deum per deſidiam cõcilıat: Sic qui propoſito excitato ſeruet, atq; multa cũ ſolertia pniam oſtẽdit, breui temporis momento longæui tẽporis peccata delere poterit. Nõne tertiò Petrus negauit? nõne uilis cuiuſdam ancillę uerba timens? Quid ergo? oportuitne illum ad pniam multos annos terere? Nequaq;, ſed eadem nocte lapſus eſt & erectus, uulnusq; & medicinã accepit: ægrotauit atq; ad priorem redijt ſanitatẽ. Qualiter & quo? flens & lugens. Magis aũt nõ modò flens, ſed multa cũ ſolertia, multoq; cum propoſito: propterea euangeliſta nõ dixit, quoniam ſolũ fleuit: ſed, fleuit amare. Et qualis, inquit, quantaq; fuerit lachrymarum uis, ſermo non poterit explicare: ipſe aũt rerũ exitus manifeſtè oſtendit. Etenim crudelẽ poſt illum caſum: nã nullũ negationi par malũ. ſed tamen poſt malũ, iterum eũ ad priorem honorem reuehit, & eccleſiæ primatũ gubernationemq; ſibi per uniuerſum mundum tradidit: quodq; omniũ eſt ſublimius, oſtendit eũ nobis ad dominũ maiorem apoſtolorũ omnium charitatẽ habuiſſe. Petre, inquit, diligis me plus his? Huic aũt ad uirtutis rationem nihil ſanè par fuerit. Quò uerò minimè dicas, meritò deũ Niniuitis ignouiſſe: Seruus, inquit, neſciens uoluntatẽ domini, & non faciens, uapulabit paucis. ut ergo hoc non dicas, Petrum tibi in medium propterea duxi, ſeruum uoluntatem domini maximè ſcientem. Sed tamen hic idem peccans maximo peccato, reſpice quantũ ad fidei conſtantiæq; culmen redijt. Igitur & ipſe peccatis concidens, nequaquã orbatus perſtiteris. Quid enim in peccato magis impium eſt? in peccato. ſ. ſtare. Et quid peius in caſu eſt? iacẽre ĩ eo: hoc & Paulus deflet, & ingemiſcit, hoc fletu dignũ eſſe dicit. Ne fortè, inquit, cũ uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeã multos ex his q non ſolũ peccauerũt, ſed ex his qui pniam non egerunt ſuper fornicatione & immũditia quam fecerunt. Ad pniam uerò quale cõgruentius tempus poſſet accedere ieiunij tempore? Sed ad hiſtoriã reuertamur, Audiẽs aũt propheta uerba hęc, deſcendit in loppen, ut fugeret in Tharſis à facie domini. Quónam fugis homo? nunquid & aliũ audiuiſti prophetã dicentẽ: Quò uadã à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? In terram? Sed domini eſt terra, & plenitudo eius. Si ad infernum, ades: ſi in cœlũ, tu illic es: ſi ĩ mare, & illic, inquit, tenebit me dextera tua: qd & ſuper hunc euenit. Sed tale eſt peccatũ, qd ad ignorantiam multã noſtrã redigit animã. Et quemadmodum qui grauitate capitis ebrietateq; tenentur, ſtultè ſimpliciterq; feruntur: quãuis præcipitiũ, quamuis barathrũ, & aliud quid ſimile ſubſit, infra cõcidunt incautè: ſic qui corruunt in peccatũ, ueluti praua ebrietate, actionis deſiderio detenti, neſciunt quid faciũt, ſcilicet non præſentia, nõ futura præuidentes. Dominum, dic mihi, fugis? parũper igitur mane, atq; ipſum per rerũ diſces euentũ, quoniam neq; ſerui mauis potes manus effugere. Neq; n. nauim iam conſcenderat, atq; illud fluctus excitauerat, in altitudinemq; eleuauerat magnã: & ueluti fidelis ſeruus & prudens conſeruũ inueniẽs fugientẽ, quaſi quid ex domini bonis ſurripuerit, nuſquamq; ab eo recedit, milleq; impedimenta ingerit recipientibus illũ, quoad ipſum uendicans reducit: ſic & mare cõſeruum inueniẽs & cognoſcens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans nõ in iudicium trahens, ſed cõminãs nauem ipſis demergere cũ nautis, niſi cõſeruũ ſuũ ſibi prodiderit. Quid ergo nautæ his cõtingentibus? Factum, inquit, uaſorũ fecerũt, nauis uero nequaquã alleuiabatur. Nihil tam oneroſum & graue atq; ineptum, q; peccatũ & inobedientia. Propterea & Zacharias id plumbi figurauit ſimilitudine. Dauid uerò deſcribit eius naturã, dicẽs, iniquitates ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſupra me. Chriſtus aũt ad eos qui in peccato uixerant, iterũ dicit, Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiã uos. Ipſum autẽ peccatũ & ſcaphã tunc grauabat, & peſſundari cogebat. Ionas uerò dormiebat & ſtertebat, ſed non uoluptatis erat ſomnus, magis aũt triſtitiæ & afflictionis: nã qui ex ſeruis & domeſticis prudẽtes ſunt, citò peccata ſentiunt: qd & ille patiebatur. Poſt. n. cõmiſſum peccatũ, peccari nouit prauitatẽ: nã eiuſmodi eſt, Cũ enim factum fuerit, atq; ad ipſum actũ culmen, tunc dolores parturienti animæ excitat, aduerſus legẽ noſtræ generationis. Nos. n cũ primũ nati ſumus, parturienti dolores ſoluimus: illud aũt ſimul æditũ diſtrahit doloribus parturiẽtibꝰ ipſum cogitationes. Quid ergo gubernator? acceſſit, & inquit, Inuoca deũ tuũ, Nouerat ergo ipſa experientia inſuetã illã eſſe hyemẽ atq; à deo illatã plagã, maiores humana induſtria fluctus, ubi gubernatoris manus nuſquã profuerãt. Alterius. n. maioris gubernatoris rei, illius caſus, hunc uniuerſum. ſ. gubernantis mundũ, ope atq; ſuperno indigebat auxilio: propterea & illi remos & uela & funes atq; diuerſa dimittentes, orationi inſtantes manus tẽdebant, deumq; orabant. Vbi uerò neq; ſic profeceruntmiſerũt, inquit, ſortes, & prodidit de cætero ſors noxium. Hi uerò neq; ſic arripientes eũ demerſerunt, ſed tanto tumultu, tanta tẽpeſtate incumbẽte, ueluti multa in quiete, multo ſilentio, ſic iudiciũ in naui ſtantes, & interrogari & reſpondere eũ dignum fecerunt, atq; cuncta ſubtili cũ indagine exquirebãt, ueluti cuidã pœnas iudicialiter inflicturi. Audi igitur eos quemadmodũ in iudicio examine cũcta exactiſsimo inquirunt. Quod opus eſt tuum? unde uenis? quò uadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidem accuſabat mare, acclamans cõtrà: increpabat autem ſors & condẽnabat. Sed tamen neq; mari cõtrà exclamante, neq; ſorte ex aduerſo teſtimonium reddente ſniam uſq; dabant, ſed ueluti in iudicio & accuſatoribus inſtãtibus, & teſtibus ꝑſentibus, indicijs atq; argumentis ueridicis nõ prius damnantes, ipſi ſniam ferunt, quoad dãnandus ipſe propriæ fieret accuſator culpæ. Sed & hi nautæ hoies Barbari & inſenſati, eũ qui in iudicijs optimus eſt ordinẽ imitantur, & id qui dem tanto timore, tot fluctibus, tanta ipſis circũſtãte procella, & mari neq; uel reſpirare permittente: tantus eius tumultus, furenſq; turbatio, inſaniente atque exclamante: cõtinuasq; undas implicãte. Vnde igitur tanta fuit prouidentia? à dei diſpenſatione. Etenim hoc fieri deus permittebat, prophetã uel ex his admonens, ex his manſuetũ fore & mitẽ, quaſi ad eum clamans, & dicẽs: Imitare nautas, hoies inſenſatos: ſiquidem hi neq; unã ſpernunt animã, neq; uni tuo nõ parcunt corpori: tu uerò uniuerſam urbẽ tot millia habentẽ, quantũ in te fuerit expoſuiſti. Et hi quidẽ eius qui ſuorũ cauſa malorũ effectus eſt, neq; impetu ad dãnationẽ irruunt: tu uerò nihil habẽs Niniuitas accuſare, demerſiſti eos ac perdidiſti. Et tu quidẽ me præcipiente eos ad ſalutẽ tua prædicatione reuocare, minus paruiſti: hi aũt unum audientes uniuerſa faciunt, & moliuntur, quò noxiũ effectũ à mulcta reuocent. Etenim ipſam poſt maris accuſationẽ, poſt oſtenſionem ſortis, cũ incuſaret ſeſe, fugãq; fateretur, aeq; ſic irruerunt ad prophetæ necem, ſed nitebãtur de induſtria, & uim atq; oia faciebant, quò eũ neq; poſt eius manifeſtiſsimã culpã uiolẽtię maris exponerent. Sed nõ permittebat mare, magis aũt deus, ſicuti per nauտas eũ & per cetum corripere, ad ſapientiãq; reducere uolẽs. Nam poſtquã auditum eſt, Tollite me, & mittite me in mare, & ceſſabit mare à uobis. uiribus conabãtur in aridã euadere, ſed nequaquã permitebãt fluctus. Tu aũt quemadmodũ fugientem uidiſti propheram, audi eũ & confitentem ex inferioribus de ceti uẽtre. Illud quidẽ ueluti homo paſſus eſt, hoc uero quaſi propheta oſtẽdit. Accipiens igitur eũ mare, ueluti in quodam iudicio, ceti uentre depoſuit, ſaluum domino fugitiuum ſeruãs: neq; acres unde ſuſcipientes ſuffocauerũt, neq; cetus undis ipſis acrior oppreſſit. Saluauit autẽ, ad urbemq; reduxit, atq; & mare & cetus contra naturã obtẽperarunt, quo per oĩa propheta inſtrueretur. Veniens igitur in ciuitatem, ſniam legit, ueluti regalem epiſtolã, pœnas tormentaq; habentem, & clamabat dicẽs, Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur. Audierunt illi hæc, neq; non crediderũt, neq; neglexerunt, ſed illico curſus omnium unus ad ieiunium uirorum mulierumq;, iuuenum, ſenũ, ſeruorum, principum, ſubditorum, puerorũ, antiquorum, neq; irrationabilium natura expers ab eo erat obſequio. Vbiq; ſaccus, ubiq; cinis, ubiq; fletus & eiulatꝰ: nam ipſe diademate caput ornatus à regali deſcen-

G dens throno, faccum ſibi ſubſtrauit, atque ſic urbem periculis eripuit. Et erat rem quidē nouā uidere, purpuram ſacco cedentē preſtātioni effectu. Quod enim purpura nequit, id ſaccus potuit: quod conſummare diadema nō ualuit, hoc cinis præcit. Vides quō haud in uacuum dixi, non ieiunium, ſed ebrietatem, crapulamq; timeri oportuiſſe? Nā ebrietas & crapula urbem ſtantem, quati, ad caſumq; nutari cōpulit: ieiuniū nu-
Dan.14.f tātem ipſam, caſurāq; ſaluauit. Poſt hęc & Daniel leonum ingrediens lacū, quaſi cum ouibus, mitis cū immitibus conueniēs, ſic exiuit. Nā æſtuantes ira, crudele mortiferumq; reſpicientes, appoſitam non tangebant mēſam: & hæc ipſa excitante atq; impellente natura. Nihil.n. agreſtius illis beſtijs, & fame (nā & ſeptē diebus nō acceperunt cibū) ueluti carnifice quodam intrinſecus urgente, utque ipſa prophetæ femora diſcerperent, clamante, cibum uenerati ſunt. Tres pueri
Ibid. 3.c dum apud Babyloniā caminum ingreſſi, atq; in igne multo colloquētes tempore, igne ipſo fulgidiora corpora habentes egreſſi ſunt: profectō ſi quis erat ignis
H ille, qūo quæ ignis ſunt partes non implebat? ſi corpora erant illa, qūo his quæ corporibus contingere conſueuerunt, non contingebant? Qūo, ieiunium interroga, & reſpōdebit, tibiq; ænigma ſoluet. Etenim corpum natura cum natura ignis certabat, corpáque ipſa uictoria ſecuta eſt. Vidiſti pugnā admiratione dignam? uidiſti nouam inauditamq; uictoriam? Igitur ieiunium mirare, pronisq; manibus ſuſcipe, quoniam quidē & in camino fert opem, atq; in leonū cuſtodit lacu, dæmonēsq; fugat, & dei reuocat ſniam, utitiorumq; furorē ſupprimit, & ad ipſam reducit libertatē, plurimāmq; in noſtris cogitationibus quietem inſinuat. Qūo non ſupremæ fuerit iniquitatis, tot tātāq; in manibus habentē bona & fugere & timere? Conterit, inquis, noſtrique corporis inſuper auget infirmita
2.Co.4.d tem. Sed quāto exterior homo corrumpitur, tātò interior homo renouatur de die in diem. Magis autem ſi rem diligentius uolueris intueri, & ſanitatis bonę q habitudinis patrem inuenies. Atq; ſi meis ipſe ſermonibus derogas fidē, de his filios medicorū percuncta re, ipſi q; eadē tibi manifeſtius explicabunt: qui abſti
I nentiam matrē ſanitatis appellant. Pedū uero dolo-
Abſtinentia mater ſanitatis. res, & grauedinē capitis, uomitum, apoſtema, & hydropiſim, & phlegmata, milléque morborū aliorum torrentes, à delicatis cibis crapuláq; prouenire dicūt, quaſi à peſſimo quodā fonte, prauos riuulos, bonā corporis habitudinē, & aiæ ſanum intellectum non tam lædentes, q̄ depopulātes. Ne igitur ieiuniū timeamus, tot a uobis excludentes mala: neq; ego uos ſine ratione potiſsima continue ad id maneo. Sed quoniā quidem plurimos uideo hoies pigritantes & immorantes nō ſecus ſi agreſti, horridóque cuidam dandi in manus forent, ebrietate hodie ſeſe crapuláq; corrumpētes: propterea moneo ne quis futurā à ieiunio utilitātē perimat, gula ingluuiéq; præueniens. Nā qui male ſe cibis ingurgitant, cū aſpas ſunt medicinas accepturi, ſi nimia ſeſe eſca ſepeliunt, atq; ſic medicinam accipiunt, aſperitatem quidem illā pertulerunt, utilitate uero exciderunt, ægrā facientes medicinæ dimicationem ad corrupti humoris malitiā. Quamobrem medici eos incœnatos dormire mandant, quo uirtus totius medicinæ quāprimum atque illico morboſis occurrat humoribus: Sic & ieiunio contingit, ſi teipſum hodie multa obrueris ebrietate, craſtina uero eā acceperis quę ab illo eſt medicinā: hanc tibi profectò uanam inutilemq; effeceris, & laborē quidem pertule K
ris. quod uero ab illa fuerat lucrum nequaq̄ aſſequeris, ruiſq; in recentem ebrietatis malitiam, eius oēm conſumentem uirtutem. Si uero leue præparabis ſibi corpus ſobrieq; & uigilanti cogitatu ſuſceperis ex electis uteribus medicinam, multa poteris expurgare. Igitur p ebrietatem diſcamus, ne fortè tale fiat, quale ſiquis infirmanti corpori & conualidato, laſciuè minusq; tēperatē innitens, iterū uelocius atq; cum maiori ruina cadat. Qđ & in noſtra ſit aia, cum utraq; ie iunij ex parte, principio uidelicet ac fine, ebrietatis nube obfuſcamus mundationem in nobis ab abſtinentia factam. Veluti.n. qui cum feris dimicaturi, armis multis muniētibus, munimētisq; mortalia quęq; mēbrorū loca circundant, atq; ita bellum ſuſcipiunt: ſic & nunc hoies milites, quaſi cum fera quadā pugnaturi, uētris ſe muniunt crapula, diſrumpentesq; ſeſe & obtenebrantes, multa cū impudentia ſuſcipiunt mitē ac quietū ieiunij oculum. atq; ſi quempiam interrogauero, Cuius rei gratia ad thermas hodie properas? quò corpus abluā, ieiuniumq; ſuſcipiā Si uerò interro L
gauero, quare inebriaris? iterū dices. Quoniāquidem ad ieiuniū ſum ingreſſus. Quomodo igitur non erroneum corpore quidē puro, impura uerò ebriaq; aīa, optimum hoc rerum ieiuniū ſuſcipere? Reſtant qui dem plura, ſed hæc ſobrijs ad correctionē ſufficiant. Quare neceſſe orationē ſupprimere: nā cupio patris audire uocē, quoniā ipſi qdē paſtoralis pueri ſubtili calamo ſibilamus, ueluti ſub q̄rcu, aut fago quodā ad umbrā ſatorum horū ſedētes. Hic aūt ueluti muſicus optimus auream citharam modulatus, ſonorū conſonantia uniuerſum excitat theatrū. Et huius nō ictuum ſoni, ſed conſonantia uerborum, cōſonantia operum plurimam nobis affert utilitatem. Eiuſmodi & Chriſtus doctores quærit, Qui.n. fecerit & docue- *Matt.5.d*
rit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Contingat autem & nos eius, omniumq; præſulā orationibus regno cœlorum dignos fieri, gratia & amabili pietate domini noſtri Ieſu Chriſti: cū quo honor patri, gloria & fortitudo, cum bono & ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

* Homilia quæ antea hoc loco ſecunda numerabatur, nunc habetur inter homilias in Geneſim prima. M

Homilia tertia.

Ametſi heſterna die uobis defuerim, nō mea
t ſpontè, ſed actus neceſsitate defui: defui corpore, nō uoluntate: defui carnis abſentia, nō mentis affectu. Nam & complectebar oēs uos & ferebam. Iterum fratres tpalem hunc trāſeuntes morbū. ſolertius ſtuduimus facies ueſtras uidere. Iam.n. mecum habens infirmitatis reliquias, ad ueſtrā charitatē cucurri. Conſueuerunt quidē ex ægris nonnulli lauacra & balnea inueſtigare: ego aūt facies ueſtras deſideratas dignum uidere duxi, debitámq; auditorum uoluptatē implere. Pelagus hoc magnum & ſalſuginē non habens, mare hoc fluctibus uacuum, ueni tel lurē ueſtram inſpicere. Quod.n. pratū tale, quale eccleſia: Quis paradiſus talis, ueluti hic ueſter cętus? Nō eſt hic ſerpens inſidians, ſed xps docens: nō Heua ad ſupplantandum, ſed eccleſia ad dirigendum. Non hic ſunt hortorū frondes, ſed ſpiritus: nō hic ſpinarum ſepes, ſed uitis fœcunda. Si aūt ſpinā inuenero, in oleam transfero. Non.n. naturæ defectus, ſed propoſiti hic libertas honoratur. Si lupum inuenero, ouem faciā, haud naturam conuertens, ſed propoſitum mutans.

Quare.

A Quare iam non peccauerit, qui arca eccleſiam maio-
Gen.7.b rem eſſe cōceſſerit. Arca quidem aialia ſuſcepit, & animalia conſeruauit: eccleſia uero aialia ſuſcipiens, eadem trāsformauit. utputa, accipiter illuc introiuit, & accipiter exiuit. Introiuit hic quis accipiter, columba exit: introiuit lupꝰ, & ouis egreditur: Agnus introiuit, & exit agnus, non trāſmutata natura, ſed malitia excluſa. Ideo ad pœnitētiā aſsiduo ſermone admoneo, ſed acerba & horrida eſt peccatori: eſt.n. delictorum medicina, iniquitatū conſumptio, lachrymarū impenſa, fiducia ad deū, aduerſus diabolum arma, gladius uim eius p̄cidens, caput eius amputās, ſalutis ſpes, deſperationis occaſus. Ipſa cœlū aperit, ea in paradiſum ducit: ipſa diabolū ſuperat. Ea igitur de re ſæpenumero ſermone moneo, ut pœnitentiā agas: peccator es, ne à ſpe recedas. Nō ceſſo iiſdē continuè medicamenta deliniens. Noui.n. quæ arma ſint contra diabolū, à ſpe nunquā decidiſſe. Peccata ſi habueris, ne deſpes, non deſiſte eadē ſæpius repetens. Tametſi quotidie peccas, quotidie pœnitētiā age. Et qđ in domibus facimus, cū fragiles & ad caſum nutant, fragilia educimus, tignaq; noua ſubmittimus, cōtinueq; reparatio-
B nis munus obliteramus: idipſum & i nobis faciamus. Si hodie à peccato ſenueris, teipſum per pniam inſtaura. Eſt'ne, inquit, pœnitentē ſaluari? ſed dices, eſt, & ualde. In peccatis oēm cōtriui uitam, atque pniam ſi egero, putas ſaluabor? ualde. Vnde mihi conſtabit? Domini excellentia pietateq;, non iam tuæ confidens pœnitentiæ. Neq;.n. tua poterit pnia ſola ſordes tot diluere. Si ſola ſuperfuerit pœnitentia, meritò timebis: ſed quonū pœnitentiæ dei clementia deiq; pietas iuncta eſt, fide. Nam dei clementia, pietasq; menſurā non ſcipit, neque ipſius bonitas uerbo interpretari poteſt. Tua qdem malitia mēſuram habet, dei uero clementia & pietas menſuram non habet. Tua malitia qualiſcunque fuerit, humana malitia eſt, dei clemētia & pietas eſt incircūſcripta: ipſa igitur tuam malitiam ſuperat. Cogita ſcintillam ſi in mare ceciderit, nū poterit ſtare, aut apparere? Quātū ſcintilla ad mare ſe habet, tantū hominis malitia ad dei clementiā pietatemq;, imò uero non tantūmodo, ſed & lōge ſupra. Nam & pelagus, tametſi magnum ſit, mēſuram recipit: dei uero clementia & pietas menſuram non habet. Hæc di-
C cam: non quo uos deſidiores faciā: ſed promptiores reddā. Admonuit ſæpenumero theatra non aſcendere. Audiſti, atque haud obtēperaſti: theatrū aſcendiſti, meoq; uerbo aduerſatus es: non te pudeat eccleſiam ingredi ſecundò, & audire. Dicis, audiui, neq; cuſtodiui, qūo iterum poſſum ingredi & audire? Denique ipſe nouiſti, quòd minus cuſtodiuiſti: deniq; confunderis, erubeſcis. Deniq; corripiente nemine ipſe frēnum accipis, deniq; ſermonē mente ipſe tua habes radicatum. Deniq; me nō comparente, ipſa te mea purgat oratio. Nō obſeruaſti, temetipſum accuſa: uel ſemis obſeruaſſe eſt, ſi minus obſeruareris, non obſeruaui dixiſſe. Nā qui ſemetipſum accuſat, quaſi nō obſeruaſſe, ad obſeruandū feſtinat: proſpexiſti altius, iniquitatē conſummaſti. Captiuus meretrici effectus es, & in theatrū aſcendiſti: iterum recordatus es, iterum pudore cōfunderis. Accede: contriſtatus es: deū ora. Sed hic, atq; eouſq; ueniēs conſtitiſti, uæ mihi, audiui, minus obſeruaui. Qūo audeam eccleſiā intrare? qūo audeam iterum? Magis aūt ingredere, quoniam quidem nō obſeruaſti, quò iterū audiens obſerues. Medelam ſi appoſuerit medicus, neq; priori te die purgaue-

Tomus quintus.

rit: num eam rurſus die altera non apponet? Eſt quiſ- D
quam quercini roboris cæſor, is quercū ſi uelit cædere, ſecurim accipit, incidit radicē: ſi plaga una percuſſerit: neq; ceciderit infructuoſa arbor, nonne ſcdam dederit, non quartam, non quintā, non decimā? ſic & tu fac. Quercus eſt fornicator, glandes ferēs irrationabilium aialium eſcam, multo tempore tua in mēte radicata. In arborum circuitu tuam dereciit conſcientiā. Meus ſermo ſecuris eſt, uno audiſti die. qūo uno die cadat, quæ tanto tpe radices immiſit? Si enim bis, ſi ter, ſi centies, ſi decem millies, non iam mirum. Modo incide uirem malam, & fortem conſuetudinē malamq; illam deiice, & gratiam impetraſti. Manna comedebāt Iudæi, & cæpas de Aegypto quærebāt, conſuetudine ducti. tā adeo turpis eſt res conſuetudo peſſima, quòd non ſtatim poteſt abiici, nec tēpore breui. Si.n. decem conſummaueris diebus, ſi in uiginti, ſi in triginta: non tamē non gratias ago, nō te fouebo, modo non deficias, ſed pudore cōfundaris, & deſpice. Iterum de charitate diſſerimus, ſubiſti & rapuiſti, neq; ipſa per opera oſtendiſti ſermonē, haud confunderis eccleſiā ingredi ſecundò: pudeat te peccantem, I
non pudeat pœnitentem. Attende quid tibi diabolus fecerit. Duo hęc ſunt, peccatū & pœnitētia: peccatum uulnus, pœnitentia medicina. Quēadmodum enim in corpore uulnera & medicinæ, ſic in aīa peccatum & pœnitentia: ſed peccatum pudorem habet, pœnitentia uero fiduciā poſsidet. Attende diligenter obſecro, ne ordinē turbes, & utilitatem perdas. Eſt uulnus & medicina, peccatū & pœnitentia: in uulnere ſanies in medicina purgatio ſaniei: in peccato ſanies, in peccato improperium, in peccato deriſio, in pœnitentia purgatio peccatorum. Aduerte, peccatū ipſum confuſio & pudor ſeqtur, pœnitentiā uero fiducia. Intellexiſti quæ dico? ordinē ſatanas peruertit, & confidētiam dedit peccato de uita longa, cōfuſionemq; pœnitentiæ. Non deſiſt am uſque ad ueſperam quoad te ſoluero: oportet.n. me promiſsionem cōplere, impoſsibile eſt me deſiſtere. Eſt uulnus & medicina: uulnus ſaniē habet, medicina ſaniei purgationē. Nunquid in uulnere ſanitas? Nū hæc proprium habent ordinem, & illa proprium? Nunqd hoc in id tranſire poteſt, & illud in hoc? ueniamus ad ipſam poſt hāc delinquētem F
aīam. Peccatum confuſionem habet, peccatū improperium, peccatum honoris obfuſcationem habet hęreditariā. Pœnitentia fiduciam habet, pœnitentia ieiunium habet, pœnitentia iuſtitiam poſsidet. Dic tuas *Eſa 43.d*
prius iniqtates, ut iuſtificeris. &, Iuſtꝰ priori in ſermo- *Prou.18.a*
ne accuſator ſui. Sciens igitur ſatanas peccatum quidem confuſionē habere, potentē ad ſe pœnitentē retrahere, mutauit ordinē, deditq; confuſionem qdem pniæ, confidentiam uero peccato. Vnde hæc, ipſe dico'. Carpitur quis prauis deſiderijs de publica meretrice, ſequitur ſcortum, captiuus ingreditur locū, nequaquā erubeſcens, impudens meretricē complectitur, peccatum exeqtur, nuſquā ipſi pudor, nuſquam correctio: egreditur inde cū peccatum conſummauerit, atq; ut pœniteat pudore tenetur. Miſer & infelix, quum meretricē complectebaris nō te puduit: quum ad pniam ueniſti, pudore tunc cōfunderis? Quorſum nam id? Cū fornicabaris non pudebat, rem cū facis non erubeſcis cùm pœnitere & confiteri debes peccata uerbo, Diaboli hæc aſtutia eſt, quòd te in peccato erubeſcere uetat, & peccatum edicere impedit pudore. Nouit enim ſi homo erubuerit peccatum, ſu-

G

G giet illud: inuerecundus autem uel difficile pœnitere pōt: & ita duo facit mala, & in peccatum trahit, & à pnia arcet. Quid erubesces ergo? Cū fornicari te cōtigit haud erubescebas, cū te peccato liberes, erubescis: tunc erubescere debuisti, tunc oportuit pudore cōfundi, cùm peccabas. Cū factus es peccator, tunc pudere oportuerat: quum iustus efficieris, pudes. Dic prius iniqtates tuas, ut iustificeris. O domini clementiam & pietatē, nō dixit ut pœnitearis, sed ut iustificeris. Nō deo satis est eū non punire q peccat, sed eum tum insup & iustum efficit, & ualde. Sed aduerte, iustum eū facio: & ubi id effeci? in latrone, ut solū dicat
Luc.33. f ille cōsocio, Neq; tu times deū, & nos quidem iustè digna factis recipimus. dicit ei Christus, Hodie mecum eris in paradiso. Non dixit, liberabo te à tormentis & pœna, sed in paradisum iustum introducit. Vides quō ex cōfessione iustus efficitur? ualde est clemēs, & pius deus. Proprio filio nō pepercit, ut seruis parceret. Dedit. n. unigenitū, ut seruos emat ignauos. Sanguinem unigeniti precium posuit. O domini clementia & pietas. Neq; mihi dixeris permultum peccaui, quō saluari possum? tu nequis, sed dominus tuus potest: atq; ita
H potest, ut tua deleat peccata. Accuratè ad sermonem aduerte. Sic. n. delet peccata deus, ut neq; eorum uestigium maneat. In corporibus quidē id non est: ita: sed quāquā millies conetur medicus, tametsi uulneri medicinas addat, uulnus quidē euanescit. Sæpéq; in facie uulneratus quisq;, atq; uulnus quidē curauit, cicatrix uero remanet uulneris argumentū, faciei deformitatem habens: atq; si abolere contendat, mille medicus modis nequit: repugnat. n. sibi naturæ infirmitas, artis & medicinarū imbecillitas: deus aūt quum deleuerit peccata, sic delet, ut neq; cicatrix, neq; cicatricis supersit indiciū, non uestigium quodquam, sed & cum sanitate decorem elargitur: post pœnæ liberationem, & iustitiā inserit, atq; peccantem coæqualem facit non peccanti. Extinguit. n. peccatū, atq; id nō esse facit, neq; fuisse. Sic. n. omnino id tollit, ut nō cicatrix, non uestigium, non argumentū aliquod apparuerit: Atq; unde id nobis illucet quod dico, qui ostendere debeo quō uerum uideatur? Ab ipsis itaq; ostēdatur scripturis, fiduciáq; firma permaneat. Inducam igitur uobis homines uulneratos, populum omnem ulceribus plenum, & sanie & uermibus, uulnus undique, &
I existentem totū ulcus, atq; ita sanare uolo, ut ne quidem cicatrix, nō uestigium, non signum maneat: neque unum habētes uulnus, nō duo, non tria, nō quatuor, sed à pedibus usq; ad caput uulnus existentes. Attende hic diligēter, cōmunis hic nobis sermo, & salutaris. Medicinam spargam, his quas seculares adhibent medici meliorem: quales neq; ipsi reges spargere possent. Rex quidem potest carcere quenquā emittere, gehēna uero liberare non pōt: pecuniam dare, animam aūt saluare nequit: sed ex pœnitentia uos manuducam, quò dei discatis fortitudinē, quò sciatis super eā peccatum non posse: neq; iniquitas potens est eius superare uirtutem. Tandē inducam non unum, non duo, nō tria, sed millia multa ulceribus confecta innumeris, plena peccatis, & tamē pœnitentia ualentia saluari, ut neq; uel uestigium cicatricum priorum uulnerū supereſſet. Sed uerbo diligenter attēdite, sed & memoriæ dicta mandáte, quò & derelictis, quandoq; auxilio sitis, atq; doctorū utilitate promptiores reddatis. Igitur & Esaias procedit, qui Seraphin intuetur, qui mysticū illud haurit melos, q de Christo infinita prædicit? Percontemur quid ait. Visio quam uidit Esaias super Hierusalem & Iudæam. Dic uisionem quam uidisti. Audite cœli, & auribus pcipe terra, quoniā dominus locutus est. Alia præmisisti, & alia dicis. Quæ alia pnisi? Incipiens dicis, Visio sup Iudæam & Hierusalē: cœlum alloqueris, atq; in terrā sermonem declinas: dimittens rōnales homines, irrationalibus cum elemētis disputas. Ita, inquit, quoniā irrationali, irrationabiliores facti sunt rationales: non ea modò rōne, sed quòd Moses uolēs eos promissionis terram inducere, prouidensq; fore tradita despici ab his debere: Audite, inquit, cœli & loquar, & audiat terra uerba
Deu.32.a oris mei: & cōtestabor uobis cœlū & terrā, si ingressi promissionis terrā, dominum deum uestrū reliqueritis, in oēs dispergendi estis gentes. Venit Esaias, atque cōminatio ipsa in opus efferri debuerat: non poterat uocare Mosen iam defunctum, atq; eos qui tunc audierant, mortuiq; fuerant: elemēta igitur quibus Moses contestatus est uocat. Ecce electi estis à promissione ô Iudæi, ecce deseruistis deum: quō te uocabo, Moses? interisti. n. mortuusq; es: quomodo & Aaron uocabo? & ille morti est deditus: non habes unde homi L
nem uoces, uoca, inquit, elementa. Idcirco & ipse uiuens, non Aaron solū contestatus sum, atq; illum & illum: sed quoniā illi morituri fuerant, & pmanētia elementa, uobis contestor, cœlum. s. & terrā: Dicit ergo Esaias, Audite cœli, & auribus percipe terra: uos enim Moses cœpit hodie compellare: non solū hac ratione elementa compello, sed q̄d Iudæis dictū est, audi cœlum: tu. n. manna produxisti, tu supra naturam ostendisti, superius es atq; aerem imitatus es. Auribus percipe terra, inferius quidem es, atq; diffusam, latamq; mensam præparasti. Cōpressa est natura, gratiaq; operata est. Neq; boum opera, spicarūq; apparatu, nō manibus coquorū atq; præceptis, sed manna erat omne quod factum erat, sanctificatus fons, mensa diffusa, natura oblita proprię infirmitatis fuit. Quomodo eorum uestimēta non sunt attrita, neq; calceamenta uetustate cōsumpta: cuncta ad eorum fiebant ministeriū. Audi cœlum, & auribus pcipe terra. Post prodigia memorāda, illáq; beneficia lacessitus est dominus iniuria. Quē offendam, audientē uirum non habeo: ueni, & nō erat homo: locutus sum, & non erat audiēs. M
Esa.50.d Irrationales alloquor, quoniam quidem rationales in uilitatē irrationalium acti sunt: propterea & alius propheta regē uidit furentem, idolum ueneratum, deum despectum, aliósq; uniuersos trepidos, & dicit: Audi altare, audi, lapidē alloqueris? Sic, quoniam quidē lapide ipso insensibilior. Audi altare, audi, hæc dicit do
3.reg.13.d minus: atq; illico altare scissum est. lapisq; audiuit, fractus est lapis, & effudit libamē: quomodo non audiuit homo? Extendit manum suā, ut prophetam raperet: & quid facit deus? eius manum arefacit. Respice quid facit, domini respice clementiam, & serui peccatum. Quare à principio eius non arefacit manū? quò lapidis exemplo sanior fieret. Si enim scissus nō esset lapis, cōuersus ipse non esset. In te concitor ira, extendit manum ut raperet prophetam, & exaruit manus. Stetit trophæū, tot aderāt satellites, tot duces aderāt, auxiliumq; grande, atq; suam restituere non poterant manum. Sed manus stabat uocem emittens, atq; prę se ferens acceptum impedientis conflictū, pietatisq; trophæum, dei clementiam & illius insaniā, restituiq; non poterat. Sed ne sermonem ex sermone texētes, proposito excidamus, iámq; quæ promisimus osten-

A damus. s. mille si fueris ictus & cæsus uulneribus, atq; quod bonum est feceris: sic ea delet deus, ut neq; cicatricem uel uestigium uideas, ut nec signum priorū peccatorū appareat: hæc pollicitus sum, hæc demonstrare tētabo: dicit scriptura, Audite cœli, & aurib⁹ pcipe terra, quoniā dominus locutus est. Dic mihi, qd
Esa.1.a nā locutus est dominus? Filios enutriui & exaltaui, ipsi aūt spreuerūt me: cognouit bos possessorem suum (ô rationales irrationabiliores iumētis) & asinus præsepe domini sui (asinis ipsis insipientiores) Israel autē me nō cognouit, & popul⁹ meus nō intellexit. Væ gēti peccatrici. Quare, inquit, non iā salutis spes datur? uel si datur, uę quare dicis, dic mihi? Quòd haud salutē, haud sanitate inuenio. Medelas apposui, neq; cessit ulcus, & ideo auersus sum. Quid igitur facere habeo? curare nequeo. Væ, plorantē imitatur mulierē, & benefacit: obsecro attendite diligenter: uæ, quare dicit? quoniā & idipsum fit in corporibus, cū uiderit medicus ægrotantē haud spē salutis habentē, illachrymat, domesticiq; & proximiores ululant, ingemiscunt, sed
B illic incassum & uanè. Cùm. n. moribundus æger fuerit, tametsi mundus defleat omnis, nequaq; eum excitabit, ita ut non resurrectionis, sed lachrymarū ille sit fletus. In anima uerò non sic. Si. n. mortuam fleueris, sæpenumero mortuā excitabis. Quare? quoniam quidē moriens corpus humana non excitatur uirtute, aia uerò moriens, correctione resurgit, & uirtute diuina. Vide fornicantē & deste, atq; illum sæpe excitabis: propterea Paulus non scribebat, exhortabatūrue solū, sed & flebat cum lachrymis pctores admonens. Ideo ēt fundis lachrymas, quò si minus admonitio poterit esse auxilio, lachrymæ intercedant: sic & pro-
Mat.23.d pheta deflet, & dominus noster uidens Hierusalē cadentē, dicit: Hierusalem Hierusalem, quę occidis prophetas, & lapidas eos q ad te missi sunt, reuocans ci-
Esa.1.b uitatē cadentem, & flentem hominem imitatus. Væ gēti peccatrici, & populo pleno peccatis: nec habet sanum corpus. uidisti eos ulceratos? uæ semini neq;, filijs sceleratis. Quare desles, dic mihi? dereliquistis dominū, atq; ad iracundiā sanctum Israel prouocastis. Super quo percutiam uos ultrà, an fame, an peste? ois plaga iam uenit, & neq; uestra malitia iam est cōsumata, addentes præuaricationem, omne caput languidum, & omne cor mœrēs. Non uulnus unum, nō liuor unus. Res nouæ, paulò antè semini dixisti neq;, filijs sceleratis, dereliquistis dominum, ad iracundiā prouocastis sanctū Israel: &, uæ genti peccatrici plorans tunderis, malaq; loqueris, & radiens dicis: neq; uulnus, neq; liuor. Attende, uulnus tunc fit, cū altera quidem corporis pars sana est, altera uulnus habet: hic aūt dicit totum esse uulnus, totum liuorem, totū ulcus à pedibus usq; ad caput. Nō est quò quis fomēta, quò quis oleū imponat, non est quò quis circūliget. Terra uestra deserta, ciuitates uestrę succēsę igni, regionem uestram corā uobis alieni deuorāt: omnia
Ibidem.c hęc feci, & uos conuersi non estis: omnia q̄ ad artem sunt feci, atq; ægrū ipsum cadauer manet. Venite, audite uerbū domini principes Sodomorū & Gomorrhæ: quid mihi multitudo uictimarū uestrarū? Quid igitur? Sodomitas alloqtur? Nō, sed Iudæos Sodomitas appellat. Quoniam quidē Sodomitas imitabātur, nomen ipsis imponit. Venite, audite uerbū dei principes Sodomorū & Gomorrhæ, quid mihi multitudo uictimarum uestrarū, dicit dominus? Plenus sum holocausto arietū, & adipe pinguium, & sanguinem uitulorum & agnorum nolui. Cùm obtuleritis mihi si D
milę florē, uanum: & incensum abominatio est mihi: neomenias uestras, & sublata odit aia mea: ieiunium & diem festū non feram: & cùm extenderitis manus uestras, auertā oculos meos à uobis. Est ne iræ huic par quicq̄? propheta cœlum inuocat, plorat, ingemiscit, lachrymat, dicit: Non est uulnus neq; liuor, deus Ibidem.b
desuper irascitur, non suscipiam sacrificia, nō neomenias, non sublata, neq; florem similæ, non orationē, non extensionē manuum. Vidisti ulcus? uidisti morbum insanabilem, non unius, non duorum, non decem, sed mille? Quid ergo dicit post hæc, Lauamini, Ibidem.d
mūdi estote? Num peccatū putas habet? Ipse deus dicit, Non audiā uos: & dicit, lauamini. Quorū utrunq; utiliter ingeritur: id ut terream, hoc ut alliciā. Sed eos non audis, spem pniæ non habent. Quòd si non habent pniæ spem, quō dicit, lauamini? Sed deus uerè clemens, uereq; pius, solusq; bonus & misericors super patrē: atq; ut discas quòd pater est, dicit ei: Quid faciam, nescio: nescis quod facis? scio, sed nolo: expetit peccatorum natura, sed continet clementiæ, pietatisq; magnitudo. Quid tibi faciam? parcam tibi? sed E
fide desidior redditur: persequar te? sed mea non sustinet clementia. Quid tibi faciam? ut Sodomam ponam te, & ut Gomorrham subuertā te? Conuersum est cor meum. Impassibilis passibilem imitatur hominem, magis autem amabilem matrem. Conuersum est cor meum, ueluti si mulier puero dixit, non satis patior, fuerit dictio. Sed turbatus, inquit, in mea sum pnia: & deus turbatur? Et iustè id quidem cogites, deus. n. immutabilis: sed quod dixi, nostras imitatur dictiones. Cōuersum est cor meum. Quid autē post hæc dicit? lauamini, mūdi estote, auferte malitias de animabus uestris, discite benefacere, qrite iudicium, iudicate pupillo, defendite uiduam. Neq; grauia mandata, sed quotquot natura nouit. Et uenite & arguite
Esa.1.c me, dicit dominus. Parū facite, & ego reliquū adiiciā dicit dominus: parum mihi date, & totū ipse dono. Venite, & quò ibimus? ad me quę incitauistis, quem ad iracundiam prouocastis, ad me dicentem: Nō audiā uos, quò minus timentes fugiatis iram. Venite ad
F non audientē, ut audiam. Et quid faciam? non dimittam cicatricē, non uestigium, non signum. Venite & arguite me, dicit dominus. Si fuerint pctā uestra quasi coccinū, quasi nix dealbabūtur. Nunquid ulla usq; Ibidem.
cicatrix? Nunquid ruga post purgationis colorem? Et si fuerint, inquit, rubra quasi uermiculus, ueluti lana alba erunt. Nunqd nigredo? nunquid macula? & quō fiēt hæc? Num uel promissiones aliæ hoc dicunt? sed os domini locutum est. Non modò magnitudinem promissorum uidisti, sed etiam donantis dignitatem.
Etenim deo omnia possibilia, qui potest facere mun Mat.19.d
dum de immundo. Hæc igitur audientes, & pniæ me et Lu.18
dicinam scientes, gloriam referamus patri & filio, & Iob.14.a
spirituisancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia quarta.

Sfiduè in eā pastores consuescunt partē suas
a oues diuertere, qua gramen altius densiusq; intuentur: atq; inde prius non ambigunt, q̄ omne grex contudent. Hos & ipsi sectātes, quartam iam diem hanc ad pniæ modum hunc pascimus gregem, neq; uel hodie digredi paramus: loco. n. pabulum utilitatis multum inesse uideo, permultumq; fructum, simul permultamq; lætitiam. Nam neq; arborum comæ pro pecorum tugurijs factæ, meridie per

Gæstum tam oues reficiunt, optabilem atq; utilem exhibentes umbrā, multaq; suadentes cum uoluptate, quàm sacrarū scripturarū lectio afflictas angore animas ærumnisq; implicatas solatur, explicat, simulq; recreat. Nimium siquidē atq; exurens uoluptatis retundit malum, solatium omni umbra suauius amœniusq; impartiens. Neq; n. solum in pecuniæ iactura, aut orbatu liberorum, atq; eiusmodi, sed & in peccatorum pressura plurimū ea nobis solatij confert. Cū enim homo peccato interceptus, circunuentus cecidit, postea mordetur conscientia, & peccati semp memor: mœroris sese magnitudine obruit, pq; singulos dies incēditur, atq; mille ingētibus solatij modis si minus acceperit, ecclesiā ingreditur, eò audiens sanctorum multos cecidisse, rursusq; resurrexisse, atq; in priorem redijsse dignitatem, clam multo solatio plenus egreditur. Et qui in hoies sæpenumero peccamus, neque peccatū audemus prodere, pudore ruboreq; detenti: atq; si prodiderimus, non tantū consequimur. Cùm aūt deus exhortatur, corq; nostrum tangit, illico ois satanæ caligo fugatur. Hinc & iustorum conH scripti sunt lapsus, quò & rectè & peruersè uiuētes ab his maximè lucrifaciāt. Nam & cadēs haud alienatur spe, indulgentiæ desperatione, alterum post casum uides resurgentē: & iustitiæ fiet sedulus, ac firmissimus cultor. Cùm. n. ex his qui se maximè præstāt, multos cadentes uiderit, illorum casu factus cautior, perpetuo in agone uersabitur, multaq; sese stabilitate muniet: Sic itaq; alter in peccato desperationis liberabitur, ille quidē firmiter stabit, hic in priorem à quo excidit statum reuertetur. Nam cū homo nobis solatij fomenta pbuerit, tametsi ad horam consolari uideamur, rursus tamen in eum languorem uoluimur, cū uerò per alios qui peccant, atq; inde saluantur, nos deus conuertit, suā nobis manifestam facit bonitatē, ne propria de salute ambigamus, sed firmā certamq; consolationem capiamus. Quemadmodum igitur in delictorum pressura, sic illatis in pericula, medicinam abundantē plurimæ scripturarū historiæ mœstis conferūt prospicere uolētibus: & siue pecun ę publicatio, siue calumniarū iactura, siue flagella, siue carceres, siue aliud nos malū conterat, ad iustos prospiciētes, qI eadē & pasi sunt & tolerauerunt, ad nosmetipsos citò redire poterimus. Aliās quidē si corpus manifestis in passionibus patientis intuemur, ægrorum, quandoq; contrahimus infirmitatem, atq; etiam non existentē facimus. Puta siquis oculorū malo laborantē uiderit, ipso & intuitu ægritudinē in se contraxerit. In anima uerò nō sic, magis uerò eos nosse qui eiusmodi patiuntur, leuiorē proprijs in malis facit lāguorē. Propterea Paulus fideles hoc mō hortatur, ut nō modò uiuētes sanctos, sed & obdormiētes in medium producat. Iudæis. n. scribens circūuentis, & nutantibus ad casum, sanctos uiros in mediū producit, Daniele, tres pueros, Heliam Helisæum, sic dicens: Obturauerunt ora leonum, extinxerunt uirtutē ignis, effugerunt ora gladij, lapidati sunt, flagellati sunt, in uincula & carceres detrusi, circūierunt in melotis & caprinis pellibus, egētes & doloribus affecti, quibus dignus non erat mundus. Ea aūt passionum cōmunio solatium præbet afflictis. Et ueluti quempiam malis torqueri sit intolerabile ei, qui solus in angustia uersatur, multoq; id solatio medendum est malum: ita socium inuenire eisdē oppressum malis, leuiorem efficit plagam. Igitur uti cunctis quæ nobis molesta esse uidentur, magnificè repugnemus, scripturarum historijs diligenter intendamus. Multæ. n. patiētiæ hinc nobis occasio excitatur, non modò eorū solandis communione, q paribus pmuntur malis, sed quòd & ab ingruentibus periculis liberationis uiā discimus: atq; eorum post hyemem & fluctus iterum priori manere in dignitate, neq; trahi in desidiam, neq; in sensum reprobum tolli. Haud. n. mirabile est malis afflictos contrahi & humiliari, maioraq; paruitatis indicia præ se ferre, Nam ea tentationum natura, quæ in tristitia ipsa uel lapideum cor habentem, id facere cogat. Sed aīæ uenerabilis est, deumq; continuò præ se ferentis, & ipsam post liberationē tentationū in oblioK uionē minus cadere: quod Iudæi sæpenumero passi sunt: quare & corripiens eos propheta dicit: Cū interfidebat eos, tunc quęrebant eum, & cōuertebātur: & diluculo uigilabant ad eum. Et Moses id primum cognoscens, sæpe admonet eos, dicens: Comedēs & bibēs, & incrassatus, attēde ad temetipsum, ne quando obliuiscaris domini dei tui. Igitur id euenit. Comedit enim, inquit, Moses, & impinguatus, & incrassatus, & recalcitrauit dilectus. Quare nō modò ea de re mirari sanctos decet, & beatos dicere, quòd tribulatione sup eos ingraueſcēte humiles, māsueti, philosophi erāt: sed quòd & hyeme, procellaq; illa transacta, & tranquillitate facta, eodē in studij manſuetudinisq; culmine permanebant. Atq; eum equum laudarim maximè qui ulla fine habenarum ui pro nutu cōpescitur: si uerò fræno cogente eum commodè subegeris, nequaq; mirum: neq; n. pecudis generositate, sed fræni necessitate ipsa modi obseruatio reputabitur. Identidem & in aīa licet intueri, quòd imminente timore si tranquillè perseuerat, nequaq; mirum: cùm uerò tētatio ipsa quieuerit, atq; timoris quis amouerit frænū, tuncuim mihi philosophātis animæ ostende modestiāq; oēm. Sed uereor ne ludæos accusare uolēs, nostram in primis conuersationē accusem. Quoniāquidem & nos siquando fame pesteq; fluctuamus, & grādine, & siccitate, & incendijs, & hostium incursibus: nōne per dies singulos ad ecclesiam cōuentus, multitudo ploratu ac gemitibus resonat, ac plurima nobis inest philophia, despectusq; rerum domesticarum, & neq; pecuniarum cupido, neq; gloriæ desiderium, neq; libidinis conflictus, neq; prauus alius cogitatus tunc surrepens, impedit. Sed uniuersos uos ad dei contuliſtis cultum, cum oratione & lachrymis: & fornicator quidē de castitate tūc agit, obiurgator & cōuicioſus cōciliationi inhæret, auarus ad eleemosynam flectitur, iracundus & furens ad mitē animum manſuetumq; reuertitur. Atq; ubi deus iram illam depulerit, deq; tot fluctibus fecerit tranquillitatem, protinus iterum priores ad actiones, damnatasq; properamus. Sed neq; ipso in tentationum tpe distuli tunc prædicare, ea testificatus, cum nihil magis in uobis euenit: sed ueluti somnum & umbram uniuersa illa cogitationibus uestris exclusisti, propterea nunc abūdantius q̄ tunc timeo: quodq; tunc dixi, nunc magis formido, ne priorib. peiora cōtraham⁹ mala, tūncq; plagam à deo recipiamus insanabilem. Nam cū quis cōtinuò peccans dei cōsequitur indulgentiā, postea nihil ab hac æquanimitate lucrifacit hō, ad malitiæ fugā hunc præparat, deinceps deus uel cor inuitū ad ipsum malorum deducat culmen, funditúsq; conterat, neq; iam dedit pœnitentiæ illius locum: quod in Pharaone contigit. ubi. n. priori, & secunda, & tertia, & quarta,

A & quarta, alijsq; post illas plagis à deo longanimitatis plurimū consecutus est, idq; sibi nullo accessit usui, contriuit eū reliquum, atq; cū ipsa ciuitate simul pdidit. Idē & Iudæi passi sunt. Quare Christus eos perditurus, eremūq; desuper inducturus, sic prius alloquitur: Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti? ecce relinquetur domus uestra deserta. Vereor igitur ne fortè eadē ipsi patiamur, quod neq; in alienis malis prudētiores simus: atq; hęc ad nos modò præsentes, sed ad eos dico, q studio quotidiano delapsi, priorum tribulationū obliti sunt, ad quos nequaq̄ clamās destiti dicens, Quanq̄ tentationes cesserint, earum tamen uestris in animis memoria maneat, quo & bene ficiorū semp memores, continuas habeamus eadem tribuenti deo: hæc & tunc dicebā, & nunc dico, & uobis & per uos illis. Imitemur sanctos, qui neq; pressuris mersi, neq; secūdis rebus, aut lōga pace debiliores fuere, quod & plures mortalium nunc patimur. Sicut enim imbecilliores cymbæ fluctuatione uel parua circūuentæ demerguntur. Nā inuecta pauptas sæpe deijcit in profundū, eo quòd obrutos relinquit: iterūq; ipsa opū rediens facies, nos tumore circundedit, atq; inB summā deduxit superbiam. Quapropter æra nostra oīa relinquētes, aīas proprias ad salutē computemus: hac. n. bene sese habente, quodcunq; ingruerit mali, quāuis fames, quāuis morbus, quāuis pecuniæ direptio, aut aliud si quid hmōi, tolerabile erit, & leue dominico ex præcepto, atque ipsa quā in illum spe habemus, eo quòd aīa sese deo minus accōmodante, tametsi diuitiæ affluāt, pueri adsint, millēq; pecunię uoluptates, nullū profectum ad tristitiæ curarumq; leuamen contrahet. Igitur nequaq̄ diuitias quæritemus, ne pauptatem uitemus: sed prius quisq; nostram curemus atque ornemus aīam, eámque accōmodemus ad præsentis uitæ dispēsationē, atque ad ipsam, quam hinc facturi sumus profectionē. Iam. n. modicum & probatio uniuscuiusq; nostrum fiet, cū omnes adstabimus tremēdo Christi tribunali proprijs actionibus induti, & oculis intuebimur eas atq; dicemus: Id mihi lachrymæ orphanorū, id uiduarū suspiria, id inopum querelæ, id rapinę pauperū, id turpes luxuriæ, quibus nostras inquinamus aias. Non hæc aūt modo, aut his proxima: sed si quid incōcinnum mēte tractauimus,C quoniā ipse & mentiū scrutator, & cogitationū iudex: Heb. 4.c & iterū, Scrutans corda & renes deus: &, Reddēs unicuique secundū opera sua. Hic mihi sermo non ad illos, qui uitæ curis implicantur solū, sed & qui tuguria Ibid. 61.c in montibus fixerunt, quorū corpora non solū à fornicationis labe debent abesse, sed ēt animæ ab omni auaritia satanæ. Non. n. modo mulieres sanctus alloquitur Paulus, sed & uiros, & uniuersam ecclesiā, animam in uirginitate perseuerantem, sanctam corpore 1.Cor 7.f oportere & spiritu. Et iterū: Despondi uos uni uiro uir2.Cor.11.a ginem castā exhibere Christo. Castam autem quō? Mat.25.a haud habentē maculam uel rugam. Quoniā quidem uirgines illæ lāpades habentes extinctas uirgines qui dem fuerāt corpore, corde castæ nō erāt. Sed tametsi eas corruperat nemo, pecuniæ tamē libido corruperat. Earū quidem corpus purum, aīa plurimo adulterio, malarūq; repleta cogitationū erat in serpentinū: pecuniæ cupidine, & impietate, & ira, & inuidia, & derisu, & obliuiōe, & supbia, oībus pariter uenerabilem uirginitatis statum demolientibus. Quare & Paulus dixit, Vt sit sancta corpe & spiritu: & iterū, Virginē castam exhibere Christo. Quēadmodum. n. sub adul-

teris corpus corrumpitur, si anima sub satanæ cogitaD tionibus inquinatur exēplis peruersis, à cogitationibus corruptis. Qui. n. dicit, uirgo sum corpore, aīa uero inuidet fratri: hic nequaq̄ uirgo: uirginitatem enim uitiauit suā. Iterum inanis gloriæ homo, non iā uirgo anima: nam hæc irrepens passio eius uirginitatem solUit. Qui uero odit fratrem suum, hic homicida potius censeatur, q̄ uirgo. Atque ut uniuersa sub una definitione complectar: Quisque in eū peruersus quo tenetur morem propriā uirginitatem corruperit: propterea Paul⁹ uniuersos hos morbos prauos exclusit, exiliōq; dignos duxit, atque mādat ita nos esse uirgines ut aiæ nullam sponte susc̄ipiamus aduersariam cogitationē. Quid ergo aduersum hæc dicemus? quō misericordiam cōsequemur? quō saluabimur quoniam quidem prorsus nihil tale custodimus: quō ergo saluabimur? Ego dico, orationē corde semp uersemus, atque huius fructus, manſuetudinem dico & humilitatem. Discite. n. à me, quoniam mitis sum & humilis Mat.11.d corde, & inuenietis requm animabus uestris. Et iterū Psal.50d Dauid: Sacrificium deo spiritus cōtribulatus, cor conE tritum & humiliatum deus non despiciet. Nihil enim deo tam gratum, tā amabile est, q̄ mitis anima, manſueta, gratiāsque habens. Aduerte igitur & tu si quid nimis molestum incidēs uideris, impedimētóque tibi paratum, nequaq̄ ad homines cōfugeris, aut ad humanum prospexeris auxilium: sed uniuersos trāsiens, ad animarum medicamentum illud euola. Cor enim curare solus potest, qui finxit singillatim corda nostra, & intelligit semper omnia opa nostra. Ipse ergo nostram subire conscientiam, mentē tangere potest, animam flectere. Si uero ille minus inclinauerit corda nostra, superfluū erit atque inutile quicquid ab hominibus exigetur. Quēadmodum etiam deo exhortante & consolante nos, quāuis mille hominum molesta uerint, haud in re sanè uel in minima offendere potuerint. Nam cùm ille in solido cor posuerit, nemo id uel moueri coegerit. Hæc igitur scieres, ad deum semper confugiamus, & uolentem & potētem nostras molestias soluere. Atque homines si quando exorare oportet, & ianitorib⁹ prius occurrere cōuenit, parasitisque, histrionibusq; suadere, & lōgam sæpenumero uiam F abire. In deo nihil est tale. Sine mediatore exorabilis est, sine pecunia, sine impensa pcibus annuit. Satis est enim solo corde clamare, lachrymas fundere, atque illico eum ad misericordiam cōtraxeris. Et item homines deprecātes, sæpenumero formidamus, ne qs inimicorum percepit, aut rem ex aduersarijs quisquā intellexerit, aliq; prodit dicenda, iustumq; corrūpit. In deo autem nihil est tale suspicari. Cū enim me uolueris precari, solus accede adstante nemine: corde uidelicet clama, neque labia mouens, ostium tuum claude. Intra, inquit, cubiculū tuum, & ostiū tuum clau- Mat.6.a de, & ora patrē tuum in occulto. Vide honoris excellentiam: cū autem te honoro, orbē nolo beneficij testē. credamus ergo, atque haud ad ostentū oremus. Neque cōtra inimicos, sed deū nostris pro tædijs oremus, neque illū nostri auxilij modum doceamus. Si enim aduocatis & oratoribus hoibus soliēsibus in iudicijs solū res ipsas nostras explicamus, suffragiorum uero locos illis relinqmus, qui pro libito nostras ipsi partes disponāt: multo magis in deo id faciendū fuerit. Dixisti tibi causam tuā, dixisti quæ passus es: cessa iā dicere, quo tibi pacto auxiliū cōferre deceat. Sūt uero nōnulli, q mille uersibus oratiōis extendūt seriem

G dicentes, Da mihi domine corporis sanitatem, aut auge mihi duplo substantiam, ultionē de meis inimicis sume: quæ leuitate ac petulantia plena sunt oia. Ea igitur omittentes uniuersa, orare decet cum publicano, qui dicit: Deꝰ propitius esto mihi peccatori: & ipse deinceps nouit quo tibi pacto succurrat. Quærite.n. inquit, primū regnum dei, & hæc oia adiicētur uobis. Sic igitur dilecti, labore, & humiliū rerum cōsensu philosophemur quēadmodum ille, nostra pcutientes pectora: uti eorum quæ petimus, cōpotes simus. Si uero furore & ira pciti oramus: aut in nostra re, aut eorum qui nos maliis incessiuere, nequaq̄ assequimur. Nam si iudicem uolueris ad tuæ aię partes attrahere, tuicq; auxilij efficere partem: nunquā eum contra offendētem compellaueris. Etenim talis est iudicis mos, illis maximē annuit, atq; his postulata cōcedit, qui contra inimicos inuecti, nequaq̄ perdurāt super illis elati. Quia pertinacia quanta incubunt, tanto deum magis irritant, nisi pnia conuertantur. Videte ergo à quoq̄ iniuria lacessiti, ne protinus turbemur atq; offendamus, sed gratias agamus philosophantes, atque à deo po-

H stulantes auxilium. Num.n. poterat deus & ipsam ante petitionē tribuere nobis bona? nū uitā elargiri omni dolore uacuā? atq; omni à molestia segregatā? sed utraq; de summo nobis amore facit, pmittit nos tribulari, neq; illico in liberationē accedit. Quare? quo si bi assistamus, semp ad eū refugiamus, eū ad nostrum continuo patrociniū imploremus. Propterea & corporis dolores, propterea fructuum sterilitates, fames: propterea & morbi quo his in flagellis semper ab eo pendeamus, atq; tpalibus ex tribulationibus hæreditemus uitā æternā. ita ut in his debitores simus deo multis uijs sananti, & saluanti aias nostras. Hoies quidem si uel parū sese nobis beneficos fecerint, atq; hos postea uel inuiti paululū molestabimus: illico improperant beneficium, proferentes, ut plures ēt exercentur, quasi maximis opibus profuerūt. Deus uero non sic, sed ipsa post beneficia iniuriatus, neglectus ēt, eqdē etiā respondet, eqsq; cauſis cum iniuriātibus contendit, sic dicēs: Populе meus qd feci tibi? aut in quo molestus fui tibi? nunqd, inquit, grauis fui tibi, aut onerosus, & importabilis? Sed nihil horū habes dicere: nā si ita id fuisset, neq; uel sic te destituisse oportuit. Quis

I enim est filius, quē pater non corrigit? sed tamē neq; id quidē dicere nobis locus. Et iterū magnum, ut uerum fatear, & mirabile dictū. Quod.n. dicit, tale est: Quid inquit, peccaui? qd neq; serui dominis dici concedunt. Neq; qd peccaui dicit in uos, sed in patres uestros. Sed neq; id, inquit, habetis dicere: quòd paternam in me defectionē, hostilitatēq; seruatis: neq; progenitores uestros incusans, quādoq; mea prouidētia dimisi, an paruo an magno despiciēs eos. Neq; simpliciter dixit, quoniā quid habuerūt patres uestri: sed, qd inuenerūt? quāuis multa quæsiuerūt, multa circūeuntes meo sub principatu effecti, nullū in me delictū inuenerunt. Igitur uel ex his oibus ad deū cōfugiamus, atq; omni in mœstitia eius q̄ramus solatiū, eius omni in aduersitate solationē, eius misericordiā, oī in tentatione auxiliū quicqd māli fuerit, quęcūq; calamitatis magnitudo, oia soluere pōt, & à nobis trāsferre. Non solū id sed & oēm stabilitatē, & uirtutē, & bonā gloriam, sanitatēq; insup corporis & aiæ, philosophiam, spes bonas, atq; haud ocyus peccare sua bonitas non permittit. Nō ergo cū stultis seruis murmuremus, neque accusemus dominū: sed in omnibus gratias aga-

K mus, & unum solū malum esse putemus, in eum peccare. Atq; ubi sic deo pparati, mentes ipsi nostras disposuerimus, nō morbus, nō pauptas, nō despectus, nō sterilitas fructuū, nō aliud quicq̄ eorū q̄ inter mala cōputātur, nos pueniet: sed pura uolūtate castaq; semper læti, ēt futura assequemur bona, gratia & amabili humanitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sctō, in secula seculorū, Amē.

Homilia quinta.

Emper quidē diuinus Apostolus diuina, cœ

L lestiq; utitur lingua, ac scientia multa euangelicum uerbum orditur, nō modo propria de sentētia loquēs, sed regalis dominationis doctrinam præferens: præcipuè uero ea utitur scientia cum pertinacibus impœnitentibusque, pœnitentiæ sermonem ingerit: de cuius pnia docebo uos omnes. Id igitur sin gillatim tangā. Audistis quemadmodum Corinthios nuper alloquens dixit mirabilis ille, diuinusq; uir: Ne fortè ueniens, multos defleā eorum qui peccauerunt, & pniam non egerunt. Homo qdem natura erat hic magnus doctor, proposito uero dei minister: propterea ueluti cœlesti utitur lingua, & quasi ipsis de cœlo loquens, sic minatur peccantibus, pœnitētibus uero propiciationē promittit. Cū autem hæc dico, nequaquam Pauli linguæ diuinationē adscribo, sed ad dei gratiam uniuersa refero. De quo ait ipse: An expimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus? Igitur peccātibus beneficij medicinam supponit. s. pœnitentiam ad salutē. Conuenit & hæc apostolica cū lectione euangelica: est saluatoris diuinatio, qui peccatoribus uberius remissionē promittit: etenim paralyticū saluans, saluator inquit: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. ueluti nuper audiuimus. Remissio uero peccatorum fons salutis, & pniæ munus. Pœnitentia medicamentum est peccatū extinguens, donum cœlitus datum, uirtus admirabilis, gratia uim legū supans. Quare non fornicatorē renuit, nō ebrio auertitur, nō abominatur idololatram, non adulterū repellit, non maledicum insectatur, nō reprobat blasphemum, non superbum, sed oēs susipit, cōmunicat omnibus: uirtutis.n. digestio pœnitentia est. Necessarium est aūt fratres primū dei nosse intentionē, neq; ex nostra sapientia huic nos ingerimus contēplationi, sed ipsis ex diuinis scripturis attestatā ueritatem ostendimus. Dei intentio fratres longanimē sese peccantibus exhibet: patienter.n. expectat, salutem ipsis è pœnitentia spondens, ac posteris suis: ad uirtutem cōmonet. s. beneficium reseruans. Et quò rursus sermonē assumā, deus patienter expectat uti peccatorē pœniteat, & nascendis ex eo nequaquam salutis occludat uiam: quāuis idem culpa impœnitēti delinquat, parcitq; fæpenumero, quò radicis fructus custodiatur. Sepe & ipsam trāsfert radicē, ueluti prævenientes diximus. Sed tametsi actus ad ultimū malorum cadat, differt tamen deus utiliter expectans pœnitētis salutē, & qūo audi. Thare Abrahā pater, idolorum & cultor & factor: sed hoc loco haud impietatis pœnā Thare irrogauit, & merito. Si enim præueniens deus radicem amputasset, unde tātus fidei fructus germinasset? Quid Esau nequus? consideratur ob alterius occasionē clementiæ? Quid Esau nequius inuerecūdiusq; ? malitia ille non'ne fornicator, nonne prophanos erat? nonne odibilis deo, quemadmodum testatur scriptura, dicens: Iacob dilexi, Esau autē odio habui? Si ergo fornicator & patricida, & prophanꝰ, & odibilis, quare protinus meritam

Luc.18.c
Mat.6.d
Mich.6.a
2.Co.xij
Ibid.33.d
Mar.2.b
Gen.xi.d
Roma.9i

A nō susċipit animaduersionem? Quare pulchrum quidē fratres, pulchrā causam libet edicere. Si excisus fuisset maximū fortasis iustitię fructū mūdus emisissēt:

Ge.36.a & qualē audi. Esau genuit Raguelem, Raguel Zarā, &.1.Pa. Zara Iob. Cernis quantus elanguisset potentiæ flos, si

1.c pręueniens deus à radice pœnas exegisset. Omnibus igitur in rebus & initia speculatur & exitus deus. Ea nanq; utitur prouidētia & sup Aegyptios, qui ultra fidē blasphemi: patiēter expectat, quousq; ibi monasteria, & ecclesiæ, atq; in illis florerent, qui angelicā imitarentur uitā. Nam adstruunt & qui de publicis legibus disputant, atq; Romanorum mandant leges præ gnantē siquando contigerit mortis peccato damnari, nō prius q̄ peperit, necarit: & probè quidē. Neq;.n. iustè legumlatores iudicassent, cum peccatrice innoxium simul fœtum tolli. Quòd si humanæ leges his parcunt, qui nequaq̄ peccarunt: nōne deus decentius accōmodatiusq; radicem custodit, in fructibus pniæ

B beneficium reseruans? Cape de cętero super ipsis peccantibus è pnia beneficium. Nam & in ipsis ipsa clementiæ redditur ratio, si pniam iustitiæ præuenisset, perisset mundus omnino atq; defluxisset. Si uelox ad pœnam fuisset deus, Paulum ecclesia non possedisset, si primò talem tanq̄ noxium necasset. Propterea distulit blasphemantem, ut pœnitentem ostenderet dei longanimitas: lupum in pastotem transtulit dei longanimitas: publicanum fecit euangelistam: dei longanimitas omnium nostrum miserata, omnes conuertit, reduxit omnes. Si uideris olim ebrium, nunc ieiunare: si olim blasphemum, nunc theologum: si eum, qui quādoq; turpibus cantilenis os inquinauerit suū, diuinis nunc lachrymis aiam purgare: mirare dei longanimitatem, pniamq; collauda, ac demutationem

Psal.76.c & conuersionem illius susċipiens, dic: Hæc est mutatio dexterę excelsi. Bonus igitur ad oēs deus, in peccā tes præcipuè suam ostendit longanimitatem. Atq; si cupis nouum quoddam peregrinumq; uerbū, audi. Peregrinum quidē ex insueto, sed religione uerū, ac

" side uerax. Grauis iustis ubiq; uidetur deus, peccatori

" bus cominus pius, atq; ad clementiam uelox. Peccan

Hier.8.b tē & cadentē releuat, & inquit, ad eum: Nunquid cadens non adjiciet ut resurgat, aut auersus nō reuertetur? Vt quid auersa est auersione impudica iimprudēs

C filia Iudæ? Et iterum: Conuertamini ad me, & ego ad

Zach.1.a uos conuertar. Alibi autem salutem ex pnia affirmat multa sua de clemētia. Viuo ego, dicit dominus, nolo

Exe.18.g mortē peccatoris, sed potius ut conuertatur & uiuat.

Ibid.f Ad iustum autem dicit: Si fecerit homo omnem iustitiā, omnemq; ueritatem, & auersus peccauerit: nō recordabor iustitię eius, sed in peccato suo morietur. O magnam in iusto cautionem, ô magnā in pctōrem liberalitatē. Sic uariè fratres & differenter excogitat deus, non ipse quidē mutatus, sed utiliter diuidēs bonitatis suæ dispensationem. Et qūo, audi. Cadentem & peccatis obnoxium si terruerit, ignorantia obcæcari, spe quoq; periclitari eum cōpellieret: iustum uerò si laudat, suæ uim uirtutis debilitat, atq; ueluti iam beatū de industria studioq; pigritate præparabit. Pro pterea fratres, peccatoris quidē miseretur, & ei blan-

Psa.88.b ditur, iustum uerò terret. Terribilis est super oēs qui in circuitu eius sunt. Et qui nā fuerint hi? sancti. Deus enim, inqt Dauid, glorificatur in cōsilio sanctorum, magnus & terribilis est super oēs qui in circuitu eius sunt. Si cadentē intuetur, clementiæ manum protendit: si stantem, timore iustitiæ iustiq; iudicij concutit: atq; hunc timore quidem confirmat, illum uerò per D clementiam excitat. Vis & opportunā eius nosse bonitatem, simulq; benignam & accommodatam seueritatem? Attende diligenter, nec te contēplationis huius fugiat magnitudo. Peccatrix mulier illa, atq; omni conuoluta delicto, tot puerſorum operū & delictorum rea, de pnia salutem sitiens, surrepsit saluatoris conuiuio. Nam saluatore discumbente in domo Simonis pharisæi, subintroiuit mulier illa peccatrix, saluatorisq; pedes tetigit, lachrymis eius rigauit pedes, & capillis extersit, atq; hanc tot desossam peccatis eleuat ille clemens, piusq; dicens: Dimittuntur tibi pecca Luc.7.f ta tua. Neq; mihi nunc est curæ omnem discutere historiam, sed id solùm testimonium induxisse. Igitur exuberantiā respice, cuius gratia dico tibi, dimittuntur ei eius peccata multa, q̄ dilexit multū. Tot præua ricatrix delictorum dimissionem retulit, & Maria Mo si soror paruo ex murmure lepra damnatur. Peccato Nu.12.c ribus dicit, si fuerint peccata uestra sicut coccinum, Esa.1.c ueluti niuem dealbabo. Et tenebras in lucē transfert pniæ mutatione, totq; malorum aceruum, bonitatis uoce soluit. Ambulanti uerò in iustitia dicit: Quicūq; E dixerit fratri suo, stulte, reus est gehennæ ignis. Vni Matt.5.d uerbo tantam imposuit mulctam, ac omnibus peccatis obnoxiam tāta liberalitate donauit. Atq; aliud considera frater: Quoniam quidem peccata quasi debita describuntur, peccatoribus quidē & ipsam principalem sortem elargitur deus, & debita dimittit, à iustis uerò etiā usuras exigit. Et accesit ad eum qui debebat decem millia talēta, ita ut pnia multa, multisq; precibus iudicem mitigauerit, & dixerit: Domine, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Non im- Ibid.18.o moratus ipse clemens piusq; deus ut redderet, sed in confessione debiti solutionem fecit: & debitori quidem decem millium talentorum uniuersa dimisit, & ipsam etiam priorem sortem: à iustis uerò & usuras repetere promittit. Quare, inquit, non dedisti argen- Luc.19.d tum meum ad mensas, & ego ueniens cum usura recepissem? Hæc dico non quasi deo odiosē sese ad iustos habente: deo.n. nihil iusto acceptius. Sed quòd paulò antè diximus, solatur peccatorem, quò eleuet: iustū, quò statuat, terret. Et quibusdā quidem multa dimittit pctā quasi inimicis & inflatis, quibusdā uerò F & nimis exactè de minimis etiā quærit, nihil his ad pfectionē deficere uolens. Et quod in mundo est pauper, id circa deum est peccator: Nihil peccante est pauperius, nihil ditius est iusto. Proptera de his qui in pietate & uitæ abundantia uersantur, Paulus dicit: Gratias ago deo, quoniam in omnibus diuites facti estis 1.Cor.1.a in ipso, in omni sermone & in omni doctrina. De impijs uero B. Hierem. dicit: Fortasse pauperes sunt qua- Hire.5.a propter non potuerunt audire uerbum domini. Vides quòd pauperes eos uocat, qui malitiæ, impietatisq; uinculis premuntur? Quasi pauperum igitur peccatorū miseretur, & quasi diuitibus & iustis expetit: illis quidem ipsa præinopia donans, his uerò accuratius rōnem diuitiarum pietatis exigens. Quod uerò sup istos peccatores facit, id super diuites operatur & pauperes. Et sicut peccatorem per clementiam excitat, iustum uerò terret austeritate: sic mundi in negocijs sua dispensatione utitur. Cùm n. uiderit in dignitate potentes & insignes reges principes, oēs quotquot diuitijs nitent, hos terrore alloquitur, ac doctri næ timorem humiliter miscet. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in Psal.2.c

G timore,& exultate ei cum tremore. Quoniam rex est
Apo.19.c regum,& dominus dominantiũ. Vbi doctrina princi
pum,illic regibus timorem imponit: ubi tenuitas hu
militatis,ibi medicinã suæ profert clementię.Deus.n.
magnus rex est regum, & dominus dominantium.
Idem ipse sui dignitate excellens, iuxta diuinam scri
pturã pater inuenitur orphanorum, & uiduarum iu
dex,regũ rex,dominorum dominus. Cernis quanta
cum clementia ubertatem, cernis utilem metum reli
gionis & potentiæ? Vbi.n. potentiam uidit ad sola
men sufficere,ibi metũ ad utilitatem imponit:ubi ue
rõ orphanitatem, paupertatemq; utilitate uiduitatis,
imbecillitatemq; discretam uidit,ibi clementiam ad cõ
Psal.67.a solationem induxit.Ego pater orphanorum. Duo fa
cit,& clementiam ostendit,& potentiã punit:sese pa
trẽ fatetur orphanorũ, quò calamitosos soletur, po
tentesq; deterreat ne orphanis uiduisq; molesti sint.
quoniamquidem mors hunc patre,hanc aũt uiro nu
dauit,quos nunc lex corrumpit, clemẽtiæ decretum
reuocauit:at eadẽ gratia huic quidẽ iudicem,orpha
no uerò patrẽ dicit regem sanctorum. Itaq; ô inique,
H inquit,si uiduam læseris,uiduarũmq; prouisorem ad
racũdiam prouocabis: si orphanos opprimes, filios
dei oppresseris.Ego sum pater orphanorũ,& iudex ui
duarũ.Quis ad impietatẽ tam adeò ferox,tam p̃ceps
fuerit,q filios dei opprimat, atq; adeo à deo defensas
uiduas lædat?Cernis q̃ opportunè pietatis medicinã
præparet,& hos quidem terret,horum autem misere
tur.Non idem ipse diuisus,sed ad hominum sñias ac
commodatus. Nobis igitur metipsis fratres medici
nã infundamus salutis pniam,magis uerò à deo pœ
nitentiam suscipiamus nobis medente. Non.n. nos
hanc illi præstamus,sed hanc ille nobis propinat.Vi
des eius in leges seueritatem? uides in gratia clemen
tiam?Cùm uerò seueritatem in lege existentem dico,
haud iudicio detraho, sed euangelicæ gratiæ clemen
tiam prædico:quoniamquidem lex,ulla sine excusa
tione peccantes plectebat,gratia uerò multa cum lõ
ganimitate pœnam differt,quò emendationẽ induc
at. Suscipiamus igitur pniam in salutem, medelam
sordes purgantem Pœnitentia uestra est,fratres,non
I uerbo prædicata, sed opare consummata. Pœnitẽtia
Esa.1.d est,q̃ ipso de corde uelet maculam impietatis. Laua
mini,inquit,mundi estote, auferte malũ de cordibus
uestris è conspectu oculorũ meorum.Quid sibi uult
ea dictionis superfluitas?Nam auferte malum anima
bus uestris,nõne satis erat totum significasse? qd igi
tur addidit, è conspectu oculorũ meorum? Quoniã
secus atq; aliter hominum oculi uident, & aliter dei
oculus uidet: homo in faciem,deus in cor. Neq; per
ostentationem,inquit,pniam degenerem facias, sed
in conspectu oculorum meorum occulta scrutantiũ,
ostenditur fructus pniæ. Decet autem & nos purga
tos à peccatis, eadem ante oculos habere peccata,
quanq̃ deus multùm de clementia ignoscat peccatũ.
Pro tuæ tamen animæ stabilitate & salute habe ante
oculos peccatum:etenim præcedẽtium memoria fu
turorum continentia fiet.Et qui in prioribus morsus
est,in secundis firmiorem ostendit sñiam. Propterea
Psa.50.a Dauid,Peccatũ meum,inquit, contra me est semper.
quia ante oculos habẽs præcedentia,in futura minus
deflues.Quòd uerò hũc ipse à nobis deus expetit sta
Esa.43.d tum,ipsum audi dicentem,Ego.n.sum qui deleo pec
cata tua,& non recordabor:tu aũt recordare & pec
cata tua,& iudicemur,dicit dominꝰ. dic peccata tua
prius ut iustificeris.Non expectat deus tempus à pœ K
nitentia.dixisti peccatum tuum,iustificatus es:pœni
tuisti,misericordiã es consecutus. Non tempus æsti
matur,sed pœnitentis modus peccatũ extinguit.Fuit
qui multo ex alto tpe salutem non impetrauerit,atq;
repentino momento,si uerè fuerit confessus,à pecca
to soluetur. Multũ exhausit tpis beatus Samuel pro
Saule deprecans,noctesq; multas transegit insomnes
pro delinquentis salute. Deus aũt tempus repudians:
non.n.cum prophetæ oratione peccatoris conuenit
pnia,dicit ad prophetam, Vsquequo tu ploras? Vsque *1.re.16.a*
quo, ostendit tempus ac perseuerantiam deprecan
tis. Et repulit deus tempus deprecationis prophetæ.
Non.n.cum iusti interuentu regis pnia stetit. Sancto
uerò Dauid per beatum Nathan prophetam peccati
errore correpto, & illico ad minas ueram proferenti
conuersionem, dicentiq; : Peccaui domine, uerbum *2.re.12.d*
unum uno in momento prolatum, uerè pureq; uni
uersam contulit pœnitenti salutem: protinus.n. con
uersionem sñia consecuta est. Dicit igitur ad eum Na
than: Et dominus transtulit peccatum tuum. Cernis *2.re.12.d*
deum frater tardum ad pœnam, atq; a duce qũo mul L
to pòst ipe correctionem intulit. Peccauit Dauid,cõ
cepitq; uxorem gestauitq; mulier,& peccatum nulla cor
rectio secuta est. Sed post infantis partum de pecca
to nati,mittitur peccati medicus. Quare autem proti
nus peccantem non correxit? quoniam uidit in ipso
peccati uigore obcæcatam peccantium animam, &
obturatę sunt eorum aures in peccati profundo mer
sorum. Differt ergo furibundæ passioni auxilium ad
dens, tantumq; post tpis correptio procedit, & uno
in tpis momento pnia & remissio. Et dominus dimi
sit peccatum tuum. O minantis dispensationem. Cer
nis quòd ad salutem uelox. Idem & in alijs facit, tar
dans ad demolitionem,ad reparationem properans.
Accedat exemplo quod in nobis euenit hominibus,
quibus multo in tpe ædificia extruuntur,multo in tẽ
pore ædificamus domum, & ipsius structuræ quidẽ
multum tpis,parum uerò destructionis. Econuerso
aũt fit in deo.Cùm struit,uelociter struit:cũ destruit,
tardè destruit. Velox deus struens, tardè destruens:
Nam quia domino hæc sibi conueniunt, illud quidẽ
potentiæ,bonitatis istud:potentię excellentia uelox, M
multa de bonitate tardus: Verborum.n.augmẽtum
rerũ experiẽtia, Sex in diebus deus cœlũ terrãq; fecit,
magnitudines,lateraq; montiũ,campestria,montes,
flumina, paradisum uisibilem, oẽm cultũ & uirtutẽ,
mare hoc magnũ & spatiosum,insulas, maritima lo
ca,oẽm hunc uisibilẽ mundum, & qui in eo est orna
tum, sex in diebus consummauit: q in eo sunt aialia
rõnalia,& irrationalia,oẽmq; uisibilem cultum sex in
diebus fecit.Hic igitur tã uelox in construendo,cũ ce
perit unius demolirẽdę urbis consilũ,inuentus est bo
nitate tardꝰ. Vult Hiericho demoliri,& dicit ad Israel: *Iosue.6.d*
Circumite eam septẽ diebus, & octaua die cader mu
rus.Mundũ uniuersum sex in diebus cõstruis, & unã
urbem septem in diebus soluis? Quid.n.tuæ potẽtiæ
impedimẽto accedit? Quare nõ repẽtè destruis? Nun *Ps.67.b*
qd de te prophera nõ clamat, dicẽs: Si apueris cœlũ, *Mich.1.d*
tremor mõtes occupabit, liquescẽt sicut cera à facie
ignis: Nunquid non opera, uirtutis tuæ narrãs dixit: *Psa.45.b*
Non timebibus dum turbabitur terra, & transferen
tur montes in cor maris? Montes transferre & in ma
re potes, atq; urbem unam non uis destruere repu
gnantem, sed dies septem tribuis excidio. Quare?

A num potentia imbecillior? Sed clementia diutius tole
rat.Septẽ huic addo dies,uelut triduum Niniue,si for
tè pœnitentiæ susciperet prædicationẽ, & saluaretur.
Et quis eis pniæ prædicator? Hostes urbẽ circunspe
rant, duces circũdederant muros, multus undique ti
mor,tumultus multus.Quam eis igitur pniæ uia ape
rueras? Neq; enim prophetam transmisisti, neq; euan
gelistam designasti.Num inter eos quisquã fuerat qui
saniora suggereret? Ita, inquit, habebant intus pœni
tentiæ doctorẽ, admirabilem illam Raab, quam per
pniam saluaui.Eiusdem erat massæ, sed eadem quo
niam non erat ex sententia, peccato non cõmunica
uit. Atq; respice nouæ clementiæ prædicatorem, qui
Leui.20. in lege dicit,Nò mœchaberis:uerbum trãsmutans de
et Deu.5.c clementia clamat per beatũ Iesum Naue,Raab mere
Iosue.6.c trix uiuat.Iesus ille qui dicit,Raab meretrix uiuat:ima
Mat 21.c go erat domini Iesu dicentis, Meretrices & publicani
præueniẽt uos in regnũ dei.Si uiuere debet,quare me
retrix? & si meretrix,quare uiuat? Dico, inqt, priorem
statum,quò sequentẽ discas mutationẽ. Et qd Raab
fecit ad salutis argumentum? Quòd in pace explora
B tores susceperit.Id & meritoria faciunt hospitia.At neq;
ex ipsa solum dilectione salutem consequitur, sed fide
prędia,atque in deum dispositione. Et quò discas fi
dei magnitudinẽ, ipsam audi scripturam, narrantem
præclara quidẽ illa sibi attributa gesta. Erat in forni
ce uelut in lotabro cõfusa margarita,aurũ in luto ab
iectũ, pietatis flos spinis confossus, religiosa aia reclu
sa impietatis loco. Atque mentẽ in me diligentius fle
ctẽ.Suscepit exploratores: & quẽ prodidit Israel in de
serto, hunc prædicauit Raab in fornice. Quo autem
Israel audiuit i deserto, cũ mõs replebatur nube & ca
ligine,& tubis, & coruscatiõib⁹, alijsq; terribilib⁹? Au
Deu.6. et diuit à deo de medio ignis: Audi Israel, dominꝰ deus
Exo.20.a tuus unus est,non erunt dij tibi alieni. Ego in cœlum
desursum, & in terra deorsum, & præter me non est
Deu.32.f deus:hæc audiens uitulum digessit,deúmque repro
bauit,& ignorauit dominum,repudiauit benefacto
Exo.32.a rem,& dicit Aarõ, Fac nobis deos. Si dij, quare dicis
fac? quo enim dij,qui fiunt? Sic malitia obcæcãs sibi
ipsi repugnat, & semetipsam extinguit. Vnus factus
est uitulus, & clamat ingratus populus, Hi dij tui Is
C rael? qui eduxerũt te de terra Aegypti,Hi dij,unũ respi
Ibidem. ciens,respiciens uitulũ, unum factum uitulũ. Quare
igitur hi dij? ut ostẽdat quòd non modo eum quẽ ui
det adorat,sed & deorum pluralitatẽ annunciat: sen
tentiam interpretatur,nõ quod uidetur indicat.Quò
uero ad nobis subiectũ reuertamur opus, quæ audi
uit Israel, fide tot signorum habita, tãtáq; lege instru
Iosue.2.b ctus & negauit,hoc Raab in fornice recluſa prędicat.
Dicit ergo exploratoribus à Iosue destinatis.Noui q̃ta
Ibidem.c deus uester fecerit.Aegyptus & Iudæus dicit,hi dij tui
qui eduxerũt te de terra Aegypti: & meretrix nõ dijs,
sed deo salutẽ adscribit. Nouimus quãta fecerit deus
uester Aegyptijs in deserto.Ita audiuimus,& elanguit
cor nostrũ,& quòd in nobis non est fortitudo noui
mus.Cernis qũo respicit legislatoris uerbũ per fidem?
Et nouimus,quoniã deus uester in cœlo desursum,&
in terra deorsum,& præter eũ non est deus.Raab ec
clesiæ figura fornicatione dęmonum olim inuolutę,
tũc uero Christi exploratores suscipietis,nõ eos qui à
Iesu Naue,sed apostolos à Iesu uero saluatore trãsmis
sos.Noui,inqt,quoniã deus uester in cœlo desursum,
& in terra deorsum,& prẽter eũ non est deus.Hęc ac
cipientes Iudæi nõ custodierunt,hæc audiuit ecclesia
& obseruauit.Digna itaq; Raab omni laude,eccleſiæ D
imago. Quare & generosus Paulus eius fidei dignita
tem discẽs,ex priori statu haud reprobam cogitauit:
magis uerò acceptabilem, sanctam ob ipsam cõuer
sionẽ omnibus eam connumerans sanctis,qui dixit,
Fide Abel sacrificium obtulit,fide Abraham hoc & il *Heb.11.a*
lud fecit, fide Noe arcam compegit, fide Moses hæc
& illa fecit & gessit. Atq; multos deinde connumerãs
sanctos tandem adiecit, fide Raab meretrix non pe- *Ibidem.f*
riit cum incredulis,exploratores excipiens cum pace,
& remittens alia uia. Atq; respice quomodo multa
cum sapientia bonam eius inferunt uoluntatem. Cũ
enim transmissi à rege sunt qui exploratores quære
rent,dicunt ei,Si ingressi sunt ad te uiri? Ipsa uerò ad *Iosue.2.a*
eos ita,inquit,ingressi:prius ueritatem ædificant,atq;
ita mendacium inducit.Nequaq̃.n.mendacium ex se
creditur, nisi præueniens ueritatem ostenderit: pro
pterea qui crediditer mentiuntur,prius uera fatentur,
atq; omnibus manifesta, deinde mendacium indu
cunt ac dubium.Ingressi ad te,inquiunt, explorato
res? dicit,sic. Si.n.à primo dixisset non ad scrutinium
prouocasset abeũtes.Sed ingressi sunt,inquit,& egres E
si eadem uia persequimini & comprehendite eos. O
bonum mendacium, ô bonum dolum, diuina non
tradentem,sed pietatem custodiẽtem. Si igitur Raab
illam fratres pœnitentia dignam effecit, atq; per os
sanctorum prædicatur,Iesu quidem Naue in deserto
clamante,Viuat Raab meretrix: Paulo uerò dicente,
Fide Raab meretrix non perijt cum infidelibus: mul
tò magis nos si pniam induxerimus, salutem conse
quimur.Pœnitentiæ ergo tempus nunc,multus.n.ti
mor imminentium peccatorum. Præoccupet pnia
pœnam, præoccupemus faciem eius in confessione.
Rogum peccatorum extinguimus, non iam aquis *Psa.94.a*
multis, sed paruis cum lachrymis.multus.n.peccati
ignis, atq; modica extinguit eum lachryma, nam la
chryma fratres rogum extinguit peccatorum. Testa
turq; sanctus Dauid quantum lachrymarum uirtus
posset. Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum *Psal.6.b*
meũ,lachrymis meis stratũ meũ rigabo.Nam & si la
chrymarũ ubertatem uoluisset ostendere,satis fuerat
dixisse,lachrymis meis stratum meum rigabo: quare F
ergo præuenit lauabo? ut ostendat lauacrum & pur
gatorium peccati lachrymas esse.Malorum omnium
causam constat esse peccatum.Ex peccato tristitia,ex
peccato tumultus,ex peccato bella, morbi, atq; oẽs
quotquot nos premunt passiones.Quẽadmodũ igi
tur optimi medicorũ non modò qui appareant mor
bos perscrutantur, sed apparentium causas inquisiũt
in hoibus: ita dominus ostendere uolens malorum
oĩum causam esse peccatum, paralytico dicit idem
aĩarum medicus, ubi prius illum anima, postea cor
pore paralyticum uiderat: Vide,sanus factus es,noli *Ioan.5.c*
amplius peccare,ne tibi deterius fiat.Igitur & p̃ceden
tis infirmitatis cã peccatũ,id damni causa,id tristitiæ,
id calamitatis uniuersæ materia. Verũ id admiror fra
tres, tristitiam homini tribuẽs deus p peccatum sñia
sñiam soluit. Attẽde diligẽter, Mulieri minatus deus,
& de præuaricatione pœnam inducens, dicit ad eã: *Gene.3.*
In tristitia paries filios tuos:& ostẽdit tristitiã peccati
fructum.Sed ô magnũ donũ,quòd in pœnam dedit,
in salutem uertit:peccatum tristitiam peperit,tristitia
peccatũ contriuit, & quemadmodũ uermis in ligno
natus idipsum cõminuit,sic tristitia de peccato nata,
peccatum cõminuit per pœnitentiam inducta. Qua-

G propter Paulus dicit, Quę ſcḗm deū triſtitia pniam in
2.Cor.7.c ſalutḗm incōmutabilḗ operatur: bona eſt triſtitia ue-
rè pœnitentibus. Cōuenit.n. peccantibus pro pecca-
Mat.5.a to luctus. Beati qui lugḗt, quoniā ipſi conſolabūtur.
Luge peccatū, ne pœnā defleas. reſpōde iudici priuſq;
in prætoriū ueniat. Aut ignoras eos qui iudicḗ miti-
gare uolunt, nō ipſo in examine cauſę, ſed priuſquā iu
dicij ingrediatur locū, beneuolū ſibi faciunt, uel ami-
co mediatore uel præſule, aut modo alio ſibi iudicḗ
conciliant? Igitur & deo nō ſeſſionis tpe ſuadendum
erit iudici, ante uerò iudicij tempus mitigabilis eſt iu-
Pſa. 94.a dex. Quare dicit Dauid, Præoccupemus faciem eius.
Illic magnū iudicḗ ars rhetoris nulla decipiet, & nul-
lius potentia mitigatur, dignitati non condeſcendit,
nō ueneratur perſonam, ſed tremendū & implacabi-
le iuſti iudiciū. Hic uerò iudicem exorabimus, & pla-
cabimus, nō pecunia: magis aūt (ſi uerū dicere opor
tet) clemens ipſe, priusq; pecunia ſuadetur: nō ipſe ma
nu, ſed per inopes accipiens. Da inopi pecuniam, & iu
dicem mitigaueris. Hęc aūt dico fratres, alliciens uos,
quoniam quidḗ pnīa ſine eleemoſyna mortua eſt: &
H ſine plumis nequit uolare pnīa, pennas eleemoſynæ
non habens. Quapropter Cornelio bene pęnitenti re
Act.10.a ligionis & pietatis penna eleemoſyna fuit. Eleemoſy-
næ enim tuæ, inquit, & orationes tuæ in cœlum aſcḗ-
derunt. Ita niſi habuiſſet pennā, eleemoſynam. ſ. pnīa
nequaquā ceſſiſſet in cœlū. Producitur hodie bona
negotiatio eleemoſyna. Videmus enim captiuos &
pauperes, uidemus in foro quoſdam circunferri cla-
mitantes, uidemus lachrymantes, uidemusq; ſeſe hu
mili nobis quodam flectḗtes applauſu. Nundinę no-
bis profectō mirabiles ſunt, harum nulla eſt alia pro.
feſsio, & negotiatori nulla alia intentio, q̄ paruo qui-
dem emere, magno uēdere: nam ea cuiuſq; negotian
tis induſtria. Num negotiatiōis alia ratio eſt, q̄ quòd
minori empta, maiori pretio uendat, atq; duplicatā
ſibi ſummā inueniat? Tales igitur nobis deus nundi-
nas propoſuit: modico iuſtitias eme, quò multo uen
das in ſeculo futuro. Hic modico iuſtitia emitur, niſi
pro panis fragmento, uili pro ueſtimento, pro calice
Mat. 9.f aquæ frigidæ. Amḗ dico uobis (inquit ſpiritualis mer
caturæ doctor) non perdet mercedḗ ſuam. Calix frigi
I dæ aquæ dignus eſt mercede: data ueſtimenta, datæ
pecuniæ per beneficium, putas non ſortientur merce
dem magis, & multò maiorem? Quare ergo calicem
aquæ frigidæ in medio duxit? ſine impenſa eleemoſy
nam dixit: nā ſi frigida aqua, neq; ligna conſumis: ubi
uerò ſine impenſa datum tanto beneficio repēditur,
ubi ueſtimentorū ſumptuoſitas, pecuniarum affluen
tia, aliorumq; bonorum collatio, à iuſto iudice quan
ta mercede remunerabitur? Quandiu itaque uirtutes
aſſunt, quæ paruo uenūdantur, ab eo qui magna do
Eſa. 55.a nat accipiamus, rapiamus. Sitientes enim, inquit, ue-
nite ad aquas. Et qui habetis argentū, uenite & emi-
te. Quandiu nundinæ ipſæ perdurāt, demus eleemo-
ſynam, ſalutem emamus. Chriſtū ueſtis, qui pauperḗ
ueſtis. Hæc, inquit ille, optimè noui & accuratè, & be
ne eadem prius didici: non tu prior docuiſti, neq; abs
te primū audiuimus, nequaquam noua prædicas, ſed
eadḗ ſæpenumero ex his qui aſſunt, nobis ingeſſerūt.
Noui & ipſe noui, hæc atq; hmōi ſæpe didiciſti. Sunt
ſæpe diſcentes, uel boni parum operantes. Qui miſe-
Pro.19.c. & Eccle. 29.a ratur pauperis, fœneratur deo: demus eleemoſynam,
quò ab eo nobis clementia rependatur. Sed o uerbū
ſapientiſsimum ſummū. Qui miſeratur pauperis, fœ-
neratur deo. Quare non dixit, Qui miſeratur paupe- K
ris dat deo, ſed, fœneratur? Scriptura noſtrā auaritiā
intuetur. Attende diligenter ad auaritiam. Nouit inſa
tiabilem cupiditatem noſtrā reſpicere, & additamen-
tum quærere. Quare ſimpliciter non dixit, Qui miſe-
ratur pauperis dat deo? quò nō ſimplex datum, mer-
cedemq; ſimplicḗ putes: ſed, qui miſeratur pauperis,
fœneratur deo. Si deo fœneramur, is ergo nobis de-
bitor erit. Quem ergo eum tibi eſſe uelis, debitorem
uel iudicḗ? Debitor ueneratur fœnerantem, iudex ne-
quaquam mitigatur ab eo cui ipſe fœneratus eſt. Ne-
ceſſarium uerò fratres & iuxta alteriā explicare ſniam.
Quare dixit deus, mihi fœneratur qui dat pauperi?
Quoniā quidem, ueluti iam diximus, noſtram uidet
auaritiam ad incrementū tendere, & habentḗ pecu-
niam in ſtabili & ſolido nō fœneratūrū, nec uelle fœ
nerari. Poſtulat.n fœnerās hypothecā, uel pignus, uel
æquipollens, atq; per tria hæc eius pecuniā tradit, uel
uades accipiens, uel hypothecam, uel pignus. Quo-
niā quidem uidet deus præter hæc fœnerantḗ nemi-
nem, & clementia ſola neminḗ moueri, ſed lucro intḗ
tos ſolū habere animos, & pauperem horū omnium L
priuatum, non hypothecā habentḗ, nihil enim poſsi-
det: non pignus ferentḗ, nudus eſt enim: nō æquipol
lens exhibentem, nihil enim ſibi præ inopia creditur:
ut uidet eum periclitantem inopia, atq; unà pecuniā
habentes per ſæuitiam peſſum abire, mediū ſeſe ingeſ
ſit uadḗ, quippe pauperi pignus. Fœnerāti dicit deus,
Non credis huic per inopiam, mihi per diuitias crede.
Vidit pauperem, neq; ſpreuit, ſed ſemetipſum dedit pi
gnus nihil habēti, atq; inopi adſtitit ſua multa de bo
nitate. Veram hanc conſtat eſſe clementiam, proban
te ſancto Dauid, & dicente, Adſtitit à dextris paupe- Pſ.108.d
ris. Qui miſeratur pauperis, fœneratur deo. cōfide mi Pro.19.c & Eccle. 20.a
hi fœnerans. Magis aūt nequiſsimum eſt à deo ratio-
nem exigere. Verū tuæ ut condeſcendam nequitiæ,
atq; clementia tuam ſuperem ſæuitiam, de his quæra
mus. Fœnerans cæteris, quid nam cōſecutus fueris lu
cri? quid ab alijs in additamento requiris, tibi tradā.
Num centum iure ſi quæſieris, ſi uerò inſatiabiles
actus, duplicḗ, triplicḗm ve eam tibi feceris iniquita-
tem: ego tuā ſupero auaritiam, ſuper excedo immen-
ſam illam cupiditatem, atq; mea ubertate immoderā M
tiam tuam. Centum quæris, ego centuplum tribuo:
hanc itaq; in fœnus à me accipis, quam in pauperem
facis eleemoſynam, quòd ea mihi quādoq; deſpecta
poſtulo, uel ſic cōmunicationem poſtulo. Cupio ro
borari, deſigna quoq; mihi retributionis tempus, de-
cerne mihi receptionis terminū. Magis quidḗ ſuper-
fluum eſt à deo hanc rationem exigere. Fidelis domi Pſ.144.d
nus in omnibus uerbis eius. Quod uerò mors & intḗ
tio eſt, cui uel gratḗ fœneratum eſt, metire diem. Au- Mat.25.d
di quādo & ubi tibi debitum reddit is, cui per paupe-
res fœneraris. Cū ſedebit, inquit, filius hois i ſede ma-
ieſtatis ſuæ, & ſtatuet oues quidḗm à dextris, hœdos
uerò à ſiniſtris, tunc dicet his qui à dextris: (Hic dili-
genter attendite, quoniā debitor fœneratori ſit gra-
tus. Quoniā qui fœnus recipit, multa cū gratia retu-
lit.) Venite benedicti patris mei, poſsidete paratū uo
bis regnū à conſtitutione mundi. quare? quia eſuriui, Ibidem.
& dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bi-
bere: in carcere erā, & ueniſtis ad me: infirmus erā, &
uiſitaſtis me: hoſpes erā, & collegiſtis me. Hinc qui in
tempore bene diſpenſarunt, propriā infirmitatḗ reſpi
cientes, atque in eius dignitatem, qui fœnus recepit,

A dicunt: Domine, quando te uidimus eſurientḗ, & pa-
uimus te? ſitientḗ, & dedimus tibi potum? In quḗ ocu
Mat.25.d li omniū ſperāt, & tu das eſcam eis eorū in ubertate.
Pſ.144.c O bonitatḗ multam. occultat dignitatḗ per clemen-
tiam. Dediſtis mihi potum. O multā bonitatem, ò be
nignitatḗ immenſam. Qui dat eſcā omni carni, q̄ ape-
Pſa. 135.c rit manū, & implet omne animal benedictione. Eſu-
riui, inquit, & dediſtis mihi manducare: nō dignitate
minorata, ſed dei clementia pro paupere ſideiubḗte.
Sitiui & dediſtis mihi bibere. Quis hæc dicit? qui lacu
bus & fluminibus, & potibus aquarū naturā præbet.
Ioan. 7.f Qui per euangeliū dicit, Quoniam qui credit in me,
ſicut ſcriptura dicit, Flumina de uḗtre ſuo fluḗt aquę
Ioan.7.f uiuæ, Qui dicit, Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Si
nudus, inquit, erā, & cooperuiſtis me. Cooperimus
cooperientḗ cœlum nubibus, qui uniuerſam induit
Gala.3.d eccleſiā, uniuerſum orbḗ. Quotquot enim in Chriſto
baptizati ſumus, Chriſtū induimus. In carcere eram.
Tu in carcere, q̄ educis uinctos? Interpretare q̄ loque
ris. Nā ipſa dignitas fidḗ derogat dictis. Quādo te in
tanta neceſsitate uidimus? quando eadḗ fecimus? Re-
B ſpondet dominus, Quod.n. feciſtis uni ex minimis,
mihi feciſtis. Num uerus ſermo? Qui miſeratur pau-
peris, fœneratur deo. Atq; mirabile hoc uide. Nullum
aliud q̄ id uirtutis opus in mediū duxit. Poterat.n. dice-
re, Venite ad me benedicti, quòd caſti, quòd uirgi-
nes uixiſtis, quòd angelicā ſuſcepiſtis conuerſationḗ.
Sed tacet hæc, non quòd memoria ſint indigna, ſed
quòd à clementia ſint ſecunda. Sed quemadmodum
his qui à dextris, multa de clementia elargitū oſtēdit
regnū: pari modo eis qui à ſiniſtris, de peccato cōmi-
natus eſt pœnā, Ite à me maledicti i tenebras exterio
Mat.25.d res paratas diabolo & angelis eius. Quare? pp quod
malum? quia eſuriui & nō dediſtis mihi manducare,
non dixit, quia fornicati eſtis, quia furtū, quia falſum
feciſtis teſtimoniū, quia periuraſtis. Mala quidḗ hæc
manifeſtḗ, ſed à duritate negantis eleemoſynā ſunt ſe
cunda. Quare aūt domine uiarum aliarū non recor-
daris? Non iudico, inquit, peccatū, ſed inclementiam:
non peccantes, ſed immiſericordes iudico: inclemen-
tia uos damno, quòd talem ac tantam ſalutis medici
nam, eleemoſynā. ſ. qua emoliri atq; extergi omnia
C peccata potuerūt, tantū beneficium deſpexiſtis. Itaq;
inclementiam uitupero quaſi malitiæ radicḗ, atq; cō-
minor illis quidem æternū ignem, his uerò æternum
polliceor regnū. Vtiles tuæ domine promiſsiones, uti
le & expectatū regnū tuū, utilis iterum cōminata ge-
henna. Et id quidḗ bene alliciens, bene enim allicit re
gnum, terret uerò utiliter gehenna. Minatur.n. gehen
nam deus, nō quò gehennam inducat, ſed quò à ge-
henna liberet. Alioqui ſi torquere uellet, nō iam antè
minatus eſſet. Quò firmi ac ſtabiles euitemus minas,
pœnā minatur: & terret uerbo, quò minus opere tor
queat. Fœneremur igitur deo per clementiam, fœne-
remur quò debitorem inueniamus eū, quemadmo-
dum paulò antè diximus, nō iudicem. Veneratur.n.
debitor fœnerantem. Veneratur eum & erubeſcit. Si
abierit fœnerator ad debitoris ianuā, ſiquidḗ inops
fuerit, fugiet: ſi uerò diues, læto eum animo excipiet.
Alterū iuſti iudicis mirum intuere, humanis ex rebus
proueniens. Si cui in paupertate manenti fœneratus
fuerit, atq; exinde ad diuitiarū ſplendorem uenerit q̄
accepit, potens factus tibi debitum reddere, latebit
multos ac reddet, ne pudore confundatur de priori
ſtatu: & gratias quidḗ agit, beneficiū uerò celat, prio-
rem erubeſcens paupertatḗ. Deus aūt nō ita, ſed oc- D
cultè mutuum accipiēs, palā debitum reddit: tunc ue
rò cū accipit, clàm per eleemoſynam accipit: cū uerò
reddit, in oculis uniuerſæ creaturæ reddit. Sed fortaſ-
ſe quis diceret, Quare aūt oīno quemadmodum mi-
hi diuiti dedit, nō æquè pauperi dedit? Poterat quidḗ
ſicut tibi & pauperi dare, ſed noluit, ne tuas diuitias
infructuoſas faceret, neq; illū ſine merito faceret pau
pertatem. Tibi diuiti dedit diteſcere per eleemoſynā,
& iuſtitiam diſtribuere. Diſperſit.n. dedit pauperib⁹, Pſa.111.b
iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Cernis diuitem
eleemoſyna æternam theſaurizare iuſtitiam? Quid er
go ad pauperem qui diuitias non habet? quòd iuſtitiā
operatur: ſed habet paupertatem, de qua patientiam
lucratur æternam. Nam patientia pauperum nō peri Ibid.9.d
bit in finḗ. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cū quo pa
tri gloria, & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amḗ.

Homilia ſexta.

Cce nobis hodie ſanctus imminet Dauid, p-
e lectus eſt muſicus pudicitiæ doctor. Cū. n.
ſpiritualem eius per pſalmos lyram mouet,
auditum quidem mulcet, montḗ uerò pudicitia exor E
nat: propterea decreuit gratia ſpiritus hunc ſolum fer
mè omnis Chriſtiana anima modulari, quo audito
lætemur pro ſinu animæ, Mihi uerò ſępenumero ad-
mirari contingit, & mecum mente cōfundor, cogitās
& dicens, Cuius rei gratia præ cæteris ueteris inſtru-
mēti, nouiq; ſcripturis, librū Dauid ſic adamarūt om-
nes Chriſtiani, atq; hunc ſolum ore uoluerunt ueſta-
ri? Moſes magnus fuit legislator, facie ad faciem con- Exo.33.b
templans ipſum uidit deum, qui deſurſum oēm no-
bis à primo creaturam, atq; ipſum creatorḗ innotuit,
dicens, In principio creauit deus cœlum & terram. Li Gene.1.a
berq; hic maximus eſt, omni refectus pudicitia, uixq;
ſemel eum annis ſingulis per eccleſias legimus. Sed
quid ais, quod ueteris eſt inſtrumēti? Quid ad lectio-
nem ſanctorum euangeliorum? ubi miracula præſen
tia Chriſti prædicantur, ubi deus cū hominibus con-
uerſatur, ubi mors deſtruitur, ubi dęmones pręcepto
fugantur, leproſi uerò mūdantur: ubi cæci naturæ de
fectū luto curauit, & quinq; hominū millia per deſer-
tum de panibus quinq; nutriuntur: ubi latro in para-
diſo conſtituitur, & meretrix aſtris purior inuenitur:
ubi Iordanis fluenta ad ſanctificationem noſtrarum
animarū conſecrantur, & unigenitus filius à patre de
cœlo prędicatur: ubi uitā noſtrā Chriſtus renouat, &
renouans ad ſalutḗ genus humanū reuocat, dicens,
Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorū eſt regnū cœlo- Mat.5.a
rum. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, quoniā ipſi
ſaturabuntur, atq; has leges ſemel aut bis legimus in
hebdomada. Sed dices, diademata regalia nō decere
quotidie in publicū proferre. Et quid ad beatū Paulū
Chriſti rhetorḗ, mundi piſcatorḗ, qui quatuordecim
per epiſtolas ueluti ſpiritualia retia ad ſalutḗ captat?
Qui tertiū uſq; ad cœlū raptus, & iterū in paradiſum
translatus: cui myſteria regni dei ſunt credita, q̄ non 2.Co.12.a
licet homini loqui. Atq; hunc bis per hebdomadā le-
gimus, eius nō ferimus eplam in ore, ſed lectioni dū-
taxat accōmodantes intellectū, pro tpe ipſo hac ſola
procedimus. Quid ergo ad ſanctū habeo dicere Da-
uid, cūo ſpiritus gratia diſpenſauit, omnes eum dies,
noctesq; oēs prædicari? Omnes enim hunc odoriferi
unguenti locū circūferimus ore. In eccleſijs pernoctā
tibus, & primus, & medius, & nouiſsimps eſt Dauid.
Diluculo quæruntur hymnorum modulationes, &

G primus,& medius,& nouissimus est Dauid. Si pópæ in funeralib⁹ defunctorũ,& primus,& medius,& nouissimus est.Si tela in uirginũ domibus agitur,& primus,& medius,& nouissimus est Dauid.O rem inauditã.Multi qui literarũ experimenta minus sumpsere, neq; ipsis edocti principijs,totũ Dauid in pectore cõseruant:neq; in urbibus solũ atq; ecclesijs sic per omne tẽpus,per oẽm ætatẽ fulget,sed i foro medio, atq; ipsa in solitudine,& inhabitabili terra certatim deo sacras sationes excitat.In monasterijs sanctis, choris angelicatum acierũ,& primus,& medius,& nouissimus Dauid. In cœnobijs uirginũ greges Mariam imitãtiũ, & primus,& medius,& nouissimus est.In desertis uiri crucifixi colloquentes deo,& primus,& medius,& nouissimus Dauid.Et oẽs quidem homines naturali noctis somno altè premuntur, solusq; Dauid instar, atq; ipsos dei seruos in angelicas turmas cõgregans, excitat tota mente:terrã in cœlũ uertit,& angelos homines facit. Nostrã proinde uitã oĩbus exornat muneribus,oibus omnia factus nostrã omnino uitã angelicam reddit:pueris coadolescens, iuuenes ad prudentiã conuocans:uirginibus pudicitiã largitus senioribus firmitatem donat,peccatores ad pniam prouocat,dicens,Cõfitemini domino,quoniã bonus. Eos qui per pniam profecerunt,roborans dicit,Delicta iuuentutis meæ,& ignorantias meas ne memineris domine.Eos qui beneficia receperunt,ad gratiarũ actiones excitãs,Quid,retribuam,inquit,domino pro oĩbus q̃ retribuit mihi?Eos qui multoties peccarũt, ad cõfessionẽ reuocat,& dicit,Si iniquitates obseruaueris domine,domine quis sustinebit ? Misericordiam à deo cupientes edocens,Miserere mei deus secundum magnã misericordiam tuã. Vocatos ad sacerdotium cõfirmans,Ne proiicias,inquit,me à facie tua.'Ad iudicium tractos docet & dicit, Libera me à calumnijs hominum.In timore ab inimicis cõuersos admonet, dicens,Eripe me de inimicis meis deus. Expectantes & gratias agentes,maiores ad gratiarũ actiones excitans,& dicens,Expectans expectaui dominũ,& intẽdit mihi,& exaudiuit orationẽ meam. O magnam citharam, hominũ totius orbis animas ueluti neruos quosdã,unam in consonantiam,unũ glorię sermonẽ concrepantẽ & congregantem. Et quo talis tantusq; uir,hominum mores exornãs, angelorũ politiam in terram statuens,& angelorũ celebritate coronatus i cœlo:quonam modo duo in maxima peccata dilabi permittitur?Nam peccatorũ priora & maxima per missus est pessundari. Propterea sæpenumero mecũ ipse reputans,hæcq; cogitans,mente excido haud secus,q̃ nauis in pelago magistro priuata hinc inde fluctuãs circũfertur:ita motus est sæpenumero animus meus,ipse cogitans afflictus est,& æstuans ac dicens, Quo uir tot bonis ornatus,rex,propheta, Christi seruus,seruus per naturã,& per carnem, Liber enim Iesu Christi filij Dauid:qui magnificatus uirtutibus,diademate insignitus,circũdatus purpura, & humilitate munitus,dicens.Domine nõ est exaltatum cor meũ,neq; elati sunt oculi mei:neq; ambulaui in magnis,neq; in mirabilibus super me.Si nõ humiliter sentiebam , sed exaltaui animã meã sicut ablactatus : Qui terminos innocentię custodiuerat,dicens,Domine deus meus si feci istud,si est iniquitas in manibus meis,si reddidi retribuentibus mihi mala : Qui modò superbiam retundebat,sed & superbos animaduersione insectabatur,dicens : Non habitabit in medio domus meæ faciens superbiam,loquens iniquitatẽ non direxit in conspectu oculorũ meorũ:qui confidenter deo dicebat, Tentasti me, & non est inuenta in me iniquitas. Et quid dico atq; suis utor testimonijs?Sæpe fidẽ derogant ei qui de se testimonium perhibet. Alter bene suis actis rebus testimoniũ afferat,alter eius coronas proferat,quò fidelius sit testimoniũ : & qd nam deo fidelius dicente,Inueni Dauid filiũ Iesse,uirum secũdm cor meum?Quid hoc testimonio firmius ? Quid hac uoce fidelius?Et quo tot donatus beneficiis , tot coronatus uirtutibus, qui secũdm cor dei testimoniũ accepit:quonam pacto peccatis his maximis pessundari permittitur?Nõ mœchaberis,non occides,& homicida & mœchus dei propheta.Hic nobis hodie perlectus est locus.Nũ prophetam carpo?absit,sed uestrã roboro uitã.Quo?tametsi sæpe bene officioseq; gesseris, teipsum corrobores ne cadas : sic & Apostolus dicit, Qui se putat stare, uideat ne cadat.Propterea & ipse sępius orans dicebat,Et usq; in senectã & senium deus nõ derelinquas me.Cuius ergo rei gratia tantus uir permissus est ruere? Tribus de rebus. Quibus? Primum quò iustos propria de uita roboraret. Sum religiosus, eremita sum,neq; dicã,multũ uirtute officioq; profeci,multis insignitus sum meritis, ieiuno, uigilo, oro,illachrymor,induor cilicio,corpus meũ austeritate contriui,non iam diaboli impetus formido ,iam mihi q̃ ad coronã pertinent perfecta sunt. Noli errare homo,ne mẽte in sublime tollaris, haud plura fecisti q̃ Dauid. Audi dicentẽ ipsum , Genua mea infirmata sunt à ieiunio,& caro mea infirmata est pp oleum:& iterũ,Ego aũt cũm mihi molesti essent induebar cilicio,& humiliabã in ieiunio animã meã?audi eũ de uigilia dicentẽ,Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi: & iterum,Septies in die laudẽ dixi tibi: audi eũ de lachrymis dicentẽ,Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo:audi eũ de austeritate uitę, Quoniã cinerem tanq̃ panem manducabã, & potũ meũ cum fletu miscebam.Et quid memoror q̃ de propheta sunt? Audi iterũ Christi testimoniũ, dicẽs,Inueni Dauid filiũ Iesse secũdm cor meum.Et post tamẽ tot gesta,post tot celeberrima officia,tales in errores delatus concidit,Neq; ergo cõfidas,sed quotidie roboreris, quotidie Apostoli disciplina id accipiẽs, Qui se putat stare, uideat ne cadat.Primã audistis causam,Secundã accipite.Quò peccatores minus suis de rebus desperent, sed si peccauerit quis,quotidie cõfiteatur peccatũ:tametsi millies peccauerit,perstet millies cõfiteri Nihil enim desperatione deterius.Siquis.n.desperauerit ob peccata,peccans nõ iam ad sanitatẽ recurrit . Aut nõ uides medicos,si de salute ægrotantis diffidant,non iam curare?dicunt.n.quòd mallent infirmitati dare: sed non ulteriorẽ suscipit morb⁹ curã,artis enim industriam morbi malitia uincit:hæc dicũt qui de ægroti salute desperãt.Si uerò sanitas expectatur, oĩa faciũt ægroto,salubres afferunt medicinas. Pari modo siqs peccatis desperando cesserit,quasi nõ supersit pœnitenti salus,sese maius in malũ stimulat . Et tu ergo si noueris peccanti ad ipsam peccati summã, cæde.s.& adulterio,medelam accessisse & sanitatẽ,tametsi millies peccaueris,cõfessione te excita.Hæc autem dico, non uos alliciens ad peccandum , sed peccatores ad confessionẽ prouocans:quoniam quidem deus pius ac clemens uel maxima peccatorum delet. Quid.n. maius cæde & adulterio ? Et tu ipsum audi prophetam

A tam pœnitentẽ,Dixit,inquit,cõfitebor aduersum me iniustitiã meam domino , & tu remisisti impietatem peccati mei.Propterea & peccatorũ maxima Christ⁹ peregrinatus in terra remisit.Latronem in paradisum duxit,publicanũ fecit euangelistã,blasphemum Paulum orbis apostolũ:ut peccãs tu minus desperes , sed peccatũ fatẽdo deleas, salubremq; ingrediaris uiam. Confitemini.n.domino quoniã bonus.quoniã in seculum misericordia eius. Ecce secundã causam:tertiã accipe. Debuit ipse saluator noster peregrinari secũdm ipsam in carne præsentiã,misturãq; nostræ carnis suscipere,& cũ hominibus cõuersari . Sed quoniã deus erat, & idem sine peccato solus, permisit iustos proprium penes arbitriũ humanis erroribus incuruari , nõ iam ipse ad peccatũ impellens,sed arbitrio permittens secũdm proprium nutum ambulare . Sic itaq; infidelitate sanctus peccauit Abrahã, propterea pœnam non effugit à deo,ut seruiret eius semẽ annis quadringentis.Et iterũ,Moses nõ glorificans deũ cũ aquã de petra donauit,ingratus,atq; ideo ad eũ deus,Non uidebis,inquit,terrã promissionis , & nõ intrabis in eã.

B Sic & hunc permisit in peccatũ cadere,quò solus ipse in hominis corpore sine peccato inueniatur . Quare & prophęta Dauid,cũ de cætero ad peccati cõfessionem uenisset.h.d.de eo,Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci.quare? Vt iustificeris in sermonibus tuis, ut uincas cũ iudicaris.Cũ inquit,uenerit dies illa,massa nostrę misturę manifestè erit sedens in dextera maiestatis dei.Sede enim à dextris meis,donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ.In illa ita die apparebit & corpus,quod de natura nostra susceperit,superius corpus,& inferius corpus. Videbunt , inquit, eum in quẽ transfixerunt,sed quidẽ grauatum.uideli cet nostrũ:illud uerò sine peccato,sed peccatorũ exigens pœnas.Vt iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cũ iudicaris.Quomodo? Quoniã quidẽ peccatũ nõ fecit,neq; inuẽtus est dolus in ore eius . Ipsi gloria & imperiũ,nunc & semper,& in secula seculorũ,Amẽ.

Homilia septima.

Am ergo turbine secularium rerum liberati, animã lectione diuinarũ reficimus literarũ. Sic faciunt & nautæ. Cũ.n.procellam digressi fuerint, & multũ deinceps pelagus decurrentes , in portũ discesserint quietum.dimittentes uela,deponẽtes remos,egredientes nauim , quietè sese somno recreantes, robustiores conatus reliquã ad nauigationem præparant.Hos imitemur & ipsi,atq; omni procella,tumultuq; & fluctibus liberati, quasi tranquillũ ad quendã portum,scripturarum ad lectionẽ impellamus animas.Etenim portus est à fluctib⁹ liber,murus firmissimus,turris minimè nutans,gloria non diripiẽda,nõ uitianda,firma felicitas, minimè lãguens, cõtinua uoluptas,& quotquot dixerit quis bona,sacra cõperiet in scriptura.Eadem & mœrorem abiicit, lętitiamq; conseruat,pauperem ditiorẽ ipsis felicibus facit,diuitibusq; firmitatem adhibet, & peccatorem iustum reddit, & iustũ stabilitate confirmat : malaq; euellit,bona inserit:fugat malitiam, bonitatem inducit,non modo inducit,sed radicibus ẽt firmat,continuamq; facit permanere,spiritualis existẽs medicina: & quoniam quidẽ diuina quædam, & ineffabilis est passionum extinctio.Nam & spinas passionum extirpat,puramq; tellurem reddit:seminaq; dimittit pietatis,atq; ad uigorem fructum agit.Nequaquam igitur tot pigritemus à bonis,neq; deficiamus à conuentu: sed huc frequentius conueniamus,quò semper curemur.Et nequis liuore stimuletur, diuitẽ uidens , neq; deprimatur inopia:sed rerum perdiscens naturã, transeat quidẽ umbras ipsas,uenientem aũt cõplectatur. Quo aduscq; enim quis sese longius à uirtute cõstituerit,magnæ uidentur huius uitæ negotiationes: cũ uerò in luce diuinarum scripturarũ constiterit,tunc leuitatem & breuitatẽ, uilitatemq; simul mortaliũ harũ rerũ manifestè discet,quòd fluuialibus aquis nõ constantius defluunt,simul & cùm apparent decurrunt. Quare propheta occupatos philosophans in his,pusillanimes ac miseros , humicq; innixos uocat, qui ad diuitiarũ phantasiam anhelant,trementes hos corripiens,ab eo atq; reuocãs trepidationẽ,suadensq; diuitias quasi nihil essent, despici oportere.Ne timeas,inquit,cũ diues factus fuerit homo, aut cũ multiplicata fuerit gloria domus eius . Non.n.dixit,gloria tua: sed,gloria domus eius:quoniã cũ morietur,non accipiet oia.Vidisti dictionis subtilitatẽ,& manifestam diuisionẽ?Non.n.dixit,cùm multiplicata fuerit gloria eius:sed, gloria domus eius:ostendens sanè alteram quidẽ esse hominis gloriã, alteram gloriam domus, Domus qdẽ gloria,porticus,deambulatoria,laquearia pulchra,pauimẽtũ,gemmarũ ornatus,prata, hortuli,seruorum multitudo, sumptuosa quæque supellex,quorũ nihil ad hoiem.Hominis uerò gloria,fides recta,zelus in deũ,charitas, humilitas, mansuetudo, assidua oratio,eleemosynæ,philosophiæ ornatus,& cætera uniuersa uirtutis membra.Et illa quidẽ possidens,haud inde gloriã consequitur, neq; iure quis cognominabitur bonus:sed cõtrà,uniuersę malitiæ indicium.Nã & crudeles & inhumani,fordidiq;, & philosophiæ expertes excitãtur i comœdijs,qui eiusmodi sunt atq; suas in his opes ostentant . Igitur nõ eadẽ hominis,uti prædiximus,& domus est gloria.Qui uerò in deo sese castitate,ornatu,mansuetudine,humilitate accuratè deuouent , hos admiramur,prædicamus,laudamus:quoniã quidẽ ea potissimũ est hominis gloria.Hæc igitur scientes,nihil ex illis imitandum esse putetis,nihilq; ad eos pertinere qui eisdẽ consepti sunt.Nã opes,luxuriæ occasio,malitiæ schola, turpis uitæ & defluentis causa,animæ corruptela, uia ad diuersa ferens mala,cursus nullũ habens bonũ , his qui abutuntur femine.Hinc fures, hinc murorũ fossores, domestici trãsfugę in semetipsis furti morbũ nutrientes.Sed eas ubi nã deponemus? In terra suffodiem⁹? Absit,sed meis si ipse consilijs acquiescere uolueris, modũ tibi dixero,quò transfugas opes fidas tibi eas reddideris.Quónã modo trãfugæ ipsæ tenebuntur? Distributæ manẽt,custoditæ fugiũt. Atq; uel ab ipsis agricolis discе.Nã illi quidẽ frumẽta si domi cõclusa tenent,uermiũ in esca amittent:si uerò dispersерint in terras,nõ modò custodiũt,sed ẽt augent:Sic & opes stantes quidẽ in arca,atq; sub sera & uecte desosse, citò trãsfugiunt:si uerò eas in uẽtres dispersеris pauperum,nõ modò nõ fugiunt,sed & maiores inde resurgunt.Hæc igitur sciẽs,in manibus fac eas millenis detineri,uiduarũ.s.orphanorum,infirmorũ. Neq; enim diffugere poterũt tot detẽtæ manibus:sed cũ firmitate & cõseruãtur planè,& crescunt.Et quid pueris, inquis,relinquam meis?Magis uerò non te totas cogor euacuare.Nã & tunc pueros fecisses ditiores pro pecunia,cũ deum ipsis propitiũ reliquisses : atq; ex eleemosyna lucrum fertilitatemq; haberes.Nõ enim eiusmodi pueros despiciet deus : haud itaque existimate

Universidad de Sevilla Biblioteca

G ſubſtantiam his minorari eleemoſynæ amore & opera. Multiplicabit.n.ipſis firmitatẽ, q̃ ſcdm deũ eſt bonæ uolũtatis, ſi eas hoc i primis ipſis depoſitũ facies, ſi aũt inopiã timuiſti, & is ſuperuacuus eſt timor. Qui enim malos nutrit, multò magis & ægrotos, & captiuos, & inopes. Hæc igitur ſciẽs, ſuperflua quæque amputa, facq; pauperibus ſupplementũ. Nã ſi calceamenta quis ſupra menſurã pedibus adegerit, itinere ce.tẽ prolixiori impedimenta ſentiet: & ueſtimentũ indues corporis ſtaturã excedens, pari modo implicabitur. Atq; ſuperfluũ ubiq; in eo quod ſatis eſt, ad opportunitatẽ inutile eſt: in pecunia multò fortius id euenit. Et qui ſupra qđ eſt ſatis habent, nõ modò in ipſa ſufficientia, ſed & in neceſſarijs quibuſdã impediuntur. Nã qui de foris in agone currunt, & ipſa exuunt ueſtimenta: uiam uerò in cœlũ ferentẽ, & eandem arctam & arduam tot cũ impedimẽtis qũo poteris ambulare? quoniã quidem & ueloci, & expedito cuiquã penè impoſsibile eſt deſideratum iter optimæ huius uiæ, ſiue ſalutẽ conſequi. Sparge igitur ſuperflua in pauperes, & qđ inuitus fortaſſe paulò pòſt ipſis inimicis es

H ceſſurus, idipſum uolens depone: tuaq; fac, q̃ tua nũc non ſunt. Neq; enim ullũ habebis reſponſum, ullã indulgentiam, cũ hinc abiens Chriſti tribunali adſiteris, rationemq; factorũ pones. Fugiamus ergo fratres auaritię morbũ, neq; ipſis irrationabilibus ferociores ſimus. Illis cõia omnia, & terra, & fontes, & paſcua, & montes, & ualles, atq; nihil alterũ habet plus altero. Tu uero homo mitiſimũ animal, fera es uiolentior, atq; infinitas pauperũ eſcas domi concludis. Et non modò natura nobis cõis eſt, ſed & alia his multo plura, & aër, & mare, & ign s, & aqua, & fontes, & uita, & mors, & adoleſcentia, & ſenectus, & morbus, & ſanitas, eſcæ, & ueſtium indigentia. Et ſpiritualia pari modo cõia ſunt, ſacra menſa, dominicum corpus, regni promiſsio, lauacrum regenerationis, purgatio peccatorum, ſanctificatio, & redemptio arcana bona quæ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec i cor hominis

1.Cor.2.c aſcenderunt. Quo ergo nõ indignũ eſt, qui tot, tãtisq; mutuò cõmunicamus: de pecunia tamen eſſe diuerſos, atq; idem nõ ſeruare cognomẽtum, ſed ipſorum animalium deſe præbere feritatem, & id debentibus

I nobis his paulò pòſt cedere, ſed & inſuper ſupremis de malis periclitari? Nam mors uſu quidẽ abducit, ad pœnas uero reliquũ, atq; ad æterna mittit tormenta. Igitur quò hęc minus fiant, multa igitur utamur eleemoſyna. Ipſa enim eſt regina uirtutũ q̃ illic cũ fiducia aſſiſtet, à tormentisq; eripiet, & nemo repugnabit ei qui ſecum in ſeculũ abierit. Nã & leuis eius eſt penna, plurimaq; fiduciæ ſibi ſublimitas ineſt, atq; ad ipſum aſcendit regalẽ thronũ, alumnos ſuos audacter agẽs.

Act.10.a Orationes.n.tuæ, & eleemoſynæ, inquit, aſcenderũt in memoriã in conſpectu dei. Quo ergo & ipſi ad illã altitudinẽ tollamur, ab importuna auaritia liberati, atq; deliciis, & honoris cupiditate ſuperflua, in uirtutibus quæque utilia faciamus, multas illic nobis theſaurizãtes diuitias: atq; dextræ eius creatoris manui, qui decimam nõ exigit, qui & cuſtodire has poterit diligenter: atq; hinc in iudicij die mitis propitiusq; inueniri, tametſi millies peccauerimus, ad indulgentiã peruenire nos, & reſponſo dignos efficere. Magnũ eſt bonum, & dei donũ eleemoſyna, ipſi deo potentia ſua coniungens. Id maximè & ẽ ſapientibus quidã dixit: Magnus homo & honorabilis uir miſericors. Ea noſtra eſt gratia q̃ mortuos excitat. Per hãc enim in nomine Ieſu mortuos excitare poterimus, quãtò magis K eſurientẽ nutrimus Ieſum? Sed hic tu Chriſto beneficium tribuis, illic tu tibi & meritũ ipſum: nõ quod ſuſcipiat quis, ſed quod faciat bonũ, prouenit. Hic qdẽ, in ſignis dico, debes ipſi deo: in eleemoſyna uero deũ habes debitorem. Eſt eleemoſyna cũ de propoſito, cũ de liberalitate fit, cũ abundẽ, cũ nõ te tã dare cenſes q̃ accipere. Cũ quaſi lucrantẽ te, atq; hanc amittẽtem: quoniam quidem niſi ſic exiſtimaueris, non eſt gratia. Eum.n.de neceſſariis uſibus minus deſperare decet. Nam qũo erroneum nõ eſt, alterius te ſoluere triſtitiam, & ſimul in hoc cõtriſtari? Nõ.n.iam ipſam eleemoſynam eſſe ſinis, ſed neq; illũ ipſum Chriſtum enutriri. Nam ſi cõtriſtaris quòd alterũ triſtitia libera ſti, ſummæ ſæuitiæ & ſeueritatis iudiciũ geris. Quãto pręſtabilius fuerat nõ liberare, q̃ ſic liberare? Quid autem oĩno triſtaris homo? Prorſus aurũ tuum non minuitur, ſi hac duceris ſnia, ne tribue. Si enim minus fidis qđ tibi in cœlis accumuletur, ne dederis. Sed hic quæris tibi rependi. Dimitte eleemoſynã eſſe eleemoſynam, & nõ negotiationẽ. Multi quidẽ & hic receperunt, ſed non hic receperunt, quaſi plura his qui non L receperunt, haberent: ex his quidem infirmos recepe runt, quoniã quidẽ ad illa nõ ualde feſtinant. Et quẽadmodũ nebulones ad regalẽ uocati menſam, atq; idoneũ nõ expectantes tps, quaſi parui pueri ſuã offendunt comeſſationẽ, præuenientes cibis ad crapulam repleti groſsioribus: ſic & hic quidã mercedem quærunt, & eorũ quæ illic ſunt, minorantur bono. Atq; fœnerans ipſe multo plus priorẽ deſiderat habere ſortẽ, fortaſſe neq; recipere deſiderat, quo per moram in maius creſcat fœnus: hic aũt cito repetis hoc, cũ quidem hic nequaquam futurus ſis, ſed illic perpetuẽ manſurus. Nõ hic iudicandus, ſed illic pœnas daturus. At ſiquidẽ tibi domũ quis ædificauerit quã nõ habiturus fores, id iacturam fortaſſe duceres, Tu homo uis hic diteſcere, unde & ante ueſperã ſæpenumero profecturus es? Neſcis i aliena nos terra uerſari, ueluti peregrini & incolæ tranſmigratores? Neſcis incolas eũci, cũ nõ proficiunt, aut nõ ſperant qđ ipſi patimur? Propterea & quæcunq; ædificauerimus, hic dimittemus. Non.n.permittit dominus eadẽ recipiẽtes abire: tametſi domus ædificauerimus, tametſi agros emerimus, aut ſeruos, aut ſupellectilem, aut qđ ſimile, M nõ modo nõ permittit, qui hic bona cupiunt non abire, ſed neq; tibi cõputat: prædixit enim tibi, ne ędificares, aut in alienis impenderes, ſed in tuis. Qđ ergo tua dimittens, in alienis & operaris & impendis, quo laborẽ & mercedem amittas, atq; inſuper ultima tormenta ſubeas, minimè obſecro: quoniã quidẽ natura ſumus incolæ, & inhonorati, & abiecti. Hic fortaſſe ſi ciues eſſe uoluerimus, neq; hic erimus, neq; illic ciuium fiduciã accipiemus. Si uero quaſi incolæ conuerſantes erimus, & hic accipiemus fiduciã, & illic. Iuſtus.n.in his nihil habẽs bonis, hic oĩno quaſi in ſuis uerſatur bonis: & i cœlũ abiens uidebit ęterna tabernacula, & neq; hic patietur quicquã incõmodi. Neq; enim alienigenam quis eum facere poterit, qui omnẽ ſub ſe terram habuerit, & in ſuam ueniens patriã, ueras oſtendit opes. Quò igitur utraq; conſequamur, et pręſentia, & quę illic ſint bona, pręſentibus pro ſufficientia utamur, & cœli erimus ciues, et multa fulti fidentia. Ea igitur pro re faciamus uniuerſa, quó apprehendamus illa, quò illis fruamur bonis: ſic oro, ſic obſecro, in idipſum ſtudio multo incũbamus. Nemo

A in caſura urbe ædificat. Dic, inquã, ſiquis tibi pręnunciaret poſt annum ipſam caſurã urbem, num fortaſſe in caſura urbe ædificares? Id itaq; nũc fac. Nequaquã in hoc ędificemus, mũdo. Cadet.n.paulò poſt, & cuncta peribunt. Quid dico cadet? ante ipſum caſum ipſi peribimus, atrociaq; patimur mala. Quid i arena ædificamus? ædificemus ſupra petrã, quantuncũq; impetus fiet, incõcuſſa quidẽ illa erit ædificatio, eamq; demoliri nihil poterit. Cũ.n.ſæpenumero terræmotus fiunt, incendia, bellorumq; cõgreſsiones, nobis ẽt uiuentibus ea nobis eripitur domus. Sæpe autẽ & unà multa pereũt, quòd ſi & eadẽ perſtiterit, morbus prę ueniens aut citò transfert, aut manẽtes nequaquam ea uti cõmode permittit. Vbi.n.uoluptas, ibi morbi, & calumniæ & inſidiæ: aut ſi nihil horũ, liberos non habẽtes quibus ipſas demus, aliaq; demus uniuerſa, quaſi in alienis laborãtes affligimur: quandoq; & alie nis ipſa peruenit cũ domo hęreditas, nõ modò nobis præmorientibus, ſed ẽt uiuentibus. Quid ergo miſerius q̃ in id cũ labore conari, quò inimici nobis inuitis hæreditate ſuccedant, atq; quò illi quieſcant deli-

B catẽ uiuentes, & gaudeant tuis laboribus? Horũ exẽpla in urbibus plura uidentur. Sed ne triſtitia eos conficiam, qui hmõi inciderunt, tacebo. Poſſem & eorũ fortaſſe aliquot uel nominatim exprimere, prolixioremq; narrationẽ facere, multasq; uobis domus oſtẽdere, q̃ proprios hoſtes ſuſceperunt eorũ qui in his laborauerunt: nõ domus modò, ſed & mancipia, atq; uniuerſa ſæpe hęreditas ad inimicos deuoluitur. Eiuſmodi enim humana ſunt bona, in cœlis uerò nihil timendũ eſt tale. Neq; ut morientis ſuperueniat hoſtis, hæreditatiq; ſuccedat. Nõ.n.illic mors, nõ hoſtilitas.

Pſa.117.b Tabernacula uerò ſanctorũ ſolida ſunt, atq; i ſanctis illis exultatio, gaudiũ, & lætitia. Vox.n.inquit, exultationis in tabernaculis iuſtorũ. Aeterna ſunt tabernacula illa, finem non habentia. Non illa eadem tpe cadunt, non poſſeſſores mutãr, ſed permanent cõtinuò in uigore. Neq; enim quid corruptibile eſt illic & mortale, ſed uniuerſa & ſtabilia & immortalia. Hãc in ſtructuram pecuniam impendamus. Non architectorũ ſanè, aut operariorum magna nobis fuerit cura: pauperum manus hmõi domos cõſtruũt, claudi, eſurien

C tes illas ædificat. Ne mireris, quoniam quidẽ hi & regnũ nobis propinant, fiduciamq; nobis ad deum tribuunt. Nã eleemoſyna ipſa artifex eſt, optimaq; illorũ propugnatrix, & tutela qui exercent eam. Etenim deo amica eſt, & cominus ſibi ſemper aſsiſtit. Quos amauerit, his facillimè gratiã impetrauerit: modo nõ patiatur a nobis iniuriã. Qũo uerò patitur? cũ eam ſe cerimus ex rapina. Adeo quòd ſi pura fuerit, plurimũ tribuerit fidentiæ, plurimũ cũ his qui ſibi adhærent, immo bona. Et pro terrenis eorum rebus orat, tanta eius eſt uis. Eadẽ uincula diſrumpit, tenebras ſoluit, extinguit ignẽ, ſtridorẽ effugat dentiũ, huic multa cũ facultate cœlorũ aperiuntur portæ. Ac uelut regina ingrediente, nullus cuſtodum ipſis in portis politorũ audet interrogare q̃ ſit, aut unde iter agat: magis uerò illico ſuſcipiunt oẽs. Sic & eleemoſyna regina, omnino eſt eum deo ſimilẽ faciens. Eſtote, inquit, miſeri

Luc.6.c cordes ſicut pater ueſter cœleſtis. Pẽnata eſt enim &

Pſa.67.c leuis, aureas habens alas: ipſos ſupra modũ delectãs angelos Ibi, inquit, pennæ columbæ deargentatę, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Apud ipſum regalem thronũ perſiſtit. Cũ iudicamur, imminet, tormentisq; nos eripit, ſuis cõplectens & protegens alis. Hãc uult deus, atq; adeo uſq; diligit, ut multa de hac D ipſe diſputet. Vidua & orphanus & pauper, inquit, re- Ibi.71.c ficietur ab ea. Vult appellari deus miſerator, & miſeri cors ſuper oẽm terram. Ipſa.n.eleemoſyna humanũ genus ſaluauit. Niſi enim miſertus fuiſſet, uniuerſa forſ taſſe perijſſent. Ipſa nos exiſtentes hoſtes, deo reconci liauit: ipſa, infinita operata eſt bona, ipſa filiũ dei cõ- [abunda pulit ſeruum fieri, & ſemetipſum exinanire: hanc ęmu re uidelemur per quã ſaluati ſumus, hanc amemus. Nihil.n. tur, fortaſſe. Chriſtiano tam ſe fert charactricẽ, quantum eleemoſyna: hanc & infideles quique mirantur. Multis enim & ipſi in locis dei miſericordiã petimus, & ad ipſum dicimus: Miſerere mei deus ſcdm magnam miſericor Pſa.50.a diam tuã. Prius ipſi incipimus, magis uero nõ priores incipimus. Iam enim & ipſe ſuã nobis miſericordiam præoſtendit, uel ſaltẽ ſecundi ſimus. Si.n.hoĩes miſericordes quãuis infinita cõmiſerint peccata, miſerentur: quanto magis deus? Audi prophetam dicentem: Ego quaſi oliua fructifera in domo domini. Eiuſmodi ſimus. Neq; enim ſatis eſt oliuã fieri ſolũ, at fructiferam. Sunt qui miſerãtes parua dant ipſo anno labẽ Pſa.51.b te, aut omni hebdomada uel parum quid exhibẽtes, hi oliua quidem ſunt, nõ fructifera & uera, ſed arida: quòd quidẽ miſerentur, oliuæ: quod aũt non promptẽ, aut ex animo, non fructiferæ. Sed ut fructiferi ſimus, ſæpenumero diximus, & nunc dico: Non dantis menſura eleemoſynæ magnitudo metitur, ſed dãtis propoſito. Nõ ſic aridè dederis, ſed ueluti uidua, quę Mar.12. totas opes exhauſit ex tota anima: exemplũ id & ipſi d. & Luimitemur, quo minus de ſe deſperet, quaſi ex propoſi cæ.21.a to nõ dederis: dederunt quidã capillos in templi ſtruExo.36.b cturam, neq; repulſam paſsi ſunt. Sed aurũ ſiquidẽ habentes, capillos ſi attuliſſent, maledicti: ſi uero habentes ſolũ idipſum tulerunt, accepti. Propterea & Cain Gen.4.a accuſatur, nõ quaſi uilia obtulerit, ſed qđ eorum quę habuerit, uiliora obtulit. Maledictus, inquit, q̃ habet Mala.1.a maſculum & fœminã, corruptum deo obtulerit: non ſolũ maledictus dicitur, ſed qui habet, inquit, & parcit. Si quis aũt nõ habet, à crimine liberatur, magis autem mercedem habet, modo ſnia propoſito talis ad conſeruum flectatur, atq; ſibi in pacifica manſuetudine reſpondeat uſq; ad calicẽ aquæ frigidæ. Da indigenti, & tribulato cõpatere. Si uerò hæc minus habueris, uel ſuſpirium ſi profers, atque omne tribuiſti. Nam & inſomnis oculus te uidit quod habueras dediſſe. Quid.n.duobus obolis uilius, quid capillis minus, ac farinæ floribus? & tamen hæc placuerunt magis, q̃ uituli, q̃ aurum. Etenim in eo quod quis habet, acceptus, haud in eo qđ non habet: & quod tua habuerint manus, eo benefacit. Quare indigentibus libẽter tribuamus opportuna, q̃q̃ modica ſint, quanuis parua. Eandẽ cum illis accipiemus mercedẽ, qui plura impendũt, magis aũt maiorem talenta decem milia proferentibus, modo cũ propoſito. Hæc agentes, atq; ineffabiles dei theſauros aſſequemur: q̃ nõ audiamus modo, ſed & operibus cõprobemus. Quorum omniũ nos cõtingat fore compotes, in Chriſto Ieſu F domino noſtro, cui & patri gloria, cũ ſpiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia octaua.

Vãm iocũdi ſpiritualis hui⁹ nobis maris ſunt q fluctus, & ipſis qui i pelago ſunt iocũdiores. Illi quidẽ uentorũ inſolentia, hi auditus deſiderio excitãtur. Et illi qdẽ ſublimius agglomerati, trepidationẽ gubernatori plurimã inferũt, hi ubi appa-

G ruerint, dicentẽ fidentia multa conuallant. Et illi quidem ſunbundi maris argumenta, hi aíæ lætabundæ ſunt iudicia. Et illi petris illiſi, ignobilem ſonitum reddunt, hi uero doctrinę contriti blãda uoce redũdant. Sic & zephyri flatus in ſata cadẽtes, atq; ipſa ſpicarum capita inclinantes ac releuãtes, in terra maris fluctus imitãtur, ſed & illis ſatis iocundiores: hic.n.nõ zephyri flatus, ſed ſpiritus gratia aías releuat calore, & ignis
Eucæ.12 f ille de quo olim Chriſtus: Ignẽ ueni mittere in terrã, & quid uolo niſi ut accendatur? Hunc.n.uideo immiſſum, incẽſumq; in aíabus ueſtris. Quoniam igitur tot lapides uobis Chriſti timor accendit, agite gratias, huic doctrinæ oleum inſtillemus, quo uobis abundẽ lumen fiat. Etenim uobis de cętero ieiunij tempus ad finem urget. Nã ſtadij medij prętergreſsi reliquum, ad ipſum finẽ concedimus. Sicut.n. incipiẽs ad medium feſtinat, ſic mediũ prætergreſſus deſudat ad finẽ. Igitur tempus ad finẽ euolat, atq; de cætero cymba proſpicit. Sed quod quæritur, non iam eſt ad portũ peruenire, ſed nauẽ haud lucri uacuam trahere. Oro uos
H omnes, & obſecro ſuam quiſq; ad conſcientiam ieiunij negociationem reputet. Sed ſi lucrum multũ accumulatum inuenerit, negotiationi addat: ſi nihil cõgregatum, reliquum temporis negociationi impendat. Quoaduſq; ſtant nundinæ, negotiãtes, de magno ſperantes lucro, contẽdamus ne uacuis excidamus manibus, ne ieiunij laborem tolerãtes, ieiunij amittamus præmium: licet.n.& ieiunij laborem ſufferre, & ieiunij fructum nõ conſequi. Quo ſcilicet? Cùm.l. eſca abſtinemus, peccato nõ abſtinemus: cũ carnibus quidem nõ ueſcimur, deuoramus tamen pauperum domus: cum uino quidẽ haud inebriamur, inebriamur uero deſiderijs prauis: cum quidem inedia totam tranſigimus diẽ, atq; eandem impudicis in theatris conſumimus. Ecce ieiunij labor, & ieiunij fructus nuſquã eſt, cũ iniquitatis theatra conſcendimus: non ad uos mihi eſt ſermo, noui.n.ab ea accuſatione uos uacuos eſſe. Sed mos dolore preſſus eſt, cũ non ſinar in eos inuehi alioq; pręſentes, qui doloris dant cauſam. Quod enim lucrum theatra iniquitatis aſcendere, ad cõmunem luxuriæ officinã introire, ad publicũ incontinentiæ gymnaſium, ſuper cathedrã ſedere peſtilẽtię. Etenim & cathedrã peſtilentiæ, & incontinentiæ gymI naſium, officinãq; luxuriæ, atq; omnem deinceps impudicitiæ orcheſtrã ſi quis dixerit, haud peccauerit, peſsimum illum locũ, plurimorũq; morborum plenum Babylonicã fornacem: oĩno uelut in fornacem quãdam compelleris in theatrum. Diabolus urbẽ ſic infernalibus ſtãmis ſubminiſtrãs, non iam malleolos ſubmittit, ueluti Barbarus ille, neq; naphthã, neq; ſtupã, neq; picẽ: ſed his multo peiora, fornicarios uiſus, turpia uerba, delibuta membra, atq; oẽs plenos malitiæ cantus. Illã igitur fornacem barbariçe manus accenderunt, hanc aũt fornacem cogitationes Barbaris inſipientiores accẽdunt: hęc illa peior, quãdoquidem ignis deterior, nõ qui corporis naturã, ſed qui bonam aíæ depopulatur habitudinem. Et qđ nocentius eſt, neq; ipſi qui cõburuntur, idipſum ſentiunt. Si.n.ſentirent, non iã effuſum illum in his uiſum emitterẽt. Igitur id uel peſsimũ eſt malum, cũ quis infirmatur, neq; idipſum qđ infirmatur nouit, & miſerè ardẽs & ęrum noſẽ, non ſentit incẽdium. Quæ'nam ieiunij utilitas, dic mihi, cum quidem corpus arces legitimo à nutrimento, iniquum uero nutrimẽtum aię inducis? cùm diem illic trahis ſedens, cõem naturam deturpatam intuens ac deformatam, mulieresq; fornicarias adK terio damnatas, illic cuiuſq; domus mala colligẽtes? Nam & fornicationes uidere datur, & audire blaſphemias, quò & ipſos p oculos, & p auditũ ipſi aíæ morb⁹ procedat: alienas imitãtur calamitates, unde & ipſis nobis ineſt turpitudinis cõtagio. Qđ igitur ieiunij lucrũ dic mihi? Aía cibis eiuſmodi nutrita, qbus oculis uxorẽ illis à theatris uidebis, quibus oculis uidebis filiũ, quibus domeſticum, quibus amicũ? Neceſſe aũt dicentem illic geſta turpitudine, aut tacentẽ rubore cõfundi. Sed hinc nõ ſic abis, licebit uerò domi multa cũ fiducia uniuerſa narrare, propheticas uoces, apoſtolica dogmata, leges diuinas, oẽm uirtutis menſam apponere, uxoręq; narrationib. eiuſdẽ pudicitiorẽ reddere, amicabiliorem filium, chariorem domeſticũ, atq; ipſum inimicum pſuadebis odium deponere. Vides qũo hæc quidem atq; ubiq; ſalutaria dogmata, illa uerò ſpurcè ubiq; reſonantia? Quę igitur ieiunij utilitas, cũ corpore quidem ieiunas, oculis uerò mœcharis? Adulteriũ nõ ipſa modo cõglutinatio, aut copula corporis, ſed & impudicus uiſus. Quæ utilitas cũL illinc hinc abis? ego corrigo, ille corrũpit: ego medicinas morbo adhibeo, ille cãm morbi miniſtrat: ego naturæ ſtãmam extinguo, ille libidinis flammam accendit. Quæ utilitas, dic mihi? unus ędificans, & unus deſtruens, qđ ſibi labore profecerũt? Nõ ergo hic, incaſſum, ſed utiliter conuerſemur, quò fructuoſe, quò minus inuanũ hîc, quò nõ inutilẽ, atq; ad damnationẽ unus ædificans & unus deſtruẽs, facilitate ſubuerſionis ædificantiũ multitudo uincatur. Magnæ profectò turpitudinis & iuuenes & ſenes ad ſtudiũ feſtinare. Sed utinã eouſq; eſſet malũ. Etenim id uel homini libero intolerabile fortaſſe uidetur, & dãno plectendũ maximo, improbratione & cõfuſione: uerùm.n. nequaq̃ ad conſionẽ uſq; erogata correctio. Sed tormenta imminent, & pœnæ: neceſſe eſt.n. illic ſedentes adulterij delicto natare, non quòd mulieribus copulemur cogit, ſed quòd impudicis eas intuemur oculis. Etenim his neceſſe eſt quẽpiã adulterio deprehendi. Neq; meum uobis dicã ſermonẽ, quò minus negligatis, ſed diuinam legem explicabo, ubi negleCtui ne
Exo. 20 & Deu. 5. & Mat. 5. d quaq̃ locus. Quid ergo diuina lex inquit? Audiſtis qa dictum eſt antiquis, Non mœchaberis: ego aũt dico uobis, quòd quicunq; uiderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Vidiſti adulteriũ conſummatum? uidiſti cõpletum peccatũ? Et qđ deterius in adulterijs, deprehenſum adulterio, nõ humano ſed diuino ſub iudicio adulterij reũ eſſe, hinc mortales pœnæ. Quicunq;.n. uiderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Non modò morbũ, ſed & morbi radicẽ euellit. Radix.n. adulterij cõcupiſcentia impudica. Quare non modò plectit adulteriũ, ſed & concupiſcentiam adulterij mattẽ. Sic & medici faciunt, nõ ad morbos inſtant ſolũ, ſed ad cauſas ẽt tollendas, quanuis ęgro tantem oculum uiderint, prauum rheuma deſuper à tpibus compeſcunt: ſic & Chriſtus facit. Cæcitas mala eſt adulteriũ, oculorũ eſt morb⁹, nõ corporis ſolũ, ſed aíæ prius. Idcirco inde cõpeſcit rheuma impudiciMat.52.b tiæ p timorẽ legis. Quare nõ mõ adulteriũ punit, ſed aduerſus cõcupiſcẽtiã adulciſcitur. Iã męchatus eſt eã in corde ſuo. Corde corrupto, q̃ deinceps utilitas ĩ reliquo corpore? quẽadmodum.n. in plãtis & lignis, ſi quãdo excuſsũ uidem⁹, reliquã de cętero repudiam⁹ partem: ſic & in hoie, cũ id perierit, incaſſum eſt inde

A reliqua corporis ſanitas. Auriga pit, fractus deiectus eſt, uanũ in poſterũ equi currũt, laborioſa lex & multũ oneris habet: ſic igitur & magnã habet coronam eiuſmodi, laborioſa nanq; magnas habet retributiones. Tu uero nequaq̃ laborem attende, ſed retributionem cõſidera. Sic & in uitæ rebus fit. Si uero laborem proſpexeris, graue atq; oneroſum: ſi uero retributionem cogitaueris, leue & facile quod ſubeſt. Sic & gubernator, ſi fluctus uiderit ſolũ, nuſq; è portu ſcapha digredietur, ſed ipſam præ fluctibus ut inimicam, cõmodumq; metitur, atq; demũ credit inabili pelago: ſic & miles ſi uulnera cædesq; uiderit, non iã induit thoracem: ſi uero triumphos præ uulneribus uictoriasq;, impatum quaſi concurrit ad prælium. Quæ.n. natura grauia, ſic leuia fiunt, cũ iam non labores cogitamus, ſed ipſos laborum fructus conſideramus. Diſcereńe uis, qũo natura grauia, leuia fiunt? Paulũ audi di
2.Co.4 d centem: Nã & ipſum momentaneũ & leue tribulationis noſtræ ſupra modũ excelſum, æternũ glorię pondus operatur in nobis. Aenigma eſt qđ dicitur, tribuB latio qũo leuis? hæc.n. repugnãt. Sed ſoluit ænigma illatio ſuſtentans tribulationis leuitatem, qũo ergo eſt leuis? qũo non hæc quæ uidentur nobis dũtaxat conſiderantibus. Sed coronã propoſuit nunc quidem in uiſibilem, certamẽ atq; leue ſimul fecit ſeculũ. Oſtendit brauiũ, & deſudantẽ ſolatus eſt. Tu uero cũ mulierẽ uideris formoſam, ſplendẽtem oculis, ornatã ſtola, libidine titillantem, deſiderantẽ uiſum: reſpice deſuper ſtantẽ coronam, quò tale ſpectaculũ prætereas. Vidiſti conſeruum? dominũ conſidera, atq; omnino morbum curabis. Si.n. qui diſciplina pædagogum ſequuntur, nõ flectuntur circùm, non uariẽ inhiãt, non ſtudio deſiſtũt: multo magis tibi, qui Chriſtum quaſi præſentẽ cogitationibus intueris, nihil horum fuerit. Qui mulierem uiderit ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Iocũdè ac ſæpius legis decurro brauium, utinã & per dies ſingulos idipſum decurriſſem: imo non ad uos, ſed ad eos qui peccatis ſunt obnoxij, magis autẽ & ad uos. Nam uos firmiores eſſetis, & qui morbo laborant ad ſanitatẽ citius redirent. Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendũ eam,
C iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Sufficiũt omnem peccati morbũ purgare nuda hæc uerba recitata. Sed ignoſcite, uulnera purgamus, uulnera uero purgãtem neceſſe eſt amaras medicinas imponere. Quãto uero magis portabũt uerba, tãto magis purgabitur uirus. Quemadmodũ igitur ignis natura auri naturæ quanto cohęrebit, tanto magis uirus cõſumit: ſic & uerbo rum timor, quãto mente imprimitur, tãto magis peccatũ impudicitiæ noſtræ purgatur. Hic igne examinemus, uerbo. ſ. doctrinæ, quò min⁹ idipſum cogamur examinare gehẽnæ igne. Nam purgatam aíam atque hinc abeuntem ille non ſuſcipiet ignis: uniuſcuiuſque
1.Cor.3 e enim opus quale, inqt, ſit, ignis probabit. Probemus noſmetipſos nũc ſine dolore, quò nec cũ dolore tunc probemur. Quicqd ergo fortaſſe dixeris, id erit quod diximus laborioſa lex. Quid igitur impoſsibilia mandat nobis deus? non inquã, obmuteſce, neq; domino ſuccenſeas. Non.n. hic reſpoſi modus, ſed peccati additamentum priori peius. Quod autem peccatorum plurimi conſueuerũt in dominũ ſuas accuſationes retorquere, audi: Acceſsit ille cui talenta quinq; tradita fuerant, & alia quinq; attulit: acceſsit qui duo, & duo attulit: acceſsit cui unũ fuit creditum, & quoniã non habuit talẽtum quod ferret, pro talẽto accuſationem attulit. Quomodo? Noui, inquit, quoniã auſterus ſis, D O ſerui proteruiam, non contentus peccato, ẽt contra dominum ſtatuit accuſationẽ. Metens ubi non ſeminaſti, & tollens qđ non poſuiſti: Sic & in præſenti uita quotquot nihil operãtur boni, additamentũ malorum faciunt accuſationẽ aduerſus dominum. Nequaquã igitur dominum incuſes: haud mãdat impoſsibilia, multi & ipſa ſuperãt mandata. Ergo ſi impoſsibilia fuiſſent, minus ſua ſpõte ſuperaſſent uirginitatẽ. In bonisq; nihil poſsidere nuſquã mandat, atque à ſe propriã ſubſtantiã multi abiiciunt, ipſis operibus reddentes teſtimoniũ legibus mãdatorũ ineſſe multum facilitatis. Nequaquam ergo ſuperaſſent ea, niſi facilia approbaſſent. Nõ mandauit uirginitatem: nam uirginitatem mandãs, & neceſsitatem & uoluntatem agit: qui uero admonet auditorẽ, relinquit dominum propriæ uoluntatis. Propterea Paulus inqt: De uirginibus 1.Cor 7.e autem pręceptũ non habeo, conſilium autẽ do. Cernis non mandatũ, ſed conſiliũ? Cernis non precipientem, ſed admonentẽ? Alterum neceſsitatis, inquit, alterum uolũtatis. Non præcipio, inquit, ut non onerem. E Moneo & conſiliũ do, ut alliciam: Sic & Chriſtus nequaquã inquit, oẽs uirginitatem tenete. Nam ſi mandaſſet oẽs uirginitatem tenere, & legem mãdaſſet eſſe præceptũ, his obediens iã non honore multo dignaretur, & inobediẽs ſupplicia dediſſet. Vidiſti quemadmodum nobis parcit legislator? Qũo noſtra ſolicitus eſt pro ſalute? Nunqd non poterat præceptũ hoc ponere, & dicere: Qui quidẽ uirginitatẽ ſequentur, honorabuntur: qui uero non, punientur? ſed oneraſſet naturam: parcit ergo naturæ noſtræ. Dimiſit extra ſtudium, dimiſit ſuperiorem certaminibus uirginitatem, quò & in ea proficientes, ſuã magnanimitatem oſtendant: non proficiẽtes uero, domini indulgentia digni habeãtur: Sic & de mendicitate rẽ non poſuit in præ- Mat.19.c cepto, neq; ſimpliciter dixit, uende quæ habes: ſed, ſi Mar 10.b uis pfectus eſſe: uade & uendè quę habes. In tua iacet et Luc.18 uoluntate, dominus eris conſilij tui: nõ cogo, nõ gra d uo, ſed proficientem quidẽ coronabo, non proficientem non punio. Nã ea quę ex mandato, quæ ue ex debito fiunt, præmium iã non tale conſequuntur: quæ de induſtria, ſponteq; fiunt, ſplendidas coronas ſuſciF piunt. Atq; horum Paulum inducã teſtem: Si euange- 1.Cor.9.c lizauero, inqt, non eſt mihi gloriatio. Quare? Neceſsitas mihi impoſita eſt: uæ.n. mihi eſt niſi euãgelizauero. Cernis in legibus hunc quidem proficientem non multũ habere præmij, neceſsitas enim eſt: qui autem nõ proficit, reus erit ſupplicio & uindicta. Væ autem eſt mihi niſi euãgelizauero. In cæteris uero q̃ ex propoſito nõ ſic. Sed quid? Quæ eſt ergo merces mea? ut euangeliũ prædicans, ſine ſumptu ponã euangelium Chriſti, ut nõ utar poteſtate mea. Ibi lex erat, propterea mercedis multũ non habuit: hic propoſitũ, quare mercedis multũ habuit: Hæc à me omnia non inuacuum dicta ſunt, ſed diuinæ legis gratia, ut oſtẽdam grauẽ non eſſe, nõ eſſe oneroſam, nõ laborioſam, neque impoſsibilẽ. Qui uiderit mulierẽ ad concupiſcen- Mat.5. d dum eã, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Vidit ſimul & idipſum Chriſtus multos legis difficultatẽ accuſaturos, quapropter haud nudã, neq; ſimplicẽ induxit, neq; à ſemetipſo: ſed antiquæ legis memoriã reduxit à cõparatione, felicitatẽq; illius atq; humanitatem oſtendit. Qũo autem, attendite. Nõ.n. ſimpliciter dixit, qui uiderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam, iã mœchat⁹ eſt eã in corde ſuo. Hic ergo diligẽter at-

G tende. Sed prius antiquę legis reminiſcitur, dicens: Au-
Exo. 20. et Deu. 5. c diſtis quia dictũ eſt antiqs, non mœchaberis: ego au
tem dico uobis, Omnis qui uiderit mulierẽ ad concu
piſcendum eã. mœchatus eſt eam in corde ſuo. Vidi-
ſtis geminas, legẽ ueterem & nouam, quã poſuit Mo-
ſes, & quam ipſe introduxit? Magis autem & illam po
ſuit, etenim per Moſen. Quare pſpicuum eſt eã ipſam
à ſe fuiſſe poſitã. non ex Ioanne, aut apoſtolorũ quo-
quã teſtimoniũ uſurpabo: nam ad Iudæos mihi con-
certatio eſt, ſed à prophetis quibus uidentur credere,
ab ipſis oſtendã & ueterem & nouã unum habere le-
Hiere. 31 c giſlatorẽ. Quid igitur Hieremias inquit? Diſponã uo-
bis teſtamentũ nouũ. Sed in de uidemus quòd ad ue-
terem idẽ ipſe dederit, dicente: Ego diſponam uobis
teſtamentũ nouum, non iuxta teſtamẽtum quod di-
ſpoſui patribus ueſtris. Ita, ſed hactenus iam non rem
oſtendimus: oportet. n. uniuerſa eiuſmodi refragran-
tia adducere in mediũ, manifeſtáq; facere, quò ſermo
continuò purus nobis inſit, nullámq; impudicis relin
quamus cauſam. Diſponã uobis teſtamẽtũ nouum,
H nõ iuxta teſtamentũ quod diſpoſui patribus ueſtris.
Diſpoſuit teſtamentum Noe cũ diluuium fuit, uolens
nos timore liberare & colluctatione, ne diluuium in-
tuentes & imbrem, id cõmune exitiũ aſsiduè timere-
Gen. 6. d mur, propterea inquit: Diſponã teſtamentũ tecum, &
Ibid. 16. b cũ uniuerſa carne. Iterum ad Abrahã teſtamentũ cir-
Exo. 24. c cunciſionis diſpoſuit. Diſpoſuit teſtamẽtum per Mo-
Hebr. 9. c ſen omnibus notũ. Dixit Hieremias: Diſponam uobis
teſtamentũ nouum, nõ ſecundum teſtamentũ quod
diſpoſui patribus ueſtris. Dic, qbus patribus? Etenim
perſonarũ indeterminatio cõfuſionem parit. Hic ad-
uerte nõ iuxta teſtamentũ quod diſpoſui patribus ue
ſtris, non quò minus credas ſub Noe teſtamentũ da-
tum: ſed eius de cætero tẽporis ſic reminiſcitur domi
nus, dicens: Diſponã uobis teſtamentũ nouum, non
iuxta teſtamẽtũ quod diſpoſui patribus ueſtris, ſub-
iunxit & tẽpus, In die qua tenui manũ eorum ut edu-
cerem eos de terra Aegypti. Quò primum oſtende-
ret amorẽ, non quaſi ſeruos eduxit, ſed ueluti paruu-
lum filiũ manu accipiens pater, ſic liberauit: non poſt
tergum ſequi mandauit quaſi ſeruũ, ſed ueluti filium
nobilẽ & liberũ manu tenens, ſic duxit. Vidiſti teſta-
mentorũ duorum teſtatorẽ unicum? Quoniã in cer-
tamine liberati ſumus, & ex uno id tibi oſtendã, ut te
ſtamentorũ conſonantiã noſcas. Vidiſti prophetiam
quæ ex uerbis eſt? diſce uel eã quæ figuris cõſtat, quã-
uis idipſum perſpicuum ſit. Quid nam per figuram ſit
prophetia, quid ue per ſermonẽ prophetia, breuibus
ergo idipſum manifeſtũ faciemus. Prophetia per figu
ram quę rerum eſt prophetia, altera prophetia uerbo
rum: nã prudentioribus quibuſcq; uerbis perſuaſit, ru-
diores uero per rerũ uiſionem cohortatus eſt. Quo-
niam qdem futurum erat rem magnã in lucem prodi
re, & deus carnem ſuſcepturus erat. Quando quidem
terra cœlum fore debebat, noſtráq; natura ad angelo
rum nobilitatem aſcẽdere, quoniam quidem ſpem ip
ſam ſuperauit & expectationẽ, egrediens ſermo futu-
rorum bonorũ, uti nouum & inauditum repẽtè com
parens, audientes minus uidentesq; turbaret. Figura-
uit olim per res, perq; uerba noſtrũ aſſueſcens & au-
ditum & uiſum, quódq; in lucẽ futurum erat præpa-
rans: hoc autem erat quod diximus, Quòd eſt per fi-
gurã prophetia, & quòd eſt per ſermonẽ prophetia. Al
tera qdem rerum, altera ſermonũ. Dico tibi rerũ pro-
Eſa. 53. c phetiã, & uerborũ in idipſum: Sicut ouis ad occiſio-
nem ductus eſt, & ſicut agnus coràm tõdente ſe ob-
mutescet. Hæc per uerbum prophetia: Cùm. n. Abra-
Gen. 22. d ham tulit Iſaac, tunc arietem uidens hęrentem cornibus, ad ſacrificiũ duxit, opere ueluti per figuram pro-
clamans nobis ſalutarẽ paſsionem. Quod igitur dixi,
uis tibi duo hæc teſtamẽta per opera oſtendã? quem-
Gala. 4. admodum uidiſtis ouẽ in uerbo, diſcite & in re. Dicite
mihi, qui ſub lege uultis eſſe. Bene dixit, uultis, non
enim erãt ſub lege: fortaſſe ænigma eſt quod dicitur?
Nam lex adhærẽs Chriſto trãſmiſit, qui magiſtro in-
iuriatur, ignorat & pædagogum. Quare, inquit, dicite
mihi qui ſub lege uultis eſſe, legẽ non audiſtis? Quo-
niam Abrahã duos filios habuit, unum de ancilla, al-
terum de libera, quę ſunt per allegoriã dicta. Vidiſti
per rẽ prophetiam? in eo enim quod mulieres habet,
non uerbum, ſed res eſt. Et ſeruam & liberam, & libe
ram oſtẽdit tibi per uerba. Quoniã duorũ teſtamen-
torum unus eſt legislator, diſce & ipſam figurã. Abra-
ham duas uxores habuit, hæ autem ſunt duo teſta-
menta & unus teſtator: quemadmodum illic ouis &
ouis, alterũ quidem in uerbo, alterum autẽ in re, mul
ta uero & opum, & uerborum concordãtia ineſt: ſic
& hic teſtamẽta duo. Et hoc Hieremias qdẽ per uer-
ba prædixit: Abrahã autem duas habens uxores, ope
ribus figurauit. Quẽadmodũ igitur unus uir, & uxo-
res duæ, ſic unus legislator, & teſtamẽta duo. Sed qd
Mat. 5. b dixi, uniuerſa unde hæc effuſa ſunt: Iã mœchatus eſt
eam in corde ſuo. Sed quare hæc uniuerſa nouimus?
Ibidem. Cuius ergo rei gratia ueterem ipſis legem repetit? di-
cit. n. ipſis: Audiſtis quoniã dictum eſt antiquis, Non
mœchaberis. Cognouit difficile eſſe mãdatum, non
ſuapte natura, ſed audiẽtium deſidia. Multa. n. quę na
tura facilia ſunt, difficilia fiunt cũ pigritamus: ueluti
difficilia quæ ſunt, leuia & facilia fiunt nobis accura-
tè proſpicientibus: non. n. difficultas rerum naturæ
ineſt, ſed exercentium propoſito. Quod ueriſimum
eſſe uel ex eo patet. Nam mel natura dulcedinem ha-
bet, atq; eandẽ iocundiſsimam, ſed ęgrotis amarum
quid, atq; illitum eſt, nõ propria, ſed illorum ægritudi
nis natura: ſic lex tametſi uideatur onerosa, nõ ſua na
tura, ſed noſtra fit pigritia. Haud etenim mihi multũ
laboris, oſtendere factum facile eſſe. nã idipſum diffi-
cile aliud dicere oportuerat. Nunc. n. dicit, fuge mulie
ris uiſum, à luxuria recede. Quod aut peius oppoſi- M
tum dicere fuerat, exquire mulieres, ſcrutare alienas
formas, atque ſic libidinem uince. Id ergo difficile fue
rat: nam dicere fornacem fuge, recede ſogius ab igne,
flammę propius non acceſſeris, quò ſis inocuus, mul
tum facilitatis habet. Etenim iuxta naturam manda-
tũ eſt antiquis, non mœchaberis. Cuius igitur rei gra-
tia antiquã legem nobis ad memoriam redegit? Alte
ram introducturus, quò. ſ. comparatione diſcas non
eſſe huius atq; illius pugnam. Cũ enim ponitur com-
paratio, tunc fit manifeſtius iudicium, quoniam inſi-
ciaturi erant quidam quòd legislatoris loco hæc dice
ret. Ecce, inquit, utraſque alternatim leges pono, tan-
tam ac diſce conſonantiam. Non id ſolũ, ſed etiam ut
oſtendat facilem, opportunęq; introductam: propte-
rea inquit, Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, non mœ- Ibidem
chaberis. Tandiu in antiqua lege cogitauiſtis. Quaſi
doctor pigritanti paruulo, antiquorũ doctrinæ inniti
uolenti, atq; ad altiora eũ tollere cupiens dicit: Cogi-
ta quãtum temporis hac in lectura contriuiſti. Sic &
Chriſtus recordatus, eos prolixiori tempore tenuiſſe
legem antiquam, & cogitaſſe in ea, eſſeq; tempus de

A cætero ad altiorem conſcendere, ad ipſam quæ pa-
trũ quãdoq; fuerat, legislationẽ traducit, dicẽs: Audi-
ſtis quia dictũ eſt antiquis, nõ mœchaberis: id antiqs
dictum eſt, ego aũt dico uobis. Si. n. antiquis dixiſſet,
meritò quæritis, cum impfectior adhuc eſſet noſtra
natura. Ea uerò cũ altius pullulauit, pfectior facta ẽ,
atq; diſcipulis pfectioribus de cætero ipſis erat. Pro-
pterea incipiẽs à legislatione, nequis intuens philoſo-
Matt. 5. c phiæ ſublimitatẽ pigritet, aut mora teneatur, inqt: Ni
ſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus q̃ phariſæorũ, non
intrabitis in regnũ cœlorũ. Plus à me laboris exigis?
quare, num unà cũ illis non ſum natura? nunquid nõ
hõ ſimilis illis? Quò minus hæc dicerent: Quare no-
bis labores addidit? quare maiores deſudationes ex-
quirit? dicẽs labores, dicẽs certamina, dicẽs extẽſionẽ
legis, & p̃miorum meminit. Nequaq̃, inquit, Paleſtinã
do, neq; terram fluentem lac & mel, ſed ipſum uobis
cœlum defero. Neq; in officiorũ mercede plura ſolũ
recipimus, ſed ẽt in ipſa pctorum tranſgreſsione ſup-
pliciũ maius trahimus. Quẽadmodum qui legẽ prę-
Ro. 2. b ceſſerunt, mitiorẽ pœnã his dederũt, qui peccauerũt
B in lege. Quicunq; n ſine lege peccauerũt, ſine lege pe
ribunt: id eſt, legem acculantem nequaq̃ habebunt.
Sed hos contra ab ipſa natura ſniam, inquit, ferã in-
ter cogitationes accuſantes, uel reſpõdẽtes. Sic & his
qui in lege peccauerũt delinquẽtes ſub gratia grauio
ribus ſuberunt tormẽtis. Atq; differentia ipſe oſtẽdit
Heb. 10. c Paulus, dicens: Irritã quis faciens legem Moſi, ſine ul-
lã miſeratione duobus uel tribus teſtibus morietur.
Quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, q filiũ
dei cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ du
xerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ cõtu-
meliã fecerit? Cernis ſub gratia maiorẽ pœnam, ueluti
& p̃mia maiora. Sed quoniã ſcẽta myſteria ad memo-
riã uobis retuli horrẽda ac ſpũalia, rogo, obſecro, de-
precor, atq; omni cũ inſtãtia expeto, omne deponen
tes peccatũ, horrendã ſic ad menſam hanc accedere.
Ibi. 12. d Pacẽ, inquit, ſequemini cũ oĩbus, & ſanctificationẽ,
ſine qua nemo uidebit deum. Qui aũt uidere dignus
non eſt, neq; cõione dignus eſt dominici corporis.
1. Co. 11. f Propterea Paulus inquit: Probet aũt ſe homo, & ſic
de pane illo comedat, & de calice bibat. Nõ reuelauit
ulcus, non in cõe theatrum accuſationem produxit,
C nõ delictorũ teſtes ſtatuit: intus in cõſcientia adſtan-
te nemine, p̃ter eum qui cuncta uidet deũ, qui & ſcru
tatur, & de peccatis iudicat, & oĩum uitam quaſi lan
ce quadam librat, iudicium pctorum ſtatuens, refor
ma quod deliquiſti, atq; ſic pura conſcientia ſacrã at-
tinge meſam, particepsq; ſancti ſacrificij fias. Hæc mẽ
te retinentes, & oĩum quæ de luxuria diximus, recor
dati, quãtaq; his pœna poſita ſit, qui incõtinenter &
minus pudicè reſpiciunt in mulieris faciẽ, & præ gehẽ
na dei timorẽ & charitatẽ habẽtes ante oculos, noſ-
metipſos hinc inde purgãtes, ſic ſacris myſterijs pro-
pinquemus, ne in iudiciũ, damnationẽq; nobis fiant.
Sed & in ſalutẽ, & animæ ſanitatem, fiduciamq; con-
tinuam ſalutis huius ſuſcipiamus: quã aſſequi nos cõ
tingat, gratia & amabili clementia domini noſtri Ieſu
Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia nona.

Rgo nouiſtis unde nobis heſternus ſermo
e incepat, aut ubi defecerat, aut ubi incepim⁹
prioris homiliæ uerba: ſed uos oblitos exiſti
mo, quo uobis ille ſermo ceuerit, qua in re minus dã
no, aut redarguo. Quiſq;. n. ueſtrum uxorem habens

paruulis ſtudet, & quæ domi ſunt curat omnia. Alij D
militiæ indulgẽt artibus, alij laborãt manibus, ac ue-
ſtrũ qſq; diuerſis inſudat opibus: nos uerò in his uer-
ſamur, in his cogitamus, atq; in his noſtrũ terimus tẽ
pus. Itaq; ea in re haud accuſandi eſtis, magis pro ſtu
dio laudandi, quòd nequaq̃ nos ullo reliquiſtis ſolẽ-
ni die. Is. n. laudum eſt cumulus ciuitati noſtræ, non
tumultũ & ſuburbia, non domos deauratis trabibus
triclinijs, ſed diligentem populũ habere, atq; exercitũ.
Neq;. n. ex frondibus generoſam arborem, ſed ex fru-
ctibus intuemur. Idcirco. n. multis animalibus præla
ti ſumus, quòd ſermonẽ habemus, ſermone mutuo
colloquimur, ſermonem amamus. Homo qui ſermo
nem abhorret, iumentis eſt minus rõnalis, non ſatis
ſciens cuius gratia honoratur, atq; unde honorem ac
cipit. Quare bene propheta: Homo, inquit, cùm in ho Pſa. 48. d
nore eſſet non intellexit, cõparatus eſt iumentis inſi-
pientibus, & ſimilis factus eſt illis. En homo cui pro-
priũ loqui, ſermonẽ non amas, & qua nam indulgen
tia dignaberis? Sic mihi oẽs neceſſarij eſtis, ſed in pri-
mis qui ad uirtutis ſermonẽ pennati adueniſtis. Vn-
diq; igitur edocti diuino ſermone rem aggrediamur, E
atq; prioribus ſequentia connectamus. Debeo. n. uo
bis, atq; ipſe læto uobis animo debitum perſoluo: nõ
enim id mihi inopiam affert, ſed diuitias nunciat. In
his q̃ foris ſunt qui credunt, debitores fugiũt, quò mi
nus reddant, & meritò quidẽ: nã exteris in rebus reſti
tutionem inopia accedit, ipſam uerò ſermonis diſſo-
lutionem diuitię ſequuntur. Quale id eſt, debeo cuiq̃
aliquid: ſi pſoluero, nequit apud illum & illiũ eſſe, atq;
etiã apud me, ſed à me deficiẽs, illi adhæſit: ſermonẽ
uerò ſi pſoluero, & mecum eſt, atq; oẽs habetis: ſi ſer
monem retinuero, neq; reſtituam, tunc inops ſum: ſi
perſoluero, tunc ditior fiam. Si non pſoluero ſermo-
nẽ, ſolus ipſe diteſco: ſi pſoluero omnibus uobis, fru-
ctũ refero. Eia ergo debitũ reddamus. Quid nam id
eſt? de pnia ſermonem cudimus, ac cæteris de uirtuti
bus, quòd multæ uariæq; ſunt pniæ uiæ, quibus faci
lis nobis ſalus fiat. Nam ſi unam nobis dediſſet, repu
liſſemus eam utiq;, dicentes: Nequimus hanc ingredi,
ſaluari nequimus. Nunc ipſam hanc tuam amputans F
obiectionẽ, non unam tibi, neq; ſcdam, neq; tertiam,
ſed plures, ac diuerſas dedit, quò multitudine tibi ad
cœlũ facilis aſcẽſus fiat. Et dicimus facilẽ eſſe pniam,
neq; onus in ea: peccator es, eleemoſynam ingredere:
dic peccaui, & ſoluiſti peccatum. Producimus peccan
tem Dauid, & ſoluentẽ peccatum: hinc ſecundã ſubij-
cimus uiam, ſuper peccatum flere, & dicimus: Quis
nã hic labor? non pecuniam opus infundere, non lon
gas ire uias, nec tale qd dicere, ſed peccatũ flere dun-
taxat. Hoc de ſcriptura iducimus, quòd i Achab de⁹,
quòd fleuerit, quòd mœſtus fuerit, peccatũ ſibi dimi
ſit, atq; eidem Heliæ dicit: Nõnne uidiſti humiliatum
Achab corã me flentem, & contriſtatum? non faciã 1. re. 21. g
ſecundum iram meam. Hinc tertiam dedimus pniæ
uiam, ac de ſcriptura phariſæum duximus in mediũ,
ſimul & publicanum. Quòd phariſęus quidẽ ſuperbè Luc. 18. b
elatus, à iuſtitia cecidit: publicanus humilibus cõſen-
tiens, fructum iuſtitiæ ſuſcepit, neq; ullo ſub labore
preſſus iuſtificatus eſt: uerba dedit, res accepit. Agẽ er
go cœptum ſequamur, & quartã proferamus uiã. Et
quæ nã ea eſt? Eleemoſyna, regina illa uirtutum, ho-
mines celerrimè ipſorũ in cœlorum axes adducet, ad
uocati optimi loco fungens. Magna res eleemoſyna,
præcidit aerem, tũſit lunã, Solis radios cœdit, ad ip-

G sum uenit cœlorum culmen, ipsos pertransiens cœ-
los, & angelorũ populos decurrẽs, archangelorumq; choros, & oẽs superiores potestates, ipsi assistit regali
Act.10.a throno. Quod ex ipsa discę scriptura. Corneli, eleemo
synæ, inquit, & orationes tuæ ascẽderunt in cõspectu dei. Tametsi multa habueris pcta, aduocatrix eleemosyna est, ne timeas. Nulla.n. super oĩbus uirtutibus huic sese opposuerat. Xpm requirit, quem ipsa lu
Mat.25.d crifecit proprijs in manibus baiulans. Ipsius.n. domini est uox: Siquis fecerit uni ex minimis his, mihi fecit. Ita ergo quotquot talia habueris peccata, eleemo
Ibidem.a synam tua oĩbus est grauior. Aut nõ intellexistis in euã gelio decem uirginum parabolã, quòd eleemosynã non habẽtes, uirginitati indulgẽtes, à nuptijs exclusæ sunt? Erant, inquit, decẽ uirgines, quinq; prudentes, & quinq; fatuæ: prudentes quidẽ oleũ habebant, stultæ uerò non habebant oleũ, sed extinctas lãpades. Accedentes aũt stultę, ad prudentes dixerunt: Date nobis oleum de lãpadibus uestris. Pudet me, & rubore confundor & lachrymis, uirginẽ stultã audiẽs. Erubesco cũ audio nomen post tale uirtutis lucrũ, & uirginitatis studiũ, ubi in cœlũ euolarunt, ubi ad ipsas superio
H res uittutes certamen habuerãt, laboresq; supauerãt, ubi ipsam uoluptatis flãmam cõculcauerãt: tunc insipientes, & iure insipiẽtes, quòd maius cùm uicissent, à minore uictæ sunt. At accedẽtes insipiẽtes, dixerũt sapientibus: Date nobis oleum de lãpadibus uestris. Hæ aũt dixerunt: Non possumus uobis dare, ne fortè non sufficiat nobis & uobis. Et non malitiæ illud uerbũ, sed timoris. Ne fortè non sufficiat nobis & uobis: ne fortè quẽadmodum oẽs intrare quęrimus, oẽs remaneamus: sed abeuntes emite uobis à uendẽtibus. Qui nanq; sunt mercatores olei huius? Pauperes ad eleemosynã sedẽtes, & quanti emitur? quãti libuerit. Pretiũ non appono, ne obijcias inopiam. Quanti potes tanti eme, habes denarium, eme cœlũ: non quòd uenale sit cœlũ, sed quòd clemẽs sit dominus. Nõ habes denarium, da calicẽ frigidæ aquæ. Inquit.n. Quicunq; dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigi
Mat.10.d dæ pp me, non perdet mercedem suam. Mercatura negociatioq; cœlum est, atq; ipsi pigritamus. Da panẽ, & accipe paradisum: parua da, & magna susci-
I pe. Da mortalia, & imortalia recipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe. Si celebritas adesset, epulũ habẽs, atq; in ea ciborũ abundãtia multaq; paruo emerẽtur, num substantiã uendentes, cunctaq; postponẽtes, in partẽ eius negociationis uenietis? Et ubi quidẽ corruptio tãto studio laboratis, ubi imortalis est negociatio pigritatis, atq; adeò cõciditis. Da inopi, quãuis tu tacueris orare pro te, respõdebũt infinita. Eleemosyna tua stãte & declinãte, pretiũ redẽptionis aiæ eleemosyna est. Præterea pelues & lauacra cum aqua sunt, quò man? laues, qua uestes aqua: sic & eleemosyna quò p eã aiæ manus diluas. Ne inopiã proferas. Vidua in ultimo cœna culo Heliam hospitabatur, ac pauptas nõ affuit impedimẽto, sed eximio cũ gaudio
1.Reg.17 b.c suscepit eũ, quare & dignos recepit fructus, & mentes eleemosynæ spicã legit. Sed fortasse auditor dicet, da & mihi Heliam. Qui quæris Heliam? dominum Heliæ do tibi, nec ipsum cibas: Heliam si inueneris, quo hospitaberis? Christi domini snia est. Quicunq; uni ex minimis fecerit, mihi fecerit. Si fortè rex quempiam de populo appellauerit, atq; ad seruos dixerit i Reddite gratias huic meo noie quãplures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tẽpore permulta contulit: num certatim quisq; pecunias eius oẽs ap K
penderit, cui rex gratias dederit? Si ergo in hoiem regem tantũ honoris res ipsa tribuit, cogita xpm in illa die ad angelos dicentem: Hic me in terra suscepit hospicio, hic mihi innumera cõtulit beneficia, hic me peregrinũ existentẽ confouit inducẽs. Cogita de cætero fiduciam, inter angelorum populos gaudium. Igitur cui testimoniũ Christus perhibet, non fiduciam sup angelos habuerit. Magna igitur res eleemosyna siẽs. Hãc amãdo faciamus, cui nihil æquale: potens est.n. peccata alia delere, iudiciumq; propulsare. Te tacente infinita pauperũ ora gratias referunt, imo uerò minus uerbo aut ore necesse est, rebus ipsis clamãtibus. Tã adeo exuberãs, tãq; magnũ est eleemosynę bonũ & ipsi pigritamus & concidimus. Da panẽ pro posse: nõ habes panẽ, da denariũ, da uel frigidæ aquæ calicẽ: atq; ne id habes, uel malis oppresso compatere, atq; appensam mercedem habes. Non.n. necessitatis, sed intẽtionis est merces. Aliter ẽt in his disputemus. Euagata à nobis oratio est. Agè ad propositũ redeamus. Date nobis oleum de lampadibus uestris. Non Mat.25.d
L possumus uobis dare, ne fortè non sufficiat nobis & uobis, sed eũtes emite à uendẽtibus. Abeuntibus aũt ipsis, uenit spõsus, & qui habebãt oleũ, intrauerũt cũ eo. Et clausa est ianua cõiuuij. Insipiẽtes aũt accedentes clamabãt: Aperi nobis domine. Vox aũt ab intra ad eas: Recedite à me, nescio uos. Id oino est frustra magnũ uirginitatis certamen. Cogita quo post tot labores exclusæ sunt, cũ frænabant incontinentiam, cũ aduersus uoluptates opposuerant sese, cũ supiores ad uirtutes certamen habuerãt, cũ uitæ huius res spreuerant, cũ periculũ tolerauerant magnũ, cũ tantum laboris superauerant, cũ de terra ad cœlum euolauerant, cũ corporis signaculũ non soluerent, ac magnũ uirginitatis specimen acquisiuerant, cũ in corpore q incorporeorum sunt perfecerant, cũ corporis necessitates suppeditauerant, cũ magnum atq; incõparabile uirginitatis lucrũ possederant, tunc audierũt: Recedite à me, nescio uos. Neq; n. mihi existimaueris tãtillam uirginitatis esse magnitudinẽ: talis.n. uirginitas est, ut eam potuerit nemo ueterum conseruare. Propterea.n. gratia magna, quòd quæ tremenda prophe
M tis fuerat & ueteribus, eadem nunc facilis leuisq; existimatur. Quæ tunc fuerunt grauissima & necessaria, uirginitas, mortisq; despectus: ea nũc uel teneræ puellæ paruipẽdunt. Grauis etenim erat uirginitatis possessio, ut hac se nemo religaret. Noe iustus erat, & à deo
Genes.6 testimoniũ accipiens, sed mulieri adhæsit. Grauis etenim erat uirginitatis pdicatio, quoad flos de uirgine germinaret. Nemo igitur ueterũ poterat uirginitatẽ tenere. Magnũ etenim est corpus frænare. Pinge mihi sermonẽ uirginitatis, specimen atq; rei magnitudinẽ disce. quod bellum habet quotidie nullatenus sedandum, ipso barbarico bello deterius. Nam barbarorũ bellum uel tpis quietem habet, quo aut paciscuntur, aut ordinant, & quãdoq; quidem pugnant, quãdoq; non, & ordines, & tpa sunt: belli uerò in uirginem collati nulla datur quies. Diabolus est.n. semper bellum inferens. Non tempus obseruationis sciens, non globum in aciem congregans, sed quærens uirginẽ semper nudam inuenire, quo mortale infligat uulnus, ne quæ à bello unq; uirgo cessare potest. Et damnati ad tempus quidem principem uident, neq; paribus molestijs premuntur: uirgo autem quocunq; abierit, & iudicem circumagit secum, & inimicũ secum portat

ad bellum,

A ad bellum, neq; uesperi permittit respirare: nõ nocte, non diluculo, nõ meridie, sed bellatur semp, uoluptatemq; submittit: nuptias in memoriam adducẽs, quò uirtutẽ excludat, malitiãq; in ea generet, pudorẽ expellat, fornicationem inserat. Exuntur ergo singulis diebus & horis, fornacis modo succensa. Cogita quãtus officij labor sit. Sed illę post hæc audiuerunt, Nescio uos. Vide rem magnam, cũ uirginitas secũ sororẽ habuerit eleemosynam. In ea nulla aduersa poterũt, sed oĩbus superior erit: propterea non introiuerunt illæ, quòd cũ uirginitate eleemosynã non habuerũt. Multo robore digna es, uoluptatẽ debellans, pecuniæ succubuisti: sed uirgo quæ uitæ renunciãs, modo crucifixa, pecuniã amas, utinam uirũ desideresses, atque minus criminandũ fuerat: nam eiusdẽ substantię rem ac materiam desideresses. Sed & hæc uæ. Quid.n. quæ sub uiro sunt? illæ sęuitiã malè ostendũt sub filiorum umbra: Quòd si ei dixeris, da eleemosynam, filios habeo, & nequeo dicit. Deus filios tibi dedit, fructũ uentris accepisti, nõ quò sæua, sed quò pia, misericórsque fias. Ne igitur causam clemẽtiæ pietatisq; sæuitię causam feceris. Cupis hęreditatẽ bonã filijs tuis relinque-
B re, eleemosynã relinque, quò te oẽs laudibus efferant, uulgatamq; artem memoriæ tuæ relinquas. Tu uero haud habẽs filios, sed uitæ crucifixa, qd pecuniã congregas? Sed iustus nobis sermo à pniæ, & eleemosynæ uia abducitur. Diximus eleemosynã magnã possessionem, inde suscepit nos pniæ pelagus. Habes igitur pniam, magnam eleemosynam, ualẽtem peccati catenam dissoluere: habes & uiam aliam pniæ opportunam, qua poteris à peccatis te uendicare. Ora per momenta singula, neq; orans deficias, dei clementiã pete, neq; repellet manentẽ te, sed peccata dimittet, & petita concedet. Orans quidẽ si exauditus fueris, pmane gratias agens in oratione: non exauditus, mane orans ut exaudiaris. Neq; dixeris, multũ orani, atque haud exauditus sum: etenim uel id sæpe tuæ utilitatis gratia. Nouit.n. quòd piger es, & cõcidens, quique si cõpos uoti fueris, abis iam non orãs: & sub uoto orationis protrahit te, quò crebrius deũ alloquaris, orationeq; exciteris. Nã si ea in necessitate existẽs, atq; indigẽs pigritas, neq; orationi insistis: quid nã egeris horum, si nullo indigueris? Itaq; id tibi facit, quo frugi tibi res fiat, nolẽs te absistere iugi oratione. Mane ergo
C & ora dilecte: multũ enim oratio potest: neq; rẽ paruam aggrederis orationi indulgẽs. Quòd oratio peccatũ dimittet, uel ex diuinis euãgelijs disce, quid enim
Luce.11.a inquit? Simile est regnũ cœlorũ homini, qui suam ianuã clausit, uenit autem quidã uespere, accipere uolẽs ab eo panẽ, & pulsat dicens: Aperi nobis, quoniã indigeo panibus. Hic ad eũ: Non possum dare tibi, obdormiumus.n. & nos & paruuli. Hic autẽ insistebat pulsans ianuã, neq; recedebat. Dixit ergo paterfamiliãs: Surge, & da ei, & dimitte abire. Docet ergo te orare, neq; obtorpescere. Si minus acceperis, permane quoad acceperis. Plures alias pniæ uias in scripturis inue-
Hiere.8.b nies. Ipsa pnia & ante Christi aduentum per eius prophetam Hieremiã prædicatur: Nunquid cadens non
Ibid.31.d resurget, aut auertens non reuertetur? Et iterum post hæc dicit ei: Accede, cõuertere ad me. Pręterea & uias alias pniæ diuersas dedit, quò nobis omnem desidiæ occasionẽ amputet. Nã si unam haberemus, hac uadere nequiremus, mucronẽ hunc diabolus fugit. Peccasti, ecclesiã egredere, atq; tuum dele peccatũ. Quoties cecideris in foro, toties exurgis: sic quoties pecca-

ueris, peccati pœniteat, neq; desperes. Tametsi secun- D
dò peccaueris, secundò pœniteat, neq; aio consternatus à spe repositorũ bonorum cadas: quãuis nouissimo in uitæ die peccaueris, ingredere, pniam age: medicinæ locus est hic, nõ iudicij, nõ pœnas, sed peccatorum remissionem tribuens: deo solũ dic peccatum tuum. Habes & aliam pniam uiã haud difficilem, sed omnino accõmodatissimam: qualẽ? hãc, defle super peccarum tuum, idq; ex sacris docetur euangelijs. Petrus ille apostolorũ princeps, in ecclesia prior amicus Christi, qui reuelationẽ ab hominibus nõ accepit, sed
Mat.16.c à patre, sicut sibi testimoniũ dominus reddit: Beatus es Simon Bar Iona, qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Hic idẽ Petrus, Petrum cum dico, petrã nomino indelebilẽ, non se: crepidinem immobilẽ, apostolum magnum, primum discipulorũ, primum uocatum, & primũ obedientem. Ille non paruã rem fecit, sed maximã qui dominũ negauit: hoc dico, non iustũ accusans, sed tibi pniæ prębens occasionẽ. Ipsum orbis dominum negauit, saluatorem, procuratorẽ pauperum: ut uero altius repetamus: uidit saluator quosdã abeuntes retro, & dixit
Petro: Nunqd & tu abire uis? Petrus aũt dixit: Si oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo. Quid dicis Petre? E
Ioan.6.g deus est qui decreuit, quid ipse reluctaris? Sed tamen
Mat.26.e intentio qd suum erat ostendit, naturæ uero infirmi-
Mar.14.d tas redarguitur. Hęc uero quãdo? Nocte uero, qua stetit Petrus ante prunas calefaciens se, puella quædam
Ioan.18.c accesit & dixit: Heri & tu cum hoie hoc fuisti? hic autem dixit, Non noui hoiem hunc: & impletũ est decretum. Hinc Christus respiciẽs in Petrum uocem dimisit per ipsum intuitũ. Non enim ore locutus est, ne ipsum fortè inter Iudæos redarguat, & propriũ confundat discipulum: sed per oculũ dimittens uocẽ: quasi diceret, Petre, qd dixi, factum est. Igitur Petrus tũc sentiens cœpit flere: & nõ fleuit modo, sed amarè, secundũ baptisma per lachrymas ex oculis ostẽdens. Cũq; fleuisset amarè, deleuit peccatum. Non.n. paruus fuit reatus propriũ dominum negasse, sed magnus & fortis, eũ tamen lachrymę deleuere. Defle igitur & ipse supeccatum: neq; solũ defle, aut appareter, sed defle amarè: quẽadmodũ & Petrus, ex ipso profundo deducfontes lachrymarũ, quò dominus misericordia motus tibi dimittat: clemens etenim est, ipse.n. dicit: F
Ezech.18.g Nolo mortẽ peccatoris, sed potius cõuertatur & uiuat. Quid igitur lapidat?, cæsus, mortuus, qui oĩa pro Christi noie suffert, qui cœlesti uoce desup compellatus, hic dicit qualẽ emiserit uocẽ? Accepi, inquit, gratia
1.Cor.15.b à deo, sed & ego laboraui, & unà toleraui, & gratiam eius q in me est, uacua nõ fuit: sed plus laboraui omnibus. Nouimus, inqt, gratiæ magnitudiuẽ quã accepi, sed non desidẽ inuenit: sic & ipsi fratres manus ad eleemosynã doceamus, ut parũ quid inferamus. Ploremus super peccatũ, ingemiscamus sup iniquitatem, quò uideamur uel parũ quid inferre. Tametsi magna nobis in futuro reposita sunt nostrã uim superantia: paradisus.n. est, & cœlorum regnum, cuius & ipsi omnes participes sumus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decima.

Ia nunc recordatio uestri nos tenuit, quanto
P tempore abfuimus, atq; ipse quidem uestri nusquam obliterari potui, sed urbẽ dimittẽs, uestram memoriã non dimisi. Quẽadmodum.n. qui

G corporum præstanti forma capiuntur, quocunq; recesserint, secũ desideratam faciẽ circũferunt: haud secus ipsi uenustate aiarum uestrarum tacti, eã mentis uestræ speciẽ semper nobiscũ tulimus. Et ueluti picto res coloribus uarijs corporis imagines oblinire, ac decorare cõsueuerunt: ita & ipsi studium uestrũ in cœtu, in audientia prõptitudinem adducere, beneuolentiam, cæteraq; alia officia, ueluti colores uirtutum uarios immiscentes, atq; ipsum aiarum uestrarum characterẽ imprimentes, mentisq; apponẽtes oculos, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatij. Hæc & sedẽtes, & surgentes, & ambulantes, & quiescẽtes, & introeuntes, & exeũtes continuo uersamus, charitatẽ uestram interpretãtes, neq; interdiu tantùm, sed ẽt noctu iisdem cogitationibus quasi delicijs
Cant. 5. a enutrimur. Illud cũ Salomone scientes: Ego dormio, & cor meum uigilat. Idipsum & nobis cõtingit, nam somni necessitas palpebras ipsas contrahit. Tyrannis uero amoris uestri oculos nostræ mentis excitat, atq; sæpenumero per somnũ uobiscum loqui uisus sum. Etenim consueuit aia, quę interdiu cogitat, eadem in
H somnijs per phantasiam cernere. Quod & nobis tunc accidit. Et uos carneis oculis minus uidentes, oculis charitatis inspicimus: corporeq; absentes, dispositione præsentes suimus, meę aures semp clamore uestro callebãt. Quare & corporis ægritudine eo diutius cogente morari, & aeris sanitate ad carnis sanitatẽ proficiẽte, id uis amoris uestri nõ tolerabat: sed exclamabat, neq; prius molestando ceffauit, q̃ nobis ante præfixum tẽpus exurgere fuasit, & salutẽ & alacritatẽ, & omne quodcũq; est boni cõuentum hunc uestrũ existimare. Hac igitur suasi, maluim redire, tametsi morbi reliqæ minus cederent, corporis infirmitatẽ prorsus deponere satagentes, q̃ de cætero charitati uestræ molestias inferre. Nã & illic manens criminationes audiebam: continuæ. n. literæ has nobis afferebant. Gratiasq; habui criminantibus non minus, q̃ laudãtibus. Nam animæ sitientis amaræ illæ criminationes fuerant, absentiam nostrã accusantes. Quare surgens cucurri, quare nunquam mea uos mente quiui excludere: sed quid multa? ruri si cõmoratus licentia quadam & libertate fruens, uestri nõ sum obliuiosus recordator: quãdoquidẽ Paulus uinculis alligatus, carcerem
I inhabitãs, atq; infinitis pẽnè periculis septũ se uidens, in carcere non secus q̃ in prato uersatus, sic fratrũ me
Phili. 1. a moriam habebat, & scribebat dicẽs: Sicut est iustum mihi hoc sentire pro oĩbus uobis, & quòd habeã uos in corde & in uinculis meis in defensione, & cõfessione euangelij. Extra inimicorũ catena, intra amoris discipulorũ catena. Sed exterior quidem ferro obfirmabatur, interior charitate iungebatur. Et illa quidẽ sæpenumero deponebatur, hãc uero nunquã dissoluit. Sed quẽadmodum mulieres quotquot dolorũ partus experimẽta sumpsere, cũ matres fiunt horũ quos parturiunt, quocũq; fuerint, uinculo cõtinuo alligantur: sic & Paulus adeo multo fortius, semper. n. discipulis suis adhærẽs, atq; affixus erat, eóq; fortius quò naturalibus spũalia uincula sunt fortiora. Nã hic non semel, sed eosdẽ bis parturiuit, & clamauit dicens: Fi-
Gala. 4. c lioli mei, quos iterũ parturio. Id adeo mulier nunquã pateretur, neq; sufferret eosdẽ iterum dolores. Sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura non est uideri: & quos semel pepererat, iterũ concipiẽs actos in his dolores. Propterea & cõfundere eos uolens, dixit: Quos iterũ parturio: quasi diceret, Parcite mihi: nullus filius

K secundò maternum uterum partus doloribus affecit, q̃d me pati cogitis. Nã dolores illi uno temporis momẽto torquẽt, atq; infante aluo delabẽte & ipsi quoque delabuntur: hi uero nõ sic, sed & mẽsibus tot manent. Nã & annum totũ sæpenumero parturiuit Paulus, atq; haud cõceptos peperit. Et illic quidem carnis est labor, hic uero nõ uentres extẽdũtur: unde illi sunt dolores, sed aiæ robur lacerant. Atq; ut discas eos ferueutiores esse dolores: quæ unq̃ mater optat natorũ *Roma. 9. i*
loco gehẽnã sustinere? Sed optat anathema eẽ à Christo, quòd posset in deo edere, quos semp continue par *Ibidem.*
turibat, & dicebat: Tristitia mihi est magna, & incessabilis dolor cordi meo. Atq; idẽ iterũ: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Quid nã aluo illo beatius fuit, qui tales filios parere potuit, qui in se Christũ haberẽt? Quid uero fœcundius eo, qui orbẽ progenuit totũ? Quid eo forti?, qui editos & adultos, ĩ obtusumq; cadẽtes posset denuò concipe ac firmare? Id aũt in naturali partu pręter hu
manas est uires. Quare igitur non dixit: Filioli mei, *1. Cor. 4. b*
L quos iterũ progenero: sed, parturio? Etenim alibi generans inqt, in Christo. n. Iesu ego uos genui: illic ergo progeniẽ tantũmodo ostẽdere uoluit, hic uero & partum corã statuere conatus est. Qũo. n. filios uocat nondũ enixos? Si enim parturit, nondũ peperit, quomodo filios uocat? Vt discas quòd ij prius eos non parturiuit doloribus, q̃d satis illis fuerat ad ruborẽ. Sî enim, inqt, semel factus sum pater, debitumq; in uos partũ toleraui, uos uero filij facti estis: qũo me ad secundos iterum dolores mittitis? Satis. n. qui principio habẽtur sunt partus dolores, qd me secundariò dolo ribus cruciatis? Nã eorum qui nõdum crediderũt casus, non secus q̃ fideliumlabori sibi accedebant. Intolerabile. n. fuerat post talium mysteriorum cõmunio nem uidere quosdam ad impietatẽ sponte declinare. Quare acriter & sublimè, ac omni mulhere pasibilius ingemiscebat dicens: Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Id aũt dixit, & fidere & timere uolens. Cũ. n. ostendit non formatum in ipsis Christũ, timorem incussit, & agoniã: cum demõstrat posse formari, iterũ fidem uoluit. In eo enim M
quod dicitur, donec formetur: utraq; sunt ostendẽtis, quódq; nõdũ formatus est, & formari posse. Si. n. foret impossibile, inuacuũ ad eos dixisset, donec Christus formetur in uobis: ipsos spe uana nutriuisset. Hęc igitur scientes, neq; ipsi à spe cadamus, sed neq; oĩno pigritemus. Vtraque enim hæc pernicioſa. Desperatio quidẽ exurgere non sinit, & stantẽ cadere facit, & neglectus quidẽ ex ipsis detrudit cœlis. Desperatio in ipsum malitiæ deducit abyssum, sicut fidentia deductũ inde uelociter trahit. Cõsidera uero utriusq; uim. Diabolus ante hæc bonus erat, pigritans uero & despans cecidit, tantaq; obrutus malitia est, ut in posterũ non *Luc. 10. i*
resurgeret. Quòd. n. bonus erat, audi qd dicit: Vidi satanã ueluti fulgur cadentẽ de cœlo: Fulguris. n. similitudo, & claritatẽ pristinæ cõuersationis ostẽdit, & na *1. Tim. 1. i*
turæ acumẽ. Paulus blasphemus erat, & psecutor, & *Luca. 6. i*
contumeliosus: ubi uero defudauit, & spe nõ decidit, exurrexitq; par angelis effectus. Iudas apostolus erat, *Ibid. 22. f*
sed pigritãs factus est proditor. Latro itẽ post tantum *Luca. 23. b*
malitiæ, ubi de spe nõ lapsus est, ante oẽs paradisum ingreditur. Pharisęus cõfidẽs quasi sua elatus uirtute, ab altitudine cecidit in profundũ: publicanus nõ diffidẽs sic erectus est, ut illũ pueniret. Vis ut tibi ostendã & urbem oẽm hoc facere? Niniuitarũ urbis sic omnis

A saluata est, & illos certè lata iam sententia à spe depulerat. Non. n. dixit, si pniam egerint, saluabuntur: sed
Ionæ. 3. b solùm, tres adhuc dies & Niniue subuerterur. Sed tamen iubente deo, & propheta clamante, snĩa nõ moram, non correctionem habente non ceciderunt à minis, neq; bonas spes perdiderunt. Propterea. n. conditionem minus apposuit, neq; dixit, pniam si egerint saluabuntur: quò & ipsi latam dei snĩam audientes, neq; sic à spe cadamus, sed eos fidẽtes exemplo haud deficiamus. Nam uel in eo est maximè uidere dei clementiam, quòd snĩę conditionem minus apponens, tamen pœnitẽtibus reconciliatur: sed uel ex eo quòd apprehensa ferebatur, augeri uolens timorem, eosq; plurima sua morderi pigritia id effecit, ipsumq; pniæ tempus ineffabilem eius ostendit clementiam. Quo modo. n. tres dies effecissent, ut deleretur malitia tanta? Cernis quò adhuc dei clementia apparet? plura. n. hic ad eius urbis salutem contulit. Hæc igitur scientes, spe nunq̃ cadamus. Neq;. n. uel sic diabolo cesseris ut desperes, quòd neq; tam adeò lætum eum pec-
B cantes reddimus, q̃ facimus desperantes. Audi de for
1. Co. 5. a nicante quòd supra peccatum Paulus desperationem timuerit, Corinthijs. n. scribens, sic inquit: Omnino auditur in uobis fornicatio, & talis quæ nec inter gentes nominatur. Non dixit, quam nec in gentibus audent: sed, neq; nominatur, quod modò aduscq; ad appellationem illis intolerabile, id ipsi opere ausi estis. Et uos inflati estis: & non dixit, ille inflatus. Sed eum qui peccauerat dimittens, sanos alloquitur: quemadmodum medici faciunt, ægros dimittentes, adhęrentibusq; plurimo sermone utuntur. Secus autem & hi omnes mendacij causa erant, nequaq̃ corripientes, neq; terrentes. Mouit igitur crimen, quò facilis curatio uulneris fiat. Graue quidẽ peccatum est, sed multò grauius altum sapere in peccato. Nam si de iustitia inflari, iustitiæ sit euacuatio: multò magis id in peccatis, si contingat, maximam nobis iacturam infe
Luc. 17. c ret, atq; ipsorum pctorum maius crimen fuerit. Propterea, inquit, cùm omnia q̃ præcipiuntur uobis, fecerit is: dicite, quia serui inutiles sumus. Si. n. qui omnia faciunt, parua fecisse computabunt: multò magis & peccatorem flere decet, & infimum sese oĩum cõ-
C putare. Id itaq; ostẽdens, tunc dixit, & non magis fleuistis. Quid dicis? alter peccauit, atq; ipse plorabo? Ita, inquit, corporis. n. & membrorum exemplo mutuò compacti sumus. In corpore. n. tametsi pes uulnus accipiat, humi declinans, caput inclinamus. Et quid eo
Ro. 12. c uenerabilius? sed tamen dignitatem suam non nouit calamitatis tpe. Idem & ipse fac. Quare & Paulus admonet, dicens: Gaudete cũ gaudentibus, flete cũ flentibus. Et nõ magis fleuistis ut tolleretur de medio uestrũ, qui opus id fecerat. Non dixit, & non magis studuistis: sed, quòd non magis fleuistis, quasi morbo cõi, & peste ciuitatem comprehendente: quasi diceret, Orationẽ exigit & confessionem, & preces, quò morbus tota ciuitate tollatur. Vide quantũ his timoris incesit. Et quoniã putabant ad illum duntaxat pueniſſe malum, ac cõstituisse, eos solicitos reddit di-
1. co. 5. & Gala. 5. b cẽs: Nescitis quòd modicũ fermẽtũ totã massam corrumpit? Quod aũt dicit, tale est: Via graditur malum atq; reliquis sese applicat membris, ueluti de cõi malo consulentes, curare uos decet. Neq; id mihi subieceris, quòd ille sol⁹ peccauit, sed illud cõsidera, quòd sanies quędã peccatum, reliquum corporis depopulans. Veluti domo ardẽte, & qui nondũ malo lædun

D tur, his qui in malo sunt, molestia non minori premũtur, atq; uniuersa cõferunt, quò ne urgẽs ignis ad proprias inualescat domos. Sic & hos Paulus excitat dicens: Pyra q̃dam est, præueniamus malũ, extinguamus incendium priusq̃ ecclesiam inuadat: si uero neglexeris peccatum, ueluti in alieno existens corpore, maximè quidem uel sic malè. Ile. n. membrum totius est corporis. Verũ & id considera, quòd si pigrita ueris ac spreueris, te quoq; quandoq; comprehedat: quare si nõ fratris, tua tamen cura exciteris. Reprime pestẽ, saniem coerce, depopulationẽ amputa: hæc & his plura dicens, & mandans tradi illũ satanæ, deniq; inquit: Quãdoquidẽ conuersus est, & melior factus, satis huic ea fuit correctio à pluribus. Confirmate super eum charitatem: ubi. n. cõem inimicum & aduersarium statuit uniuersis, & à grege exclusit, à corpore rescidit, uide quanto in eum utitur studio. Vti. n. rursus coniungat & annectat, nõ modò amate eum dixit: sed, cõfirmate sup eum charitatẽ firmam: id est, immobilem in eum ostendite amicitiã calentem quã
E dam & feruidam, atq; ignitam, æquialentem priori inimicitiæ dilectionem inferte. Quid factum est? nũ tradidisti eum satanæ? nõne iussisti? Ita, inquit, sed nõ quò in manibus satanæ pmaneat, sed eius dominatũ illico diffugiat. Et quemadmodum dixi, considera q̃ timuerit desperationem Paulus, q̃ magnam diaboli armaturam: dicens. n. Confirmate super eum charitatem: & causam addit, Ne fortè nimia tristitia absorbeatur. hic in lupi faucibus est ouis, præueniamus igitur, pręripiamus anteq̃ absorbeat aut corrumpat nostrum membrum. Periclitatur nauis: priusq̃ obruatur, eripere naufragio studeamus. Quemadmodum. n. mare sese tollente, & fluctibus undiq; ad summũ eleuãtibus, sub procella scapha inundatur: sic & anima undiq; mœrore circundata, uelocius demergitur ni quempiam dantẽ habuerit manus. Et quæ salutaris in peccatis est mœstitia, exitialis immoderata sit. Atq; uide quo accuratè dixit: non. n. dixit, ne hunc diabolus perdat: sed quid? ne lucrifiamus à satana. Auaritia. n. est aliena concupiscere: ostendens igitur alienũ ab eo de cætero factum, & quòd in Christi gregem domesticum se pnia redegit, inquit, ne lucrifiamus à F
satana. Si. n. de cætero comprehendat eum, nostrum rapiet membrum, de grege ouem surripiet: nam pnia peccatum deposuit. Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus Iudæ, timuit nequid fortasse idem faceret. Quid aũt fecit in Iuda? pœnituit Iudam: Peccaui, in- *Ma. 27. b*
quit, tradens sanguinem iustum: audiuit hæc diabolus, nouit in melius uitã cupientem, & ad salutem tendentẽ, timuitq; mutationem: Clementem, inquit, dominũ habet, cũ traditurus eum fuerat plorauit: atq; ipsum miris prouocauit modis, nunc multò fortius correptũ, & peccatũ fatentem trahet. Idcirco. n. cruci figendus uenit. Quid ergo fecit? exterruit eum, & obtenebrauit, mœroris magnitudine effugauit, psecut⁹ est, quoad laqueum duxit, atq; è præsenti duxit uita, pniæq; proposito priuauit. Quoniã si uixisset, & ipse fortè saluatus foret. Argumentum ex crucifioxribus sumitur. Si. n. hos qui eum crucifixerant saluauit, & ipse in cruce existens, rogauit patrem, indulgentiamq; tantæ audaciæ postulauit: cõstat quòd & ipsum proditorẽ dignè pœnitentẽ cum mansuetudine susc episset. Sed ille pseruari in medicina non tulit, mœrore ni *1 Co. 5. a*
mio absorptus. Id igitur & Paulus timens, Corint. so *& 2. Co.*
licitabat eripere à faucibus diaboli hominẽ. Et quid *2. b*

Gopus est de Corinthijs dicere? Petrus.n. post mysteriorum cognitionem ter negauit, & plorans deleuit
Mar.14.g Act.9.a & 22. b oia. Paulus persecutor, blasphemus, contumeliosus, nō crucifixum modò, sed illius uniuersos persequēs, pnia ductus, Apostolus efficitur. Solū à nobis deus orationem uel paruam exigit, atq; uniuersa dimittit nobis peccata: dico & parabolā idipm confirmantē.
Luc.15.c Duo quidā erant fratres, paternamq; diuidentes substantiam, alter quidē cuncta quæ obuenerant comedens, patria extorris factus erat: hic paupertatis non ferens pudorem. Hæc aūt dico, quod sciatis & peccatorum quæ post baptisma contrahuntur remissionē esse, si attendimus: dico non uti ad inertiā compellā, sed à desperatione reuocem. Nam ea nobis q̄ inertia maiora confert mala. Quoniā hic filius, eos qui post baptisma cadunt, pnia tamen resurgentes, filios esse ostendit. Filius.n. dicit: Nam extra baptismum nemo filij appellatione nominatur, & domum habitat paternam, & paternam in sortem accepit omnia. Ante baptisma nō est paterna accipere, neq; hæreditatem cōsequi: ita ut ex his fidelem hunc fuisse cōprobetur.
H Et probi atq; frugalis frater erat, frater uerò sine spirituali regeneratione nequaq̄ fuisset. Hic igitur ad summam malitiam ueniens, quid inquit? Reuertar ad patrem meū. Propterea hunc pater dimiserat, neq; prohibuerat, quò minus in patriam abiret alienam, quatenus experimento disceret accuratè quantum bene ficium susceperit domi manens. Sæpe.n. deus, cum dicens minus suadet, rerum experimentis doctrinā promittit. Quod & ad Iudæos dixit, quoniam quidē insinita per prophetas uerba impendens, non suasit neq;
Hier.2.d illexit, omittens p flagella corrigere, dicit ad eos, Corriget te correctio tua, & malitia tua corripit te. Oportuerat ipsum quidem meritò fidelem esse, & ante ipsarum rerum euentum: quoniā uerò se tam adeò impudēter habuerunt, ut eo monente & cōsulente minus crederent, permisit eos rerum euētu corrigi, quò uel sic recuperet. Quia cōcidens luxuriosus in alienā terram, rebus ipsis pdidicit, quid mali sit paterna domo excidere. Rediit, non.n. turbatus est pater, sed mitibus suscepit manibus. Quid ita? quia pater non iudex erat: & choreę, & facta est celebritas de cętero, læ
I tæq; & gaudēs domus. Quid dicis? Hæ sunt malitię uicissitudines? Non malitiæ homo, sed reditus: nō peccati, sed pniæ: non fornicationis, sed in melius mutationis. Et quod in his est maius, turbatus est his maior filius. Is aūt & hunc mansuetè mitigauit, dicens, Quoniā tu quidē semper mecum es, hic uerò perierat & inuentus est, mortuus erat & reuixit. Cùm uerò peditum saluari oportet, non iudicij tps est, neq; subtilioris examinis, sed clementiæ indulgentiæq; duntaxat. Nullus.n. medicus unguenta adhibens ægrotanti, curā dimittens, incontinentiæ pœnas ab eo postulauerit. Si uerò pœnas eū dare oportuit, satis pœnarū quòd in aliena uersatus est, dedit. Tanto.n. à nobis tpe segregatus, fame dedecoreq;, ac summis dimicās malis, laborat: propterea, inquit, & perierat & inuentus est: mortuus erat, & reuixit. Non.n. inquit, attendas præsentia, sed prioris calamitatis magnitudinem cōsidera. Fratrem intueris, non alienum, ad patrem, qui priorum neq; uel parum recordari potest: magis uerò eorum solùm reminiscitur, quæ ad compassionē, misericordiā, clementiam, indulgentiam possent inducere genitoribus accommodata. Propterea non quæ fecit dixit, sed q̄ passus est. Non quòd substantiā dissipauerit meminit, sed quòd innumeris periclitatus est malis. Sic & ouē tanto studio q̄siuit, magis aūt K
Luc.15.a maiori: hic.n. ipse redijt filius, illic autem ipse abijt pastor, & inueniens reduxit, & lætatus est sup ea magis, q̄ super cæteris quæ saluæ erāt. Cernis uerò quòd reduxit, quòd nō flagellauit: sed ferēs in humeris, rursus gregi reddidit? Igitur intelligendū non modò à reuertentibus nō auerti deum, sed hos non minori cum iocunditate, q̄ ipsos proficientes recipere. quòd non modò pœnas non exigit, sed ad errantiū inquisitionē proficiscitur. quòd horum gaudet inuentione, q̄ cętera tuto in loco perseuerantibus. Ipsi neq; malis obruti, spe sternemur, neq; bonis abundantes cōfidamus: sed & proficientes timeamus, ne p confidentiam labamur, & labentes pniam non recusemus. Quod.n. incipiens dixi, & nunc dico, duo hæc: Stantem confidere, & desperare iacentem, perditionem animarum esse. Quare stantes roborās Paulus dicit, Qui se putat
1.Co.10.c stare, uideat ne cadat. Et iterum, Timeo fortè ne alijs
Ibid.9.c prædicans ipse reprobus fiā. Iacentes erigens & ad ul
2.Co.12.b terius excitās studiū testificabatur Corinthijs sic scribens, Ne fortè multos defleā, qui antè peccauerūt, & L
pniam non egerunt. ostendens non tam peccantes, q̄ pœnitentes dignos lachrymis fore. Et propheta ad
Hier.8.b eos: Nunquid qui cadit non resurget, aut auersus nō
Psa.94.b reuertetur? Quare & eosdē exorās Dauid dicit, Hodie si uocē eius audiueritis, nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione. Quò & hodie dicitur, Ne coruamus spe, sed bonas in domino spes habētes, & pelagus clemētiæ suæ cognoscētes, oēm conscientiam excutientes malā, multa cū spe propositoq; adhærentes uirtuti, & pniam maiorē in modū ostendētes: hic uniuersa deponamus pctā, ut multa cū fiducia corā Christi tribunali stare possimus, regnumq; cœlorum consequi. Cuius oēs nos participes fieri cōtingat, gratia & clemētia domini nostri Iesu xpi, cui cū patre, simul cū sancto spiritu, gloria, imperiū, honor, nunc & & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum D. Ioan. Chrys. de patientia Iob, & pœnitentia, Lælio Tifernate interprete, finis.

D. IOAN. CHRY. DE POENITENTIA SERMO INCERTO *interprete.*

M
Rouida mēte, & profūdo cogitatu cognoscipdebēt duo reū distincta negocia, id est quā
p tū distat inter bonum & malum: nec aliunde hæc cognitio, q̄ à primordio repetenda est. Quid aliud est malum, q̄ peccatum cōmittere? quid est bonum, q̄ agere pniam pro commisso? Hæc est discretio utriusq; negocij. Serpens in paradiso peccatum suasit. Heuam pnia reclusit, & inde boni maliue origo. Quis deo dignior q̄ Dauid? Et tamen deliquit. Qui cecidisset de culmine, si non fuisset cōpunctus. Quis sceleratior Manasse? & hunc pnia reuocauit. Pœnituit deum
1.Re.15.c quòd Saulem regem elegerit: quapropter? nisi quia idem pniam ignorauit. Quis sapientior Salomone? Sed nesciens pniam perdidit gratiam. Et ob hoc dictum est, Concepit dolorem & peperit iniquitatem.
Psal.7.d Concipit peccator delicti dolorem, & si non pœnituerit, parit sibi mortem. Paruulus antequàm prodeat ex utero, dolor est matri: postquàm uerò editus fuerit, uenit ei gaudium. Peccatum uero conce-

A ptum coluber est, in præcordijs hominis parit mortem, nisi fuerit pœnitudine expiatū. Peccati cōceptio serpēs est in præcordijs latens. Cōsummatū uenenum spirat, & letiferū generat morbum. Qui peccatū parit, in iudicium cadit: & si neglexerit, in ipso manebit. Natum suum mulier libenter perlactat, natum uero peccatum facit exitiū nutrienti. Peccati uero pater & mater est uēter incontinēs & libido, captusq; ducitur in utraque prodigus, & profusus. Peccati uirtus confusa ebrietas, & castigandi securitas. Seminariū delicti, lex est cupiditatis in mēbris: & cor impœnitens, capietur ab ea Cōmissum crimen dulce est ad momentū, sed uertitur protinus in exitium. Temerarius & audax festinus cecidit in crimen, declinat autem ab eo prouidus pœnitēdo. Nā sicut aqua ignem extinguit ardentem, sic pnia diluit crimina fontibus lachrymarum. Si
Ecclesiast.3.d cut in tenebris nō est absq; lucerna lumen, sic non potest homo peccatū sine pnia abluere. Hoc de hoie iā baptizato dicit. Itē lector intelligat martyrium pniæ præteriti nō egere. Et sicut lux diei non quęrit lucernam, sic iustitia ante deū sine pnia lucet. Pondus pec-
B cati deprimit desperantē, prouidus aūt pœnitens leuius pergit. Præsumptiuo spiritu subintrat peccatū, & multiformis callidus discurrit in hoies: sapiens autem non illi dat locū gradiēdi. In corde pigri ut cereus ardet peccatum, nā in pectore pœnitētis liquescit ut cera. Peccati princeps factus est aspis. In Adā subintrauit eius dolus, & fecit eū intra ligna paradisi latere confusum: uocauit illum deus nō matutina, sed uespertina
Gen.3.b uoce, dicēs: Adam, ubi es? Et quid ille? Vocē tuam audiui, & timui: quia nudus sum, & abscōdi me. Timui: quare? Quia peccaui. Abscōdi me: quare? Quia nudus sum, & erubui. Quia ergo expulsus est pater per peccatum, reuocātur filij per pniam. Nam qd peccatum claudit, pnia reserauit: & de quo ira præcipitauit, pietas reuocauit. Qui non pœnitet modo, nullus manebit in umbra mortis: qui uero timet deū, per pniam illustratur. O pœnitentia quæ peccatū miserante deo remittis, & paradisum reseras: quæ contritum sanas hominem, & tristem exhilaras: uitam de interitu reuocas, statum restauras: honorem renouas, fiduciā das: & reformas uires, gratiamq; abundantioremq; refundis. O pnia, quid de te noui referam? Omnia ligata tu
C soluis, omnia soluta reseras, oia aduersa tu mitigas, omnia contrira tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilātior auro, splendidior Sole, quam non uincit peccatū, nec defectio supat, nec desperatio delet. Pnia respuit auaritiam, horret luxuriā, fugit furorem, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiā. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libēter sufferre: si uiolentus quærat, quæ habet, non uetat: si uestem dirimat, non refragatur, percutienti maxillam præbet alteram, iam angariatus ultro adiicit, castigatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperatus blāditur: superiori supplex est, inferiori subiacet: in corde eius contritio est, in ore eius confessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præstò est deus, eiurieti nutritor, sitienti potaror. Sapienti qd stultum putatur, sapit: quod triste est, placet: qd molle est, displicet: quod fluxum est, horret. O pœnitētia misericordiæ mater, & magistra uirtutū, magna opera tua quibus reos resoluis, ac reficis delinquētes, lapsos releuas, recreas desperatos. Per te nobis Christus regnum cœlorum appropiatum designat, dicēs: Pœ-D
tentiam agite, appropinquabit.n. regnum cœlorum: Matt.3.a
ita & Baptista clamat, Facite fructus dignos pœniten Ibi.b. &
tiæ, quoniam ecce adest regnum dei. Per te subito ra Luc.3.b
puit latronē Christus ad regnum: per te Dauid post flagitium felix iterum recepit spiritum sanctum, per Luc.23.f
te Manasses post cruenta facinora ecce meruit fieri 2.re.12.d
acceptabilis: per te Petro apostolo postq; ter negauit, 2.Pa.33.c
data est indulgentiæ dextera: per te filius prodigus re Luc.22.g
gressus ad patrem, non solùm amplexum, osculumq; Ibid.15.f
paternum, sed etiam epulum uituli saginati, uestemq; insignem promeruit adipisci: per te mulier fornicaria uberes stillauit lachrymas, fonteq; sui baptismi proti Luc.7.f
nus lauit pedes Christi, crimeq; detersit: per te Niniue Ionæ.3.c
ciuitas magna, populusq; integer Barbarorum subito deum sapuit, uirtutem tuam sensit, odorem tuum accepit, saporē tuum strinxit, dulcedinē tuam gustauit, cilicium contraxit, cinerem tuū comedit, ieiuniū tuū protraxit, lachrymas tuas profudit, gemitū tuū, suspiriumq; pensit, fructusq; ubertatis tuæ abundanter exhibuit, & sic p opera tua nō solū decretæ mortis discrimen euasit, sed et uitæ incognitæ coronam E
accepit. Cuius similitudini pniam comparemus? Sic est quo ager fructifer, aut uinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera, fructus eius edit peccator famelicus proficit in fiducia dei, acceptaq; remissione pinguescit in uita, & hæc sunt uerba eius: Domine ante te omne desideriam meum, & gemitus cordis mei non est ab Psal.37.b
sconditus à te. Clamorē meum, suspiriumq; intelligē, pauor peccati solicitat me, pondus conscientiæ meæ deprimit me, non est mihi spes uiuendi neq; fiducia moriēdi, iudicium tuū deus uereor, & pœnas timeo præparatas impijs, audi me obsecro, modò dum tps est: remitte quod timeo, dele quod uereor, priusq; ab eā, & amplius non ero. Tali animo pœnitenti remissio datur, & uita donatur, nec regnum deerit à domino tribuendum. Quid ergo times pniam ô homo, sine qua nō est uiuere, nec deo placere? Clamat Hiere. Hier.9.a
cōpunctus pro populo, Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarū, & flebo uulnera populi mei? Sciebat.n. quòd lachrymę iuuarēt ppl'm trās migratū, sciebat quòd eius fletib⁹ subueniret: sciebat quòd deus cōtritionē q̄rit, & fletibus flectitur: sciebat quòd de⁹ lugētes lętificat, & pœnitētib⁹ pstò est. Ideo F
prophetandi locum q̄rebat remotū, ut usq; ad uallē pertingeret lachrymarū, quam deus amat, quā Christus amplectitur. Vallis est remotis fletibus discreta, q̄ Vallis Iosaphat.
dicitur Iosaphat, in qua iudex cœlestis populos discutit, & oēs gētes examinat. Disposuit in cōualle fletus. Psal.83.b
Est.n. uallis hæc pp iudicium quidem metuenda, sed propter pœnitentiam exoptanda. Publica.n. & secreta est. Publica est ad futuri iudicij pœnam, secreta est propter salubres pniæ lachrymas. Magnus profectus est lachrymarum, ut plorādo seruus propicietur dominum, filius lachrymis mitiget patrem, & asperam matrem plorans paruulus mulceat. Ita ergo & peccator profusis fletibus remouet iram dei, reformatus in ipso. Cupit uidere Timoth. Paulus propter fletum: 2.Ti.1.a
Desidero, inquit, uidere te, memor lachrymarū tuarum. & Dauid dicit, Venite adoremus, & ploremus Psa.94.b
corā domino, qui fecit nos: & iterum, Fuerunt mihi Ibi.41.a
lachrymæ meæ panes die ac nocte: &, Potū meū cū Ibi.101.b
fletu miscebā, stratumq; meum per singulas noctes cū lachrymis rigabam: & iterum, Deus uitam meam Psal.55.b
annunciaui tibi, posuisti lachrymis meas in cōspectu

G tuo: tanq̃ si diceret, Suscipe domine lachrymas meas, quoniam lachrymæ sunt q̃ radunt rudera, & sanant uulnera: lachrymæ sunt q̃ pniam armant, & indulgentiam prouocant: lachrymæ sunt, q̃ cœlum pulsantes, crimina delent & conscientiam degrauant. Sonant in ore pœnitentiæ uerba, & mouent in pectore pietatis ueniam. Et impletur caput aqua, tumescunt oculi, rigantur genæ, decurrũt riuuli, & deus indulgentiæ mẽtem exhilarat. Lachrymæ sunt, q̃ reconciliant deo, à peccatis redimũt animã, & sanãt languores eius. Sordentem animæ uestẽ lachrymæ lauant, & dant illi remissionis candorẽ. Nam sicut auceps auium, aut uisco, aut reti in grano aliquo captũ tenet passerem, & manu sua subtilissimo funiculo ligatũ retinet, & quasi dimittens laxũ de manu sua, dans ei liberã uolandi potestatẽ: at ille auidus ad uolãdũ, euasumq; se putãs, alacer altiora appetit: sed iste summũ funiculũ tenẽs, restringit eum cũ uolauerit, & ad se trahit ab spe uolandi & uiuendi deceptũ. Ita & diabolus uersutus uenator, & per spiritũ præsumptionis laqueo suo deceptum implicat hoiem: qui semel hæserit, uult quidem
H ab eo euelli, sed uinculum uelox uenator tenens, reuocat captũ semel in laqueo, & reuolutũ premit. Et quidem uinculũ ipsum fluxum est, ac facilè potest dirũpi: sed desidia nostra, & dilatio diurna, facit ut robustum fiat, & nõ citò rumpatur. Quicquid enim durum, aut rigidũ obiicit, uigilantia uincitur, & pœnitudine propulsatur, orationibus mollitur, fletibusq; resoluitur. Nã ubi præsumptionis spiritus imperat, ibi exclusa pœnitudine, sola peccati arbor fructibus suis exuberat. Et hæc est arbor, in qua deceptus protoplastus in mortẽ defluxit. Sed restat lignũ uitæ in paradiso dei repositũ, quod nunc per pniam recepit homo. O homo recurre ad arborẽ uitæ. Quid tardas manducare sanctus, eius ut maneas in æternum? Quid times pniam? Nihil tam durum quod non deleat: nũc cũ gustaueris, tunc persentis quoniã suauis est odor eius in naribus, & sapor in faucibus. Pœnitentię sapor est ieiunium pro peccato. Quando perfectã uerè arripueris abstinentiam, & cõpellentis gastrimargiæ cupiditatem superas continendo, pœnitudo est. Quando persuadentis gulæ libidinem, uinum potãdo uincis,
I & iam eo q̃ parcissimè uteris, pœnitudo est. Quando te somnus premit, & uincis eũ, & uigilas propter deũ, pœnitentia est. Quando esurienti fœneras pretiũ uitę est, uestire nudum, pascere peregrinũ, & cũ indigentibus mensæ habere consortiũ. Scriptũ est enim, Quoniam eleemosyna à morte liberat, si nõ habet huius uituperationis meritum: quia eleemosyna cũ iniquitate acquisita, abominatio est corã deo. Illa est pretiũ perpetuæ uitæ. Si oraueris, & ieiunaueris, & eleemosynam iustè feceris, complesti pretium, redemisti peccata tua, remissa sũt crimina, reparata est uita tua. Duo æra minuta mulier uidua misit in arcam dei, & prælata est opulentis. Et qd de duobus minutis dico, quãdo calix aquæ frigidæ porrectus non uacat à pretio uitæ? Ergo non expauescas pœnitentiam, sed esto in processu eius promptior, in opere paratior, in amore propensior. Risum fuge, linguam contine, mores cõpone, uitia uince, uirtutem dilige, sanctitatem sequere, promissa malè loquẽtium damna, & plena est pœnitentia tua, atque perfecta, & promerebitur indulgentiam: præstante ipso domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorũ, Amen.

Tob. 12. b

Luc. 21. a

Mat. 10. d

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de pœnitentia & confessione.

K

Bsecro, flagito, supplico, ut hic peccata nostra deploremus & lugeamus, doleamus ob
o peccata nostra, nec erit qd illic terreat: mordeant nos hic uerba, & nõ lãcinabit nos illic uermis uenenosus: urat nos hic increpatio, & nõ uret nos illic gehenna ignis. Consentaneũ erit, ut qui hic lugẽt, illic consolationẽ accipiant: qui uerò hic rident & deliciantur, & in peccatis iacent, necesse oino ut illic uideant lugentes, & plorantes, & dentibus frendentes. Non meus hic sermo est, sed eius qui iudicaturus est nos. Beati, inquit, lugentes, quoniã ipsi consolationẽ accipient. Væ uobis qui ridetis, quoniam plorabitis. Mat. 5. b Luc. 6. b Quantò nunc melius tẽporalem cõpunctionẽ, & breuem luctũ mutare bonis, & uoluptatibus finẽ nõ habentibus, q̃ post breuem & momentaneam uitã hic ridentes abire illuc perpetuò puniendos? Sed confunderis & erubescis peccata tua effari. Atqui oportebat maximè ẽt apud homines ea dicere, & inuulgare. Cõfusio enim est peccare, non est cõfusio confiteri pec-
L cata. Nunc aũt neq; necessarium præsentibus testibus confiteri: cogitatione fiat delictorũ exquisitio, absq; teste sit hoc iudiciũ. Solus te deus confitentẽ uideat. Deus qui nõ exprobrat peccata tua, sed soluit peccata propter confusionẽ. Nunquid & sic grauaris & retrocedis? Verũ & ego scio, quòd conscientia nõ sustinet sua delicta. Nã si ueniamus solũ in memoriã delictorum nostrorũ, sicut pullus equi indomitus, & infrænis insolescit mens: sed coërce, refræna, demulce manu, cicura teipsum, persuasum habe, quòd nisi qs nunc confiteatur, oino illic confitebitur, ubi maior pœna, ubi amplior traductio. Hic absq; teste iudiciũ, & tu qui peccasti cõdemnas: illic aũt in mediũ ubi totius orbis theatrũ producentur oia, nisi prius hic detegamus ea. Confunderis cõfiteri peccata, confundaris admittendo. Nos aũt quando ea agimus frequenter, & impudenter audemus: quando autẽ confiteri oportet, tunc cõfundimur, & grauamur. Oportebat cũ alacritate hæc facere. Non.n. cõfusio accusare sua peccata, sed iustitia & uirtus. Nã si nõ esset uirtus, nõ illi mercedem posuisset deus. Habet enim mercedem M cõfessio. Audi quid dicit? Dic tu prior peccata tua, ut Esa. 43. d iustificeris. Quis cõfunditur de opere à quo fit iustus? Quis confunditur confiteri peccata, ut soluat peccata? Num propter hoc iubet confiteri te, ut puniat? nõ ut puniat, sed ignoscat. Nã in externis iudicijs post cõfessionem, pœna: Idcirco & Psaltes istuc ipsum suspicans, ne quis ueritus pœnam post confessionẽ neget peccata, dicit: Confitemini domino, quoniã bonus Psa. 117. a quoniã in seculũ misericordia eius. Num ignorat peccata tua deus, si tu nõ confitearis? Quænam utilitas tua, etiamsi nõ confitearis? Num potes latere deum? Etiãsi non dicas illa, ipse nouit: sia aũt tu dicis, ille obliuiscitur. Ecce ego sum deus, q deleo iniquitates tuas, Esa. 43. d & nunq̃ memorabor. Vides? ego nunq̃ memorabor, inquit. Hoc misericordiæ fuerit, tu aũt memor esto, ut emendationis capias argumentũ. Hæc ut audiuit Paulus, quòd deus peccatorũ non sit memor, ipse cõtinuò memor fuit, sic dicens: Non sum dignus, q uo- 1. Co. 15. b cer Apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiam, & Christus Iesus uenit in mundũ, ut saluet peccatores, 1. Tim 1. quorũ ego sum primus. Condonata fuerãt peccata à d deo, sed memoria peccatorũ condonatorũ non euanuit apud Paulũ. Et ea quæ dominus deleuit, illa ipse
A Esa. 43. d inuulgauit. Audiuerat.n. prophetã dicentẽ, Ego non Act. 9. c memorabor, tu aũt memor esto. Deus uas benedictionis eũ uocabat, & ipse primum se peccatorũ uocat. nõ oblitus peccatorum sibi condonatorum: cogita quõ beneficiorũ dei memor fuerit. Et quid dico, quòd non cõfundit peccatorum memoria? nõ ita claros nos reddit bonorũ operum memoria, sicut memoria peccatorum: immo nos bonorũ operum memoria non solũ claros nõ facit, sed & confusione replet, & condẽnabiles efficit. Peccatorum aũt memoria implet nos fiducia, iustitiaq; multa. Quis hoc di-
Luc. 18. c cit? Pharisæus & publicanus. Nã hic dictis peccatis, rediit domũ iustificatus: ille aũt dictis bonis operibus, descendit factus publicano inferior. Vides quantum damnũ sit, meminisse operũ, quanta utilitas nõ obliuisci peccatorum? Et ualde meritò. Nã qui bona opera cõmemorat, artogãs efficitur, hominesq; alios cõtemnit, id quod & pharisæo accidit. Non.n. in tãtam arrogantiam uenisset, si nõ dixisset ut cæteri hoies, si
B non cõmemorasset ieiunia sua & decimas. Peccatorum aũt memoria mentẽ humiliat, & humiliter sapere facit, & per humilitatẽ conciliat ei gratiã dei. Audi saltem, quo Chr.stus præcipit nos obliuioni tradere
Ibid. 17. c bona opera: Quãdo hæc omnia feceritis, dicite, quoniam inutiles serui sumus. Ego te non facio inutilem: tu aũt si confessus fueris uilitatẽ tuam, ego te illustrẽ faciam, & coronabo. Vides per quot nobis demonstratũ est, quantũ lucri nobis ex peccatorũ accrescat memoria? Et è diuerso quoq; pœna quidem nobis à peccatorũ obliuione: utilitas aũt, si bonorum operũ nostrorũ obliuiscamur. Vis & aliunde discere, quòd maximũ bonum opus sit meminisse peccatorũ? audi beatũ Iob. Sicut.n. de alijs gloriabatur, ita & de con-
Ibid. 13. d fessione peccatorũ, sic dicens: Si aũt & peccans sponte declinabam multitudinẽ populi mei, ut ne annunciarem peccatà mea. Quod aũt dicit, hũc sensum habet: Nunq̃ me societas conseruorũ ad pudorem duxit. Quæ enim utilitas ex ignorãtia hominũ, si iudex sciat omnia? Quòd aũt damnum, si homines sciant delicta, quando ille absoluere uult à pœna, licet oẽs condemnent, iudex tamen liberũ pronunciet? Nulla
C mihi ratio est calculi illorũ: & si oẽs absoluant, & admirentur, ille aũt me cõdemnet, nulla ẽt mihi ex illorum iudicio utilitas. Vbiq; enim ad illũ spectare oportet, & idem facere in peccatis, quod in pecuniarũ sumptibus. Statim cũ surreximus à lecto, priusquam nos conferamus in forũ, uel priusquã aggrediamur opus aliquod, uel priuatũ uel publicum, uocato ministro rationem sumptuũ petimus, ut sciamus quidnã malè, uel quid bene expẽderit: & si uiderimus parũ quiddam desiderari, oibus modis recogitamus accessionum occasionem, ne inuiti perdamus. Faciamus igitur hoc & in operibus nostris uocata conscientia nostra. Faciamus similiter rationẽ uerborum, operum, cogitationum, & scrutemur quid utiliter insumptum sit, & quid in perniciem nostrã: quis sermo malè expẽsus in conuicia, in sales, in turpiloquia: quæ concupiscentia oculum in intemperantiam prouocarit, quæ cogitatio cum damno nostro in opus prodierit, uel per manus, uel per linguam, uel per cogitationes ipsas. Operam demus, ut ab intempestiuo sumptu absistamus, pro semel malè insumptis aliud reponamus lucrũ: pro uerbis temerè prolatis, sanctas preces: pro uisu intẽperatè facto, eleemosynas & ieiunia. Quòd si intempestiuè insumpturi sumus, nullũq; nobis uel D
Esa. 43. d reposuerimus, uel thesaurizauerimus bonũ, in extremam redacti inopiam, soluemus pœnam, immortali igni nos iniicientes. Igitur seruorum manè rationẽ facere consueuimus, operũ aũt post cœnam & uesperã ipsam in lecto iacentes, nullo interturbãte, nullo obstrepente, omniũ eorum q̃ per diem facta & dicta rationes à nobis exigamus: & si uiderimus quid peccatum esse, puniamus nosipsos, increpemus mẽtem & conscientiã, compungamus rationem tãto impetu, ut nõ audeat ultra exurgere, & in idem peccatorum profundũ nos inducere, memores uespertinæ plagę. & quod tẽpus hoc huic rationi accõmodatius, audi prophetã dicentem: Quæ dicitis in cordibus uestris, Psa. 4. b in cubilibus uestris cõpungimini. Multa per diem nõ ut uolumus facimus, & amici exacerbant, & familiares exasperant, & uxor cõtristat, & puer dolet, & solicitudo negotiorũ, tum priuatorũ, tum publicorũ circunsistit, & nõ possumus tunc attẽdere, neq; quo supplãtamur. Omnibus aũt illis liberati, & apud nos collecti, sub uespera multaq; fruentes quiete, iudiciũ in
E lecto requiramus, ut deum per tale iudiciũ misericordem faciamus. Quòd si quotidie peccauerimus, & animã nostram cõtuderimus, nunq̃ aũt sensserimus, sicut continuò uulnera accipientes & desipientes, febrim, mortemq; sibi accersunt: ita utiq; & nos ineuitabile nobis suppliciũ continua sensus carentia attrahimus. Scio quòd grauia quæ dicta sunt, sed multũ habent lucri. Mansuetũ habemus dominũ, solũ occasionem arripere uult, & mox oẽm præ se fert misericordiam. Nam ne peccantes & inulti manentes nos efficeremur deteriores, non remisit nobis suppliciũ, sed uidit hoc manifestè, quòd peccatis ipsis non minus damnosum sit nõ puniri: pp hoc imponit pœnã, non exigens supplicium de peccatis, sed ad futura nos corrigẽs. Et ut discas, quòd hoc sit uerũ, audi quid dicat ad Mosen: Dimitte me, & iratus delebo eos. Dimitte Exo. 32. e me, non quòd Moses eum retinuerit, neq; enim locutus erat ad eum, sed silenter adstabat sua pro illis oratione: non aũt supplicationem ei dare uolebat, quoniã illi digna supplicijs cõmiserant, supplicijsq; ineuitabilibus. Punire aũt uolebat, sed misericorditer: id qd eos segniores reddebat. Vtraq; aũt fecit, & ut pœnam
F non inferret, neq; illos faceret ignauiores pœna non irrogata. Dicebãt enim, quòd nõ suo merito, sed Mosis patrocinio iram dominicã effugerint. Hæc & nos sæpe facimus, & famulos qui peccauerũt dignos supplicijs nolentes punire, neq; à supplicij metu liberari, amicos iubemus ut illos è nostris eripiant manibus, atq; ut ita timor illorũ in eis crescat, & nostra fessugiãt uerbera. Hoc & deus fecit. Et quòd hoc sit uerũ, ex ipsis uerbis manifestũ est. Dimitte me, inquit, & irascar. Etenim nullus remittit, qui punire uult: tũc enim irascimur. Ipse autem dicit, dimitte me & irascar: ut scias quòd ira in deo non sit affectio, sed pœna in nos eo uocabulo nominetur. Quãdo igitur audis Mosen di- Exo. 32. g centem: Si quidem dimittis peccatũ, dimitte: præseruo dominũ obstupesce, quod ipse sibiipsi misericordiæ occasiones quærit. Non hic aũt solum hoc fecit, sed & ad Hieremiam, & ad Ezechielem idem. h. d Circuite & uidete in uijs Hierusalem, num sit qui faciat Hier. 5. a iudicium & iustitiam, & misericors ero eis. Vidisti misericordiam? Multi etiam impij unius uirtute simul fruuntur. Multorum autem malitia, quanuis unus sit qui rectè agat in medio magni populi, non ruit.

G Sed unus quidem homo rectè uiuens. populum, integrum eripere potest ab ira dei. Ciuitas autẽ integra, peruersaq; in suã pœnam & suppliciũ attrahere bene
Gen. 7. a uiuentẽ, & deiicere non potest. Et hoc de Noë manifestum. Pereuntibus enim oĩbus solus seruatus est. Et de Mose clarum est. Solus enim potuit tanto populo impetrare ueniã. Mihi aũt aliud maius est indiciũ diuinę misericordię qđ dicam. Cum enim non inuenit homines uiuos, & fiducia prędítos, qui peccarunt intercedendo ueniam obtinere, cõfugit ad defunctos, & per illos inquit, se remissurũ peccata: quemadmodum Ezechię dicit, Protegam ciuitatẽ hanc propter
4. Re. 19. & Esa. 37. me, & propter Dauid puerũ meũ. Olim. n. mortuus erat Dauid. Hęc igitur omnia cũ sciamus, quòd oĩa mouet & causetur deus, ut nos à pœna & supplicio liberare possit, multas ei prębeamus occasiones, confitendo, pœnitendo, lachrymando, precando, proximis iram dimittendo, pauperibus subueniendo, in orationibus simus sobrij, humilitatẽ animi exhibeamus peccata nostra continuò memoremus. Non. n. sufficit dicere, peccator sum: sed operæpretium est &
H speciatim peccatorum & delictorum reminisci. Sicut ignis qui in spinas inciderit. facilè ipsas absumit: ita & cogitatio quæ continua in seipsa omnia uersat peccata, quæ à iuuentute fecit usq; ad senectutem, ea exuit. Deus aũt q transcẽdit iniquitates, & delet iniustitias, etiam à peccatis nos liberet, & regno cœlorũ dignos faciat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium in secula, Amen.

[De confessione peccati uide tomo primo fol. 161. Fillic de ea pulcher est sermo. quãuis breuis: qui, ut mihi uidetur, aptius hoc in loco poneretur, sed nobis imposuit inscriptio: quã solum citat, non autem explicat.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI
EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE COMPVNctione cordis Liber primus.
Incerto interprete.

I DVM te intueor beate Demetri frequenter insistentem mihi, & omni à me cum uehementia exigentem de cordis compunctione sermonem, admiror ualde, & beatam iudico synceritatem mẽtis tuæ, atque animi puritatem. Neque enim possibile est cuiquam in huiusce modi sermonis uenire desiderium, nisi ei qui semetipsum prius purgauerit à uitijs atque omnibus secularibus curis superiorem sese, celsiorémque constituerit. Cuius rei indicium haud difficulter assumitur, inde pręcipuè, quòd si quos fortè amor horum exigua ex parte saltem contigerit, tanta in eis repẽtè efficitur cõmutatio, ut confestim terrena relinquere, atque ad cœlum properare contendant: & uelut molestissimis quibusdam uinculis, seculi scilicet curis animam resoluentes, uolatu celeri ad propria redire eam sinant, & ad cognita recurrere. Sed hoc alijs rarò fortè accidit: te aũt, ò uenerabile caput, certũ est indesinenter hoc igne succendi. Testantur enim de his diurna studia tua, noctesq; peruigiles, lachrymarũ fontes, & amor quietis, silentijsq; desiderium, non solũ iugiter perma-

K nens in animis tuis, sed & semper increscens. Quid ergo tibi amplius addere poterit nostri sermonis oratio? Nam & hoc ipsum quòd cũ ad summum iam uirtutum uerticem perueneris, tamen cum his temetipsum reputas, qui adhuc humi repunt, & uolantẽ prosectibus animam lapideam uocas, ita ut frequenter tenens dexteram meam, & deosculans cum lachrymis conteras, & emollias durum, & excæcatum cor meum, Quantæ te religionis esse ducam, quantumq; in te existimem diuini ignis ardorem? Et si quidẽ dormientes nos cupiens excitare, ad istud opus ascire, ac pertrahere uoluisti: consilium sapiens & mirabile tuũ miror, & amplector prudentiam tuam. Si uerò aliqd tibi ueræ ex hoc utilitatis conferendum putasti, & in hoc nihilominus etiam docuisti nos requirere, quid magis nobis quàm tibi desit. Veruntamen quoquo modo id tibi uisum est parebimus, uel propter timorem & mãdatum dei, nequid poscenti negare uideamur: uel propter amorem tuum, quem erga nos plurimum geris. Tu tamen nos pro his adinuicem orationibus remunera, ut & uitam nostram possimus rectam seruare de reliquo, & in opere pręsenti dignum
L aliquid dicere, quod possit remissa & dissoluta genua constringere, & animas humi iacentes erigere. Vnde ergo nobis, unde uerbi huius sumetur exordium? Et quæ ei prima fundamenta, quæ ei crepido ponetur? Ego nõ alia puto huic digna esse fundamenta & principia, nisi uerba domini nostri Iesu Christi, quibus luget quidem ridentes, beatos autem dicit lugentes. Ita enim ait in euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi Mat. 5. d
consolabunturi: &, Væ his qui rident nunc, quoniam Luc. 6. d
ipsi mœrebunt & flebunt. Et meritò: lugẽdum enim est, & uerè lugendum prædentis uitæ tempus, in quo tantam malorum labem, tantaq; quotidie uidemus flagitia cumulari: quæ si uelis considerare per singula, nũquam poteris à lachrymis temperare. Sic enim omnia confusa, sic sunt cuncta resoluta, ut ne uestigium quidẽ uirtutis unquam uideas: nequitia uerò & luxuria repleta esse cũcta perspicias: & quod est infelicius, perurgentium nos malorum iam nec ipsi sensum capimus, nec alijs prębemus, nec alios monemus: sed sumus uelut corpus extrinsecus quidem indumentis adornatum, intrinsecus uerò tabe pessimi
M languoris absumptũ: & contingit nobis quod illis solet accidere, qui uel phrenesim patiuntur, uel mente capti sunt, à quibus cũ multa turpia & periculosa uel dicantur, uel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt: quinimmo & magnifici sibi, ac sapientiores sanis uidentur & sapientibus. Ita ergo & nos, cũ omnia quæ sanitati contraria sunt geramus, nec hoc ipsum quidem quod deest nobis sanitatem nominamus. At enim si fortè in corpore parum aliquid morbi pulsauerit, statim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obseruantia qđ competit gerimus: nec prius cessatur, q̃ quæ molesta sunt, mitigentur. Anima uerò cũ quoti die uulneretur, cũ per singula lanietur, uratur, præcipitetur, & modis oĩbus pereat, ne parua quidẽ pro ea nos cura solicitat. Sed horum omnium causa illa est, quòd oẽs pariter hic morbus obtinuit: & tanq; si accidat, multis sub uno morbo languentibus pręstò esse neminem sanum, certũ est quòd oẽs pariter corrumpat, & absumat incuria, dum nemo est qui uel opportuna præbeat, & importuna prohibeat: ita & i nobis dum nemo sanus est, sed omnes languemus, alij maiote,

A iore, alij minore ex parte, nemo est q curet: oẽs enim indigent cura. Etenim si quis extrinsecus undecunq; adesset, & præceptorũ Christi, ac nostræ conuersationis cõfusionẽ, ac perturbationẽ uideret: nescio si alios magis ullos q̃ nos inimicos esse, & contrarios præceptorũ Christi iudicaret: & quasi qui studiũ quoddã habuerimus, cõtraria in oĩbus gerere q̃ ille mãdauit. Sed nequis fortè putat exaggerationis causa à nobis hæc uerba proferri, probamenta iam nunc adhibeo, nõ aliunde q̃ ex ipsis Christi mandatis. Quid. n. dicit
Exo. 20. e & Deut. 5. b. & Mat. 5. c Christus? Dictũ est antiquis, Non occides: ego aũt dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo, thaca, reus erit cõcilio: qui aũt dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Hæc quidẽ Christus, nos aũt plus q̃ increduli & infideles calcamus hanc legem, & quotidie inumeris iniurijs fratres nostros afficimꝰ: quódque magis ridiculũ sit, nomen ipsum fatuum dicere obseruantes, multò acerbiores, q̃ ex hoc noie uidentur cõferri, irrogamus iniurias, quasi uerè ille solus sermo sit, cui pœna deputata est, & non huius sermonis
B indicio, omne dictũ quod ad iniuriã pertinet, resecetur. Denicq; Apostolus Paulus hunc eundẽ sensum la-
1. Co. 6. b tius explicãs, ait: Nolite seduci, quoniã neq; fornicarii, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. In quo ostendit, quia sub generalibꝰ nominibus uitiorũ, multæ species peccatorũ pariter concluduntur: & siue fatuum quis dixerit, siue uanũ, siue latronẽ, siue quolibet alio noie iniuriam, uel maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horũ uocabulo sub maledicti titulo, gehennæ ignis supplicio cõdemnabitur. Fatue. n. & racha quod ait, hoc est qd ostendit, quia ne leue quidẽ, & minimũ in fratrem collatũ conuicium relaxabitur: atq; ob id de leuioribus sentẽtiam dedit Christus, ut de grauioribus dubitare non debeas. Quòd si quis existimat, sicut ego quidẽ noui nonnullos putare, terroris causã ẽt in paruis exaggerari minas præcepti: supereſt ut de cæteris oĩbus mãdatis, quorũ præuaricatoribus pœna adscribitur, similia sentiant. Quòd si terroris causa, & non pro ueri
C tate supplicia promittuntur, cõsequens erit etiam, ut bonorũ pollicitationes adhortãdi tantũmodo, & nõ ueritatis gratia promittantur. Et si ita de utraq; parte sentiamus, resoluta sunt oĩa religionis nostrę dogmata, si nihil aliud in oĩbus mandatis ac præceptis diuinitus datis agi dicitur, nisi ut haud honorũ uana spes homines, aut pœna terror inanis astringat. Sed dicis, quid ergo? Maledicus cũ adultero, & auaro, & idola colente damnabitur? Si eandẽ quidem pœnã luent, nec qualitate, nec quantitate diuersam alterius est requirere tẽporis. Quòd aũt à regno cœlorũ similiter arcebuntur, Paulo crede per spiritũ dei loquenti, cui
2. Cor. 13. oẽs uerè credere debemus, dicenti Christum in se loqui. Diabolica uerò illa deceptio est, qua hęc ad terrorem dicit hominibꝰ scripta, ut resoluat diuini iudicij, ac futuri supplicij metũ, & remissiores nos erga obedientiam reddat, & custodiam mandatorũ dei. Ob hoc enim tales diabolus suggerit sensus, & intelligentias hmõi ignauas animas docet, ut prędentis interim temporis resoluat uigorem, arguendas sine dubio in die iudicij, ubi iam pœnitẽtia nihil proderit. Quid. n. utilitatis erit huic, qui nunc seducitur, si tunc intellexerit errorem suum, cũ pœnitendi iam non erit tempus? Nõ ergo inaniter decipiamus nosmetipsos, neq; D
circunscribamur in perniciem nostri, neq; aliam nobis pœnam increditatis crimine conquiramus. Nõ solũ enim si inobedientes simus mãdatis Christi, sed & si increduli existamus, supplicia nos manebũt. Nõ credere aũt ex eo accidit, cũ resoluimur ad explenda mandata, & ne fortè rei uideamur cõtemptus, & conscientiæ pondere prægrauemur ad abiiciendum præuaricationis metum, alijs nosmetipsos prauæ intelligentiæ laqueis irretimus, & desperantes de innocentia legũ pœnas putamus posse cõuelli, ut sæpe homines ægri cũ multis febribus agũtur, si in aquas semet ipsos frigidas immerserint, ad præsens quidem aliqd uidentur sibi quæsisse solatij, multiplicatas uerò corpori suo fiãmas febrium reparant: ita & nos agimus, cũ stimulamur conscientia peccatorũ, & in herebum nos, uel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. Ex hoc enim iam necessario quasi licitè peccamus, & non solum prędentibus irascimur fratribus, ue rumetiam cum absentibus litigamus. Sic enim quasi per licentiam feritas increscit. Et maiores quidem nostros, ac potentiores, etiamsi iniurijs nos & contume E
liis agant, ferimus: & cũ mansuetudine & subiectione portamus, uerentes nequid ab eis grauius patiamur. Erga æquales uerò uel inferiores interdũ, nec læsi cõmouemur & irascimur, intantum humanus metus ti mori dei præponitur. Et quæ tandẽ spes erit nobis salutis, tantũ defectum, tantumq; contemptũ gerentibus in mandatis diuinis? Dic tamen mihi, quid graue à nobis exigit Christus, aut quid oneroſum? Noli, in- Mat. 5. c
quit, irasci fratri tuo sine causa. Nõnne hoc multò leuius est, q̃ si tu alium feras irascentem tibi sine causa? Ibi enim iam ab alio congregata est iracundiæ materia, hic uerò qui arguat nullus est, si nõ ipse tibi flammas succendas iracundiæ. Nunquid simile est ab alio tibi ingestam faciem iracundiæ tolerare, nec succẽdi, & nullo instigãte quiescere & silere? Illud ferre posse, hoc est alterius iracundiam, summæ philosophię est: ut aũt tu non inflammeris frustra ad iracundiã. Laus quidẽ nulla est, quòd non irasceris sine causa: si uerò irasceris inaniter, hoc est sine causa, summæ uanitatis ac stultitię nota est. Cũ uerò, quod maius est, propter timorem hominũ feras, propter timorẽ dei nec mini F
mum quidem & exiguum patieris. Et est qui in hmõi cõmissis semetipsum nõ statuat reum, aut iudicio diuino nõ decernat obnoxium. Noli, inquit, irasci fratri Gala. 3. d
tuo sine causa. Omnem hominem fratrẽ tuum iudica. In Christo enim neq; Iudæus, neq; Græcus, neque seruus, neq; liber, neq; masculus, neq; fœmina, sed omnes unũ sumus in Christo. Propter quod nec ergamulos quidẽ præceptum istud negligendũ est. Sine causa enim nec contra ipsos quidem debemus irasci: quia & illi à Christo simili ut tu libertate donati sunt. Vide ergo iam quis erit ímunis ab hac culpa: aut quis est, qui non dicatur penitus alienus, seu qui rarò saltẽ non decipiatur hoc uitio? Et quando ad illud ueniet, ut oĩno nunq; in hoc incurrat? Hoc nanq; sermo institutionis exposcit. Sicut enim qui furẽ nõ uult dici, nunquam omnino furatur: neq; adulteratur, ne fortè etiã ex uno adulterio adulter nominetur: Ita & maledicus tanquam ab adulterio refrænare debet à contumelia linguam suã, ne ẽt eum pro uno lapsu maledicum faciat, & iniurioſum. Illud aũt quod in consequẽtibus habetur, quis non infidelium etiam fabuloſum iudicet, cùm tamen æterna dei uoce sancitum sit,

Universidad de Bibliotecas

G Ait enim: Si offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuū. At nos pugnas habentes adinuicem, & dolos in corde uersantes accedimus ad altare dei: & cū deus tantā curam reconciliationis nostræ habeat, ut patia tur munera sua relinqui, & ante altare imperfecta ma nere, atq; interrumpi ministeria sua, donec tu eas, & resoluas iracundiam tuā, & discindas inimicitias cum fratre tuo: nos uerò ne hoc ipsum erubescimus, sed p dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus si cut funē longum discordias. Non enim iracundos tantū, & malitiæ memores punit deus, sed & eos qui irascentes, aut offensos fratres negligunt & contemnunt: quoniā quidem hi qui pasi uidentur iniuriam, necessario dolent & irascuntur: qui uerò fecerunt, nec doloris aliquid, nec iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber est, adducit ad illū qui læ sus est, qui in dolore est, & liber nō est: ostendēs quia criminis huius noxa penes hunc magis est, qui causas H peccati dedit. Sed ne sic quidem emendamur. Persisti mus enim etiā pro nullis rebus contristare fratres, & quasi nihil mali fecerimus, satisfactionē negligimus, & obliuioni tradimus culpā, atq; inimicitias in tēpus longum protrahimus, ignorantes quòd tantū longa nobis erit pœna, quantū & discordia. Vbi enim amicitia permanet, nihil facilè creditur, nihil facilè recipitur quod disidium operari possit. Si uerò inimicitiæ semel occupauerint animos, omnia q̄ fiunt, quæ dicū tur, quę audiuntur: ita accipiuntur, & ita intelligūtur, ut ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim b oni dicatur de inimico, nō creditur. Siqd uerò mali, hoc solū creditur, & confirmatur. Iubet er go dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, ut ex hoc discamus, quia si nec illo tē pore, quoad ministerium dei uidemur accedere recō ciliationē dissimulari, ac differri nō patitur deus: quātò magis curari hoc in alijs tēporibus iubet? Nos uerò imaginem quidem colimus præcepti, ueritatē uerò ipsam, uirtutemq; negligimus. Nam osculum pacis porrigere tpe quo munera offerūtur in usu est: sed ue reor ne fortè plures ex nobis labijs hoc tantūmodo I faciant, cū Christus pacē nō ex ore, sed ex corde desi deret, & affectu uelit proximum nō labijs salutari. Si enim pax nō habetur in corde, quasi in scena res agi uidetur & ludo: unde per hæc exacerbari deus credē dus est potius, q̄ placari. Puritas enim & ueritas est q̄ placent deo: respuit autem, & odit omne quod simu latur & fingitur. Et hæc agimus homines, quib⁹ neq; irasci, neque inimicos habere permittitur: aut si fortè irasci accidat, mandatur ut sub die iracūdias nostras, uel inimicitias finiamus. In hoc enim constringimur præcepto illo quo ait: Sol nō occidat super iracundiā Ephe.4.f uestram. Nos è contra, ne hoc quidē contenti sumus, ut iracundiam ultra Solis terminū producamus, sed insidias inuicē struimus, siue & uerbis, siue rebus sup plantare proximos cupientes, mordentes inuicem & comedentes: quod utiq; apertæ insaniæ est. Quid. n. aliud faciunt insani, & dæmone pleni, nisi mēbra sua morsibus laniant? Iam uerò nec faciunus mentionem eorū, quæ de aduersario præcipiuntur, uel de cōcupi scentia illicita, uel de uisione oculorū. Oculus enim dexter, & manus dextera non aliud indicant, nisi eos qui nos amant quidē, sed inutiliter amant. Sed & quę de nō relinquendis uxoribus præcipiuntur, quasi nec K mandata, nec scripta sint contenuntur. Nā de non iu rando erubesco proferre in mediū, non solū propter iuramenta, sed & pp periuria. Si enim uerè iurare crimen est, & præuaricatio mandati: periuriū ubi ponemus? Si, inquā, supra quam est, & nō quicquid fuerit à malo est: supra hæc iam q̄ proferuntur, à quo erūt? Post hæc, si quis, air, te percusserit in dexterā maxillā, Mat.5.f. & Luca conuerte ei & alterā: & uolenti tecum in iudicio con- 6.d. tendere, & auferre tibi tunicam tuā, proīce ei & pallium: & si quis te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo millia: & petenti te da, & uolenti mutuari à te, ne auertaris ab eo. Ad hæc quid dicemus? pro singulis. n. his lachrymæ tantummodo proferendæ sunt, & cōfusio habēda est. Apertè. n. contra hæc oia militamus. Ad iudicia enim & rixas, ac bella consurgi mus. Pati aūt aliquid ex his quæ scripta sunt, ac ferre toleranter: neq; in uerbis, neq; in rebus amplectimur. Sed & si in aliquo uel leuiter saltem pulsemur, contiuò uelut feræ bestiæ insurgimus. Quòd si proferas mihi aliquos, qui fortè cōtempserint censum suū, & pauperibus largiti sunt: post hęc uerò despecti pro pe L nuria, multa pasi sint mala: & quasi nec mādata, nec scripta sint hæc, cōtendunt, paucos & ualde raros ta les inuenies. Quod & si ostenderis aliquē, nō tamen talē, qualem euangelij sermo describit, philosophum demonstrabis. Hic. n. euangelicus philosophus, non is tantū qui sponte dederit, describitur: lætus nanq; est, & exultat qui sponte largitur, sed inuitus & iniustè di reptus sit, & cōstanter toleret ac patienter. Et quid di co, toleret patienter? Amplius aliqd & excelsius Chri sti sermo cōponit, Magnū nescio quid, & immensum est, quo sublimare animas uoluit, quas ad perfectiōis culmen inuitat. Non solū, inquit, iniuriam patiens, ni hil iracundię moueas aduersus eū, qui iniuriam facit: & non solū pro his quæ abstulit nō indigneris, sed & siquid tibi fortè subrelictū est, id sponte largire ei, qui abstulit totū. Cū enim is, qui ad diripiēda q̄ tua sunt, iniquo spiritu succensus aduenit, si te prolixiorem sre perit in largiendo, q̄ ille uenerat in diripiendo: quāuis ſproniorē sit ille ferus, quanuis immanis & barbarus, erubescet bonitatē tuam, mitigabitur à furore, resipiscet continuò, ac facti pigebit: & suum quidem peccatū abhor M rescet, tui uerò uirtutem animi mirabitur, & amabit. Sed hunc ego ubi nunc inuenio? Cuius aūt talem ui tam mirabor? Cuius aūt tales actus reperiam? solùm scriptum fortassis hoc legere in diuinis libris potero: geri aūt, uel operibus impleri nescio si uidebo. Nolo enim nunc mihi aliquem proferas passum iniuriā, pa tienter tulisse. Hoc enim potest fieri, & pro eo fortas sis, quia uicem reddere qui passus est, ac similia refere re non potuit: aut etsi potuit, tempus fortasse nō ha buit: aut etsi tempus fortasse non habuit, aut si tēpo ris fuit, & per omnia potuit, sed propter dei timorem non fecit: & si continuit, demus ei patientiæ palmā. Nunquid nam & hoc facere potuit, ut cupiditatem nocentis nō expleret solū, sed etiam superaret: & plus cederet, q̄ expetebatur: ac uiolenter quæ sua sunt au ferenti, offeret etiam reliqua, & uoluntas etiam ea lar giretur, quæ iam cupiditas non quærebat. Amplius aliquid adhuc, & eminentius Christi philosophus do cetur à Christo. Hunc, inquit, qui diripuerit quæ tua sunt, qui læserit, qui nocuerit, non solū donis largiori bus cumula, sed & dilige, & amicum habeto, & tota charitate constringe: intantum, inquit, ut ores pro

A eo, & deo preces pro anima eius fundas, quod utiq; indicium summæ & perfectæ dilectionis est. Verū ne iterum putes hæc cohortatoriè magis q̄ uerè dici, ēt necessariam huius dicti causam sermo diuinus exponit. Luc.6.c Ait nanq;: Si enim dilexeritis eos, qui uos diligūt, quæ uobis merces est? nōne & publicani id faciunt? & si salutaueritis eos qui uos salutant, quid amplius facietis? nōne & Gētiles hæc faciunt? Vides ergo quia uolens discipulos suos Christus præstantiores esse cę teris hominibus, idcirco hęc eos facere docuit. Sed & si nos nec his publicanis, nec Gētilibus efficimur me liores, nōne lugendi & plangendi sumus? Quinimmo tantum nobis deest, & intantū longè sumus à diligen dis inimicis, ut nec amicis quidem amoris uicem, cha ritatisq; reddamus: sed è contrario odio habeamus etiam diligentes. Cū enim æmulamur, & inuidemus bonis, & omnimodē uel in dictis, uel in factis existi mationes eorū, laudesq; obrui uolumus & obscura ri: quid aliud est, nisi summi odij, & extremæ inuidiæ indiciū? In quo utiq; non solū à Gentilibus & publica B nis nequaquā differimus, sed ēt multò inferiores exi- stimus. Christus enim nos orare pro calumniatoribꝰ Ibidem.d iubet, nos insidias & dolos etiam amicis concinna mus. Christus maledicentibus benedici iubet, nos è cōtrario, aut priores maledicimus, aut maledictis al terius multiplicata maledicta restituimus. Nōne tibi uidentur, ut dixi, omnibus contraria esse præceptis Christi, quæ gerimus: & magis pugnā esse nobis con tra eum, q̄ obedientiam? Nam uanæ gloriæ iactantiā, & superbiæ tyrānidem, quam ille quidem uerbis suis destruit, nos autem gestis nostris, & operibus ędifica mus, qualiter exponam? Cuius quidē à nobis uix illa & in orationibus, & in ieiuniis atq; eleemosynis præ feruntur, & cæteris oībus rebus, gestisq; nostris aptā tur: cuiq; uelut empta mancipia subiacemus, & cerui ces nostras omnibus eius ludibrijs subiugamus. Tan tus enim hominibus diuinorum præceptorum con temptus ineſt, ut etiā siquid facere uideantur ex man datis, nec hoc ipsum quidem deo qui mandauit im pendant, sed deceptioni, uanæ iactantiæ, & inani glo riæ quæ gesserunt consecrent: ita ut in utroq; modo pari damno feriantur, & cū facere uidentur quæ man C data sunt, & cū omnino non faciunt. sic ex omni par te hominum genus intra suos laqueos malignus in- nexuit. Quòd etsi quis potuerit ab istis se nexibꝰ exue re, cautiusq; & attentius, quæ mandata sunt adimple re: malum ingens superbia continuè subrepit, in qua est lapsus diaboli. Hæc enim angelum etiam deiecit, quantò magis hominem? Quam qui incurrerit, non solùm ea quæ consecutus est, sed & semetipsum pari ter perdet. Ego autem noui plurimos eorum præci puè, qui uideatur distribuere indigentibus pecunias suas, non solùm superbiæ, uel iactantiæ incurrisse la- ſlapsus. queos, ſ sed & uitiorum aliorum multorum. Nonnul li enim ob hoc largiūntur ut amentur, aut his certè quos amant, aut quorum personas erubescunt. Sed & alias his similes occasiones incurrunt, per quas nō iam mandato dei opus quod factum est assignatur, sed humanæ uoluntati. Cùm ergo tot mala, & talia sint quæ corrumpūt actus hominum, etiam bonos: quis hominum facilè saluari potest, qui in hæc incur- Mat. 6.b rit mla? Iam uerò id quod scriptum est: Dimitte no- bis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitori- bus nostris: quis nam est ex omnibus nobis, qui cū fiducia hæc audeant dicere deo? Quia etsi nihil mali faciamus inimicis & debitoribus nostris, habemus D tamen intra nos insanabile uulnus offensæ. Christus uerò non solùm uult nos ignoscere delinquentibus, sed ut etiam amemus eos, & oremus pro ipsis. Nam si tantummodo non lædas eum qui te læsit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum uideas: manet sine dubio uulnus in pectore, & dolor augescit in corde. Quod si ita est, nondum utiq; quod Christus man dauit, impletur. Nunquid tu ita uis tibi propitium fie ri deum, ut non quidem te lædat, auertat se tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te uidere nolit? Igitur qualem uis erga te esse deum, cùm delictorū ueniam poscis: talem te exhibere de bes his qui deliquerunt in te, sicut & sapientium qui- dam scribit, dicēs: Homo homini tenet iram, & à deo Eccl.28.a quærit sanitatem. Et si ipse erga hominem similem sibi non habet misericordiam, quomodo pro pecca tis suis exorat deum, cùm ipse caro sit, & teneat ira cundiam? quis repropitiabitur peccatis eius? Vellem silere iam, & hucusque progressus sinē imponere ser monibus meis: erubesco enim & confundor ultra procedere. Bellum nanque hoc quo impugnamus E mandata Christi, & inimicitias quas aduersus eum gerimus, magis ac magis prodit sermo procedens. Sed quid iterum proderit tacere, cùm rebus ipsis ar guamur etiam tacētes? Quomodo autem latebimus eum, qui nouit corda nostra, & iudicaturus est ea? Quid ergo dicam de mandato illo, quo iubemur nō Mat.6.c thesaurizare super terram? quod fortè quidem fa ciunt pauci, cæteri uerò quasi è contrario audierint præceptum, & quasi dictum sit ad eos: thesaurizate uobis omnimodo super terram: ita relinquentes cœ lum, adhæserunt terræ, & insaniunt erga pecunias cō gregandas, totoq; affectu deum quidem oderunt, di ligunt autem mammonam. Quod autem dictū est: Nolite cogitare de crastino, nec audire, ego scio ali- Ibidem.d quem nec omnino seruare, & propterea de hoc man dato dicere aliquid erubesco, sed cum confusione prætereo. Etenim oportebat nos quocunque pacto loquente Christo, & pronunciante non dubitare, sed credere. Nunc uerò etiam cùm & causas, & rationes adhibeat mandatorum suorum, atque exemplis ea ualidissimis muniat, ne sic quidem erubescimus. Pro- F pter hoc enim & auium quæ non arant, neque semi- Ibidem. nant, & liliorum quæ non nent, similitudines posuit, ut nemo dubitaret: & tamen nos sicut Gentes, aut fortè etiam desperabiliores Gentibus de his singulis cogitando consumimur: & cùm neque pro his orare iubeamur, nos omne studium erga hæc impendi- mus. Sed de hoc, ut dixi, mandato erubescens plura dicere prætereo: ad sequentia demum uenio, si for- tè alicubi solatium qualecunque mei pudoris inue- niam. Quid ergo sequitur post hæc? Nolite iudicare, Ibid.7.a inquit, ut non iudicemini. Ego solatium confusionis meæ inuenire credebam, sed augmenta nunc repe- ri. Si enim etiam nullum peccatum à nobis aliud fuis set admissum, pro hoc solo gehennæ nos tradi satis, abundeq; sufficeret. Quippe qui in aliorum delictis seueri & amarissimi iudices residemus, nostras autē trabes oculis infixas proprijs non uidemus: qui alie na etiam minima solicitè perscrutamur, & ad condē nandos cæteros omne uitæ nostræ tempus absumi- mus: à quo uitio neque seculi hominem, neque mo nachorum ullum facilè inuenies liberum. Et quidem cū tanta sit in hoc posita comminatio, diuina. n. sen

G tentia dicit: In quo iudicio iudicaueritis, etiam ipsi iu-
Mat.7.a dicabimini: & in qua mensura mẽsi fueritis, in eadem
remetietur uobis. Cùm ergo mali huius pœna quidem tanta sit posita, libido uero aut uoluptas, ut in
cæteris solet peccatis, ex hoc nulla sumatur: omnes ta
men festini ac præcipites huic se uitio subiugarunt,
tanquam si studium nobis scirent esse propositum,
quis ad hoc malum prior omnium peruenire t? Sic er-
go non per unam, sed per omnes, ut ita dicam, uias,
& per omnes aditus currimus, & festinamus præoc-
cupare gehennæ ignes: & non solùm pro his quæ la-
boris aliquid & continentiæ uidentur exigere proni
in ea ruimus, sed etiam pro iis quæ leuia sunt, & ne-
que necessitatis aliquid, neque illecebræ quicquã con
tinent aut uoluptatis, pari linea utrobique præuarica
tionis damnamur. Arguimur enim ex his facilibus &
leuibus, quòd etiam in illis quæ uidentur laborioſa
esse, propria ignauia desidiáque delinquimus. Nam,
dic mihi, quid laboris habet, ut non iudices aliũ, ne-
que peccata aliena discutias, neque condemnes pro-
ximum tuum? imo magis uero in discutiendo & per-
H quirendo aliena commissa labor est, & iudicare de al
terius mente summa difficultas. Quis uero hoc au-
diens credere aliquando possit, quòd cùm possimus
sine labore seruare mãdatum, laboramus & nitimur
ut præuaricemus? At si per otium & negligẽtiam pec
caremus, esset fortasse aliquid ueniæ his qui laborare
nequiuissent. Vbi uero laboratur ut peccetur, stu-
diumq; adhibetur, & contentio quatenus præterea-
tur mandatum: quis est qui pro hoc malo ueniã spe-
ret? Hoc enim est contendere aduersus eum, qui præ-
cepta dedit, & bellum legibus eius inferre: quia &
Mat.11.d uera ipse pronunciauit de præceptis suis, quòd nihil
in eis laboriosum sit, & nihil onerosum, dicẽs: Iugum
enim meum suaue est, & onus meum leue. Et nos è
contra grauia efficimus, quæ ille leuia constituit: &
quæ ille suauia promulgauit, nos facimus amara pec-
cãdo. Quòd si laboriosum aliquid esset in præceptis,
decenter & merito uirtutem labor comitaretur: præ-
mia enim proposita sunt post laborem. Nũc uero in-
felix anima ne hanc quidem reuerentiam diuinis le-
gibus dabit, ut saltem & quiescat, ne ad præuaricatio-
I nem laborando perueniat, quanuis sint aliqua in qui
bus paululum laboris est adhibendum, in his dunta
2.Co.4.d xat, in quibus Paulus dicit: Nam quod in præsenti est
momentaneũ, & leue tribulationis nostræ, supra mo
dum immensum æternæ gloriæ pondus operatur in
nobis. Vides ergo etiam quicquid in præsenti est, le-
ue esse, etiam si tribulatio sit. Quomodo leue? Quia
immensum pondus futuræ gloriæ leuem facit præsen
tis temporis tribulationem, etiam si sensibus nostris
grauius uideatur. Denique & ipse causas in cõsequen-
tibus exponit, ut omne id duci leue debeat, quicquid
Ibidem. passio præsentis temporis intulerit. Ait enim: Non re-
spicientibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uiden-
tur. Quæ enim uidẽtur, temporalia sunt: quæ autem
Mat: 7.a non uidentur, æterna sunt. Sed uideamus qd & alia
domini mandata contineant. Nolite, inquit, dare san
ctum canibus, neque proiiciatis margaritas uestras
ante porcos. At nos laudis amore, & iactantiæ ui-
tio corrupti, etiam huic præcepto contraria gerimus,
atque hominibus neque intellectum purum, neque
sanam fidem gerentibus, insuper etiam peccato-
rum maculis innexis, sine ulla discretione mysterio-
rum secreta nudamus, & priusquàm mentis propo-
situm à nobis, uel sensus capacitas exploratá sit, diui K
norum dogmatum ueneranda eis arcana committimus: & quibus prima rudimenta uix dum tradi opor
teret, interna eis abdita diuinæ scientiæ, diuinæq; sa-
pientiæ patefacimus. Propterea deniq; nonnulli ubi
immundis, ut ita dicam, pedibus sancta nostra calca
runt, & pleno sordibus pectore hauserunt purum di-
uinæ scientiæ poculum: non solùm euomuerunt qd
hauserant, sed & contradixerunt, & transuersi sunt, &
insurgentes in eos iniurijs & maledictis, atq; accusa-
tionibus eos opprobrijsq; ruperunt. Et ita ne nobis
quidem ipsis, & uitæ atq; existimationi nostræ parci-
mus, dummodo præuaricemus diuina præcepta: &
non solùm in hoc, sed interdum & in eo præuarica-
mur præcepti huius uim, cùm eos quos nouimus im
mundæ uitæ homines uiolentos, rapaces, impuros,
& per omnia porcis & canibus similes, diuini eos sa-
cramenti participes effici patimur. Multum est, si ue-
limus singula quæq; mandata discutere, quæ omni-
modis in contemptu habentur ab hominibus, ut il-
lud quod in sequentibus dicit: Quodcunq; uultis, ut Mat.7.b
faciant uobis homines, ita etiam uos illis facite. Nos L
è contrario facimus omnia hominibus, quæ ipsi no
lumus perpeti: & rursum, qui sumus iusti per angustã Ibidẽ &
uiam incedere, per latam semper incedimus. Et qui- Luc.13.f
dem quod homines seculi latam uiam, spatiosamq;
gradiantur, non ualde mirum est: eos autem qui ui-
dentur crucem suam sustulisse, & sequi Christum, per
hanc uiam latam & spatiosam uelle incedere, none
tibi prodigiosum uidetur? Deniq; monachi cum de
monasterijs requirunt, & de locis habitationum per-
contantur, ante omnia requirunt, si requies sit in lo-
co, si abundẽt omnia, si aquarum copia defluat. Sed
& si de eremo requirant, etiam ibi ante omnia requi
runt, ac de requie tractant, & de opportunitate mini
sterii corporalis. Iam uerò si ad aliquam dispensatio-
nem uocaueris, aut aliquid ministerij diuini iniunge-
re uolueris, prima statim solicitudo est eius, & prima
ista uerba sunt: Si est tibi requies quo eundum est, si
inueniantur quæ necessaria sunt abundanter, si nihil
desit eorũ quæ & lata ac spatiosa uia deposcit. Quid
ais, ô homo, quid loqueris? arctã uiam & angustam
iussus es ambulare: ut quid de requie, ut quid de abũ
dantia percontaris? Per angustam ianuam transire
iussus es, ut quid amplos requiris ingressus? Est aliqd M
ista permutatione nequius? Est aliquid ista peruersi-
tate deterius? Verúmne existimes me hæc dicen tem
alios incusare, iam nunc tibi de meipso inq;, narrabo.
Etenim cum sedissem in animo quondam relicta ur-
be transire ad habitaculum monachorum, ego scio
q; solicitè perscrutabar, unde nobis in illis locis quæ
necessaria sunt corpori præberentur: & si possibile es
set, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiã.
Sed & illud nõ segniter requirebam, ne fortè eodem
oleo olla & lucerna esset aptanda, si non leguminis
grauis & solitarius cibus sumi iuberetur. Sed & ne
operis aliquis grauis esset exactor, ne fortè fodere ter
ram cogerer, aut ligna deferre, aut aquam humeris
portare, uel cætera huiusmodi exhibere ministeria:
ita omni solicitudine pro requie corporis percontabar. Et quidem qui principibus seculi ministrant, ac
reipublicæ negocijs insertiunt, horum nihil requi-
runt, sed tantùm si aliquid lucri temporalis habeat
eius militiæ locus. Quòd si hoc solum esse cognouerit, iam nullus refugitur labor, nullum periculum

uitatur,

A uitatur, nulla indignitas excusatur. Seruilia etiam si
ab ingenuo deposcantur officia, nõ negat peregrina-
tiones longissimas, periculosissimásq; non respuet,
contumelias, cruciatus, permutationesq; temporum
feret: oẽm sustinet laborẽ spe lucri, nec timet, ne fortè
ab ipsa miserabili spe decipiatur ac decidat, nec iã im-
maturã peregrinis in locis mortem, & subitã pertime
scit: separationẽ quoq; suorum, coniugis ẽt, ac libero-
rum absentiã tolerabiliter patitur. Non deniq; patriæ,
non charorum molitur affectu, sed desiderio & cupi-
ditate pecuniæ, uelut amens effectus agitur, & amore
eius accensus, nihil laboris sentit, nihil doloris intelli-
git. Nos ecõtra qui non pecuniã quærimus, sed sapien
1.Cor.2.c tiam: nec terrã, sed cœlũ petimus, & ad cœli diuitias
festinamꝰ, quas neq; oculus uidit, neq; auris audiuit,
nec in cor hominis ascenderunt, hæc inquã quærẽ-
tes, & pro his cœlo ipsi uim parantes inferre, de reqe
corporis percõtamur? Vide quanto miseriores illis su-
mus, & molliores. Quid dicis, ô homo, quid agis? Cœ
lum paras ascendere, & regnũ cœli inuadere: & inter-
rogas, ne qua tibi difficultas occurrat in itinere, ne qd
B asperum tibi in uia accidat, aut laboriosum, & nõ eru
bescis, nõ pudore oppũsus sub terra temetipsum defo
dis? Si. n. hæc omnia mala tibi occurrerent, si uniuersa
tibi pericula immineret, si conuicia, si iniuriæ, si igno-
miniæ, si calũniæ, si gladius, si ignis, si ferrum, si be-
stiæ, si præcipitia, si fames, si ægritudo, & cuncta quæ
uel dici, uel excogitari possunt mala, super te irruerẽt,
dignum aliquid pati erat? Nonne tibi hæc omnia pro
tantis, ac talibus causis ridenda prorsus & spernenda
penitus uiderentur? Amlis animæ est metus hic, & ef-
fœminatæ. Erit ergo ita abiectus aliquis & infelix, erit
ita degeneris animi, ut cœlũ cupiens ascendere de ter-
rena reqe cogitet: quam non solũ requirere, sed etiam
præparatã recipere indecorum est. Aut non tibi uide
tur absurdum, ut hi quidem, qui humano amore fla-
grant, totã mentem suam, totãq; cogitationem in illis
habeant, quos amant: & si absentes corpore sint, co-
gitatione tamẽ cum illis sunt: nec aliud aliqd sibi dul-
ce esse in præsenti uita deputant, nisi ipsos uidere si li-
ceat: aut si id non põt, de ipsis absentibus cogitare:
nos aũt qui amore sancto, incorruptoq; flagramus,
C omissa cura, & solicitudine eius, quẽ amamus, requi-
rimus: eaq; amorẽ nostrum non solũ nil iuuare, sed &
impedire plurimum possunt. Non uideo charissime,
quòd aliqs nostrum uera & perfecta cupidine cœle-
stium teneatur, alioquin oĩa quę uidẽtur esse grauia,
umbras putaremus, & risum. Et hoc nõ ego ex uerbis
meis, sed illius, qui hmõi amore insaniuit, insania salu
tari docere tẽtabo: illũ dico Christi amatorẽ, qui tan
to igne amoris eius exarsit, ut moras uitæ huius, & di
lationem profectionis suæ, qua redire morabatur ad
2.Cor.5.a Christũ, ingemisceret, & doleret, & querelas suas per
hæc uerba signaret: Positi, inquit, in tabernaculo isto
ingemiscimus. Desideriũ habens dissolui, & cũ Chri-
sto esse: multo. n. melius est. Sed quoniã, inquit, hoc
placet illi quẽ amo, pmanere in carne necessariũ pro-
pter uos. Vt. n. fides Christi prædicetur, & ut ipse ab
omnibus ametur, propterea & famẽ, & sitim, & nudi
tatẽ, & uincula mortesq; sustineo, & maris pericula, &
naufragia, cũctáq; omnino, quæ inferuntur in me. li-
bẽs perfero: & non solũ nihil mihi graue est, sed & pro
his omnibus glorior. Causa aũt mihi gloriãdi pro his
Roma.8g charitas Christi est. In his, inquit, omnibus superamus
propter eũ, qui dilexit nos. Quòd si amor hominum

frequenter etiam mortem subire persuasit, quomo- D
do non amor Christi, non solũ laboris patientiã, sed
etiã mortis tolerantiã persuadebit? sicut & huic ama-
tori eius, quem supra ostendimus, omnia pro nihilo
ducenti, dũnimis amori eius inhæreret. Neq; enim ui-
debatur sibi esse in terris, neq; præsentem hanc uitam
cum hominibus ducere: sed tanq; si iam esset in cœlis,
& cum angelis haberet conuersationẽ suam, & quasi
facie ad faciẽ conspiceret bona futura: ita spernebat
cũcta, quæ in præsenti uita, uel delectabilia, uel tristia
uidebãtur. Nulla ei cogitatio, nullus sermo de requie
erat, qđ nos & frequentius & solicitius quærimus, sed
clamabat dicens: Vsq; ad hanc horã & esurimus, & si- 1.Cor.4.c
timus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & insta-
biles sumus, & laboramus opantes manibus nostris.
Maledicimur, & benedicimus: persecutionẽ patimur,
& sustinemus: blasphemati deprecamur, tanq; purga-
menta huius mundi facti sumus oium periplema usq;
adhuc. Per singula. n. oculos mentis suæ conuer-
tens ad cœlum, & decore cœlestũ tractus reuerti ad
terrena rursum recusabat: sed sicut is, qui in pauptate
positus intra uile & humile tugurium uixit, si fortè re E
gem uideat auro multo, & margaritis, ac purpura re-
fulgentẽ, ultra iam nõ uult tugurij pauperis recordari,
nec penuriæ suæ ad aĩum reuocare memoriam, sed
agit omnia quatenus possit à splendore, & gloria re-
gis, quem contuens admiratus est & dilexit, inseparabilis effici: Ita & Paulus ubi perspexit illa quæ in cœlis
sunt, contempsit ista quæ egestatis, & squaloris in ter
ra plena sunt, & cum hominibus quidem pro necessi
tate terreni corporis conuersabatur: mente uero & so
licitudine totũ se illuc transferebat, quò eum amoris
sui ducebat intentio, etiã si triste hic aliquid pferebat,
animo ibi occupato nõ sentiebat: & si delectabile &
suaue aliqd uidebatur illa delectatio, & illa suauitas,
quam per spiritum contuebatur, delectationes huius
suauitatis obscurabat. Intantum enim succensus erat
igne Christi, ut ei etiam si flammas mortales adhi-
beas, nesciat, non sentiat, non uratur. Multo nanq; ue
hementior est ignis Christi, quo uritur per amorem.
Non. n. Paulus erat sicut nos mercenarij, qui timore
gehennæ regnũ Christi requirimus: sed ille alio quo-
dam pacto multo prestantiore, & beatiore desiderio
cõstrictus, ita fert oĩa, ut ex his quas patitur pœnis so- F
latia magis amoris sui capiat, q; dolorem corporis sen
tiat. Ita enim totam mentem eius deuinxit amor Chri
sti, ut etiam hoc ei quod præ cæteris omnibus ama-
bilius erat, esse cum Christo rursum idipsum, quia ita
Christo placeret, contemneret: sed & cœlorum re- Philip.1.c
gno quod uidebatur laborum esse remuneratio, pro
Christo nihilominus carere pateretur, ab ipso etiam
Christo anathema esse pro Christo optabile habe-
ret. Sed fortasse minus planum uidetur esse quod di-
co: quod tamen si explanare uoluero, tunc iam non
obscurum, sed incredibile uidebitur his duntaxat ip-
sis, quibus prius uidebatur obscurum. Quod tamen
etiam beatus ipse, quia incredibile nobis futurum es
se perspexit, cum quadam protestatione signauit, di-
cens: Veritatem in Christo dico, non mentior, testi-
monium mihi perhibente conscientia mea in spiritu Roma.9.b
sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & conti-
nuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse ana-
thema esse à Christo pro fratribus meis', qui sunt co-
gnati mei secundum carnem qui sunt Israelitæ. Et
tamen cùm protestatus sit, & conscientiam suam ad

G testimonium inuocauerit, adhuc minus credibile uidetur apud hoīes, quòd ab ipso uelit anathema fieri, pro quo uult & anathema fieri. Quid uero illud est, quod cū dispuratsset de his, quæ in hoc seculo agerentur malis, addit & dicit: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et enumerans oīa quæ in terris sunt, ascendit ēt in cœlum: & ostendere uolens, quia nihil magnū est, si contemnat terrena supplicia propter Christū, adiecit ēt hoc: Quia neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Qd autem dicit tale est: Non solū homines abstrahere me nō possunt ab amore Christi, sed nec angeli quidē, neq; omnes simul uirtutes cœlorū, si conueniant in unum, abeius charitate separare me possunt: nec si à regno decidere me necesse sit, aut ēt in gehennā tradi pro Christo, ne hoc qdem mihi metuendum est. Quod enim ait, Altitudo & profundū, uita & mors: non aliud mihi indicare uidetur, q̄ regnum cœlorū & gehennam. H Hæc aūt dicebat, non quòd angeli affectare possent eum aliquando à Christo separari, sed ēt ea quæ impossibilia sunt. Verbi gratia, fieri posse dixit, magis q̄ se à Christi amore seiungi, ut per hæc quāta in eo uis esset dei charitatis ostenderet, atq; omnibus ante oculos poneret. Hic enim amantiū mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant, sed necessarijs suis, & charis efferunt, & prodūt, & flāmas suas intra pectus cohibere nō possunt. Enarrant frequētius, ut ipsa assiduitate narrandi immensi amoris sui solatiū capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic, & eximius amator Christi. Omnia quæ sunt, & quæ erunt, quęq; accidere possunt, & quę omnino accidere nō possunt, simul sermone uno cōplectitur, uisibilia & inuisibilia, omnē requiem, cunctaq; supplicia, & quasi non sufficientibus bonis solis, ad amoris sui uim, & magnitudinē complectēdam assumit & tristia. Sed & ea quæ non sunt, cōmemorat, ut ostendat quia etiam si essent ea quæ non sunt: se tamen mouere à proposito, aut mutare non possent. I Nec creatura alia, utique de his dicit, quæ non sunt. Quòd si illi non sufficiunt, oīa quę sunt, ut moueatur à charitate dei, quæ est in Christo Iesu, sed & ea quæ non sunt, prouocat quodāmodo ad certamen: & ab initio ad tā excelsa cōscendens, nos qui iubemur eius esse imitatores, nec istas quidem ferimus tribulationes, quę cōmunes nobis habētur cum cęteris: sed dissoluimur, & relaxamur, & quasi febribus defatigati deficimus, tanquā longa & diutina ægritudine cōsumpti, & de omni sanitatis spe penitus desperamus. Sed & si aliquis nobis exempla Apostolorum adducat in medium, & dicat sequi eos nos debere, & imitari uitę eorum propositum, gestorumq; regulas custodire: respondebimus statim, quia nobis impossibile sit illos imitari, & uirtutis eorum tenere mensuras. Quòd si etiam causam percontetur quis, nos cōtinuo stultam illam responsionem, absurdamq; proferimus, dicentes: Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille Ioannes erat. Quid est, ille Paulus erat, dic mihi: quid est, ille Petrus erat? Nónne eiusdem naturæ erāt cuius & nos? Nō ne eadem uia ingressi sunt hunc mundum, qua & nos? Nónne eisdem cibis utebantur, atque eundem respirabant aerem? Nónne eisdęm uitæ usibus agebantur? Nónne aliqui eorum etiam coniugia experti sunt, & K liberos procrearunt? Quidam uero ipsorum ēt opifices cōmunium artium erant. Alij uero & lapsus perpessi sunt peccatorum, alij in ultimum malorum barathrum deciderunt. Sed multū, inquit, gratiæ illi acceperunt à domino: siquidem mortuos suscitare iuberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leprosos, aut claudos erigere, aut dæmones effugare, aliasq; his similes sanare ægritudines: si operationum uirtus quæreretur, locū haberet ista responsio: si uero uitæ à nobis obseruantia, cōuersationisq; requiritur, & obedietiæ ratio, quid facit ad hæc ista narratio? Et tu enim accepisti gratiā dei per baptismū, & participium spiritus sancti consecutus es, ēt si non ad hoc, ut signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, ut rectæ uitę inocentiam custodires. Et ideo perditionis nostræ causa nulla alia est, q̄ negligentia nostra, atq; desidia. Sed & Christus in illa die remuneraturum se promittit, non eos qui signa & prodigia, sed eos qui sua præcepta fecerint, dicens: Venite benedicti patris Matt.25.f mei, percipite regnum, qd uobis paratum est ab origine mundi. Nō dixit, quia mirabilia fecistis: sed, qa esuriui, & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: peregrinus fui, & collegistis me: nudus, & operuistis me; infirmus, & uisitastis me, in carcere, & uenistis ad me. Sed & beatos non dicet eos, qui signa & mirabilia fecerunt: sed humiles spiritu, mansuetos, lugentes, & esurientes & sitientes iustitiam, pacificos, & mundos corde, atq; eos qui persecutionem patiūtur propter iustitiam. Nusquam.n.in signorum opere, & mirabilium beatitudo ponitur: sed in expletione mandatorum, & perfectione uirtutum. Nam & illiipsi beati, qui hæc fecerunt: non ideo nobis in admiratione sunt, quia signa ostenderunt & prodigia, hoc enim totum gratiæ dei fuit: sed pro animi uirtutibus magni habentus, & clari. Quod utiq; nutu quidem diuino, & gratia cœlesti, proprio tamen studio ac labore operati sunt. Nō ego sum qui hæc dico, sed ille ipse imitator Christi. Cū enim aduersum pseudochristi Apostolos scriberet, atq; iudicia prauæ doctrinę, minusq; probæ, discipulos edoceret: non dixit, ex mirabilibus & signis intelligi debere ministros Christi, sed ait: Mi- 2.Cor.11.e.f nistri Christi sunt, & ego (tāquam minus sapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carcere abundantius, in plagis supra modū, in mortibus frequenter: à Iudęis quinquies quadragenas una minus accepi: ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, die ac nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & fatigatione, in uigilijs frequenter, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus in me concurrūt, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Vides pro quabus, & quibus gestis mirandi sunt Apostoli? nam qui signorum & mirabilium gestis probari uolunt, non possunt probi uideri: quia & ipse dominus, & saluator noster non dixit, ex signis & mirabilibus cognoscetis eos, sed ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Et iterum dicit. Multi dicent mihi in illa Mat.7.f ibidem die, Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus? & in uomine tuo dæmonia deiecimus? &

A in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc dicā eis: Quia non noui uos, discedite à me operarij iniquitatis. Propter hoc aūt & discipulos monebat, dicens: Luc.10.d Nolite gaudere, quoniam dęmonia uobis subijciuntur: sed in hoc gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Vita.n.bona, & actus probi etiam sine signis & mirabilibus merentur coronam: iniqua aūt conuersatio, etiam si signa & prodigia fecerit, supplicia non euadet: & ideo supfluò hæc qruntur, imo & periculosē. Nam possumus etiam ex his hæreticis occasionē dare, si dicamus, quia Apostoli, & oēs sancti non ex proposito suo, & labore mirabiles facti sunt, sed ex dei gratia sola. Dicūt.n. Et quid ergo prohibet oēs fieri tales? Si.n. gratia dei nihil requirit à nobis, sed ipsa est quæ facit unumquęq; perfectum: cur non omnibus ex æquo infunditur, ut fiant omnes repen- Act.10.c tè perfecti? Nō.n. est personarum acceptor deus. Sed quoniam non sola gratia dei hoc agit, requiritur.n. ut & nos, quod in proposito nostro & uiribus nostris est, expleamus. Idcirco uenit quidem ad unumquęq; gratia dei, sed apud eos, qui dignè explent ea B quæ in ipsis sunt, permanet: ab his uero qui minus digne agunt, citò discedit: ad eos aūt qui nec initium faciunt conuertendi ad dominum, oino non uenit. Rectas.n. mētes diligit, & sine fuco propositum. Quod etiā in Paulo pspiciens, licet adhuc alio itinere uidetur incedere, tamen quia proposito recto, & zelo dei Ibid.9.c hoc agebat, dicit de eo dominus: Quia uas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum corā gentibus & regibus, & filijs Israel. Hæc aūt testatus est de eo priusq; ei gratia daretur. Non ergo nosmetipsos seducamus, dicētes impossibile esse, ut sit aliquis sicut Paulus. Siquidē signorū & mirabilium, ac sapientiæ, gratiæq; eius cōplatione nullus poterit esse Paulus: uitæ aūt ratione, & conuersationis diligentia præstò est uolenti imitari illum: quod nō fit uoluntas in culpa est. Sed nescio qūo in hanc stultitiā decidi, ut Paulo similes aliquos ex his, qui nunc uiuunt homines requiram: utinam uel tertio, uel quarto post ipsum loco inueniri possit aliquis. Et ideo lugendum est, & ideo flendum, & per totam uitā plangendum, ut uel sic occuppata in luctu, & lachrymis anima erubescat C aliquando peccare. Deniq; requiramus à lugentibus istos, dico pro charorum suorum amissione lugētes, & in egestate positos, & non qualescunq; hoīes: sed illos ipsos potēres & diuites, & in delicijs agentes, qui uētri & uoluptati uiuunt, qui prādia usq; ad uesperā, cœnas in medium noctis extendunt, qui aliena diripiunt, & propria profundunt, istos ipsos interrogemus: si quando aut unicum pater filium, aut uxor preptum citò plangit maritum, qūo uelut fulmine quodam iacta anima contremiscit, & in stuporem uertitur, ausugiunt, continuò, nec usq; apparent omnes illæ molles & resolutæ deliciæ: nusq; uentris cura, aut solicitudo carnis habetur: sed acerrimæ continentię introducitur philosophia: abstinetur ab omnibus, aguntur extenta ieiunia, iuges uigiliæ, humi requiescitur, summum silentium, quies magna, humilitas ultima, māsuetudo ineffabilis, miseratio immensa, etiāsi auferantur omnia, etiamsi diripiantur, nihil pro his animus curat, nihil mouetur. Etiamsi igne concremētur uniuersa, & census pariter cum domibus pereat, non indignatur, non irascitur. Multos ego noui post amissionē charorum, nec urbes habitare uoluisse, sed cōmigrasse ad agros, atq; ibi ieiunam & sobriā duxisse uitam cum omni silentio & quiete. Alios neminī in D ipsis defunctorū suorum sepulchris habitaculum posuisse, atq; mihi uitam similem mortuo trāsegisse. Sed hoc modo interim, donec dolor conquiescat, nihil curat aīa, nihil cogitat, procul omnis illa insania congregandæ pecuniæ, procul oīs cupiditas possidendi: honoris autem & ambitionis omnis apud eos gloria tūc uerè, ut fœnū & flos fœni uidetur. Et talis, qualis siquis flāmam tristitiæ in cinerē uerteret, & ita ex omni parte anima transfertur ad philosophiam, ut deliciarum atq; suauitatum uitæ huius, nec sermo quidē ullus habeatur: imo potius siquid delectabile uisum est, siquid gratū, id nunc amarissimū & odibile ducitur. Nullus famulorum, sed nec amicorum quidem quisq; & familiarum aliquid in auribus eius loqui de his, q̄ huic uitæ uidentur necessaria esse: sed tantummodo de humanarū rerum caduco & fragili statu, & de incertis uitæ huius & lubricis rebus sermo habetur: & uarietas, ac mutabilitas mortalis uitæ philosophicis assertionibus exponitur, atq; ex omni parte aīa per dolorē luctus, tanq̄ in quodam sacrario collocata, nouis nunc de natura humana imbuitur disciplinis, ut agnoscere incipiat, & sentire præsentis seculi fragilitatem, q̄ instabilis sit, q̄ citò fugiat omne quod in E eo magnum uidetur: quamq; fluxus, & corruptibilis sit mundi status, atq; omnia tanq̄ in scena agantur. Et quidem tunc uerè miseræ & probrosæ apparent diuitiæ, tunc fœda uidetur iactantia. Inuidia uerò, & ira, & concupiscentia, ac libido, nec ad extremas quidem ianuas lugentis accedit: sed hæc omnia fugantur, omnia exterminantur, ita ut nec odor quidē horum ullus occurrat. Vna sola cogitatio lugenti, unus intuitus imago defuncti est. Ille uultus ante oculos ponitur, ille aspectus menti atq; animo exhibetur, ipse ei cibus, ipse potus est: quòd si somnus fuerit, oīa inde ducūtur, ibi oīs requies, ibi omne solatiū, ibi gloria, ibi diuitiæ, ibi potētia, ibi oēs deliciæ collocantur. Sic oportebat & nos salutem nostram lugere perditam, atq; animam nostram mortuam lamentari, ut nihil amplius dicā. Exhibeamus nos animæ nostræ, quod illi exhibent carni alienæ. Aut non extremæ miserię est, ut hi quidem qui filios aut uxores lugent, ad nihil aliud occupent mētem suam, nisi ut defunctos F suos quasi intueantur, & illos semper animo, ac cogitatione cōspiciant: nos uerò quibus salus mortua, & regni cœlorum spes extincta est, omnia magis, q̄ Indi cogitamus. Et illi quidem etiam si regij generis sint, nemo tamen erubescit solennitatem luctus implere: sed humi residēt, & cum amaritudine lamentantur, & uestem lugubrem sumunt, & omnia faciunt, quæ ad afflictionem animæ & corporis spectant: & neq; quòd in delicijs nutriti sunt, cogitant, neq; florem sui corporis respiciunt, neq; metu futuræ ex afflictione ægritudinis deterrentur, sed omnia ferunt, & infatigabiliter perferunt: & non solùm uiri, sed & multò magis fœminæ, etiamsi ualde fuerint delicatæ. Nos è cōtra qui non filios, ut dixi, aut uxores, sed animam lugemus: & animam non alienam, sed nostram, recogitamus ægritudinem corporis, & recordamur quòd in delicijs educati fumus. Atq; utinam hoc solum mali esset: nunc autem ne hoc quidē est quòd nos impedit aut retardat. Quid enim, dic mihi, corporis uiribus opus est, cùm cor conterere debeamus? Quid necessariæ sunt uires corporis? utputa deo fundatur oratio, ut peccatorum fiat recordatio, ut humilitas

G assumatur,& superbia depellatur. Quid requiro corporis firmitatem ad arrogantiam reprimendam? Ista sunt.n.in quibus placet deo. Quid laboris ista, quid afflictionis requirunt? Et tamen quasi quidem intolerabilis labor sit, omittitur à nobis. Non requirit deus ciliciorum pondus, neq; concludi inter angustias cellulæ, neque in obscuris antris & tenebrosis sedere iubet: hoc solũ est quod exposcitur à nobis, ut semper recordemur mala nostra, & ad animum reuocemus, & conscientiam gestorum nostrorum habeamus ante oculos, ut pro his supplicemus deo, ut gehennã ponamus in conspectibus nostris, & angelos qui in die iudicij ubiq; discurrunt, & congregant de omni orbe terrarũ eos qui trudendi sunt in gehennam ignis, ac supplicijs tradendi. Ponamus etiam & illud ante oculos, quanti doloris est excludi, ac proijci à regno cœlorum: quod, ut mihi uidetur, grauius est ipsa gehenna. Nam etsi ignis ille non arderet, & immortalis illa pœna nó esset parata: hoc solũ quòd alieni efficimur à deo, & excludimur à bonis æternis, nõne omni pœna cruciabilius diceretur? Quòd si non sufficiunt hæc ad erigendas animas, & incitandas ad spem: illud saltẽ ad memoriam reuocemus exẽplum, quod de uirginibus refertur, quæ exclusæ à thalamo sponsi sunt,
H Mat.25.a propter olei defectum. Ponamus nosmetipsos in illis quæ excluduntur, & uideamus qui dolor, & quæ pœna sit, si cogitemus eadem & posse nos pati, si negligimus. Estne aliquis ita lapideus, qui hoc exemplo nó moueatur, & timeat ne similia incurrat? Possemus qdẽ sermonem prolixius protendere, sed quia obedientiæ magis, q̃ usus alicuius causa hæc à nobis dicta sunt, etiam ultrà q̃ debuimus euagati sumus. Bene.n. noui, quia siquis cordis compunctionem requirat, uerè & integrè apud te haberi inueniet, & à te melius doceri, etiam si fileas. Sufficit.n.ad compunctionem cordis uidere te, & intelligere crucifixam uitã tuam. Itaque melius docebo de compunctione cordis, si nunc quidem uituentibus habitaculi tui iter ostendam, & eos ad uidendum te mittam. Si uerò de posteris quæritur, sufficiet eis si tua gesta cognoscant, propter quod obsecro te reddere mihi iam obedientiæ meæ uicem orationes tuas, ut nõ tam loquamur compunctionem cordis, q̃ patiamur. Quoniam docere, & non facere, non solũ lucri nihil, sed etiam damni plurimum confert. Grandis.n.condemnatio est
I sermonem quidem suum componenti, uitam uerò suam atq; opera negligenti.

Libri primi finis.

D. IOAN. CHRY. DE COMPVNCTIONE CORDIS, LIBER II.

e T quomodo fieri poterit ô homo dei, quòd imperas sterili menti, ut anima infirma, & frigida compunctionis uerba pariat? Ego.n. puto quòd is, qui in hac materia uult aliquid dignũ proferre, ipse ante oẽs debet salutari hoc calore feruere, & salutari hoc incẽdio primus igniri, quò possint etiam sermones, qui ab eo proferuntur, ignire & accendere animas auditorum. Sed nobis horum nihil adest: procul.n.procul à nobis sunt hæc, nec ignis iste, nec flamma illa intra nos est, sed emortuus cinis est. Vnde ergo charissime accendamus in nobis hanc flammam, qui nec scintillam aliquam intra nos uigere sentimus, nec spiritum quo perflari possit, & accendi? Quomodo.n.spiritus dignetur adesse animæ con K fusionis plenæ, quam peccatorum multitudo contexit? Sed ego quidem non noui: sed tuæ solicitudinis erit, qui imperare uoluisti, ut opusculum nostrum cõgruum mereatur effectum. Ego nescio si dignum ali quid ex nobis possit exire, tu uideris qui opus tãtum minus ualidis imperas ministris. Nos quidem præbemus officium linguæ, tu autem precare eum qui sanat contritos corde, & qui dat afflictis patientiam, quiq; erigit de terra inopem, ut ipse in nobis accendat ignem illum, per quem possit omnis infirmitas animæ decoqui, & omne quod aggrauat animam exuri, quò subnixa pennis suis anima tendat ad cœlum: utpote leuior reddita, atq; in illo uertice posita intueri de altissimis sedibus, & despicere possit uniuersam uitæ huius, quæ in terris agitur, uanitatem. Nisi.n.qs ad illam celsitudinem uolatu animæ diuino munere conscenderit, non poterit terram despicere, neq; ea quæ aguntur in terris. Liber.n.ei de supernis debet esse aspectus, liber auditus, ut & lingua possit liberum uerbo præbere ministerium. Oportet.n.boni huius uolentem adire principia, prius animo & mente secedere ab omni perturbatione, ac fluctuatione uisibi- L lium, atq; ad illa cõscendere, & penetrare silentia, ubi quies summa, tranquillitas iugis, pura serenitas, & nihil prorsus quod moueat, nihil quod intentum solicitet animum, aut indaginem cogitationis irrumpat: sed sit immobilis oculus mentis, & in desiderium dei tota intentione defixus, sit auditus silens, quietus, intentus, in hoc solũ directus, ut audiat uerbũ dei, & cõsona diuinorũ sensuũ modulatione lætetur: cuius tanta uis est, ut si semel obtinuerit aiam ac possederit, neq; cibũ ultra, neq; potum, neq; somnum requirat. Horum.n.omnium uoluptas ad desiderium trãslata est diuinorũ uerborũ, sensuumq; cœlestiũ. Hoc ergo esse decet animæ institutum, uolentis de cõpunctione cordis uel dicere aliqua, uel capere, ut aliena ab omni pturbatione, & solicitudine uitæ huius effecta, spiritualis huius philosophiæ altitudinem, & cœlestis puritatis uerticem teneat, quò nequaq̃ possit ab aliquo sensu eorũ, quę geruntur in terris, omnino pulsari. Nam corpus, uel corporis sensus animam, do nec terrenis rebus intẽta est, innumeris opertam uinculis onerant, & undiq; ei nubes corporalium cõgregant uoluptatum. Ad hæc ministrat auditus & usus' M ad hæc odoratus, ad hæc ẽt tactus & gustus, & cunctorum et, quæ extrinsecus geruntur malorũ pturbationes, uelut in sentinã, ita in aiam conuectãt. Quòd si se abstrahere uoluerit à terrenis, & studia sua ad spiritalia instituta conuertere, excludet à corporalib. sensibus aditũ, p quẽ sibi ministrare atq; introducere solebat imagines malorum. Excludet aũt non ipsis sensibus obturatis, sed intentionibus eorum ad spiritualia cœlestiaq; conuersis. Sicuti.n.domina quædã terribilis, satisq; seuera, uolẽs aliquod unguentũ conficere necessariũ & p̃ciosum, pluribus indiget ministris, multasq; manus requirens, suscitat famulas suas, atq; ad semetipsam cõgregat, imperat aliæ tenere libram, ut æquis ponderibus unaquæq; species misceatur, ut neq; amplius aliquid, neq; minus q̃ oportet habeat: sciens non posse utile effici quod componit, nisi summa librationis mensura teneatur: aliæ terrere iniungit quæ duriora sunt, & summo cum labore uigilare, ne quid durũ inueniatur, aut asperum: aliam discernere cũ cribellis, quod tunditur iubet, ut grossiora quæq;

A pigmenta à minutis, & mollioribus secernat ac segregetiam iubet miscere, & in unum conspergere quæ ex diuersis præparata sunt: alię cum alabastro adstare præcipitur, & aliud aliæ iniungitur: atq; hoc modo sensibus earum, & animis, ac manibus occupatis, & operi proposito affixis, non permittit sensus usquam euagari, intentionẽq; operis propositi irrumpere, imminens iugiter, & insistẽs, nec prorsus indulgens oculum saltem, aspectũq; dispergi ministrantium famulorum: ita ergo & anima, quę preciosissimũ unguẽtum istud, cõpunctionem dico cordis, componere, ac seruare desiderat, omnes corporis sui sensus ad semetip sam cõgreget, segnitiẽq; ipsorum, ac negligentiam deturbans, tota solicitudine uigilare, & in hoc tantùm quod proposuit, cogat intẽdere. Deniq; siquãdo acciderit, ut ad semetipsam cõuersa deliberet agere aliquid eorũ, quæ placita sunt deo, idq; prorsus profunda & intẽtata satis cogitatione pertractet, neq; dicen
B tem sibi aliquid audit, sed ne occurrentes quidẽ, & in oculis stantes uidet, non quia caruerit oculorum usu, aut aurium auditu, sed qa in secretis agens anima, & in diuinis opibus occupata, nũcios non recipit sensuum, & corporalium ministrorũ. Et quid dico, quòd in his posita aia clamantem non audiat, aut non uideat pranseuntem: cũ sæpe etiam pulsantes se, & tradentes omnino non sentiat? Per quod intelligi utique datur, hanc esse animæ uirtutem, ut si toto affectu desideria sua extendat ad cœlum, degere se obliuiscatur in terris, atq; inter homines conuersari, etiam si trahat aliquis corpus, etiã si propellat. Talis erat beatus Paulus, qui intantum absens erat ab his, inter quos cõuersari uidebatur in urbibus, quãtũ mortuis corporibus
Gala.c.d nos uidemur absentes. Cùm enim dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo: emortuam mihi uidetur in semetipso corporalium sensuum efficaciam protestari: imò non solùm hoc dixit, sed duplicari in semetipso istam, ut ita dicam, insensibilitatem. Non enim dixit hoc solùm, quia mihi mundus crucifixus est: sed addidit, Et ego mundo. Ingentis nanque philosophiæ est, ut & hunc ipsum mundũ sibi putet aliquis crucifixum: multo autem maioris est, ut & seipsum quis crucifixum putet mundo, quem sibi crucifixum prius esse crediderat. Hoc ergo in semetipso Pau
C lus ostendit, quia non tantum abesset à terrenis sensibus, quantum uiuentes homines à corporibus mortuis. sed quantum absunt, nec sentire possunt mortui mortuos. Qui enim uiuit, ẽt si ipse non potest mortuum conspicere: tamen uel sentire potest, uel mirari, adhuc speciem defuncti uel misereri potest, & lachrymas fundere. Qui aũt & ipse defunctus est, erga mortuum ne hunc quidem habebit affectum. Et hoc est quod mihi uidetur dixisse Paulus, qa mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. Vides ergo quantũ longè erat, & quantũ peregrinabatur, ab his quę aguntur in terris? Vides quomodo super terras incedens, ipsum tenebat uerticẽ cœli? Nolo enim putes, quòd uel mõtes, uel deserta, uel inuia, ita posint animæ cõferre silẽtium, perturbationésq; perimere, ut ignis iste quem in ea Christus accendit. Hic ignis in anima Pauli per dies singulos, flãte spiritu sancto magis ac magis accendebatur, & ad superna tendẽs, secum eum usq; ad ipsum perduxerat cœlũ: imò, ut uerius dicam, impo-
2.Co.12.a suerat eum, non usq; ad primum cœlũ, neq; usque ad secundum tantũ, sed usque ad tertium raptus est cœlum. Amor autem eius, & desiderium quod habebat erga charitatem dei, non solùm tres penetrauerat cœ D los, sed & omnes omnino transcenderat, & usq; ad ipsum peruenerat Christũ. Et puto quòd nõ delinquat aliquis, si sanctũ hunc tali cuidam cõferat similitudini: ut si, uerbi gratia, flamma quædã immensa uniuersam repleret terram, & inde ascendens repletis omnibus usq; ad ipsa perueniret cœli fastigia: sed & inde superans omnia, etiam illum qui supra cœlũ est, aerem transcẽderet, siue aer ille dicẽdus est, siue quid aliud: atque ibi etiam illa quæ ibi sunt, spacia compleret, ne illic quidem flamma hæc incremẽta finiret, sed ascenderet adhuc usq; ad tertium cœlũ, & omnia hęc uno atque eodem igne compleret, ita ut nec terræ ullum, nec cœli, imò nec cœlorum spacium relinqueret uacuum. Et ne putes me hæc ad gratiam Pauli dixisse, relege quæ ad Demetrium super hac ipsa materia scripsimus, & inuenies hæc eadem rebus ibidem demonstrata esse, non uerbis. Ita debet amari Christus, ita oportet aiam à rebus effici & præsentibus, & uisibilibus alienã. Tales erant aiæ sanctorum prophetarum, quæ ob hoc acceperunt ẽt oculos alios, quibus possent uidere futura. Etenim renunciare præsentibus re E bus, & alienũ effici ab eis, proprium hoc humanæ industriæ opus est: posthæc uero accipere oculos, quibus uẽtura prospicias, diuini muneris est donũ. Talis fuit Helisæus, qui quoniam oía mundana reliqt negocia, & amauit propheticã uitam, regnũ cœleste, & supernã gloriã in terris adhuc positus uidit. Vidit enim quæ nunq̃ mortalis uisus inspexerat, montẽ curribus igneis, atq; equis flãmeis plenum, armatorũ turmas, & castra cœlestis exercitus. Nemo ergo pót eorum, qui delectãtur præsentibus & caducis cœlestia ac spiritalia cõtueri. Qui uero ista contẽpserit, & uelut umbram hæc & pulueré duxerit, uelocius ad illa perueniet. Nam & apud hoies hic mos est, ut tũc thesauros suos, & reconditas diuitias patefaciãt filijs suis, cũ eos iam adultos uiderint, & puerilis lasciuiæ uitia respuisse: donec enim his dediti sunt, non possunt eis parentum secreta cõmitti. Ita ergo & anima, nisi prius didicerit terrena contẽnere, cœlestia mirari non poterit: & è cõtra donec terrena miratur, necessariò cœlestia spernit, ac despicit. Hoc erat qd beatus Paulus ait ebat:
1.Cor.2.d Quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiri- F tus dei. Vt ergo dicebamus, requrenda sunt silentia, requirenda est quies, non solũ locorum, sed & animi ac propositi, & ad huiusmodi secreta inuitanda est anima. Si.n.propositum quietis gerat quis, nec in urbis habitatione turbabitur: sicut & beatus Dauid, q non solũ in urbe positus erat, sed & regni curas solicita ad ministratione tractabat: & tamen multo ardẽtior in compunctione erat cordis, q̃ hi qui solitudines uident habitare. Illas.n.lachrymas eius, & illos tam uberes fletus, quibus & in die flebat, & in nocte nũquam cessabat: uix aliqs habet nunc eorum, qui Christo crucifixi uidentur. Non enim solũ hoc consideres, quòd lugebat, & flebat: sed quis erat ille qui flebat, & quid agens lugebat. Non.n.æquale est in tanta positũ potestate humiliare se, & curuare in cõspectu dei, tot adstãtibus, atq; officia deferẽtibus, ubi qui timeatur nullus est, omnes uero prẽstò sunt metuentes. In hoc, inquam, statu positũ humiliare se, & incuruare in conspectu dei, & indefinẽter affligere: nõ est tale, quale si hoc faciat ille, cui nihil horum præstò est, sed ab omnibus his liber est, & alienus. Etenim in regno positus quis multa habeat, quæ ad luxuriam, atq; effusionem

G prouocent. Necessitas ipsa conuiuij afiluentis, & regij, quantum segnitiei, quantū putas resolutionis conferat animę? Tum deinde uis potestatis, quantum elationis, & ruīsus quātum rigoris imponit? Sed & glorię cupidos erigit necessariò animos ad supbiam. Libidinis quoq; innumera confluunt incitamenta, quam ignit quidem potestatis authoritas: nutriūt uero & fouent deliciarum fomēta, & super omnia regalis luxus inflāmat. Curarum uero, ut diximus, frequentia uelut imbribus infunditur, & pturbatur. Inter hęc ergo omnia, ubi habebit locum cordis compūctio, tot obstaculis repulsa, tot murorum circūuallatione seclusa? Econtra uero qui sibi uacat, ab oībus his perturbatiōibus alienus est, nisi sit proposito ac uolūtate peruersus: & tamen raro quēquam inuenies huius boni munere gaudentē. Interim, ut diximus, qui liber est, & uacat: facilius, si intendat aīo, poterit adipisci, q̄ ille qui in potentia positus est, & in principatu, ac negotijs cōstitutus. Quia sicut impossibile est, ut ignis inflāmetur in aqua: ita impossibile est cōpunctionem cordis uigere in delicijs. Contraria enim hæc sibi inui
H cem sunt, & perēptoria. Illa.n. mater fletus, hæc mater est risus. illa cor cōstringit, hęc dissoluit. illa animę alas innectit, & uolare facit ad cœlū: hæc ei plūbi pondus imponit, & demergit in infernū. Sed & illud commemorationē nostram non effugiat, quòd tāta cordis compunctio illo tēpore etiam in regibus fuit, quo nihil tā magnum & eximium lex tunc posita à cultoribus suis deposcebat. Nostri uero agonis tempus, in quo adscripti uidemur ēt pro risu pœnam habet, laudem uero pro luctu, & pro tribulationibus salutem confert. Et tamen ille beatus Dauid (ipsius.n. proposuimus exēplum) cunctis quæ eū circunstare, & constringere uidebātur, abruptis, ita erat in potestate positus, tanq̄ omnibus esset ipse subiectus, & in solio regali erat, & uinctus in carcere, & in purpura quasi in cilicio iacebat, cecinere cōspersus, & corde compunctus, aula regalis erat ei, tanq̄ eremi uastissima solitudo. Hæc aūt omnia agebat in eo cordis compūctio: sola enim est, quæ facit aiam horrescere purpurā, desiderare cilicium, amare lachrymas, fugere risum. Sola est, inquā, cordis compunctio, quæ sicut ignis omne animæ uitium perurit, & adimit, & quantacunque in ea reperit mala, abstergit uniuersa, & penitus delet. Concupiscentiarum flammas si inuenerit, ut fluuius inundans extinguit, & enecat: curarū multitudines & perturbationes si uideat, uelut flagello quodam extirpat & effugiat, & procul esse à domicilijs aīę iubet. Ac sicut puluis non pōt stare ante faciem uenti, ita nihil malarum cogitationum in anima residere potest, ubi compunctio cordis affuerit. Si.n. corporalis amor ita deuinctam sibi tenet animā, ut ab omnibus eam necessarijs actibus cogat abscedere, & illi soli quē amat operam dare, atque in eius cogitatione fixam teneri: quomodo nō amor Christi ab oībus reliquis abstrahit animā, sibiq; cōsociat, ac'desiderij sui uinculis stringit? Hæc autem ita inesse animæ suæ etiā propheta te
Psal.41.a stratur, cū dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aqua
Ibi.142.b rum, ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterū: Ani
Ibid.62.c ma mea sicut terra sine aqua tibi. Et rursus: Adhæsit
Ibid.6.et 17.a anima mea post te. Sed & idem ipse iterum dicit: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et nolo mihi dicas, quòd propter peccatum suum, qđ ei acciderat, hęc scripsit in hoc psalmo. Non est hoc uerū. Non.n. permittit intelligi ita ipsa psalmi articulatio. Huius enim culpæ satisfactionē alius con K
tinet psalmus. Hic aūt aliam habet articulationis suæ causam. Nō confundamus diuinas literas, neq; sancti spiritus sententias proprijs sentētijs peruertamus. Huius etenim psalmi superscriptio habetur, pro octaua. Quæ est aūt octaua, nisi dies illa domini, illa inquam dies magna & terribilis, quæ est ut clibanus ardens, quā tremunt ēt uirtutes cœlestes? Ita enim scriptum est: Quia uirtutes cœlorum mouebūtur, in cōspectu enim eius ardebit ignis. Octauā uero eam appellauit *Luce.21.f*
propter commutationem status seculi huius, ostendensq; in futura uita innouationem fieri. Præsens nāq; tempus septimanā habet deputatam. Omnis.n. præsentis tēporis cursus à prima quidem incipit die, & terminatur in septimā: & rursus iisdem circulis spacia prę stituta uoluūtur, eidem initio reddita, atq; in eosdem terminos reuoluta. Dominicā uero diē non octauam appellamus, sed primam: quia nō potest in octauum numerum deuolui circulus septimanæ. Cū ergo hæc omnia cessauerint, & cursus hic tēporum fuerit resolutus: tunc iā septimana depulsa, ogdoas, id est, octaui numeri cursus, producetur in mediū, qui non iam L
rerum causas reuoluat ad initia, sed omnia cōsequentibus tendat, & perurgeat in futurum. Propheta ergo hoc intuens, & ex his omnibus corde cōpunctus, & iudicij futuri intra se memoriam retexens, diem quoque illū semper in oculis habens, nunquā à tribulatione animi, & cōpunctione cordis uacabat: quæq; nos uix aliquando, & satis raro ad memoriā reuocamus, illius mēs & cogitatio habebat semp intra se, & dei iudicia totis sensibus intremebat. Ob hoc ergo sic dicit *Psal.6.c*
in psalmo: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; *37.a*
in ira tua corripias me. iram dicens, & furorem pœnę continuationem. scit.n. diuinam naturam carere omni passibilitatis affectu. & quidem cùm in multis conscius sit sibi, ex quibus nō pœnam sperare debeat, sed coronam. Erat.n. in eo fides tanta, ut muros, ac turres, destrueret alienigenarū, & uniuersam gentē suam de portis mortis ipsius, ut sic dicā, reuocaret: erat in eo etiam inde grādis fiducia conscientiæ, quod nō reddiderat inimico malum pro malo, quinimo & benefi cia pro iniurijs reddidit. Sed & illa diuina sentētia, quę dicit: Inueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor M
meum. Nónne ab eo oēm suspicionē noxæ alicuius, *1.reg.13.f et Act.13.d*
aut reprehensionis abstergit? & tamē post illud de eo dei iudicium, post tot animi operumq; uirtutes non cessat tanq̄ reus, & pœnæ obnoxius loqui, & quasi nihil habeat fiduciæ apud deū, ut illud euangelicū compleat, quod ait? Cū feceritis autem omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: quia serui inutiles sumus, qđ debuimus facere, fecimus. Quid tale locutus est ut publicanus ille, qui uerè mille malis repletus, & neq; respicere ad cœlū poterat, neq; orationis suæ prolixum continuare sermonē, sed ne adstare quidē propè pharisæum audebat. Exprobrabat enim eum pharisæus, *Ibid.18.b*
dicens: Quia nō sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut etiam publicanus hic. Ille uero quasi nihil horū audiēs, in nullo indignatur, sed & amplectitur opprobrium: & non solū non indignatur, sed & cōfitetur peccata sua, pectusq; suum uelut peccatorum suorum conscium tundens dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Hæc ergo peccatorem facere non est magnum, quia pondus peccati, & si uelit & si nolit, peccatorē humiliat, & incuruat: iustum uero hæc facere qui sibi cōscius est bonorū multorū, &

A ita de se pronunciare, ut pronunciabat ille, qui uerè multorū reus erat malorum, hoc est mirabile, & hoc est uerè cōtriti, & humiliati cordis indiciū. Imò uerò & amplius adhuc in humilitate iusti, quā in cōfessione publicani pctōris intueor. Ille.n. quod ait: Propitiꝰ esto domine mihi pctōri: sermo ipse uidetur esse qua si pœnam uolētis effugere. Quod autem dicit iustus, Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me: nō est uolentis argui, neq; corripi recusantis, sed orātis, ne in ira, id est uehemēter arguatur, neq; in furore, quòd est absq; uenia, corripiatur. Ex omni ergo parte animi eius humilitas intuēda est, & ex eo qđ semetipsum cum sit iustus, pœna iudicat di gnū, & ex eo qđ nō audet hæc perere à deo, ut ex integro sibi uenia cōcedatur: qđ utiq; eorū est, q se ingentibus quidē supplicijs dignos putāt, aliquid tamen in ipsis supplicijs cogitant adipisci, qđ paululum subleuet, ac tēperet pœnas. Sed maiorē adhuc mentis suæ humilitatē docet, quòd & hanc ipsam misericordiā, id est ut paulò leuiꝰ crucietur, ita petit à deo, nō quasi
Psal.6.a releuari mereatur, sed quasi qui deficiat in tormētis,
B & ferre plura non possit. Ait.n. Miserere mei domine
Ibi.118.y quoniā infirmus sum. Quid hoc est? Iste qui tale testimoniū meruit à deo, & qui iudicia eius non est oblitus, sic.n. dicit: Iudicia tua non sum oblitus. Iste, inq̄, qui Solis ipsius splendore lucidior est, hmōi uerba proloquitur. Hoc.n. uerè magnum & mirabile est, quia is qui uerè magnus est, nihil de se magni sentit, aut loquitur, sed omnium se ultimum iudicat, & salutē de sola dei misericordia sperat: ueluti si diceret, Dignus quidē sum pœna, dignus æternis supplicijs: sed quia tā ferre tormenta non possum, rogo mihi uenia dari: ut sæpe famuli in multis cōprehensi delictis, dicere quidē quòd non peccauerint non audent, sed pro nimietate uerborū, aliquantulum sibi remitti flagella rogāt. Ego tamen puto de alia eū infirmitate nunc dicere, illa.s. quæ ex tristitia, & mœrore uenit. Solet.n. mœroris nimietas, si pertinacius incubuerit, cōsumere uires animi: quod puto accidisse iusto huic, dum nimis incusat seipsum, & nihil sibi promittit lætū, & hoc arbitror indicari ex his quæ sequuntur. Ait.n. Miserere mei domine, quoniā infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt oīa ossa mea, & aīa
C mea turbata est ualde. Quòd si is qui tantorum sibi
Ps.142.a bonorū conscius erat, deprecatur dominū, ne intret secū in iudiciū, neue discutiantur opera eius: quid faciemus nos, q tot malis iuoluti sumus, & bonorū nobis operū nulla fiducia est, quibusq; cū abundēt delicta, nulla satisfactio est, nulla cōfessio? Ob hoc igitur beatus hic tali utitur confessione. Sciebat.n. & didicerat, quia nemo iustificabitur in conspectu dei, sciebat quia iustus uix saluabitur, propterea dicebat: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Sed & in oībus intuere, quō nusq̄ bonorum suorū meminit, sed semper ad misericordiam dei confugiat, & in ipsa sola collocat salutem suam. Hæc est.n humilis cordis uera cōpunctio, magna agere, & humilia loqui: iusta operari, & super peccatores timere, ac tremere. Et uis scire,
Ps.129.a quantus in eo sit timor diuini iudicij, audi quid dicit: Iniquitates si obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Nouerat.n. & ualde nouerat, quia in multis criminibus obnoxij sumus deo, & quia etiam parua peccata, & ea etiā de quibus nec suspicamur, deducētur ad iudicium. Deniq; & ea q̄ saluator postmodum statuit, ille iam in spiritu puemens impleuit, & nō so-
lū legis mandata, sed de iniurijs, conuicijsq;, & cogita D
tionibus malis obseruantiam tenuit. Risum etiam im
portunū, aut scrurrilitatē in iudicio dei cogitabat esse *1 Co.4.a*
plectendam. Propter hoc & Paulus dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cur aūt hoc? Quia etiā si nil mali operis egit, sicut certè nec egit: sed honoris quantū deferri deo debuit, si it à se nondū esse delatū: quia etsi millies moriamur, etsi oēs uirtutes animi expleamus, nihil dignum gerimus ad ea, quæ ipsi percepimus à deo. Vide.n. quō cùm in nullo ipse nostri indigeat, in omnibus.n. sufficit sibi: tamen cùm non essemus, esse nos fecit, animamq; inspirauit talem, qualem nulli ex omnibus animantibus quæ sunt super terram. Paradisum plantauit, cœlum extendit, terramq; substrauit, luminaria accēdit in uniuerso mundo splendentia, & terrā quidē fontibus, & fluminibus, & stagnis repleuit, cāposq; uirgultis & floribus adornauit, cœlū uarijs astrorū choris depinxit, ut nobis noctē die ipso faceret gratiorem, si mul & somnorum salubritas p quietem uires corporis repararet, quas labor diurnus absumit. Intantum autē muneris huius necessaria humano generi dona E
collata sūt, ut absq; cibo audeāt nōnulli plures trāsigere dies, absq; somno uerò nec paucos. Idcirco deniq; & hybernis frigoribus longiora spatia noctiū posuit, ut prolixior requies intra tecta hoibus fieret, & laboribus spatia breuiora remanerent. Propter qđ & conuenienter tpa hæc, quæ ad requiem dedit, tenebris in uoluit. Sicut.n. piæ quæq; matres, aut nutrices cū forte natos suos ad requiē prouocāt, in gremijs positos cōplecti brachijs ad se constringere, ac tunica operire faciē & oculos solēt, ut obscurior eis aer redditus, somnum illis per quietem facilius inuitet: ita & deus tanq̄ uelamen quoddam p uniuersum mundū tenebras obducens, hoium genus ad silentiū gratissimæ quietis inuitat. Quòd si non ita tēpus istud munisset deus, ut est genus hominū negocijs & cupiditatibus, atq; auaritiæ semp intentū, non solùm subiectos sibi læderent, sed & semetipsos laboribus operibusq; consumerēt. Nunc uerò & inuitos nos à nimis laboribꝰ retrahit, & non solū corporibus indulget, sed & aios ipsa uicissitudo resuscitat. Nam inde quid dicam, quō noctis tpe cuncta tranquilla sunt, & silent uniuersa, quies ubiq; & per totum orbem aguntur longa silen F
tia, nullus clamor, ut in tpibus diei, nullæ uoces quibus alij pro penuria, alij pro uiolentijs clamant, alij damnis & calumnijs afflīguntur. Hæc omnia quiescere facit nox, & uelut fluctibus quibusdam, atq; undis malorum ereptos homines, ad portum quietis adducit: & hæc quidē noctis munera, diei uero tanta sunt, ut de his dicere nec tpis, nec styli huius sit. Quid uerò maris usum, & nauigandi utilitatē loquar? per quam quidem oēm penè orbem, qui per longa à se diuiditur spatia, non solū sibi inuicē notum, sed sociū quodammodo, & cōicabilem facit, ut unusquisq; si quid apud se gignitur boni, hoc etiā apud proximos suos procul positos deferat: & cùm unusquisq; paruum apud se possideat terræ cespitem, per istud mercandi ministeriū, quasi totius mundi per oia dominus efficitur, & uniuersæ terræ fructibus utitur. Et quid plura dicam? Vniuersus orbis efficitur tanq̄ mensa una omnibus, nullo prohibētē sumere qđ ubiq; est, sed parua sunt hæc in muneribus dei. Quid deinde dicā, quòd notā fecit deus sapientiam suam hominibus, & capaces eos esse uoluit huiꝰ tā ineffabilis muneris? Et hoc

G fecit cùm ipsi nõdum aliquid apud deum meriti collegisset. Cumq; eis intellectũ concesserit diuinorum
Pauthorẽ rerumq; æternarum eis p̃stiterit habere notitiam: hõ tamen erga tanti muneris datorem ſextitit ingratus, & ne ſic quidem eum reſpuit diuina clementia, ſed & hoc ipſum quidem qđ uidetur pœna prꝫuaricationis impoſita remediũ fuit, nolentis ultrà procedere malum, ſed furorẽ temeritatis, atq; audaciæ reprimẽtis. Hæc & horũ ſimilia ex diuinis beneficijs reminiſcens iuſtus, & multò magis ea, q̃ ad diſpenſationẽ ſpectãt unigeniti filij dei, quęcq; p eũ futura promittuntur bona p̃ horas ſingulas, & momẽta conſideràs, & in corde ſuo diſcutiẽs, atq; ad immẽſum bonitatis & bene-
Pſa.115.a ficiorũ eius pelagus aſpiciẽs, dicebat: Quid retribuã domino pro oĩbus quæ retribuit mihi? Et peccata qdẽ propria ſine intermiſsiõe dijudicat & retractat, iuſtitiæ uerò ſuæ in nullo penitus meminit: nõ ſicut agimus nos, qui de peccatis quidẽ noſtris, q̃ multa ſunt & grauia, nec quidẽ mentionem facimus, nõ dicam cogitamus, aut ingemiſcimus: ſicubi uerò parũ aliqd
H boni operis agere uidemur, hoc ſine intermiſsione & dici uolumus, & audiri, nec deſinimus prorſus tumidi incedẽtes, & elati, donec & ipſum parũ, ſi fortè geſtũ eſt boni opis, p iactantiã euacuetur & peat. Hæc
Ibid.8.b & horũ ſimilia intuẽs iuſtus, dicebat: Quid eſt homo quòd memor es eius? Et itetũ humanę uęcordię igna-
Ibi.48.d uiã notans, aiebat: Homo cũ in honore eſſet nõ intelexit, cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hic eſt affectus ſerui fideles, ut beneficia domini ſui, quæ cõiter data ſunt omnibus, quaſi ſibi ſoli p̃ſtita reputet, & quaſi ipſe ſit oĩum debitor, & pro oĩbus ipſe ſolus habeatur obnoxius. Hoc fecit & Paulus, qui mortẽ domini, & ſaluatoris noſtri, quę pro uniuerſo impẽſa eſt mundo, ſibi ſoli p̃ſtitam di-
Gala.2.d cit: quaſi.n. de ſe ſolo loquẽs ita ſcribit: Quòd.n.nũc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui tradidit ſemetipſum pro me. Hæc aũt dicebat, non coanguſtare uolens altiſsima, & per orbem terræ diffuſa Chriſti munera: ſed quaſi qui, ut diximus, pro oĩbus ſe ſolum iudicaret obnoxiũ. Et reuera quid intereſt, ſi & alijs prę ſtitit, cũ quæ tibi præſtita ſunt, ita integra ſint, & ita p
I fecta, quaſi nulli alij ex his aliquid fuerit præſtitum?
Ma.12.et Luc.15.a Ideo deniq; & illa boni paſtoris parabola nõ dicit, qa uenit oues multas q̃rere, ſed unã. Vna nanq; eſt, quia ſic oĩbus quaſi uni diuina beneficia cõferuntur. Hæc
Pſal.34.c ergo ſunt, pro qbus ſymphonides noſter affligebatur Dauid, & lugebat. Et enim qui pecuniã mutuã ſumũt, ſi nõ habeãt unde reſtituãt, ſed multo fœnore oppri mantur: neq; cibũ facere, neq; quietẽ poſſunt, excruciati ſolicitudine, conſumptiq; uigilijs. Qũo ergo iuſtus non excrucietur, conſiderans non ſe in pecunia, ſed in morũ actibus eſſe debitorem? Sed nos non ita agimus, immo uerò ſi uiſi fuerimus, uel parũ aliquid ex multis debitis ſoluere, iam uidemur nobis non tã ſoluiſſe debita, q̃ opes plurimas, & largos in cœlis recondidiſſe theſauros: immo quod eſt infelicius, nec hoc quidẽ parũ quod agere uidemur, ita honeſtè, & emẽdatè gerimus, ut decet liberos: ſed prius requirimus, ſi mercedẽ habeam⁹, an nõ: & ſi grãdis ſit merces in eo quod facere uidemur, & ſi reputetur nobis ad mercedẽ. Inuerecũda ſatis, & non tã libero filio digna uox, q̃ mercenario. Quid agis õ homo? Quid ineptis? Ad hoc creatus es, ut cõditori tuo placeas, ut domino tuo ſeruias: & tu de mercedibus cogitas? Si.n. te agentem quod tibi præceptum eſt, conijci iubeat do-

minus tuus in gehennam: aliqua tibi erit contradicẽ- K
di poteſtas? Tu.n. ſeruo tuo operanti quæ iubes, mercedes paras. Si oĩno dignus fueris agere, quæ deo placeant: aliam adhuc p̃ter hoc ipſum quod placere meruiſti, mercedẽ requiris? Verè ignoras quantum boni ſit placere deo: ſi.n. ſcires, nunq̃ aliud aliquid extrinſecus mercedis, ac muneris expeteres. Neſcis quia maior augetur tibi merces, quãdo nõ ſpe mercedis operaris, ſed ſtudio placendi deo. Aut non uides qũo & apud hoĩes illi maximè famuli diliguntur, qui non tã accipere aliquid à dominis, q̃ placere eis, & obedire geſtiunt? Et ſi homines ita erga ſibi ſimiles agunt: tu qui tanta à deo beneficia cõſecutus es, & alia nihilominus ſperas bona, ſiquid pro ſalute tua, egeris, prius etiã penè q̃ geras, de mercedibus pcontaris. Propter qđ miſeri ſumus in oĩbus & frigidi, nec in aliquod opus bonum parati. Ob hoc neq; compunctionẽ cordis unq̃ meremur accipere, neq; colligere intra noſmetipſos aĩæ noſtræ ſenſus, & humilitatem noſtram fragilitatemq; cognoſcere, neq; pctã noſtra ante oculos habere, neq; econtra diuina beneficia cõſiderare. L
Hinc eſt quòd neq; ad illos, qui tam p̃cipuam & diſtrictã uitam ducunt reſpicimus, neq; ad ſtudium boni operis incitamur: ſed neq; hoc quidem qđ frequenter uidemur noſmetipſos pctõres pronunciare, cum ueritate, & affectu animi loquimur. Deniq; ex eo arguimur, qa ſi hæc ab alio audiamus, q̃ ipſi de nobis pronũciare uidemur, ſtatim indignamur & iraſcimur, & iniuriã nobis factam conquerimur. Sic ficta in nobis, & ſimulata ſunt oĩa, ut nec illum quidem publicanũ *Luc.18.c*
poſsimus imitari: qui cũ pctã ſua audiret ab alio exprobrari, non ſolũ patienter tulit, ſed addidit confeſſionem ſuam. Vnde diſceſsit ille iuſtificatus magis, q̃ phariſæus, qui exprobrauerat. Nos uerò neq; exomologeſis, ipſa quid ſit nouimus, cũ mille malis repleti ſimus. Sed oportebat nos non ſolũ ſcire exomologeſim, & cõfiteri, quia multa in nobis delicta ſunt: uerũ & unũ quodq; peccatum & maius & minus quaſi in libro, ita in corde noſtro habere deſcriptum: idq; frequentius recenſere, atq; ante oculos ponere, & tanq̃ hæc nup admiſſa lugere. Ita.n. & animæ arrogantiã frãgeremus, frequẽtius eam de malis ſuis, & uitijs cõmonẽtes, & cautela nobis ne ultra in eadẽ delicta inciderem⁹, acrior naſceretur. Tantum.n. boni con- M
ſert, meminiſſe frequentius hoĩem peccati ſui, ut ẽt uideamus Paulum apoſt. ea quæ iam abolita fuerant, & deleta, adduceret tamen in mediũ: & cũ culpã de præſentibus non haberet, quoniã recordationes peccatorum & luctum, gemitumq; ſciebat aiæ prodeſſe, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam commiſſa, gratia baptiſmi, & confeſsio fidei aboleuerat.
Sic deniq; dicit: Quia xp̃s Ieſus uenit in hunc mundũ *1.Ti.1.d*
pctõres ſaluos facere, quorũ primus ego ſum. Et itetũ: Et fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſteriũ, *Ibidem.c*
qui prius fui blaſphemus, & pſecutor, contumelioſus ſupra modum pſequens eccleſiam dei, & expugnans eam, & qui nõ ſum dignus uocari apoſtolus. Et enim licet reatu abſoluamur, pro pctis tamen priorib. ſi ad ducãtur ante oculos, ſufficiẽter incutere poſſunt aiæ uerecundiam, & prouocare eam ad amorẽ eius, qui tam multa, & tam magna conceſsit. Nã & Simon cũ interrogatus eſſet à domino, quis ex illis duobus debitorib⁹, qbus fœnerator relaxauerat debitũ, plus eũ diligeret: & ille reſpõdiſſet, qa ille cũi plus dimiſit, audiuit à domino: Rectè reſpõdiſti. Oportet ergo recor *Luc.7.f*

A dari nos priora delicta, etiam ea pro quibus ueniam conſecuti ſumus, ut intuentes q̃ ingentem modũ debiti remiſit nobis deus, & amplius eũ diligere poſsimus, & uerecundiam, pudoremq; concipere, atq; ex his corde compũgi: conſiderantes, quia niſi miſeratio ipſius ſubueniſſet, tantum illud peccatorum pondus ſine dubio in imis omnes nos inferni pœnis, ſuppliciisq; preſsiſſet. Paulus etiam illa meminerat, quę promeruerant indulgentiam: nos uero nec iſta recordamur, quæ poſt baptiſmum cõmiſimus, in quibus utique periculum nobis ſaluum eſt, & reos nos, atq; in uinculis poſitos tenet. Quòd & ſi aliquãdo ad recordationem uenerimus, & niſi fuerimus paululum inde cogitare ſoliciti, ſtatim effugit cogitatio, & trãſimus ad alia: & nec integra quidẽ hora patimur animã noſtram afflictione mœroris huius adſtringi. Hæc igitur cauſa eſt, quòd malis addimus mala, dum priorum memoria non permanet, nec dolore aliquis uritur pro conſcientia delicti. Hinc eſt, unde nec ad con
B feſsionem accedimus. Qũo enim confitebimur, quorum nec memoriam quidem tenemus? Et ſic conſuetudine contemnendi, dum de p̃ræteritis dolor nullus eſt, facilius ſuperueniẽtibus malis locũ damus. Quòd ſi omnis ex anima ſtimulus auferatur, & cuncta ei ſecuritatis fræna laxentur: quis eam poſt hæc tenebit, aut quis eam de præcipitijs reuocabit? Et quid prohibet ubi nihil metuitur, ubi nihil uerecundiæ, nihil pudoris admittitur, ut non in omnes perditionis foueas demergatur? Pro his ergo lugent ſancti, & gemitus ſuos conſerunt in cõſpectu dei. Sufficit enim ſanctis & magnis, ſicut & uos eſtis, ad cõpunctionem cordis recordari diuina beneficia, & operum ueſtrorum gloriam non uobis ipſis aſsignare, ſed deo. Sufficit ut ſicubi, uel parum aliquid uos latuit, quãto uos magni eſtis, tãto id uelut à magnis uiris commiſſum grauius iudicare. Sufficit conſiderare illorum uitas, qui ſummas uitæ, & ſanctitatis regulas ſeruarunt, & per omnia placuerunt deo? ſed & naturam peccati conſiderare uelocem, rapidam, ſubreptiuam, & ob hoc incer
1 Cor.9d ta eſſe quæ futura ſunt, & ualde dubia, & tam pericu
C loſa, ut ea etiã magnus ille metuat Paulus. Hoc enim indicat, cũ dicit ſe timere, ne fortè cum alijs prædicarit, ipſe reprobus fiat. Et iterum cum ait: Qui ſe exiſti-
Ibid.10.c mat ſtare, uideat ne cadat. Sic autem & beatus Dauid beneficiorum dei, munerumq; eius memoriam recolens, compunctionem cordis quærebat, in quo ait:
Pſal.8.b Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam uiſitas eũ? Minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſupet opera manuũ tuarum. Cũ uero operum, meritorumq; ſuorũ oſtendit confidẽtiam non
2.Reg.7.c dabendã, dicit: Quis ego ſum domine mi, & quæ eſt domus patris meĩ? quoniã dilexiſti me intantum, & pro nihilo ſunt habita hæc in cõſpectu tuo domine, & locutus es pro domo ſerui tui in longitudine. Hæc autẽ lex hominis domine mi, domine ad te. Et quid adiiciet Dauid, domine adhuc loq ad te? Sed & maiorum memoriam facit, & ſemetipſum quaſi longè ab
Pſal.21.a eorum uirtute conſtituit. Cũ enim dixiſſet: In te ſperauerũt patres noſtri, de ſemetipſo in poſterioribus ait:
Ibipem.b Ego autem ſum uermis, & non homo. De futuris autem quaſi trepidus & incertus hoc modo ſeipſum ſuſcitat, & dicit: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. Incuſat autem & ſemetipſum ſu-
Ibid.12.b per mulitudine peccatorum, hoc modo, & ait: Propi-
Ibid.24.c tiaberis peccato meo, multum eſt.n. Vobis ergo ma- D
ioribus ꝛa ſufficiant, nobis autem cum his adhibẽda ſunt etiam alia medicamenta fortiora: & quæ poſsint deſtruere quidem arrogantiã, inſerere uerò dolorem cordis, & animi mœrorẽ. Recordandę nanq; ſunt nobis multitudines peccatorum, recordanda conſcientia maculata: quæ utiq; cùm ſtimulare nos cœperint, nequaq̃ elationi aut arrogantiæ locum relinquit. Propter quod rogo, & deprecor per illam ipſam, quam pro uitæ tuę merito acquiſiſti fiduciam apud deũ, ut porrigas nobis manũ, ſæpius interpellans pro nobis dominum, ut poſsimus lugere noſmetipſos, & peccatorũ noſtrorũ pondus reſoluere multitudine lachrymarum: & ita poſt hæc (non.n. ſemper ſtendum eſt, & nihil agendum) apprehendere aliquam uitam deo placitam, & ad cœlum ducẽtem, ne fortè cum malis noſtris deſcendamus in infernũ, ubi nemo eſt qui cõfiteatur domino, & ibi patiamur, ea quæ patiũtur impij, cùm nullus fuerit iam qui exoret pro nobis. Dum enim ſumus in hac uita & nos iuuari à uobis poſſumus, & uos poteſtis in nos conferre beneficia: cũ autem abierimus illuc, ubi neq; amicus, neq; frater, neq; pater ibi idoneus erit ad liberandum eum, qui ſuppli- E
cijs deputetur æternis. Quomodo.n. qui in luce eſt, accedit ad eum qui in tenebris graditur? Vbi cũ nullum ſit nobis ex ſanctorum collatione refrigerium, æternas tamen expendimus pœnas, effecti cibus inextricabilibus, & immortalibus flammis.

De compunctione cordis, lib. ij finis.

R. IN CHRISTO PATRI, AC D. D. MA*ximiliano à Burgondia Abbati Mittelburgenſi*
Eraſmus Roterodamus S. D.

NTer multa cõmoda, quæ literis debemus R. P. illud non arbitror eſſe poſtremum, quòd in orbe penè dixerim alio conſtituti, per eas tamen cum amicis colloqui poſſumus. Emiſeramus nuper libellũ de modo orandi deũ, F
talibus.n. argumentis quæ non multum adferunt laboris, & ad pietatẽ maximè conducunt, ſenectutem noſtram exercemus, iam ueluti ſolent athletæ cũ ingraueſcit ætas miſsionem ambientes. Is ubi per manus omnium uolitaret, non ſine gratia, cõmodùm inter Chryſ. lucubrationes reperi duas orationes eadem de re, nondum Latinè uerſas. Illico mihi geſtijt animus uidere, q̃ inter nos conueniret in eadem materia uerſantes. Sic opinor affici pictores quoties deprehendunt aliquem non uulgarem artificem in eodem laboraſſe argumento, in quo laborarunt ipſi. Iuuat.n. hic collatis tabulis animaduertere, ubi par fuerit artis facultas, ubi ſuperior, ubi inferior. Verùm hac collatione mihi quidem adeò non placui, ut ſi licuiſſet, meam tabulam prorſum abolitã uoluiſſem. Rutubam diceres cum Appelle commiſſum. Quis.n. illius eloquentiam plus q̃ auream aſſequatur, etiamſi propoſitũ exemplar conetur æmulari? Et tamen multum uigoris addere ſolet ingenijs æmulandi contentio quo magis mihi uiſus ſum formica cum camelo cõpoſito, cum nullus adfuiſſet ſtimulus, qui meam oſcitantiã expergefaceret. Sed hac de re tuum potius expecto iudiciũ, idq; quò certius facias, mitto ſimul

G & Græca, nequis causari possit, me malè uertẽdo hoc egisse, ut mea minus displicerent. Verũ utcunq; huius æstimationis cadet alea, uicisse mihi uidebor, si sensero quãplurimos hoc meo labore ad frequenter orandum, uel excitatos, uel redditos alacriores. Nam tuæ quidẽ pietati sciebam hmõi stimulis nequaquã opus esse, qui pietati, quam alij uix multo diutinoq; studio possunt discere, natus esse uidearis. Etenim iuuenis ex aula subitò translatus ad monasteriũ, sic in hoc uitæ genere te gessisti, ut modestia, sobrietate, castimonia, religione superares & illos qui in schola religionis cõsenuerunt. Nusquam in tuis moribus ullũ iuuentutis tuæ uestigiũ, nusquã aulicæ cõsuetudinis reliquiæ, nusquam generis qđ à Philippo Burgũdionum duce, cui Boni cognomen additũ accipimus, clarissimum ducis, ullũ supercilium. Nimirũ hæc erat naturæ tuæ synceritas, quã nec aulæ cõsuetudo potuit corrũpere, cũ sint tam multi, quos in mundo humiles ac frugaliter educatos, non dicã Abbatis dignitas, sed monachi cultus ac uictus corrũpat. Quid aũt eo concentu potest esse iucundius, cũ uestẽ undiq; candidam niH ueus uitæ candor, uel æquat, uel superat? Pertractus es ad istud uitæ genus, qđ intelligeres tibi nõ fore licitum, ut prius esses monachus q̃ Abbas. Talibus ingenijs tutò cõmittuntur epi munia, quibus nõ alia functio sanctior inter mortales, qui nequaquã sibi dignitatẽ uindicant ex munere, sed incorruptis monb⁹ ipsi dignitatẽ muneri suscepto cõciliant. Bene uale.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI,

DE ORANDO DEVM, LIBER PRIMVS. ERASMO Roterodamo interprete.

DVplici nomine par est dei famulos & laudibus uehere, & suspicere. Primũ quòd spem salutis in sanctis precibus collocarunt, deinde quòd laudes reliquòs que cultus, quos deo cũ gaudio simul & tremore cõsueuerũt offerre, itercide I re passi nõ sũt, sed literis prodita supereſſe uoluerunt, quò suum thesaurũ, ita nos uelut hęreditaria, successione transfunderent, quò uidelicet oẽm posteritatẽ ad sui prouocare possent æmulationem. Conuenit enim, ut & præceptorum mores ad eos dimanẽt, qui cum ipsis habent consuetudinẽ, & prophetarum discipuli, eorundem iustitiã referre uideantur. Id autem fiet, si per omne tempus, precationibus, ac dei cultui studioq; pietatis dediti uiuamus, hanc uitã, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hãc bonorũ omnium summã existimantes, uota nostra offerre deo, syncero proq; corde. Etenim quemadmodum Sol lucẽ præbet corpori, sic animæ lumen est precatio. Proinde si cæco damnosum est, non intueri Solem: quãtò grauius damnum est homini Christiano, si nõ assiduè deprecetur, neque Christi lucem orando in animum suum inducat? Iam uerò quis non obstupescat & admiretur, tantam benignitatem ac beneuolentiam, quam in nos homines declarat deus? qui mortalibus tantum honoris largiatur, ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloquamur, nostraq; uota apud ipsum deponamus. Nam uerè profectò cum deo confabulamur, quoties uacamus deprecationi, per quam simul & angelis copulamur, & societatem quam cum K brutis animantibus habebamus, procul effugere uidemur. Angelorum enim opus est deprecatio, superans interim etiam illorum dignitatem, si tamen maius est angelorum dignitate colloquium miscere cũ deo. Atqui quòd id subl mius sit, ipsi nos docẽt, multò quidem cum tremore uota sua offerentes, cæterũ nobis exemplum præbentes, unde sciamus ac discamus, quòd quisquis deum adit, mu'to cum gaudio, multoq; rursum cũ tremore, id facere oporteat. Tremore quidem dum metuimus, ne uideamur indigni qui deum precibus alloquamur: rursus gaudio repleamur, reputantes honoris magnitudinem, quòd deus mortalium genus, tanta ac tali sua cura dignatus sit, ut assiduè diuino colloquio frui liceat: per qđ etiam illud assequimur, ut & mortales & temporarij esse desinamus, natura quidem mortales, sed colloquio conuictuq; quem agimus cum deo, ad immortalem uitam trã seuntes. Necesse est enim, ut qui cum deo familiaritatem habeat, superior euadat, & morte, & omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia. Et quemadmodum nullo pacto fieri potest, ut qui SoL lis radijs fruitur, nõ effugiat tenebras: ita nulla ratione fieri potest, quin qui cum deo cõsuetudinem agit, desinat esse mortalis: siquidem ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalitatem transfert. Etenim si qui cum Cæsare miscent sermones, familiaritérque cum eo uersantur, & hoc honoris ab illo sunt adepti, non possunt esse pauperes: multò minus fieri potest, ut qui deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeat mortales: Nam mors animæ est impietas, ac uita pugnans cum lege diuina. Ex quo consequitur, animæ uitam esse dei cultũ, ac uitam eo cultu dignam. Porrò uitam piam, ac dei cultu dignam, miris modis oratio conciliat, conciliatam auget, ac ceu thesaurum recõdit animis nostris. Etenim siue uis uirginitatis amore tenetur, siue quis studet amplecti honorabilem cõiugij castimoniam, siue quis meditatur iniicere frænum iracundiæ, & cum mansuetudine familiaritatem habere, siue quis cupit ab inuidentiæ lue purus esse: denique siquis aliud quippiam facere studet, quod ad rectè uiuendũ pertinet, duce precatione, ac huius uitæ uiam præparante, commodum simul & facilem habiturus est M pietatis cursum. Neq; enim fieri potest, non potest, inquam, fieri, ut qui postulant à deo, pudicitiam, iustitiam, mansuetudinem, ac benignitatem, non assequantur id quod petũt. Petite enim, inquit dominus, *Mat.7.a & Luc. 11.b* & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Ac rursus alibi: Quis *Mat.7.a Luc.11.b* est, inquit, ex uobis à quo si filius petat panem, det illi lapidem? aut si piscem postulet ille, porrigat ei serpentem? Quòd si uos cùm sitis mali, nostris bona munera dare filijs uestris: quantò magis pater uester cœlestis, dabit spiritum sanctum his qui hunc ab ipso petunt? Talibus quidem dictis, ac tali spe prouocauit nos ad orandum uniuersorum dominus. Nos uerò decet obtemperantes deo, semper omnem uitam in laudibus dei, precibúsque transigere, maiore studio curam agentes diuini cultus, quàm uitæ nostræ. Sic enim contigerit, semper uiuere uitam homine dignam. Quisquis enim non orat deum, nec diuino colloquio cupit assiduè frui, is mortuus est, & uita carens, expérsque sanæ mentis. Nam hoc

A hoc ipsum euidentissimum est argumentũ amentiæ, non intelligere magnitudinẽ huius honoris, nec amare deprecãdi studiũ, nec hoc habere persuasum, quòd animæ mors sit, nõ prouolui ad dei genua. Quemadmodum. n. corpus hoc nostrum, si non adsit anima, professò mortuũ est ac fœtidum: sic aia, nisi seipsam incitet ad orandum, mortua est, ac misera, & grauiter olens. Quin insuper quòd oporteat quauis morte tristius existimare, siquis deprecatiõe priuetur, pulchrè nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori, q̃ triduo duntaxat arceri ab orãdo. Nec. n. hoc ab eo exigebat rex Persarum, ut impietatẽ admitteret: tantũ illud obseruabat, si quis intra triduũ quicquam petere deprehenderetur ab ullo deorũ aut hominum, præterquam ab ipso. Sed propheta ne tantulum quidem temporis sustinuit ab orando cessare: propterea quòd nisi deus propensus sit in nos, nihil omnino bonorũ in animas nostras uenire possit: dei uerò propẽsio simul adiuuat labores nostros, hosq; pulchrè subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si cõtinenter orare deũ, si uiderit expectantes, omnia bona nobis illinc desluxura. Itaq; cũ uidero quempiam non amantẽ orandi studium, nec huius rei feruida uehementiq; cura teneri: continuò mihi palàm est eum nihil egregiè dotis in animo possidere. Rursus ubi quem cõspexero, insatiabiliter adhærentem cultui diuino, idq; in summis damnis numerantem: si non continenter orauerit, coniecto talem omnis uirtutis firmum esse meditatorem, ac dei templum. Etenim si uestitus hominis, si pedum incessus, si risus dentium declarat qualis sit, quemadmodum *Eccl.19.d* sapiens dixit Salomon: multò magis deprecatio cultusq; dei, signum est totius iustitiæ, cũ sit ornatus spiritualis ac diuinus, multam pulchritudinem ac decorem concilians mentibus nostris, dum uniuscuiusq; uitam componit, nec sinit quicquã sordidum aut absurdũ dominari nostro animo, dum persuadet reuereri deũ, & honorẽ quem illi debemus præstare, dum docet uniuersam mali spiritus impostu ram reiicere, turpes & absurdas cogitationes profligans: denique dum cuiusq; mentem constabilit in contemptu uoluptatum: Nã hæc superbia sola decet eos, qui Christum uenerãtur, uidelicet nulli seruire turpitudini, sedC mentem seruare in libertate, morumq; puritate. Arbitror itaq; cunctis esse manifestũ, quòd simpliciter impossibile sit, absque precationis præsidio cum uirtute degere, cumq; hac hui⁹ uitæ cursum peragere. Etenim qui fiat, ut quis uirtutem exerceat, nisi continenter adeat, & supplex ad genua accidat ei qui uirtutẽ oẽm suppeditat ac largitur hominibus? Rursum qui fiat, ut aliquis concupiscat esse temperatus ac iustus, nisi lubens cum eo consuetudinem, & colloquiũ habeat, qui cùm hæc tum his etiã plura exigit à nobis? Quin & illud paucis demonstrare uolo, quòd etiam si nos peccatis refertos precatio deprehẽderit, celeriter purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuinius obtingere possit, q̃ deprecatio, cùm hanc animis ægrotantibus pharmacum quoddam esse liqueat? Itaque primi *Ionæ. 3. c* occurrunt Niniuitæ, quos clarum est, deprecationis præsidio plurimorum scelerũ, quibus diuinam iram in se prouocarãt, remissionem accepisse. Simul enim atq; illos cepit deprecandi studium, illico iustos reddidit, ac ciuitatem quæ iam assueuerat lasciuiæ, malitiæ, breuiter uitam ex legem & impiam uiuere, statim correxit: nimirũ potentior diutina peccandi consuetudine, cũ ciuitatem illorũ cœlestibus legibus impleſſet: pariter secum trahebat temperantiam, humanitatem, mãsuetudinem, curamq; pauperũ. Nec enim sustinet deprecatio absque his uirtutibus uersari inter pauperes: sed in quorumcunq; pectore sibi domicilio delegerit, eos reddit plenos omni iustitia, eruditẽ & exercens ad uirtutem, ac malitiam omnem propellens: & sanè, si quis tum ingressus fuisset ciuitatem Niniuitarum, qui prius eandem probè nouisset, nequaquam agnouisset eam: adeò repentè à turpissima uita ad pietatem resilierat. Quemadmodũ enim si quis mulierem mendicam, sordidis pannis uestiri solitam, post aureis uestibus ornatã uideret, nequaquã agnituruS sit mulierculam: ita si quis eam ciuitatem prius nouisset mendicã, hoc est uacuam omnibus thesauris spiritualibus, nimirum ignorasset quænã esset illa ciuitas, in qua transmutanda tantũ ualuisset deprecatio, ut & mores & uitam ad uirtutem reduceret. Iam *Luc.7.f* uerò & mulier quædam, quæ uitæ tempus in lasciuia & impudicitia peregerat, simul atq; se proiecit ad pedes Christi, salutem assequuta est. Proinde deprecatio non solũ purgat à peccatis, uerùm etiam in- E gentia pericula depellit. Siquidẽ ille rex simul & propheta mirabilis Dauid, multos ac fæuos inimicos effugit precationis ope, non alijs armis exercitum muniens, atque ita tradidit suis militibus potiri uictoria, quietis interim, ac securis. Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis suæ spem ponere consueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendi, in sagittarijs, in cataphractis, in equitibus: ita magnus ille Dauid, sanctis precibus mœnium uice suum cinxit exercitum, nequaquam respiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neq; pecunias colligens, nec arma comparans, sed orando diuinam armaturam è cœlo deportãs. Nam uerè cœlestis est armatura deprecatio, quæ deo funditur, solaq; firmam custodiã præbet his qui sese deo tradiderunt. Siquidẽ cataphractorum & robur & peritiam, tum sagittarium experientiam, atq; in prodendo hoste calliditatem, sæpenumero ludit ac frustratur uel ipsa belli facies, uel hostiũ fiducia, cumq; his alia permulta: cæterum deprecatio, armatura est inexpugnabilis, ac tutissimum, nec unquam fallens munimentum, pari fa- F cilitate, uel unum repellens militem, uel innumerabilia hostiũ milia. Quandoquidem admirandus ille Dauid, de quo modo diximus, Goliath illum immanem, cũ ueluti dæmon quispiam formidandus irrueret, non armis, neq; gladijs, sed precibus deiecit: usq; adeò regibus quidem aduersus hostes in prælijs ualida arma sunt deprecatio. Quin eadẽ & nobis æquè ualida sunt arma, aduersus dęmones. Sic & Ezechias *1.Re.17.f* rex superior euasit in bello, quod illatũ est à Persis, *4.Re.19. & 2.Paral.32. et* cũ non armaret exercitũ, sed preces tantùm opponeret hostium multitudini. itidẽ & mortem effugit, ubi *Esa.37.a* cum qua decuit religione se deo prosterneret, solaq; *4.Regũ. 20.a* deprecatio regi dedit, ut reuiuisceret. Iam uerò quòd animam peccatis obnoxiam, deprecatio facilè purã reddit, docet nos publicanus ille, qui petijt à deo re- *Luc. 18.c* missionem peccatorũ, & impetrauit. Docet & leprosus, qui simul ut procidit ad pedes dei, mundatus est. *Mat.8.a* Quòd si deus corpus morbo corruptum celeriter sanauit, multò magis animam, quę morbo tenetur, humaniter sanabit. Etenim quantò pretiosior est anima corpore, tantò magis cõsentaneum est, hanc deo maiori curæ futuram. Quanquam innumera recẽse-

Gri posint exemplа, tum uetera, tum noua, siquis uelit oes enumerare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verũ aliquis forsitan ex eorũ numero, qui socordiæ segnitiæq; dediti, nolũt attentè ac diligẽter orare, persuasurus sit, in hoc deũ illa uerba dixisse: Non ois qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit uolũtatẽ patris mei qui est in cœlis. Atqui ego si crederem solã precationẽ ad ſalutem nostrã sufficere, nõ iniuria sermonẽ hunc nobis obijceret aliquis: Nunc cũ profitear deprecationẽ caput esse bonorum oium, basim ac radicem uitæ frugiferæ, nõ est quòd quisquã illis uerbis abutatur ad excusationem suæ socordiæ. Neq; n. sola temperantia potest homini salutẽ adferre, si cætera desint bona, neq; cura pauperum, neq; benignitas, neq; quicquã aliorũ quæ cũ uirtute geruntur, sed oportet ut omnia simul concurrant in animas nostras. Cæterũ precatio, ceu radix & basis, ꝓbus cæteris substernitur. Neq; secus ac nauem & domũ, ea quæ substrata sunt, ualidam reddunt, ac ne soluatur, cõtinent: ita nostram uitam orãdi studium cõtinet, & ubiq; firmam reddit, adeò
H ut absq; hoc nihil nobis boni possit cõtingere, neque
Colo.4.a quod ad salutẽ conducat. His de causis Paulus tanto studio non cessat huc adhortari nos, dicens: Deprecationi instate, uigilantes in ea cũ gratiarũ actione.
1.Thes.5.d Atq; alibi iubet, ut citra intermissionẽ oremus, in omnibus gratias agentes: hæc est enim, inquit, uoluntas
Ephe.6.d dei. Ac rursus alio in loco: Orate omni tempore, in spiritu in hoc ipsum uigilantes cum omni instantia & obseruatione. Adeò multis ac diuinis uocib⁹ ad orandum non assiduè prouocat ille apostolorũ princeps. Decet igitur, nos ab illo doctos, cum precatione uitæ cursum peragere, atq; hac mentẽ assiduè rigare, Siquidem hoc omnes homines, non minus opus habemus, quàm arbores aquarum humore. Neq; enim ualent illæ fructus producere, nisi bibant humorem radicibus, neq; nos pretiosis pietatis fructibus poterimus esse grauidi, nisi precibus irrigemur. Quapropter oportet, & stratis relictis, diuino cultu præuenire Solis exortum, & cũ ad mensam accedimus, & cũ nos ad nocturnam quietem recipimus: Quin potius oportet, singulis horis unam precationẽ offerre deo,
I ut orandi cursus diei cursum æquet. Cæterũ hyberno tempore decet etiam noctis maximam partẽ precibus impendere, ac flexis genibus, multo cũ tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimãtes, quòd dei cultui uacamus. Dic mihi qua fronte Solem intueberis, nisi prius adoraueris, qui lumen illud dulcissimum oculis tuis mittit? Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraueris eum, qui tibi tantum bonorũ largitur ac suppeditat? Qua spe trades teipsum nocturno tempori, qualibus cum insomnijs putas tibi rem fore, niteipsum præmuniueris orando, sed incustoditus ad somnum accesseris? Nimirum contemptibilem captuq; facilem teipsum præbebis sceleratissimis spiritibus, qui continenter obambulant, obseruantes nos, ut si quem deprehend r nt nudatum deprecationis præsidio, protinus abripiant. Si nos conspexerint deprecatione cõmunitos, illico resiliunt, nõ aliter q̃ prædones ac facinorosi, ubi conspiciunt militis gladium in caput suum uibrari. Quòd si contingat aliquem esse nudum precationis præsidio, hic auulsus deportatur à dæmonibus, & in calamitates uariaq; mala impellitur. Oportet igitur ut hæc omnia metuentes, precibus & hymnis semper nosipsos circumuallemus, ut deus omniũ misertus dignos effi K
ciat regno cœlorum per unicum filium suũ, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DE PRECATIONE
liber secundus.

Vòd oĩs boni caput sit deprecatio, quodq;
q salutis ac uitæ æternæ conciliatrix, nullus est omnium qui ignoret. Attamen operæpretiũ est, ut adhuc pro uiribus de hoc negotio disseramus, quò qui iam assueuerunt in precibus uitã agere, ac diligenter cultui diuino animum aduertere, oratio nostra reddat magis attẽtos. Rursum qui hactenus incogitantius uixerunt, atq; animum neglexerunt, precationis præsidio destitutũ, simul & anteacti tempo ris iacturam cognoscant, nec in reliquum uitæ tẽpus seipsos pergant priuare salute. Protinus igitur illud occurrit omnium maximũ, quod de precatione dicere possumus, quòd quisquis orat, cũ deo colloquitur. Quantæ enim dignitatis sit hominem cũ deo misce
re sermonem, neminem latet: cæterũ eam dignitatẽ L
oratione consequi, nemo prorsus ualeat, quandoquidem hic honos etiam angelorum superat maiestatẽ: quod ipsi probè intelligentes, apud prophetas describuntur omnes multo cũ tremore, laudes & cultum domino offerentes, facies quidẽ ac pedes ob ingentem reuerentiam tegentes, uolatu uerò dum non ualent in quiete manere, magnũ tremorem declarantes: nimirũ & nos illud interim docentes, ut tantisper dum oramus, humanę naturæ obliuiscamur, sed occupati mentis alacritate simul & tremore, nihil respiciamus rerũ præsentiũ, sed existimemus nos in angelorum medio cõsistere, idemq; sacrificium cum illis peragere. Nã in reliquis multũ discriminis est inter cõditionem illorũ & nostrã: siue naturam expẽdas, siue uiuendi genus, siue sapientiam, siue intelligentiã, siue quicquid aliquis recensere possit. Cæterũ orare commune est opus angelorum pariter & hominum, neq; quicquam interest inter nostrã naturam & illorum, duntaxat quod attinet ad deprecationẽ. Hæc te separat ab mutis animantibus, hęc te sociat angelis: Quin facilè fiet, ut quis in illorũ ciuitatem transferatur, in M
illorum uitam & consortium, ad illorum honorem, nobilitatem, sapientiam, & intelligẽtiam, qui per omnem uitam precibus ac diuino cultui uacare studuerit. Quid enim possit inueniri sanctius his, qui cũ deo commercium habent, quid porrò iustius, quid ornatius, quid sapientius? Etenim si qui cum sapientibus uiris colloqui solent, propter assiduam consuetudinem, breui sic transmutantur, ut illorum prudentiam referant: quid dicere cõuenit, de his qui cum deo colloquia miscent, ei sua uota deferẽtes? Quanta sapientia, quanta uirtute, quanta prudentia, quanta bonitate, quanta sobrietate, quanta morum æquitate replet illos precatio & obsecretio? Proinde nequaquam aberrarit à uero, siquis affirmet deprecationem esse cautam omnis uirtutis & iustitiæ, neq; quicquam eorum quæ conferunt ad pietatem uenire posse in animum, cui non adsit deprecatio & obsecratio. Sed quemadmodum ciuitas quæ muris cincta non est, facilè uenit in potestatem hostium, propterea quòd prorsus absit id, quo fuerat hostium incursus arcendus: sic & animam non munitam precibus, diabolus facilè in suam redigit ditionem, nec multo negotio omni

genere

A genere scelerũ implet. Nã primum quidẽ ad animam precibus cõmunitatem, nõ audet propius accedere, metuens robur ac fortitudinem, quã illi deprecatio subministrauit, magis uegetans animum, q̃ cibus uegetat corpora. Ad hæc, qui præcantur serio, non sustinent quicquã admittere indignum precatione, sed reuerentes deum, qui cũ modo collocuti fuerant, citò repellunt oẽm mali spiritus molitionẽ, apud se reputantes quantũ scelus sit eum, qui paulò antè sermonem cũ deo miscuerit, quiq; ab eo pudicitiam ac sanctimoniam petierit, extemplò ad diabolũ deficere, fœdasq; uoluptates in animũ admittere, ac diabolo præbere aditũ in illud pectus, quod paulò antè deus inuiserit, ac dæmonijs cõcedere irruptionem in animas, in quas spiritus sancti gratia plurimã exercuit benignitatẽ ac solicitudinem. Veruntamen illud auscultа: supra uires hominis est, ferere cũ deo colloquiũ, nisi adsit uis & actus sancti spiritus: sed oportet illo præsente, sanctisq; conatibus auxiliante, ita demum ingredi, ac flectere genua, postremò orare ac depreca
B ri. Postquã enim maius est hominis uiribus sermonẽ miscere cũ deo, opus est ut gratia spiritus ueniens in nos, confirmet, addatq; fiduciã, ac doceat nos honoris magnitudinem. Igitur ubi iam cognoueris, quòd & cũ deo loqueris, ac spiritus in te operantis uim sentiens, oraturus & cũ deo collocuturus, nullum diabolo præbebis aditum in animã per spiritum sanctificatam. Etenim quemadmodũ qui cum rege collocuti sunt, & ob hoc sermones placidos honoremq; sunt consequuti, nõ dignantur in contuberniũ uenire mẽdicorum & abiectorum hominũ: ita qui cũ deo confabulatus est, eiq; sua uota protulit, nequaquã digna bitur mali & impij spiritus familiaritatem admittere. Nam uerè profectò quisquis uoluptatibus seruit, cũ dæmonibus habet familiaritatẽ, atq; eorum insaniã imitatus est: Sicut è diuerso, qui temperans est, ac iustitiam exercet, cũ angelis habet cõmercium, & illorum æmulatur dignitatem. Iam uerò si quis dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidem sn̄ia, ui debitur uerum dicere, nimirũ quemadmodum corpus neruis cohæret, currit, stat, uiuit, & cõpactũ est, adeò, ut si neruos incideris, uniuersam corporis har
C moniam dissolueris: itidem animæ per sanctas preces, sibi constant, & cõpinguntur, ac pietatis cursum facilè peragũt. Quòd si teipsum destitueris precatione, perinde feceris, ac si piscẽ ex aquis extraxeris. Vt enim pisci uita est aqua, ita tibi deprecatio. per hanc datur uelut ex aquis subuolare, cœlumq; transcendere, ac promimũ fieri. Itaq; quæ hactenus dicta sunt, sufficiunt ad declarandum quanta sit uis sanctæ deprecationis. Sed fortasse præstiterit, ut ad diuinas scri
Luc. 18.a pturas ueniam, ut ex ipsius Christi uerbis discamus opes, quas deprecatio comparat his, qui studentper oẽm uitam in ea uersari, Dicebat aũt, inquit, eis etiã parabolã hanc spectantẽ, quòd oporteat semper orare. Iudex quidam erat in ciuitate quadã, qui neq; deũ metuebat, neq; hominem reuerebatur: uidua autem erat in ciuitate illa, & uenit ad illum, dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat aliquãdiu: postea uerò dixit apud sese, Tametsi deum nõ metuo, nec hominem reuereor: tamen quia mihi molesta est uidua, uindicabo eam, ne tãdem ueniens suggillet me. Dixit aũt dominus: Audite quid dicit iudex iniustus: Deus uerò an non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad ipsum nocte ac die, & patientiã habebit super illis? Dico uobis quòd faciet uindictã D
illorum citò. Discamus fratres sapientiam in sermone spiritus reconditam, perscrutantes pro uirili nostra, non quanta est, sed quantũ nobis datur assequi. Itaq; qui uitã agunt in mari, in ipsum profundum sese demittunt, ac pretiosos lapillos his qui uersantur in terra, deferunt. Nos uerò diuinarum scripturarum mare scrutantes, in ipsum spiritualis sapientiæ profundum, quantum quidem in nobis est, decurramus, & uobis adferamus thesaurũ bonũ melius ornantẽ animas, q̃ ornant regum capita è gemmis contextę coronæ. Nã harum quidẽ pulchritudo, simul cũ ipsa uita marcescit. Cęterum qui doctrina spiritus coronat animam, cũ hic interim cũ omni mẽtis securitate uitæ tempus exigit, tum post huius uitæ finem, cum fiducia accedit ad tribunal Christi, plenus uirtute, & ab omni uitio purus. Quem igitur thesaurum è profundo scripturarum adducimus? Non ipsum profundũ attingẽtes sapientiæ, sed eò usq; descendentes, quousq; concedit Christus, qui homines inuitans ad orandum, & utilitatem hinc proficiscentem commendare uolens animis nostris: iudicem quendam inducit improbũ E
ac sæuum, qui pudorem omnem ex oculis abiecerat, quiq; dei timorem ex anima propulerat. Atqui satis erat iusti clemẽtisq; iudicis personam proposuisse, ut huius iustitia collata cũ dei bonitate, demonstraret quantũ ualeat deprecatio. Etenim si benignus ac mã suetus homo placidè recipit, qui supplices accedunt, quantò magis idem facturus est deus, cuius tanta est erga mortalium genus benignitas, ut non solùm nostram excedat intelligentiam, uerũ etiam maior sit q̃ ut huius magnitudinem, angeli ipsius possint animo complecti? Itaq; satis erat, ut dixi, iusti iudicis personam inducere. Nunc autem iudicem proposuit immitem, impium, & inhumanum: in cæteris quidẽ implacabilem, ad preces uerò benignum ac mansuetũ, uidelicet ut intelligas, quòd omnis precatio ingeniũ etiam malum, facilè ad misericordiam & clemẽtiam pertrahit. Quã igitur ob causam hoc fecit Christus? Nequis omnium ignoraret, quãtam uim habeat deprecatio, atq; idcirco postquam iudici omnium immanissimo adhibuisset uiduam, eumq; præter naturam ostendisset factum ex improbo humanum, ad F
patrem suum parabolam transfert, ad illum, inquã, bonum, mansuetum, mitem, humanum, misericordia sua uincentem peccata mortalium, condonantẽ errata plurima, tolerantem quotidie in se dicta conuicia, dissimulantem honorem haberi dæmonijs, se contumelijs affici, filium suum innumeris incesti conuicijs, aliaq; ferentem atrocia, dicenda pariter ac silenda: & tamen sic conuicijs affectus adeò mãsuetè tolerat. Quòd si uiderit, eo quo decet tremore accedentes sibi, an non protinus miserebitur? Audite, inquit, quid iudex iniustus dicat: Tametsi deum nõ timeo, nec hominem reuereor, attamen quoniam mihi negotium facessit, uindicabo illam. Quid ais? Quod non potuit metus, hoc potuit deprecatio? Ac minæ quidem & ultionis expectatio, non commouerunt hominem ad iustitiam: cæterum ubi prodijt uidua supplex, iudicem ex feroci mãsuetum reddidit. Quid igitur coniectandum est de benigno deo, si iudicem crudelem, adeò mansuetum reddidit uidua supplicans? Quantam bonitatem, quantam humanitatem erga nos exhibebit deus, qui non modò semper cupit misereri, punire nunquam, uerũ etiam ob insi-

Gnem erga genus hominũ charitatẽ, & ſupplicia cõminatur nobis,& ingentia præparauit præmia, ut & metus ſuppliciorũ arceret à uitijs,& præmijſpes extimularet ad uirtutẽ.Non poſſum ab iniquo iudice cogitationẽ auertere, cõtemplans in illius prẽter naturã manſuetudine,ineffabilẽ dei bonitatem. Etenim ſi is qui nunq̃ cogitarat quicquã humanitatis cuiquam præſtare,ſubitò mutatus, miſertus eſt uiduæ rogantis:quantã erga nos dei ſolicitudinem è cœlo deportabit deprecatio? Ad hæc quantũ ualeat ac poſsit ſancta precatio uel hinc cognoſcas licebit, ſi conſideres,quantũ bonorum ſingulis diebus,ac ſingulis horis accipiant hi,qui iugiter deo ſupplicãt. Quem.n.fugit,quòd Solis,lunæ,ſtellarumq̃ lumen,quòd cœli tẽperiem, ac uariam alimentorũ copiam, quòd opes, quòd uitã,deniq̃ quòd alia innumera bona cũctis exæquo mortalibus largitur deus,iuſtis pariter atq̃ impijs,uidelicet ob immenſam ſuã humanitatẽ qua afficitur erga nos. Porrò ſi nec rogantes nec poſtulãtes, tãta quotidie miſericordia proſequitur, ac refocillat, quãtis bonis probabile eſt fruituros eos,qui oẽm uitam precibus & obſecrationibꝰ uacarũt? Agè iam & illud exponamus uobis,q̃ multis ſanctis datũ ſit,deprecationis præſidio ſeruare,non ſolũ gentes ac ciuitates,uerũ etiam orbem uniuerſum.In mentione uerò deprecationis primus occurrit Paulus,dignus cuius mentio fiat:Paulus,inquã, ille inſatiabilis dei cultor,& cõis pater ac progenitor ſeruorũ Chriſti.Ille igitur cuſtos orbis terrarũ, per deprecationẽ ac aſsiduã obſecrationẽ,oẽs gentes ſaluas fecit,ſemper illud dicens nobis:Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,ex quo omnis cognatio in cœlo & in terra nominatur, ut det uobis iuxta abundantiã gratiæ ſuæ uirtute corroborari per ſpiritum ipſius,ut in homine interno, inhabitet Chriſtus per fidem in cordibus ueſtris.Vides quãtam uim habeat precatio & obſecratio? Ex hominibus facit templa Chriſti.Et quemadmodũ aurum,lapides pretioſi ac marmora cõſtituunt domos regũ: ſic deprecatio templa Chriſti,ut inhabitet,inquit, Chriſtus in cordibus ueſtris. Quid ſublimius ad laudẽ deprecationis adferri poſsit,q̃ quòd templa facit dei? quem cœli nõ capiunt, is in animã ingreditur, uiuentẽ in precibus: Cœlum, inquit, mihi ſedes eſt,terra uerò ſcabellũ pedum meorum. Quam domũ ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis erit locus requiei meæ? Quam domum Paulus ædificat ſanctis obſecrationibꝰ? Flecto, inquit,genua mea,ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,ut inhabitet Chriſtus per fidẽ in cordibus ueſtris. Quin & illinc intelligi poterit,quã ſit uis ſanctarũ precum,quòd Paulus per totum orbem terrarum uelut alatus diſcurrens,in carceribus habitans, flagella ſuſtinens, geſtans catenã,uiuens in ſanguine ac periculis,inſuper & dæmones eiiciens , ac mortuos excitãs, morbos abigens,in harum rerum nulla fiduciam poſuit ſeruandi homines , ſed precibus communijt orbem:poſſq̃ miracula,poſt excitatos mortuos, ad deprecationis præſidium accurrit, non aliter q̃ athleta, à corona ad palæſtram:quandoquidem & mortuorum excitationem,reliquaq̃ omnia ſuppeditat deprecatio . Quam enim uim habent in arboribus aquæ, hãc in uita ſanctorum habet deprecatio . Paulus hac medio noctis rigãs animam, omnia facilè perpeſſus eſt quamlibet acerba,nõ aliter præbens terga uerberibus,q̃ ſi fuiſſet ſtatua. Sic in Macedonia carcerẽ concuſsit,ſic ceu leo quiſpiam,precatione diſrupit uincula , ſic carceris cuſtodem eripuit ab errore, ſic dæmoniorum tyrãnidẽ diſcuſsit. Quin & illa nouimus, quę ſcribit ad uniuerſos homines:Deprecationi inſtate,uigilantes in ea in gratiarum actione, orãtes ſimul & pro me,ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ad liberè proloquendum myſterium euãgelij . Quid ais? Tantam nobis fiduciam deprecatio præbet, ut pro Paulo non uereamur orare? Quis miles auſit pro magno duce interpellare Cæſarẽ? Quanquã ſanè nullus dux tam charus eſt Cæſari,q̃ Paulus deo. Attamẽ ad tantam dignitatem nos prouehit deprecatio, ut auſimus pro Paulo ſupplicare deo . Sic & Petrus ille magnus,ille cœlo ſplendidior,carcerem effugit,maximè quidem ob propriam uirtutem , & cõem hominum ſalutem,ſed tamen interim eccleſię deprecatio, occluſas carceris fores uelociter aperuit. Nec enim temerè addidit Lucas : Deprecatio autẽ fiebat aſsidua totius eccleſiæ pro Petro: uerùm ut nos diſceremus, quantam uim in cœlis obtineat deprecatio,uidelicet ut Paulum ac Petrum à periculis liberaret,columnas eccleſiæ,principes Apoſtolorum,claros in cœlo, mutum orbis terrarum,commune præſidium totius terræ ac maris . Dic mihi quomodo Moſes Iſraëliticum populum in bellis ſeruauit ? An non arma quidem cum exercitu diſcipulo tradidit,ipſe uerò deprecationem oppoſuit hoſtium multitudini? Nos interim docens preces iuſtorum plus ualere,quàm arma, quàm equitatum , quàm pecunias,quã multas copias , cõque uniuerſus exercitus,& innumera militum multitudo, in deprecatione prophetæ ſpem ſalutis habebat.Siquidem orante Moſe,ſuperabãt Iudæi, eodem ab orando ceſſante,inferiores erant hoſtibus:Itidem & nos orantes facilè diabolum ſuperabimus,ceſſantes uerò ſceleſtum illum in nos inſtruimus.Iam & populum ad impietatẽ prolapſum,orando ſeruauit Moſes,orando meruit dei conſpectu frui,aliaq̃ innumera bona conſecutus eſt non alia rẽ quàm orando: Nam deprecatio & hoc illi præſtitit , ut uitam ageret adſimilem ijs qui cœlum inhabitant. Deprecatio incendij uim coercuit , leones mites reddidit : hoc quidem in Daniele,illud uerò tribus pueris , per quos nimirum declaratum eſt omnibus, quòd quoſcunque deprehenderit in periculo conſtitutos , facilè exurgẽtibus malis eripiat deprecatio, ſalutis cauſa , immotalitatis animæ conciliatrix, eccleſiæ murus, qui rum pi non poſsit munimentum inconcuſſum , dæmonibus quidem formidabile , pijs uerò , nimirum nobis ſalutiferum. Hæc eadem ſanctum prophetã Samuelem produxit . Etenim cùm natura matri eſſet aduerſa ad gignẽdum,exorta deprecatio mox correxit naturæ imbecillitatem. Talis eſt deprecationis fructus, talem edidit deprecatio prophetam : Quapropter in cœlis illuſtre nomen conſequutus eſt Samuel , ſupra quàm fert humana conditio, quum homo ſit potius angelorum admirator.Nimirum talem decebat oſtẽdi,deprecationis culmen & ſpicam , qui reliquos anteiret bonitate, uirtutibus ac moribus, tantoque interuallo omnes retro ſanctos antecellere uideretur, quantùm in ſegetibus felices eminent ſpicæ . Deprecationis auxilio Dauid tot ac tales hoſtes propulſauit , non arma mouens , non haſtam uibrans , non gladium educens , ſed deprecatione ſeptus . Huius præſidio Perſarum copias Ezechias celeriter uertit in fugam , atque hoſtes quidem machinas admo-

Auebant mœnibus , ſed ille muros deprecationis uallo ſepſit: ſimulq̃ per deprecationem ſine armis ſolutum eſt bellum,cũ tuba quidem non clangeret,exercitus cõquieſceret,arma nõ mouerẽtur, nec terra ſanguine rubeſceret:cęterũ deprecatio ſufficiebat ad terrorẽ hoſtibus incutiendũ . Quin & Niniuitis ea ſaluti fuit,q̃ citò depulit iram cœlitus imminentẽ, citoq̃ uitam corruptã emẽdauit.Tantã uim,tantũ robur habet deprecatio,ut cũ Niniuitæ uitam oẽm turpiter ac ſcelerosè peregiſſent:tamen ſimul atq̃ in ciuitatẽ ingreſſa eſt deprecatio , illico uerterit in diuerſum oĩa, ac temperantiã,iuſtitiã,amicitiã,concordiã, egenorũ curam,deniq̃ uniuerſa bona ſecũ induxerit . Etenim quemadmodũ ubi regina quępiam ingreditur ciuitatem,neceſſe eſt ut omnis opulentia pariter conſequatur:ſic uidelicet,poſteaquam deprecatio uenit in animã,oẽs uirtutes ſimul ingrediũtur.Nam qđ in domo eſt fundamentum,hoc in anima eſt deprecatio:hanc ubi primũ ceu baſim ac radicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter ſuperſtruere pudicitiã, mãſuetudinẽ,iuſtitiam,pauperum curã , breuiter oẽs Chriſti leges,per quẽ & cũ quo, patri cum ſancto ſpiritu, gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Ioæ.3.d

Ephe.6.d

Exo.17.d

Dan.3.d
Ibid.6.c
&. 14.f

1.Reg.1.d

2.Re.19.d

De orando deum lib.ij.finis.

D. Eraſmi Roterod. cenſura.

Poſterior hæc oratio videri poterat non eſſe Chryſoſtomi,ſed eruditi cuiuſpiam, qui ſeſe exercuerit ad æmulationem prioris:niſi malumus Chryſoſtomum eadem de re diuerſis temporibus dixiſſe.

[De oratione vide hoc eodem tomo ad populum Antiochenum homilia penultima. Item de oratione dominica tomo ſecundo.fo.148.G

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Epiſcopi Conſtantinopolitani, de ieiunio ſermo primus.

Ropitiationis tempus adeſt,tẽpo ris opportunitatẽ ne cõtẽnamus: abiiciendorũ peccatorum tẽpus eſt,gratiã ne negligamus,ſed ieiunemus à cibis, ſed primu à peccatis . Primũ.n.bonum eſt liberari à malis.Malitia aũt eſt, q̃ uirtuti opponitur,inuidia,furtũ,& homicidiũ,& bellũ,& quæcunq̃ mala dicũtur,& ſunt.Qui in malis eſt , in pœnã habet malitiam.Nã gehenna eſt malitiæ pſentis pœna.Non.n.affligeret ſecãdo medicus, niſi ob prẽcedẽtem malitiã corriperet. Primũ malũ eſt in malitia deprehendi.Impius & alienus à deo,ẽt ſi nunq̃ proiiciatur in gehennã,bonis priuatur. Qui nõ cõtinens,à cõcupiſcentijs lædit ur:qui inuidet, afflictione ſua tabeſcit:qui furatur,erubeſcit & metuit:q occidit,non credit uitæ ſuæ.Primũ malũ eſt eſſe malũ.Etiamſi nõ ſecat medicus,ægrotat æger:etiamſi nõ punit deus(nã longanimis eſt)in morbo eſt,qui peccat.Dicit enim: Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.Igitur qui peccat,ante peccatũ ſeruus factus eſt, & iam habet pœnam.Bonũ ieiunij lupatũ,his qui diligunt ieiunij utilitatẽ.Ne attendas ad ſolũ laborẽ,ſed ẽt ad fructũ.Niſi enim ad uſum ſpectaret,nõ ſementẽ faceret,q ſerit,ut ne repoſita diſpergere uideretur. Reſpiciens autẽ in ſpem,ſeminauit q̃ habuit,ut q̃ nõ habuit,metat.Dolet in ieiunijs caro,ſed epulatur anima. Quid melius in nobis aĩa,uel corpus? Hęc accepit ut nõ doleat.Nutritur aũt & hoc pulchrius & melius. Oportet nos eſſe i ieiunio,nec eſt propterea corpori corruptio, ſed medicina & cura.Nã qui ieiunãt,& à fluxibus corporeis liberãtur:& qui ſe prẽparãt,ſuperfluitatẽ carniũ liquefaciunt,& animã deficientẽ nutriunt . Semper anima corporis cutã habeat.Nutrit aũt & ſe ipſam,& ſui ipſius curã habet.Corporis mores,anima moderatur, ſibiipſi uerò rationẽ.Iam cũ corporis curã agit, multò magis decet ut & ipſa ſui curã agat.A deo ordinatũ eſt,ut anima corpori ĩperet.Qui prẽferunt corpus animę,ſubuertũt rectũ ordinẽ.Nõ ipſa corpori ſeruit, ſed ſi rectè fiat,ſemper animæ ſeruit corpus. Si aũt ſe rias ſuas feriabitur anima in damnũ corporis,& non ſapit quę ſunt corporis,corpus ſaluatur.Quãdo regit corpus animã , & ipſa corrũpetur,& corpus perit. Ne putetis paruũ quoddã lucrum eſſe ieiuniũ.Ab uno ligno ſi abſtinuiſſet Adã,ſi ab uno ieiunaſſet, mortua fuiſſet mors,imo nõ fuiſſet mortua q̃ non erat. Vides ſi hoc pharmaco fuiſſet uſus Adã, nõ fuiſſet mortale noſtrũ genus. Quantæ gratiæ fuit uſus,ut reſoluatur qđ inuenit Adã per intẽperãtiã? Quãdo uides,qd mali operatũ ſit contratiũ,hoc eſt quòd nõ abſtinuit ab uno ligno Adã cognoſce quantũ bonũ ieiunium & abſtinentia ab his q̃ licita ſunt,afferant. Nã ubi attigit Adam qđ non licebat,cecidit:cõtrà abſtinẽtia ab his quæ licent,ſua beneficentia ruinã reparat. Vtinam & Eſau ieiunaſſet,& nõ uendidiſſet primogenita,ſed cibo minor factus,naturæ priuilegiũ pro lentibus uendidit.Doctis ſcripturas uelociter trãſcurro. Quid detulit Iudæis legẽ à mõte? Ieiunium Moſi,qđ.xl.diebus fiebat,ſed priusq̃ deferretur lex,uiſus eſt populus ueritatẽ amiſiſſe. Prima lex, Dominus deus unus eſt: & mandatũ ſuſcepturi dicunt, Hi dij tui. Magna infirmitas.Nã & pro deo uiuo ſimulacrũ uituli uenerati ſũt. Quod ergo hmõi pharmacon? Iterũ ieiunat Moſes,q non peccarat,& ignoſcitur peccãtibus peccatũ. Veteris legis radix à ieiunio cœpit.Nã teſtamenti p̃dicatio à ieiunio initiũ ſumpſit.Baptizatus enim ſaluator ppnos,& profectus in eremũ prius ieiunauit, & tunc ſigna facere cepit,nõ ipſe ieiunio opus habens:nos autem docens pro uiribus ieiunij præmiſsionẽ.Si igitur uetus à ieiunio incipit,& noua ab eo fundamẽta ponit, ne putemus malũ eſſe ieiuniũ.Grauatim ferũt aliqui, moleſtã & onoroſam legẽ uidentes.Et leones in lacu ieiuniũ didicerunt,& nõ attigerũt Danielẽ.Si aũt leones mandato obtẽperant,& ut noti quidã cohibent naturæ impetũ,& nõ inuadunt ut alieni, feſtinemus ad ieiuniũ ordinati.Iterũ ſcriptũ eſt,quãdo Roboam rex Iudæę impiè egit uitulũ adorans,id quod à patre hæreditariè acceperat,adſtitit propheta & regi & populo:nihil dixit,ſciens quòd immorigeri & principes & ſubditi,relictiſq̃ hominibus qui audire nolebant, loquitur ad altare, ut monſtret quòd lapides magis audiant q̃ hoĩes.Dicit,Naſcatur Ioſias, & oſſa ſacrificantiũ cõburat ſuper altare in ignominiã. Succenſuit qui reprehendebatur,ualideq̃ manũ extendit,ut benefactorẽ prophetam peſſundaret: extendit quidem manũ,non potuit aũt flectere: nam arefecerat illã fla gitium. Qui extendit manũ, dicit, ut propheta iuuet, quem uolebat comprehendere. Sanat manũ prophe ta:dicit ipſi rex, Veni mecum in domũ , ut guſtes panem,& bibas aquam,& ſic uadas. Reſpõdit prophe-

Ioan.8.d

Exo.34.d
Deu.6.a
Exo.32.a
3.Re.12.g

Mat.3.d
& Mar.
1.a

Dan.6.et
ult.f

3.Re.12.e

Ibidem.b

Ibidem.b

G uiuitur, non gustare uel panem, uel aquam. Recedit propheta. Intendite aũt fini uerbi. Ecce alius propheta, qui audierat quòd propheta iste quũ præsens esset, talia dixisset, seqtur & cõprehendit, & orat prophetã ut ingrediatur, & gustet secũ, & persuadet. Persuasit aũt ut dixit, quia & mihi dominus dixit, ut hoc facias. Ingressus est & comedit, & dũ comederet ingressus est spiritus sanctus in prophetã, q uocauerat, & postea prophetauit: nõ quæ ex corde suo, sed q̃ ex spiritu: & inqt ad illũ, qui intrauerat & comederat, Quare non audisti dominũ deum tuũ, & comedisti ubi iussus es nõ comedere? abi hinc, & comedet te leo. Vides hic contẽptũ esse mandatũ de ieiunando, quantũ malum cõciliat? recedit propheta, & non patrocinatur illi prophetię dignitas ob inobedientiã. Egreditur leo, nõ ut comedat, sed ut oste̅dat quòd ipse mandatum audiat, & inuadat eũ, qui nõ audierat. Inuadit corpus inobediẽtis, ut interimat, & eũ qui puaricatus erat, puniat. Vt aũt interemit, usus est pro delicijs ieiunio, abstinẽs à deuoratione eius qui non obedierat. Iacebat itaq; mortuus propheta, stabat uero asina eius uiua,

H non quòd nõ esset difficilius interficere asinũ q̃ hominem: sed irrõnabilis leo præceptũ discreuit, & asinam quæ nõ peccarat nõ occidit, neq; tetigit eã quæ præuaricata nõ erat, sed eũ qui præuaricatus erat, & iam nõ prophetã eò quòd inobediẽs fuerat, occidit. Et uidere licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat prophe ta, declarãs inobedientiã: asidebat leo, declarãs obedientiã: adstabat asina neq; leonis naturã timẽs, neq; recedẽs, neq; aliqd à leone patiẽs: ut clarum esset non propter explendũ uentrẽ accessisse leonẽ, ut accesserat, sed ideo qa ieiuniũ nõ seruarat ille cui p̃ceptũ erat.

Ibid.19.b Assumptus est Helias quasi sup cœlũ, Et qd signũ assumptionis? ieiuniũ quadraginta dierũ. Si Moses ieiunat, & similiter Helias ieiunat, & dominus obsignat: bona est imitatio: quãuis nõ reiicimus itermedias refocillationes. Nõ. n. quadraginta dies ieiunamus, sed in medio interualla interpollamus: numerũ coniungimus, ieiuniũ nõ discernimus. Magna sunt, q̃ illi ante nos egerunt, parua q̃ nos, si quidẽ & parua assequmur. Manifestũ certè procul & alienos nos ab his qui olim ieiunarũt Nullus nostrũ ieiunat. xl. dies. Nam quadra

I ginta interuallis reficimur, sicut uiatores ad uesperam in diuersorio manentes, & iterũ incipientes. Si aũt illi quadraginta dies ieiunarunt, nos aũt non eandẽ uiã, etiam cũ refocillatione, imus: nõ audebimus meminisse eorũ, quorum imitationẽ ieiunando non habemus. Ieiuniũ angelorũ imitatio est pro nostro uirili, contẽptus præsentium, schola precũ, alimonia animę, frenũ oris: & mitigat concupiscentias, sciunt qui ieiunant, & mitigat uoluptates, & non ignorant qui tenarũt: mollit furorem, compescit uã, sedat fluctus naturæ, excitat rõnem, clarã facit aiam, alleuiat carnem, fugat fœdas intẽperãtias nocturnas, liberat ab ebrietate tollit capitis dolores, claros affert & colores, & aspectus. Bene cõpositi ieiunis sunt gestus, facilis lingua, abest risus ebriorũ, recta est cogitatio, non. n. effundũtur cõcupiscẽtiæ: hilaris est continẽtia, serenitas inualescit. Homo. n. exterior otiosus est. In ebrietate ea q̃ patimur, nõ recordamur: à qbus liberati sumus, in ieiunijs habemus memoriã. Ieiunium. n. & seipsum scit, & quę sibi sunt aduersaria: ebrietas aũt & seipsam ignorat, & bona q̃ ex ieiunio prouenirũt. Cuius gratia occisi sunt filij Aarõ sacerdotes? nõ'ne qa i ministerio

Leui.10.a uinũ gustarũt? Quę erat lex Nazarẽorũ? nónne abstinere à uino, & omnibus quæ inebriant? Daniel cum K suis, legumina comedebãt cõtemnentes mensam tyranni Nabuchodonosor. Ieiunauit Daniel 36. dierum hebdomadas: & uir ille desideriorũ, qa à concupiscẽtijs sibi tẽperabat, cognomen sortitus est. Et qũo ieiu *Dan.1.c*

Ibid.9.f nauit non unũ Iudaicũ diem & breuẽ, sed 36. dierum hebdomadas? Et ipse præfigurabat ecclesiæ cõsuetudinẽ. Panem, ait, delicatum non comedebat. Alij aũt

Ibi.10.a pro uoluptate sua aliquãdo bibũt. Vinũ & caro nõ intrauit in os meũ, à qbus ieiunat ecclesia. Vide i ueteri Christianã uitam. Figuræ. n. in his qui infirmi & imperfecti: in prophetis aũt iam ueritatis uestigia. Ieiunium

Ionæ.3.b sniam dei reuocauit. Dixit. n. deus, Subuertetur Ninitue: & ex nõ subuersa est. Adhibuerunt. n. ieiuniũ & effugerunt. Ionas effugit, quia timuit præsidium qd illis

Ibid.2.d ieiunio futurũ. Nam cetus eũ absorbuerat. Absorbuit aũt ieiunans: nõ. n. ut præda & esca utatur absorbẽs, sed deponebat, & seruabat depositũ domino, & eũ q̃ p seipm abire noluit, ab ducebat, quò ordinatũ erat. Audiuit Niniue magna illa ciuitas uerbum nudi prophetæ, qualis erat q à ceto egressus, cui ob metũ neq; hois color. Vn⁹ propheta illuc uenit, & signũ hoc qd L fecit, tps indicauit, quin & dixit, quòd subuertẽda ciuitas: & qd p̃mittebatur, faciebat ad hoc, ut à fide abducerẽtur. Illi uerò audierunt prophetã illũ unicũ, & ediuerso p̃dicarunt ieiuniũ pharmacum, quo subuersionẽ amoliri possent. Ionas aũt cõtẽdebat, nõ quòd subuerteretur Niniue, sed ne argueretur ex cõparatione Israel, quòd gẽtes promptè audiebant ẽt unũ prophetã, Israel aũt tot & tãtos audire negligeret. Adhibi tũ est ieiunium, ut reuocaretur dei sniа. Erat aũt ieiunium non uulgare, sed abstinentia quidem à cibis, & abstinentia à peccatis. Nam qui pp peccatum ieiunat & in peccatis uoluratur: quid amplius facit, q̃ si in luto lotus sit, iterumq; luto uolutetur? Principiò à pctõ ipso abstinendum est. Quid. n. prodest diebus alijs de peccatis doluisse, si iterũ idẽ cogitabimus post priora nocumenta? quia infirma satis est ira ob plagas prius acceptas. Nõne orãtes detestamur quòd peccauim⁹? si priorũ pœnitet, cur sequẽtia colligimus, & idẽ repetimus? Scriptũ itẽ, Abstinebãt à cibis, abstinebant & à *Ibi.3.c* peccatis, exaudijt deus. Sufficit. n. ieiuniũ, ut inflectat dominũ. Ionas grauatim tulit, quòd uocaturi essent M eũ pseudoprophetã: at de⁹ mutata sniа propria, illos seruare nõ dedignatus est. Neq; de⁹ mẽdacij argui p̃t: sed q̃ dixit, uerè locutus est. Et cũ dixerit aduersus gẽtẽ & regnum, ut subuertatur, & eradicetur, & à pecca to suo pniam egerit, agam & ego pniam super his q̃ decreueram: non mentitus est deus reuocata sniа. Neq; n. misit prophetã, ut subuertatur Niniue: alioq quid necessariũ erat ut prædicaret? sed quia subuerte re noluit, minatus est se subuersurũ, ut resipiscẽtes nõ subuerterentur. Nõne comedit Adã de ligno, & tunc ipsum puniuit deus? Verũ, sed p̃dixit, Si comedes, mo *Genes.1.c* rieris, ut nõ comederet Non audiuit ipsum p̃dicentẽ. Comedit, deuoratus est. Nõ est locus accusationi ubi prædictio. At nesciebat, inqt aliqs, quòd comestnrus esset? Fortè hæreticus est q ita dicit, & obiter uetus testamentũ trãscurrit. Ad quẽ dicetur, Sciebat seruator, quòd Iudas eũ proditurus esset: qũo igitur illũ elegit? Sed fortè aduersus hęreticos excusabimus, ea q̃ de Iuda dicta cũ ijs q̃ de Adã dicuntur, cõponentes. Nunquid una solutio est, uel duplex uinculũ? Oportet igitur satisfacere, quare Iudã cum talem sciret, elegit: & quare præscius Adamũ peccaturum, in paradiso collocauit.

A locauit. Operæprecium est ieiunij tpe, quando sobria est aia, maiores quæstiones in mediũ afferre. Sciebat saluator (hinc. n. exordiendũ) quòd Iudas traditor esset: cur igitur eligitur? ut cõmendaret excellentẽ misericordiã: quasi dicat, qd in me est, & apostolus es, & cũ discipulis te numero, quod si tu indignũ te declaraueris, cõspicua quidẽ erit excellens mea misericordia, sed & manifesta erit prodigiosa tua malitia. Nã & marsupiũ illi suarum reiũ concrediderat, nõ ignorans quòd furaretur, sed uolebat dãdo hanc potestatẽ mederi illius auaritiæ. Nescebat igitur, & prædicebat? Non solũ præscius erat, sed & sæpe prædicebat, Vnus

Mar:14.b et Io.13.c ex uobis me tradet. Cur igitur accusaretur, quòd malus malitia sua boni dispensationẽ implet? Sed q eũ elegit, nõ proditorẽ ipsum coegit fieri, sed apostolũ: sed neque apostolũ fieri coegit. Nã qd ex necessitate fit, ipsum dicitur fieri, nõ fit. Continẽs ex necessitate non est cõtinens, eo quòd necessitas sit. Nõ. n. uinculis uirtus, sed electione uitæ constat. Quare igitur & Adã in paradiso reliqt? Quẽ formauit, bonus fuit, liberũ fecerat, & ut libero legẽ dederat: sed sciẽs quòd comesturus esset, nõ necessitate prohibuit, nec uoluntatẽ con

B strinxit, & Adã peccauit. At si locus honorẽ meruit, ob lignũ quod tã honorabile. Neq; n. malè creatum, sed posteà denuncianti non est obtẽperatum. Iã si gustu quoq; trãsgressum mandatũ est, ieiuniũ post præuaricationẽ reparat & seruat. Teipsum proba: quis. n. usus perpetuarũ lectionũ? Considera teipsum, qs eras ante ieiuniũ, & quis iã ieiunans: Opera. n. fructus sequentur, tametsi nec operi suus deest fructus. Qui piscaturus ad mare uadit, nõ habet in manibus capturam dũ uadit: q ieiunat, mox fructũ habet. An nõ arridet serenitas, an nõ fluctus illi à temulẽtia ueniẽtes cessarũt, an non à tẽpestate & æstu maris liberatus es? An desideras audire, Et caro q̃ refrẽnata est, nõ lasciuit, neq; erubescit? Nõ curas tu nunc sermonẽ de continẽtia? Non audis qd ieiunat qs & gaudet? Qui ieiunant, ne in malũ ieiunent. Qui. n. malũ putat ieiuniũ, etsi ieiunet, in malitia est. Nõ sunt in malis angeli, non habẽtes opus nostris alimonijs. Nõ splẽdidè & ut par esset, pascimur: sed pro indigẽtia explemur, oiaq; mala in ieiunijs extinguũtur. Impiũ aũt uoco non solum

C abstinentiã ab alimentis, sed quã sciuit Esaias: Ieiuna

Esa.58.a ut audiaris. Et si dicas deo iuxta morẽ Iudaicũ: ieiunauimus, & nõ uidisti: humiliauimus aĩas nostras, & nõ cognouisti? Caue ne dicatur tibi: Nã in ieiunijs uestris inueniũtur uoluntates uestræ. Si uoluntatẽ domini ieiunãdo fecisti, in ieiunio aliquando ieiunasti. Non. n. negotiatio ieiuniũ est, ut lucrũ faciamus non edendo, sed ut qd tu mãducaturus eras, paup pro te comedat, fiatq; tibi duplex bonũ, tũ quòd tu ieiunas, tũ quòd alius nõ esurit. Labor quidã nobis est in ieiunando. At nondũ pro Iesu crucifixi sumus. Quare ieiuniũ pro cruce est? Maiora ipse tulit, parua nos reddidimus, Crucifixus est propter te, & sitit, & bibit, acetũ cũ felle, in fame educatio est magnũ ieiuniũ: at nondũ quantũ id fellis. Et stas in labore? Nondũ pependisti i cruce. Ne sis ingrat⁹ erga Iesum, ne deplora quòd ieiunas, sed plora quòd nõ semp ieiunae. Quę tibi sub tracta sunt? Vinũ, phlegmatis imũditia, capitis dolor, respirandi difficultas. Vt nũc habent res tuæ? es in silentio, in lenitate. Color faciei ieiunij tpe melior, mitior, serenior. Vini. n. calor, ignis ardor est. Qui non cõpatitur Iesu, ignorat Iesum. Qui repellit ieiunium, ignorat crucẽ, quæ ut nõ est mala, ita tu nec eã quasi malã suspiceris, ne sit fœdus seruus, qui minister est D dei. Neminẽ contristant festa, nisi qs ignoret q̃ festorũ uirtus. Quãdo sunt festa, quãdo es ut angelus, tũc succẽses. Ignorãs quòd mediũ sit: tunc exposcit natura nuptias, nõ supernaturales nuptias celebras. Esto pius i cõiugio, si ieiuniũ ueneraris. Per dies ieiunij sanctus esto. Nõ reprehẽdo nuptias, sed uero aũt ieiuniũ. Quæ ante ieiuniũ comedimus, nobiscũ non manẽt: quæ in ieiunio nõ edimus, manent nobiscũ. Quid ergo in his quę nõ manẽt adeò occupamur: Quęuis uoluptas ciborũ nõ diutius durat q̃ quousq; absorbeantur: ut transierint organũ gustus, fiũt quasi non fuerint: ieiuniũ uero nõ languescit, neq; n. per nentrẽ ad stercora transit: Nã immortalitatis est conciliatrix, cum angelis conuictus est: nã pro uirili angelorũ imitatio est. Insuauiter agis quòd sobrius es, quòd alienis carnibus nõ grauaris, quòd recta est rõ, quòd pura caro, quòd floret mẽs, quòd cum gaudio scripturas audis, quòd nõ dicenda taces, quòd nõ es hõ, sed fermè angelus: qa fermè angelus est ieiunãs & agens festum domini. Qui uocauit ad nuptias, cũ ingressus fuerit, ut uideat recũbentes, uidebit ne qs alienis uestib⁹ ingrediatur. In nuptijs aũt puræ uestes gestãdæ, impol- E lutæ aũt & sanctæ ad sanctas nuptias, claræ exterius & intus fulgidæ. Quiescant & nuptiæ ad mandatũ & *1.Cor.7.a* admonitionẽ Apostoli, ut cõcorditer cõiuges ieiunijs uacẽt. In ieiunijs cõiungãtur pces, ieiuniũ admoneat, ut tẽpestiuæ preces sint. Ieiuna, qa peccasti: ieiuna, ut & nõ pecces: ieiuna, ut accipias: ieiuna, ut & p maneãt quæ accepisti. Hęc. n. ieiunij genera sunt. Peccauit aliq⁹, ieiunauit seipsum castigans, ut effugiat pœnã. Ieiunemus, ne insurgãt concupiscentiæ. Vides ut ieiuniũ peccata sequatur, hoc est qa peccata admissa sunt, sit ipsum propter cõuersionem & pœnã. Aliud ieiuniũ peccata præcedit, nõ ut auferat peccatũ quod cõmissum sit, sed ut tollat qd futurum, ni ieiunaretur. Aliud ieiu *Exo.34.d et Deu.9.b c.&.10.* niũ, ut qui legem quærit, legẽ accipiat. Etenim qui petit, ieiunat: ut Moses ieiunauit, ut acciperet legem. Iterũ alius ieiunat, ut ne amittat iure quæ assecutus fuit. Ecclesia aũt simul ob gratiã ieiunat, Iesu opus agnoscens, utpote cũ crucifixo crucifixa, & ut dum patitur cũ domino, & cũ domino glorificetur, non ut dominum lugeamus. Viuit. n. uiuentis filius, sed dispẽsationis cõfiteamur beneficium: & si lugemus quòd crucifixerũt ipsum, nõ propter ipsum, sed propter audaciam eorũ qui ausi fuerũt: surrexit ex mortuis, stat in F gloria, in qua antea cũ patre fuit. Simul erat cũ patre, à quo & erat. Nõ est luctu digna uictoria Iesu, sed ieiunemus, nosipsos curãtes, operãq; dãtes, ut passionum illius participes simus. Agimus qd supra nostrã dignitatẽ fratres. Quis. n. dignus, ut cõmunicet afflictionibus Iesu? Magnũ hoc mysteriũ, festinemus ad bona, nõ declinemus ad mala: Iesus crucifixus est, ĩmortalis dei filius pepẽdit corpe in cruce: nõ propter seipsum, sed propter te occisus est á ligno: ieiunauit i ligno, accepit quæ nõ debuit, posuit corpus pro eo, qd accepisti: cõcupiscentia uictus es, fel bibit pro uoluptate, ne sis alien⁹ à regno: nosti quòd crucifix⁹ est, nosti quòd pro te mortuus est, cõfitere quòd uiuit, pro uiuente, fac martyr sis, pro eo qui pro te martyr fuit, morere pro eo q pro te mortuus est. Si aũt sic exposcit mortẽ, paruũ est ieiuniũ, habes magna, lãrgire parua. Cũ gaudio ad festa, cũ lętitia ad ieiuniũ ueni. Deliciæ sint ieiuniũ. Sed fortè frustra clamo: Nã sicut fax mutauit colorẽ ad mẽsam uenientiũ, ita & uos. Atq hoc nõ est

G amantium ieiunium. Non.n. consequens est uos egrè ferre, quòd à mensa domini abstrahimini. Præter expectationē aūt occurrit spectaculū, sicut occurrit facis splēdor. Reprehēsa est cōscientia, quę latebat, quòd ui detinemur: & utiq; nō stamus, quādiu aliquādo ue rè cadimus, quādiu aliquādo in negotijs domini difficiles sumus. An nō audistis psalmū dicentem, imò ipsum obedientē. Si ueritatē loquimini. Si uerè ieiunas, gaudium in ieiunio habe: si aūt doles, teipsum iniustum declaras. Si laboras, non lętaris: si psecutionem pateris, si bonis priuaberis, bona nō assequeris. Iesus crucifixus est ô hó. Non mihi tāta uirtus est, ut clamē quantū debeo, Iesus crucifixus est. Vide, & præfigura ante oculos. Crucifixus est pp te, crucifigere, glorificare cū illo, nō ut moriaris, sed ut morte libereris. Hæc dies parasceues est, in qua Christ⁹ pro te, & tu morere, & crucifigere. Pro deo sermo hic. Cū deus sit hō pro te, nō reueremur dignitatē, non erubescamus passionem. Vtrunq; cogita, qd erat, & qd passus est. Iudicatus est iudex, uita morti traditur. Qui pascit, esurit: qui potat, sitit: qui in gloria, in ignominia, ut rex ad pīdes, & deus ab hoie condēnatur. Qui in sermone uerax, ait, Pater nullū iudicat, omne iudiciū filio dedit: qui oēs iudicat, à quodā iudicatur. Sufficiant hæc in ieiunij memoriā. Oportet.n. primū scire, qūo se res nostræ habeāt: quando diligemus ieiuniū, & afficiemur sicut ad festū, subministrātes & in ieiunijs conuiuiū: apponēdo mysteria ieiunijs, laudādo mensam domini, seruis domini, gloriā quę ante secula, ac dispēsationem eius, quæ in posterioribus tpibus, quis fuit, & qd factus est, unde, & ad quæ, & propter qd. Vt & lætantes & lętificantes ob ieiuniū, hanc religionē domino semp habeamus, semp gratias agamus, semper glorificemus, semp diligamus eū, qui dilexit: & adoremus eū qui iterum se ostendet, moriamur propter eū qui pro nobis est mortuus, sperantes cū eo qui in ignominia erat, nos glorificandos. Sanctissimo patri qui hoc ieiuniū nobis concessit, & non pepcit filio suo propter nostrā salutem, cū eo qui per ipsum qui abijt ad nos missus est, gloria & imperium in seculū, Amen.

Psal.14.a

Ioan.5.d

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE *ieiunio, sermo secundus. Incerto interprete.*

Dest nobis splendidus dies, & desideratum
a tēpus aduenit: & conuentus ideo opulentior congregatur, & hæc oia spes nobis expectati ieiunij pparauit. Ad paternā hodie cōuenistis domū, & ad matris ecclesiæ cōuolastis amplexus: & spatum ieiuniū tantam nobis diligentiā obseruationis imposuit, quantū nobis reuerentiæ cū aduenerit, donare poterit firmitatē. Sic & ciuitas cū in eā iudex speratur terribilis aduenire: depositā desidia quā sibi inesse cognoscit, totius diligentiæ solicitudinē gerit. Sed quęso, ne uos terreat cōparati iudicis terribilis nomen auditum. Non.n. uobis ieiuniū terribile, sed aduersus dæmonum naturā constitutū est: ut siquis spiritu fuerit arreptus imundo, & ieiunij perspexerit uultum, ceu ip se lapis imobilis actiuetur: sed & si addes ei ieiunii sororē. i. cum eo orationē perspexit sociā. Et ideo Christus dixit, Genus hoc nō exit, nisi in oratione & ieiunio. Quādo igitur aduersarios salutis nostræ minuit, atq; propulsat, & inimicis nostris formidinē tanti terroris incutit: amplecti iuuat atq; uenerari, non timere uos cōuenit: & cū ultra modū cibus atq; ebrietas declinetur per ieiuniū, debemus omni animositate primum cōplecti. Ibi etenim uoluptatis illecebris superati, captiuitatis laqueis illigati: libertatis tranquillitate priuantur. Vbi aūt ieiunium fuerit affectatum: laxantur tyrānidis nodi, captiuitatis uincula soluūtur, libertatis iura restituuntur in integrum. Cū igitur ieiuniū aduersarijs nostris obsistat, & iugū seruitutis expellat, & ingenuitatis securitatē restituat: quid aliud argumenti est, oium bonorum atq; beneficiorū cardinem esse, nisi ieiuniū constitutum? Vis audire, quanta tutela, quātumq; subsidium humano generi, de ieiunio generatur? Beatā monachorum uitam diligentius unusquisq; consideret. Illi nanq; turbulente conuersationi renunciātes, & istius mundi delicias abdicantes, libertatis amœnitate illecti, montiū cacumina postularunt: & tanq; tutum portum beatitudinis eligentes, ibi receptacula tabernaculaq; cōponunt: & solum secū ieiunium uitæ suæ suffragiū retinere festinant. Hac de causa ēt angelorum eos ieiunium cōsortio sociauit. & non solū illos, sed ēt eos, quos in ipsis urbibus sui cupidos ualeret reperire: ad ipsius philosophiæ culmē exaltat. Nā Moyses & Helias testamēti ueteris arcesa[ſ] & optima ornamenta, licet & alijs cœlestē confiteri uirtutem merebātur, tamen quādo suis auribus diuinā uocem inhærere cupiebant, ad ieiunij subsidium cōuolabant: ut ipsius quodāmodo patrocinio eorū deprecatio tolleretur ad cœlū. Hac de causa & deus cū in initio hominē faceret, statim eum ieiunij magisterio cōmodauit. Nam de omni ligno manducabis: de eo aūt ligno scientiæ boni & mali nō manducabis, ieiunij species est. Et cū in paradiso ieiunium pro magna cōmoditate indicitur: multò magis extra paradisum necessariū postulatur. Et cū ante plagam remedium utiliter demonstratū est: multò magis sauciatis appetēdū est, ut præstet uulneribus sanitatem. Et cū ante conflictum ad resistendum libidinosis uoluptatibus, clypeus nobis abstinentię necessarius fuit: multo magis in ipso nostro certamine, ieiunij auxiliū ad nostram uictoriā flagitandū est. Si huic uoci obedientia consensisset: secūdæ uocis sententiam nō meruisset audire, Terra es, & in terram ibis. Sed quia huius uocis præcepta contēpsit: ideo mors & dolores & animi cogitationes & mētis angustiæ, & ipsa uita omni morte grauior est, propterea spinę & tribuli, propterea dolores & gemitus: & humani generis uita nimio dolore cōteritur. Vides, deus quēadmodum cōmouetur, cū abstinentia ieiuniumq; contēnitur? Discę igitur: quēadmodum gratulatur, cū ieiunium obseruatur. Nā sicut ad uindictam uiolati ieiunij, mortē uiolatori cōstituit: ita obseruantibus, uitā pro morte donauit. Et ut ieiunij possis comperire uirtutem à diuinitate ei cōcessam, uide potestatem: mortē solet ad uitam conuertere: & multos post triam liberauit: & in ipsis desperationis angustijs ingemētes salutari remedio luci donare cōsueuit. Et hoc nō decē aut uiginti hoibus præstitisse mōstratur, sed ingēti populo. Nam Niniuitarū illa magna atq; miranda ciuitas cū diuino motu labefactari funditus sparetur, & in ipsis esset ruinæ præcipitijs declarata, & non lōgè post amissis ciuibus suis à cunctis expectaretur terribili labefactione deleri, & ciuitatis uocabulū amittere: aduenięs de cœlo, solum potuit ieiuniū liberare, & cœlestem sententiam mitigauit, & mortem conuertit ad uitam.

Simile.

Mat.17.c

Ibid.3.d

Ioue.3.b

[De ieiunio nonnihil uide tomo primo, fo.110.B & hoc eodem tomo ad populum Antiochenum homilus.72. & .73.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *Episcopi Constantinopolitani de eleemosyna sermo. Incerto interprete.*

Iopifices qui manuū ope, industriaq;, uel operibus ptidendo uitā ducunt, tantā præ se tulerint liberalitatē, ut plerisq; fidelib. opē tulerint: quam erūt hi qui bonis fortunæ abundant ueniā habituri, qui egenos despexerint? quin etiam nec suo sanguini illi, nec uitę pepcerunt, ut deo se morigeros præstarent, cum ipse ut tenui plerunq; pecuniæ parcas, nihil prorsus aīæ tuæ indulgeas. Dicet aliquis, erga præceptorem & dominum tales se illi pstitere, non tamen eadē sunt in discipulos munificentia usi: quod iure dici non potest. Siquidem, ut legimus, gētilis ecclesia his gratias ageret, qui et si natione ludæi, tam syncerę & integræ fidei extiterunt, ut eorum ecclesiæ ex gentibus confectæ uolenti aio ne cessaria subministrassent: quorū studium & uirtutes uel fœminis imitandæ potius forent, q̄ sericis & auro & uestium abundanti ornatu expoliri. Quæ.n. unq; regina adeò claruit, u el magis est in oium ore uersata, ut Pauli posset sectatricis & socię mulieris nomen, aut famam excedere? hæc.n. Paulum non ad decimū usq; aut uigesimum annum, quin ad eam usq; tempestatem, qua Paulo Christus sui præsentiam obtulit, sectata est? ita, ut ubiq; ob id uirtutis laudibus abundè potita, fama, & nomine celebretur: quod proculdubio maiori sibi fuit decori & ornamento, q̄ quæuis corona aut insigne aliquod regiū extitisset. Quid.n. uel maius uel dici par potest, q̄ Pauli defensionem suscepisse, eiusq; uitæ discrimine terrarum orbis instructionem tutari? Cogita itaq; quot fuerint reginæ silentio occultatæ, cum hæc quæ Paulum comitabatur, unà cū eo sempiterno nomine celebretur: quantumq; Sol terrarū circūlustrat, tantūdem huius fœminæ gloria propagatur. Siquidē Persæ, Scythæ, Thraces, & qui ultimos orbis incolunt fines, eiusdē sapiētiam & prædicant & admirantur: qui ipse uel opes, uel regias uestes, uel imperia non paruifeceris, ut hanc tibi testatorē laudē pares? Neq; id dixerit quispiam, tales se illos in periculis pstitisse uel fuisse duntaxat in erogandis pecunijs liberales, in Christi uerò nomine diuulgando negligentes, quando eosdē apostolus cooperatores appellat, quos inter nec eū pudet fœminā coadiutricem nuncupare, quin id sibi ornamento dicit: non.n. naturæ sexum attendit, sed animi promptitudinem palma dignissimam arbitratur. Quid ergo hunc potest decorē æquare? ubi nunc effusæ diuitiæ? Vbi facierū decus? ubi & insani gloria? Perdisce hunc mulieris ornatū, qui non corpori est circūiectus, sed aīam perpetuò mansurā exornat: qui nec pyxide aliqua, sed cœlo reconditur. Respice horum in uulgando Christi nomine laborem, in tolerandis supplicijs uictoriam, in his fortunæ bonis impartiendis liberalitatem. Aduerte, in q̄, qua sit illa Paulum charitate cōplexa, quòue Christum amore prosecuta: mox tua cū his conferto. s. q̄ sit ipsa in accumulandis pecunijs diligens, q̄ ad sectandam impudicitiam attentior, q̄ ad explendam uestris ingluuiem uigilantior: spectabis sanè hoc pacto quales Christi discipuli fuerint, & quali nunc ipsa sis conditione. Malim equidem non magis te cum his conferas, q̄ eam tibi admirandam mulierem desumas, & ita, ut depositis lasciuiæ sarcinis, id etiam præferat tuus iste uestimentorum cultus excipias cœlorum ornatū, perdiscasq; unde tam clari euaserint, qui cum Priscilla uersarentur: quòd si fieri certior cupis, quo pacto illi eò sunt magnitudinis profecti, facilè intelliges, cum noueris Paulum ab his hospitio biennio fuisse susceptum: quo quid esse uirtutis potest, ut non interea animum excoluerint? Dicet aliquis, heu me miserum qui nullum habeam apud me Paulum: quin si uolueris, uel Paulum habebis tibi hærentem: non.n. illos Pauli facies, sed sermo prouexit. Itaq; si tibi id animo sedet, non modò Paulum, sed Petrum, Ioannem, prophetarum insuper, & reliquorum apostolorum cœtum oēm tecum habebis assiduò colloquentem. Cape in manibus istorum libros, & scripta p lege, hæc te mulieris istius facient non absimilē: at quid Paulum dixerim: quin & dominum ipsum si uoles, tecum habebis: siquidem p Pauli sermonē tecum colloquetur, Licebit & aliter eundē admittere, si suæ fidei iueueris sectatores, quibus uel abeuntibus pietatis poteris, & mansuetudinis monimenta promereri. Solēt.n. & mensa in qua uir sanctus aliquis cibum sumpserit, ac sella cui insederit & quo decubuerit lectulus, uel eo decedente facile eos ad pniam reddere, qui domi sanctum aliquem uirum exceperint. Quocirca quantum existimas animo Sunamitem illam fuisse perculsam, aut quali ueneratione imbutam, cū triclinium ubi Heliæus mansisset, conscendit, & eò magis, cū mensam & lectulum, quò uir summæ sanctimonię quieuisset, inspectaret? nec sanè filium illi emortuum suscitādum exposuisset, nisi eius uiri contubernio plurimum profecisset. Quòd si longò pōst tpe ea loca adieimus, ubi & Paulus diuersatus sit, & in uincula coniectus, uel in multorū sit consessu concionatus: nōne uideremur esse præ gaudio quasi alis quibusdam sublati? Itemq; si tpis illius ex locorum aspectu repetita memoria tantum capimus uoluptatis: quid priscos illos existimandum est fuisse ex recētibus beneficijs iucunditatis assecutos, qui uenerabundi hospitio alienos susceperint? Erunt itaq; sanctiores per nos uiri admittendi, ut eiusmodi hospitalitate & domus illustretur, purgeturq; sentibus, & ex diuersorio loco portus efficiatur: neq; hi solū erūt suscipiendi, quin & eorum abluendi sunt pedes. Neque.n. ipsa si uel regio fueris nomine insignita, Sarai potior eris, uel eam nobilitate & opulentia anteibis, cui quadringenti decem & octo uernæ, & domi nata mancipia fuerant, & filij duo, quos omnibus diuitijs præferebat. Verum quid dixerim decē & octo & quadringentos, quando eius ex femine emanaturum terrarum orbem esset certior facta, haberetq; in uirum dei amicum, eundemq;, quod omni fuit imperio maius, curatorem? Verùm cùm tanta esset gloria illustrata, fermento farinæ indito panes conficiebat, & reliqua in ancillæ morem angelis uescentibus ministrabat. Porrò neq; Abraham ipse nobilior fueris, q̄ post trophæa & insignes uictorias, post exactum et Persarum regem & profligatum, cū magis esset ab Aegyptio principe honoribus auctus, sese pro seruo gesserit. Illudq; haudquaq; erit animaduertendum, quòd apud te sanctiores pleriq; uiri aspectu uiles egestate & pannis obsiti diuertant, qn potius erit uocis illius reminiscendum asserentis: Quod uni ex minimis his feciſtis mihi feciſtis. Neq; ex paruulis his quempiam paruifeceritis, siquidem eorum angeli semper spe-

Gen.2.b

Simile.

Rom.ult. a.b

Gen.18.a

4.re.4.f

Mat.25.d

Gen 23.c

Etãt faciem patris uestri cœlestis. Excipe itaq; hos animo lubentiori, qui ex pacis osculo infinita deferunt ad te bona: post Saram autẽ hanc & Rebecca cogitatione repetenda est, quæ cũ aquandi gratia fontem petisset, omni animi elatione deposita, & potum alienis iumentis hausit, & hospitẽ domũ apud se inuitauit. Quorsum hęc? quoniã eiusmodi hospitalitatis obcausam, ꝓmia illæ immensa promerebantur, quæ & ipsa longè maiora accipies. Quippe cum non solũ te deus ad liberos procreandos faciet fœcundiorẽ, sed cœlo insup ipso, & bonis cœlestibus donabit, liberabitq; gehenna, & errata remittet. Magnus præterea eius est hospitalitatis fructus, quam & Iother, etsi barbarus natione, sectatus curatorem sui eum susćepit, q tam uastũ in mari haberet imperium, qua tam bona uenatione filiarum beneficio usus est. His itaq; cogitatione perceptis cũ muliebrem hanc animi magnitudinem tecum ipse reputaueris, omnis erit tibi calcãda superbia. Insuper uestium ornatus omnis & reliquorum sumptuositas, odorum unguentationes, & huiusćemodi ad luxum deliciæ conculcandæ erũt: &
H gradu cõposito gradiendum, ita ut omissa hac inani solertia, studium id omne ad aium transferas excolẽdum eumq; cœlesti desiderio incendas: cuius cœli si te amor inuaserit, terrena hæc pro cœno & luto duces, & facilè contemnes, quæ nunc pro bonis hoies demirantur. Neq; fœminam decet quæ spiritalibus sit officijs ꝑdita, ea cõquirere q̃ ridicula sint. His itaq; oibus reiectis, q̃ solent è turba mulierculæ saltatrices, insuper & tibicinæ magnificare circũcinge te sapia, hospitalitatẽ exerce, cõtinenter orationi incũbe: uidebis hęc fore auratis uestibus potiora, gẽmisq; ꝑciosis & monilibus longo interuallo ꝑstare. Hæc quippe apud hoies laudẽ, apud deũ mercedis plurimũ promerẽtur. Eiusmodi sunt ecclesiæ ornamenta: illud uerò cuius nũc meminim⁹, indecora. s. & turpis uoluptas, in theatris habetur & spectaculi decori: cuiusmodi ornamentorũ alterũ cœlo est dignũ, alterũ equis & beluis. Animũ quippe clarũ illud & emicãs, hoc uerò indecẽs cadaueroſa corpora circũagit. Nũc igitur & ipsi nobis paremus ornatũ, ut fama & gloria celebres effecti, & Christo dum uiuimus morem gesserimus, & futuris bonis perpetuò potiamur.

I

D. IOAN. CHRY. SERMO DE *misericordia Incerto interprete.*

Colo. 3 b

a Vdite fratres Paulum dicentem, Induite quẽ admodũ electi dei misericordiæ uiscera: nos autem longè aliter factitamus. Siquidem ad euntem quempiam, uel numum à nobis deprecaturũ, probro & maledictis inceſimus, & importunum appellamus. Cuius rei nõ te pudet ô homo molestũ & importunum clamitare panem deposcentem: is. n. uel si molestior esset, foret quidem misericordia dignus, q adeò fame uexatus, tibi ꝑsonato homini supplicet: qua in re nostra est crudelitas incusanda. nam si nec facilè impartiri aliqd egentibus toleramus, uaria coguntur arte nostrã inhumanitatem pellicere & emollire duriciem. Porrò si argentum, aurũmue exposcerent, aliquid fortè rõnis durius tuum illud respõsum habere uideretur: at cũ necessarij uictus gratia te adeant, qd ineptè philosopharis, uerbis accuratioribus & superuacaneis, inopi otium inertiamq; exprobrando? quæ si in quẽpiam essent meritò conferenda, nemini omnium magis q̃ nobisipsis forent K
obijcienda: cuius pronunciati in egenum probri memineris uelim, cũ deum ipse adieris, peccatis ueniam cõprecaturus, tũ quidẽ senties dignius te hęc posse à deo, q̃ à te pauperem audire: nondum tamen talibus in te ille uerbis est usus, cuiusmodi hæc sunt: Desine iam, hinc abi in rem malam, admodum es ipse importunus. Siquidem postq̃ & templa, & aras frequentaueris, meaq; & instituta & iussa ꝓceperis, mox foro adito, aurũ, libidines, amicitias, necessitudines, & reliqua istiusmodi meis & legib. & institutis anteponis, humilitatemq; nunc præferendo te supplicem reddis: postq̃ uerò precari desieris, crudelem te exhibes & inhumanum: abi itaq; hinc, meq; nec ultrà adieris. Hac ipsi etsi sumus auditione, uel acriori multo nõ indigni, nihil tamen istiusmodi improperat deus: quin tolerat ille nos aio ingenti, cunctaq; per seipse exequitur, indulgendóque precantum uota excedit. Quod & si nihil horũ nos fugiat, soluamus inopum mendicitatem, uel se ingerentium, nec acrius ultrà in eos inuehamur, quando & nobis ad salutẽ haud minus opus sit diuina clementia, q̃ uenia, & maiori quadam misericordia. Neq; n. conceditur nobis nec licet quidem nostris omnibus diligentius discussis actionibus sine supplicio uel morte salutem parare. Ne igitur efficiamur aliorum acerbissimi exactores & iudices, ne fortè acrius de nobis supplicia exigantur: commissa. n. habemus quauis uenia non inferiora, quinetiam illorum nos miseret, quorum errata ueniam non merentur, ut eandem nobis uel diu seruatã concedamus: uel potius si fuerimus, quod ingeniũ suppetet & uires, enisi, nunq̃ tanta in alios clementia utemur, quanta & ipsi indigebimus ab indulgentissimo deo promereri. Quo igitur pacto non absurdum uideri debet, cũ in tantis simus ipsi rerum angustijs ad ueniam promerendã constituti, adeò nos esse in conseruos parcos & illiberales, ut in eos, id est in nosipsos omnia enixè faciamus: neq;. n. tam reliquos nostrorum beneficiorum indignos arguimus, q̃ nosmet diuina clementia. Siquidem qui conseruum uerbo offenderit, deum habebit se acrius lacessentem. Non igitur erit nobisipsis detrahendum, cum inopes uel torpidos dixeris uel ignauos: re aliqua impartiamus adeuntes. Solemus. n. & nos prę torpedine quadam, uel incuria pleraq; delinquere: quinimmo uel si cuncta ab his nostra emanant errata, haudquaq̃ tamen L
moxpœnas exigit deus, sed ad pœnitendũ nobis, & spatiũ præbet, & uictũ tribuit, castigando, instruendoq;, uel reliqua ad necessitatem subministrat, ut ipsi hanc eius clementiam sectemur. Erit itaq; nostra hęc perdenda impietas, & feritas à nobis eis propulsanda: utpote id nobis potius q̃ reliqs profuturum. Nam cùm egentibus argẽtum, panem amictũmue impartimus: tam nobis ingentem gloriam uendicamus, ut nullis nequeat uerbis explicari. Siqdem incorruptibile corpus resumentes, cum deo unà & laudem sim⁹ recepturi & regnum: quod quanti sit faciendum ex nostrarum & præsentium rerum coniectura uel leuiter comprehendi licet, tametsi nequeat impræsentiarum liqdo satis internosci, id tamen exemplis conabimur explicare. Dic mihi, siqs senescentem te & inopem polliceatur in pristinam restituere iuuentutẽ, redacturumq; ad prioreem illum ętatis florem, effectu rum ẽt & ualetudine optima, & uirtute ꝑstantem, largiturum insuper tibi ad annos mille terrarum orbis

A summa tranqllitate imperium, qd nam ipse pro istiusmodi pollicitationibus uel facere, uel pati recusares? Ecce igitur & Christus non solũ hæc, sed his lõgè maiora pollicetur: neq;. n. quantũ inter se uidentur senectus & iuuenta distare, tantũdem est incorruptionis, corruptiõisq; discrimẽ. Neq; pro ipsius principatus & paupertatis, qn pro somniorũ & ueritatis interuallo præsens hæc gloria cũ ęterna illa conferenda est, nec tamen satis adhuc horũ intercapedinẽ explicauerim: siqdem nulla enarrari possit eloquentia futurorũ bonorum magnitudo, si cum præsentibus cõferatur, & tẽporis illius infiniti, & momentanei huius ratio habeatur. Quo. n. pacto cum præsenti hac quisq; uitam illam cõtulerit sempiternam, aut terrenam cum cœlesti qete? quę tantum uidentur altrinsecus abesse, quantum à bello pax est, otiumq; semotum. Vtq; purissima margarita à luteo quouis lapillo secernitur: sic profecto est à corruptione immortalitas aliena, quin quò pluribus id exprimere cõnitemur, eò minus certè aliquid uel simile afferemus. Quippe si uel cũ micantibus Solis radijs futura nobis corpora contulerimus, nihil tamen illius splendoris dignitate explicabi-
B mus. Pro his itaq; futuris bonis, quæ tã immensę facultates, aut quæ potius humana uita tanti unq̃ possunt existimari, quæ non ultro relinquenda sint? etenim si quis te in regiã aliquam induxerit, cæterisq; adstantibus, & principis tibi beneuolentiã adeo conciliet, ut post sermones familiariter habitos conuiuã te illi, & comitẽ assiduũ faciat: nemini profecto diceres te pro tanta beatitudine concessurũ. At si cœlum conscendere, regiq; illi oium potentissimo assistere, inq; angelorum cõspectu splendescere, fruiq; gloria ineffabili effecerit: hæsitarésne, uel oium fortunarum pati iacturam, aut si illud cõduceret, uel uita ipsa spoliari, qnimo prosilire, & lætitia efferri oporteret: & ut ita dixerim, præ gaudio alas sumere ad uolatũ? Atqui ipse ut principatũ assequaris fraudãdi & rapiẽdi occasiones innumeras allaturum, & si illud haudquaquã pro lucro dixerim aut commodo, & tua dispердis, & aliena mutuatus, uxorẽ (si usui foret) & liberos, nec uereberis in seruitutẽ dare: ob regnum autẽ cœleste illud nobis propositum, qd neminem habet, deo testificãte, succesſorẽ, nec exiguos cõtinet angulos, aut terrę partem, sed cœlũ integre sub eius ditione capit, segnior ipse, & piger pecunijs immersus inhias: neque intelligis, quòd si inferior hæc cœli facies, quæ ad nos uergit, tantũ in se habet decoris & oblectamenti, qualis superior illa & cœlũ cœli futura sit. Sed quoniã hæc corporeis interea oculis spectare nõ licet, conscende mente
C & cogitatione cœlum, qd superadstans suspice, & supernum illud qd altius tendit: attende imensam illam altitudinẽ, & splendorem horribilẽ, contemplare angelorum multitudinẽ, archangelorum gentẽ innumeram, aliasq; infinitas potestates: post hæc descẽdens supernè & cœlitus, nota, & oculis circũlustra nostrarum harũ rerum imaginẽ, nostratesq; principes uti se circũ habeãt, uiros uestę aurata cõspicuos, currus insuper auro ubertim excultos, quos iumenta trahunt cãdidiora, & uehicula preciosioribus gẽmis ornata, ut niueos lectulos, ut carpẽta aureis bracteis crepitantia, dracones ꝑterea auro & serico uestib⁹ effigiatos: ut scuta auratis umbonibus, & lora ex auro, lapillo distenta, equos demũ ipsos & phaleratos: & auro obsẽptos: cuiusmodi ornamẽta nihil profecto ultrà, uiso principe aut spectamus, aut magnificamus: princeps enim uel solus, tũ ex eius purpureo amictu, tum diademate, sella, fibula, & soccis, tũ demum fulgẽtissimo eius aspectu, oium nostrum in se oculos conuerter. His itaq; rebus terrenis aĩaduersis, animus erit ad superiora transferendus, itendẽdusq; ad horribilẽ illum in dicij diem, quo Christus & cognoscendi, & iudicandi gratia affuturus est. Neq;. n. beluarum iuga, uel aurata uehicula, seu dracones spectabis, & scuta: sed qd uisu horrẽdum & animos pauefacit, ut uel incorporeæ obstupescant potestates: siqdem uirtutes, inquit, cœlorum cõmouebuntur. Tunc prẽterea uniuersum cœ Luc. 21.c
lum patebit, ab ipsis cardinibus reuulsæ disturbabuntur & fores, descẽdet dei unigenitus filius, nõ uigenis, aut centenis uiris sese armis stipãtibus, sed angelis innumeris, Cherubin, Seraphin, potestatibus reliqs circunstantibus. Erunt tunc quidem oĩa formidinis & terroris plena, cũ ex terrę hiatu, quotquot hominum, qui ab ipsius Adæ origine unq̃, diemq; adusque illum futuri sunt, aut emergẽt, aut rapientur: Christus uero cũ tanta gloria apparebit, ut eius splẽdore tam Solis, q̃ lunæ, & cæterorum astrorũ lux ois occultetur. Quibus poterũt uerbis tum & beatitudo illa, tum gloria & splendor explicari? Heu mi anime, oboriuntur. n. mi E
hi nunc lachrymæ, & ingens incũbit gemitus, cogitãti quibus excidimus bonis, & quali sumus beatitudine alieni facti: à qua tũ uidebimur longius abfuisse, cum magni nihil, aut boni opamur. Ne itaq; quispiã mihi hocloo gehẽnam cõmemorauerit: siquidem eiusmodi gloriæ casum subire, & gehẽna longè sit grauius, eademq; abesse quouis supplicio deterius, necdũ tamen intermittimus & terrenis incũbere, & dæmonum nequitia falli: qui pro pusillis his, & minimis rebus nos priuabunt maioribus: qppe lutum offerũt, ut aurum subtrahãt: uel potius ut cœlo nos fraudẽt, umbram præferunt: ut à ueris propellãt, insomnia immittunt. Nihil. n. aliud id præter dici possunt fortunæ bona, ut luce oborta, oium nos arguant egentissimos. Quæ omnia ita se habere intelligentes, caueamus aliquãdo tandẽ dolos hosce, & fraudes aiumq; ad futura conuertamus: neq;. n. affirmare licebit ignorasse nos uitam hanc breuẽ esse, & temporariam, rebus pręsertim ipsis tuba clarius quotidie clamantibus, pertenuem illam esse ridiculã & informem, plenam discriminis, plenam uoracitatis. Qua igitur erimus accusatiõe digni, F
quando criminosa & turpia tanto studio consectamur: fugimus uero quæ glorioſos nos facerẽt, & insignes uniuersiq; in ipsam pecuniarum tyrãnidem concedimus? siqdem illa dura est seruitus, quauis tyrannide intolerabilior: qd profecto nec eos fugit, qui ea se ut explicarẽt, digni sunt habiti. Quocirca & uos ut optimam hanc libertatẽ perdiscatis: refringite uincula, extricate uos laqueis, nullũ iaceat domi aurum, quod infinitis est pecunijs honoratius, pietas & eleemosynæ recondantur: id. n. nos faciet apud deum fidentiores: at illud dedecore multo & pudore offundit, facitq; dæmones magnũ in modum in nos desæuire. Quid igitur in te hostem & armas, & fortiorem reddis? armis potius erit tua in eum dextera munienda, transferendusq; domus omnis in animum ipsum ornatus, in eoq; opes locandæ, aurum pro arca & domo cœlũ seruet, nostra omnia nobiscum deferamus: sumus certè ipsi & parietibus potiores, & pauimento maioris faciẽdi. Quid igitur nobis posthabitis, studiũ in hæc omne concitamus, quorũ sumus post uitę huius excessum expertes futuri? quinimo perspe in hu-

G manis agentes potiri haudquaquam possumus, cum liceat diuitijs adeo prouehi, ut nō modò hac uita, sed in futura posimus opulētissimi uideri: idcirco qcunq; uillas, domos, & aurum aío uel curæ habuerit, ubiuis sui præsentiā fecerit, cū his fortunis se offerat necesse est. Dicet aliqs, quo pacto id fieri poterit? Poterit quidem & facilitate summa: nā si hæc bona per inopum manus in cœlū transtuleris, apparebūt sanè in tuum fuisse aíum traducta, ita ut te uel morte præuentum, nemo his opibus fraudet: qn uita functus abscedes, Act. 9. g cœlo opulētus futurus, & diues. Eiusmodi Tabithes illa thesauro potita est, siqdem non domus aut parietes, nō lapides aut columnæ, sed uiduarum corpora amictu opta, fusæ lachrymę, mors fugata, ac demum uita reddita, conspicuā illam fecere, & clarā. Istiusmodi nobis paremus arcas, tales struamus & domos: sic deus nobis opē præstabit, & ipsi nobis eodem coadiutore usi in ope, & quidē præclaro absoluendo uidebimur non defuisse. Atq ex nihilo deus inopes ad esse traduxit: tu uero traductos hosce, & creatos, nec fame sciuisti leuādo curandoq;, nec reliqs confici erumnis, dei templum attollens undiq;, & sustentans: cuius H tēpli, uel probitatē, uel gloriā quid unq; poterit æquare? Quòd si nondum clarē pdidicisti, quibus te deus pro iniuncta hac, & suscepta subleuādæ inopiæ cura insigniuerit ornamētis: tecum id aío reputans, ex eo quod inferemus, intelliges. Etenim si qspiam tibi casu rum cœlum subleuādi, erigēdiq; traderet facultatem: nō ne id tibi honori duceres, pinde ac conditionem tuā & uires excedentē? Ecce nūc maiori quodā te honore dignatus est deus, siqdem qđ cœlo ipso maioris facit, tibi subleuādum concesit: nihil. n. deo ex his quæ uisuntur æquè atq; hō est gratum, cuius gratia cœlum, mare, ac terras creauit, eiusq; habitatione potius q̄ cœli lætatur. Qđ & si ita esse nos haud latet, nihil tamē curæ uel diligentiæ diuino huic tēplo mancipamus: quin eo neglecto, amplas ac magnificas paramus domos, ideoq; rebus oíbus destituti, extrema inopia laborātibus sumus inferiores, quādo & domicilia, è quibus post uitæ huius excessum, nihil sumus splēdoris relaturi, ornatiora strauimus, illis reiectis, quæ trāsferre nobiscum unà licuisset. Cōsurgent nāq; I resoluta iā egentium corpora, qbus deus, cuius hæc iussu fiunt, in mediū productis, qui ea curauerint, & laudabit, & cum oīum admiratione extollet: propterea quòd inopia affectos, uel paulo post siue inedia, siue nuditate, siue algore collapsuros erexerint. Verūm adhuc uel his nobis propositis laudibus, tardio res certè ad optimā hanc egenorum curā adeundum sumus, & torpidi. Christus pterea quò diuertat, nil habet: qn hospes famelicus circūfertur, & nudus. Ipse uero suburbana uel laxiora, balneas & ambulacra, frustráq; multa struis cubilia: illi uero neq; angustum aliquod impartiris tegumentum, qui coruis, uulturibus celsissima struis tectorū fastigia. Quid hac fieri peius fecordia pōt, & furijs? sunt. n. hæc pro extrema quadam habēda insania, quæ nec uerbis quidem poterit satis explicari. Licebit tamē si libet eiusmodi à nobis ægritudinē, etsi pergrauem propulsare: neq; id tātum potis factu est, sed etiam facile: neq; facilè modo, sed cò facilius pestilenti hoc & animi & corporis morbo liberabimur, quò & medicus aderit omnium excellentissimus. Is itaq; erit per nos & alliciendus, & hortandus, ut se nobis iungat. Conferenda insuper in medium nostra omnia, & ipsi nos, uoluntas. s. & animi promptitudo, nullis hic rebus alijs opus habet, modo hæc tulerit, de se oía præstabit. Conferamus itaq; K quæ nostri sunt iuris, ut meliori dum uiuimus ualetudine usi, bona illa futura consequamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE *misericordia, & duabus mulieribus uiduis, homilia. Incerto interprete.*

Ria sunt quæ in misericordiæ opere optanda
t sunt Christiano, ut possit facere, ut uelit, ut compleat. Vt possit. i. ut substantia faciendi non desit: ut uelit, hoc est uoluntas adsit qua faciat, quia substātia non deest qua fiat. Tertiū est, ut compleat. i. ut quæ possit & uelit sine dilatione pficiat: his enim tribus opus tantū, támq; præclarum impletur. Nā sunt qui possunt facere, sed nolunt: sunt qui uolūt, & non possunt: sunt qui & uolunt & possunt, sed differendo non faciunt. Cæterū qui potest facere, oret ut uelit, & qui uult facere, oret ut possit: & qui in utroq; paratus est, det opam ut misericordiā instanter efficiat, ne qđ uult & potest, differendo non cōpleat. Est L enim misericordia salutis pręsidiū, fidei ornamētum, propitiatio peccatorū. Hęc est quæ iustos probat, sanctos roborat, dei cultores ostētat, cuius exercitiū lætum efficit dominū, placatum exhibet Christū, dum cernit subsidijs hmōi foueri pauperem, inopem subleuari. Hæc misericordia cū à cunctis impleri præcipitur, tā maximè ab his qui signati sunt, ut dant quam accipiant, tribuant, quā sumant, donent alijs qua ipsi indigeant. Cæterū non potest ille misericordiā facere, qui possessionibus lōgè latéq; diffusis, in cōfinio aliū possidere non patitur, dum terminos iūgit, fines producit, calūniatur pauperi, mediocrē premit, uicinum excludit, & omnes circuncirca positos insessando ac persequendo depellit, qui nō acquirit nisi alius fleuerit: lucra nō condit, nisi alius gemuerit, cui soli bonū est qđ publicum malum est, dum aut fructus seruat, aut annonā captat, aut inflat pretia, aut fœnus exaggerat, dū acquirendi lucra per nocendi exquirit ingenia. Pōt ne talis misericordiæ implere officia, cui pupillorum dulcis est gemitus, & uiduarum suauis est fletus, dum præda hmōi pascitur, & spolijs talium delectatur, q diues est arca non merito, possessione non genere, nomine nō dignitate? Potest ne misericordia tāgi, aut humanitate moueri, cuius auaritiæ nec proprium sufficit, nec modū imponit alienum? Qui & si pauperi tribuat, hoc magis deterior, si alij tollit quod alij pertineat, & esuriētis pane esurientē pascat, & nudum spolijs uestiat alienis, cū scriptum sit: Qui offert Eccleſia. sacrificiū ex substantia pauperis, sic est quasi qui ui- xxxiiii. a ctimet filium in conspectu patris sui. Cæterū ille uerè est diues qui in deo diues est, qui magis misericordia opulentus quàm diuitijs, facultates suas cū pauperibus diuidit, qui locupletem se dādo magis q̄ habendo ostendit, qui ad hoc se meminit habere diuitias ut fœneretur deo, pascat Christū, uestiat dominum qui patrimonium suū non ingrato hæredi quærat relinquere, sed per paupes illuē Christo desideret cōmodare, qui diuitias cœlo magis q̄ mundo commendat, qui desiderat potior esse opere quàm suæ substantiæ facultate, qui thesauros suos ad superna transmittit, qui ad hoc uiuit ut operetur, qui ad hoc operatur ut in æternum uiuere mereatur, qui uiduarum casibus flectitur, & pupillorum miseria cōmouetur, qui do-

A lentium causam suscipit, & arrogātiam superborum abdicit. Cæterū habere nec facere, misereri posse nec uelle, cōmendatū sibi deputat quod p cruciatus suū ad hæredem transmittat. Nec de suo miser permittitur tāgere, quod post se futuro cogitur reseruare, qui solicitius seruat q̄ acquirit: molestius custodit, q̄ rapuit. Suspirat. n. uigilans acquirendo, suspirat dormiens reseruando. Nec uigiliæ lætæ, nec somnus securus. Nec dies lætus, nec nox quieta est, discurrit, torquetur & gemit, & quasi illi proficiat quod acquirit, sic augere desiderat quod alij cum suo cruciatu relinquat, ut quale fuerit patrimonij pondus, talis solicitudinis habeatur & cumulus. Sed dicet e contrario de mediocribus aliquis, ego misericordiæ instanter implerem officia, ego inopes pascerem, egenos foueré, nudos uestirē, ego pauperibus necessaria uictus impenderē, nec à me inanis quisq̄ aut sine fructu discederet, si mihi facultates suppeterent, diuitiæ adessent, copiæ redundarent. At cùm mihi, necessaria desint, cū operandi facultas necesitate habendi interdicta sit, cur mihi aut dandi sterilitas imputatur, aut misB rendi cessatio succenseatur? Sed audi quisq̄ hoc loque
Miser quis sit. ris, & excusandi ansas quas obtendis omitte. Nullus miser est nisi qui misereri noluerit: quia nec quisq̄ misereri desiderans poterit non habere quod tribuat, nullus petentem pauperem poterit inanē relinquere nisi qui ei noluerit commodare. Non. n. misericordiæ definita sunt ptia, aut nisi quis multū dederit accepta bile esse quod datur non poterit: aut inopes tantùm à quoq̄ exposcunt, quantùm qui poscuntur dare nō possunt, aut ex modico multum, aut de exiguo pluri
2 Re. 17. c. d mum dare quispiam cogitur, cùm libenter ex modico modicum attributū diuina pietas gratuletur. Denicq; uidua Heliā ex modico pascit, & idipsum quod habuit, finiri non potuit. Supremi uictus dando non desunt, & diuitum horrea finiuntur: modicum olei erogatur nec deficit, & peccatorum apothecas penuria famis exhaurit. Misericordia uiduæ seruat quod peccata locupletum exterminant: modica diuitijs maiora sunt, & diuitię pauptate uiduæ superantur. Ita. n. & iustis alimenta non desunt, ut peccatoribus subsidia denegentur. Deniq; audi domini uocem uiduam
C in euangelio collaudantem, quæ in dona dei totum
Mar. 12. d & Luc. 21. a quod habuit, misit. Amen, inquit dico uobis, uidua ista plus omnibus fecit. Omnes. n. isti de eo quod abundauit illis, fecerunt: hæc autem totum quod habuit, misit. Laudatur in modico uidua, & diuitū non laudantur oblata. Minimum uiduæ diuitum opulentias uicit, & uota diuitum uotum uiduæ superauit. Diuites. n. ex multo modicum, uidua uerò ex modico obtulit totum. Vnde dominus diuitum & uiduæ operationes expendens, non quantum quisq̄ obtulerit, sed quanto quis fecerit, singulorum animos & facultates ostendit, & uiduam in opere perfecto lauda
Viduæ certamen uit. Certabat. n. animo cum diuitibus uidua, cum locupletibus pauper, mediocris cum opulētissimis, fide ac deuotione certabat: sed uincit animo, deuotione superat deniq;, inuenitur potior, melior conspicitur, maior omnibus à iudice pronunciatur. Amen, inqt, dico uobis, uidua ista plus omnibus fecit. Prouocaris Christiane prouocaris, & à uidua in certamen deduceris. Hæc. n. uidua quæ præsente tunc Christo certauit, nunc quoq; cum omnibus certat, & tamen nescierunt talē qui uicti sunt, qualē nunc qui prouocātur, nouerunt. Quare taceant steriles, aridi conticescant. D infructuosi aut mutentur aut sileant: uidua quod secit non didicit, & steriles quotidie discunt & non faciunt. Quæsiuit uidua qūo posset præsentem dominū promereri, quæsiuit qūo posset potior diuitibus inueniri: inuenit causam, inuenit consilium, ut quam natura fecerat pauperem, deuotio faceret diuitib. potiorem: & ne possit quisq̄ non habendi excusatione purgari grātuita misericordiæ inducuntur officia, ut ostendatur dominum etiam ipsis pauperibus operādi imposuisse obsequia. Calicē frigidæ prophetæ por Mat. 10. d rigere, præmium prophetæ promittitur: ęgrotum uel & Mar. constitutū fratrem in carcere uisitare, dominum uisi 9. s. tare est, sicut ipse dominus dicit, ut possit ex gratuitis promereri qui de substantia non potest misereri: ut iam cōstet pro qualitatibus hominum misericordiæ non debere cessare officia, ut operātibus possint præmia dispensari cœlestia: ut cùm cœperint misericordes expungi & steriles cōdemnari, & misericors quia misertus est gaudeat, & sterilis pœnas quas non sperauit inueniat.

E [De eleemosyna et misericordia pulchre habes tomo. 4. hom. 14. in 5. c. 1. ad Timot. & hoc eodem tomo ad populum Antioch. hom. 12. 13. 34. 35. 36. & 37.

D. IOAN. CHRY. QVOD DISPENSATIO *rerum tuarum per teipsum exequenda est sermo. Incerto interprete.*

Erum tuarum dispensatio, ecclesiæ præsidi-
r bus minimè concedenda est, quin p teipsum exequenda, ut non solū minuendi fortunas, sed et administrandi mercedem habeas: ipse semen tuis manibus sulco iacta: non. n. hic erit terræ aratrū defigendum, aut boues iungendi, uel tellus ipsa nouanda, geluq; & frigore contendendum: hac n. omni difficultate caret ifiusmodi semen. In cœlo nanq; seminas, ubi algores nulli, neque hyems, uel eiusmodi aliud quippiam inueniturin animos ferus, unde nemo quod fatum fuerit, tollet, quin inhærebit maximè, & acrius, ac celerrimè detinebitur. Tu semen iacito, cur te hoc præmio fraudas: maxima etenim sunt proposita pmia his, q aliena rectè subministrauerint: siquidem non solū qui sua distribuit, sed & qui oblata bene impartitur, dignus mercede est. Tu uerò cur F illam tibi cū licet non uendicas? Quòd autem uel ex Act. 6. b eo futurum sit pmium, illud audi: Constituerunt aūt apostoli Stephanum, & qui circa eum erant ad dispēsationem per manus faciendam. Efficere ergo & tu tuarum rerum dispensator: hæc. n. humanitas, id est dei timor, te fortiorem reddet, insolentiam tollet, animo quietem, manibus sanctitatem largietur, intellectum eliciet, philosoph: ri edocebit, promptiorem faciet, & benedictionis participem, qua & caput ipsum manum ministerio donatur. Esto itaq; ad orandum diligentior, sanctorum uirorum curam suscipito, eorū dico, qui uerè sunt sancti, qui in solicitudinibus cōsidunt, qui emendicare nequeunt, qui deo adhærēt. Iter longius suscipe, tum & tua alijs impartire: plurimum. n. utilitatis afferet istiusmodi per te datio. Spectabis. n. in ea eremo tuguriolum, uidebis & diuersorium, oculis solitudinem lustrabis, ita ut cùm illo per causam pecunias dilargiendi concesseris, & animam plerunq; des integrè, detentusq; efficiere illis conseruus, & hoc seculo alienus, & hospes: magnum quidē & præclarum est pauperes intueri, & inuisere. Me- Eccle. 7. a lius. n. est, inquit, ingredi domum luctus, q̄ domum

G lætitiæ: inde nanq; incenditur ad uirtutem animus. Nã si lasciuiẽtib. cæteris & ipse arriseris, erit id tibi quę dã ad luxum, & incontinentiã incitatio: sin aũt, mœstitia corripieris. In domo aũt luctus, nihil eiusmodi: nã si deliciæ deerunt, dolore carebis: si uerò inerunt, abstinebis. Certissimæ lachrymarũ sedes monasteria sunt, ubi saccus & cinis, ubi solicitudo, ubi risus nullꝰ, uel rerum pſentium obturbatio, ubi ieiuniũ, & humi cubatio. Sũt nanq; ibi oĩa nidore & illecebris uacua, & quauis interpellatione & inquietudine libera: insuper portus trãquillissimi sunt, quos qui inhabitãt, ueluti ignes sunt, qui cũ è loco editiori emicent, lucem uel eminus aduẽtantibus exhibent: cumq; uel in portu resederint, cęteros ad suam alliciunt tranquillitatẽ, neq; se intuẽtes pati naufragiũ sinunt, uei in tenebris degere, qui ad se oculos intenderint. Adito itaq; istiusmodi uiros, utere eorum contubernio, accedito inq;, & sanctorum pedes amplexare, quos prehensare longẽ uenerabilius est, q̃ aliorum cõplecti caput. Dic mihi, complectuntur nonnulli statuarum pedes, quoniam figuram, & imaginem præferant imperatoris:
H tũne illum, qui Christum cõtinet, tenebis à pedibus? Sancti itaq; sunt istiusmodi pedes, uel si uilissimi fuerit: inquinatorum uerò neq; caput ipsum honore dignum. Siquidem sanctorum pedes permagna operati sunt: nam & excruciare solent, cùm à se excusserint puluerem, Cùm igitur quispiã sanctus apud nos fuerit, nihil uile illius ducemus. Sancti. n. sunt omnes, qui ut rectè credunt, & uixerint, uel si nulla ediderint signa, uel dæmones eiecerint, sancti sunt etenim. Ad monasterium sancti uiri diuertere, tale est quale foret è terris ad cœlos subuolare: non. n. tibi in eo licebit, quæ domini plerunq; intueri: nã & monachorum cœtus ille perpurus est, silentiumq; apud eos, & quies plurima. Hoc, Meum. Tuum longè abest: apud quos si ad diem, seu binos manseris, eò maiorem senties uoluntatem: cùm. n. primùm dies illuxerit, quin immo ante ipsius diei lucem edidit uocem gallus: nihil tum ibi simile spectabis, qđ domi solemus: stertunt serui & familia, erunt occlusę fores, mortuis oẽs simillimi prę somno uidebuntur, quatiat & asinarius tintinnabula. Sex mox oẽs per monasterij præsidem
I excitati, somno excusso, modestè consurgunt, statuẽtesq; sanctum illum chorum, statimq; tollentes manus, sacros decantant hymnos: neq;. n. ut nos excutiendo somno, & sopore multo horarum longiori indigent spatio. Ipsi. n. simul ac è stratis attolluntur, ad multã horã oscitando, & corpus distrahendo residemus, mox ad secretũ accedimus egerendi gratia, deinde manus faciemq; abluimus, post hæc uestẽ induimus, & calceos: hoc pacto tpis plurimũ teritur. Apud hos aũt nihil hmõi: nemo seruum euocat, cùm quisq; sibi faciat satis, non multis indiget indumentis, nec somni excussore opus habet: sed ut primũ aperuit oculos, præ abstinentia similis apparet ei, qui multùm ac diu uigilauerit. Nam cùm nullo cor fuerit cibo grauatum, aut suffusum, nec longius illi necessarium est ad leuandum tps, quin leuior ocyus se, & tersis manibus attollit. Somnus præterea illis modestus est & sobrius: nemo. n. ibi stertentem quempiam uiderit, aut anhelantẽ: neq; inter quietem corpore iactabundũ, uel nudum, sed dormiunt sanè cubãtes modestius, q̃ uigilent cæteri: quod profectò è quadam bene instituti ai moderatione efficitur. Hi proculdubio & sancti sunt, & inter hoĩes angeli habendi. Plurimus. n. dei timor arcto, & profundo somno hauquaq̃ eos finit so- K
porata mente mergi: quin leuior ille duntaxat imminet ad quietem, à qua uel eorũ insomnia minus aliena: sunt. n. uanis, & monstruosis imaginibus, uel præstigijs uacua. Vnde, ut diximus, edente gallo uocem, cùm monasterij præpositus uel unum pede pupugerit, omnes excitauit: neq;. n. ibi nudos cubare fas est: inde expergefacti, illico stãtes propheticos hymnos, concinitate summa, & modulatis carminibus decantãt, eo modulatu & symphonia, ut neq; cithara, neq; fistulæ ullæ, neq; aliud musicum id genus instrumentum talem edant sonum, qualẽ audire licet integerrimis uiris illis altiori quadam quiete, & animi tranquillitate succinẽtibus, q cantus & suauitate referti sunt, & diuino amore oppleti. In noctibus, inquit, extollite manus uestras ad deum: & illud, Vigilat anima mea ad te deus, quoniam lux sunt præcepta tua in terra. Item & Dauidici cantus q̃ multos lachrymarum concitant fontes, cùm canens Dauid illud pronunciat: Defatigatus sum in meo luctu, lauabo per noctes singulas lectum meum, & in lachrymis stratum meum rigabo: & sursum, Quoniam cinerem tanq̃ panem manducabam. Quid est homo, quoniã illius es memor? Homo uanitati factus est similis, & dies nostri tanq̃ umbra decedunt: & illud, Ne timeas cùm ditabi tur homo, seu cùm fuerit aucta gloria domus eius: &, Qui habitare facit pares moribus in domo: &, Septies in die laudauit te super iudicia iustitiæ tuæ: & rursum, Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicijs æquitatis tuæ: & illud, Deus erue aiam meã de manu inferi: &, Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: item, Nõ timebo à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à negocio in tenebris perambulante, ab occursu, & dęmonio meridiano: &, Aestimati sumus tanq̃ oues iugulationis. Itaq; oscitantibus nobis, ocio seq; torpentibus, stertentibusq;, uel supinis cubantibus, & fallacias animo uersantibus innumeras, canunt illi istiusmodi angelis unà, Laudate dominum de cœlis concinentibus. At ubi primùm dies illuxerit, quiescunt illi: idq; tpis quòd nos ad laborem illi habent ad quietem: clarescente uerò die cũ per causam
M impensas computandi, uel dimittẽdi ad forum alios euocamus, hicq; principibus corã pœnas ueritus adstat trepidus, alius se in tabernaculum confert, alius arti se, & operi cuius est gnarus accõmodat, rursum illi matutinas inceptant preces, & hinc se ad sacrarum lectionem scripturarum conuertunt. Sunt & qui scribendi artem edocti, libros scriptitant, & destinatis cellulis se quisq; tacitus continet. Precationes postmodum, quæ tertia, sexta, & nona hora, & uesperi insuper dicuntur, absoluunt, ita ut quadripartita die singulis partibus uarijs deum laudibus honorent. Igitur uescentibus, ridentibus, & lasciuientibus reliquis, ac multo cibo distento uentre distractis, hi sese hymnis applicant, cùm eis nondum cibi, & mensæ sit tẽpus, neq; illa horum sensibilium cura. Sumpto uerò cibo, cũ se primùm quieti dederint, ijsdem incumbunt laudibus. Huius uerò mundi hoĩes uel dies dormitant: at illi & noctes ducunt insomnes, quare lucis progeniti meritò possunt appellari: siquidem id tps quod reliqui somnolentiæ maiorẽ in partẽ insumũt, onerosiq; ex cibo, & graues prodeũt, abstinẽt hi, & impasti manẽt, & orationib. studẽt. Vesperi aũt iterato otiãti bꝰ cęteris, certatimq; ad balneas propantibus ad bre

Psa.133.d *Ibi.62.a*

Ibid.6.b

Ibi.101.b *Ibid.8.b* *Ibi.143.a*

Ibi.48.d *Ibi.67.a* *Ib.118.a*

Ps.118.b *Ibi.48.d* *Ibi.22.a*

Ibi.90.a *Ibi.43.d*

Ib.148.a

A ue laboribus soluti, nulla seruorum excitata caterua, nullo per domũ discursu, aut tumultu, neq; uarijs & gulã irritantibus appositis epulis discũbunt pane, dũtaxat plericq; cõtẽti, & sale, alij oleo his adiecto, & qui infirmiores fuerint, oleribus & leguminibus uescuntur. Diuinis interea laudibus haud intermissis cũ paululũ confederint, singulis storijs & humi cubãt, ad qetem solũ nõ ad delicias paratis. Nullus ibi principum terror, nulla dominorũ icrepatio, neq; ulla seruilis trepidatio est, nullus ibi fœmineus tumultus, nulla puerorũ obturbatio, nõ multę sunt apud eos apothecæ, aut condendarũ rerũ gratia parata loca, nulla abundans & seruata uestis, auri & argẽti nihil, custodiq; nulę, nullũ ęrariũ, uel aliud istiusmodi quippiã: sed omnia oratione, & diuinis laudibus, & fragrantia spiritali sunt plena, nihil ibi qđ carni indulgeat. Prædonũ incursus haud uerentur: cũ nihil habeant, cuius possint iacturã pati: siquidem & pecunijs carent, corpus tantùm habent & aiam: hæc si diripiant, profuisse potius uiderentur, q̃ dãni aliquid intulisse, quãdo essent per eos his corporis uinculis soluti. Mihi. n. Paulus inquit,
B uiuere Christus est, & mori lucrũ. Vox itaq; exultatio
Phili.1.c nis in tabernaculis iustorum. Nullus præterea ibi eiu-
Psal.117.b latus aut lamẽtatio exauditur, uel gemitꝰ, uacat istiusmodi mœrore domiciliũ illud, aut ululatu: moriũtur sanè inter eos nonnulli, cũ haud quaquã sint corpore immortales, neq; tamen mortem pro morte ducunt: suos enim canticis præmittũt mortuos, præcedere illos existimantes nõ emori. Quòd si è suis quempiam obisse mortem enuncietur, gaudio summo & lætitia afficiuntur, quinimo neque illũ audebit quispiã mortuum appellare, sed uiuẽdi finem fecisse dicet. Proinde gratiarũ actio, diuina affatim laus & suauitas oritur, optãtibus singulis se talẽ uitæ finem habituros, eoq; modo seculi huius certamen excedere, ab agonéq; hoc & laboribus requiescere, & Christũ ipsum intueri. At siqs eorum ægrotauerit, nullæ exprimuntur lachrymę, nullus gemitus, sed orationi iteratò incumbitur, nulla medicorũ manu, sed fide tantũ plerunq; subleuatur, & ęgrotus cõualescit: quòd si uel medico opus habuerit, pmagna patientia ac tolerantia præstatur. Non adest præterea uxor soluta crines, non liberi
C futuram orbitatẽ deplorantes, non serui orantes effluturum mox spiritum, sese cuinam cõmendatos relinquat: sed horum oĩum liber animus, unum illud & solum aduertit, uti ultimo suo efflatu decedat deo gratus. Verũ si in morbum aliquẽ inciderint, nulla crapula uel nimio stomachũ grauante cibo eũ incurrunt: quin potius erũt eius morbi causæ quauis laude cumulatæ, nulla ęgrotãtium culpa exorte: nam uel ex lucubratione immodica, aut cibi longiori abstinentia, languorem inferunt, unde & curantur facilius, quando his se nequeunt malis eximere, nisi desierint æquè lassescere, ut cœperãt & defatigari. Dicet quispiam, Licebitne istiusmodi uiros in media Christiani populi frequẽtia spectare? Nos uero ita respondemus, nõ ea mente istorum nos uitã explicasse, ut uideantur qui in ecclesijs uiuunt cõtemnendi: q̃ multi enim sunt plerunq; istiusmodi sanctitate uiri, & si haud propalam, uel in ipso Christianorũ conuentu medio, neq; ex eo quòd alienas circũuagantur domos, aut in foro uersantur, uel alijs præsunt, parui illos facimus, eò minus quò & deus illud iniunxit: Iudicium, inquens, pupillo facite, & uiduam iustificate. Diuersæ. n. sunt ad uirtutem uiæ, siquidem & margaritæ inter se differũt plu-
Es.1.c

rimum, uel si omnes idem sint nomen sortitę, tamen D
hæc fulgentior est & rotunda: illa uerò haud parẽ habet decorem, sed alium quendam & uarium. Qualis uerò ille sit, explicabimus quemadmodum. n. coralum artificio quodam productas in longum lineas nonnunq; habet, circunciso sq; angulos & expolitos, coloremq; à candido etsi diuersum, longè tamen de lectabiliorẽ, uiridis ẽt iniectus color præter oẽm uiri ditatem iuuat. Item & flos quidã cõiunctum habet cum innata fragrantia & sanguinis colorem, alijs aũt qui glaucus fuerit, glaucitate ipsa mare uincit, alius etiam erit purpureo colore splendidior, & istiusmodi plerosq; alios uidemus, insuper & Solis colores uarios esse inuenire quis facilè poterit: sic & his similes dici uiri sancti possunt, quorũ nonnulli propria quadam exercitatione & industria sibijpsis, plericq; uerò ecclesię, profuere. Itaq; ut eò unde digressa est, redeat oratio, si sanctorum pedes lauerimus, & opem tuleri mus oppressis, salutare erit. Incumbamus ergo his rebus, ut gloriari in cœlo possimus sctorum pedes abluisse. Quòd si horũ abluendi sunt pedes, eò magis & E
ipsi p nos pecunijs iuuãdi erunt. Non. n. sciat sinistra
Matt.6.a tua, qđ faciat dextera tua. Quid multos admittis testes? si. n. fieri potest, ne domestici quidem, uel uxor ipsa sit huius beneficij conscia: q̃ plura. n. sunt subdoli illius aduersarij impedimenta, plerunq;. n. coniux arrogantia quadã, uel alia quauis de causa, etsi nunq̃ antea, tũc tamen te interpellabit, & beneficium illud tuum intercipiet. Siquidem Abraham, & si admirandam haberet uxorem, ea tamen, cũ fi: iũ esset immola
Gen.12.a turus, clàm habuit: præsertim cum ipse rei euentum ignoraret, certior tamen quòd illum esset necaturus. Quid igitur è turba uir aliquis dixerit, qs nam hic est qui hæc facit? & is simul nõne crudelitatis eum & rusticitatis insimulabit? dicens, non licuit matri filium spectare, & ultimam audire uocem, morientemq; inspicere? Nihil tamen istiusmosti iusto illi diuino amore incenso ueniebat in mentem, præter id solũ, ut dei mandata exequeretur, nõ ea in re filium, non uxorẽ animaduertebat: & quod maximũ est, futuri nescius, adeò ille omni ex parte integrum deo offerre sacrificiũ studebat, ut ne lachrymis quidẽ illud, aut contention aliqua inquinaret. Ad quẽ ait Isaac: Ecce ligna F
& ignis, ubi nam uictima? Quid ergo pater? Deus pro
Ibidem.b uidebit sibi uictimam ad holocaustum fili mi. Fertur autem id esse propheticum, ut illud: Et filium uisurus est in uictimam. At cur eum qui immolandus est celas? Etiam inquit, ueritus ne torpescat, uel indignus inueniatur. Vides itaq; q̃ multa diligentia uir ille cuncta factitarit, quæ sacris literis exprimuntur. Nesciat. s. sinistra tua, qđ faciat dextera tua. Quod illud sonat, uel si quempiam habuerimus, quauis propinquitate iunctum, nihil illi quod fuerit per nos piè gestum, ultro aperiemus, nisi cogat necessitas: multa quippe ex eo succedunt gratia: nam siquis superbire occeperit, erit id quidem illi ad bene agendum impedimẽto. Quapropter cùm aliquid inopi impartimus, uel nosipsos si fieri potest celabimus, ea bona cõsequamur: quæ nos in Christo Iesu domino nostro manẽt certiora & parata.

[Homilia proximè præcedẽs nihil aliud docet ac modulatur qua'm sancti monachorum instituti laudes, quauis inscripto polliceatur quòd suorum per seipsum dispẽsatio facienda sit: quod frequẽs est in digressionibus Beato Chryso. Locus aũt huic hom. aptior fuisset post opus qđ inscribitur, Aduersus uituperatores uitę monasticę.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO, QVOD NE SCRVTEMUR PAUPERES CURIOSE. Incerto interprete.

Vid stipem deposcentē scrutaris? quin illum Christi ob gratiā excipe: nā si nimiū fueris explorando curiosus, uel probū plerunq; uirū præteribis, faciesq; hoc modo futuræ & emeritę mercedis iacturā: quanuis qui uel improbū pro Christo susceperit, culpandus nō erit, quin capiet pro eo & pmiū. Nā qui prophetā sub prophetæ noīe admiserit, prophetæ mercedē accipiet: qui uerò pro intēpestiua hac & superuacanea scrutādi cura quempiā laude dignū paruiscecerit, pœnas luet. Nō itaq; aut uita hoīum aut facta scrutāda sunt: qđ proculdubio extremæ cuiusdā nos experientiæ arguit, dum panis unius gratia petiti, uniuersa sit inopis uita indaganda: qui siue præ do fuerit, siue aliud quiduis, num ea pp uel pane tibi, uel argenteis non nullis & paucis apparet indignus? eumq; cui dominus tuus orientē Solē sit impartitus, perexiguū ipse cibatum & tenuem uictū existimas imerētē? Quin etiā quod dictu maximū est, si uel hūc cōpertum habeas inumeris esse uitijs cōstipatū, eoq; paruo & exili cibo fraudaueris: nihil id tibi poterit ad excusatiōē ualere, pīertim cū eius sis domini seruus, qui ita inquit: Num ignoratis ex quo patre sitis? Illius pręterea familiaris, qui se lapidantes animo tulerit patienti, imo qui est pro se lapidantibus in crucē sublatus. Neq; id dixeris, medicū quempiam sicarium esse, aut homicidā, qui uel si tibi esset exitiū allaturus, non tamen foret, quando inedia maceretur, a spernādus: siquidem eius disciplinā secteris, qui cruci se suffigentium cōcupiuit salutem, eius inquā qui in ipso patibulo ita profatur: Pater dimitte eis, non.n. norunt quid faciunt: illius insuper seruiturē subisti, qui se manu cædentes tulit mitius, qui noxiū in cruce coronauit. Qđ facinus quid unquā poterit æquare? Porrò latrones uel utriq; Christum maledictis insectabātur, horū tamen alteri paradisum nondum cuiquā patefactum, peruiū fecit: defletq; qui mortē sibi sunt allaturi, turbatur ēt, terreturq; proditore cōspecto, non eò quòd foret ipse cruci suffigendus, sed quòd ille esset ob id sceleris interiturus: cōmouebatur prætetea quòd suspendij laqueos præuidisset, quos supplicia sequerentur. Iudam tamen etsi eius nequitiæ præscius, aduscq; extremam horā tolerauit, neq; proditorē reiiciebat, quin amplexando osculabatur: hunc itaq; dominus tuus labijs admittit, qui mox eius est pretiosum sanguinē fusurus: tu uerò egenū neq; pane dignaris, nihil ueritus quas deus cōdidit leges, quibus nos cōmone facit, non solū non esse inopes reiiciendos, sed ne hos quidem qui nos ad interitū duxerint. Neq; illud commemoraueris, hunc illūm ve mali quippiam alteri intulisse: quin potius recognosce quid Christus sub ipso patibulo & osculo quo erat prodendus, egerit, ut proditorem emendaret. Attēdē q̄ prudenter id dicat Iuda osculo filium hominis tradis? Quem hominum non his uerbis leniisset? quem, inquam, eiusmodi uox non ad pietatem flexisset? quam beluam, aut quē adamantinum lapidem non cōmouisset? solus ille miser flecti nō potuit. Ne itaq; dixeris ea ratione nōnullos esse tibi fugiendos, in animum induxi quòd humana sint cædę & sanguine inquinati: quin potius eorum erunt deosculandę manus, uel si tuæ sint cerutis sanguine respergendæ, quādo & Christus sit os illud impudentissimum deosculatus, quòd necem ei parauerat. Igitur & ipse lachrymis potius, & cōmiseratione prosequere, q̄ odio aut maleuolentia, qui fuerit in te quippiā machinatus: is enim est nō indignus cui nō pigeat, quippe illius & serui sumus, qui se tradēti oscu lum dedit. Id sępe ac multū repetendo cōmemoraue rim, & quouis osculo molliora est uerba effatus, siquidem nō indignabundus, ut hoies solent, talia inuehit: Facinorose proditor & oium perditissime, has mihi pro meis in te beneficijs uices reddis? quin luda, inquit, eum noīe appellans, quod cōmiserātis est potius, & a scelere ad officium reuocantis, q̄ irascentis: nec magistrū se dixit ac dominū, aut bene de se merētem, sed filiū asserit illum hominis prodere. Atqui si nec pręceptor ille uel dominus extitisset, id solū quod se purē adeò & simpliciter erga te gesserit, ut cum uel prodendus esset, ni osculum proditionis indiciū, qđ erat antea per te in sui capturam destinatū obtulerit, prodēdus a te non fuisset. Sis bone deus benedictus: quot enim nobis tradidisti, tum ad humanitatē, tum ad innocentiam exēpla? talem se Iudæ præbuit Christus. Nōne & pari usus est in eos benignitate, q̄ se fuste & gladijs inuasissent? Maximē: quid enim dici his uerbis mansuetius pōt, q̄ ad eos fertur habuisse, quos & si perdere mox oēs pro uolūtate licuisset: facere id tamen temperauit, quin pudētius sic illos alloquitur: Quid in me cū gladijs & fustibus tanq; in latronē aliquem irrupistis? quibus protinus pauore reiectis & supinis cadentibus & stupiditate affectis, rursum sese ultro obtulit: cumq; manus sibi sanctissimas ligari uidisset, & si confundendi omnia & disturbandi facultatē haberet, patientissimē tolerauit: deinde Christi perspecta mansuetudine tam acriter in inopē fæuiendo efferaris, qui uel si innumeris feuerit obnoxius uitijs, eius tamen uel egestas, uel fames satis utiq; facere posse uidentur ad animum, nec penitus obtusum uel cæcutientem, mitigandū. Tu uerò contra leonū more, & si nihil illi cadaueroſum attingāt, efferatus & furens in pertinacia manes: iacentemq; inopem & egestate immodica maceratum, ac malis confectum & premis & urges, eiusq; corpus cōuicijs discerpēs, quasi procellas, ut aiunt, tēpestatibus superinductis adageras, compellisq; ad portū refugientem illidi scopulis, & cogis naufragium subire maritimo longē molestius. Quo igitur pacto tuis facinoribus ueniā à deo precaberis, remittiq; cōmissa postulabis, qui nihil peccanti conuiciaris, pœnasq; pro tanta inedia & rerum angustia deposcis, adeò ut tua ſeuitia immanium belluarum feritas obscuretur? Siquidem uentris illæ urgētē esurie naturali consuetoq; cibo uescuntur: tu uerò nemine impellente fratrem & mordicus lanians, etsi nullis dentibus, dictis tamen laniatu quouis & morsu infestioribus deuoras. Quo igitur pacto sacram illam oblationem sumpturus es, qui linguam humano sanguine cruentaueris? quomodo & pacis osculum deferes, ore hoc tuo contentioso & hostili? Cibum præterea corporeum hunc & sensibilem quo animo ceperis, qui tantum accumulaueris uirus? cur atteris quam nec subleuas pauperiem? cur deprimis, quem nō iacentem erexeris? cur auges, quam haud quaquam sustuleris, animi molestiam? Pecunias nullas impartiris, quid probris quempiam insectaris? nondum tibi ad aures peruenit, quantum hi pœnarum luant, quibus sue sint tormentis adiudicati, qui mendicum non aluerint? Abite, inquit, in

ignem diabolo & eius angelis paratum. Si igitur qui nullis inopem alimonijs iuuerint, tam acriter condemnantur: quas illos pœnas daturos putas, qui cū nec uictum impartiuntur, & cōtumelias ingerūt? quot, inquā, hi subituri tormēta sunt? quot incēdia & gehennas? Ne itaq; tantū in nos malorū ardoré conci temus, quādiu id exequi ad arbitriū licet: corrigēdus & hic nefarius morbus erit, & linguæ imponēdi sunt frēni, neq; solū per nos inopes nō exacerbādi, quin dictis factisve haud mediocriter consolādi, ut uenia ob id nobis longè ante cōparata, bona illa assequamur, quæ nobis sunt diuinitus adiudicata: præstāte domino Iesu Christo, cui cū patre & spiritu sancto sit gloria, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DEVM LAVDEMVS FIDE FORMATA exemplo sanctorum: dignus est enim omni laude. Sermo. Incerto interprete.

Mitemur & ipsi patriarchā illū: nec secus atq; ipse solebat, deū laudib⁹ prosequamur. Quid enim ille deo gloriā dedit, nisi cū diuinā iusti tiā, infinitamq; potētia cōmemorasset? esserq; de deo pleraq; decentius meditatus, de promissione fieri certior promeruit: idcirco & nos eūdē tum fide, tum re & opere laudemus, ut gloria tandē donati, id laudis huiusce præmiū uēdicemus: inquit enim, Qui me fuerint uenerati, & ipse honorabo. Quòd si nulla esset alia nobis pro ea re proposita merces, illud tamē uel maximè nobis ad gloriā ualeret, si diuinis in laudib⁹ uersari nō indigni haberemur. Siquidē & qui principū laudes eloquūtur, uel hoc uno si nil reliqui esset mercedis, quòd principē magnificiūt, satis uidētur ornamenti assecuti, Cogita itaq; q̄ sit glorioſum, quāmve magnificū dominū nostrum per nos uenerari: uti & contrā q̄ detrimētoſum illud & supplicij plenū, cū reliquis in eū conuiciandi occasionē damus. Exigit.n. etsi minus hoc munere egeat, hāc ille à nobis laudē. Quantū ipse existimas, deū inter hominemq; distare? certè dixeris, quantū inter uermiculos & hoies ipsos. Verū id dictu adhuc nihil est satis, si dixerim illos hoc pacto differre, quādo nequeat quantū inter se distēt explicari. Num optaueris gloriam tibi apud uermes, etsi magnā aut præclarā parere? Si ergo tu qui gloriæ es cupidior, uelle te tale aliquid negaueris: quo nā pacto qui huiuscemodi cupiditatis uitio caret, & adeò reliquis pstantior est, his tuis laudibus indigebit? quarum etsi minus est indigens, laudari tamē a te cupit: nā si tui gratia seruitutē tolerauit, quid mirū si pleraq; alia eadē ratione patitur? nihil.n. indignū se putat, qđ nobis conferat ad salutem. Quocirca cū ita se habere hęc sanè intelligamus, peccatū omne quo deus male dictis incesitur euitemus: inquit enim, delicta nobis nō secus ac serpētis aspectus defugienda. Quippe appropinquantē te morsu petēt, quādo nō illa se nobis offerunt, quin ea nos ultro admus: qđ deus ita fore cōstituit, ne uiolētia diabolus superaret, si nemo illi⁹ conatib⁹ obsisteret: eoq; illū quemadmodū prędonē quempiā eiecit, qui neminē aggredi audeat, nisi quē suis in latebris nudū deprehēderit: & solū neq; inuadere audebit, nisi eundē uiderit eremū peragrantē. Eremo nanq; & solitudine dæmones inuersantur, quarū interpretatio nil aliud exprimit, q̄ malū facinus & peccatū. Opus itaq; nobis cū fidei stabilimento & cardine, tum salutis caside, & spiritus gladio, ut nō solùm mors nō malè per nos sit obeūda, sed quouis modo insultāti illi defecanda est ceruix. Opus itaq; perpetua prece, ut nostris posit pedibus cōculcari: ipudēs nāq; est, & scelestus tametsi de loco inferiori inferat bellū, uictor tamē plerūq; euadit, cū eius ictus paruifacim⁹ superare & plagas: neq;.n. illi licet magnū in modum efferri, qn humi serpit, cuius figurā uel anguis pręfert: qui dæmon & si ab initio ea sit cōditione creatus, lōgè maius nos hoc tpe oppugnabit. Quòd si ignoras quid sit de loco inferiori pugnare, enitar id bellādi genus interpretari. Bellū itaq; de loco inferiori gerere, à rebus ifimis est aliquē impugnare, uti à uoluptatib⁹, diuitijs, & pīentib⁹ his uitę bonis: uerū siquē uiderit subuolante ad cœlū, & superiora tenentē, primū neq; hunc subsequi sursum uersus saliendo poterit: deinde si id facere fuerit enisus, celerrimè casurus est: caret.n. pedibus, caret alis, humi reptat, terrenis in rebus uersatur, in qbus si nihil erit tibi cū eo cōe, eris sanè labore uacuus: nec.n. nouit ille in aperto uel in faciem pugnare, nec secus atq; anguis latitans, diuitiarū se illecebris occulit. Itaq; desectis dumetis timore perculsus dilabetur, ferieturq; statim, si diuinis fueris illi carminibus iprecatus. Christi.n. Iesu domini nostri, & crucis uirtus nostra sunt carmina, q̄ nō solū draconē hūc suis è latebris educēt, in ignēq; impingent: uerū uel si quæ nobis inhęserint ulcera, sanabūt: q̄ siquis hoc pacto fuisse ad sanitatē reducta negauerit, existimet illud ob exiguā incantātis fidē, nō explorati carminis impotētia eueuisse. Siquidē q Iesum urgebāt, nihil sūt utilitatis assecuti, at q̄ sanguinis fluxū patiebatur, Xpi corpore nec prætētato, cū uestis duntaxat fimbriam attigisset, sanguinis diutinos fontes continuit. Hoc Iesu nomē tum inseris, tum morbis & uitijs terrori est: ex eo itaq; ornatū nobis, uiresq; uēdicemus. Sic.n. & Paulus magnus euasit, q etsi fuerat nobis natura proximus, fide tamē accepta lōgè fuit à pristina cōsuetudine immutatus: nā adeò ille gratia excellebat, ut uel eius amiculū uim nō modò mediocrē habere uidere tur. Qua igitur erimus nos excusatione digni, quorū precib⁹ nec uitia reprimūtur, cū taliū uirorū uel umbra & uestis mortē repellāt? Quid igitur in his causæ esse uidetur, nisi permagna q̄dā animorū diuersitas? nā q̄ ad naturam pertinent, nobis cū Paulo & paria sunt, & cōia, cuius ortus & educatio nostro haud absimilis: siquidē terrā ille incoluit, & aērem eundē spirauit: in reliquis uerò seruore. i. fide & charitate pstantior nobis fuit. Hunc itaq; imitemur, reddamusq; nos Christi colloquio nō indignos, cuius rei longè est ille cupientissimus. Siquidē sermonis huius habēdi gratia organū hoc corporeū fabricauit: qđ quidē ut torpēs inexercitatumq; maneat haud cupit, quē habere sem per inter manus desiderat. Cur itaq; nō illud prōptū reddis, paratūq; ut capi per opificem ipsum, tractariq; posit? uerū per lasciuiā adeò organi huiusce chordulas & laxas & lentiores facis, ut citharā planè oēm inutilē pares, cū eius esset potius & sonus obfirmādus, & sale spirituali moderādus: quā Christus citharā si cōcinnā hoc modo, cōparatāq; cōsp exerit, p aiam hanc nostrā edet uocē. Deinde angelos, archāgelos cōspicimur, & cherubinos prę gaudio desilire. Precādum ergo erit, ut manib⁹ illis immaculatis esse tractabiles possimus, & Xps ipse cor nostrū oppulset. Atqui neq; prece est opus, si illud ipse ei tactu dignū esseceris: sequetur nāq; ipse, & prior inuadet: solet nāq; futura ac celeratius puenire, siqdē nec Paulo cū nondū eò esset

G magnitudinis profectus, haud prius laudes cõtexuit, q̃ eundẽ magnum in modũ profeciſſe cõſpexit: poſtea uerò nihil reliqui fecit, qd eĩ ad laudẽ pertineret. Quòd ſi Chriſtus nobis iſonuerit, & ſpiritus ſanctus præſtò fuerit: erimus utiq; cœlo potiores, neq; Solem ipſum, aut lunã effigiatos: quin horũ dominũ, & angelorũ principem obambulantẽ nobis habebimus, & cohabitantẽ. Hæc aũt dixerim non ea pp ut mortuos ſuſcitemus, aut lepra affectos reddamus mundos: ſed qd horum omniũ maius eſt, & præſtantius, charitatẽ præferamus: ubi.n.id boni inerit, ibidẽ mox cum patre unà & Ieſus aderit, & ſancti ſpiritus gratia
Mat. 18.c ſubſequetur. Vbi.n.duo uel tres fuerint in meo noie congregati, ibi & ipſe adſum inter eos medius: q̃ uerba & uehemẽtioris præferunt animi affectũ, & amoris nõ mediocre indiciũ, cũ eos quos amat, habere ſe circa cõcupiſcit. Dicet quiſpiã, quis erit adeò calamitoſus & miſer, qui uelle ſe deũ neget habere medium? Hi profectò quos inter ſeditio eſt. Irridebit me fortè aliquis dicetq;, Quid ais? nõne ſub eiſdẽ nos mœnib⁹ cõſpicaris, ſub uno eodemq; tẽplo, eodẽ in grege con
H cordi animo permanere? noſtrũ neminem uides diſſidentẽ, ſub eodem paſtore uocẽ unã edimus, ſimulq; dicta hæc tua audimus, ſimul ẽt deum cõprecamur: quid ergo diſcordias nũc, & ſeditiones cõmemoras? ipſe uerò & ſi diſſidia narro, haudquaq; uideor propterea inſanire, uel à meipſo alienus: quod.n.cerno, nõ me fugit, nec clàm me habet uos ſub eodem eſſe nunc tẽplo, ſub eodemq; paſtore: ſed eò magis q̃ror, tot rebus uos ad cõcordiam prouocantibus, diſcordes tamen & ſeditioſos eſſe. Dicet aliquis, quã hic ſeditionẽ ſpectaſti? hic equidẽ nullã: at hoc ſoluto concentu, cũ erit abeundi facultas facta, tum is illũ crimi natur, alius in faciem cõuiciatur, inuidia flagrat: rapit alius, aut uim infert: alius turpi amore irritatur, & dolos nectit: q̃ omnia rectius cõſpicerentur, ſi retegi animus ipſe poſſet, eſſet ſanè hoc pacto apud uos coperтum me compotẽ mentis eſſe, nõ inſanum. Nõne pręterea milites cõſpicamini per pacẽ & otium, armis depoſitis, & imparatos hoſtiũ caſtra adire, in eisq; tutò uerſari? Verũ cũ armis idem muniuntur, & cuſtodijs diſpoſitis noctes inſomnes ducunt, ardentq; ignes cõ
I tinenter: bellum, non pacẽ, præ ſe ferunt. Poſſunt ſanè In nobis hæc recognoſci, ſiquidẽ ab inuicẽ nobis cauemus, nec deeſt ſuſpicio aut timor, cum quiſq; proximi auribus uerba inſuſurrat, obticeturq; ſtatim ſiquis propius accedat, & de medio tollitur occeptꝰ ſermo: quod certè nõ fidentiũ eſt, ſed planè cauẽtium. Dicet aliquis, nõ alios fallẽdi gratia id agitur, ſed ne ipſe fallar: eoq; magis id mihi cenſeo deplorandũ, quãdo & uitàm unà ducentibus cautione opus ſit, tantumq; ignis incendimus, unasq; & itẽ alteras locamus excubias, ne fallacijs circũuenti, iniuriã patiamur. Quorũ omnium cauſa mendaciũ eſt: fallaciæ plurimæ, charitatis interitus: & ſine inducijs bellũ, unde cõplures reperies gentili potius, q̃ Chriſtiano ſe credere. Proh pudor, quo hæc ſunt rubore, quibus lachrymis, qua lamentatione digna? Dicet quiſpiã, Quónam id pacto duxerim tolerandũ, ſi fuerit aliqs peruerſe inſtructus? ubi ergo ſapientiæ ſtudium, ubi & apoſtolicæ leges,
Rom.12.b quibus cauetur alterius toleran onera oportere? Si.n. fratri præſtare te morigerum neſcies, quid facies alieno? uel ſi proprijs membris facere ſatis haud noueris, quo pacto poteris externa pellicere, pellectaq; corpo pori tuo copulare? proh dolor nõ facilis ſum lachry-
mas fundere, abundantiſſimos equidẽ (ut inquit pro K
pheta) lachrymarũ fonres, ex oculis laxarem: uideo Hier.9.a
enim in noſtris hiſce regionibus prælia geri infinita, & his proculdubio grauiora, q̃ propheta præuiderat. Is nanq; cũ barbaros Iudæam inuaſuros lõgè antè uidiſſet, uentris dolore angor clamitabat. Ipſe uerò cũ homines ſub eodẽ duce cõſtitutos ſibi inuicẽ inſurgere, cõuertereq; i ſeipſos morſus & laniatus, idq; partim pecuniarũ cupiditate, partim gloria, fruſtra nonnunq; & occaſiõe nulla factitare, ignominijs ſeipſos notare, ultro citroq; inferri uulnera infinita, morte inſuper affici & horridiori, q̃ qui bello trucidantur, fraternumq; nomen tenue admodũ, & exile reliquum eſſe uideã: nullus profectò huiuſce tragœdiæ occurrit cõ dignus luctus. Vereamini inquã, uereamini menſam hanc, cuius oẽs ſumus participes, quæve deſuper uictima illa iacet, Chriſtus ſcilicet, qui noſtri cauſa occiſus eſt. Prædones enim, ut primũ apud quempiã ſalẽ deguſtarint, prædari deſinũt, apud quos ſal ille ꝑſumptus ſit: quinetiam perditiſſimorũ hominum mores hæc menſa immutat. efficitq; ex his, qui feris beſtijs
L ſæuiendo fuerint immaniores, ouibus ipſis mãſuetio res. At nos talis mẽſæ & cibi participes facti, in nos inuicem arma conuertimus, cũ potius id in noſtrũ illũ & cõem hoſtem moliri oporteret. Qua ex re ille nobis infirmioribus effectis, fortior redditur: non enim noſipſi eũ aduerſus cõmunimus, quin mutuo quodam inſultu, potius ipſi nos iuuante aduerſario oppugnamus: eodẽq; utimur ad huiuſcemodi i nos aciem inſtruendã duce, cũ bellum illi inferre eſſet decẽtius: nũc uerò hoſte omiſſo, in fratres ſagittas intẽdimus. Quas, inquiet aliquis, ſagittas narras? illas dico, quæ ex ore emittuntur & lingua, ſiquidẽ non ſolũ telis & ſpiculis, uerũ & uerbis acriora uulnera infliguntur, q̃ ſolent ſagittis infligi. Dicet aliquis, quo nã pacto poterit iſtiuſmodi per me, bellum dirimi? poterit utiq;, ſi intellexeris, cũ fratri fueris cõuiciatus, cœnum ex ore profudiſſe: ſi noueris inquã, cũ in illum cõtumeliã dixeris, Chriſti te membrũ uituperaſſe: quippe cũ in carnem tuã uoracitatẽ exerces, integerrimũ illud concitas acrius & horribile in te dei iudicium: emiſſa nanq; ſagitta, deſtinanti tibi, nõ ſaucio futura exitio eſt. Fuit tibi quiſquã iniurius, aut malo affecit, ingemiſce, ne M
maledictis inceſſeris: funde lachrymas, nõ iniurię gratia, ſed ob iniuriã inferẽtis interitũ: quemadmodũ & dominus tuus Iudã deplorauit: nõ.n. quòd cruci ſuffigeretur deflebat, ſed quòd ſe ille eſſet ad ſui perniciẽ proditurus. Iæſit te quiſpiam, aut cõtumelia inſectatus eſt, deũ precare, uti mox illi concilietur & parcat: frater enim eſt, tuũ eſt membrũ, eodẽ quo tu partu genitus, ad eandẽ uocatus eſt menſam. Dicet aliquis At ſi id egero, maiorẽ mihi in modũ aduerſarius inſultabit: ergo & maiora te, & plurima manebũt præmia, eoq; iuſtius ira mittẽda eſt, cũ illũ uideris uulnere mortali affectũ. Dęmon.n.plagã illi inflixit, idcirco neq; erit is rurſum p te exulcerãdus, uel aliquo modo calcãdus, quẽ uideris p dęmonẽ conſternatũ: ſiquidẽ licebit tibi ſtanti illi, & erecto, opẽ & ſalutem afferre. Quòd ſi in reddẽda iniuriarũ uice & ipſe corrues, cui erit uos ſubleuãdi facultas? nũ ſaucio illi? Minimè. Nũ tibi q̃ equè atq; ille cõcidiſti? Quo.n.pacto q tibiipſi facere ſatis nequieris, opẽ alteri tuleris? conſiſte itaq;, & animi quadam magnitudine ſcuto prælato, fratrẽ uel mortuũ è prælio ſubtrahe, percuſſumq; ira haud irritabis, quin potius affixum ei ſpiculum auellito.

Cuiuſmodi

A Cuiuſmodi uitæ cõſuetudo ſi fuerit per nos ſeruata, ſtatim optima erimus ualetudine cõmuniti. Verũ ſi fuerimus in nos ſempet armati, nulla erit dæmonum induſtria ad noſtrũ exitũ neceſſaria: etenim ſi ciuile bellũ exiſtimandũ eſt, magis tamen noſtrum hoc eò moleſtius eſſe apparebit, quòd noſtræ huius ſocietatis humanæ, uel potius neceſſitudinis iura potiora ſunt. Necauit Cain quondã germanũ Abel, & propinquitatis ſanguinẽ fudit, q̃ cædes tãto iniquior habẽda eſt, quãtò conſanguinitas ipſa ſublimior. Is utiq; corpus ferro tranſodit, tu uerò in animã gladiũ acuis. Cain fortè prior malo affectus eſt: at nõ malè pati, ſed facere improbè, hoc eſt malè perpeti. Attẽdite itaq;, occidit Cain, Abel enecatus eſt: uter horũ extinctus eſt?
Gen.4.b Illéne qui poſt mortẽ ad deũ clamitans queſtus eſt, Vox, inquit, ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: an is qui uitã oẽm tranſegit trepidus? Is ſanè, is erat quouis mortuo calamitoſior. Vides itaq; q̃ longè pręſtet illatæ iniuriæ tolerãtia, uel ſi fuerit aduſq; interitũ peruentũ. Ediſce præterea q̃ ſit cõditione inferior, qui illã intulerit. Percuſſit germanũ Cain, è uitaq; ſuſtulit:
B horũ tamen coronatus eſt alter, alter pœnas pro ſcelere luit: iniuſtius Abel occiſus eſt, mortuus tamẽ cædis fratrẽ inſimulans uexabat, & cõprehenſum, manibus tenebat. Cain uerò tacens, & à deo increpitus pudore afficiebatur, cõtraq; q̃ ſperaret effecit: fratrem.n. quẽ deo gratũ ſpectaſſet interemit, exiſtimãs hoc pacto diuinũ illi amorẽ, quem auxit magis, intercluIbidem. dere: ſiquidẽ mortuum deus diligentius cõquirebat, dicens: Vbi nã Abel frater tuus? non.n. dei deſideriũ extinxit inuidia, quin potius auctum reddidit: nõ enim tua hac cæde Cain ſunt Abel honores imminuti, ſed aucti magis & ampliati: q & ſi antehac illũ tibi ſubiecerat deus, nunc tamẽ de te uel extinctus ſuppliciũ ſumet: plurimũ enim is deũ colebat. Vter igitur horum de cæde ſuiam laturus eſt, qui ſumpſerit, an qui dederit pœnas? qui tanto fuerit apud deũ dignus honore habitus, an q̃ noua quadã ſit, & exquiſita pœna affectus? Viuẽte Abel nihil es Cain ueritus, mortuũ ergo pertimeſce: cũ ferro hũc eſſes inuaſurus, nihil trepidaſti, formidine tamẽ ſanguine profuſo perpetua capiere. Hũc cũ in humanis ageret, tibi uel morigerũ haud
C toleraſti, mortui ergo acerbior huius erit iu te dominatus. His itaq; oibus cognitione perceptis, inuidia cauenda erit, & nequitia extinguenda, reddendaq; mutuò charitas ut per eam nobis tum uitæ huius, tum futuræ bona uendicemus.

DE AMORE DEI, ET TOLERANTIA IN ADVERSIS, SERMO INCERTO INTERPRETE.

E Ctemur & nos ſupernas illas poteſtates, ne-
F que ſolum ut throno adſtare propinquiores poſſimus enitendũ, quin illũ potius qui eo inſidet nobis habeamus inhabitantem: ille nanq; ſe odientes dilexit, & i amore perſeuerat. Solis.n. ut probis, ita & improbis oĩtũ præbet, iuſtiſq; æquè atque iniuſtis pluuiam dimittit. Tu ergo amantẽ te deũ cole, ob hunc enim in te amorẽ, inquit, gehẽnam cõmi
Mat.5.d natus eſt, & ſupplicia. Nequitiã quidẽ intercidens, ac tanq; frænis ſiſtes tuum ad peiora prolapſum, proſpera aduerſaq; obiiciendo, nihil intermittit quatenus te compiirnat ruiturum: nã & te non ſolũ ſibi adiũgit, ſed omni improbitate, q̃ quauis gehenna grauior habẽda eſt, liberum reddit. Quòd ſi hæc dicta irriſeris, libueritq; nequiter potius uitã ducere, q̃ ad diem, unũ tormentis uexari, nihil eſt mirũ: id enim eſt tum men D
tis nõ integræ, tum temulentiæ, & inſanabilis morbi indiciũ. Nam & pueri minutiores cũ medicũ ſpectãt, uel uſtionẽ, uel inciſuram aliquã illaturũ, diffugiunt gemebundi, & ſe lacerantes exiliunt, malúntq; ſanie continua & tabe interire, q̃ momentaneũ dolore ferre, ut in reliquum cõualeſcant: uerũ qui mẽtis ſunt cõpotes, nõ ignorant aduerſam eam corporis ualetudinem fore, cauterio quouis & ſciſsione grauiorẽ: nec minus improbũ eſſe, quoduis ſupplicio malignitate excedit. Sanitas.n. medelam cõſequitur, ad morbi incuriam & neglectum, interitus uel aſsidua ualetudo. Quòd aũt ſanitas languore ſit potior, latet neminẽ: ſi quidem & prędones haud tum ſanè cũ latus tranſfodiuntur, ſunt deplorandi, ſed cũ muros perforant, & hoſtes enecant. Nã ſi anima corpore præſtantior eſt, eius potius eſt deplorãdus interitus, idq; eò magis dolendũ, quòd nullũ ex uulnere dolorẽ ſentit. Enimuero & qui perdito detinẽtur amore, maiore ſunt uenia digni, q̃ qui grauiori febri uexãtur: uinoq; graues, q̃ qui torquentur amore. Dicet aliquis, ſi adeo hæc (ut inquis) grauia ſunt, cur illa optamus? Reſpõdebo equi- E
dẽ, quoniã pleroſq;, ut aiunt, hoĩum peiora delectãt, ita ut malis electis potiora prætereant: qd & in epulis rebusq; publicis, ac uitæ huius actionibs, fruendisq; uoluptatibus, in fœminis ipſis, ædibusq;, & mãcipijs, agris, & reliquis i rebus ſpectare licet. Quid.n. delectabilius, mulierine an maribꝰ cõmiſceri? fœminis an iumentis? inuenies tamen nõnullos fœminis reiectis cũ beluis habere cõgreſſum, mariumq; corpora ſumma iniuria cõſpurcare: tametſi q̃ naturã ſequuntur multò magis, q̃ quę contra fuerint, uoluptate afferunt. Sunt tamen pleriq;, qui res ſupplicio & irriſione dignas, minusq; delectabiles pro ſuauibus & amœnis cõſectantur. Dicet aliquis, ac iſtiuſmodi res cõſueuiſſe nõnullis eſſe uoluptati. Idcirco magis, ac magis eos dixerim calamitoſos, quòd inſuauia pro ſuauibꝰ ducãt, pœnãq; acerbiorẽ, q̃ peccata ipſa conſtituant: qd longè aliter eſſe cõſtat: nã ſi peccãtibus pœna obeſſet, neq; mala deus malis ingereret: nec.n. diuinæ fuerat uolũtatis, quos creaſſet, malos fore: neq; is nequitiã auxiſſet, q eam extinguere maximũ ſit in modum eniſus. Nõ igitur illata peccanti pœna pro malo habenda eſt, quin F
malè cũ eo fuiſſet actum, ſi nullo eſſet ſupplicio affectus: foretq; ægrotãti illi haud abſimilis, cui nulla pro eius ualetudine cura adhiberetur. Nam itaq; adeò officit, q̃ abſurda & imoderata libido: abſurdũ aũt dixerim deliciarũ, inanis gloriæ, potẽtatus, & reliquarum rerũ, q̃ fruſtra appetuntur, cupiditatẽ. Qui.n. molliorem hanc, ſolutamq; uitã duxerit: etſi oibus appareat eſſe beatior, cũctis tamen eſt profectò miſerior, quãdoquidẽ graues animæ ſuæ heros, tyrannosq; inuexit. Eò nanq; deus uitã laborioſam effecit, ut eius nos ſeruitute liberaret, abſolutãq; in libertatẽ induceret, propterea q& ſupplicia cõminatus eſt, & labore molliciem cõprimendo, uitæ huic cohæredes effecit. Nã Exo.5.c
& Iudæi cũ luto eſſent & lateribus operandis adſtricti, & humiles erant, & deũ frequentius inuocabant: poſtq̃ uerò libertate ſunt uſi, dominũ queruli ad irã concitarũt, & malis ſunt innumeris circũuenti. Quid igitur de his dixeris, qui calamitatibus & preſſuris nõ nunq̃ ſuccumbunt? reſpondebis fortaſſe illos non ob calamitatem, aut aduerſam fortunã, ſed propria quadam imbecillitate ſuccubuiſſe. Nam ſiquis adeò languenti ſit ſtomacho, ut amaram aliquam medelam,

quæ illũ sanare queat, non patiatur, ita ut hausta offe
esse potius q̃ profuisse uideatur: nõ est profectò po-
tio ista, sed affecti stomachi ualetudo, culpanda: nec
secus ea in re animi leuitas quædã incusanda est: nam
qui fuerit aduersis animo cõsternatus, eandẽ uel ma
iorẽ in prosperis iacturam patietur: quippe q̃ uinctus
cõciderit (id enim pressurã &, infortunium dixerim)
facilius cũ solutus fuerit & liber, lapsurus est: si cõstri
ctus itaq̃, & calamitate pressus cõuincitur quispiam,
longè magis, cum ea uacuus aut missus fiet. Quo, in-
quiet aliquis, pacto potuerim nõ uinci, infortunio &
calamitate oppressus? Poteris quidem, si te nõ fugerit
uolenti tibi uel inuito, aduersa oĩa esse toleranda: q̃ si
animo patienti tuleris, plurimũ lucri feceris: si iniquo,
contumaci, & maledico, calamitate nihil imminuta,
maiorẽ in te procellã concitabis. Quæ cũ ita sint, fa-
ciamus ex necessitate uoluntatẽ seu uirtutẽ. Exempli
gratia, Proprium quis amisit filiũ, substantiã alius om
nem, & fortunę bona, si noueris qđ semel peractum
est, nec deleri amplius, nec solui posse, licebit ex ea in-
sanabili calamitate utilitatis aliquid cõparare: si ma-
gno ac uirili aĩo aduersos tuleris fortutæ casus, proq̃
maledictis domino laudẽ referas, hoc pacto q̃ spem
præter obuenerint mala, in uoluntatis officiũ cõmu-
tabis. Spectasti filiũ immaturè ereptũ, dicito: Domi-
nus dedit, dominus abstulit. Vidisti rem tuã imminu
tam, illud in ore habeto: Nudus exiui de uẽtre matris
meæ, nudus decedã. Verũ si improbis uideris rem be
ne succedere, iustos aũt infelices esse, multaq̃ & gra-
uia pati, & eiusmodi infelicitatis causam ignoras, di-
ces: Bestia factus sum apud te, uerũ ego semper tecũ.
At si quęsieris cur res hoc pacto ferri permittat deus,
intellige statutũ esse per eũ iudicij diem, quo mundũ
si iudicaturus: hoc modo nihil postea hęsitabis, nihil
amplius tunc enim pro meritis quisq̃ nõ secus ac La-
zarus, & opulentus ille recepturus est præmiũ. Remi-
niscere quemadmodum apostoli cũ cæsi essent, & di
uersis tormentis plerique affecti, summopere lætaban-
tur, quòd dignarẽtur pro Christi noie iniurias perpe-
ti. Ipse uerò cũ in aduersam incideris ualetudinẽ, feres
æquo animo languorẽ, deoq̃ ob id gratiã dices: hoc
modo parem illis recipies mercedẽ. Poteris præterea
ualetudine & dolore affectus deo gratias reddere, si
eum ex animo colueris: nã si in ignem tres illi cõiecti
pueri, alijq̃ carcere, & uinculis detenti, uel malis innu-
meris obducti, nihil intermittebant deo gratias, laudes
referre: multò magis qui corpore fuerint insano
& affecto. Nihil est enim, nihil inquã tam horridum,
tamq̃ tremendũ, quod hi qui uel morbo, aut pœnis
discrutiantur, nõ superent, si diuino sint amore incen
si, & ita ut neq; ignis, neq; ferrũ, neq; inopia, neq; lan-
guor aliquis, neq; mors, neq; aliud quippiã istiusmo-
di, graue aut molestum appareat ei, qui hunc sit erga
deũ amorem cõsecutus: quinetiã aspernatus cuncta,
& irridens subleuabitur ad cœlũ, ubi pari cũ reliquis
eodẽ diuersantibus utetur beatitudine: terris insuper
& ponto repudiatis, in diuinæ gloriæ splendorẽ dun
taxat, & pulchritudinẽ firmabit obtutum: illiq̃ adeò
animũ intendet, ut rebus uitæ huius haudquaquam
aliquã in partẽ aduersis flecti queat, uel prosperis, &
iucundis efferri. Afficiamur itaq̃ amore eiusmodi, quẽ
æquiparare nihil potest, nec solũ præsentiũ aut futu-
rorũ bonorũ gratia, quin his omissis ob ipsius amo-
ris naturã. Sic.n. fumus tum in hac uita, tum in futu-
ra supplicia euasuri & pœnas, ac regnũ cœleste illud
uendicaturi. Verũ neq; gehennæ euitatio, neq; cœle-
stis imperij fruitio, pro magnis habenda sunt, si cum
his q̃ dicturi sumus, conferantur: siquidem omnium
præstantius est deũ colere, eũdemq̃ tui habere amato-
rem, cuius amor etsi mutuò inter homines esse cõ-
tigerit, oẽm superat uoluptatem. At si idẽ & deo ines-
se comperitur, q̃ mens concipere, uel quæ eloquentia
poterit cõcupitæ animæ beatitudinem, quã uel sola
tolerantia promerebitur, explicare? Vt itaq̃ experien-
tia ipsa tum spiritalis iucunditatis huius, tum uitę bea
tioris, & dei, in quo uniuersæ sunt opes, haberi p nos
cognitio possit, relictis cæteris, diuino huic amori, &
nostri oblectandi causa, & dei qui & colendus, & esse
rendus est gratia incumbamus.

DE GRATIIS REDDENDIS DEO
non solum uerbis, sed etiam operibus
Sermo. Incerto interprete.

Gratiæ sunt per nos deo habẽdæ, quando cũ
his qui salui sunt facti, & ipsi annumeremur:
& eam quã ex nostræ uitę actionibus haud-
quaquã essemus saluté emeriti, dei sumus munere sin
gulari cõsecuti: idcirco ut gratias illi reddamus, nõ so
lũ uerbis, uerũ erit & opere enitẽdum: poteritq̃ tum
uera quædã gratitudo dici, si nostris ex actibus deus
laude consequatur, cauerimusq̃ ne in eadẽ illa recida
mus, q̃ ante improbata euasimus. Nã si ipsi fortè im-
peratorẽ aliquẽ fuerimus conuicio & probris insecta
ti, isq̃ nos contrà pro pœna emerita honoribus auxe
rit: nõne & meritò supplicia prioribus acriora essent
ferenda, si rursum quemadmodum ingratitudinis &
procacitatis cõuicti, eundem conuicijs incesserimus?
Neq̃. n. adeò nos prior illa in principẽ illata contume
lia, q̃ quę post susceptos honores, & cõmoda ingesta
iniuria ingratos argueret. Quocirca fugienda erunt,
quibus antehac liberati fuerimus discrimina: neque
ore duntaxat sunt gratiæ deo habendæ, ne fortè de
nobis illud pronũcietur: Populus iste labijs me hono
rat, corde aũt longè à me abest. Verũ quo pacto nõ
absurdũ illud uideri debet, cũ & cœli ipsi dei gloriam
prędicent: ipse uerò cuius ob gratiã sunt illi effecti, ita
te gesseris, ut tui & fictor & creator deus te pp malẽ
plerũq̃ audiat? cui sceleri nõ solũ qui maledixerit erit
obnoxius, uerũ & ipse qui maledicendi causam dede
ris fores pœna mulctãdus: utq̃ & cœli etsi nõ magis
taciti deũ laudibus prosequuntur, q̃ eius cœlesti facie
ad diuina præconia mortales inuitãt, dicũtur tamen
deo laudẽ pronunciare: sic & qui uitã duxerint purio
rem, uel ore silenti deũ extollere uidebuntur, quãdo
sui quodã exemplo & reliquos hoĩes eundẽ ut laudi-
bus efferant, pelliciunt. Siquidẽ deus non tantũ admi
rationis & laudis ex cœlesti hac formata machina uẽ
dicat, quãtũ gloriæ sibi ex optimis uitæ huius huma
næ actionib⁹ cõparat: quippe cũ de fide aduersus gẽ-
tes oritur disceptatio, nullũ cœlum quin hoĩes ipsos
profecerimus, q̃ cũ antea fuissent feris bestijs truciores,
angelorũ sint diuino impulsu imitatores effecti, qua
uitæ ĩmutatione producta, cõfestim illis ora occludi
mus: eò magis cũ homo sit cœlo pstãtior, liceatq̃ eũ
animo parere cœlesti quouis splẽdore micãtiorẽ: cœ
lũ. n. etsi tandiu sit ad uisum expositũ, non eã habet
persuadendi uim, quã Paulus est tã breui Christi fidẽ
uulgãdo assecutus, ut ad se terrarũ orbẽ traheret uni-
uersum: cuius & aĩa uel cœlo digna est habita, cũ no

stra nec terra dignanda sit: cũq̃ & cœlũ suis terminis
præster, huic tamen animi celsitudo uel cœlũ superãs
Christo obuersatur, tantumq̃ decore præstat, ut uel
diuina sit laude dignatus. Itẽ & angeli cũ essent crea-
ti, astra sunt ipsi, & stellas demirati: hunc uerò ille qui
protulit, Vas mihi electionis est iste, mirandũ effecit.
Cœlũ præterea hoc nebulæ plerunque obducunt: at
Pauli animũ nulla unquã rerũ obtexit angustia, quin
aduersanribus cunctis tranquillior quauis meridiana
luce uidebatur, eamq̃ animi cõstantiã, & nitorem in
turbida tẽpestate seruabat, quã in sereno seruasset: si
quidẽ sol qui in eo fulgebat, nec tam ifirmos radios
emittebat, ut ex molestiarum concursu hunc sineret
obumbrari, quin eapp magis ac magis claresceb at.
Vnde responsum illi est: Sufficit tibi gratia mea, uirtus
enim in infirmitate perficitur. Imitemur itaque & ipsi
Paulũ: non enim (modò id libeat) cœlũ ipsum & Sol,
uel orbis uniuersus alicuius esse momẽt apparebũt,
si nobiscum conferantur. Hæc quippe nostri sunt gra
tia effecta, nec ipsi sumus illorũ causa creati: idcirco
ostendamus nõ immerito cuncta hæc extitisse nostri
contemplatione edita, quorũ si nec creationem, nec
cœleste uidebimur emeruisse imperiũ, nec Solem ip-
sum intueri, his proculdubio indigni erũt quotquot
in dei contumeliam uixerint: ergo rebus ad dei laudẽ
enunciandũ creatis indignè fruentur, qui fuerint in
opificem rerũ cõtumelios: siquidem & filius si patrẽ
lacesit, nec dignus quidẽ iudicabitur, qui seruis ante-
ponatur in dispensando nõ improbis. Cur id? quoniã
creata hæc cũ plurima sint gloria potitura, nos sup-
plicia & tormenta merebimur. Quantæ igitur illud
ærumnæ fuerit, cũ ea quæ ad nostri sunt gratiã con-
dita, & dei filiorum, & libertatis figurã præ se ferant,
nos uerò in dei liberos & habitos, & creatos prę igna
uia quadam iri perditum, per quos reliqua, q̃ fuerint
creata, cœlestem sint beatitudinẽ habitura: Ne igitur
illud eueniat à nobis, qui animo fuerimus puriori, cu
randũ erit uti idem ille suo statu perstet integer, & im
motus, augeaturq̃ splendore, & lumine illustretur:
nec nobis tamen desperandũ, si illũ simus sordidũ &
squalentẽ sortiti. Quando, ut ille inquit, si fuerint deli
cta uestra ut coccinũ rubẽtia, quemadmodũ niuem
dealbabo: si rubra, in uelleris spẽm candida reddam.
Nil itaq̃ erit de diuinis pollicitationibus hæsitandũ,
quin ita uiuendũ, ut pellectæ in cõmodũ cedant, cui
sunt grauius pleraq̃ cõmissa. Quorsum hæc? nõdum
tibi paratum spectaculum dimissum est, nondũ ual-
lum excesisti & fossas, licet adhuc extremæ palęstræ
uictoria priorũ certaminum damna sarcire: nondum
eò peruentũ est, ubi & dies ille cruciatur, ut audire
queas, Chaos inter nos esse immensum. Nondũ spõ-
sus aduenit, ut oleum quis uereatur impartiri, datur
adhuc illud emẽdi & seruandi facultas, nõdũ quispiã
est qui id dixerit: Ne fortè nobis & uobis sit haud sa-
tis. Extant enim adhuc opulenti cõplures, supersunt
nudi, famelici, ualetudinarij, & carceris incolæ: hos
ale, illos induito, iacentis & ægroti curam suscipito,
fluet hoc pacto & tibi oleũ quibusuis fontibus ube-
rius: nondũ rationis reddẽdæ aduenit dies, utere hoc
ad opportunitatem tpe, præcide debita, ac missa faci
to, debentq̃ olei cados centũ dicito: Accipe librum,
& quinquaginta inscribe: itidẽ tum in re pecuniaria,
tum dictis factisq̃ tuis, & reliquis actionibus egeris
uelim optimum illum dispensatorem imitatus: eadẽ
hæc ut teipsum, sic & necessarios, sanguineq̃ coniun-
ctos commonefacito: dum loquendi facultas suppe
tit, dum nulli sint in tui locum necessitate aliqua, ut
id exequantur, surrogãdi: dum habes ut tibi, sic & cæ
teris consulendi arbitrium. Quippe cũ illò aduene ris,
neutrum horum facere commodè licebit, & meritò
quidem: qui enim tantum temporis spatium accepe-
ris, nec tibi interea, nec alteri cuiquam profueris: quò
pacto, cũ fuerit in iudicis manus peruentum, cõsequi
istiusmodi gratiam quiueris? Quæ omnia si in unum
cotulerimus, enixius erit nostræ saluti inhærendum,
neq; uitæ huius opportunitas intermittẽda, Possunt,
inquã, possunt uel in ipso ultimo spiritus efflatu gra-
tiæ deo haberi, licebitq̃, etsi non pari facilitate, ex te
stamento cum deo in gratiam redire. Dicet quispiã,
quónam id pacto fiet? fiet quidem si Christum tuis
hæredibus cohæredem adscripseris, & portionem illi
hæreditatis totius imparties: quem & si uiuens non
alueris, moriẽs saltem è tuo aliquid illi relinquito, uel
tum maximè cũ desinunt tuæ esse ditionis quæ pos-
sides. Nam ut ille natura clementissimus, nec paruo
per te oblata pensabit: quanuis qui eũ uiuens aluerit,
& meritis maioribus, & amore ampliore sit dignus:
quod si non egeris, saltem quod reliquum est aggre-
dere, eundem. f. tuis facito cohæredem: uel si id face
re pigebit, animaduerte hinc te per eius genitorẽ hæ-
reditatis effectum esse participem, eoq̃ inhumanita-
tem hanc tuam, & sæuitiam perdendãcensebis. Qua
enim ipse fueris ratione excusandus, si eum ad hære-
ditatis cum filijs unà nõ admiseris cõmunicationẽ,
qui tibi & cœlos cõmunicauerit, qui mortem tui ob
causam non obligatus, sed gratiam facturus subierit,
pro quibus suis immẽsis in te beneficijs magnum es
illi in modum obnoxius? hæc cũ ita se habeant, non
ut debitum exacturus coronat te, & palma donabit,
sed uti minus à te, aut gratiã suscepturus. Præbe itaq̃
illi abundè pecunias, nec usui tibi futuras in posterũ
neq; ultrà in tua potestate permansuras: ut tibi impe-
rium largiatur perpetuò ualiturum, & donet item p-
sentibus his fortunæ bonis. Proinde cohæres per te
constitutus, & liberorum leuabit orbitatem, insidias
soluet, & molestias propulsabit, & calumniantiũ ora
occludet: quodq̃ uel filij nequeunt, testamentum tu-
tabitur, corrumpiq̃ haud sinet: uel si permiserit, quæ
fuerint per te ex scripto relicta, proprijs facultatibus
compensabit, liberalitate summa, & munificentia, eò
magis quò fuerit p te huiusmodi honore dignatus,
ut hæres adscriberetur. Conscribe itaque hunc cohæ
redem: is enim est cum se adieris, omnium quæ ui-
uens gesseris causam cogniturus. Eò accedit, quòd
hominum pleriq̃ miseri quidem & calamitosi, cùm
nullos susceperint liberos, id tamen facere nec patiun
tur, quin parasitis malint, assentatoribus huic illive
eorum fortunas, quàm Christo optimè de se meren-
ti impertiri, Quo quid fieri potest à recto magis alie-
num? Cuiusmodi homines siue cum beluis, siue cũ
lapidibus ipsis contulerit quispiam, nihil profecto af-
feret. quod horum hominum socordia sit, & insensi-
bilitate, dignum, neque quauis rerum similitudine
istorum quiuerit uæsaniam & furias explicare. Quã
igitur hi ueniam assequentur, qui cũ in humanis age-
rent, nullã Christo alimoniã dederint, nec demũ uita
excessuri, ex his pecunijs (quarũ nulla est eis amplius
certa, aut futura possessio) aliqd uelint illi uel tenue,
& perexiguũ dono deferre. quin adeo se maleuolè in
eũ & hostiliter gerũt, ut ne ea quidem quæ nulli sunt

Iob. 1. d
Ibidem.
Luc. 16. e
Actor. 5. g
Esa. 29. d
Psa. 18. a
Esa. 1. e
Luc. 16. f
Mat. 25. a
Luc. 16. b

G sibi usui obuĕtura, Christo impertiātur? Num haud quaquā aduertis plerosque hominū ne tali quidē fuisse uiuendi fine dignatos, quin repentè morbo correptos excessisse è uita, cū tibi deus & propinquos consulendi, & propalandi fortunas, domui etiam uniuerse disponendi facultatem concesserit? Quam ergo asseres, quæ purgare hanc tuam possit pertinaciam, rationem? si quidem pro accepta gratia dei sis beneficio, abusus, longóque absis interuallo tum tua, tum maiorum tuorum fide. Illi enim dum uiuerent, cuncta, quæ habebant, ad pedes apostolorum conferebant: tu uero uel moriens tuarum rerum partem egenis demanda, idq; si facere neglexeris (tametsi alienæ inopiæ subleuatio potior sit, dum spiritus hos regit artus, & fidentiorem facit) morti tamen proximus ede aliquid, quod animi præferat magnitudinē, amorisque erga deum, etsi non immēsi, mediocris tamen indicio sit futurum. Ita fiet, quòd si primas non fueris cum agnis sedes habituras, non parui possit existimari, si post eos secundas obtinueris, nec tibi sit ad sinistram cum hœdis commorādum. Quod si ne id quidem erit per te peractum, qua poteris ratione excusari quando nec dei timor, neque inutilis & superuacanea pecuniarum futura possessio, neque liberis relinquenda securitas, neq; ampla illa, & proposita tibi & seruata uenia reddere te humanum queat? Quas ob res uos equidem hortari uelim, ut uestras hasce facultates & bona, maiorem in partem dum auram hanc spiratis, facereque id uiuendo licet, egētibus relinquatis: quòd si fuerint nonnulli adeo pusillo animo, & abiecto, qui exequi id optimum facinus minimè patianturin re tamen urgente, & uitæ discrimine pietatem seruent, eò magis quòd cùm uitam hanc ducerent, nō secus atque immortales futuri, his bonis fortunæ inhærebant: nunc uero certiores facti, ea fuisse se conditione natos, ut moriantur, desinant id opinari, consulántque rei suæ uti mortales. Ipse uero etsi graue tibi illud, horribiléque uidebitur quod sum dicturus, dicendum est tamen, parem facito uel tuis Christum mancipijs: quæ ut per te nonnunquam libertate donantur, ita & is inedia erit, uinculis, inopia, & nuditate soluendus: contremuisti id fortè audiens, uel hi

Actor. 4. & 5.

I sce perculsus es uerbis, quin potius si ea non egeris, magis erit contremiscendum. si quidem moriens illo concesseris, ubi & grauiora his multo exaudies, & insanabilia tormenta spectabis. Quòd tum, inquies? ad quem confugies? quem tibi in auxilium ut opem ferat deposces? num Abraham? Nō te audiet. Num uirgines illas? ne hæ quidem olei tibi quicquam impartientur: num genitorem? num proauos? non certè quiuerit horum quispiam, uel si sanctimonia præster, latam in te sententiam soluere. Quæ omnia tecū animo reputanti, ille & solus precandus erit, & exorandus, qui & scriptam in te delere dānationem potest, & incendium restinguere: quod proculdubio assequeris, si inopem continuo & alimonia iuueris, & amictu: ita fiet ut hinc spei plenus abscedas, & illò profectus bonis futuris potiaris.

IN SEQVENTEM ORATIONEM interpretis prologus.

K

Værenti mihi generosiss. uirgines: quidnam uobis
q *potissimū scriberem, uenit in mentem quod spectatissimæ parēti uestræ iucundū, uobis idoneum, mihi propterea non incongruum esse uideretur, beatiss. uiri Chrysostomi orationem de Græco in Latinū traducere. In qua uir ille diuinus de uirtute & uitio ita copiose, ita ēt luculenter disserit, ut qui tāta opulētia, tantóq; splēdore orationis abūdet, uere Chrysostomi dici meruerit, cuius ab ore, ipso quoque auro clarior fulgeat oratio. Cū igitur sæpe mecum egerit optima genetrix uestra, ut uos nonnullo huiuscemodi munere donarē, id quicquid esset laboris, fideliter magis, quàm confidenter suscepi. Neque. n scribendi elegantia fretus, quæ mihi nulla est: sed tantū apud me ipsius authoritas ualet, ut petēti sibi negare nihil possim, hoc quod erat, æris alieni quoquo modo persoluere debui. Sed cum memiſſem diuinarū rerum præceptoribus quātopere delectetur, gratū fore munus putaui, si præstantiss. doctoris præcepta in medium proferrē. Ea præcipue, quæ uirtutis, & uitiū discretionem mētis nostræ oculis subijcere possent, quæ. s uestris studijs, seu exercitijs propemodum conferre constaret. Neque. n. sum nescius uos ad uirtutē colendam natas esse, cū maiorū uestrorum, & præcipue parentis optimæ uestigia cognoscere, atque adeò imitari cæperitis, ut tanta ingenia sub tāta duce, quæ uirtutis egregia opera æditura sint, facilè pspiciant: quæ cū ita sint, quid mihi magis cōueniat; quàm ea ab illust. uiro delegisse, quæ præstantiss. parentem uestram, cui omnia debeo, delectare possent? Vobis aūt generosis dicasse uirginibus, quas una & cōis gloria uirtutis excitat. Sed iam Chrysost. ipsum quanta orationis authoritate præcipiat, quæso audiatis. Valete.*

L

D. IOAN. CHRY. DE VIRTVTIBVS ET VITIIS, SERMO.

M

Vnt quidam huius loci homines, uirtutis illi
f quidē studiosi, quibus relicta urbe occupare montes præcipuum fuerit. Eorum autē si quis rogetur, quidnam ita ab urbe secedant, haud sanè ignoscendā excusationem inueniet: ne peream, inquit, néue ad uirtutem obtusior efficiar, me ab urbe disiungo. Et quantò melius erat obtusiorē te fieri, & in alijs potius lucrum facere, q̄ in alto sedentem pereuntes fratres despicere? Cùm igitur uirtutem cæteri quidem penitus negligant, eius autem qui curam agunt acrē deserere parent: quónā pacto delere hostes poterimus? Et si. n. diuina nunc signa prodeant, ubi uitium adeò latè patet, quis nobis credere, aut animum externus aduertere uolet? Hoc. n. uulgò si rectè uituimus, multò quidem fidē dignius uidetur. Signa uidelicet apud homines pudoris & probitatis experies, improbam quoq; suspicionem admittunt: at uerò integra hominis uita, ipsius etiam ora diaboli potissimū obstruere poterit. Si ergo in terris esse, ac non esse modò, hac institutione uitæ perficitur: licet aūt Pauli exemplo, non esse: nosmet igitur rapiamus è terra, cœlumq; ipsum continuò petamus. Nihil est. n. nihil est inq̄, quod nos omnes, si utiq; uelimus, superare possit. Nam si artes quibus multi insistunt, uehementi industria plerunq; percipimus: id nimirum facilius consequemur, quod tanti laboris nequaquam indigeat. Quid. n. dic agè, quid difficilius est, q̄ in fune contento super eum quasi per solum incedere, subire etiam, ac redire ueluti strato insidentem? dic obsecro, quid difficilius est, quàm in fronte contum erigere,

A gere, superimposito dehinc pugione motus innumeros dedisse, qbus spectatores applaudant? Nō'ne horrenda nobis res adeò uidetur, ut nec spectare qdem patiantur oculi, sed ipso ēt uisu timeamus, formidemus? Verùm his omnibus facilior est uirtus, si & cœlum ipsum cōscendere uelimus. Nec mihi illud dixeris, uellē ego quidem, sed nequeo: si. n. rem quāpiam consequi optantibus, non solū uoluisse sufficiat, sed opera quoq; simul adhibēda sit: multo magis cupientes scandere cœlū, uirtutis actione indigemus. Quòd si uirtutē prędiscere uelis, nec laboriosam esse, quæq; facilè comparari possit: eia si lubet, cōsidera mecum degentes in montibus uiros: hi nanque domos relinquunt, uxores, liberos, dignitates omnes, & ipso denicq; mundo se quoq; interdicunt, obsiti sacco, sibi cinerem substernunt, stola cohibentes collum parua se cellula includunt, nec ad hoc usq; peruenisse cōtenti, ieiunijs assiduáq; fame seipsos deducunt. Nec mihi illud dixeris, potuere illi quidē. Multi. n. te multo infirmiores, ditiores, meliores, duram illam tetricamq; uitam subiere, sed magnum esse tamē illud, summúsq;
B scopulus, & cœlo proximus apex, tu uero ad summum nequaquam euadere potes: non igitur si humilia tenes, inferiora ēt pete. Pecunias exuere non potes, age uero hoc saltem, ab alienis manus abstineas. Ieiunare difficile est, at effluere delicijs uel hoc unum libenter omittas. Cū enim tāta Christus pro nobis passus fuerit, pro nobis, inquā, inimicis: quid nos uicissim perferre possumus, ubi pro eo patientiam præstitisse uideamur? Nulla igitur nec unde nobis erit illa die loquendi libertas. An ignoratis militē ubi uulnera & plagas aperiat, illustriorem tum denicq; apud imperatorē haberi: quòd si nullum possit egregium facinus ostendere, quanquam nihil perfidiosè fecerit, in postremis tamen solere constitui? Sed non belli tempus est, inquit: quod si esset, obsecro te, quis pugnam iniret, qs hostibus insidiaretur, quis aciem disrumperet? fortasse nullus. Cum enim te uideā, nec pecunias quidem pro Christo contēnere posse: quónam pacto uulnera credam contēpturum esse? dic agè contumelias fortiter pateris, & meliora dicis. Nō facis, inquam, sed offenderis. Vbi periculi nihil est, refugis: & uulnera, quę-
C so, feres, ubi doloris & angustię plurimum? Ne nos igitur frustremur ipsi pollicentes nobis suauē tantisper huius uitæ fructum, ut breui deinde labore uniuersi temporis usuram capiamus. Nam si terris impantem post multa deinde pericula, multáque exhausta bella uix ullus confidenter aspicere potest: quidnam cœlestem quisquam regem aspiciet, qui per omne suæ uitę tempus, alteri obnoxius fuerit, sub altero militiā gesserit? Cepisti à deo nobile genus, quid uim naturæ prodidisti? quid agis? responde quęso. Hābent cæteri artes, quibus quantū permittitur, aues ēt in hominum genus transformare possint: psitacos & picas in uocē humanam erūpere docent. Violant arte naturam, leones mansuescere faciunt, per forum undique trahentes eos. Mansuetum reddis leonem, & teipsum lupis ferociorem instituis. Iam uero id ægrius ferēdum, beluarum quidē uniuscuiusq; uitium est: improbior uero omnis homo ita, neq; enim uno sępius uitio laborat, sed in animam suam multarū simul beluarum uitia congerit. Nec mihi igitur persuadeas humanam tibi aiam esse. An tu, inq̄, siquid hominis sapias, beluarum utiq; dominus, beluarum cupiditatibus seruire patieris? Quomodo igitur appellem ego te homi-

nem, qui nulla regis insignia teneas? Veniat in mentem, ueniat plerunq; tibi, cuius imaginē geras: haud ita credo poteris in beluarū adeo uilissimum genus corruere. Vt. n. in theatris qui per sublatum funē scandere, ac descendere exercent, si parum aliquid oculorum acies errarit, præcipites cōtinuo ruunt: ita qui spiritualem grassantur uiā, si breui segnitie rempus concesserint, per anfractus quosdā proni sępe truduntur. Et funi illo qdem hic limes angustior est erectus magis & arduus, multóq; celsior, cuius ad apicem terminatur cœlum. Et cū supremum illud fastigium tetigerimus, tū uero gradus nobis incertior. Quippe in ædito stantem plurimus circūsistit horror: cui spes certè una relinqtur, ne flectat ad ima aciē, néue terram humilem despiciat. Inde caligo prorsus ingens, gratuisq; obuersatur oculis. Et sicut in cithara non unius tantum fidis melodiā excitasse satis est, sed oēs pari quodam numero percurrendæ: sic in uirtute animi non tantū lex nobis ad salutem sufficit, sed oēs æquè diligenter obseruandæ sunt. Quid. n. obsecro te, qd prodest attentius orare, segnius misereścere: uel etiam misereścere quidem, sed cupere cuiquam uim inferre, uel nec cupere, nec uim inferre, sed ad ostentationem hominum, & ambitionem spectantiū omnia facere: uel denuò misereścere, idq; omni diligētia, & pro uoluntate dei misereścere, sed hoc ipso cōfidenter inniti, & in animi quandam sublationem efferri: uel rursus humilem præstare se equidem, & impensius uacare ieiunijs, auarum autem esse, negotiatorem esse, terræ penitus infixum esse, & in animam suam malorum omnium parentem auaritiam uexisse? Ob hoc ipsum uidelicet etiā amator hominum deus ita disposuit omnes homines coaleścere in unum sine discrimine bonos & malos, ut & horū uitium reśecetur, & illorum uirtus illustrior reddatur. Magnas uero ex consuetudine bonorum ignaui homines, si modò uelint, utilitates cōsequuntur. Quemadmodum. n. boni ac probi uiri duplici honore digni sunt, quòd & frugi scilicet fuere, & ab improbis nihil quicquam uitij traxere: sic & mali duplici pœna mulctandi, quòd cum boni esse possent, & per uitia improbi fuere, & à bonis uirtutis nihil adipisci uoluere. Pari ratione, sicut bonos nō improbi solū, sed probi quoq; admirantur: ita & improbos non boni solū, sed mali etiam odere. Atqui uulgus improbos admiratur, ut qui nocere alijs, & iniuriam potissimū inferre possint: ignarum quippe uulgus, qui nesciat eos quanto cæteris miseriores habendi sunt, qui dū alijs nocere existimant, seipsos gladio transuerberant: quod suprema prorsus amētia est, seipsum percutere, & hoc ipsum nescire, sed c[illegible]alium iniuria credat afficere, tū uero seipsum omnino iugulare. Nec malum est. n. affici malo, sed afficere alios, & contumeliam pati nescire. Quid. n. iniuriæ dicam passum fuisse Dauid? Quid uero intulisse Saul? quis igitur infœlicior fuit, quis miserabilior? & rursus, quis illustrior, quisue fœlicior? Nónne hic molestia, & iniquo dæmone angebatur: ille autē uel Sole clarior erat trophæis, & qua deum præcipue colebat, ingenti pietate super æthera notus? Nónne hic tabescat inuidia: ille uero dum tacitè omnia ferret, omnes sibi charitate uinciebat? Et hic sępius eadem aggressus est: ille uero dum fugit, hostē in manibus cepit, capto deinde pepercit. Ex his igitur quis nā infirmior, quisue ignauior apparet? nónne qui alterum agitabat iniustè, nec id sine ratione? Quid hic milites premendos armis,

L

G ille uero iustitiam innumeris legionibus ualidiorem, sociam sibi & auxiliarẽ asciuerat? Postq̃ uero hic ita affectus iniuria & uictor, ipse deinde alium affecit, en uide ut protinus infirmior efficitur. Iniustè læserat Uriã, permutata rursus acies, transfugere continuo robur & infirmitas: hæc ad exercitum nocẽtis, illud uicissim ad castra læsi. Et hic quidẽ mortuus etiam illius uastare domum potis erat: at contra rex ille, & superstes nihil omnino poterat. Hic uero & miles, & cassus miles res illius omnes, suaq̃ secũ habebat. Quem igitur innuere perspicias, & omnia diuinum cultum referre intelligas? Hic si innumeris ẽt catenis obsitus fuerit, si semper in carcere uixerit, si apud indignos seruitutem tulerit, si pauper sepulchro reuulsus, cõbustusq̃ fuerit, si tractim perdendũ corpus præbuerit, si denique graue quicquid dici potest passus fuerit: hunc beare, hunc fœlicẽ dicere, hũc desideria tollere memineris. Quòd si aliũ per flagitia uideas, per scelera, per summa uitia uiuere, multis uero honoribus fungi, regio sedentẽ solio, diademate ac purpura insignẽ: super eo lachrymas funde, miserabiliorẽ ante alios, eũq̃ omni lamentatione dignum existima. Nihil.n.reuera miserius anima sic affecta. Iam & si totus ei pereat terrarum orbis, quid prodest affluere diuitijs, cum uirtute omnibus inferior existat? Quid lucri dixerim tot tantisq̃ rebus imperare, cũ sibiipsi passionibusq̃ suis imperare non possit? Si.n.ad salutem nostram nobis uirtus haudquaq̃ sufficiat, sed alios etiam uirtute prædi tos ad re necesse fit: quãdo nec nosmetipsos, nec alios itidem seruemus, quonam plectemur supplicio? unde nobis erit spes reliqua salutis? Et hoc simul accipias, si deo placuisse hoc demum est hominẽ esse id, qui nec parum quidem audiens dicto præstiterit: quid aliud esse q̃ fera censebitur? Cogita q̃ sit iniquum ex hominibus uelle nos Christũ in angelos conuertete, nos ex hominibus in feras descendere. Nam uentri parere, pecuniarũ cupiditati succumbere, ira excãdescere, morsus infigere, calcibus sæuire: horũ nihil quicquam hominis, sed ferarum mos iste ois comprobatur. Vt igitur si ad desidiã inclinare cœperimus, quouis impediente continuo desistimus: ita si resipiscere uelimus, quanquã innumeri sint, qui nos ad uitia deducãt, nihil prorsus tamen studia nostra corrumpere possit. Quòd si perdiscere cupias fundamentis naturæ leges statuisse deũ, quibus quid bonum sit, quidue malum discerni possit: hoc ipsum ex animi nostri cõsensu requiras. Cur qui mala cõmisisse gaudent, malorũ omnes noxa refugiunt? Vocatur siquidem mœchus, & tamẽ hoc ipsum audire mœchus ille ipse erubescit. peruulgato ẽt mœcho dixeris: ô mœche, te inquã appello mœche. Et oblectat sanè flagitium qui ipse cõmittit, & tamẽ ipsius rei nomẽ aures offendit. Quo perium rum noie appellaueris, ille proculdubio in contumeliæ locũ sui sibi operis appellationem accipiet. Si bonum igitur existimas peccatũ, quid nomẽ refugis peccati? At contra, modesto dixeris modestum, haud illeor cuius ope delectatur, appellationẽ erubescet. Iustum quoq̃ appellaueris iustũ, & opere is ipse triumphat, & nomine exultat. Etsi.n.pudore quodam tantum nomen repudiet, bonã tamen aio famam non uereretur accipere. Et nullũ postremò uitium qsquam inueniet aperta fronte in medium prodire, nisi mutuum prius à uirtute uultum acceperit. Quod quomodo fiat, sic id accipias. Qui mentitur nusquã mendacium fatetur: sed ueritatem memoriter simulãs, fellisse conatur. Falsus homo falsitatem tegit, amicitiam fingit, & odiũ exercet. Calumniator, cũ in iudicio uenit, id ipsum qdem est haud sanè expositurus: uenit, sed falsa fronte testem ueritatis obijciens, suo si bi mendacio testẽ iniquitatis ostendit. Sed anima nostra quãquam uitijs uolutetur innumeris, tamẽ uirtutis dulcedine capta, nomẽ eius ultro complectitur: potentes.n.perſæpe multi, auaritiæ illi quidem nimium dediti, & qbus nihil aliud cordi, q̃ rapina atq̃ iniustitia, sic adeo in misericordiam plerunq̃ adducuntur & mouentur, ut paupem aut urgenti necessitudine liberent, aut alieno ære cõflato nonnihil leueuent: uel qd admirabere magis, ne ulciscantur eos, a quibus molestia uexati aut sunt, aut esse prorsus existimant. Et qui legationem apud iniquum principẽ expositurus uenit, non statim à ueritate orsus, rem ipsam continuo narrat, sed uirtutis nomen hoc pacto proloquitur: Vir bonus es, inqt, tua omnes beneficia canũt, tuum ubique diuulgatur nomen: & multa generis eiusdem oratione contexit, ut & bona eum fama se mulceat, & in odium iniquitatem rapiat, uel abducat. Aspice porro, ut uitium decora uirtutis appellatione uincatur. Nemo uult malum, hoc ipsum audire malũ, quippe quod suum est, natura complectitur, tametsi quidem contraria potius ultro sectetur: haud igitur illud dixerimus, hic natura bonus, ille natura malus. Nam siquis natura bonus fuisset certè nunquam malus effici potuisset: econtra uero, si natura malus, nunq̃ profecto bonus. Et enim si nostro non esset arbitrio relictum, qualis esse quisque malit, bonus an malus, nec sui iuris nostram naturam condidisset amator hominum deus: necesse etiam erat omnes quicunque huius particeps naturæ fuissent aut malos esse, & perturbationibus eisdem succũbere, aut certè bonos. Cùm igitur consanguineos nostros uideamus his ipsis quibus & nos, perturbationibus agitari, nec tamen eadem nobiscum ruinas incidere: sed naturam ualida ratione aurigari, & motus eius incompositos moderari, omnesq̃ uitæ huius illecebras ludibrio habere, & ad ueram gloriam incensos tot animo ferri: perspicuum est hæc omnia posse diuina suggerente gratia, suo cuiusque studio ac labore comparari. Et nos qui dem inertiæ dediti, prodidimus nostram ipsi salutẽ, superna illa charitate nosmetipsi desolatos fecimus. Nemo igitur accuset alius alium, quasi ad labores uirtutis impedimento fuerit, sed suæ ipsius desidiæ rem omnem adscribat. Quid alium dixi, nec ipsum qdem diabolum putet aliquis, qua est ad uirtutem iri, uiam intercludere posse. Seducit ille quidẽ & offendit ignauos: sed tamen nec coercere quenquam, nec uiolare potest, & hoc quidem ipsa rerum experientia docet. Cùm enim resipiscere uolumus, ita plerunque animi uires intẽdimus, ut cùm uitij captare uiam nobis innumeri persuadeant, nihil tamen ipsi consilio nostro, nec parua quidem remissione desistamus, sed omni duriores adamante simus, & ab his qui turpia consulunt, stipatis auribus auditus nostros amoueamus. At si languescere cœperimus, tum uero nihil consultore opus, nihil persuasore. In uitium ipsi à nobis persuasi cõtinuò ruimus. Est igitur per seipsam uirtꝰ admiranda, quòd siqs in medio nequitiæ collectus, strenuè inde prorumpens uirtutem adierit, hanc quidem illo multo admirabiliorem ostendit: neq̃.n.uirtutem locus, sed locũ uirtus natura sua digniorem præstat. Et unus quidem uirtute mali etiam, utũtur persæpe

A multi: uitijs uerò multorum, si uel unus multo in populo strenuus fuerit, nunq̃ tamen ille in perniciẽ collabetur. Et uir quidẽ unus rectè uiuens diuina ira populum omnẽ liberare sufficiet: econtra uerò ciuitas omnis corrupta, in suam pœnam atq̃ suppliciũ immi nens trahere ac rapere non poterit: quod quidem ex
Gene.7.a Noe liquidius patet, pereuntibus siquidẽ omnibus liberatur unus: & ex Mose hoc idẽ uidere licet, potuit
Exo.14. e.f scilicet unus tantam restituere gentẽ. Ego uerò quod dicam & aliud habeo diuinæ humanitatis exemplũ. Quando enim uiuos homines, quibus loquẽdi fiducia sit, quiq̃ peccatores restituere possit, nullos prorsus inuenerit, tũ uerò ad mortuos ille profugiens: per
4.re.19.g eos, inquit, peccata remitto. Quomodo enim fatur? Hãc ego, inquit, mea ipse gratia tutor urbem, Dauid etiã filij mei causa, qui ab hac iam pridẽ uita discesit. Aspice sanctorum quãta sit uirtus. Neq̃ enim sua uerba tãtùm, aut corpora, sed ipsa etiam corporis tegmi
Ibid.2.d na semper omni sunt possessione augustiora. Heliæ
Dani.3.c siquidem leonina pellis Iordanẽ discindere fecit. Triũ
4.Re.6. puerorum calcei per ignes ambularunt. Heliseꝰ lignũ
a.b B potuit undarum mutare naturam, quas quidem su-
Exo.14.c perficie sua, quasi tergo ferrum sustinere cogit. Moses
Ibi.17.b uirga mare rubrum dehiscere iussit, petram disrumpe
Act.19.b re ualuit. Pauli uestes morbos fuderunt, Petri umbræ
Ibidẽ.5.c mortem fugarunt. Sanctorum martyrũ cinis improbos dæmones expulit. Summa igitur cum potestate omnia faciũt, sicut Helias. Neq̃ enim ille diadema solùm, & exteriorem regis cultum spectabat, sed animã quoq̃ indutam lacerna, squalidam, sordidã, quouis damnato miserius affectã. Et cùm captiuũ, totq̃ mor bis obnoxium uidisset, illum cum suo regno contem pſit. Quem ueluti in scena fictum regem spectare censebat. Quid igitur refert exterius tot affluere diuitijs, cùm interius tanta sit recõdita inopia? Contrà uerò, quid nocet exterius pauperem uideri, cùm interius tãta sit reposita copia? Talis nimirum leo beatus & ille Paulus erat. Is enim carcerem ingressus sola uoce fun
Act.16.c damenta omnia concussit, non dentibus, sed uerbis usus uincula cõtriuit. Quapropter non leones illi, sed maius quippiam aliud etiam supra leones appellandi sunt. Sæpe enim leo ubi in laqueos inciderit, captus re
C sedit: at uerò coniecti in uincula sancti, fortiores insurgunt: leo fremit, & feras omnes in fugam auertit: sanctus exclamat, & improbos dæmones undiq̃ fugat. Quę uerò Pauli bene gestis rebus satis unquã fuerit oratio, aut quę lingua uehemens poterit illius planè assequi laudes, siue quid egregiũ edidere prophetæ, siue patriarchę, siue iusti, siue apostoli, siue martyres? Hæc simul omnia complexus tanta ipse excellentia possidet, quanta illorum quicquid uirtutis cuique fuit, nullus profectò possederat. Quando igitur quæcunq̃ in hominibus bona fuere, sola unius anima cõplectitur: & cum excessione quidem nõ hominũ modò, sed angelorũ quoq̃ omnia complectitur. Quonã pacto uerbis tantarũ laudũ cumulũ adæquare poterimus? Quanta igitur sumus animaduersione digni, qui cum unus omnia in se complecti bona potuerit, nos nec minimã qdẽ illius partẽ imitari studeamus? Ex multis quidẽ & alijs bene gestis rebus Abraham patriarcham omni admirat one prosequũtur, maximè uerò quòd filium suum immolare non recusarit.
Gen.22.a Isaac autẽ innocẽtia admirabilẽ reddit, qui cùm proprijs finibus pelleretur, nihil ipse retinens, suis undiq̃ possessionibus cesserit: nec prẽterea quidẽ destitit, quo ad inimicorum hominũ libidinem explerit. Et iacob itidem fortitudine & patientia insignis: at mansuetudine Dauid: ingenti ardore deinde flagrabat Helias. Horũ autẽ quid simile Paulo, qui cuncta hæc maiorẽ in modum cõplexus est? Neq̃ enim filium ipse immolauit, sed seipsum millies sacrificauit, nec proprijs solùm finibus cessit, sed terram, mare, Græciam, Barbarasq̃ nationes, & quicquid Sol aspicit ubiq̃ terrarũ, id omne ipse quasi uolucris pererrauit. Raptatus, cæsus, lapidibus pulsus, singula die mortiẽs, nec bis, sed septẽ annis seruitutem gessit diurno æstu & frigore noctis exustus, uitã omnẽ fame, nudo corpore, catenis, custodijs, insidijs, periculis, perseueranter exegit. Modestiã uerò, & mansuetudinẽ quis Paulo magis, quis ue æquè præstitisse uideatur? Quod si ardore eius inspicias, tãto Helia superiorem inuenies, quãtò ipse cæteris omnibus prophetis excellit. Locustis quippe Ioannes, & agresti uescebatur melle. Hic ita in medio
Matt.3.a terrarũ orbe, sicut ille i deserto uiuebat. Locustis quidem & agresti melle nõ uescebatur, sed mensam hic multò tenuiorẽ statuebat, cùm sibi docẽdæ gẽtis studio, nec ad cibũ quidẽ necessariũ, quę suppetere possent, parare meminerit. Relinquitur, nobis hunc deinceps angelis cõponere. Nec quisquã prorsus orationis nostræ audaciã reprehẽderit. Nam si angelũ dice-
Ib.11.b.et Luc.7.d re Ioannem scriptura nõ dubitat: quid nouũ adeò nitimur, si talem uirum unũ generis humani præstantissimũ uirtutibus illis æquare studemus? Etenim quid penitus sit homo, quãta naturę nostrę nobilitas, quã tę uirtutis hoc animal capax, omnium maximè Paulus ostendit, qui nũc ex quo natus est, accusatores nostros palàm refellere, & nos pro domino acriter defendere nõ destituit. Cùm & illud simul doceat inter angelos & homines, si nosmet qdẽ nosse uelimus, haud multum profectò interesse, neq̃ enim ipse alterius naturę particeps, neq̃ externi cuiusdam mũdi colonus, sed in eadem terra & regione, eisdẽ legibus & moribus educatus: omnes qui ubiq̃ fuerunt, ex quo nati sunt homines, continuuo superauit. Et quemadmodũ cadaueri cadauer adiectũ, nihilo secius immobile efficitur: ita qui tumidos naturę motus uictor sedauerit, nulli unquam ulla in re humana passioni succũbet. Nam sicut in pecunijs duorũ aureorum lucrũ
F feciſſe, maiorem interea ad denos, uel etiam uigenos duobus illis & cõgerendos animũ facit: ita in uirtute bonũ aliquod facinus gessisse, adhortationem simul & admonitionem quãdam ingenerat, ut alia deinde plura simi'iter aggredi animus uelit: nec illud mihi quispiam dixerit, multi rectè fecerũt: neq̃ enim id agimus, sed omniũ pariter æquitatem, atq̃ iustitiã exquirimus. Nonne & corpus nostrũ intuẽtibus, hoc idem intelligere facile est? Etenim si fortè pedẽ offensus, unguem modò retorseris, omne repentè cũ mẽbro corpus dolor incendit. Non igitur dixeris illud, qui non rectè fecerint, pauci admodũ relicti sunt: sed hoc potius considera, plures paulò pòst & alios ipsi corrumpent. Et enim apud Corinthios, qui lenocinijs operã
1.Cor.5.a daret, unus tantummodo inuẽtus est: nec securus tamen Paulus ingemuit, quasi ciuitas illa omnis funditus periſſet: nec id quidẽ maxima ratione caret. Sciebat enim nisi ille flagitio desisteret, descendẽtem ordine morbum alios omnes cõtacturum esse. Nam si membrorum quicquid labefactum fuerit, afficiensq̃ dolore confestim recidimus, ueriti ne fortè & in reliquum corpus labes illa descẽdat: & id profectò fa-

G timus,non quòd illud sanè paruipendamus,sed reliquo corpori diligẽter cautũ uolumus.Si ergo hoc facimus in mẽbris, quantò magis idipsum in his facere oporteat,qui uitijs corrupti nobiscum uixerint? Et ti quidem sine dolore ipsos curare possumus, eò cõferre studiũ nostrũ omne debemus:quòd si fortè & ipsi incurabiles fuerint,& nos præterea contagione læserint, tum demum resecandi sunt oẽs, & prorsus abijciendi. Nam si à nobis liberos nihilomiinus plerunq; alienamus,nullo naturæ pudore impediti:multò magis familiares,& notos,ubi improbi esse cœperint, uitare atq; adeo aufugere debemus.Scandalizantur,inquit,& malè suspicantur.Et quid hoc tua refert? Teipsum honestes, & à nullo affici ignominia poteris: quòd si teipsum dedecores,quanq; oẽs tibi pariter habeant honores,nunq; profectò honestaberis honore. Nã qui bonus fuerit, si fortè uulgò malus habeatur, nihil inde damni faciet, quin idem ipse sit, cũ alius à seipso penitus esse nõ possit. Qui uero temerariam,& inanem cuiuspiam suspicionẽ induerit, hic postea supremum oino supplicũ dabit:quòd si malus recenseH tur in bonis,nihil inde lucri faciet.Existimationẽ sanè maiorem habebit,sed propterea ignarus ipse sui plus aliquãto desidiæ ac marcoris incurret.Qui uero malus erit, & ita esse censebitur, hic saltẽ dimittat aium, & sua aliquãdo peccata cognoscet. At si latuerit sibi ipse nimium indulgens,nihil omnino doloris admittet.Si.n.peccatores accusantibus fermè omnibus uix adducuntur ut doleant: ubi non modò non accusari eos,sed à plerisq; laudari etiam contigerit,quãdo putas illos resipiscere tandẽ,& seipsos cogere incipient? Fieri igitur non potest, ut qui uirtutibus dediti sunt, ab omnibus bene audiant semper, & illud præterea ne uirtutis curam agentibus uiris, multi ubiq; detractores insurgant:bona.n.apud omnes fama lignum certè uel maximum est, haud multum sanè uirtutis haberi rationem. Quomodo.n.à cunctis laudetur,si quis affectos iniuria hoies ab improbis eripere studeat?Rursus uero si peccatores castigare, iustos laudare uelit:nõne ut par est,laudabit hos quidẽ,uitupe rabit illos? Ita qui uirtutis exquisitus imitator esse uoluerit,nec ullius pterea,nisi dei laudem quærere,is ab
I omnibus laudari,& bene semper audire nullo modo poterit,qppe in uirtutẽ multa usq; uitij congelascit in sania.Eam aũt non modo nihil deterit,uerumetiam bello fortiorem reddit.Virtutis.n.uis magna est,quę dũ læditur,lædentes superat:dũ profligatur,profligãtes tunc maximè debellat. Iam etenim mihi cogites Abel,nõne impijs Cain manibus occubuit?sed cęsus ille ad hoc usq; tps præconiũ, laureamq; meretur,nec illius memoriã tanta deinde secula obscurare potuerunt. At uir paricida ille uictoriam,tum ẽt grauiorem morte uitam trahit, & ex illo protinus tot per ætates nunc usq; reprobatur ab oibus,& conuicijs undiq; laceratur:& hæc pẽsentis uitę quidem. Illa uero futuri seculi quæ nam oratio cõprehendere poterit,quę uerò mens cõtinere? Audi uero & Christum ita loquentẽ: Simile est regnum cœlorum mulieri quasi iustis uelit fermenti uim quãdam inesse, qua possint in speciem suã improbos conuertere. At pauci sunt iusti, parum etenim fermenti: sed paucitas illã uisam sibi massam oẽm in seipsam transformat.Eodẽ pacto non quantitate numeri,sed gratia spiritus uim suam iusti homines tenent. I d autem qũo fiat, accipe iam. Apostoli quidẽ fuere duodecim.fermenti q̃ parũ uides.Expers uero fidei totus terrarum orbis. massa quanta sit uides. Conuertẽte in se aũt duodecim illi totum terrarum orbem. Etenim fermẽtum, massaq; illa eiusdem naturæ:naturæ prorsus,qualitatis aũt minimè.Quod si aliunde etiam cognoscere uelis,tyrannica ui quantò potentior sit iusторũ loquendi libertas, audi quid dicat Herodi Ioãnes:Nõ licet,inquit,tibi fratris adhære uxori.Rex erat Herodes,sat ellitibus undiq; stipatus,diuitijs præpotens,regium tenebat imperium. At contrà paup Ioannes,tecto,urbe,copia,cibo carebat. Locustis ille quidẽ ex herba discusis,& agresti simul uescebatur melle. Sed pauper iste deserta pererans,multarũ urbiũ regi imperiosè adeo iubet: Non licet,inqt,tibi. Vides ut natura sua uitio dominetur? Sed propterea iustus conijcitur in carcerem. Fit protinus amarũ conuiuium illud. Prodit in medium puella saltatrix.Herodi placet atq; cõuiuis.Iurat Herodes: Pete quid uelis,tradam ego tibi ad dimidium usq; regni mei. Vides quónam regnum abiecerit? quid ipsa petieris,inquit,tradam ego tibi ad dimidium usq; regni. Miser & infelix, itane tibi mẽtis oculi cęcutiunt? Tanti regnum facis?Semel puella saltauit,& regni dimidium tradis. Quid si secundò saltauerit? Votis exopta,ne denuò saltet:uel si saltauerit:ne denuo placeat: sin aũt, porrò unum relinquitur ut tibi postea sit mẽdicandũ. Quicunq; igitur bonis præsentibus inhiant. quanq̃ innumeræ sibi diuitiæ fuerint, eos tamen in seruorum numero,præditi uirtute uiri ponere nõ dubitant.Si n.rex hinc improbus quidem,priuatus inde quispiam bonus: horum quis cuius dominus fit uideamus,ubi regis insignia fulgẽt,quis inferior,quisue superior.Quomodo igitur id scire poterimus? Priuato rex imperet tetrum aliquod flagitioſumq; facinus, quid igitur uir bonus priuatus ille, & subditus? non modò nõ cedet imperio,neq; parebit, sed imperantẽ quoq; à sniã remouere studebit. Idq; etiam si millies oppetẽdum fuerit.Quis ergo liber? Vtrum qui quod uelit persequitur,nec regem propterea uereturᵀ? At qui impotẽs à subdito ipsiᵀ ita pro nihilo habetur. Vt.n. captiuus tametsi copias ingentes habeat, uel ex hoc ipso in primis oibus capti aptus fuerat:sic & illecebris M irretitus homo, quanq̃ diademate præcinctus fuerit, omni tamen aranea abiectior esse censetur. Quid ergo miserabilius fuerit omnibus uitio deditis? qui & ipsa hominis appellatione iure priuantur,quin etiam pœnas meritò luunt:quòd cũ multa naturę cõmoda acceperint,ea ludibrio habẽtes,ultro prodiderunt,& ad uitium uerè ipsi transfugæ, & imbelles continuò defecerunt.Etenim si quod accepit reddens domini seruus,id quia non geminauit,improbus habetur:qd qui illud ipsum etiam perdiderit, quid audiet inq̃? Si ille in tenebras conijcitur,ubi stridor est dentium,qd nos luemus,quos ad uirtutem musitantes, tergi uer santes innumeri hortantur,atq; adeò trahunt? Nõne uides quanta sit abiectio uitæ, quanta ambiguitas, quantus etiam in rebus præsentibus labor? nec illud est quidem ut cum labore uirtus paretur,sine labore uitiũ petatur.Si ergo utrinq; labor,quid non hanc potiſsimũ diligimus,ubi utilitatis inest plurimum? Itaq; non si uideris sacerdotem indignum,ob id ẽt calumniari sacerdotium debes:neq;.n.calumniãda res, sed ille solũ meretur onerari conuicijs, qui tanto bono abutatur. Non.n.si Iudas proditor fuit, hoc apostolicæ professionis crimen,sed unius tantùm uiri mens improba fuit. Et medici quidem multi carnifices

Gen.4.b

Matt.& Luc.13.c

Matt.3.f

sunt,

A sunt,qui pro medelis uenena propinant,nec tamẽ artem uitupo,sed qui arte ipsa iniquus abutitur.Et nautæ cõplures nauigia merserunt, nec ars nauigandi tamen,sed eorum peruersa uoluntas iure damnãda.Ne
Luc.17.a cesse qdem exoriri scãdala,inquit, salutare uerbũ dei: uerũtamen uæ homini illi, per quem scandala nascentur. Quid igitur? præfatúmne esse id forsitan scandalum inducit?Nõ quòd præfatũ fuerit,apagè inquam, nec quia prędixerat,ob id scandala nascũtur:sed quia omnino futura erant,idcirco prędixit.Ita qui scandala tulerunt,siqd mali esse noluissent,exorta nunquam scandala fuissent:quòd si futura non erant, nũquam prædiceret:sed qa perperam illi fecerunt,& iam corrupti ptinaciter erant,idcirco scandala uenerũt,& quod futurum erat prædixit. Quòd si illi emendari pateren tur,inquit, ut qui scãdala serеret, penitus non fuisset: nõnne uerbum illud mendax deprehensum iri oportebat?Minimè,inq̃, neq; enim dixisset. Nam si omnes emendari posse cerneret, id profecto nunq̃ prædiceret,necesse qdem scandala exoriri: sed qa præuiderat eos suopte ingenio, haud emendabiles fore, idcirco
B ita præfatur.Exorientur omnino. Et cur non,inquit, occidit eos? quia non inde læsi homines pereunt,sed sua ipsi desidia uincuntur:quòd si propter scãdala perirent,pereundũ uno ordine oibus erat. Quinetiam si resipiscere uelimus,non pauũ inde utilitatis consequemur, ut.s.nobis semper uigilandum esse arbitremur. Si.n.inter hostes, cum tot undique doli nobis immineant,somno indulgemus: quid si nullo urgente pauore securi fuerimus? Et sic primũ quoq; hominem,
Gen.3.b si uelis, inspicere licet. Et enim si cũ parum temporis, nec totum fortasse diẽ in paradiso uixisset, delicijs hic ipse usus eò uitij peruenit,ut ẽt æqualem se deo cogitaret,ueteratorem benefactorem putaret, nec ullum præterea imperiũ magnificaret: hic si reliquã eodem pacto uitam egisset, quod non ille flagitij genus perpetrasset? Verũ enimuero ubi semel solutus quis malo,semel nõ emendatur,multo prorsus grauiora prioribus luet. Et hũc.n.pluribus de causis emẽdari oportuit, quòd prius suppliciũ dedisset, quòd nisi solutus fuisset, quòd nisi mutaretur,grauiora expectaret. Cui uero tot emẽdandi causæ fuerint, si nec unde melior
C efficitur,qd rei esse dixerim, cur non grauiora prioribus luat?Etenim Pharao si qdem priori ex plaga emẽdari uoluisset, posteriores certè nunq̃ expertus fuisset,nec deinde toto pariter exercitu obrutus periisset. Sed qui fuerit sub uinculo bonus, nunq̃ erit profecto bonus:simul ac.n.in nulla cogetur,liber ipse ad ingenium subito conuersus,iterum desciſſet.Hoc illud igitur quispiã rogarit,qui nec boni quicq̃, nec mali fecerit,quẽ nam locum is ipse sit habiturus. Hoc enim,ipsum non feciſse bonum, nihil aliud est, q̃ feciſse malum.Nã si seruum habueris non furem, non ebrium, non contumacẽ,sed sobrium,modestũ,& omni flagitio uacuũ:hic si domi quotidie otiosus sedeat,si quorũ à seruo usus debetur domino,nihil efficiat,dic obsecro,nõne flagellabis eum?nõne tormentis afficies? Et tamẽ nihil quicquã flagitij cõmisit. Satis est igitur mali hoc ipsum, nihil feciſse boni. Sit nobis agricola quidam, nihil porrò peculij nostri disipet, neq; dolis furto surripiat,tantum suas ille manus compressas tenens domi sedeat, semina nõ spargat, rura non scindat,uites non colat, & quòd propterea ad agriculturam ptineat,nihil prorsus efficiat: nõne ab eo supplicij sumemus? Et tamẽ nihil intulit iniurię, nec habemus oino,quid illum accusare possimus: sed illud ipsum arbitramur iniuriã. Et nostro qdem in corpore D abstineat capite manus,non linguã excindat, nõ oculos euellat,non deniq; tale faciat, otiosa tantũ fuerit, nec sui quicqd est officij toto corpori sufficiat: nõne ipsam potius fuerit abscindere,q̃ agẽtem,ᶠ& inutilem ⌈Fortè toto corpori manũ circunferre? Quid aũt os, si neq; arentẽ. manum absumpserit,neq; pectus momorderit, quæ uero ad se pertineant oia prorsus omiserit, nõnne illud obsignasse melius fuerat? In his igitur si non modo aliqd feciſse mali, uerũetiam aliquid omisiſse boni,magna cõprobatur iniuria: porro diuinis in rebus idipsum multo magis apparet. Vtinã fieri posset me pro uobis certantẽ bene gerere, uos autem bene gestæ rei præmia ferre: nunq̃ profecto uobis tantũ turbationis ingererẽ, Vt.n. cum febresciṭ puer, grauato assidens filio mater, querebũda uoce sæpius impreca tur, utinã hoc mihi daretur: possem ego tuã fili susciпere febrem, & hanc oẽm in me ipsam haurire flammam:sic ẽt ego utinam pduellis ipse rẽ pro uobis bene gerere possem.Sed nõ licet hoc nobis,non licet inquam.Quocirca siqs & alios sanare potest, in his ipse potiſsimum uerſetur, qbus uideat opus esse medela, E & ita eos pro uirili parte meliores facere studeat. Siqs uero infirmior est, malos aufugiat, ne fortè illorum contagione tabescat.Sic.n.prẽsens tutò exiget cuũ, & futura deinde cõsequetur bona, quę quidem utinam consequi possimus omnes,gratia & humanitate domini & dei & saluatoris nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria & potestas, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE CHARITATE, QVAE CVNCTA

dirigit & perficit,sermo. Incerto interprete.

Haritatem optimum amoris genus inter nos
c sanciamus, quãdo nihil est boni & honesti, quin ortum ex ea ducat. Charitas.n.ut Paulus inquit,legis est adimpletio.ita fit ut si mutuo fuerimus amore detenti,facilè omnia sint successura. Siquidẽ charitas,quia quædam est ad uirtutem procliuior:nã quemadmodum qui callem fuerit non obliquum ingressus,nullo egebit ad progressum duce,tramite ipso recta ducẽte: sic charitas ubi initium dederit,ad rectũ deferet. Charitas enim nec proximum læ F dit,nec praua meditatur.Quocirca qui id facere nouerit,ut qualem sibi seipsum præstiterit, ut.s.sine iniuria ad suum cõmodum comprecetur, ducatq; se nemini inferiorem, & suæ utilitatis causa facere omnia conitatur, eundem in alios præstet:omnis erit è medio sublata molestia,deeruntq; tum odia, tum & habẽdi cupiditates. Quis enim propria bona diripiat? profecto nemo, quin contra rebus in medium quæsitis in unum conuenietur: quod cũ fiet,nullus erit reliquus ad maleuolentiam locus. Quis enim seipsum odiat, aut succeſeat sibiipsi,& irascatur?nõnne solemus omnes in nosipsos esse, quàm in cæteros indulgentioRom.13.c res? qua indulgentia si in proximum quenq; utemur, odium erit prorsus omne sublatum.Quæret aliquis: quo pacto id fieri potest,ut pari beneuolentia,qua & nosipsos,uel proximũ complectamur?Nempe si nulli antehac hominum id egisſent,iure fortè existimares eosdẽ animi affectus in alios seruari nõ posse: at cùm plerosque illud egisse cognoueris, perspicuũ erit, præ ignauia potius quadam te id facere nequire,quod fa-

Gitent multi: neq; n. deus cuius iussa complures bene agendo excesserunt, aliqd oneris imponit, quod sa ctu non facile sit. Petis forsitã quis ille fuerit, qui hæc fecerit? nẽpe Paulus, 'Petrus, & reliquus sanctorũ cœtus: quos si dixerim fuisse in proximũ beneuolẽtia affectos', nihil magni aut præclari uidebor enunciasse, quãdo tãto sunt illi uel hostes amore prosecuti, quanto ne alius quispiã coniunctissimos. Quis. n. optauerit amici causa gehennã & incendiũ illud adire, cũ liceat ad regna cœlestia proficisci? profectò nemo. Paulus tamen pro lapidãtibus & infensis, ac se afflictãtibus subire gehẽnã cupiebat. Quæ ergo nobis erit uel uenia, uel excusatio cõdenda, quãdo uel tenuẽ amoris partẽ, quem Paulus in hostes uel ardentissimũ de se præstabatne in beneuolos ipsi ostendamus? Sic & Moses ille beatus, qui multis Paulũ seculis antecesit, eorũ causa qui se hostiliter lapidibus inuasissent, de libro uitæ aboleri malebat. Dauid ẽt eos qui sibi insultassent cũ profligatos & extinctos uidisset, his usus est uerbis: Ipse qui pastor sum, peccaui: hi uero qd cõmiserunt? Saulẽ præterea cũ inter manus haberet, pdere H tamen nõ modo recusauit, quinetiã seruauit illæsum, præsertim cũ ex eius salute, haud parũ sibi discriminis impẽderet. Quòd si in ueteri hæc testamẽto sunt gesta, qs nobis erit ueniæ locus, qui cum in nouo uersemur, nil prorsus priscorũ, aut magnitudinẽ attigimus, aut constãtiam? Si. n. ut Christus inquit, nostra iustitia pharisæorũ & scribarum nõ excesserit æquitatem, dei regnum haudquaq; ingrediemur: at cũ illis simus iustitia inferiores, quo pacto nobis eò patebit accessus? Colite, inquit, qui uos oderint: idcirco erit hostis amore prosequendus. Non. n. id illi, sed tibi in beneficium cedet, fiesq; hoc pacto dei simillimus, siquidem quẽ ipse colueris, nihil erit ex tuo in se amore maioris quippiã lucri assecutus, quippe qui à cõseruo adametur: at si hunc ipse amaueris, fueris hoc pacto dei non absimilis. Vides itaq; ut tibi gratiæ plurimum comparas, non illi qui tuo sit amore affectus, sic & præmium uendicas. Quæret aliquis, quid si improbus fuerit is, quem ipse amandũ censes? Nempe maiorẽ ex eo laudem assequeris, eruntq; illi pro eius improbitate per te uel gratiẽ habẽdæ: qui etsi innumeris sit tuis in se I beneficijs obstrictus, se tamen ingratũ reddat & improbum. Non. n. tibi accumulatẽ increscent præmia, nisi magnũ in modum illius augeretur iniquitas. Fiet itaq; ut eiusmodi improbitas, quã odij causam fore existimas, amoris occasio sit futura: nã si aduersantem sustuleris, & præmiorũ causam tollas necesse est. Nónne & certatores spectasti, qui exercendi se gratia uel utres arena complent & gestant? quod tamen ut agas, haud sanè necessarium fuerit: abundat. n. hęc uita eo hominum genere, qui & exercere te possint, & fortiorem reddere. Sic. n. & arbores spectare licet, quę ut ualidioribus uentis agitãtur, ita & maiori robore obfirmari solent, & ramis fieri, & frõdibus densiores. Quocirca & nos si animi magnitudine præstamus, magis ac magis inualescimus: inquit. n. Vir constans animo longè sapit: timidus uero, stultus admodum & uæcors. Vides q̃ sit animi pusillanimitas incusanda? non. n. simplicem illi, sed ingẽtem inesse asserit stoliditatem. Non erit itaq; inter nos eiusmodi mutuo intolerantia exercenda, aut tali inconstãtia utendum: cùm id non ex odio aliquo, aut maleuolentia, sed ex animi pusillanimitate quadã abiectioris fieri contingat, qui quandiu stabilis & immotus perstiterit, omnia facilè tolerabit: neq; solùm ipse nullo impulsu in K profundum mergetur, quin homines eius tolerantia ad tranquillissimos portus transuectabit.

Exo.32 g
2.re.ult.c
1.re.24. b
Mat.5.c
Ibidem.g
Ecclesiast.22.c

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE *mansuetudine, sermo quodã docto interprete.*

Moribus uobis perspicuum arbitror, q̃ conue
o niat his, qui diuina audiũt eloquia, ut mores bonos, & cõuersationem uirtute præditam exerceant. In hoc. n. serui dei eos qui ueritatem ignorant, potissimum antecellunt, si in mãsuetudine conuersentur, & uitam agant religione sua dignam. Qui Christum ignorant, haud mirum si mali sint, moribusq; dãnatis. Seruus autem Christi magis à morum mititate, q̃ à nomine quod ei parentes imposuerunt, uocandus est. Neq; deus homines ita diligit propter uirginitatem, ieiunium, contemptum diuitiarum, hilarem eleemosynarum dationem, ut propter mites, beneq; compositos mores: tametsi & illud alacriter suppeditare indigẽtibus non aliunde proficiscitur, & conceditur his qui Christum diligunt, q̃ à mititate. Vt L enim à fonte riuus, ita à morum suauitate cura pauperum profluit. Facilè enim ad misericordiam mansueti & æquabiles trahũtur omnes, neq; ferre possunt contemni pauperes, sed aliorum inopiam suam arbitrantur calamitatem, & propterea inuidiã pessimam omnium affectionum credũt. Neq; unquam grauem illum morbum in suam animam admittit uir benignus & mitis: sed si uiderit fratres honoratos, congaudet ac gratulatur, aliorum gloriam suam putãs. Alioquin amicorũ omnia cõmunia censens, in bonis quidem congaudet, in tristibus uero condolet. Hęc enim mansuetudinis dona sunt, & talis est mitium uita. Mitis orphanorum pater est, uiduarum præses, paupertatis procurator, iniuria affectorum adiutor, semper strenuè agit quod iustum. Mitis, reuerẽdus pater pueris, & obseruandus dominus est seruis. Nihil enim ita cõciliat domino familiares, ut quòd illum uidẽt tranquillum sese offerre, & mansuetudine iucundũ. Nam & talem maiori faciunt & admirantur, habentq; pro patre, non pro domino. Agè, pro uirili nostro diligenter inquiramus, quænam ex morum suauitate bona M mansuetis proueniant. Gratus & amabilis est uidentibus, gratus item & his quibus tantũ nomine notus est: neq; facilè ullum inuenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, & illum uidere, & exosculari non desideret, & non habeat in aliquanta lucri partẽ eius amicitia posse diu frui. Quòd si cõtingat aliquos propter opes inter sese dissidere, mox ad benignũ & mansuetum illũ properatur, bona spe, quòd eius bonitate quicqd litium & contentionum est, è medio tollatur. Atq; si capitales inter se inimici sint, mãsueti uiri correptione placantur & mansuescunt, etiamsi natura in iram & furorem propẽsi sint. Qui uero per mansuetos conciliari nequeunt, intractabiles planè sunt, nulloque honore digni. Sed & in quauis causa aptior & magis idoneus ad psuadendum & consulendũ est: & primus & præ aliis qcquid assequi cupit, impetrat. Insup quoniam exẽplo suo magister est mãsuetudinis, & ipse opere suo stabilit quæ tradit, & mox ut uidetur, mitigat etiam furibũdos. Neque multis ei uerbis uel admonitionibus opus est, sed pacẽ priusqnam loquitur, persuadet. Quemadmodum & Solis iubar ut primũ apparet, fugat tenebras: ita mansuetus & be-

A nignus sua præsentia res turbulentas componit, quietasq; ac tranquillas reddit. Est aũt & hoc dignum recenseri: quòd Christus solùm pacificos, filios dei uocat. Et quare suum uocabulum mitibus cõicat? Solus ille filiũ dei pro uiribus imitatur, qui pacis & amicitiæ author alijs sit. Nam sicut Christus deus & oĩm dominus, in carne diuina nobis apparẽs, sanctos angelos cũ hominibus concordes effecit, qui quasi bello quodam à nobis dissidebant: ita & mansuetus homo fratres & cognatos, qui inter se discordes sunt, cõciliat: & reuereri leges & præceptum dei, abiectisq; inimicitijs in gratiã mutuum redire facit. Porrò quod in corporibus nostris nerui, hoc est mãsuetus homo in domo & ecclesia & ciuitate. Paulus. n. more suo fratres uocat corpus & membra inuicem. Qui aũt diuulsos & pugnantes coire facit in amicitia, iam Pauli sermonem implet, qui suadet omnibus, ne ignorent mẽbra sua, neq; mutuum se deuorent. Vnde uerus est sermo ille, quòd pacificator fratrũ eandem uirtutem habet in ecclesia, & domo, & ciuitate, quã habẽt in corporib. nerui, dispersa & separata cõiungentes & B contrahentes. Verũ hæc uirtus tunc alicui data est, quando primus ipse mansuetè uiuere incipit. At qui facilè in irã erumpit, ridiculus apparebit, siquando exasperatos alios placare attentat. Iam quid deterius hominibus qui iræ seruiunt? Quis eos uidens, non auertit oculos? Vir iracũdus, insuauis quidẽ est obuijs, insua uis aũt & uicinis: & si diuitijs abundauerit, non facilè egenorũ inopiæ succurret. Cõis est hostis & ciuiũ & peregrinorũ, clamat, uociferatur, plagas occurrẽtib⁹ intẽtat, dicẽda & nõ dicẽda loquitur, aspectu toruo, inflata facie, lingua rabida, manibus ad oia prorumpẽtibus, & ut apparet, dæmone plenus. Et quis uidẽs uirum ita fuere, dubitaret uel dæmonio agitari miserum, uel uoluntario in tantam insaniam prosilire? Ira uoluntarius dæmon, optata insania, mentis est defectio. Qui irascitur diaboli ludibrium est, dæmonum officina, & nequitiæ illius dignus minister. Dic obsecro, quid potissimum uolunt dæmones quod faciãt homines? Nõne ut exprobrent parentibus? nõne ut pollutas manus natis inferant? nónne ut deum blasphement? Hæc autem omnia irascẽtium sunt opera. C Atq; adeò ira seruis suis facilè impietatis author est: neq; n. sibijpsis imperare ualent. & qui à furore & ira uincuntur, similes sunt naui, quæ in media tempesta te à gubernatore destituta submergitur, undequaq; in eam procellis ingressis. Ira. n. quasi fulmen & tempestas quædam in animam irruit, seruientemq; sibi stupidum reddit, ac amentem. Quid igitur faciendum? Prudentis hominis fuerit, ut sibi ab hoc morbo caueat, mentem contineat, & furorem sopiat scripturarum admonitionibus, priusq; in iram inducatur. Nam Eph.4.d si præstigiatorum incantamentis bestiæ obtẽperant: quid mirum, si eloquia Christi ferocis animę statum, tranquillum & æquabilem reddant? Omnis. n. inquit, amaritudo, & ira, & furor, & clamor auferatur à uobis cum omni malitia. Estote inuicem benigni, misericordes, condonantes uobisipsis, siquis aduersus, aliquem habet reprehensionem: quemadmodum & Deus in Christo condonauit uobis. Sitis igitur imitatores dei. Videtis qualis sit mansuetus? cuius uocetur imitator? non angelorũ non archangelorũ, sed domini uniuersorum: tametsi etiam illi mitissimi sint, uirtuteq; omni pleni. Paulus tamen dei imitatores nos esse uult: quò proposita tanti honoris magni

tudine persuadeat audientibus, ut omnes qui contu D melia afficiuntur, uel aliud quiddã graue patiuntur, cõuicia atq; alia moderatè ferant, imperantesq; iræ, deũ imitentur. Iam quænã sunt illa quæ dei? In his. n. quæ in supernis uidemus & audimus, omnia diuina sunt: in his quæ super terram & sunt & dicuntur, iniustitiæ multæ. Quippe sunt nonnulli, qui in tantam pueniunt impietatem, ut & deum blasphement, siquãdo in re aliqua contristentur, & in cœlum respicientes à nullis abstineat uerbis: Deus tamen fert, quanuis tã tam habeat potestatem. Aut non potest de iniqua agentibus pœnam sumere. Si omnes peccatores punire uellet, perq̃ pauci saluarentur, nec sufficerent ad sepulturas homines. Vnde & Dauid dicit? Si iniquitates P*s*.129.a obseruaueris domine, domine quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio. Et in illo ostendit misericordiam suam, eò quòd non seueriter punit. Igitur quisquis asimilari uult deo, pro uirili mansuetus sit ac mitis, feratq; fortiter, siquid grauius alijs patiatur. Luc.6.d Diligite, inquit, inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt: orate pro his qui uos lædunt & insectãtur, ut sitis filij patris uestri qui est in cœlis, qui Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super E iustos & iniustos. Et multæ quidem sunt uirtutes, q̃ Christianum uirum bene decẽt: maximè autem omnium mansuetudo. Nam eos solos, qui hac conspicui sunt, dei imitatores Christus nominat. Proinde congruum est, ut quando quis cõtumelia nos afficit uel uerberat, uel alia ratione affligit: sustineamus omnia mansuerè & patienter, considerantes quòd dei imitatores mititas facit. Etenim ipse dominus & saluator noster cõtumelia affectus, uerberatus, cruci clauis affixus leniter tulit Iudæorũ furorem: & licèt posset de eis uindictam sumere, non sumpsit tamen: sed uirtutem suam ostendit, eò quòd concusit terrã, & mortuos suscitauit, & obscurauit Solem, & noctem ex die fecit. Mansuetudinem aũt & misericordiam declarauit, quia multum ex his qui impiè agebant, puniuit. Vt discerent oẽs, qui impias manus intulerant domino, q̃ non fuisset ei difficile ipsos punire, qui tam facilè terram commouit, & Solem repentè obscurari præcepit. Et quia tam mansuetus fuit ipse, ut non solum mansuetè tulerit eos qui crucifigebant & blasphemabãt: sed & patrem obsecrauerit, ne cœlestibus aduer- F sus impios telis uteretur. Idcirco cùm & tibi graue aliquid & durum ferẽti, subrepunt furor & ira, recordare mansuetudinis Christi, & statim mansuetus eris ac clemens: & non solùm tibijpsi benignitate tua plurimum lucri facies, sed & inimicis proderis plurimum, erudiens illos ut ipsi benigni fiant. Videtes. n. te extrema sustinere, & iram mansuetè ferre, statim posito furore mansueti & lenes ipsi fient, mansuetudinisq; tuæ imitatores. Proinde quisquis furibundos uincere uoluerit, fortiter ferat iniurias & uerbera, magnãq; eius qui uerberibus in se sęuiebat, conuersionem uidebit. At si etiam ipse ab ira uinceris, studens inimicum pari insania ulcisci, nullus unq̃ irarum & pugnarum erit finis: sed semper qui insaniunt & rabidi sunt, & uincere alios conuicijs & uerberibus cogitant, in immensum bellum & pugnam erumpunt, mutuum insidiantur, calumnias struunt, & peierare audent, & accusationes meditantur eorum, quæ neque uiderunt, neque audierunt: & in die quidem sicut canes rabidi, & quærentes inimicum, noctem autem cogitando insumentes, quomodo malum aliquod ma-

G chinetur, & insidias parẽt. Talibus neq; somnus uincula deponit, sed putant quòd adhuc asint apud inimicũ, & criminentur & pcutiant: & è somnis repentè euigilantes, magis cædẽ mutuam, q̃ epulas diligunt. Alij uerò ira ebrij calumniatores mercede conducũt, insandaq; inter se agunt opa: & quanto pluribus malis sese irritarunt, tanto maiore insania furiunt. Nam quod ebrios dicunt ob insatiabilem ebrietatem ardentius sitire, hoc & iracundis usu euenit, quia in pniciosiorem ruunt insaniam pp inexplebilem contendendi libidinem. Hic uocauit seruilem, alius scorti filium: ille insipientem, iste insanũ: est qui furem & iniustum, & alius plenum omni malo. Dein ira ebrij, confligunt inter se, bestiarumq; mores imitantur, percutiũt, calcitrant, mordent, concidunt inuicẽ corpora, nulli parti parcunt: non oculis, nõ auribus, non naribus, non faciei, non alij cuipiam membro, sed confligentes inter se concidunt, & pessundant inuicem. Et quod malũ non faciunt? Secedunt à pugna, ille amisso oculo, ille auribus, ille labijs, ille alia corporis parte, magis tamen anima q̃ corpore corrupti, furibundi, nugaces, rabidi, ignorantes legem domini & salua
H Matt.5.f toris, qui præcepit ut alapa percussus, & uerberatus, et Lu.6.e atq; alia passus, placido animo fortiter omnia ferat, uincatq; mansuetudine furorẽ iniquè agẽtium. Sanè qui hoc facit, laudatur ab hominibus, & coronatur à deo & seruatore. Et propterea perseuerandum est, se rendo leniter iratos, & respiciendũ ad coronã quam præparauit deus mansuetis & mitibus. Absurdum n. est, quòd athletæ in gymnicis agonibus & puluerib⁹ uerbera & uulnera ferunt pp uanam gloriam, coronam nullius momenti spectantes: nos autem coronandi à Christo non imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus: sed breuẽ uoluptatem, & iniustũ furorem cœlesti honori & gloriæ præferimus. Enimuero & hoc manifestum, quòd cùm multi magniq; fuerint, qui ornatã ac iustam uitam egerunt, mansuetudine tamen clarissimi euasere: quia placidi erga eos fuerunt, qui se iniurijs afficiebant. Hac.n. uirtute Moses Iudæorum insaniam moderatè ferẽs, & precibus saluans inimicos, honorem & gloriam cœlestem pręaliis obtinuit, deiq; amicus uocatus est. Hac quoq; uir
I tute & Dauid parcẽs inimicis & hostibus, deum sibi amicum & beneuolum effecit. Hæc.n. cùm omnes hoĩes ornare ualeat, in primis tamen eos qui in potestatibus agunt. Nam cùm principibus omnia permittuntur, si seipsos continent, & suorũ operũ ducem habent legẽ dei: nonnihil inde eorum celebritati & gloriæ accrescit. Enimuero Paulus & Petrus qui cœlestẽ tangebant apsidem pp uirtutem, qua conspicui erãt, humanitate tamen & mansuetudine magis claruerunt: quia honorem exhibuerunt his, qui se conuiciis incessabant, inimicis benefaciebãt, & sæpe lapidãtes precibus saluabant. Sciebant.n. hæc maximè grata deo, & pręaliis bonis admirabilia: & idcirco ipsi uitã suã in mansuetudine transmiserunt, aliosq; ad illam
Actо.7.g allexere. Quin & Stephanum periclitantẽ pro pietate uidemus pro inimicis orare, & mititatem in certaminibus admiramur. Reliquum, quia tãtos ac tales duces mãsuetudinis sortiti sumus: adhortemur nos mutuum, ut illorum uestigia sequamur, & in mansuetudine deo ministremus: quando quidem ministerium istud aliis uirtutibus est ei longe gratius. Et diuinissi-
2. Ti.2.c mus Apostolus uirtutem apostoli commõstraturus, Christi ministrũ mansuetudine potissimum claresce re uoluit. Et quanuis multa potuisset dicere, siquidẽ K uoluisset, utpote dæmonũ fugã, mortuorum resurrectionẽ, atq; alia: sed oĩbus illis præteritis, æquabilitatẽ morũ sursum ac deorsum uersat, ac tractat: quò persuaderet nobis, ut sua uestigia sequamur, benigniq; simº ac mites. Iustũ est. n. sanctos illos imitari, & in exẽplar uitæ proponere: ut bonis oĩbus resulgẽtes, promissa bona assequamur à magno deo & saluatore nostro, p quẽ, & cũ quo, patri cum sctõ spũ sit oĩs gloria, honos & imperium in secula seculorum, Amen.

DILIGAMVS OMNES ETIAM PERSEquentes, *Sermo. Incerto interprete.*

Vngamus nosipsos inuicem, uolentibus uel
i cæteris ab hac animorum coniunctione discedere, constans ipse in officio permanebis, neq; nostrum quispiam dictum illud uulgatum & frigidũ usurpet, quo dici solet: Amore prosequar me colentẽ: & illud, uel dextrum mihi oculum excusserim, quem norim me habere infensum. Dæmonum dicta sunt hæc, publicanoq; potius, uel gentili diffidenti, L digna: tu uerò qui sis ad ampliorem quaãdam rempub. accitus, & cœlo inscriptus, maioribus uideris esse obnoxius legibus, idcirco erit his uerbis temperandum: quin & hoies à tui amore abhorrẽtes, plurima sunt in gratiam beneuolentia reducendi: sunt.n. & hi in membrum dati, quod mẽbrum si fuerit à reliquo corpore reuulsum, enixè omnia facimus, uiresq; & animum magis intendimus, ut ad priorem copulam reuocemus. Maioris.n. est præmij cùm quẽpiam nec uolentem ad nos amandum pellicimus: nam si iubet deus eos fore ad prandium inuitãdos, qui nequeant uicem reddere, ut collatum illud in alterum augescat munus, longè magis id erit in amicitia seruandum, Si quidem qui alienam in se beneuolentiã mutuo amore compensat, uicẽ rependit. At qui alienũ in se amorem promerebitur, uel si nullam reddat amoris uicissitudinem, deum constituet pro ea in se beneuolentia obligatum. Vtq; ista omittam, nihil uidebitur aliorum opera in fungendo officio indigere: unde & hi iuuandi erunt, ad amandum etiam compellendi, qui M te oderint. Ne igitur ubi studium præstandum est, negligẽtiam inferas: neq; id dixeris, eò fore quempiam negligendum qui sit & corpore affecto, & ualetudine correptus: siquidem cùm amor resrixit, morbus est, quin resoue algentem, ut incalescat. Quid si ne focus quidem, dicet aliquis, incaluerit, tum rei tuę uacabis? quid si magis algore contrahatur, rursus is ꝑmia tibi maiora suppeditabit, eoq; magis dei te sectatorẽ Ioan.13.d arguet? Quòd si ex amore mutuo Christi discipuli dignoscuntur: In eo.n. inquit, dignoscemini omnes esse mei discipuli, si uos adinuicem dilexeritis: cogita quã tæ illud sit laudis, si odium amore compenses: quippe & dominus tuus amore se odientes complecteba tur, proq; his & patrẽ precabatur: quantoq; illos infir miores spectasset, tanto magis illorum curam susci- Luca.23.f piebat, dicensq; exclamabat: Non opus habent, qui prospera sunt ualetudine medico, sed qui mala. Quin etiã mensa eadem & peccatores æquè, & publicanos dignabatur: quãtoq; magis se Iudaicus populus ignominia, & probris insectabatur, eò maiori sibi & curæ fuit, & honori. Hunc itaq; & ipse imitare: non.n. parui hæc uirtus facienda est, quia sine (ut Paulus ait) neq; 1.Co.13.b martyres ipsi multũ deo placere potuissent. Ne igitur

A dixeris, nequire te eum colere, cui ipse fueris exosus? id enim uel maximè debes odienti amorem: accedit & quod neminilicet amantẽ se odisse statim, q̃n etsi beluarum sit quiuis simillimus, amabit qui se bene-
Mat.5.g uolẽtia prosequetur. Hoc.n. inquit, Ethnici faciunt, & publicani: quod si quisq; colentẽ se colit, qs non eum adamarit, qui pro odio amorẽ rependat? Id igitur uelim cæteris ad exẽplum proferas, habeasq; in ore frequentius istiusmodi: Non desinã te amando insectari, quandiu me odio habueris: hoc pacto controuersias sedabis: nã siue ex phlegmate, siue ex quadam naturæ frigidate eiusmodi morbus ortũ duxerit: utrũq; tamen amoris potentia, & uis eius feruore moderabitur. Nõne etiam spectasti unq̃, qui turpi libidine detinentur, uti ab adulterata muliercula inuumeris contumelijs affecti, cæduntur plerunq;, & conspuuntur? quid igitur? nũ amor ignominijs soluitur? Minimè, q̃n magis incenditur. Hæc sanè humili, & infimo genere fœmellæ postq̃ libidinatæ sunt, factitant: qui uero in iurijs afficiuntur, possunt persæpe maiores suos recen
B sere illustres, & claros uiros, & familiæ nobilitatẽ prędicare non mediocrem: non tamen idcirco uel libidine extricantur, uel deserunt quam amare occeperint proinde mihi nos pudet, eam quã dęmoniacus amor habere uim creditur, nõ existimare in diuinum posse desiderium transferri, expugnariq; hoc pacto, uel dæmones posse: nõnne etiam nosti dæmonem illum impurũ instare, ut uel eum qui sit odio habitus ad se trahat, & mẽbrum uẽdicet nostrũ, quòd quempiam oderit: quo neglecto, uictoriæ palmã prodis. i. fratrẽ qui in palmæ morem in mediũ adstat, & tibi si uiceris futurus in præmiũ: si uero negligentior fueris, sine palma abibis? Desine itaq; demoniacũ illud pronunciare, si me. f. oderit frater, haud quaquam hunc mihi spectãdum tulerim: quo dicto nihil est fœdius: cumq; nonnulli eam animi cruditatem summis ingenijs adscribant, nil tamẽ ipse existimauerim uel abiectius dici, uel insanius, & immitius posse, eoq; mihi ingemiscendum cẽseo, quòd uitia ducitis uirtutibus potiora, & insolescere, & cæteros aspernari, magni apud uos esse appareat, & clari officiũ: quod equidem non
C secus, ac pro magnis dæmonũ laqueis habẽdum duxerim, eò magis quòd uelint plerique de animi maligni tate bene opinari: ita fit, ut deleri eiusmodi nequitia haud facilè possit. Audiui ego nonnullos iactare solitos, sese nõ ultra ad eos adisse, qui uel semel nullam sui habuerint rationẽ: quod tamẽ sibi dominus tuus gloriæ duxit: quoties nanq; hunc homines conspuerũt, quoties aspnati sunt, q̃bus nihilominus ipse & opem ferre, & subuenire non intermisit. Ne itaq; illud in ore habueris, minus. f. posse odio te habentes conuenire: quin illud usurpatũ habeas uelim, nequire te tui paruifacere contemptores, quorum alterum Christi discipulum decet, alterum dęmones: utq; primum illud claros homines facit & illustres, ita ꝑdm hoc obscurat, & ridiculos reddit, eoq; & Moses admirationi ha-
Exo.23.c betur: quia deo dicente: Mitte me, ut iratus conterã illos: nihil est passus eos respuere, qui se fuissent sæpius
Ibidem.g aspernati, qui respõdebat: Si dimiseris eis peccatũ, dimitte: sin aũt, & me perde. Erat is sanè & dei amicus, & imitator. Ne itaq; nobis id laudi demus, q̃d potius foret ob turpitudinẽ occultãdum: neq; illud usurpemus, quod dici uulgo solet: Noui ego contemptui habere quãplurimos: quin eq̃t omnes & irridendi per nos, & comprimendi, qui uerbis istiusmodi utuntur: quãdoquidem in his se iactant, quibus pudere oportuisset. quid inquis? dic mihi Christianũ hominẽ conspuendum censes, quem neq; infidelem Christus cõspuisset? at quid conspuisset dixerim, quin adeò hunc etsi sordidum & informem dilexit, tantoq; est amore prosecutus, ut eius gratia mortẽ subierit: tu uero eundem decorũ admodum impręsentiarũ effectum, & cunctis admirabilem respuis? dic mihi nõdum aduertis, qualia in eum uerba iactes, aut quod audeas facinus, qui & Christi sit membrum, & eiusdem ac tu domini corpus gerat: eumq; pro capite habeat, pro mẽsa & uelte, proq; luce & sponso, ac demum uniuersorum loco ducat: neq; hunc solum, quin & alios plerosq; maledictis offendis? Contine te iam, & desine insanire, recognosce fratrem, edisce furentis hæc dicta esse, & animi ualetudine laborãtis: quin longè his aliena hunc in modum prosare: Nunquam desistam beneuolẽtia te cõplecti, uel si cẽties à te patiar repulsam: hoc pacto et fratrẽ lucrifeceris, uiuesq; hãc in dei laudẽ uitã, & futurę beatitudinis nõ eris immunis. D

VT BENEDICAMVS MALEDICENTI E
tibus, Christi & sanctorum exemplo, Sermo. Incerto interprete.

Ngemiscendi mihi cupido incesit, quando
i & nobis liceret Christi legibus decenter seruatis, non minus præsentia hæc q̃ futura illa uendicare, ni rebus nimijs & superuacaneis studentes, diuinis præceptis offensi, his bonis excidissemus. Christus sanè legibus in usum nobis & utilitatẽ conditis, qd glorioſos, quid sordidos & abiectos efficiat ostendit neq; id iniunxisset, haudquaq̃ s. & malefacta fore maleficijs compẽsanda, si suos discipulos ob id futuros ridiculos comperisset: quin eò indixit, quòd nosset id illis ad gloriam cessurum non mediocrem. Quòd si maledicentem maledictis non insectari à deo probatur, quantò magis qui fuerint maledicos laudibus & maleficos beneficijs prosecuti, gloriam merebũtur? Dicet aliquis, cur igitur Christus huiusce-
modi leges promulgauit? Id quidem dixerim, indulget. n. suis discipulis, calletq; quid hominum possit au gere, quid imminuere dignitatem: quòd si indulgere F solet nouitq; quid illi contentiosẽ litigas, cupiens aliò iter diuertere: uelle nanq; alios malè agendo superare, non diuinæ id legis esse, quin dæmoniacę constat. Siquidem in Olympiacis certaminibus inferis dedicatis, hoc pacto uictoria comparatur, qui uincendi modus nullus est sanè in Christi stadio similis, quin longè diuersus est ritus: Sanciũ nanq; est, percussum, non percussorem corona donari oportere: talis est a- Luc. 6. d pud deum excitandi consuetudo, cui & statuta sunt omnia cæteris longè diuersa, adeo ut non solùm ipsa uictoria, quin & uincendi modus admirationis habere plurimum uideatur: siquidem qui succubuisse uidentur, palmam retulisse creduntur: hæc dei est potẽtia, tale cœleste illud est stadium, hoc angelorum spectaculum. Videre uideor uos ad hęc dicta incaluisse, fuissęq; magis quauis cera emollitos: uerũ cùm hinc fuerit absessum, nulla erit horum apud uos recordatio: idq; eò magis iniquo animo tulerim, quòd horũ nihil quæ dixerim facturos uos intelligam, præsertim cùm non ignorem haud mediocre ex his lucrum referri posse. Nam si mansuetudinem ac benignitatem prætuleritis, inoffensi oĩum estis manus euasuri, uel si incesserit quispiam maledictis, in authorem con-

Guicia reditura sunt oia. Nõne & in iudicijs hoies iniuria affectos spectasti, quo uultus splẽdore, quáve instent audacia, utq; ore libero eloquãtur: contrà, q eã intulerit, capite demisso, pudore multo offusus & trepidus terrã spectet? Verũ quid criminatores cõmemorauerim, aut calumnias, quando si uel in tuam perniciem quispiã gladiũ acuat, uel suas è tuis ceruicib⁹ sanguine manus resperserit, te inoffenso seipsum peremerit? cui rei testimonio est, q prior fraterna manu occubuit: is enim gloriã adeptus immortalẽ, in tranquillissimũ portum seceserit: qui necẽ intulit, quauis morte uitã transegit miserioreꝫ: gemebũdus siquidẽ & uagus ac trepidus, semper rei gestæ crimen præ se feret. quo circa Cain sceleri obnoxius, inferior erit. Nã qui mala illata tulerit patientibus, domi nõ erũt, nec diu apud se illa mansura, quando nullũ ab se ortũ habuerint, quin aliunde iniecta excipiẽs, in bonũ praua cõmutauit: improbus uerò suæ malignitatis plagas domi seruat. Nõne & Ioseph erat in carcere cõiectus, cũ intera meretricula, q̃ illi parasset insidias, in splendida, ac magnifica domo diuersaretur: quòd si alterũ è duobus daretur optandũ, uter horũ esse malles? credereH equidẽ Ioseph te potius partes suscepturũ in carcere detenti, q̃ Aegyptiæ in tectis amplissimis diuersantis: nã si utriusq; liceret animũ inspectari, cerneres Ioseph latè & fidentius diuagantẽ: illã uerò anxiam pudore, tristitia, dolore, & mentis perturbatione magnum in modum, etsi uicisse sit uisa, urgeri. Quibus oibus cognitione perceptis, ad malorum nos tolerantiam paremus, ut hac tandem patientia liberati, futura beatitudine potiamur.

Gen.19.b

NE SCANDALVM CVIQVAM *fratrum ponamus, Sermo. Incerto interprete.*

Nimaduerte quantũ Paulus curę, & diligẽtię
a præstiterit, ne sui exẽplo quempiã perturbaret: inquit enim, Si cibi gratia frater tuus tristiam ceperit, nodũ scdm charitatẽ incedis: qui si mœrore afficiendus nõ erit, eò minus per te nec iritãdus: & rursus idẽ: Neq; pp cibũ destrues opus dei: nã si sacram aliquã ędem subuerti graue, & nefariũ existimatur, quantò magis spiritale hoc templũ, si ruinã patiatur? quando & hoies cõstet sanctitate sacris ędibus lõgè prẽstare, quippe nõ parietũ gratia, sed nostri huius tẽpli mortẽ Christus oppetijt. Circunspectemus itaq; ipsi nos undiq;, nulliq; uel tenuem q̃rimouiæ causam præbeamus: potest etenim uita hęc nostra cũ stadio cõferri, & nosipsi q̃ multis oculis abundemus, necesse est: neq; quoquã id pacto credere, ignorantiam. f. satis nobis ad excusationẽ ual turã, pro qua & pœnas daturi sumus, cũ ea nec ueniam mereatur. Cõstat sanè & Iudæos per iustitiam deliquisse, quãuis eiusmodi illorũ ignoratio, nulla sit uenia dignanda. Gentes præterea nouimus fuisse ignorãtia captas, nec tamen propterea possunt excusari: nam si ignores q̃ sciri nequeunt, aut cognosci, culpa uacabis: cõtrà uerò, si te cognitu facilia lateant, extrema supplicia feres: quinetiam si haud oino nobis ipsi deerimus, sed conantibus q̃ abstrusa sunt & recondita cognitione attingere, opẽ deus & auxiliũ feret, quod quidẽ & Paulũ dixisse Philippensibus, patet hoc modo: Et si quid aliter senseritis, id deus uobis reuelabit. At cũ ea q̃ factu nobis facilia sunt perficere recusamus: neq; illum sumus adiutorẽ habituri, quod & Iudæis accidit: ideo enim, K
Christus inquit, eis in parabolis loquor, ut uidẽtes nõ *Mat.13.b*
uideãt. Dicet aliquis: Quo pacto uisu carebũt, qui uident? maximè si quidẽ cũ spectarẽt abigi per Christũ dæmones, nec tamẽ temperabãt illi obiicere: Dęmonium habes: cũ à mortuis cernerent excitatos, nõ eũ adorabant, quin morte afficere conabantur. Cornelius uerò nihil istorũ similis uidebatur, cui pro uirib⁹ *Ioan.7.c*
omnia factitanti, supplebat deus qđ defuisset. Neq; id quæras, quo pacto ex gentibus aliquẽ cũ probus sit, & simplex aspernetur deus. Principiò dixerim, nulli hominũ posse, nisi creatori cuiuspiam patere probitatẽ: deinde nullã gentilẽ illũ, aut curam adhibuisse, aut studiũ, ut dei haberet notionẽ. Dices fortasse, quonã pacto dei quispiam cognitionẽ assequetur, qui nulla sit sapientia instructus? At hunc quẽ ipse nec sapientẽ iudicas, nec prudentẽ, sed incautũ appellas & inutilẽ: si fuerit in bonis externis periclitatus, cerneres longè rei suæ intentũ, & circa eiusmodi apprimè diligentẽ: qui si spiritualibus rebus incubuisset, quò cæteris solet, nõ adeò foret apud deum despectus: nam cũ ueritas ipsa sit Sole splendidior, quocunq; se quisq; contu L
lerit, eodẽ sibi, si paulò fuerit attentior, salutẽ conueniet: quod sanè superuacaneũ uideri non debet, siquidem & Christi res gestæ haudquaquã Palæstinis locis, uel angusto aliquo orbis terrarũ angulo circũscribuntur. Nonne & ipse prophetã audisti istiusmodi de
Christo prędicantẽ, Me oẽs uisuri sunt à minimo usq; *Hier.31.f*
ad maiorem? Nõne ét intelligis hæc dicta ueris fuisse rebus cõfirmata? Qua ergo hi ratione ueniã sunt habituri, qui cũ uideant ueritatis leges cũctis esse ad pdiscendũ expositas, nec tamen his imbui studeant? Dicet aliquis, istiusmodi ab hoie rusticano, & barbaro duxeris exigenda? Non equidẽ à barbaro solùm, & ruri uersato, quin ab eo exegerim, qui oẽs barbarie superet, & feritate. Cur. n. dic mihi, si qua de re agatur, rusticanus is, si reus fiat, & obiecta confutare nouit, & aduersario si uim patitur obsistere, factitareq; omnia astu & uiribus ne dãno uel tenui afficiatur, uerũ ad ea q̃ spiritus sunt, nõ pari prudentia utitur? Porrò cũ lapidẽ adorat uenerabũdus, ac ducit pro deo, cũ festos illi celebrat dies, cũ pecunias fundit, uereriq; se eius numen fatetur: nihil ultrà uel ignauus, uel torM
pens præ eius ineptitudine uidebitur. At cũ uerus ipse cõquirendus est deus, tũc mihi hoiem hunc nec sanum satis, nec frugi esse cõmemoras: nõ ita se res habent, nõ ita. Num inertiæ duntaxat hoc crimen erit? quos enim moribus uel faciliores uel rudiores opinaris? eósne quos Abrahæ fuisse tẽporibus constat, an huius nostræ ætatis hoies? Id certè clarũ, Abrahæ dixeris. Vel quando pietas ipsa & religio inuentu facilior, nostris his, an Abrahæ seculis? nostris quippe, qbus dei nomẽ est apud oẽs uulgatũ, & pronunciatũ à prophetis, & finẽ res ipsæ nactæ, gentiũ opiniones sunt cõfutatæ, & repudiatæ. Accedit ét, quòd tunc tẽporis hoies nõdum erant ueritatis cognitione instructi, & scelera suæ ditionis uniuersa effecerant: nec lex erat ulla ad castigationẽ promulgata, propheta nullus, nulla miracula, doctrinæ nihil, aut qui eius cognitionem haberent nõ multi, neq; aliud eiusmodi: quin erant omnia tanq̃ in profundis tenebris, obscuraq; & turbida nocte constituta, ita ut rebus aduersantibus mirandus ille & ingentis animi uir & dei notionem habebat, & uirtute exercita plerosque ad se imitandum induxit. Quod magis in eo mirum uideri de-

A bet, cũ esset externæ huius, & humanæ sapiẽtię prorsus ignarus: nondũ enim fuerant elementa literarum inuenta, uerũ conãti illi pro sua uirili oia opem deus & auxilium tulit. Neq;. n. dici potest, Abraham eam, à suis maioribus accepisse religionẽ quippe qui idolis inseruissent: nihilominus cũ talibus esset ille progenitoribus ortus, barbarus insuper natione fuisset, & inter barbaros enutritus, neminẽq; habuisset diuinæ religionis institutorẽ: tãtũ reliquos qui uel leges accepissent, & prophetas probitate anteiuit, quantùm nec dici sat potest. Cur illud? quoniã spiritui prorsus itẽtus, præsentibus bonis nec curæ nimiũ impẽdebat. Quid præterea Melchisedec? nõne & is Abrahæ tẽporibus fuit, adeoq; claruit, ut dei sacerdos diceretur? neq; enim fieri poterat, ut qui castè & cõtinenter uitã duceret, cõtemptui haberetur. Cũ itaq; intelligamus è quadã probata cõsuetudine quod semel sentimus, firmũ ac stabile seruandũ esse, & nostræ erũt per nos actiones circunspectandæ, ut uitæ melioris profectũ nanciscamur: nec deus precãdus ut supplicia à quouis hominum exigat: aut scrutandũ, cur hũc sanitati
B restituat, illũ ad se iam fato functũ reuocet: sic enim haud secus sanè facere uideremur, quã solet infensus seruus, qui domini dispensationẽ disquirat. Miserum equidẽ te & calamitosum dixerim, cui cũ fututa supplicia curę esse debent, quóve sit pacto deus cõcilian dus, aliorum pœnas deposcas, pro quibus & tibi tormenta subeunda sunt, illis omissis, quorũ sis rationẽ redditurus. Dicet aliquis, quid igitur? sũntne hæc gentili cuiquã, & infideli renunciandа? quinetiam uelim non solũ gentilem hominẽ eadem hæc commonescias, sed ipsum ut rectius uiuas: siquidem gentilis ille uitæ tuæ moribus perpensis, non mediocriter ex his fuerit offensus: ad hęc tibi quid respondendũ sit cogita. Nam si quare alius offendatur, nullã eris ob id rationẽ redditurus: at si ex prauis tuis facinoribus fuerit offensus eris sanè discrimẽ uel extremũ subiturus, eò magis si te quem fortè rebus cœlestibus studentẽ conspicabitur, mox bonis præsentibus uiderit inhiantem, reformidantẽq; æterna incendia. Eiusmodi itaq; cupiditatis insimulatus, qua uti respõsione queas, excogitanda est, præsertim cùm gentilis ille tuis flagitijs
C perspectis, his sit te uerbis criminaturus. Tu qui iudicium illud horribile operiris, cur præsentia hæc non aspernaris? si immortalitatẽ speras, cur mortẽ nõ paruifacis? si cœlestis imperij amore duceris, cur non hanc uitã cõtemnis? Istiusmodi ergo obiectanti cogita qd sit per te respondendũ, eoq; magis instabit cũ te uiderit ad pecuniarum iacturam tremebundũ, & ad obolì unius lucrum lętum & hilarem, habentemq; animã pro tenui argẽto uenalem. Hæc sunt, inquã, hęc sunt quæ gentilem offendũt. Quocirca si tibi curæ tua est salus, erit pro his ratio non uerbis, sed re & actionib⁹ reddenda: quãdo ob eiusmodi gentilis hominis quęstionem nemo unquam deũ maledictis incesiuit, q ob uitæ prauitatem ubiq; offenditur, quæ eò erit per nos emendanda, ut reliquos ab eiusmodi petitionibus coërceamus: quæret enim gentilis, unde fieri certior possum deũ toleratu facilia imperasse? Ecce tu q Christi hanc fidẽ à maioribus tuis acceperis, sisq; in hac tam probata religione educatus, nil tamen ea dignum pro dei iussu facis: quid ipse ad hæc dices? fortè ostendã tibi plerosq; alios, qui in eremo considũt, uitam agere qualem quæris, & deo gratã. Proinde nõ te pudet, cũ ex confesso Christianus sis, gentilẽ homi
nem ad alios remisisse, quasi nequeas ipse aliquo in- D
dicio Christianum te esse ostendere? at mox ille dictu
rus est, quid mihi necesse est & mõtes adire, & solitudines insectari? si enim fieri non potest hominẽ in medijs urbibus diuersantem, Christi hanc fidẽ & sapientiam adipisci, per maximè erit uestra hæc Christiana respublica incusanda, eò magis si futurum est, ut relictis urbibus nosipsos in secessum aliquem conferamus. Id modò uelim, hominem asseras uxorẽ liberos & domũ habentẽ, posse huic uestræ sapientiæ studere. Quid ad hæc dixeris? nullus est impræsentiarũ subterfugij aut pudoris locus, longè enim aliter se habẽt diuina imperia. Sic splendeat, inquit, lux uestra corã *Mat.5.b*
hominibus: non mõtibus dixit, aut pro solitudine aliqua inaccessa. Hæc dixerim nõ ut eos qui montes sibi ad habitandum elegerint, minus probem: quin ut urbium incolas deplorem, quòd uirtutes inde abegerint. Obsecro itaq; ut illud quod in remotissimis locis exercetur sapientiæ studium ad nos uel in urbes traducamus, ut ciuitates & loca frequẽtiora hoc pacto excolantur: sic & gentiles reduci in uiam poterunt, &
offendicula submoueri, adeò ut si eos reddere inof- E
fensos cupieris, & tibi mercedis plurimũ uendicare, & uita tua erit per te corrigenda, & quoque uerius illustranda: ut homines tuis optimis facinoribus perspectis, deum cœlestem patrem efferant laudibus, nosq; ea gloria, quæ explicari uerbis haud sat pro merito potest, frui possimus.

DE MALIS A NOBIS EVERTENDIS, *Sermo. Incerto interprete.*

Vertẽdi sunt nobis malorum fontes, quibus
e euersis sublatisq;, ardentissimum cupiditatis
ignẽ extinguere licebit, ipsiusq; nequitiæ radices ab imo reuellere: etenim si infęcundæ arboris superiora circũcideris, eadẽ nouos edente ramusculos, nihil uideberis uel radicibus altè tendentibus effecisse. Quid aũt malorũ sit radix, edisce ab optimo agricola, qui cũ huiusce sit agriculturæ, nõ ignarus, uineq; spiritali & curam impendit & operam, & terrarũ orbis culturã susc ipit. Quid igitur dixerit quispiam, cunctorum malorũ esse causam? Pecuniarũ equidem as- F
seuerauerim cupiditatẽ: siquidẽ omnis improbitatis, & nequitiæ fundamentum ipsa est habẽdi libido. Ex ea nanq; dissensiones, inimicitiæ, bella, altercationes, cõtumeliæ, suspiciones, iniuriæ, cædes, furta & sacrilegia emanant: ob eam, inquã, non solũ urbes & oppida, sed uiæ ipsæ, & orbis denig; uniuersus desolãtur, montes insuper, & loca quæque superiora, & cuncta demũ sanguine redundant & clade, quod malũ neq; ipso ponto abstinuit: ibi nanq; maiori quadã uęsania desæuit, piratis, nouo quodam prædandi genere adinuento, undiq; obsidẽtibus. Ob hanc prẽterea cupiditatem, & naturæ sunt leges immutatæ, & sublati cõsanguinitatis termini, ipsiusq; substantiæ, ac uitæ corrupta sunt iura: auri enim uiolenta cupido, nõ solùm in uiuos, quin etiam in mortuos ipsos tales armauit manus, ut ne cum tumulatis quidem habere inducias patiantur: quin has plerique sepulchris refractis sceleratè iniiciunt cadaueribus, neq; sinunt uita functos eorum esse insidijs uacuos. Quæcunque denique mala, siue domi esse comperies, siue in foro, siue in iudicijs, siue in concionibus, siue in curia & regijs ædibus, siue quibusuis alijs in locis, ex ea habet cu-

G piditate ortum. Hoc illud est malum, hoc cũcta cęde & sanguine oppleuit, hoc gehẽnæ flammã excitauit, hoc ciuitates solitudine nihilo meliores, uerũ inferiores longè effecit. Siquidẽ obsessores uiarũ caueri facilius possunt, q̃ qui prædabundi medijs urbibus inuersantur: hiq; tanto sunt illis deteriores, quantũ ad euitandũ difficiliores uidentur. Audent. n. in propatulo, quæ illi seorsum solent & clàm factitare: & leges quæ ad prædonum perdendam impuritatẽ sunt & nequitiam latæ, in auxilium sibi & cõmodum trahunt, urbemq; uniuersam clade & facinoribus cõplẽt. Atqui inopem in esuriem dedere, in carceremq; coniectũ, & uincula, tormentis post famem tradere, & uarijs ecu leis diuexare: nõne pro cæde cõmissa habendũ est, & cæde maius? quã rẽ & si ipse nõ feceris, causam tamẽ ut fiat præbueris, magis eris q̃ qui supplicia subministrant, culpandus. Carnifex enim simul ac gladiũ iugulo defixit, breuiq; dolore affecit, desinit ultra hominem excruciare: ipse uero ciues criminando, uexãdo, insidiandoq; suggeris centies mortẽ oppetere. Aduerte itaq; q̃ multiplices uariasq; ex una conficias mor-
H tes. Quodq; grauissimum est, cũ nulla sis necessitate, aut fame cõpulsus: sed eò duntaxat ut equorum frẽna domus fastigia, & columnarũ epistylia multo auro obducantur, rapiendo habẽdi semper in te crescit cupiditas. Quònam igitur pacto hæc nõ gehenna digna iudicentur? quando & fratris, qui tibi est ineffabilium bonorũ particeps, tantoq; à deo honore dignatus, nulla apud te ratio constet. idq; solũ habeas uoluptati, ut lapides & pauimenta extollas, exornésque adeo brutorũ animaliũ corpora, ut plurimas tibi ad perniciem & calamitates inferas & ærumnas. Canis tibi magna est cura: homo uero, imo Christus ipse, pro tuo hoc nimio in beluas studio, proq; inani cæterarum rerũ solertia, fame extrema concluditur. Quid hac confusione deterius? quid eiusmodi nequitia potest esse molestius? quot flagrantia flumina, uel igne succensa huic fuerint ad cruciatũ satis? Siquidẽ is, qui sit ad dei imaginem creatus, tua inhumanitate sordescit, & squalet: mulorũ uero facies qui coniugem uecturi sunt tuam, auro non modico fulget, pelles insuper & ligna, quibus tegumentum aliquod cõtexitur,
I uel si sedes paranda sit, aut suppedaneum, auro argẽtoq; operiũtur: at Christi membrũ, cuius ob gratiã è cœlis ille ad nos deuenit, ac uenerandũ sanguinẽ fudit, præ auaritia necessarijs alimentis nil fruitur. Lectuli præterea tui undiq; sunt obtecti, sanctorũ uero corpora uel necessario amictu priuantur. Seruis itaque, beluis, stratis, suppedaneo, sella & cæteris quę uiliora sint uasis, inferior à te Christus habetur & abiectior. Quòd si me audis, dictaq; hæc mea horrescis, desiste iam hæc factitare. Define, inquam, insanire: est enim studiũ hoc omne quod circa huiusce modi res impenditur pro insania habendũ. Idcirco inani hac & supervacanea cura omissa, oculos aliquando tãdem subleuemus ad cœlum, diemq; tum illum, id est horribile dei iudicium, tum statutam certamq; sniam, & in reprobos futuram damnationẽ memoria repetamus. Animaduertamus insuper & æternæ illius maiestatis tolerantiam, quòd nostris uel erratis, uel sceleribus perspectis, neq; cœlitus in nos fulgura iaculetur, cũ facta hæc fulmine sint non indigna: id tamen facere in termitrit, nec mare in nos refundit, nec terrã scindit, aperitq; mediam, nec Solem extinguit, neq; disturbat cum astris unà & cœlum: nec cuncta deniq; è medio tollit, quin potius creata omnia sinit suo ordine ferri, K
nobisq; pro instituto subministrare. His itaq; animad uersis, diuinæ clementiæ & magnitudinem animi, & tolerantiam obstupescamus, reputemusq; nobiscum animo nostri ortus ingenuitatem: quando in præsenti nihil planè uideamur à brutis animantibus differre, sed illis esse longè inferiori conditione orti. Siquidem sanguinis illa trahuntur coniunctione, suntq; naturali quadam amoris copula cõtenta: ipse uero uel plerisq; sese offerẽtibus occasionibus, honore scilicet qui religioni debetur, & fidei, & multorum bonorũ participatione, quorum ob gratiam cũ membris tuis & fœdus inire, & copulam queas, factus es illis lõgè immanior. Præsertim cũ ea quæ planè inutilia sunt, & nullius momenti, magno uideris studio insectari: eos aũt qui dei sunt templum, fame & nuditate consumptos, nõ solũ aspernaris & negligis, sed malis plerunq; plurimis obuoluis. Atqui si ea per te gloriæ cupiditate geruntur, longè magis frater, q̃ equus curandus foret. Quantò enim is, qui tua sit munificentia usus, præstantior fuerit, eò fulgentior tibi pro tuis in L
eum beneficijs corona contexitur: nunc uero cũ longè his fueris in aliena lapsus, non sentis, q̃ multos excites, qui te criminentur. Quis, enim tibi non male dixerit? quis non extremæ crudelitatis, & inhumanitatis insimulabit, cùm uiderit te hominum genere neglecto, bestias illis prætulisse, post bestias uero domos & suppellectilem curæ habere? Nõne apostolos audis asserentes, priores illos qui dei uerbum susceperint, domos fundosq; uendidisse, ut fratres alerent: tu uerò domos & fundos subtrahis, ut equos, ligna, pelles, parietes, & pauimẽta extollas? quodq; grauius uideri debet, non solùm uiri, uerũ & mulierculæ hac trahunt uæsania, quando ad inanem laborem hunc & maritos impellunt, ut ubiuis potius quàm necessarijs in rebus impendant. Quòd si quis hæc tulerit molestius, minusq; probet, præmeditatum habent, & in promptu responsum non mediocriter increpãdum: dicunt enim ea licere, quæ & cæteri factitent. Quid inquitis, nihil pudet, nihil ueremini, quando & Christũ ut equis & mulis, ita & stratis & suppedaneis adnumeratis, & famescentem: quin potius neq; illis parem facitis, maioremq; his rebus portionem, Christo M
uerò perexiguam impartitis? Num uos fugit cuncta illius esse ditionis, uos insuper, ac uestra omnia? Num ignoratis eundem & corpus condidisse, condito gratis indidisse & animam, in quam omnia ornamenta contulerit? Quispiam uerò pro his omnibus donis nec beneficij uicem reddet? quiue pro locata domũcula pactam, & conuentam pecuniam diligentissimè exposcit, mundi hanc machinam omnem in usum habens, tantumq; inhabitans terrarum, neq; parũ tolerat mercedis dependere, cũ inani gloriæ è qua facta eius omnia pendent, seipsum suaq; uniuersa deuouerit, eò inanius, quòd neq; beluis tali ornatu circumactis, addi aliquid uirium potest, neq; sessoribus ipsis uirtutis plus quippiam accedere, quam ignominiæ: siquidem plerisq; ab equite auersati, oculos ad iumenti ornatum conuertent, insequentemq; familiam, uel præuios, & qui elatis ceruicibus antecesserint circunspectabunt, dominum uerò satellitibus stipatũ, non secus ac communem hostem, & infensum habebũt, & aspernabuntur: quæ res contingere tibi haudquaquam poterit, si animũ excolueris, quin hoïes potius & angeli uniuersi, & angelorum princeps coronam

plectent.

A plectent. Idcirco si glorię cupiditate duceris, desine iã sectari q̃ soles: neq; domũ, sed animã ipsam, ut clarior fias & circũspectior, ornato. Nihil. n. dici te uilius potest, si ei posthabitæ & neglectæ domus ornatũ ante ponas. Quòd si mea hęc dicta iniquo animo tuleris, audi qd fuerit per quempiã alienigenã gestũ. Philosophus. n. quidã cũ splẽdidã esset domũ ingressus, auro multo fugentẽ, uarioq; marmore, & colũnarũ cultu conspicuã, pauimenta mox ipsa tapetibus strata uidisset: in faciem domini dicitur domus cõspuisse: increpitus deinde respõdisse, Cũ sibi id facere ulla i parte domus haudquaquam licuisset, coactũ se domini uultũ conspurcasse. Vides itaq; q̃ irrisione dignus sit ille apud eos qui mente ualẽt, & despicatus q exterio ra ornauerit: nec imeritò. Nam siquis uxorem siuerit tuã opertam pannis, aut neglectã, ancillã uerò uestę splẽdidiori obtexerit: núm æquo id animo tuleris? Minimẽ, quin ira succensus summã hanc esse iniuriã clamitares. Nec secus igitur tibi erit de anima cogitãdũ, cũ parietes solũ, & supellectilem exornas, & stipem
B minus abundè impertiris, nec in rebus gerendis prudentius impendis operã: quod eò grauius uideri debet, cũ constet herã inter & ancillas pro earũ natura nihil distare, animã uerò à corpore differre plurimũ. Quæres si ita se habet, longè magis domus ipsa & lectuli & scabella, ab anima distabunt. Qua igitur fueris excusatione dignus, cũ hæc fuerint auro per te, argentoq; obducta: animã uerò nulla eius habita rõne, pannis obsitam, squalentẽ, famelicã, ulceribus plenã, canibus siueris laniandã, & his insuper existimans te ex ornatu eiusmodi, & exteriori laude, uel gloria potiturũ? Illud præterea maioris dementiæ apparet, cùm fueris ob id superuacui ornamenti sæpe aliãs increpitus, irrisionibusq; & conuicijs, uel iniuria quauis alia affectus, & extremis supplicijs adiudicatus, superuacanea hæc fore tibi adhuc decori ducere. Vnde cũ ita, ut diximus, se rem habere intelligamus, repurganda sunt nobis errata hæc oĩa, ut aliquando tandẽ nostri iuris effecti, resipiscamus, transferamusq; in animum decorem illũ exteriorem oẽm, & ornamentũ hoc pacto deus manebit illæsus, & sine iactura erit, & nos
C angelis pares efficiet, & bonis certioribus donabit.

DE NEQVITIA DEPVLSA, ET *uirtute inducta, sermo. Incerto interprete.*

a Gè tandẽ, si placet, contentionibus omissis, sermonẽ ad mortalitatẽ differendã cõuertamus. Nequitia. n. depulsa, inductaq; uirtute, clarè docebimus iniquitatẽ ipsam nullũ habere à natura ortũ, cõquirentibusq; malignitatis originẽ, non solũ uerbis, uerùm & rebus ipsis ora occludere facilè poterimus: utpote qui illius naturæ simus, nõ improbitatis participes: neq; illud spectandum, q̃ laborioſa sit uirtus, sed q̃ possit facilè cõparari, si studio & diligentia incubuerimus, considerandũ. Quòd si uitiorũ uoluptatem attuleris, & finem qui ducit ad mortem: ubi econtra uirtutes ad uitam explicabis, uidebimus plurimũ, uitijs inesse doloris, uirtutib⁹ uerò uoluptatis non parum, si fuerint hæc diligẽtius, utraq; discussa. Nam quid improba cõscientia molestius? quid spe meliori suauius? Nihil profectò. Nihil adeò nos frãgere uel urgere consueuit q̃ rei aduersæ, aut mali imminentis expectatio: nihil unquam nos adeò subleuat, D
& quasi uolitare facit, q̃ recti cõscientia. Quod quidẽ facilè potest i rebus humanis aduerti: nã qui carcerẽ habitant capitis dãnati dãnationẽ operientes & mortem, uel si deliciis abundè fruantur, uitam lõgè agũt molestiorem & anxiam, quàm qui emendicando, & nullorum sibi malorũ cõscij per rerum angustias incedunt. Mortis enim futurę expectatio haudquaquam sinit, ut quas in manibus habent uoluptates, seu delicias sentiant: Verũ quid uinctos dixerim, & in carcerem coniectos, quãdo & liberè uagantibus, & abundatibus dico, & opulentis uiris sibiipsis malorum cõscijs, opifices ipsi longè sint conditione meliores, qui ex diurno quæstu uictitẽt, & labore summo. Cumq; in popinis nonnullos spectamus temulentos, incontinentes, & uẽtre distẽtos, eò illos infelices appellamus quoniam edendi, & per potandi uoluptate longè est acrior expectanda in eos & futura calamitas: quòd si hisce oĩbus uiuendi hoc genus iucundum apparet, nihil est mirum, si nequeat in magnitudine amaritudo euitari, uel in nequitia desugi tristitia. Ecce res tam execranda ebriosis illis laude uidetur digna non mediocri: non tamen idcirco beaE
tos illos, sed miserabiles nũcupamus, & calamitosos, quia ignorant quibus sint malis imersi. Quid de mœchis dixeris, qui pro breui fluxaq; libidine turpẽ subeunt, indecorãq; seruitutẽ, pecuniarũ insuper iacturã, timorem continuum, & uitam ducunt eius sanè quã Cain duxerint nihil absimilẽ, uel lõgè q̃ ille molestiorem. Siquidẽ & præsentia uerentur, & futura pertimescũt, amicos pariter & inimicos gnaros uti & sceleris conscios suspectos habent, adeò ut neq; quiescendo huius sint anxietatis expertes. Facinorum enim conscientia insomnia eis uel plena formidinis aduscq; terrorẽ effingit. Verũ qui fuerit in uita moderatior, erit his malis oĩbus solutus, tum illam summo in otio & libertate transiget. Obiectandi itaq; erunt breuibus his oblectamentis formidolosi fluctus istiusmodi & procellæ, perexiguo abstinentiæ labori tranquillitas illa uitæ sempiternæ obiicienda, spectabis sanè moderatã hanc incontinenti illa esse longè iucundiorẽ. Præ do præterea & fur alienis pecunijs manus iniecturus, nõne diuersando seruisq; non secus, ac liberis adulando, portarum uigiles deterrendo, comminando, iniu F
riam inferendo, excubando tremebundus & anxius, & suspectans omnia plurimum tolerat laboris: ei uerò qui pecunias aspernatur, nihil accidet istiusmodi, sed ingenti fretus animi suauitate, uitam quietè ager, ac tuto. Cæterũ si quis uitiorũ partes discusserit singulas, cõspicabitur cõfusionẽ illis inesse, & scopulos nec mediocres: mox si uirtutis principia attẽdat, dura esse, & laborioſa comperiet: quę uerò sequentur, facilia adeò & iucunda uidebit, ut superior omnis obiectus labor subleuetur. Cõtrà uerò, longè ab his uitiorũ est diuersa conditio: siquidẽ oblectamenta ipsa, q̃ ex illis initiò statim capiuntur, dolores ac supplicia cõsequũtur, ita ut prior illa omnis depereat uoluptas. Nam quemadmodum is, qui post partam uictoriam coronam expectat, præsentes labores pro nihilo ducit: sic & is quem post delectationem manẽt tormenta, nequit fructum puræ uoluptatis timore omnia perturbante capessere. Quinetiam si quis diligẽter rem omnem inuestigauerit, ut cruciatus peccatis propositos omittamus, plurimum in uitijs exequendis comperiet inesse laboris. Quocirca si placet, scrutemur eadẽ hæc in his qui aliena rapiunt, uel si ditiores fortasse

G fuerint, & pecunijs circunfulti sint, ēt si uelis, quouis discrimine, anxietate, cura & cæteris eiusmodi uacui: concedamus præterea quempiā esse nulla sua industria opulentū, quodq; nec fieri potest, fidentē, & spei plenum posse res suas & bona omnia in longum seruari. Qua igitur is, quoniā abundē sit fortunæ bonis obseptus, uoluptate fruetur, præsertim cū hęc haudquaquam sinant quempiam diu lætari? siquidē appetenti plura tormenta augescūt, maximeq; tum quisq; gratuletur, cū habendi absciscit cupiditas. Nā & sitibundi tunc recreamur, cùm ad satietatem ebibimus: quādiu uerò siti uexabimur, uel oibus exhaustis fontibus, fluminibusq; per nos absorptis, & angimur magis, & acrius cruciamur. Ipse ergo si seculi huius bona acceperis, nec eadem intermiseris augendi desiderio, eò te maiori cruciatu afficies, quò & plura gustaueris. Ne itaq; existimes ex hoc multarum rerū complexu aliquam tibi, nisi diuitias spreueris, posse afferri uoluptatem: quandiu enim eas cōcupieris, nunq; supplicio carebis. Amor quippe diuitiarum ille inexplebilis est, & infinitus: quantoq; plus processeris uiæ, tantò
H magis à fine aberis. Nónne igitur cupiditas hæc pro monstro & extrema socordia est habenda? Erit itaq; principiò nobis ab his auaritiæ malis longius abeundum, quin potius neq; talia sunt desideria attingēda: uel si attingimus, fugienda erunt initiò statim, neque
Prou.5.b his diutius immorandum. Quod Salomon de mulie re adulterata differit hoc modo, & cōmonefacit: Desalta, ne moram traxeris, neq; domus illius fores adieris. Nec secus ipse de pecuniarum auiditate dixerim: nam si sensim te uastum illud feruoris male adire cōtigerit, haud facilè reuocare gradū quiueris, difficulterq; uictor euades, nec secus ac solent qui capitis uertigine detinentur. Vnde si in huius auaritiæ profundi tatem descēderis, teipsum, ac tua uniuersa deperdes: quare principia ipsa nobis cauenda sunt quęve minora fuerint mala euitanda, è quibus & maiora ortum ducunt. Nam qui errata uel singula uti exigua parui pendere cōsuescet, paulatim omnium patietur iacturam: peccatorum siquidem incuria, & neglecta facinora, & uitia induxere, & urbium mœnia solo æquarunt. Sic & corporibus morbi increscunt, cū illorū uel tenues causæ negliguntur. Atqui Esau nisi primogeni
Gen.27.d turæ renunciasset, nequaquam esset indignus benedi
e ctione effectus. Ité si se benedictione non abdicasset, *Ibidem.g*
nec fratricidium cōmittere concupisset. Cain præte- *Gene.4.a*
rea nisi primogenituræ fuisset desiderio captus, sed eiusdem deo curā demandasset, nunq; secunda fuisset primogenita cōsecutus: quibus adeptis, si cōmonefacienti se deo paruisset, cædē nunq; parturisset. Rursum fratricidio cōmisso si eū rei gestæ pœnituisset, deoq; se appellanti nō impudentius respōdisset, nihil esset in reliquū mali perpessus. Quòd si hi quos ante conditā dei legem fuisse cōstat, præ istiusmodi negligentia sensim sunt ad ipsius malignitatis ima prolapsi: cogita quid nobiscū agetur, qui ad maiores sumus fossuras euocati, ni diligentius nobis præcauerimus, & malorum scintillulas priusquā igne suscitent, extinguamus. Quorsum hæc? Peierandi frequentiori teneris cōsuetudine, non modò ergo huic erit uitio obsistendum, sed tollendum prorsus & iusiurandū: id si egeris, & labore quouis, & peierādi uitio uacabis: longè enim est difficilius non peierare, q̄ nullo omnino iuramento insuescere. Conuiciator si fueris, uel contentiosus, aut percussor: præscribe tibi non irascendi legem, nec clamitandi: hoc pacto cū radice unà & fructus inter- K
ibit. Libidinosus es, & incōtinēs: propone tibi metas & terminos nullā mulierum spectandi, neq; in foro alienum decorem oculis circunlustrādi. Leuius enim multò à muliebri aspectu abstinebimus, q̄ uisa & cōcupita fœmina libidinum incitamenta propulsabimus: siquidem & leuiora sunt, quæ primū nobis insē runtur certamina, tametsi nihil erit nobis decertandum, si nec portas ipsi hostibus patefaciamus, aut admiserimus uitiorum semina. Idcirco Christus uirū *Mat.5.c*
incestē mulierem spectantem pœna affecit, ut nos labore subleuaret: incidit nanq; prius è domo hostem eiiciendum, q̄ sumptis uiribus fiat ualidior, ac cū depelli facilè queat. Quid enim opus est frustra nobisip sis exhibere negotium, & manus cū hoste conserere, cū liceat palmam sine certamine comparari, & præripi queat ante inceptum bellum uictoria? Neq; enim adeò laboriosum est à mulierum aspectu continere oculos, q̄ uisis & circunspectatis abstinere: quinetiam neq; ipsa oculorum abstinentia quippiam habere uidetur difficultatis, sed aspectus ille sudoris plurimū
habet, & laboris. Quod si uel ea res istiusmodi diffi- L
cultatib⁹ uacaret, præstaretq; de se lucrū aliquod nec mediocre: quid tum non his properādum est, ut malis omnibus abūdantissimum pelagus adeamus? præsertim cū non solum sit à fœminarū iutuitu hoc abstinere facillimum, quēuis & ab earum concupiscentia ne inquinari quidem cōcedatur. Contrà uerò qui fœminam uise it, ut summo cū labore, sic non sine animi labe euadet, si fortè sit aliquando euasurus: utq; is qui facierum speciem, decorémve haudquaq; attēderit, eritq; oibus, quæ inde admittuntur libidinibus uacuus: sic qui fuerit in uisendo cupidior, cū mentē primum cogitatu fœdauerit, quærit demū admissæ cupiditatis notam excutere, si excuti quoquam pacto
queat: idcirco Christus ne talibus afficiamur, nō so- *Mat.5.d*
lùm homicidium, uerū, & iracundiam interdixit: nec *Ibidem.e*
fœminā modò nō adulterare, sed ne incestē quidem intueri iniunxit: neq; solū non deierandū uetuit, quin etiam & sustulit iusiurandum. Sic ne hoc quidem pacto dimensa uirtute contentus, & legibus eiusmodi promulgatis ad maiora processit. Siquidem humana cæde interdicta, iniunctaq; non irascendi lege: indicit
etiam ad tolerandas iniurias patientiores esse debe- M
re: neq; fore solū pro insidiantis arbitrio sustinendos insultus, quin etiam uincendū esse insultantis furorē nostræ tolerantiæ magnitudine. Nō. n. dixit, siquis te in dextrā malam percusserit, feres animo æquiori, & obticebis, uerū & alteā fore percussori porrigendam addidit. Sic enim perspicua paratur uictoria, si plus *Ibidem.f*
illi q̄ uelit cōcesseris, suaq; malæ cupiditatis & metas tuæ magnanimitatis granditate superaueris: hoc. n. pacto & illius soluisti insaniā, & quòd secūdò patientius tuleris, priori tolerantiæ mercedē sartiet. Vides itaq; & nihil ex illata iniuria offendi, in nostra esse nō inferentis potestate, neq; solū nullo affici malo, sed quod aliquando patimur nostri esse, non alieni arbitrij: quodq; mirum magis uideri debet, nulla prorsus offendemur iniuria, si nobis paululū aduigilabimus, quin pro beneficio erit quodcunq; in nos ius præter & æquum inferetur. Exempli gratia, fuit in te quispiam contumeliosus, potest si libet hanc in tuā conuertere laudē cōtumeliam: nam si cōtrà & ipse fueris in te lacessentē conuiciatus, accumulabis conuiciandi fœditatem uerū si te cōuicio insectantem laudibus pro-

A sequeris, spectabis qui aderūt palma te & gloria iudicasse nō indignum. Vides cū uolumus iniurias nobis in beneficium cessisse, quòd itē de pecuniarū iactura, de plagis ingestis, & istiusmodi cæteris cōtingere potest: si aliorum in nos malefacta accumulatis beneficijs cōpensabimus, taliq; munificentia duplicē nobisipsi & palmā uēdicamus, & coronā nectemus. Ita fit, ut si accedens quispiam, hūc illúmve afferat fuisse de te impudētius locutū, & uulgò maledictis incessere asseueret, tum si cōuiciatorē corā delatore ipso lauda ueris plurimū, & obtrectantis iniurias uindicabis, & pœnas capies: quippe qui rem hāc memorata dignā gestam per te fuisse cognouerint, & te laudibus efferent, & odio conuiciantē insectabūtur, asserentq; hūc quauis fera bestia nequiorē: quandoquidē nullā tibi iniecerit cōuiciando tristitiā, cū ipse qui sis iniuria affectus, nihil mali pro malo accepto retuleris, arguesq; hoc pacto dicta in te omnia cōmentitia fuisse, & falsò obiecta. Solet. n. qui alienis in se maledictis offendi tur, conscientiam delati criminis præse ferre: cōtrà uerò, cuncta quę obiiciuntur irridens, & uti nullius mo
B mēti ducēs, quauis se suspicione leuabit. Cogita itaq; quot bona hanc tuam moderantiam consequantur: siquidem & te quauis eximes animi perturbatione: quodq; primū fuerat dicēdū, uel peccatis quibus forte fueris obnoxius exueris, quādo criminatores tam leni animo feres, q̄ pharisæum tulerit publicanus obtrectantē. Accidit et quòd animum ad sapientiæ studium exercendo instituis, & laudem tibi omniū consensu cōparas non mediocrem, erisq; quauis obiecto rum criminū suspicione solutus. Quòd si in nominis tui detractores uindicandū censueris, facilè id, abundeq; sequetur, quando uel pro maledictis supplicium sumpturus est deus, eritq; illi tua uel ante id supplicij tempus in perniciem tolerantia. Nihil enim adeò maledictos mordet frænatęq;, q̄ illatæ contumeliæ contemptus. nam quemadmodum tot bona ex ipsa sapientia emanant, ita ex ipsa animi pusillanimitate pleraq; mala contingunt: siquidem & ipsi ignominia notamur, uidebimurq; spectantibus ceteris delati criminis non expertes, animumq; indignatione opplebimus, & hoste iucunditate affecto, deum irritabimus,
C superinducemusq; erratis pristinis noua delicta. Quæ omnia cū ita se habere intelligamus, euitemus impatientiæ præcipitium, nosq; ad ipsius tolerantiæ portum cōferamus, ut hic nostris animis pro Christi pollicitationibus, quiete inuenta, eiusdem cum dono & gratia, cum benignitate & clementia bona æterna consequamur.

QVOD NVLLA RESIDEAT APVD nos uitiorum malorum memoria, sermo. Incerto interprete.

O ipsi proximè ad perditionem accedimus
e & interitum, quia cum antehac florenti & iuuenili ætate fuissemus, nunc consenuimus. Quocirca eradenda erit eiusmodi à nobis senectus ois, quæ etsi lauacro deleri nequeat, poterit pœnitentia obliterari, Excutiendum inquam quicquid in nobis resederit uetustatis, rugæ insuper omnes & maculæ, ac labes abluendæ: nosq; ita excolendi ornandiq; erimus, ut nostri decoris, & cultus desiderio uel princeps ipse, & dominus capiatur. Licebit præterea nobis, uel si ad ultimam quandā sit deformitarem peruentum, eam pulchritudinē recuperare, cuius & Dā- D
uid meminit, Desiderabit rex decorem tuū, audi filia *Psa.44.c*
& uide, & obliuiscere populi tui, & domū patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Atqui obliuio nihil cuiquam parit quod maneat ornamenti: decorē equidem animæ dixerim, obliuionem uerò commissi & errati. Hæc sanè Dauid ecclesiam ex gentibus cō fectam appellans, disserit: & commonefacit ne maiorum suorum ritus, qui idolis immolassent, recordetur, cui ecclesiæ cum ex huiuscemodi esset hominum genere cōgesta, non solū pristina sacrificia interdicit: quin, qd maius est, ne uel animo ipso admittat, prohibet. quod & alio loco sic dicit, Ne meminerim no- *Ibid.15.b*
minum eorum in labijs meis. & rursum, Ne loquatur *Ibid.16.b*
os meū opera hominum. Dicet aliquis, nōne uirtutis eximiæ loco habenda est hæc taciturnitas? eximiæ quidem, nō tamen adeò, ut æquari cū delicti obliuio ne queat: nec enim solū propheta opera hominum haudquaquam fore explicanda inquit, quin ne recordatione quidem, aut memoria repetenda. Vnde conIectare licet q̄ longo uelit nos à nequitia interuallo
abesse, cuius qui haud meminerit, nec cogitatū in ea E
uiget: qui aūt cogitatione uacabit eiusmodi, & sermone uacet necesse est: si taciturnus, actione carebit & opere. Vides quibus nos uijs, quibus uel interuallis à rebus superuacaneis seiūgat? Erit itaq; nobis prophe ta ipse audiendus, & ita, ut nulla resideat apud nos uitiorum aut malorum memoria, non tamen eorum q̄ ipsi delinquimus tollendam esse dixerim recordationem. Quippe cōmemora, inquit deus, prior ipse tua *Esa.43.d*
facinora, sic horū nihil ultrà meminerim. Quorsum hæc? Nulla sit amplius pristinæ rapacitatis recordatio, quin restituenda sunt per nos fraude subtracta: id enim sonat nequitiam obliuioni mādare, & fumaces cogitatus tollendi, & ita ut de cætero nunquam animo admittantur, insuper & errata obliteranda. Quæret aliquis, quónam pacto assequi hanc nequitiæ obliuionem poterimus? Nempe ex diuinorū bonorum repetita memoria: si deum continuò meminerimus, haudquaquam licebit praua rerordatione repetere. Si enim, inquit, in cubili fuerim tui memor, *Psa.62.b*
matutino essem de te meditatus. Nam si semper est F
deus memoria complectendus, tunc tamen id maximè agimus, cùm animus & cogitatio in otio uersantur, cū eiusmodi recordatione seipsum quis increpat aut damnat, & in eadem longius commemoratione perseuerat: curæ siquidem interdiu, & animi perturbationes omnem de deo cogitatum & intercipiunt & propellunt: noctu uerò cùm tranquilla est mens, & quietior cùm in portu residet, & placida uersatur in aura, facilè dei poterit reminisci. Inquit enim, Quæ di *Psal.4.b*
citis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris cōpungimini: qua recordatione ne interdiu quidem uacandum est: sed quoniam hoc uel maximè tempore uitę huius actiones, & negotia curæ sunt potius, uel saltē sit in cubiculo dei memoria matutino, sit nostra in eo meditatio: Ita fiet ut si noctu deum precando uotis & precibus recōciliemus, securè admodum, ac tutò aggredi quæ peragēda interdiu fuerint, possimus: sic neminem nobis habebimus aduersantē, quin uiperam ipsam si obsistat nihili faciemus, cùm deum habebimus placatum. Porrò bellum in foro geritur, possunt quippe quæ indies afferuntur pro pugna & contentione uel quauis procella haberi, ideoq; & armis est opus: sint autem nobis pro armis his firmio-

Gribus preces. Secundò opus est uento, cuncta etiam perdiscenda, ut diurna hæc & lógiora spacia sine naufragio & uulnere transigantur. Quammulti quotidie scopuli offeruntur, ad quos elisa nauis sæpe demergitur, & eò magis matutino nobis orandum est tempore ac noctu. Olympiæ ludos nostrum persæpe spectauere plerique, nec solùm sunt spectantium officio functi, quin fauore & laudibus certatores sunt prosecuti, & ita, ut uariè sentientium diuersa etiam fuerit uel laus, uel admiratio. Nec nos fugit præcones per id omne certaminis tempus diem noctémq; uniuersam aliud nihil eniti, nihil curare cogitatione & studio contendere, nisi ut certaturi magno aio in agone prodeant: qui uero certatoribus ipsis adsistũt, buccinatorem nil aliud monent, nisi ut fileat, ne spiritu fortè & uoce attritus risum præbeat audientibus. Si igitur apud eos, qui humanum certamẽ sunt inituri tantum curæ impenditur, longè magis nobis, qbus omnis hæc uita certamẽ est prospicere rebus sedulò conueniet, easq; cogitatione & diligentia præuenire. Erũt
H itaque nobis & noctes ducendæ insomnes, & curandum quo pacto dies omnis sine illusione transigatur, cuperémque uel sola nobis esset illusio ex his obuentura. Verùm qui cœleste illud certamẽ proponit, patri ad dexteram adsidet, attenditque siquid uel ipsi absonum uel inconcinnum obtulerimus: neq; enim factorum modò, quin & dictorum futurus est iudex, eóque erit inuigilandum. Sumus nanque & ipsi fautores habituri, siquidem uel nobis singulis adsistunt angeli, nos uero stertendo noctes ducimus: essétque utinam hæc duntaxat nobis dormitandi cura, nec sceleratè agerent nonnulli: nam reptant plurimi terrenis rebus addicti, quando domiciliũ in lupanar conuertunt, cùm scorta inducunt, sic se habent plerique: nulla enim est his relicti alicuius ineundi certaminis meditatio. quammulti etiam petulantiæ & scurrilitati incumbunt, tumultuantur nonnulli, alij prauè agendo & noctes uigilãt, agúntque longè deterius, quàm qui somnolentia opprimuntur, cùm dolos nectunt: usuras præterea nonnulli computant, alij curis franguntur, libentiúsque se ad alia conferunt quàm ea
I quæ occeptum agonem doceant, aggrediãtur. Quocirca nos equidẽ hortari uelim, reliqs omissis, unum illud spectemus, ut propositam uincentibus palmam adipiscamur, coronáque obducti, obnixè omnia facitemus, ut bona illa quæ nobis sunt in præmiũ exposita, consequi ualeamus.

Ro 13. d et Gala. 5 c

CARNIS CONCVPISCENTIAS NE *sectemur, quæ generant mortem. sermo Incerto interprete.*

Xcitatus è somno ipsum te ĩdue, indutus mo
e rigerum corpus redde, ac ductu facile: id. n. prætendit qui concupiscentiæ gratia carnem asserit nulli esse curæ habendam. Nam quemadmodum nec potum uetuit, sed ebrietatem interdixit: nec nuptias respuit, sed incontinentiam improbauit: ita & carnis habendam esse rationem nõ negat, sed prodeuntes ex ea cupiditates, id est necessitatis excessum interpellat. Quòd autem carnis curam habendam esse Paulus affirmet, audi quemadmodum his uerbis Timotheum commonefaciat: Vino modico utere propter stomachum, & tuos frequentes languores. Nec secus hoc loco carni ad sanitatem uult, non
1. Tim. 5 d

ad luxum, & intemperantiam prouideri: aliter. n. nec K
dici prouidentia posset, si per eam aut flammam succenderes, aut ignis caminum tibi redderes grauiorẽ. Vt autem clarius perdiscatis quid sit ad carnis concupiscentias & desideria prouidentia, & quemadmodum illa possint euitari, opulentos animaduertite, & & uentri deditos, abundantiq; uestium ornatu exultos, uel delicijs immersos, & eos qui uitam per luxũ & incontinentiam ducunt. Attendite, sic uobis, quæ dixerim, facilè innotescent: hi enim hæc non ad bonam corporis ualetudinem factitant, sed ut prosilire leuius possint, & Venerem incitare. Verùm qui Christum induerit, delicijs uniuersis eiusmodi interciſis, id solùm curat, ut corpori æquam pariat ualetudinem, pro qua uel sola consequenda carnis cura habenda est, neq; id ultrà aliquid appetendum. Incumbendum præterea erit omni nisu spiritalibus rebus, hoc pacto, nullis eiusmodi & uarijs libidinib⁹ grauatus, excitari hac tua somnolentia poteris. Somnus. n. præsens est uita, nil prorsus ab insomnijs aliena. Nam quemadmodum somno pressi, pleraq; & superuacanea & frustra loquuntur, uidentq; persæpe nil sanum: L
ita & nos deteriora his pleraq; spectamus, siquidem qui indecota & turpia gesserit, eademq; illa obuersari sibi per uisum conspexerit, mox somno expergefactus, turpi & indecoro aspectu liberatur. & pœna quam pro scelere meruisset: quod aliter nobis euenire solet, quibus ob ignauiam ac socordiam ignominia atq; supplicia perpetua sunt. Item & qui per quietem somniando discessunt, ubi dies illuxit, inanes & diuitijs uacui arguuntur: captos uerò dum uiuitur, inerti somno plerunq;, necdum luce oborta, fallí posse compertum est, & ita ut breui eorum insomnia euanescant. Excutiamus itaq; pernicioſum hunc somnum: nam si dormitando nos dies deprehenderit, mors inde perpetua exceptura est, quin etiam uel ante hunc diem hostibus erimus, siue hominibus siue dæmonibus captu faciliores: ita ut nemo sit eos à nostro interitu, si id facere libeat, prohibiturus: nam si plurimi nobis uigilum excubarent, non tantum fortè nobis periculi impenderet: uerùm cùm unus & item alter luminibus accensis, non secus atq; in profunda nocte dormitantibus reliquis, aduigilet, uel M
summa nobis est opus ad securitatem uigilantia, ne ea fortè subeamus, quibus mederi nequeat. Quæret aliquis, nónne impræsentiarum & excitati uidemur & uigiles? estis forsan ad hæc quæ dixerim irrisuri, dicam tamen. Sumus sanè omnes nocte media somnũ capescentibus aut stertentibus simillimi: siquidem facilè ostenderem, si posset incorporea hæc spectari substantia, uti plerosq; altè somno immersos, diabolus parietibus transfoſsis & iacentes iugulet, & diripiat quæ intus inuenerit, agatq; omnia ueluti in densissimis tenebris otio summo & facilitate. Quin potius quoniam cerni hæc oculis non possunt, rationibus subscribendo adstruamus: sic enim & conspicari licebit, quj hominum fuerint prauis cupiditatibus oppressi, quiue incontinentiæ & facinorum sopore spiritali prorsus luce extincta correpti. Quorsum hæc? quoniam multi nihil suo ordine captantes, quæ hìc prædicantur, haudquaquam aduertunt: quòd si me peruigil ipse & excitus mendacem deprehenderis, effare quæ hodie apud nos hoc loco aut dicta sint, aut gesta, ni fortè quemadmodum somnolentus aliquis solet spectare insomnia, prædicantem me audieris.

A audieris: quod equidem nec de uniuersis dictum uelim. Puto. n. complures fore quibus eorum quæ ipse dixerim, facilè sit renunciandi facultas, in eum dunta xat ea protulerim, qui fuerit his dictis obnoxius, frustraq; hunc locũ adierit. Dic mihi, qs hodierno die uel propheta uel apostolus nobis perlectus est? aut qbus de rebus uerba fecit? nihil habes qd respõdere queas: utpote ille sis ad quem somniantẽ uerba sint facta: eadem hæc & in mulieres dixerim, ineſt. n. & illis somnus plurimus, qui utinam dici somnus queat: siqdem somno captus nec mali qppiam, nec boni profatur. Verũ qui parem uobis uiuilantiam seruat, q̃ multa in eius capitis perniciem effundit: nam & usuras computabit, & rationem cõmodatæ pecuniæ cõponet, animoq; secum ipse uersabit turpes, ignominioſasq; tabernulas, eodéq; & senticeta interseret, iacto semine, nullo dato uel ad quietẽ, uel ad profectũ spacio, Sed surge tandẽ & sentibus hisce radicitus conuulsis, auaritiæ temulẽtiam excute, à qua iſtiusmodi somnolentia emanat: somnolentiã autem dixerim, non eã modo, quæ ex uino gignitur, uerũ & illam quæ cum ex
B uitæ huius curis, tũ uel eiusmodi sopore infertur. His itaq; non solũ locupletes & diuites, sed quibus res uel modicæ sunt & tenues, uelim esse admonitos, & eos maximè quos grata conuiuia delectant: non. n sunt illa pro cibo, uel animi remissione habenda, sed pro supplicio & tormẽtis. Quippe non indecens & indecorus sermo, sed grauis & moderatus & cibo expleri non frangi, in oblectamentis ducenda sunt. Quòd si his rebus aliquid ineſse uoluptatis existimaueris, affer mihi quã heri & uesperi ex his concœnationibus ceperis uoluptatem, nullam habes, deinde & quæ illam assequãtur noxia. Sitq; mihi interea de noluptate, quę statim deflaccet & fluit, disceptatio: simulac enim missum conuiuium fuerit, euolat omnis ex eo cœpta iucunditas: cũq; & uomitus capitisq; grauedines, & languores ĩnumeros animiq; capturam & illecebras cõmemorauerim, quid ipse ad hæc respondebis? nec enim decet per pauptatis occasionẽ agere impudenter. Hæc autem dixerim, non ut omnino negem conueniendum inter nos esse nõnunquam, & concœnandum: sed ut inhonesta & turpia interdicam, cupiamq; luxum in cibum conuerti, qui dolore, temulẽtia & lasciuia careat, utq; uel gentes intelligant Christianos
C nosse modum delicijs facere. i. modestẽ & temperanter his uti. Exultate, propheta inquit, domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? hymnos. ſ. pronũciare, orare, & psalmos pro seruilibus illis cãtionibus inducere. Hoc pacto Christus & mensę aderit, dapes benedictione complebit, cùm preces ad eum fuderis, cùm spiritu decantabis, cùm egenos ad uictus communionem conuocaueris, conuiuiisq; modũ & temperantiam adhibebis: sic ex triclinio dei domum effeceris, proq; immoderatis & intempestiuis clamoribus hisce & plausibus dominum extuleris. Neq; id dixeris, extare hoc tempore alias conuiuandi leges, qn potius corrigenda per te erunt, quæ se haud rectè habuerint. Si enim, Paulus inqt, cibum sumitis aut potum, seu aliud quodcunq; agitis, omnia in dei laudem facitote. Solent nanq; ex iſtiusmodi epulis, tum turpia nobis desideria, tum omnis lasciuia obuenire. Insuper & uxores despectui esse, & scorta magnifieri, unde & familiæ desolatio & mala innumera consequuntur, feruntúrq; omnia temerè: omisso nanq; fonte purissimo ad cœnosum canale illud & lutulentum decurrit.

Psal. 2. c

1. Co. 10 g

Tomus quintus.

Quòd autem cœnum sit, incestæ & prostitutæ fœmi D
næ corpus, te præter rogabo neminem, qui eo quoad fueris obuolutus, quantũ te eius rei pudeat, quãtum etiam post delictum immũdum te & sordidatum ducas, non ignores. Idcirco fugite obsecro adulterium. eiusq; uel procreatricem temulentiam. Quid semen iacis, unde nihil es demessurus? quin etiam si messem feceris, ad ignominiam tibi nec mediocrẽ futurus est fructus: siquidem ex adulterio nascitur, & tibi dedecus & sibi iniuriam parit, nothus effectus & degener, adeo ut si uel amplo per te relicto patrimonio abundet, tum domi & urbicis actionibus, tum in foro iudiciario ex adultera uel serua nat⁹ honore carebit. Quo item ipse uel uiuens, uel mortuus priuabere: si. n. mortem obieris, extabũt tibi ad ignominiam monumenta. Quid igitur omnia turpitudine comples? quid seris, ubi tellus celerrimè consumptura est fructũ, ubi sterilitas plurima, ubi & interitus genituram præuenit? nec satis habes mulierem adulterasse, nisi eãdem uiri cæde obstrinxeris. Vidésne ergo ex temulentia luxuriam, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium ortũ iri, quin uel homicidio ipso deterius? Non enim impræsentiarum succurrit, quo id sceleris nomi E
ne queam explicare, quando non ex se genitum enecat, sed generãdi intercipit causam. Quid igitur dei uituperas beneficiũ? quid eius leges oppugnas? qd pro benedicto execrationem sectaris, & gignendi illud receptaculum, necis conditorium facis: & fœminã quæ est ad liberos procreandos tradita, ad necẽ reddis parationem? quando illa ut concupita magis, uel amatoribus usui sit, uel argenti plusculũ exugat, neq; imperata facere abnuit, ingens sanè in caput tuũ congestura incendium. Nam si & illi id facinus adscribatur, eius tamen te ipse authorem præbes: hinc postmodũ idolorum seruitus emanat, cũ pleræq;, ut magis adamentur, & carmina machinentur, & uina sacrificijs fundunt, & amatoria medicamenta & alia nõnulla componunt. Cum hac tamen ac tanta rerum colluuione & fœditate his cędibus, hac dæmoniaca seruitute, q̃ multi sibi ad utilitatem cedere id negotij arbitrãtur, & hi maximè quibus uxores sunt: quod minus est ex abundanti malorum concursu tolerabile: mox etiam ueneficia non in adulteratam, sed in affectam iniurijs
F coniugem intentant: accedunt præterea insidiæ plurimæ, dæmonum inuocationes, desumptaq; ex mortuis uaticinia, quotidie dissensiones, & sine inducijs bella, & propinquorum discordiæ: eóq; cũ Paulus diceret: Non in cubilibus & lasciuijs, non in contentionibus & æmulatione supinduxit, præuidens & istiusmodi dissidijs & domos subuerti posse, & ingenuis liberis iniuriam inferri. Vt itaq; hæc euitare possimus, Christũ induamus, ut nobis ppetuo sit cũ eo manendum: hoc. n. induere id sonat, quasi nunquam sit ab eo deficiendũ, uideamúrq; undiq; prę nostra tum sanctimonia, tũ mansuetudine per eum cõplecti. Quod item dicere sæpe solemus, hic illius personam induit, ut amoris uehementiam, & animorum nũquam defuturam coniunctionem exprimamus: siquidem qui alium induerit, eum præfert cuius sibi personam induẽdam præsumpsit. Fiat itaq; palã Christum nos undiq; fuisse complexũ: quod utiq; fiet, si eius fuerimus & mores imitati & uitã. quorsum hęc? Filius, inquit, hominis non habet ubi caput reclinet. hunc ipse uel Lucæ. 9. g
hac in re imitare: nã si illi cib⁹ erat sumẽdus, pane hordei uescebatur: si iter suscipiendum, nulli aderant ad

Re. 13. d

Induere Christũ, quid.

M

Quecturam equi, aut iumenta, quin tãtum pedibus incedebat, ut laſsitudine afficeretur: ſi quieſcendũ, nauiculæ prorã pro puluinis habebat: ſi recũbendum, herbidis cãpis reſidendum iniunxit. Vtebatur præterea uilioribus indumentis, & ſolus plerunq; nemine ſubſequente diuerſabatur: unde cũ & reliqua eius geſta quibus ſit initio cõtumelijs affectus, qd'uis in cruce perpeſſus didiceris, eadẽq; illa ſumpſeris ad imitandum, ſi carnis inq; curam nullam feceris ad concupiſcentiam, Chriſtum indues, cũ ea præſertim nihil habeat in ſe uoluptatis. Pariunt.n. eiuſmodi deſideria acerbiores quaſdã de ſe libidines: quę ut expleri nunquam poſſunt, ſic & acriora ſupplicia inferunt. nam quemadmodum qui ſiti aſsidua uexatur, uel infinitis ſibi ad potum expoſitis fontibus, nihil ex his capiet utilitatis, cũ nequeat primũ, quo laborat morbũ reſtinguere: ſic contra, qui in deſideriis uixerit, ſi oĩa ad neceſsitatem metiatur, hoc nunq; erit ſitis ardore affectus: qn procul à ſe temulentia eiuſmodi omnis & laſciuiæ euaneſcent. Tantũ igitur tibi erit cibi capeſſendum, quãto demi eſuries poſsit. His utere indumẽtis, quibus carnem obtegere queas: non ornare, ne id illi exitium ſit futurum: quæ ſi remolleſcere tuo permiſſu cœperit, bona eius offenſa ualetudine, nimia indulgentia diſſoluetur. Vt itaq; optimum habeas aiæ tuæ uehiculum, utq; tutius nauis rector gubernaculo inſideat, & miles facilè arma pertractet, curandum erit æquo moderamine agantur oĩa. Nec.n. multis abundare, ſed paucis indigere frugi hominem facit: ſiquidem diutiꝰ affluens, uel inoffenſus uereri omnia ſolet: qui uero minoribus erit fortunis iucundior, ſemper æquiori animo tolerabit iniurias, q̃ qui nullis fuerit affectus. Non itaq; illud erit appetendum, ne qua nobis moleſtia offeratur: quin potius eam inferre cupienti, id facere ne liceat optandũ: quod aſſequi aliun de non poſſumus, niſi cũ fuerimus, maioribus rebus parunfactis, neceſſarijs contenti.

VIRTVTIBVS PROGENITORVM NE *confidamus, neque uitijs eorum trepidemus, ſermo. Incerto interprete.*

1 Aulum & ipſi imitemur, deũq; pro ſuſcepta
p noſtri hac in uita cura laudibus efferamus, nil prorſus maiorum noſtrorũ confiſi uirtutibus: cui rei Iudæi argumento ſint, quibus cũ præter eam quæ ſpiritalis habetur, propinqtas nobis eſt iuncta: ita fit ut Scytha quiſpiam, pro Abrahæ filio duci poſsit, & Abrahę filius uel Scytha quouis magis credatur alienus. Nihil itaq; præclaris progenitorum facinoribus cõfidendum: quin uel ſi admirandum habeas genitorem, neq; id quidem exiſtimaueris futurum tibi, aut ſaluti ſatis aut gloriæ, niſi fueris & ipſe illi, & uita cõiunctus, & moribus: uti contra, ſi improbum fueris parẽtem nactus, nihil ex eo poſſe tibi uel ignominiæ, uel dedecoris obuenire, ſi te laudabiliter geſſeris. Quid enim eſſe gentibus ipſis deſpectius poteſt? fide tamen ſimul ac nobis conciliantur, & neceſſitudine iuncti ſunt, & ſanguine. Quid nobis Iudęis familiarius? uerũ eorum ſunt infidelitate alieni effecti: porrò propinquitas ipſa & naturalis eſt, & neceſſaria, qua omnes uidemur uinculo quodam conſanguinitatis connexi, quãdo ex Adam ducimus uniuerſi ortum: neque tamen tum Adæ, tum Noe, tum terræ ipſius, quæ omnium eſt parens, habita ratione alterutrum ſumus propinquiores, & magis proximi: uerũm dignior illa palmarum, & uictoriæ coniunctio uel ſola eſſe apparet, quibus ab improbis ſeiungimur. Quippe cũ nulla detur in terris certa propinquitas, niſi quę ex conuenientia morum conciliatur neq; fratres eos dixerim, qui eodem nobis fuerint uel partu, uel aluo progeniti, ſed qui religionem præſe, & fidem tulerint noſtram, non alienam: ſic & Chriſtus hos dei filios nuncupat: qui contra ſenſerint, dæmonũ. Sic inobedientiæ, & gehẽnæ, & perditionis filij appellantur: ſic inq;, & Timotheus initio Pauli filius aſſerebatur, cum Pauli ex ſorore nepos, quia prorſus inutilis, etſi natura propinquior, quod fuerit nomẽ ſortitus haudquaquam ſatis conſtet: ille uero non minus ſanguine ab eo diſtaret, q̃ loco, utpote qui Lyſtrenſis ciuis fuiſſet, alioquin ad Pauli ſupra omnes propinquitatem admittitur. Efficiamur itaq; & nos ſanctorũ filij, quinimmo dei ipſius. Quid autem ſit dei filios fieri, audi qd Chriſtus dixerit: Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter, qui in cœlis eſt. Idcirco inter precandum, patrẽ hunc appellamus, ut non ſolũ eius in nos gratiam, quin & uirtutes memoria repetamus, ne forte ea quippiã neceſsitudine indignum geſſerimus. Dicet aliquis, quonam pacto effici dei filij poſſumus? Is profecto effici poteſt, qui omni ſit uitio uacuus, quiue in laceſſentes ſe iniuria, manſuetudinem præſtet: ſic enim & pater tuus erga eos ſe geſsit, qui ſe maledictis inceſſerant: unde cũ nos multa & plurimis locis cõmoneſaciat, nuſquã id infert, eſtote patris ueſtri ſimiles, niſi cum diceret: Orate pro perſequẽtibus uos, benefacite uos odientibus. Illud etiam tanquam palmam adiecit: Nihil.n. nos deo tam proximos facit, quàm bene de inimicis mereri. eò & Paulus cũ dei nos imitatores ſieri oportere aſſerit, in eandẽ concedit ſniam. Quippe cũ neceſſariæ uirtutes ſint, & ea præcipuè quæ cũctarum eſt maxima pietas & manſuetudo: cumq; & nobis plurima opus clementia ſit, quotidie delinquentibus eandem in cæteros præſtemus neceſſe erit, cuius clementię uel exiguitas, uel magnitudo nõ donorum quãtitate, ſed exhibentis potentia, & rei familiaris neruis metitur. Idcirco neque opulentus efferatur, quòd multis: neq; pauper aĩo concidat, quòd paucis quempiam donet: ſiquidem locupletem pauper largitionibus plerunq; exceſsit, neq; ex modicis facultatibus miſerum ſe, aut infœlicem exiſtimet. ſolẽt enim res paruæ facere nos ad ſtipem erogandam promptiores: multiplex uero & abundans poſſeſsio, & bonorum fortunæ differentia, & rem familiarem augendi immoderata libido homines faciunt tenaciores: cuius diffidentiæ & cupiditatis tyrannide liberatur, qui pauca poſsidet, ita ut plures ei ad bene agendũ occaſiões offerantur: nã & carcerẽ adibit facilius, & ualetudine affectos reuiſet, & cyathũ porriget aquæ gelidioris: quæ procul dubio diues quiſpiã facere dedignabitur, utpote q̃ prę diuitijs intumeſcat. Nõ itaq; erit tibi ob inopiã deſperandũ, quando ob eã tibi uel cœli patebunt: quin ẽt ſi nil habeas, aio tamen fueris clementiori: merces te uel ex eo manebit non exigua. Ea propter & Paulus flendũ eſſe cũ flentibus, & uinctis conuinciri oportere iniunxit. Non.n. ſemel gemebundos & mœſtos, uerũ & reliquis calamitatibus circunuentos, multorũ fletus & dolor nõnullam in partem ſolatur & iuuat, adeo ut non minus perſæpe animis collapſi, uerbis q̃ pecunijs ſubleuentur: eóque & dei iuſſu pecuniæ egeſtatem patientibus erogantur, ut noſt

A ſolùm illorum leuetur inopia, ſed etiam nos ad proximorum mala cõmiſerandum inſtruat. Itaq; & auarus odibilis eſt, & inuiſus, quòd non ſolũ egenos cõtemnat, ſed quod inhumanitate deuincitur, & inopũ miſeria fœuiendo non pmulcetur: quẽadmodum cõtrà, qui pecuniã, inopẽ ſubleuando, aſpernatur oĩum iudicatur amore digniſsimus, quòd ſe miſericordem præſtiterit, & humanũ. Deus pterea pios, & clemẽtes non eos ſolũ qui egenum pecunijs inuenerint, uerũ & qui aĩo fuerint ad cõmiſerationem facili, extollit ac beat. Exhibeamus itaq; iſtiuſmodi ad miſerandum prõptitudinẽ, hoc pacto nos & reliqua bona conſequẽtur. Nam qui mente fuerit ad pietatẽ procliuior, uel quibus affluet, pecunias fundet: ſi calamitatibus quempiã uiderit affligi, congemiſcet: ſi oppreſſum iri, illico aderit: ſi diuexari, manũ porriget: utpote qui ſit bonorũ oĩum theſaurum conſecutus, mentem. ſ. clementem ac piam, è qua ſcaturire oĩa conſtat, quæ ad proximi faciant utilitatem, ita ut in poſterũ ſit prę
B mius, animus nobis erit tum ad humanitatem, tum ad manſuetudinem diſponendus: ita fiet, ut quandiu in hac uita eſſe licebit, & benefactis abundemus, & palma deinceps nobis ſeruata fruamur.

CONTRA DESPERATIONEM *& ſuperbiam ſermo. Incerto interprete.*

S Iquis natura in mentis ualetudinem incide-
rit culpa uacabit: qui uerò eam ultro incurrit, & uenia priuatur, & ſupplicio quodam maiori afficietur: cuiuſmodi ſunt qui pro comparata ſapientia elati, plurimum ſibi prudentiæ arrogant, & in deſperationem quandam collabuntur extremam: ſiquidem nulla re magis q̃ deſperatione ipſa deſipimus: idcirco & propheta dæmonum principem barbarum illum iſtiuſmodi uerbis appellat: Stultus autem ſtulta loquetur. Vtq; eius inſipientiam ſuis ex dictis perdiſcas: audi quid ille dicẽdo iactet: Super aſtra cœli ponam thronum meum, & ero altiſsimo ſimilis: comprehendam manu tanquam nidulum terrarum orbem, tollámque quaſi oua derelicta. Quibus dictis quid dici poteſt inſulſius? quippe iactanter prolata, uel ſingula ſapere mox impudentiam uidebuntur: nam ſi deſperantis uerba ſigillatim in mediũ produxerim, haud facilè cerneres utrum ſpe deſtituti ſint illa, an ſtultitiæ morbo laborantis, adeò utriſq; parẽ eſſe id uitium conſtat. Item & barbarus alius ita inquit: Deus ſum ego, non homo. Et rurſum alius: Nec enim poterit deus uos ſaluos reddere, nec à manibus meis eruere. Inſuper & Aegyptius ille Pharao: Non noui dominum, & Iſraelem non dimittam. Nec abſimilis ille apud prophetam inſipiens, qui ſecum in cor ſuum diceret: Non eſt deus. Et Cain: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Quocirca non facile erit internoſcere, utrum deſperantium dicta hæc fuerint, an mentis ægritudine affectorum: ſiquidem aponia, id eſt deſperatio, ea ſit, quæ cùm nec modum, nec æquabilitatem teneat, tum quòd procul mente ſit, denominationem accepit: hęc enim homines ſtolidos reddit, & inſolentes facit. Nam ut ſapientiæ initium dei eſt timor, ita & inſipientiæ, eiuſdem ignoratio. Si ergo dei cognitio pro ſapientia habetur, nil dubium quin ipſius ignoratio ſtultitia ſit, quæ utiq; ex ſuperbia oritur, cuius principium eſt deum nõ noſſe: erit ergo ſu-

Esa.32.d *Ibi.14.d* *Ose.11.d* *2.Par.32.d* *Exod.5.a* *Psal.13.& 52.a* *Gen.4.b* *Psal.110.b*

perbia extrema quædam dementia: talem ſe Nabal exhibuit, etſi non in deum, erga hominem tamen: ex deſperatione nanq; uæſanus factus, timore demum conſumptus eſt: ſimulac.n. quiſpiã ſapiẽtiæ modo excideriſ, formidoloſus ſimul & audax animo ipſo debilitato, efficitur. Quẽadmodum enim corpus hoc noſtrum æquo temperamento amiſſo, & malæ complexionis effectũ, facilè omnibus morbis corripitur: ita & animus cũ inſoleſcere cœperit, & contrahi humilitate deſierit, habitudine alia quadam excepta, debilitatem, formidinem, audaciam, ſimul & dementiam incurrit, nec ſui demum compos efficitur, aut gnarus: qui uerò ſeipſum ignorat, quo pacto q̃ ſupra ipſum fuerint intelliget? is ſanè haud aliter ſe habebit, quàm ſolet aliquis phreneſi interceptus, qui ſuipſius nullã habeat notionem, neq; ea quæ ſibi pedibus adiaceant, dignoſcat. Item & oculus cũ caligare cœperit, & reliqua membra obtenebrat, quod certè deſperanti ſolet accidere: idcirco & qui eiuſmodi deſperatione ducuntur, & furẽtibus ſunt infeliciores habendi, & qui natura deſipiunt miſeriores: nã riſum æquè atq; hi cæteris mouent, & minus placent, & modo ſimili efferuntur, cùm haud parẽ ſibi cum ſtolidis ueniã pariant, & omnibus ſunt inuiſi: ita fit ut cùm eodem penè morbo agitentur utriq;, cõmiſeratione tamen non æquè priuentur: ſiquidem non ſolùm ex dictis, uerùm ex geſtu, & corporis motu ridiculi ſint. Quid.n. dic mihi, ceruicem extendis? quid ſummis incedis unguiculis? quid attollis ſupercilia? quid pectus tumidum geris? capillo tibi nec licet albeſcenti nigredinem indere, uel nigro candorem, deinde uti rerum potitus aerem uolitando oberras, cupidior fortè uel alas tibi adnaſci, ne terram deſuper pedibus incedas: forſan etiam commutari uel in monſtrum cupieris, cũ nondum monſtrum effectus: & homo cũ ſis uolatũ tentas, quin potius corde ſublatus, omni ex parte intumeſcis. Quo ergo te nomine appellauerim, ut hac te queam deſperatione eximere: ſi cinerem te aut ſumum, ſeu puluerem dixerim, tenuitatem exprimã: figuram tamen aut ſimilitudinem, quod equidẽ maluiſſem, haud ſatis attigerim: uellem enim inanem tu morẽ illum omnem depromere. Quam igitur excogitauerim quæ his congruere poſsit imaginem? Mihi certè poſſe uidetur, horum hominum tumiditatem cum ſtuppa aliqua flãmeſcenti conferri, quãdo poſt incendium mox illa inflatur & ſurgit, poſtmodum leuiori quodam manuũ tactu diſſoluitur omnis in cineres tenuiſsimos: eiuſmodi ſunt iſtorum animi, quorum tumores & inflatos ſpiritus, quiuis fortuitus & aduerſus caſus cõprimere poterit, ac diſturbare. Eſt enim neceſſe eum qui deſperatione tenetur, debilem eſſe & infirmum. Siquidẽ elatio illa & celſitudo non ſatis conſtant ualetudine integra, ſed quẽadmodum in aquis ampullæ ſolent, facilè diſſoluuntur: ita & iſtiuſmodi homines intereunt leuius: quòd ſi nullam fortè his dictis adhibendam eſſe fidem cenſueris, da audacem, da deſperantem, cernes ſanè lapſo quouis & proſtrato, nec magno tamen in diſcrimine timidiorem. Nam quemadmodum ex aridioribus uirgultis flamma uix dum ſuſcitata in cineres collabi ſolet: ex ſolidis uerò & firmioribus natura lignis haud facilè ignis ſuccendi poteſt: ſuccenſus uerò excitatam diu continet flammam: ſic & animi qui perfectiores fuerint & ſtabiles haudquaquam uel ſuccenduntur facilè uel reſtinguuntur: quæ duo abiecti

G homines,& ad desperationem proni, eodem tempo
ris puncto patiuntur. Hæc & si ita se habere intelligamus humilitati operam demus,quę quoniam potentissima est, & duritie lapides uincit, & tutiores nos reddet, q̃ ullæ possent aut turres aut parietes tutari, quando dæmonum & machinas superat & dolos. Contrà uerò,desperatio ipsa & captu nos faciles uolenti cuiq; efficit,& frangitur,ut diximus,non absimili facilitate,qua uel ampulla in aquis scinditur, & aranea celerius uel fumo dissoluitur. Vt itaq; nobis superiori sit lapide gradiendum, desperatione omissa humilitatem sectemur: hoc pacto quiete dum uinitur inuenta, bonis in posterum fruemur sempiternis.

NE DESPEREMVS SI IN BENE *operando tardi fuimus, sermo. Incerto Interprete.*

Emo desperet si per otium & inertiam plurimum temporis fuerit transactum, quando uel paruo tantũ cuiq; compẽsare liceat operando, quantùm neq; omni superiori tempore factitare potuisset: si is qui Christi fidem antea nunq̃ attigisset, principio statim tam clarus euasit, lõgè magis & hi qui eam iam sint pridem consecuti. Quare cum quiuis præteriti temporis iacturam tam breui sarciri posse intelligat,segniorem se nihil præstet. Est.n.futurum omne incertum, diesq; domini non secus ac fur quispiam, dormitãtibus nobis inopinatò incumbit: uigilantibus uerò nihil obsistit, neq; abducet imparatos, neq; excitos & abstinentes aggredietur, ut prædo: quin uti regius nũcius euocabit,ad bona illa nobis longè antea parata: quòd si fuerimus fortè sopore capti,quamprimùm inuadet. Nemo itaq; obdormiscat, nemo uel hebetior fiat, uel tardior ad uirtutem: id.n.dici somnolentia potest. Nũ estis nescij dormientibus nobis nihil esse in tuto,facileq; insidiatum iri posse: uigilantibus uerò haud opus esse custodia: soporatis autem & somno captis, uel multis sæpe dispositis excubijs pereundum fore, & ita ut neq; portis,neq; uectibus,aut custodibus ullis prohibere prædonum irruptionem possimus? Quorsum hæc? ut intelligatis si uigilantiam præstiterimus, fore ut nulla aliorum ope indigeamus: si uerò somno erimus oppressi, neq; aliena quidem uel magna subsidia nobis esse aliquid ad tutelam ualitura. Sanctorum uirorum fieri orationum participem optimũ est, tum tamen cùm boni aliquid & ipsi factitamus. Dicet aliquis,si ipse in officiosa aliqua actione sum,quid alienis precibus opus habeo? Neq; n.te uelim egẽtem aliena ope efficias: uerùm si bonæ mẽtis erimus compotes,hac re indigere nos existimabimus: si quidem Paulus nunquam se aliorum uotis carere dixerit, tametsi oratores illi haudquaq̃ digni uiderentur pro se precari,neq; sibi aliquo modo pares. At tu,quid mihi,inqes, aliorum precibus opus est? quas neq; Petrus ipse repudiarit. Si quidem oratio,ait, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deũ pro eo: tu uerò illã paruiducis, quinimmo eò magis opus habes, quò minus existimas te indigere. nam si Pauli fores simillimus, esset tibi uel aliena oratio necessaria: noli te efferre,ne humilis fias. Itaq; quod antè dixeram, uel uos bonum operantes iuuant plurimum alienæ preces, audi & Paulum hoc pacto dicentem: Scio autem quòd hoc mihi cedet pro uestris precibus & permissione spiritus Iesu Christi, ad salutem. & rursum: Vt ex multorum persona ob donum, quod in me est collatum, à multis pro me gratię referantur: tu uerò rursum,quid opus precibus habeo alienis? quòd si in otio erimus, nemo profectò nobis orando aliquid poterit utilitatis afferre. Quid.n.Iudæos iuuit Hieremias? nónne tertiò deum audiuit, tertioq; ne pro eo populo oraret prohibitus est? non enim,inquit deus, te exaudiam. Quid Saulem Samuel? nónne pro eo ad ultimum usq; diem præter preces & lachrymas fudit? Quid prærerea idem ille Israelitis profuit cùm diceret: Mihi autem absit peccatum subire, ut desinam pro uobis orare? nónne omnes interibant? Dicet quispiam, ergo nihil prosunt orationes? quinimmo & iuuant plurimum, sed tum cùm aliquid & nos boni peragimus: nam operantibus nobis cooperantur & iuuant: cooperator.n.qs & adiumento est agitanti aliquid: quòd si deses manebis & otiosus, nihil magnæ utilitatis consequere: nam si quirent aliorum preces desides nos & pigros subleuare ad cœlos, quid impedit quò minus & ipsi gentiles omnes Christi fidem consequantur? nónne pro uniuerso terrarum orbe oramus? Nónne & illud idem Paulus faciebat? nónne & reliquos precando petimus saluos fieri & conuerti ad deum? Cur etiam ex improbis boni efficiuntur? si nihil ex se ut existimatis orationes eiusmodi conferunt utilitatis, quæ proculdubio magnum in modum conducunt, si ipsi nobis pro uitibus opis aliquid attulerimus. Quòd si uolueris,quantum commoditatis afferant huiusce modi preces edoceri,animaduette Cornelium & Tabitham illam: audi & Iacob ad Laban dicentem: Nisi deus patris mei Abraham & timor Isaac mihi obfuisset, nunc me uacuum dimisisses: audi rursum & deum ipsum hoc pacto dicentem: Defendat autem ciuitatem hanc me propter, & Dauid serui mei gratia. Verùm quo tempore hæc deus locutus est, nisi Ezechiæ uerè iusti? nam & si eandem uim orationes in improbos & sceleratos haberent, cur deus ijsdem illis non usus est uerbis,cùm Nabuchodonosor ciuitati illi exercitum hostiliter admouisset, sed potius hostibus tradidit diripiendam, quoniam maxima in ea creuisset nequitia? Orauit enim iteratò Samuel idem pro Israelitis,& effectus est uoti compos: tum tamen cùm illi essent deo accepti, eóque de hostibus uictoriam retulerunt. Dicet rursum quispiam, quid mihi aliena comprocatione opus est,si ipse deo morem gessero? caue heus tu ne id amplius dixeris: quinimmo opus illa est, & maximè opus: audi quippe deum de amicis Iob hoc pacto loquentem: Et orabit, inquit, pro uobis, & relinquetur uobis peccatum: qui etsi peccassent, non tamen erant grauiori scelere obstricti: iustus uero ille, qui amicis orando saluti fuit,& Iudæorum tempore claruit,nequiuit tamen eosdem perdendos tutari, ac saluos reddere. Quod ut intelligas, audi deum per prophetam loquentem: Si adstiterint Noe, Iob & Daniel, non liberabunt filios suos & filias, quoniam superabundauit malitia. & rursum, Si steterit Moses & Samuel, inquit, neq; id assequentur. Aduerte autem quo pacto illud duobus prophetis fuerit renunciatum, qui pro Iudæis ambo comprecati, nihil sunt pro uoto, consecuti. Ezechiel etiam: Heu mihi, inquit, domine, perdes tu reliquias Israel? deinde ut ostendat se deus iustè id facere, aperuit huic & Iudæorum errata: insuper palàm facit non ea propter quòd se paruifaceret, eius

preces

Somnolentia.

preces non fuisse admissas: satis, inquiens, hæc tibi ad persuasionem ualeant, nõ ut nulla tui apud me ratio cõsteret, orationes tuas minus fuisse exauditas, qn pro innumeris istorũ erratis, pro quibus sis ipse deprecatus. Nec immerito talia Ezechielẽ affatur: fuerat.n.is pleraq; passus. Dixisti, inqt, mihi pro foribus cibũ caperem, & cepi: imperasti sup alterum latus qescerem, & quieui: mandasti per foramen delatus exirẽ, & exiui: sustulisti uxorem, & iniunxisti ne flerem, nec fleui: quin tuli uiriliter, & alia complura Iudæorũ gratia feci: nunc uero pro eis orantẽ non audis? Quid deus? Nequaq̃: non.n.te paruifaciens id ago, sed si Iob, uel Daniel ipse pro filijs Israel orauerint, non exaudiã. Ad Hieremiã uero, qui in exequendis dei mãdatis, etsi minora perpessus, multa tamẽ ob illorũ improbitatem sustinuerit, quid deus dicat, intellige. Non uides quæ isti faciunt? Huic ita esse affirmanti, petẽtiq; se propter illis uenia concederetur, his uerbis respondet: Si adsterit Iob & Samuel ipse, non parcã. Primus insuper legislator, qui Iudæos frequentius liberauit, dicens: Si dimiseris eis peccatũ, dimitte: sin autem, & me tolle: si hoc tempore superesset, eadẽq; illa dictitãs flagitaret, proculdubio non impetraret, quin ẽt si Samuel ipse, qui rursum eos seruauit, & ab ineũte ætate omnibus fuit admirationi, idem exposceret, haudquaq̃ assequeretur. Quod equidẽ mirum admodum uideri debet, cum de Mose dictum illud fuisse constet: hunc deus quemadmodũ ad amicum beneuolus, nullis ænigmatibus, aut fucatis uerbis alloquebatur. Item de Samuele & illud, in primæua sibi apparuit ætate, & occlusa uaticinia aperuit: Erat.n.inquit, preciosum uerbum, neq; erat uisio distinguẽs. Quocirca uel si hi omnes deo corã orantes adstiterint, nihil proficient: neq; Noe de quo ita loqtur deus, iustus & perfectus in generatione sua: neq; Iob qui integer & iustus & uerax, ac dei cultor est appellatus: nec Daniel ipse qui etiam pro deo habitus est, eorũ filios aut filias liberabunt. Hæc itaq; cũ ita esse intelligamus, sanctorũ preces minus erunt per nos negligendæ: neq; illis prorsus confidendum, ne fortè his siti, inerti otio torpeamus, quorum altero uerendũ est, ne segniores reddamur, & frustra patiamur insidias: alterò, ne è maximo lucro excidamus, quinimo hortemur cæteros pro nobis orẽt, & manus porrigant: nos uero ad uirtutem omni conatu nitamur, ut futura illa consequamur bona, quæ deum colentibus statuta ac proposita sunt.

Ibid.4.a

Exec.14.d

Exo.32.g

Ibid.33.c

1.Re.3.a

Gen.6.b

Iob.1.& 2.a

DE NVLLA REGNI SPE, VEL HONORIS, *sed amore, & charitate ingenti, sermo. Incerto interprete.*

Vo tãdem ipsi digni supplicio iudicabimur? siquidem Paulus ob Christi, quo tenebatur desiderio, neq; cœlestia ipsa magnifaciebat, nos uero quæ uel cœno & luto uolutantur, Christo præferimus: cuius amore & gehennã ille adire, si fieri id necesse foret, percupit & cœlestis regni iacturã pati: nos uero à Pauli magnanimitate longo interuallo distantes, cũ neq; præsentia aspernemur, nec digni qui dem erimus, qui eius calceos attrectemus. Si quidem ille pro eius summa in Christum pietate & obseruantia nec cœli regiam pro regno ducit: nos uero eum, cuius opa & admirari uidemur & magnificare, quod quidem optarem, cõtemptui habemus: propositum nobis cœleste illud imperium prætereuntes, umbras

Phil.3.b

Ro.9.a

quotidie & insomnia consectamur, tametsi deus pro suo in nos amore & pietate, se nec secus gerat, q̃ solet indulgentissimus pater in liberos contumaces, qui cum eos uideat suæ assiduæ consuetudinis tædio affectos, alia quadam arte ad se pellicit. At nos cũ nullo Christi decenti amore teneamur, & si plerisque ut in officio detineat rebus obiectis, residere apud se haudquaquã toleramus, quin ad ineptias potius puriles transilimus, & ludos: quæ omnia Paulus nec mediocriter abhorrebat, quin uti ingenuus & liber filius genitoris amantissimus quærit se ulli assiduum dedere, cum eoq; & solo uersari: nec sui magnam habet in cæteris rationem, sed lõgè minorem q̃ filium deceat: non enim pari se quo & patrem honore dignatur, siquidem cũ patrem attendit, sua nihil putat, mauultq; cum patre in plagis & cruciatu uersari, quàm seiũctus in delicijs esse. Idcirco non possum non uehementer Paulum admirari, qui solus ob Christi gratiam tulerit omnia, nulla regni spe, uel honoris: sed amore duntaxat, & charitate ingenti, cũ plerique hominum eiusdem gratia ne pecunias quidem contempserint: neq; enim nos uel Christus ipse, uel eius opera, à terrenis his rebus retraxerit, quin uti uipera & sues, uel reliqua id genus animantia solent, cœno obuoluimur. Quid enim ipsi his feris bestijs uidemur pstare, quibus cum tam multa pateant exemplorum plena, & imitatione digna, haudquaquam intermittimus inferiora hæc suspicere & admirari, cùm ne ad breue quidem spectare superiora toleramus: præsertim cùm nostri gratia filium deus demiserit cœlitus, cui nec panem ipse impartiris, quando pro te fuerit oblatus, & morte affectus, pater nec proprio filio te propter indulsit? Hunc ipse inedia maceratum paruifacis, cũ tibi sit eius ope uiuendum: quid hac fieri contumelia potest deterius? Tui ille ob gratiam proditus, te propter occisus, famelicus pro te diuagatur: uel è suo aliqd huic impartire, ut in tuam id utilitatẽ cedat, nec frustra quidem (mihi crede) id egeris. Quos igitur istiusmodi homines non insensibilitate lapides excesserint, qui cũ tot rebus ad bonum trahuntur, in dæmoniaca tamẽ hac crudelitate perseuerẽt? At qui Christus nec morte tantum, & cruce contentus, quin subire etiam inopiam uoluit. Hospes insuper uagus, & nudus fieri, ualetudine affici, & uincula tolerare, ut te uel hoc pacto ad se reuocaret: quòd si pro mea hac omni tolerantia, inquit, nec uicem reddẽdam existimaueris, saltẽ te meæ mendicitatis misereat: quòd si nec huius rei gratia mihi compatiẽdum duxeris, uel ob ægritudinem meam aut nexus & uincula emollire. Si ne hæc quidem misericordem te & pium reddiderint, leuia tamen & friuola deposcenti annuas uelim: neque enim preciosiora quædam, & magna exposco, sed panem duntaxat, & tectum, & uerba solantia: quòd si post hæc fueris in tua feritate pertinacior, saltem pro regni cœlestis desiderio, siue ob ea quæ pro te tuli certamina, exhibe te meliorem. Si demum nulla istiusmodi apud te ratio constabit, saltem naturæ ipsi compatere: cùm nudum uideris, reminiscere eius, quam pro te tulerim in cruce nuditatis: cuius si nulla erit apud te recordatio, uel ob eam quam inopum gratia exutus tolero: factus sum antehac te propter egenus, & in præsenti egestate premor: ut undecunque compulsus misericordem te præbeas, esuriem tui gratia toleraui, rursum famem pro te patior. Sitibundus eram dum in cruce penderem, & impræsentiarum sitio pauperum

Gratione, ut his utrisque, inedia, scilicet & siti te mihi adiungam, piumq; pro tua salute reddam, & humanum. Quocirca etsi te mihi pro meis inumeris beneficijs in uice reddēda sentiā obligatum, nec tamē quippiam te quēadmodum debitorē repeto, quin uti beneficum, & largitorē, sumq; pro paruis & exiguis rebus corona te, & impio donaturus. Neq; id dixerim: solue me egestate, uel diuitias elargire. Fui equidē pro te pauper: sed panē postulo, & amictū, uel tenue aliquod meæ inediæ solamen. Si fuerim ipse in uincula coniectus, haudquaquā me inde eximas postulo: sed unū illud, ut uinctum tui ob gratiā reuisas, sic te uel hoc solo cœlo donauerim: etsi ipse grauissimis te uinculis eruerim, feceris tamen mihi, si prepeditū & ligatum reuiseris, satis. Possum præterea te uel nullis tuis in me meritis coronare, uelim tamē me tuis esse beneficijs obstrictū, ut te corona dono cōcessa faciat fidēliorem: idcirco cū habeam ipse unde me alam, facultates emēdicando circūuagor, præq; tuis foribus adstans, manū porrigo, & cibari à te percupio: amo.n.te plurimū, & mensa insuper tua delector: quodq; amantium cōsuetudinis est, uel hæc oia mihi duxerim ornamento, quin ēt spectante terrarum orbe, laudes de te prædico uel ingentes, audientibusq; uniuersis alitorē meum ostendo. Cūq; soleat nos cū à quoquam alimur, pudere, celarēq; itē beneficium cōsuescimus: Christus ipse uel nobis obticentibus, quando uehemēti nos amore prosequitur, nostrum in se beneficium nulgabit, nostriq; haud mediocri cū laude profitebitur: ueq;.n. eum fateri pudebit, nos sibi nuditatem patienti amictum, & famescenti contulisse & uictum. Quibus oībus rectè perceptis, ne laudetenus contēti simus, qn dicta hæc exequamur. Quid.n. nobis istiusmodi plausus, & laudantiū turba utilitatis contulerit? unum illud à uobis exegerim, ut ostentationē hanc, & iactantiā tum ex factis, tum ex uera obtemperātia uēdicetis. Id.n. demum nobis in laudem, id in lucrum cedet, & quouis diademate fulgētius existimauerim. Hanc itaq; & decessuri coronam, tum mihi, tum uobis per inopum manus deferendam parate, ut uel in hac uita spe meliori enutriti, ad futuram concedētes, perpetua beatitudine fruamur.

DE INANIS GLORIAE CVpiditate, sermo. Incerto interprete.

Quid tandē inanis gloriæ cupiditate sumptuosius? quid turpius, uel toleratu difficilius fieri potest? Siquidem morbi huius dispendia ex his solēt patere, qui frustra & inaniter tum in theatris edendis spectaculis, tum rebus cæteris istiusmodi intempestiuis, ad gloriam duntaxat & ostentationē paratis, tū deniq; in ædificandis splendidis domibus, & excolendis, struendis, & reliqs inutilibus, quæ impræsentiarū silentio prætereamus, pecuniarū plurimum insumunt: nec sanè quempiam fugit, hominem hoc morbo laborantē, prodigum & iactabundum, rapacem insup & cupidum esse oportere: nam ut habeat unde beluas alat, alienis fortunis inferet manus. At quid fortunas dixerim? siquidem nō eas solū, sed animos ipsos ignis iste depascitur, neq; morte corporea hoc modo & præsenti, sed futura etiam afficit, & æterna. Nam & gehēnæ procreatrix inanis hæc gloria & ignē excitat uehementius, & uermes pestiferos: quin etiam eandem illam uidebit quispiam uel apud mortuos tenere impium, quo quid fieri potest deterius? Cumq; & reliqua cum morte unà uitta dissoluantur, hic tamen iactantiæ morbus post mortem etiā omni conatu contendit suam, uel in ipso cadauere naturam prodere: Quippe hac uita excessuri, & statuas insignes, uel eorum substantiam omnem consumpturas, erigi sibi, & attolli demandant, præfiniúntque plurimum suo funere luxum: quique dum in terra uiuerent, numi unius, aut panis gratia adeunti egeno conuiciati sunt, mortui uberem uermibus mensam præbent, & abūdè. Quid ergo aliud queras, quod morbi huius excedat tyrannidē? hoc enim ex malo absurdæ quæq; oriuntur cupiditates. Siquidē plerosque, quos neq; decora facies, neq; libidinandi cupiditas ceperit, iactantiæ libido intercipit, ut pro seducta nonnunq;, uel uitiata muliere apud alios glorientur. Quid reliqua dixerim, quæ ex inani hac gloria mala emergūt? optarem eqdem quibusuis barbarorum hominū potius in seruitutem dari, q̄ semel eius subire iugum: nec enim à barbaris talia captiuis iniunguntur, qualia sibi morigeris hoc pacto ingens indicit. Exhibe te cunctorum seruum, siue te fuerint infirmiores, siue clariores: animā aspernare, uirtutem neglige, libertatē irride, ac tuæ demum saluti aduersabere: tum si qd erit per te bene gestum, non dei oblectandi gratia id egeris, sed ad ostentationem duntaxat, & iactantiam, ut promeritam ex eo palmam amittas, cumq; te misericordem præstiteris, ieiunio inediáue afficeris, est labor qdem subeundus, merces uero omni studio perdenda. Quid huiusmodi potest præceptis dici immitius? siquidem ex eis obtrectationes, inuidiæ, & desperatio ortum habent, emanatq; malorum omniū mater auaritia, præsertim cùm familiarium examina, & barbari auro circunfulti parasiti, assentatores, & connexi argento currus, & reliqua his magis irrisione digna, nō uoluptatis aut necessitatis gratia, sed ad ostentationem parantur. Dicet aliquis: Ita se habet, morbumq; hunc malū esse cuiuis patet: quo tamē pacto caueri possit, explicandum foret. Caueri, inquā, illud poterit, si id morbi graue & molestū esse cognoueris, quod optimū profecto erit ad uitæ rectitudinem ineundam initium. Siquidem ualetudine affectus quispiam, & æger cōfestim medicū conquiret, si primum se ægritudine laborare didicerit: quòd si aliā ad hunc morbum euitandū uiam quæris, deum assiduè contemplare, estoq; quam inde capturus es, gloria cōtentus: deinde si senseris inanis gloriæ morbo suggerēte, te incitatum iri ad efferendum quod bene gesseris, & aperiendū multis, animaduersa quæ sequitur ex bonorum facinorum cōmunicatione iactura, extingue absurdam illam, & suggestā renūciandi ac bene acta uulgandi cupiditatem, animūq; his uerbis alloquere. Ecce tandiu parturiens efferendi rem bene gestā percupidus extitisti, neq; eam toleraſti silentio premere, quin omnibus cognoscēdam extulisti, quid ergo ex eo plus aliquid tibi accreuit? plus eqdem nihil, damni uero plurimum & extremi, & eorum euacuatio, quæ summo cum labore collegeras, mox etiam intelligas uelim corruptum esse uulgi iudicium, infirmāq; sententiam, flaccescereque statim, & labare solere. Nam ut ad breue homines aliquid admirantur, sic temporis processu facilè obliuiscuntur, intercipiturq; omnis per eos dei munere iam parta uictoria: quam uel si mortales contulerint, tutari diu nō possunt, uel si in longū uideretur mansura, calamitatis quin etiam

A loco haberi posset, si diuina foret cum mortali hac cōmutāda. Cū itaq; fluxa sit, & labilis humana laus: qua uti excusatione poterimus, si pro incertis certa perdemus, proq; tam breui paucorum præconio tot bonoiū patiemur iacturam? Insuper si uel infinita foret nos laudibus efferentiū multitudo, cò essemus calamitosi magis & miseri iudicādi, quò maior esset laudantiū numerus. Quòd si hęc fortè miratis, audi qua Luc. 6. d lē Christus in eam rē sniam ferat, Vę uobis, inquiens, quibus uniuersi homines benedixerunt: nec immeritò. nam si ad singularum artium discrimen internoscendum opifices ipsos in iudices malis, quo pacto uirtutem permiseris multitudini probandam potius, quàm illi qui eius habeat, cæteris longo interuallo posthabitis, notionē, præstare & opem queat, & palmam? Illud ergo & parietibus ipsis & foribus erit, ac mente & animo inscribendū, repetendum etiam frequentius, quod à Christo domino usurpatum est: Vę uobis quibus benedixerint homines: siquidem qui te tunc extulerint, paulò pòst nō secus ac honoris, &
B gloriæ, & suarum priuatarum laudum affectatorem calumniabuntur. Ab his longè alienus est deus, quippe qui te quantò diuinæ glorię cupidiorē consp̄icabitur, eò maiores in te cōgeret laudes, & summa oīum admiratione illustrabit: quod certè mortalium egerit nemo, quin te excipiens, è libero seruū redder, uel tenui plerunq; uerbo, laude in re uel cōmentitia usus & subdola, uera pro merita mercede fraudabit, facietq; te mancipio quouis emptitio subiectorem: siquidem seruum dominus dicto audientem habebit, ipse uerò nec iussis domini obtemperabis: nam ut primum te illi rem gratā facturum cognoueris, nec imperanti morem geres. Quibus igitur non erimus incendijs digni, qui improbos adeò oblectemus, ut uel tacētibus ipsis fiat satis: deo uerò uel iubenti quotidie, & commonefacienti nihil prorsus audiamus? Tibi itaq; diui nam gloriam affectanti, humanæ sunt laudes fugiendæ: quibus euitatis, apud deum & homines quantúmuis famæ, & nominis uendicabis. Nil.n. magis admirantur mortales, q̄ eum qui gloriam aspernetur: nec quempiam maiori laude & admiratione prosequuntur, q̄ qui laudari se pro nihilo duxerint, aut ma
C gni fieri. Quod sanè si homines ipsi id agimus, quantò magis cunctorum deus gloria te, & laudibus extollet, si eas te contemptui habere cognouerit? Quid ergo dici te beatius potest: siquidem quantùm inter gloriam uidetur ignominiamq; distare, tantundem fit, uel longè magis humanę huius, mortalisq; laudis, & supernæ discrimen? Nam ut turpior suapte natura mortalis est, uel si nulla cum re alia conferatur: ita & collata q̄ sit deformis futura, & uisu grauis cogitari potest. Etenim ut mulier prostituta in domus fastigio adstans, sese cunctis uisendam præbet: sic homines inanis gloriæ seruitute capti, ad ostentationem omnia moliuntur: quos equidem uel impudica dixerim impudentiores: quòd meretriculæ nonnullos psæpe amantium aspernentur, cùm ipse (ut has omittam) uniuersis fugitiuis, inq̄ prædonibus, furunculis, & bursarum præcisoribus tui copiam facies: ex his.n. uel horum similibus constant in tuam laudem spectacula, neglectisq; liberali & præstanti ingenio uitis, prædonum collegium, quorum te arguis longè inferiorem, tuæ saluti anteponis. Nam quo pacto haud fueris minori q̄ illi honore dignus, qui præconio indigeas alieno, neq; satis tibi per te posse ad gloriam fieri existimes, nisi aliorū fueris laude potitus? Proinde haud intelligis (ut reliqua pręteream) quòd si conspicuus fueris, & oībus non ignotus, erratorum tuorum q̄ multos sis criminatores habiturus: si incognitus, & securus peccādo futurus sis. Assentior, inquiet, uerùm cùm præclarum aliquod edidero facinus, infinitos habuerim qui illud & demirentur, & probent: id equidem fore grauius dixerim, cùm non solùm delinquenti tibi, uerùm & rem bene gerenti officiet plurimum inanis gloriæ morbus: Siquidem flagitia admittendo, q̄ multos ad scelus induxeris: rectè autem uiuendo, concupita per te laus meritorum præmia exhauriet. Cuiusmodi gloriæ ambitio, si uel in rebus ciuilibus grauis admodum esse & ignominiosa apparet: quis erit tibi reliquus ad ueniam locus, si eadem illa in spiritalibus rebus fueris, & religioni pertinentibus infectus, quando nec eodē tolerabueris deum honore impartiri, quem ipse fueris ab eius seruis assecutus? Porrò & serui domini oculos intuentur, mercede conductus operibus p̄sidentem, qui sit stipendia dependsurus, discipulus in p̄ceptorem intēdit obtutum: at ipse te longè aliter geris, oculos.n. à deo conducto E re auersos ad homines conuertisti, nihil ignarus eundem rectè factorum uel in posterum tempus meminisse: hominem uerò ad præsens duntaxat rerum me moriam tenere, cumq; certum habeas, firmumq; in cœlo spectaculum, in terris congeris spectatores. Certatores præterea ubi fuerit per se decertatum, eodem probatum se iri malunt: ipse uerò cùm in cœlo depugnes, studes in terra coronari, qua socordia quid esse deterius potest? Verū si libet, uideamus coronas hasce cuiusmodi sint futurę, quādo & desperatione partim componātur, partim irrisione & adulationibus, partim pecunijs, & seruili quodam ministerio: utq; & pueri per lusum solent, chartacea alterius capiti corona imposita, coronatum plerunq; uel nescium post terga irridēt: sic tuarum factitant laudum præcones, qui tibi paleis dorso iniectis, laudando illudunt. Vtinā his solis paleis finiretur illusio, laureaq; illa haudquaq; noxia foret, nec perderet benefacta. Cognita itaq; inanis gloriæ uilitate, ne officiat cauendum erit: uerùm quot cuperes ipse tuarum fore laudum præconesnum centum, bis centúmue? Concedamus si uelF lis ad hoium quatuor milia, sint etiam si libet plausores innumeri, nil tamen hi oēs à graculis de loco superiori crocitantibus distabunt: uerùm si angelorū spectacula noueris, uel ipsis uermiculis eiusmodi homines uniuersi uidebuntur abiectiores, aranea, fumoq;, & insomnijs infirmiores: idcirco audi & Paulum q̄ ac curatè hęc omnia improbarit, qui non modò nec hasce laudes quęrat, quin maximè detestetur his dictis, & respuat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce do Gala. 6. d mini nostri Iesu Christi. Hanc itaq; & ipse imitare iactantiam, ne deum fortè ad iracundiam concites: siquidem mortalium gloriam ambiendo, non solùm tibi fueris, uerùm & deo iniurius. Etenim si effigiandi peritus esses, & pictor discipulum haberes, qui à te qd ex parte perdidicisset, alijs te inuito proderet, aut pictam tabulam, non tibi, sed adstantibus cęteris in tui contemptum uisendam præberet: num æquo id animo ferres? quòd si conferuis illud uidetur ad ignominiam cedere, longè magis domino iniuriæ ducitur. Cæterùm si aliunde id cupis doceri, quo pacto. s. debeant humanæ laudes contemni, præsentibus rebus ingenuè paruifactis, adauctaq; & concepta ueræ glo

Gria, & prudentiæ spiritalis cupiditate, animus exijt tibi haud absimili dicto cõfirmandus, quo & Paulus
1.Co.6.a usus est, dicens: Num ignoratis, quòd angelos sumus iudicaturi? procᵹ affectata mortali gloria subleuatus iam & leuiter castigatus, his eris uerbis appellandus: Num qui de angelis sentẽtiam sis laturus, optaueris à mortalibus his & impuris iudicium de te fieri, consequiᵹ parem cum saltatricibus, mimis, aurigis, & beluarum confectoribus laudem, uel qualem illis exhibent plausores, quorum acclamationes & plausus altiori quodam sunt p te uolitatu defugiendi? Ioannes pręterea eremi ciuis imitandus, perdiscendumᵹ quo pacto & ille uulgi laudes contempserit, neᵹ ullas hominum attenderit adulationes: siquidem cũ Palæstinos incolas se circa profusos uidisset, & sui admiratione obstupefactus, nihil prorsus hoc tanto honore fte ctebatur: quin illis insurgẽs ad populum uniuersum, tanᵹ ad adolescentulum aliquem uerba factitabat,
Matt.3.b & dictis istiusmodi incessabat: Serpentes uiperarum
et Lu.3.a semina: cùm sui uisendi duntaxat illi gratia relictis uribus magno ad se concursu festinassent, nil tamen
H horum sactissimum uirum à pristino instituto relaxauit: nam ut lõgè aberat à glorię cupiditate, sic erat quauis animi elatione liber. Nec secus & Stephanus, cùm eius populum spectaret haudquaquam in se uenerabundum, sed furore incensum, & stridore quodã dentium sæuientem, horum superata uæsania dic-
Act.7.f titabat: O duræ ceruicis, & corde incircuncisi. Sic & Helias adstante exercitu, in impatoris & populi uni-
3.re.18.d uersi conspectu istiusmodi pronunciabat: Quousqᵹ tandem utriscᵹ tibijs claudicabitis? Nos uerò contrà quasi honorẽ pretio ab hominibus uendicaturi, seruili quadã industria omnibus adulamur: rita fit, ut ordine quodam præpostero ferantur omnia procᵹ populari hac gloria non minus fides, ꝙ religio ipsa neglecta prodatur, & pietas. Exterminemus igitur id morbi quodcunᵹ est: sic.n. nobis libertas, sic portus & tranquillitas omnis egregiè innotescent. Etenim qui gloriæ libidine trahitur, fluctuanti cuiᵹ, & tempestate disiecto uidetur assimilis: siquidem tremebundus semper, & pauidus infinitis dominis gesturus sit morem. At qui hac fuerit tyrannide liber, & portum
I tenentibus erit & puriori fruentibus libertate non alienus: aliter tamen longè cum gloriam cupienti agetur: nã & tot dominos cogeturhabere, quotquot ei fuerint & familiares, & noti, quibus erit nespontè pariturus, cuius gloriæ pgrauem cauebimus seruitutẽ, si cœlestis illius & ueræ capiemur amore. Nã quẽadmodum is qui fœminam quãpiam adamauerit, alia uisa, ꝙ pulchritudine priorem excedat, illa intermissa hanc deperibit: Sic terrenæ gloriæ sectatores, ut primùm diuina illuxerit, eam facilè contemnent. Spectãda itaᵹ erit cœlestis illa, & diligentissimè imbibenda, ut illius admirati decorẽ, huius cauere possimus turpitudinem: sic perpetuis freti delicijs plurima uoluptate potiemur.

DE VANITATE ET BREVITATE

præsentis uitæ, Sermo. Incerto interprete.

Vemadmodum, inquit, in diebus Noe erant
Gene.7.b & Matt. 24.d. & Luc.17.f q quæ nuptui traderentur, & qui uxores ducerent: sic & prædictũ id antè fuit, & nunc nos iam quadringentos, uel eo amplius pdicit deus. nemo est tamen qui rẽ hanc animaduertat, quin potius eam quasi commentitiam & ridiculam plerique arbitrantur: neminem timor capit luget nemo, nemo pectus oppulsat, ignis interea fluuius ebullit, inardescit flãma: nos uerò delciis & lusibus operã damus & pcõ sumus impudenter obnoxij, nemo diẽ illum mente peruoluit, nemo præsentia hæc breui lapsura meditatur, tametsi rebus ipsis diebus singulis proclamitantibus, significantibusᵹ idem illud. Siquidem nos neᵹ acerbæ & immaturæ mortes, neᵹ rerum immutationes uel nobis superstitibus effectæ, neᵹ ualetudines & morbi castigant, quas rerum uarietates non solũ licet in nostris corporibus, quin & in elementis ipsis conspicari: quotidie.n. & in omni ętate contemplamur interitum, in cunctisᵹ ex rerum euẽtu instabilitas quædam exprimitur & significatur, nõ hyems, non æstas, non uer, non autumnus perpetuò manẽt, sed decurrunt omnia, euolant & delabuntur. Quid dicã de floribus? quid de magistratibus & principibus ipsis quorum uel præsens in crastinum nulla est uita? quid porrò de opulentis? quid de insignibus & claris ædificijs? quid de nocte ac die? quid de Sole? quid de luna, quæ imminuitur nonnunᵹ & cẽlatur? Itemᵹ & Sol obtegitur persæpe, & obtenebratur caligine: nihil deniᵹ quod uisibile fuerit, continuò manet: anima hæc tantùm quæ nobis inest, etsi neglecta, æterna est: at rebus quæ immutari possunt, tanᵹ perpetuis omni studio & cura incumbimus, illius uerò nullam habemus in æternam mansuræ rationem. Dicet aliquis, hominis illius magna est potentia, uerùm duraturа in posterum usᵹ diem, & paulò pòst interitura: quod ita esse, ex longè olim potentioribus patet, qui nusquam in præsenti apparent. Nec secus se habet hæc uita, ꝙ somnium aliquod, ac scena: qua sublata, rerum illæ omnes uarietates dissoluuntur. Itemᵹ radiante Sole tolluntur insomnia, eodem pacto cùm finis tam cuiusᵹ unius, ꝙ communis omniũ uenerit, resoluta cuncta euanescunt: siquidem diu pstat quod plantaueris lignum, & quam ædificaueris manet domus, faber autem ille murarius, siue agricola abeunt & corrumpuntur. Rebus itaᵹ se hoc modo habentibus, nos minus pudet malefacti, quinimmo crapula capti & luxu, quasi ad immortalitatẽ cũcta molimur. Nunc uerò audi Salomonem qui rei ipsius experientiã ceperit, quid de præsentibus his fortunæ bonis differat. Aedificaui mihi domos, plãtaui uineas, feci hortos & pomaria, & cõseui ea cuncti generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem ex eis syluam lignorum germinantium: posse di seruos & ancillas, multamᵹ familiam habui, armẽta quoᵹ & magnos ouium greges. Hunc sanè nemo unᵹ delicijs, gloria, sapientia, dominatu, omniumᵹ rerum ad uoluntatem successu anteiuit: nihil tamen ex his omnibus cepit utilitatis, quin ea omnia uanitatum uanitatem appellat, & uana uniuersa, cuius uanitatis non simplicitatem, sed excessum expresit. Cedamus obsecro ei, qui rerum huiusce modi experientiam consecutus est, morem obtemperemus inᵹ illi, & his rebus incumbamus; in quibus nihil est inane: sed uera omnia certa ac stabilia sunt, & cuncta lapide desuper constructa, in quibus inquam nihil senescit, nihil præterit, quin uirent omnia & floreſcunt, neᵹ quicᵹ uetustate confectum ad interitum tendit. Concupiscamus ex animo deum, nulla gehennæ formidine, sed regni ipsius cœlestis cupiditate. Quid.n. est quod possit diuino illi spectaculo æquari: profectò nihil. Quid quod bonis illis cœlestibus par esse queat? quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in

M Eccle.1

Eccle.1 & 2.c

A cor hominis ascendit, quæ præparauit deus se colen-
1.Cor.2.c tibus, ut Paulus inqt. Illa illa omni studio pręsentibus his neglectis, conseq enitamur. Nõne persæpe terrena hęc inculamus, & nihil esse hoium hanc uitam dicimus? qd ergo tam enixè in hoc nihilum incumbis? quid rebus inanibus laborioſẽ adeo intendis aium? spectabis fortè magnifica ędificia, & illorum aspectu seduceris: at si cœlum statim suspexeris, & à lapidibus his & columnis ad illius decorem deflexeris oculos, spectabis hæc esse formicarum opera. Philosophare ergo: contemplando conscende, quæ cœlo insunt: ex his ipse perdisces, & uidebis structuras hasce prædaras nihil esse nisi pueriles ineptias & ludos. Spectasti aerem ꝙ tenuis, ꝙ suspẽsus & lenis, ꝙ purus sit & splendens, quantóque magis ad superiora concesseris, uidebis qui eleemosynas fecerint ibidem habere domicilium: at præsentia hæc ædificia non solũ in humanorum corporũ resurrectione sunt ruitura, quin uel ante ipsam resurrectionem futurum tempus cõficiet, destruet ac dissoluet, uel motu terræ discussa subuertentur, aut consumentur incendio, quando non mo-
B do in hominum æuo, sed in structuris ipsis & molibus immaturi sunt casus, adeo ut domus, quæ fuerint uetustate cõfectæ, ac penè collapsuræ, in ipso terræ discussu consistant immotæ, quæ uero nimio cultu ornatæ & solidæ, ac bene fundatæ, nupérᵹ cõstructæ ædes, uel solo sulminis ictu quassatæ collabãtur. Quod sanè haudquaqᵹ sine dei prouidentia fieri solet, ne fortè ex ipso ædificãdi studio efferamur. Quòd si uolueris alia quadã uia solicitudine hac & cura liberari, adito publica ædificia, quorum es & ipse fortasse non expers, quibúsque nulla est priuata domus: & si magnifica, cultior, maneto & uersare in eis, quoad libet tua sunt, & alijs unà cõmunia: non tamen priuata & propria, uerũ minus delectant, cũ uulgata quadam consuetudine, tum cupiditate & auaritia. Ergo & delectatio illa ex habendi libidine, non ex decore aliquo & cultu procedit. Quocirca auiditas ipsa iuuat maximè, qua uolumus nobis omnia uẽdicare & nostræ ditionis efficere, quoadusque tandem erimus his rebus affixi? Siquidem terrenis hisce adeo detinemur, ut nõ secus simꝰ ac uermes luto obuoluti. Corpus è terra deus nobis effinxit, ut illud subleuaremus
C ad cœlum, non ut per id ad terram animam traheremus. Quod corpus etsi luteum est, potest si libet cœleste fieri. Vides itaᵹ quanto sit deus nos honore dignatus, quando tam imensi operis nobis concesserit
Gene.1.a potestatem. Creaui ego, inqt, cœlum & terram, tu suscepta à me creandi licentia, facito è terra cœlum: potes nanᵹ. Porrò illud qui creat omnia & eadẽ demolitur, de deo dictum esse constat, eandem hanc & hominibus potestatem permisit: utᵹ solet pius aliquis genitor, qui pictor sit, non contentus solus effingere quæl buerit, quin & filium cupit ad eam effigiãdi pentiã inducere: ita & deus. Creaui, inquit, ego corpus
Ibidem.b decorum, cõcedo tibi meliora faciendi arbitrium, facito & tu animam formosiorẽ. Dixi ego, Educat terra herbam uirentem, & omnem arborem ferentẽ fructum. Dices & ipse, efferat terra proprium fructum, & emerget quodcunᵹ uolueris operari. Facio ego ętatem ac nebulas, offirmo fulmina & spiritum creo, formaui draconẽ ad illudendum ei. i. diabolum: neque tamen hanc tibi inuideo potestatem, illude & illum si libet: poteris enim quemadmodum passerem aliMat.5.g quem uincire eum. Facio super bonos & improbos oriri Solem, imitare ergo & ipse deum, impertire tua D tam bonis, ꝙ improbis. Lacessitus iniuria fero animo æquiori, conuiciantibus benefacio, sequere me cum liceat. Beneficia absᵹ ulla uicissitudinis spe confero, idem & ipse facito, neᵹ fueris ad mutuum minus liberalis. Incendi, inquit, in cœlo lumina, accende & tu bis clariores faces, uales.n. lucem pbe errantibus, lõ-
Gene.1.b gè magis erit id factum bene, ꝙ Solem intueri, meᵹ id agens recognosces. Creare hoiem non potes, iustũ tamen afficere licet & deo placentẽ. Substantiam ipse creaui, tu illius conscientiã expoli. Vides quo erga te amore efficiar, quãdo uel in maioribus hisce eam tibi concesserim facultatem? Attendite itaᵹ amantissimi quẽ simus ad honorem prouecti: tametsi pleriᵹ sint inconsideratius & ingratè loquẽtes, qui sibi liberum fuisse arbitriũ concessum querantur: & eò iniquius, quòᵹ neᵹ in his quæ paulò antè cõmemorauimus, se qui deũ ullo pacto uel imitari possemus, nisi esset nobis soluta ꝙdam & libera uoluntas concessa. Dominor ergo in angelos, inqt deus. In hos & ipse eius dominationi gratia imperiũ habes. Regio, inquit, throno insideo, eapp & ipse in hunc cõsessum admitteris. E Siquidẽ consurgere, ait, nos fecit, & deo ad dexteram assidere: quãobrẽ & tibi Cherubin, Seraphin, dominationes, ptates, throni, principatus, & uis ois angelica paret. Insup neᵹ corpus ipsum culpes uelim, id fuisse honoris impartitũ, quod contremiscunt uel incorporeæ potestates, uerum quod dixi: non.n. his solùm meum in te amorẽ patefeci, quin ex his quæ tui sum gratia perpessus: conputus.n. & alapis faciem cæsus gloriam exinaniui, patrem reliqui, & ad te odio metum habentem, tum refugientem deueni, quinetiam nomen meũ audire impatiẽtem sum insectatus, utᵹ comprehenderem cursu contendi, admisi te, & mihi adiũxi. Epulare me, dixi, & ebibe: utᵹ te supra infraᵹ haberẽ, tibi copulatus sum & annexus: neᵹ sat me illud solatur, quòd tibi è cœlo originem dederim, nisi rursum ad terras descendissem. Deinde haud solùm sum tibi iũctus, & in amplexum recipior, sed in esum traditus, in frustra cõminuor, & eapropter ut acrior fiat eiusmodi copula: quæ uerò fuerint cõiuncta suis
F præstant limitibus, at ipse tibi contextus, nullo uelim nos interuallo distare, quin è duobus unum fieri maluerim. Hæc itaᵹ cũ ipsi intelligamas, & non ignoremus ꝙ diligentissimam nostri deus curam susceperit: nihil erit per nos intermittendum, ut suis maximis erga nos beneficijs haudquaꝙ arguamur indigni.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

de leuium peccatorum periculis, è quibus maiorum peccatorum pernicies possit agnosci, sermo. Incerto Interprete.

Ieuium delictorum magnitudo noscatur,
f & maiorum facillimè pernicies noscitur. Vnde fit sic, ut perpensa diuersitate culparum declinentur leuia, detestentur enormia, atᵹ omnia ab homine omnino damnentur peccata: ne pro peccatis homo ipse damnetur, maximè cũ quicqd leue quis duxerit, comparatione peioris est leue. Cæterũ leue non est, quod hominem ex interdicto occidit, & quod ex iussu interficit. Dum.n. uetita fiunt, contemnantur iussa, & imperata audaci contumacia negligunturː sic & authoritas dei iubentis offenditur, & pœnarum perpetuitas inuenitur. Cur enim iussa cõ-

temnis,si seruis:cur operaris uetita,si obsequeris:aut cur imperata negligis,si famularis?Nec enim cõtemnẽdo,seruus quispiam promeretur:nec dominus obsequendo,offenditur:nec parendo, aliquis condemnatur.Cõtumacia creat pœnam,seruitus inuenit gloriam. Nunquam enim prospera ex contrarijs proueniunt: nunquam deniq; ex bene gestis mala nascuntur. Quicquid ab homine homo tibi fieri cupis : hoc si genitori exhibueris promereris. Non potes inde iudicem promereri:unde te ab homine constat offendi. Sed leue forsitan æstimas, si sermone deliqueris. At leue non est, quo homo aut iustificatur in bono, aut in malo sermone econtrariò condemnatur. De sermonibus tuis condemnaberis. Quare beatus est sermo,si iustificationi proficiat:infelix est,si damnationem incurrat. Deniq;,martyrij gloriam per sermonem conficitur : dum Christianus Christum , quem prædicat,cõfitetur. Blasphemia & detractiones,periuria,cæteraq; similia sermone gignuntur. Negatio nominis,& abrogatio Christianę professionis sermone exprimitur:dum nephanda uox in funestam perfidiã
H aperitur. Ipse iudex,dum iudicat , sententiam sermone exprimit: dum sermone innocentem absoluit, aut reum addicit,ut inde in eos sententia ueniat,unde uenit & culpa:inde eis pœna oriatur, unde causa enascitur. Sermo enim facit obnoxium culpæ, sermo debitorem efficit pœnæ. Qualis autẽ causa sermonis est, cum prolatus in iudicio, ante hominem sermo prior ipse festinat:talis causa molesti sermonis est,quẽ aut
Pro. 18.d pœnitentia culpat,aut pœna condemnat. Mors & uita,inquit,in manibus linguæ . Sermone enim dominus frequenter offenditur , sermone frequentissimè promeretur. An tu leuem culpam habere eum existimas:qui detrahit fratri,qui inuidet potiori,qui dispo nit dolos,meditatur insidias? Aut illum leuiter pecca re existimas:qui proximum sermone circũuenit,adulatur reo,opprimit innocentem, qui meliori inuidet, humilem despicit,superbum extollit? Sed fonsitã,cogitatus nostros ad deum non putes pertinere ? Nullus actus non cogitatione præcurrente conficitur , nullum opus non corde meditante completur,maximè cum sermo minister sit cordis:nec quicquam aut
I actu conficitur,aut sermone profertur,nisi prius idipsum cogitando gignatur.Nam etsi nonnunquam cogitamus,nec gerimus:disponimus,nec implemus: tamen cogita pro factis tenentur, licèt nondum opere compleantur. Facere enim cordis,cogitare est : quia
Mar.2.b corporis est cogitata perficere. Quid cogitatis,inquit
Mat.5.d dominus , nequam in cordibus uestris ? Et iterum , Qui uiderit ad concupiscendum, iam mœchatus est in corde. Cor enim cogitando tenetur in crimine , licèt corpus immune uideatur ab opere : reus est iam animus,qui cogitauit:licèt immune corpus sit ab opere,quod non fecit. Interior notatur , licèt immune sit corpus:aut substantia,licèt exterior sit aliena à culpa. Sed dicis mihi: Quid si cogitauit aliquis,& non fecit:disposuit,sed non impleuit? Primò,malum cogitatum non facere, duplicem in se continet causam. Aut enim recordatio cogitata immutat,aut faciendi impossibilitas denegat. Alterum pœnitentia curat, alterum exercendi difficultas informat. Vt enim recordatione conceptum uulnus curatur,ita facultate negata,mala cogitatio summouetur. Sed ille qui recordatur,beatus est: qui potuit cogitata perficere , sed noluit,quod non licebat,implere. Is uerò miser est , qui illicitum uoluit facere: sed non potuit occasione negata complere. Postremò poterit hic ueniam recordatione percipere, Ille reus tenetur in crimine,cui perpetrandi difficultas non attulit curam,sed perseuerãs cupiditas exaggerauit uindictam . Et quoniam leuiũ delictorum proposuimus causas, gustus uel usus leue quiddam & inane forsitan uidetur . Gustus primò leuis non est,qui Adam protoplastum in origine Gen.3.f
mundi decepit, & cum eo,genus humanum sententia mortis addixit. Nec etiam immunis est usus,, qui Ibid.19.
interdicta uidere Loth uxorem de Sodomis proficiscentem non sinit : quæ statim incurrit , quod euaserat,dum eam diuina uindicta in salis materiam transmutauit: ut ex hoc non appareat qualitatem delicti debere quenquam intendere,sed diuina iussa tota uenerationeseruare:nec debere hominem quid iubeatur,expendere,sed magis quis iusserit,cogitare. neque enim leue dicendum est,quòd hominem contemnẽdo occidit,aut contemptorem transgrediendo decepit:cum scriptum sit , Qui modica spernit , paulatim decidit. Sed hoc maximè cogitandum: Si leuia sic occidunt , quemadmodum grauia interficiunt ? Nec in Eccl.19.d
leuibus se immunem quis deputet:sed ex præcedentibus exemplis,quid mereatur,consideret. Nec euasisse se credat,si fecit ille,quod ille fecit,qui perit:sed magis timeat,quòd sibi in futurũ, iudicium cœleste seruauit . Nam si commissa leuia impunitatem habere non possunt,quid de grauibus æstimabimus? Cesset igitur,cesset humana temeritas:& omnia omnino delicta omni cautela ac solicitudine amputet . Ita enim quod interdicitur,transgredi mors est:ut quod iubetur facere uita est. Si uis,inquit,in uitam uenire, serua Mat.19.c
mandata. Vnde si obseruãtia legis,uita paritur : contemptu mors necesse est,inueniatur: quoniam si contemptu mors non nascitur , nec uita de obseruantia attribuitur:aut si necesse est uitam de obseruãtia attribui,necesse est mortem contemptoribus irrogari. Quare sanctificatus homo sanctè iam uiuat , & peccata quæcunque sunt , fugiat:ut qui peccator potuit condemnari per iustitiam , possit in æterna secula munerari per gratiam.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM EXPOSITIO, HOMILIA PRIMA.

Incerto interprete.

M

Niuersalis ecclesia gaudet in una regula charitatis Christi , & in fide nominis Christi exultat,maximè quãdo credentium lucris locupletatur. Crescente ergo populo peculiari, dilatatur cor credentium ad iustitiam,ore autem celebrant confessionem ad salutem. Vos autem genus electum,grex nouellus dei,qui competitis à rege regum,& domino dominorum munus gratiæ:qui baptismum salutarem speratis uobis affuturum, audite professionis uestræ uerba. Regularis ista doctrina confirmat credentes , adiuuat proficientes, consolatur uiatores , confortat perseuerantes , coronat peruenientes. Ergo audite hanc, ut dixi, regulam uestræ confessionis : *Credo in deum patrem omnipotentem.* Videte qui, cui loquamini , & quid loqua-

A mini. Dixistis, Credo. Quam breue est,quàm modicum est:si ad latitudinem literarum redigatis,quinq; literæ sunt:si ad syllabarum numerum, duæ sunt syllabæ. Hæc credulitas si conquadret moribus & uocibus,fructũ inuenit salutis. Credulitas hęc in toto mũdo sparsa est:credit Christianus in ecclesia dimitti sibi peccata,credit moribus cõpositis deo placere,credit indulgentiam mereri,credit uitæ æternæ promissionem,credit pœnã promissam peccatoribus : ergo creditis deo omnipotenti, qui posse ipsius nõ potest inuenire non posse,tamen aliqua non potest: utpote falli,fallere,mentiri,ignorare,initiũ & finẽ habere,nõ præuidere præterita,obliuisci præsentia,nõ attendere futura,nescire,ad ultimũ negare seipsum non potest. Ecce quanta nõ potest:tamen est omnipotens,quanuis superius cõprehensa nõ potest. Ergo credo in deũ patrem omnipotentem. Ecce patrem deum uocatis. Ad honorẽ patris uenite,mores patris custodite,eius uoluntatem implete,si uultis hæreditatem eius accipere. Quis est filius contemnens patrẽ, qui mereatur eius accipere hęreditatem? Ergo si desideratis ea quę
B promittit mereri , uiuite pro uoto eius , in præceptis eius permanete:quæ iubet fieri, facite: & quæ prohibet ne fiant, facere nolite. Ecce isti qui hoc faciunt,liberè dicunt , Credo in deum patrem omnipotẽtem. Sequitur, dicens : *Et in unicum filium eius dominum nostrum iesum Christum.* Iste quare unicus? quia alter filiꝰ nõ est. Quare primogenitus? quia in seculo nemo sic natus est. Istum unicum dei filium de substãtia patris natum,& genitum cõfitemur,& initium de patre habere dicimus. Patri coæqualis i deitate deus, & deus: sed tamẽ nõ duo dij,sed unus deus. In potestate una potestas,in esse una essentia,in substantia una uirtus, una maiestas: hoc credite , ne hæreticorũ colloquia mala corrumpant mores uestros bonos . Dicunt.n. patrem maiorem,filium minorem. Hoc anathemati
zat ecclesia catholica:equè dicunt spiritum sanctum creaturam . Etiam hæc abominatur talem doctrinã.
Luc.1.c Iste spititus uenit ad Mariam ingressus in eam, uerbũ caro factum est. Creuit aluus uirginis,uirgo erat , & prægnans creauit,& uirginitatẽ non amisit. Iste ergo
C natus creuit , ad passionẽ peruenit,crucifixus est sub Pontio Pilato. Eia fratres in hac prædicatione nullus piger inueniatur. Quis ei rependat uicissitudinẽ? Crucifixus est innocẽs pro nocentibus , nõ reus pro reis, non indigens indiguit lucra acquirere patri. Iste Pontius Pilatus præsidatum gerebat,iussit eum crucifigi. Sepultus est postquã mortuus,ut nobis uitam donaret. Moriendo mortem occidit , leo de tribu Iuda rugientem leonem superauit: pro peccatoribus pati uoluit,ne in peccatis mũdus totus moreretur: alapis cæsus,flagellatus,aceto & felle potatus:in ijs oibus ostẽdens patientiam,non est iratus, sed econtrariò mansuetudinem demonstrans,clamauit patri,dicẽs: Ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt. Videtis quale exẽplum nobis patientiæ dimisit. Et uos fratres charissimi qui suspiratis ad gratiam peruenire, qui clamatis :
Ps.142.b Anima nostra uelut terra sine aqua tibi , citò exaudi
1.Petr.2.c nos, imitamini caput uestrum Christum, qui cũ malediceretur,non maledicebat:cũ iniuriam pateretur, non comminabatur,tradebat autem iudicanti se iustè. Ergo iste crucifixus,sepultus , tertia die, à mortuis resurrexit. Ecce quanta potentia. Et in ista potentia eius mentiti sunt ei inimici eius,ut dicerent,Nobis dormientibus uenerunt discipuli , & furati sunt eum. D
Impletum est quod dictum est,In multitudine potẽ- Mat.28.c
tiæ tuæ mentientur tibi inimici tui. *Sedet ad dexteram* Psal.65.a
patris. Cùm auditis,sedet, nolite credere sessionẽ humanam. Genus est locutionis. Sedere dicitur permanere. Nam dicimus, Ille sedit tres annos in illa ciuitate,id est,mãsit. Ergo manet ad dexterã patris. Aequè cũ auditis,patris ad dexteram,nolite putare deũ corporeum esse,aut membris humanis compositũ : sed scitote quia deus ita de se uoluit dici,quòd possimus intelligere,non quòd ipse est. Nam si dexteram habet corpoream, habet & finistram : & si habet manum, est ubi non tangit: si oculos habet , est ubi nõ uidet: si aures habet,in longinquo non audit: ergo hoc nolite credere. Cùm auditis , Sedet ad dexteram patris : Dextera eius,potentia eius: brachium eius,magnitudo eius. Nam deus noster spiritus est,ubiq; totus, to- 2.Co.4.d
tus in cœlo,totus in terra, totus in cordibus sanctis, pudicis,simplicibus,sobrijs,immaculatis . *Ergo sedet ad dexteram patris, inde uẽturus est iudicare uiuos & mortuos.* Hic geminum intellectum parit. Viui agnoscuntur, qui in corpore erunt in aduentu eius: mortui, qui E
ex hac luce migrauerunt. Aequè alio intellectu uiuos agnoscimus,sanctos: mortuos, peccatores . *Credo in* Ioan.3.b
spiritum sanctum. Iste spiritus ubiq; totus est,ubi uult, Act.13.a
spirat. Ipse est,qui dixit,Separate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos . Iste est spiritus procedens de patre & filio,qui diuidit propria donа singulis prout uult. Ergo iste spiritus cõsecrat,sanc- 2.Co.12.
tificat,benedicit,honorificat,gubernat,protegit,cõ b
solatur,perducit ad sanctã ecclesiam. Quia uelut nauis est in mari posita , hæc ecclesia portat ebibatos , portat credentes in una charitate,in una modulatione,in uno remigio sanctitatis,in funibus charitatis , i uelo orationis,in arbore crucis,in pice pœnitentię,in stuppa castitatis, in tabulis pacis , in anchora fidei. Ista ergo ecclesia in una modulatione cantans peruenit ad portũ æteraitatis,ad ciuitatem pacis. Ipsa est,q̃ dimittit peccata, exonerat omnia pondera, eliquata corda perducit ad palmã promissam supernæ uocationis . Promittit carnis resurrectionẽ , promittit uitã
ęternam: Quia mortale hoc induet immortalitatẽ,& 1.Co.15.g
corruptibile hoc induet incorruptionem. Credite carnis resurrectionẽ, credite quia staturi sumus ante tribunal Christi,& reddituri rationem,quæ per corpus 2.Co.5.b
gessimus,siue bonum,siue malum. Credite uitã ęternam promissam pro ista gratia data,ut gratuita gratia accepta perseueret in uobis:ut cũ perseuerauerit, quæ audistis & uidistis,& didicistis à nobis,hæc agite,& deus pacis erit uobiscum,Amen.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM *expositio alia, homilia secunda.*

Incerto interprete.

Vper fabricam totius ecclesiæ nihil aliud in
f fundamẽto ponunt sapientes architecti, qui sunt uerbi prædicatores, nisi Iesum Christũ, de quo fundamẽto credulitas surgit. Et quia fides totum sibi uendicat,de deo uos habere conuenit hanc fidem dei electi,qui nuper ad ueram credulitatẽ confessionis acceditis . Sed quia corde creditur ad iusti- Ro.10.c
tiam , ore uerò confessio celebratur in salutem , fides primò uobis prædicanda est,secundò spes,tertiò charitas . Nam de ipsa credulitate fit initium confes-

G sionis. Quid.n. dicturi estis? Audite & intelligite: quia cũ audieritis & intellexeritis, lætitiam uobis acquiretis, dicente propheta: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiam. Dicite ergo quod à nobis auditis. *Credo in deum patrem omnipotentem.* Videte unde cœpistis, Credo dixistis. Hæc credulitas cõfert uobis præsentis uitæ securitatẽ, & futuræ uitæ æternitatẽ. Ergo ponite in fundamẽto cordis hanc credulitatẽ. Sed in quo? Videte in patre, quod dixistis in capite orationis, Pater noster, qui es in cœlis. hoc dicitis & in symboli cõfessione, Credo in deum patrẽ omnipotentem, totus in cœlo, totus in terra, totus in miraculis, totus in coribus, totus in uirtutibus. Omnipotens dicitur, quia posse ipsius nõ potest inuenire nõ posse, dicente propheta: Omnia quęcunq; uoluit, fecit in cœlo & in terra. Ipsa ergo omnipotentia, ut totũ quod uult possit. Nam si dicimus de non posse ipsius nihil dicimus: qa tantæ pietatis est, ut negare se non possit, præsertim credentibus. Ecce quia de fide diximus dei patris omnipotentis, dicamus & de spe, ut fides credat, spes accipiat, charitas iungat. Ergo creditis in unicum filium H eius dominũ nostrum Iesum Christum: iste unicus, q semper fuit apud patrem, æternitatem habet cũ patre, minor non potest esse à patre, sed unam habet cũ patre potestatẽ. Iste unicus, quem confitemur genitũ sine initio de patre, qui semper fuit apud patrẽ, & prodidit illum uerbo suo, qui fuit apud deum, & ipse erat deus, hoc fuit in principio apud deum. Nõ dicatis minorem esse filium de patre genitum, sed istum qui natus est de spiritu sancto, & Maria uirgine. Non intelligatis patrẽ Christi secundũ carnem spiritum sanctum esse: quia non omnis qui filius alicuius dicitur, de eo generatus intelligitur. Nam dicimus filios adoptiuos regeneratos ex aqua & spiritu: nũquid filij sunt aquę? Dicimus filios regni, filios ecclesiæ: sicut ait Apostolus: Per euangelium ego uos genui: nunquid filij sumus Apostoli? Nam si uelimus de rebus indignis loqui, iniuriam facimus tanto sacramento. Dicimus filios gehennæ, qui sunt filij iræ, Apostolo dicente: Fuistis aliquando filij iræ, sicut & cæteri: licèt talia tantæ magnitudini cõparanda non sint. Ideo diximus ista, quia dictum est: Natus de spiritu sancto. Itaq; credendum est spiritum sanctum patris esse, & filij. Et quia I deus spiritus uenit in Mariam, dicẽte angelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi: propter hoc quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Natus de spiritu sancto. Istũ spiritũ sanctum dicimus patri & filio esse coęqualem, & procedẽtẽ de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant mores uestros bonos. Sunt.n. hæretici, quorum sermo uelut cãcer serpit, qui filium minorem à patre æstimant, spiritum sanctũ inter creaturas esse ordinatũ. Sed cũ hæc audieritis, à peruersis nolite peruerti. Quod accepistis & didicistis à nobis, hoc tenete, hoc credite. Hæc credulitas confirmata sit in uobis, ut deus pacis regnet uobiscũ. Ergo credite in unicum dominum nostrũ Iesum Christum, natum de spiritu sancto, & Maria uirgine. Sed dicturi uobis sunt Gentiles, deprauantes fidem uestram: Qũo potuit uirgo concipere, uirgo parere, uirgoq; manere? contra naturã est hoc, dicturi uobis sunt: & uos econtrario respondebitis eis, Credulitas nostra quod uerbis explicare non potest, fide tenet. Nec enim qui ex nihilo fecit mũdum, cunctam creaturam disposuit, elementa constituit, mari terminum posuit, impossibile illi erat introire in uiscera hominis, & carnẽ fieri, K & possidere pudica uiscera matris. Nam homines nati de masculo & fœmina, si interrogentur qũo coagulati sunt in secreto matris, qũo ossa durata sunt, omnis compago membrorum, artusq; oẽs ordinati sunt in harmonia corporis disposita: quis exinde rationẽ reddit? Si ergo de natiuitate, quę semper in isto fluuio seculi uenit & transit, rationem non reddis: de singulari natiuitate Christi rationem reddes? Quid dicturi sumus? si dicamus testimoniũ fidei nostræ, fortè non credunt Gentiles: sed quod illis non proficit ad salutem, uobis credentibus proficiat. Qũo introiuit Christus ianuis clausis ad discipulos suos, super mare ambulauit, imperauit uento & tẽpestati, & facta est tranquillitas magna: quia ergo ista super nos sunt, & rationem de talibus miraculis reddere nõ ualemus, fide tenemus. Ergo hoc credite, deũ in natiuitate unici filij sui facere quod nos cogitatione inuestigare non possumus. Ergo natus de spiritu sancto, & de uirgine Maria, crucifixus est sub Põtio Pilato. Quare hoc passus est innocens pro nocentibus, liber pro seruis? ut quia nos in transgressione per Adam primũ hominẽ L mortui eramus, in patibulo crucifixi resuscitaremur. Fixus est cruci. Magnum sacramentum, magna altitudo crucis, magna latitudo, magna profunditas. Altitudo, ut ad patrem clamaret, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Latitudo, quia maiorem charitatem nemo habet, quàm ut animã suam ponat pro amicis suis. Profundum, ut ecclesia ad deum clamaret, De profũdis clamaui ad te domine, domine exaudi uocem meam. Et exaudiretur pro filijs uox eius. Iste Pontius Pilatus præsidatum gerebat apud Hierosolymam ciuitatem: ibi & Herodes erat, qui inimicitiam tenebat cum Pontio Pilato. Sed illa pietas Christi fecit ex inimicis in morte sua duos amicos, scilicet Põtium Pilatum, & Herodem. Fecit etiam & nos amicos patri, tollens parietem inimicitiarum, qui erat inter nos & deum, ut reconciliaret nos patri. Nam ipse dixit: Si feceritis ea quæ mando uobis, iam nõ dicam uos seruos, sed amicos. Ergo iste crucifixus sub Pontio Pilato sepultus est, ut in morte sua nos uiuificaret. Ipse mori uoluit, ne nos moreremur. Ipse se obtulit, seipsum pro nobis hostiam & oblationem in odorem suauitatis, ut de captiuis liberos faceret, de superbis humiles, de inimicis amicos. Descendit ad infernum, ut & ibi à miraculo non uacaret. Nam multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo, quæ postea mortua sunt, sicut Lazarus, sicut filia archisynagogi, sicut filius uiduæ. Quod fecit in istis tribus, hoc fecit per propriam resurrectionem in multis sanctis. Nam multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo, de quibus dixit Apostolus: Ex quibus plures manent, usque adhuc, quidam autem dormierunt. Tertia die à mortuis resurrexit: ne caro eius uideret corruptionem. Resurrexit, iam non corruptibilis, caro non passibilis, sed talis caro resurrexit, qualis hodie cum patre permanet in cœlo. Videte ubiq; sacramentum trinitatis. Ecce & in spiritum sanctum credimus, qui spiritus sanctus procedens de patre & filio charitate coniungitur. Manent enim fides, spes, charitas. Hæc fides in patre, una uirtus in filio. Iste spiritus sanctus ipse est, qui propria dona singulis tribuit prout uult. Ecce uidete alia tria. In carnis resurrectione fides, in uita æterna spes, in sancta ecclesia charitas. Credite carnis resurrectionem.

A nem. Nam in Ezechiele propheta ossa arida legimus
Eze.37.b fuisse collecta, q̃ sparsa fuerant, & accepta carne membra singula se agnouerũt, acceperunt spiritũ, & resurrexerunt. Nullus uos seducat inanibus uerbis, dicens: Qui à feris comesti sunt, qui cõbusti sunt, qui in mari à piscibus deuorati sunt: unde resurgent, qui tumulati non sunt, qui sepulturã non meruerunt? Ne mireris ad potentiam dei: quia nõ est impossibile ei restituere quod erat, qui fecit id quod non erat. Credite ergo uitam æternã, ubi mors nõ nominatur, corruptio, uarietas, miseria, & tentatio nõ accidit. Erunt homines in resurrectione in uita æterna, sicut angeli in cœlo. Per sanctam ecclesiam peruenientes, quę mittit perfectos, quæ dimittit peccata, quæ candidatos in martyrio acquisiuit, quæ castos & pudicos perfecit, quę ne
Psa.138.c sciẽtes ad perfectam scientiam perduxit. Nã uox eius est, Imperfectum meum uiderunt oculi tui: sed quoniam ipsos perfectos fecit, in libro tuo oẽs scribẽtur. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, ut credentes deus pacis sit nobiscum, Amen.

B

AD NEOPHYTOS, HOMILIA *tertia. Incerto interprete.*

Benedictus deus. Ecce stellę ẽt de terra micue
Ibid.71.d b runt, stellis cœlestibus clariores lucentes, in terra stellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec sufficit stellas in terra monstrari, sed & die suo luce lucente fulgescunt: & hoc plus admiratio nis affertur, quòd fulgore stellarũ noctium ministrarum, à præsentibus lumina clariora redduntur. Illæ nanq; Solis aduentu suo perfunguntur officio, hæ luce Sole iustitiæ properante maiore lucescunt: & illę se
Mar.13.e culorum cõfusione depereunt, hæ temporũ fine sese
Mat.13.f clariores offendũt. De illis etenim dictũ est, quòd stel
& Sapi. læ de cœlo cadent, sicut cadũt folia de uite: de his au
3.b tem, fulgebunt, inquit, iusti, sicut stellæ cœli. Quid sibi uult, quod dixit, Sicut cadũt folia de uite, sic stellæ de cœlo cadent? Sicut.n. uites cũ uuarum fructibus prægrauantur, foliorũ auxilium necessariũ ut protegantur, exposcunt, cũ aũt deposuerint fructum, necesse est ut foliis denudentur: Sic se habet hoc seculum:
C quandiu habuerit in se humanũ genus, tenebit & cœ
Mat.3.c lum stellas. Sicut & uitis folia. Nam nocte pereunte,
[Arbitror hoc loco pro Mazaroth, sc. ibi oportere Misrephoth. i. incendia: à uerbo שָׂרַף id est incendit, exussit: unde Seraphim dicti. i. incendentes & incẽsi. Κλίμαξ
sine dubio stellarũ utilitas simul cũ nocte deficiet. Illarũ ignea natura stellarũ est, & istæ edocentur igneã sortiti naturam. Sed ibi quidem ignis, quẽ humanus sensus inuenit: hic aũt, quem secreta mentis ostendũt. Ipse nãq; uos, ait, baptizabit spiritu sancto & igni. Vultis & utriusq; nomina partis audire? Illis quidẽ stellis nomina hęc sunt, Orion, Mazaroth, Arcturus, Vesperus, Lucifer. In his Vesperus nullus, sed Lucifer uniuersi. Benedictus deus, iterum dicamus: qui facit mirabilia solus, qui facit uniuersa, & conuertit uniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruũtur, qui tenebãtur paulò ante captiui. Et ciues ecclesiæ sunt, qui fuerũt in peregrinationis errore: & iustitiæ in sorte uersantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim sunt tantũ liberi, sed & sancti: non tantũ sancti, sed & iusti: nec solùm iusti, sed & filij: nec solùm filij, sed hęredes: nec solùm hęredes, sed & fratres Christi: nec tantùm fratres Christi, sed cohæredes: non solùm cohæredes, sed & membra: non membra tantùm, sed & templum: nec tãtum templũ, sed organa spiritus. Benedictus deus, qui facit mirabilia solus. Vides quot sunt baptismatis largitates? Sed multis quidem uidetur cœlestem gra- D
tiam in peccatorum tantũ remissione consistere, nos autem honores cõputauimus decem. Hac de causa & iam infantulos baptizamus, ut non sint coinquinati peccato, ut eis addatur sãctitas, iustitia, adoptio, hęreditas, fraternitas Christi, ut eius mẽbra sint oẽs, ut spiritus habitatio fiat. Sed uos dilectissimi fratres, si tamen mihi cõceditur fraterno uestro nomine gloriari. Et me quidem similis beatitudo conceperat, similis ornauit gratia: sed posteriore negligentia firmũ nexum cogitationis amisi: sed date uos mihi fraterno uocabulo nuncupari, propter nimiam. S. charitatem: & uos rogari permittite, ut tantæ gloriæ honorẽ animositas consequatur. Et tantò magis uos dignos gratia properetis ostendere, quanto uos inspicitis in culmine positos gloriarum: etenim transactum tempus palæstra fuit, atq; cõtentio, & lapsus facilè uenią merebatur: ab hodierna uerò die campus patet uirtutum, exercitationibus dedicatus, Agon instat, theatrum pręparatur, & ad spectaculum conuenit, nõ tantùm hominum genus, sed & cœlestis etiam cœtus angelorũ. Spectaculum enim, inquit, facti sumus mũ E
do, non hominibus tantũ, sed etiam angelis. Angeli 1.Co.4.b
expectãt, angelorum dominus præsidet, corona certaminis: hoc nõ tantũ honor, sed & magna cautela, quãdo is qui pro nobis animam suam posuit, ipse sit probamentum, iudiciumq; certaminis. Olympiaco nanq; certamine & friuolo perditoq; spectaculo, impositor coronarũ, in ipso contentionis examine prę esse cõsueuit, & in medio certantium loco consistẽs, nulli parti fauorabili nutu subuenire procurat, sed ipsius certaminis expectat incertum: & cũ mente sit, & loco medio cõtinetur, inter nostrũ & iam diaboli certamen Christus non media lance consistit, sed tutus noster fautor expectat. Et ut scias nostrarũ partium Luc.10.c
spectatorem, peruide quomodo nos tanquam suos Ps.40.b
unxit oleo lætitiæ, illum ut impẽderetur nobis instrinxit, ut cũ illum peruiderit cecidisse, calcate, inquit, super ipsum. Nos aũt etsi cecidisse peruiderit, auxilio suę releuat maiestatis, & dicit: Nunquid qui decidit, non adiiciet ut resurgat? Et dormientes excitat. Exurge, in Ephe.5.c
quit, qui dormis. Vis amplius admirationis inspicere? Nobis deum cœlũ post uictoriã præparauit, illi post F
uictoriam præparauit gehennam, minatur & pœnã. Ego si uicero, coronabor: ille si uicerit, punietur. Et ut scias maiora ei cũ superauerit præparari tormẽta, uicit Adam & supplãtauit. Quid igitur meretur uictoriæ suæ? Supra pectus, inquit, & uentrem ambulabis, Gen.3.c
& terram manducabis omnibus diebus uitæ tuæ. Si igitur sensibilem ita puniuit, damnauitq; serpentem: qua pœna inuisibili punietur, si tantis minister eius tormentis, cruciatibusq; succubuit? Incunctanter authorem maiores stimuli, atque eculei consequentur. Etenim si piissimus pater sui filij reperire ualuerit occisorem: non solùmodo dolorem suum, iramq; cõuertit in eum, sed etiam ipsum gladium quo filius perierat, particulatim cõminuit: ita & Christus noster cùm à diabolo hominem interemptum esse peruiderit: non solũ eum tormentis afficit, sed etiam eius gladium obtundit, & ad nihilum redigit. Cõsidenter igitur nos reparemus ad pugnam: etenim nobis arma suppeditant ultra splendorem totius auri fulgentia, & fortia, adamantis robore firmiora, totius ignis ardorem uincentia, cunctarum pondere leuiora pennarum. Nec enim quisquam hæc arma portando

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quassatur,sed subleuant membra,& in excelsa perducunt:& in cœlũ si cupieris,cum his sine dubio perfereris,penitus impedimento cessante. Rudis nanq; natura horũ armorũ uidetur,quia noualis nouus quotidie exercitator, homo factus cũ dæmonib⁹ litigare compellor. Natus in corpore incorporales inimicos agnosco. Hac de causa mihi thoracem diuinitus non ære confectum,non arte cõpositum,sed iustitiæ simplicitate præparauit, fidei clypeo roborauit. Armat me gladius meus,uerbũ teneo spiritus sanctitatis. Ille suis sagittis armatus est,ego meum gladiũ teneo: ille sagittarum iaculatione cõfidit,'mihi arma diuersa nõ desunt. Et ut eius formido monstretur,in cominus litigare non audet. Iaculorum longitudine semper affectat,ut mittat si peruiderit negligentẽ. Et aliam mihi deus ultra tutelam donauit armorũ. Quid illud? mensam præparauit,cibum satietatis ostẽdit,ut post epularum refectionem inimicũ possim robustius superare. Cũ enim te egredientẽ post conuiuium dominicũ uiderit inimicus, post cœlestes epulas tanq; ignẽ leonis ore flammantem fugit, & deserit omni uento uelocior, nec approximare contendit:& cũ cruentã linguam tuam de lõgẽ ille crudelis perspexerit, mihi crede non stabit:& cũ os tuum senserit rutilare, gressum suum retrò cũ timore torquebit. Vis huius sanguinis audire uirtutẽ? Redeamus ad eius exemplũ,& priorẽ typum recordemur, & pristinam scripturam narremus: In Aegypto nocte media Aegyptijs deus plagã decimam minabatur,ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitum eius populum detinebant. Sed ne amata plebs Iudæorũ unà cum illis periclitare tur, quia unus locus cõtinebat uniuersos,remedium discreptionis inuentum est. Proinde exemplum mirabile,ut discas in ueritate uirtutẽ,ira diuinę indignationis sperabatur,& mortifer domus singulas circũibat. Quid igitur Moses? Occidite,inquit, agnum anniculum,& sanguine eius linite ianuas. Quid agis Moses? Sanguis ouis rationabilem hominem liberare consueuit? Valde,inquit:nõ eò quòd sanguis est, sed quia dominici sanguinis per eum demonstratur exemplũ. Nam sicut regnantiũ statuæ,quæ sine causa sunt atq; sermone,nonnunquam ad se confugientibus hominibus anima,atq; rationibus decoratis subuenire cõsueruntI : non quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginẽ principalem:ita & sanguis ille qui irrationalis fuit,animos habentes homines liberauit,nõ quia sanguis fuit,sed quia huius sanguinis ostẽdebat aduentũ. Et tunc angelus ille uastator, cũ limitos postes atq; aditus peruideret,transiecit gressus,& nõ est ausus intrare. Nunc ergo si uiderit inimicus nõ postibus impositum sanguinem typi,sed fidelũ ore lucentem sanguinem ueritatis, Christi templi postibus dedicatũ,multò magis se subtrahit. Si enim angelus cessit extemplò,quantò magis terrebitur inimicus,si ipsam perspexerit ueritatẽ? Vis & aliam huius sanguinis scrutari uirtutẽ? Volo,unde primũ cucurrit incipias, & de quo fonte manauit. De ipsa primũ cruce processit,latus illud dominicũ initium fuit. Mortuo enim, ait,Iesu,& adhuc in cruce pendente approximat miles,latus lancea percussit,& exinde aqua fluxit, & sanguis. Vnum baptismatis symbolum,aliud sacramẽti: ideo non ait,exijt sanguis & aqua,sed, exijt aqua primũ,& sanguis:quia prius baptismate diluimur:& postea mysterio dedicamur. Latus miles aperuit,& templi sancti parietem patefecit. Et ego thesaurum præclarum inueni,& fulgentes diuitias me gratulor repererire. Sic & de illo agno factũ est. Iudæi ouem occiderunt,& ego fructum de sacramento cognoui. De latere sanguis & aqua. Nolo tam facilè auditor trãseas tanti secreta mysterij. Restat enim mihi mystica atq; secretalis oratio. Dixi baptismatis symbolum & mysteriorum aquam illã,& sanguinem demonstrari. Ex his enim sancta fundata est ecclesia per lauacri regenerationem,& renouationem spiritus sancti: per baptisma,inquã,& mysteria quæ ex latere uidentur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus ædificauit ecclesiam, sicut de latere Adam eius coniux Heua prolata est. Nã hac de causa Paulus quoq; testatur, dicens: De corpore eius,& de ossibus eius sumus,latus uidelicet illud significans. Nam sicut de illo latere deus fecit fœminam procreari: sic & de suo latere Christus aquam nobis,& sanguinem dedit, unde repararetur ecclesia. & sicut in sopore quiescentis Adæ deus lateris membra patefecit: sic modò post mortẽ aquã nobis donauit,& sanguinẽ. Et sopor ille nunc mors est, ut discas mortem nulla soporis separatione discerni. Videte quemadmodum sponsam sibi Christus conL iunxit,uidete quo nos cibo satietatis enutrit. Ipse nobis cibi substãtia est,atq; nutrimentũ. Nam sicut mulier affectionis natura cogẽte,genitum alere sui lactis fœcunditate festinat: sic & Christus quos ipse regenerat,suo sanguine semper enutrit. Igitur quoniam nos tantis bonis agnouimus esse perfunctos,uitam congruam peragamus, & symbola illa atq; pactiones quibus sumus costricti, cordibus nostris inhæreant. Vobis proclamo, cautiones uel chirographa peccatorũ nostrorũ scinduntur: quia nunc estis recenti lumine illustrati. Sed & uos hac admonitione constringo, quos olim quoq; similis beatitudo suscepit. Communis etenim hæc ratio nobis est,idẽ sermo cõis obligatio: quoniam neq; & fœdera nobis cũ illa cõmunia: non atramento,sed spiritus recordatione conscripta: non calamo, sed linguæ puritate firmata, hoc enim cum calamo de deo pactiones conscribi consuerũt. Et ideo Dauid ait: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Confessi sumus huius imperium, diabolicam negauimus tyrãnidem. Hoc chyrographũ, hoc pactum,hoc symbolum docetur esse cõscriptũ: M uidete ne chirographario inueniamur iterum debitores. Venit Christus,& paternis nos cautionibus inuenit adstrictos,quas cõscripsit Adam. Ille initium obligationis ostendit,peccatis nostris fœnus accreuit: ibi maledictio fuit,& peccatum,& mors, legisq; cõdemnatio:& hæc omnia Christus deleuit atq; cõfixit, & clamat Paulus dicens: Chirographum peccatorũ nostrorum quod erat aduersarium & ipsum tulit de medio,affigens cruci:non dixit, delens,non cataractãs: sed cruci affigens, ut prorsus eius nec uestigia remanerent:ideo non deleuit, sed conscidit. Crucis enim claui dissipauerunt illud,ut in eo nulla de postero remaneret utilitas. Et hoc non in angulo,nec secretim, sed in mundo medio omnium uidentibus oculis, in excelso ligno nexum eius euacuat. Inspiciant quidem angeli,considerent archangeli, & cum omni admiratione cœlestes peruideãt potestates. Nec aduersarios hoc lateat,nec dæmones, nec ipsum diabolum, qui nos debitis obnoxios effecerunt. Scinduntur sub fœneratoribus cautiones, ne nobis in posterum molestiæ præparentur. Quomodo igitur prius chirographũ omnibus uiribus caret, inuigilemus ne nos alia

Exo.11.b

Exo.12.d
Leui.1.c

Exo.12.d

Ioan.19.f

Ephes.5

Psal.44

Colos.2

A alia obligatio : alterq; nexus adstringat. Crux. n. scda non est,nec altera remissio peccatorũ: per lauacri regenerationẽ. est nanq; remissio,sed nõ conceditur per lauacrũ. Et ideo inuigilemus, & arripiamus solicitudinẽ. Propter hoc. n. de Aegypti finibus emigrastis. Nec illius terræ iterũ seruitia cogitemus, nec ueluti lateris cõmemoratio habeatur: later etenim est istius uitæ dementia. Nam & ipsa species auri fulgẽtis nondum arte cõposita,nihil aliud nisi terra mõstratur. Vidisti mirabilia longè maiora, q̃ Iudæi in illo tpe Aegyptũ relinquentes: non uidisti armatũ Pharaonem suffocatum,sed uidisti diabolũ mole suppressum. Illi fluctus & pelagus transierunt,tu mortem transisti: illi Aegyptiorũ separatione alienati sunt,tu dæmonũ liberationeExo.34.d gratularis: illi iugum amiserunt barbaricæ seruitutis,tu qd durius est,à peccatorum seruitute liberatus es. Vis aliunde quoq; cognoscere unde honor tibi est amplior attributus? Iudæis tunc Mosi uultũ glorificatum nõ fuit uidere concessum,& Adæ conserui, Adæ1.Cor.3.d sanguinis necessitate cõiuncti: tu aũt Christi uultum in sua gloria peruidisti. Et clamat Paulus dicens: Nos B autem oẽs reuelata facie gloriã domini speculamur. Illi tunc habuerunt Christũ subsequentẽ,sed nos hodie plus meremur habere protegentẽ. Et illos quidẽ propter Mosi gratiã Christus dominus sequebatur, nobis aũt hoc non tantũ nouelli Mosi causa concessum,sed etiam pp obedientiam uestrã. Illis post Aegyptum cuncta deserta serpẽtibus plena,sed nobis cœlum post Aegyptum præparatur diuersis mansionibus plenum. Illi habebant ducem Mosen, nos dominum saluatorẽ. Hoc de isto Mose siquis dixerit,'mihi crede,non errat. Nam & huius labia spiritus lenitatisExo.16.d amplexus est,huius animæ spiritus mãsuetudinem tenet. Moses tunc manus ad cœlũ leuauit,& manna panem protulit angelorũ: iste Moses dexterã tetendit adIbid.17.b cœlũ,& protulit panem cœlestẽ. Ille percussit petrã, & fontes aquarum protulit: iste proximans mensę petram percussit spiritalem,& fontes spiritales ostendit. Ideo nanq; mensa ut fons affluens in loco medio collocetur,ut undiq; circunstantia satientur armenta: ut salutaris ille meatus abundanti largitate decurrens, nullum sitis rabie deperire permittat. Quoniã igitur C talis nobis hic fons est,talisq; uita nostra cõceditur, & omnibus bonis mensa completur,ut undiq; nobis affluat largitio spiritalis: accedamus cũ corde ueritate suffulto,cũ pura conscientia, ut accipiamus gratiã, & misericordiam,& auxiliũ opportuno tpe, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto, & nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

AD BAPTIZANDOS HOMILIA
quarta. Incerto interprete.

Quòd sacramentorum traditio catechumenis adstantibus recitari non debeat. Et cur lauacrum iterum regenerationis,& non remissio dicitur peccatorum. Et quia non solũ petierare non conuenit,sed & bene iurare periculosum est.

Quàm dulcis ista fratrum caterua conuenit,
o O quàm suauis dilectissimorum cœtus inspicitur. Fratres enim uos & ante dolores partus,nomino:& ante cognationis affectionem,uocabulo charitatis appello. Noui etenim,optimeq; nõ nescio: quantum uos paulò pòst beatitudinis culmẽ excipiet,& quantam tenebitis potestatẽ. Quemadmodum aũt eos precibus multi ambeũt supplices,quos spes est ad dignitatũ fastigia eleuãdos:& futuri potẽtatus gratia adulationibus eis sese commendare festinant:& ante potestatis tẽpus se sociant, ut futura mereantur: hoc & ego facio,hoc mihi præparo, hoc diligenter excogito. Non. n. ad simplicẽ gloriam eleuari speratis,sed ad ipsam imperij potestatẽ. imo nec simpliciter ad ipsum imperiũ,sed cœleste. Et ideo uos peto,ideo omni deprecatione uos posco, ut quãdo ad illud regnum ueneritis, mei memores esse uelitis. Et sicut Ioseph ad Archiennũ dicebat, Memẽto mei, cũ benefactum tibi fuerit. Hoc & ego nunc peto. Hoc dico, Mementote mei,quando uobis benefactũ fuerit nec uicem sicut ille,somnij interpretationis exposco. Non. n. sum somniorum interpres,sed cœlestiũ secretorum,qualia nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderunt: talia sunt, q̃ præuarauit deus diligentibus se. Et Ioseph quidẽ ad Archiennũ dicebat, Adhuc triduum,& restituet te Pharao ad Archieunuchiam: ego aũt non dico,post triduũ ad officiũ tyrannici ministerij uenietis: sed post triginta dies nõ uos Pharao,sed cœlorum dominus ad pristinam patriam reuocabit,& Hierusalem cœlesti restituet. Et ille dicebat,quia à te calicem manus tyrãni suscipiet: ego aũt dico,quòd ipse iperator,ipse dominus, tuis manibus terribilem calicem ministrabit, qui honore utranq; superat creaturã, & omni uirtute decoratur. Norunt istius calicis uirtutẽ,qui sunt diuinis cõsecrati mysterijs: sed & uos paulò pòst poteritis addiscere. Mementote igitur mei,quando uos illud suscipiet regnũ, quando regale uos proteget indumentũ, quando purpura dominico sanguine tincta decorabimini,quando coronã Solis radijs splendidiorẽ sentietis in capite. Talia. n. illius sponsi dona esse cõsuerunt, q̃ nostrum quidẽ meritum uincunt: sed dantis sunt cogrua pietati. Et ideo uos ante ingressum sancti thalami beatos appello. Nec solũ beatos nomino, sed & benignitatis laudo,quòd nõ sicut nonnulli,ad baptismi perceptionẽ finẽ uitæ expectare uoluistis: sed tempora formidantes incertũ,tanq̃ boni serui domini pcepta seruastis:& eisdem animæ colla cũ omni benignitate supponitis,& iugũ Christi cũ omni suauitate suscipitis,& sarcinã leuem sentitis. Nam licèt similem etiã illi cõsecrationẽ mereantur: sed nõ illis similis est uolũtas, nec rerũ similis præparatio. Nã illi iacẽtes in lectulo percipiunt: uos aũt in ecclesiæ sinibus, q̃ mater omniũ est,meremini cõsecrari. Et illi flentes, uos læti & exultantes: illi ululantes,uos aũt deũ glorificãtes: illi ualetudinis nimio calentes ardore,uos spiritali suauitate completi. Hic oia conueniunt gratiæ, ibi nihil cõuenit gratiæ. Nã ibi fletus, ibi lamentatio, & ipsa sacrorũ traditione circunstantium lachrymæ, fletusq; cunctorum. Adstant ululantes filij, conjux brachijs laceratis ingemiscit, amici tristantur, lugent seruuli, & ipsa domus tristitia quadã imitatur infernũ. Et si ipsius cor iacentis inspicias, adstantibus eũ reperies tristiorẽ. Nã sicut pelagus diuersis flatibus agitatum,in multas diuiditur partes: ita & languentes diuersis cogitationibus occupati, multis solicitudinib⁹ prægrauantur. Quando. n. infantes uiderit filios, eorum imbecillitate stimulatur annorũ: quãdo matronam paulò pòst relicturus inspexerit, uiduitatis cogitatione cõtentur. quãdo familiam cogitauerit, eius separatione laceratur: quando seipsum inspexerit mori

Ge.40.b Capite Geneseos. xl. legis hæc dixisse Ioseph nõ archiẽno sine archieunucho. icubitularium regis principi.

מַשְׁקֶה maskeh : pro quo. LXX. editio hẽt ἀρχοινοχοῶν principum, sine ut Hieronym. sub finem quæstionum in Genesin. uinariorũ principi. Cõsentit uniuersæ ecclesiæ ethio.

Argumentum à simili.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gturum, omnibus nebulis ſolicitudinum circundatur. Talis illius animus eſt: & in illa turbella domus ſacerdos ingreditur, ipſo languore circūſtantibus execrabilior. Nā medici uoce, qui iacentem deſperatum nunciat, putatur illo tempore deſperatior ſacerdotis ingreſſus: & mortis æſtimatur indicium, quod æternæ uitæ materia eſt. Sed nōdum molem calamitatis edixi: nondum malorum cacumina demonſtraui. Nam nonnunq̄ cum neceſſaria præparantur, anima ſeparatur, anima diuellitur è corpore. Sæpius & adhuc in corpore cōſtituta nihil magnum cōmoditatis agnoſcit. Nam quādo neſcit aſtantes, quando uocē prolatam non audit, quando illa uerba, quæ ſpōſionem cōmuni omnium domino ſarere conſuerunt, proferre non poteſt, ſed tanq̄ lignum aut lapis immobilis actiuetur: quid utilitatis ſacrorum traditione præſtatur? Erenim in tanti pceptione myſterij, uigilare uos cōuenit, & totius ſolicitudinis uincula laxare, & mundam domum tanq̄ ipſi regi aduenienti prēparare. Talis mentis ueſtræ perceptio ſit, talis animoſitas inuitetur. Et dignam quidē uicem de cœleſti ſperate ſubſidio, qui rependere cōſueuit eis, qui eius audire præcepta feſtinant. Sed & quia cōſeruum condecet, quę ſua ſunt cōferre conſeruis, & noſtra uobis cōferamus: immo nō noſtra, qa & ipſa dominica ſunt, Quid enim, inquit, habes, quod non acceꝑiſti? Sed & ſi acceꝑiſti, quid gloriaris, quaſi nó acceꝑeris? Et uellem hoc quidem primum meo declarare ſermone, cū maiores noſtri totius anni diebus præteritis hoc in tempore eccleſię filios conſecrare uoluerūt: & cur poſt noſtrum magiſterium imbutos pedibus nudis, uno tantū ueſtimento conceſſo, ad uoces exorcizantiū accedunt. Non enim paſsim ſnec ſine ratione & hunc habitum, & hoc tēpus illi conſtituerunt. Sed hoc utrunq̄ habet myſticam & ſecretam rationem. Sed, ut dixi, uellē uobis hoc antè monſtrare. Sed quia neceſſario ſermone prouocamur, neceſſarium eſt hæc interim præterire. Nam primo neceſſariū eſt dicere, quid ſit baptiſmus, & cuius cauſa hoc ad noſtrā uitam peruenit, & quanta nobis bona præparat. Sed ſi uultis, de ipſius myſticæ purificationis uocabulo dicamus. Non enim ei unum uocabulum eſt, ſed multis & diuerſis nominibus nuncupatur. Nam hæc expurgatio lauacrum iterum regenerationis dicitur: Saluauit enim, ait Apoſtolus, nos per lauacrū regenerationis & renouatiōis ſpiritus ſancti. Dicitur & illuminatio: & ita illud Paulus apoſtolus nuncupauit. Recōmemorate nanque, ait, priores dies, quibus illuminat multā colluctationem ſuſtinuiſtis paſsionum. Et iterum, Impoſsibile eſt eos, qui ſæpe illuminati ſunt & guſtauerunt donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, & lapſi ſunt: iterum renouari ad pœnitentiā. Vocatur & baptiſma: Quotquot.n.in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Vocatur & ſepultura: Cōſepulti.n.ait, idem, ſumus per baptiſmum in mortem. Vocatur circūciſio: In quo, inquit, & circunciſi eſtis circuciſione nō manufacta in expoliationē corporis peccatorum carnis. Vocatur crux: Vetus etenim, inquit, homo crucifixus eſt, ut conuertatur corpus peccato. Eſt & alia uocabula multa proferre: ſed ne omne tēpus diuinæ gratiæ nuncupationibus erogemus, ad prius dictum nomen redeamus, & huius ſignificatione monſtratum ſermonē finiamus. Sed interim paulo ſuperius dicta tractemus. Eſt oīum hominum lauacrum cōmune, qđ ſordes corporis lauare cōſueuit. Eſt & lauacrū Iudaico illo quidem lauacro melius, ſed quod cœleſti gratia ſuperatur. Nam & ipſum ſordes corporales extergit, ſed non ſimꝑr corporales, ſed & imbecillem conſcientiā tangit. Nam multæ res ſunt, quæ natura quidē ipſæ non ſunt immundæ, ſed imbecillitate cōſcientiæ efficiuntur immundę. Nam ueluti pſonæ tragicæ arte quidem feras repræſentant, cū nullum ſuapte natura incutiant terrorē: infantulis tamen formidabiles conſpiciuntur eſſe, idq̄ imbecillitate naturæ contuentiū: ad eum modū quæ iam diximus puta, ſi iam emortuum corpus contingatur, id ſuapte conditione immundū non eſt: uerum ſi puſillanimi occurrit, iam eum reddit immundū, qui tetigit. Nam quia nō ipſa rei natura eſt immunda: ipſe Moyſes, qui iſta conſtituit, demonſtrauit: qui Ioſeph mortuum ſecū portabat, & mūdus nihilominus pmanebat. Ideo & Paulus de iſta non immunditia q̄ non ſui natura, ſed ex puſillanimi conſcientia uenit, demonſtras dicit: Nihil cōe per ſe: niſi, qui cogitat commune. Vides immunditiam non ex ipſa rei natura, ſed ex conſcientię imbecillitate proferri. Et iterum, Omnia quidē munda: ſed malum illi homini, qui cum offenſione manducat. Audis & hic, quòd non edere, ſed cum offenſa edere, cauſa immunditiæ eſt? Nunc igitur, ſordes corporis Iudaicum lauacrum emundabat. Diuinæ autē gratiæ lauacrū non corporis, ſed animæ maculam, ſordesq̄ mundare conſueuit. Non.n.eos, qui mortua corpora tetigerunt: ſed eos qui operibus mortuis prę grauantur, efficit mundos. Etſi mollis, etſi fornicator, etſi idolis ſeruiens, & ſiquid aliud hmōi gerens quiſpiam reperiatur, etſi omni humana deteſtabilitate fuerit prægrauatus, etſi totius malitiæ nodis adſtrictus: cum ad illam natatoriam uenerit, cum illius fontis diuinos ſenſerit riuos, Solis radijs mundior eleuatur. Et ne putes ambitionis gratia hæc uerba proferri: audi Paulū, de huius lauacri uirtute dicentē, Nolite errare. nec hi, qui idolis ſeruiūt, nec fornicatores, nec adulteri, nec molles, nec maſculorū cōcubitores, nec ebrij, nec auari, nec fures, nec ſuſurratores, nec rapaces, regnum dei poſſidebunt. Sed inquis, Quid hoc ad tractatum propoſitum? Nam hoc quæritur, ſi oīa lauacri mundantur uirtute. Et ideo accipe q̄ ſequuntur. Et hæc, inquit, quidē eratis, ſed lauati eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu domini dei noſtri. Nos quidē pollicemur uobis oſtendere totius malitię uinculis abſolui, & omni immunditia liberari eos, q̄ hoc lauacrū promerentur: uerum ratio longè maiora declarat. Non.n.mundos tantū, ſed & ſanctos & iuſtos effectos oſtēdit. Non.n.dixit, lauati eſtis tantū: ſed, & ſanctificati, & iuſtificati. Quid hac re mirabilius, qđ inopinatius demōſtratur: quādo ſine certamine, quā do labore ceſſante, quando minimè ſudore decurſo, iuſtitia procreari conſpicitur? Talis etenim diuinæ gratiæ miſericordia eſt, ut iuſtos faciat, ſudore ceſſante. Nam ſi imperatoris pceptio paucis conſcripta literis multorum criminum reos liberare conſueuit, alijs quoq̄ præſtare culmina dignitatū, multò magis dei ſpiritus ſanctus & cūcta potēs, omni uos malitia liberabit, & multā iuſtitiā largietur. Et ſicut ſcintilla ignis exigua in profundi maris pelagus cadens aquarū copia nō paulatim, ſed ſtatim extinguitur, & illico nihilū eſſe demōſtratur: ita & oīs humana malitia quādo ad natatoriā cœleſtiū fontium ualuerit puenire, illius ſcintillæ facilius extinguitur ardore. Et ob quam cauſam,

Actiuetur antiquè poſitum.

H

1.Co.4.b

Γοῦν ἀπλῶς. id eſt nō temerè.

I

Baptiſmus diuerſis nominibus nuncupatur.

Ad Titū. 3.b
Heb.10.f
Ibidē.6.a
Gala.3.d
Rom.6.a

Coloſſ.2b

Rom.6.a
Eſt.pro li et . Eſt hbraſis Græca.

K

Simile.

Exo.13.d

Ro.14.d

Ibidem.d

L

Homœoſis.

M
Ibidem.

A ſam, inquis, hoc quod nobis peccata concedit, non lauacrum remiſsionis peccatorū dicitur, nec lauacrum purificationis, ſed lauacrū regenerationis? Quia non nobis ſimpliciter peccata cōcedit, nec ſimpliciter nos purificat malis actib⁹ implicatos, ſed tanq̄ è cœlo generatos efficit. Nam de cœlo nos condit, & inde concipit: non de terra componens iterum, ſed alio nos elemento. i. per aquarum naturā progenerat. Non enim uaſa ſimpliciter purgat, ſed integrū nouat iterū. Nam cum uaſa purgantur, etſi diligentia multa terguntur: quædam ueſtigia nihilominus retinent uetuſtatis, & priſtinam maculam non amittunt. Illa autē quę conflatorio cōmittuntur, cū flamma fuerint renouata: omnem maculam præteritæ fœditatis amittunt, & nunc primum confectis non diſsimilia proferuntur equali fulgore micantia. Vt igitur ſtatuam auri metallo confectam aliquanti temporis metis, fumo & puluere & ęruginis ſordibus coinquinatam cum artificis manus acceperint, renouant fornacis ardore, & ſplendidam nobis lucidamq̄ demonſtrant: ita & noſtram naturam deus ęruginatam mole peccati, & malorum

B geſtorū fumo uiolatā, & omni pulchritudine quā primo ei donauerat, denudatam in illos aquarum fontes, tanq̄ in purgatorium mittit: & pro flamma, ſpiritus gratiam ſubminiſtrat, & exinde rudes effectos ēt Solis radijs eleuat clarius lucētes, ueterem hominem conterens, nouum aūt oſtendens longè meliorem: & iſtam nobis quaſſationem & myſticam purificationem obliquo ſermone olim propheta demōſtrabat, dicens: Sicut uaſa figuli, conteres eos. Nam quia de ſidelibus loqtur: ſuperius nobis manifeſtè declaratur, quum ait: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & poſſeſsionem tuā terminos terrę. Vidiſti, quēadmodum eccleſiam gentium cōmemorauit, & ubiq̄ extentum Chriſti nominauit imperium. Et propterea ait: Reges eos in uirga ferrea nō graui, ſed forti: ſicut uas figuli cōteres eos. Ecce & lauacrum ſentitur myſticè. Non enim dixit, ſicut uaſa fictilia: ſed, ſicut uas figuli. Et ideo attendamus, & diligentius audiamus. Nam contracta uaſa fictilia iam nulla emendatione corriguntur, ſemel figuram per flammas ſortita: uaſa aūt figuli nō ſunt fictilia, ſed argilla cōpoſita. Inde & ſi quo fuerint caſu peruerſa, facilè ad figuram priſtinam artificis

C reformantur induſtria. Et ideo quando calamitatem ſine remedio dicit, Non uas figuli, ſed uas fictile nominat. Nā quando propheta mōſtrabat Iudæos cum ciuitate ſupplicijs extremis traditos, & nullū eis remedium promittebat, iuſsit accipi uas fictile, & ante omnem confringere populū: & dicit, quia ita ciuitas patriet. Quando aūt ſpem eis pollicetur, prophetā ad figuli uas adduxit: & illi non oſtendit uas fictile, ſed argillam ei, in manibus poſitam demonſtrat artificis, quæ etſi cecidерit, reformatur tamen. Ideo ſeqtur dicens: Si iſte figulus, ait, hoc uas lapſum iterū renouat, nō multo magis ego uos potero lapſos corrigere? Et poſsibile quidē deo eſt non ſolū de argilla factos corrigere per lauacrum regenerationis, ſed & ſpiritus acceꝑta uirtute, & lapſos poſt pœnitentiam ueram ad ſtatum priſtinū reuocare. Sed non nunc temporis eſt de pœnitentia nobis proferre ſermonem, imo nunquam neceſſe ſit talia uobis remedia demonſtrare: ſed ſit ſemper uos pulchritudinem, quā eſtis accepturi, intactam inuiolabilémq̄ ſeruare. Sed ut ſemper tales durare poſsitis: de cōuerſatione uobis pauca narremus. Nam in palæſtra athletis ſemper ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus facilè ueniā promeretur. Nam ſuis certatur, & magiſtrorū corporibus meditantur. Sed quādo agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quādo ſtadium patet, quādo omnes ad ſpectaculum fuerint cōgregati, quādo agonotheta præſidet, quando monſtratur corona uirtutis: tunc neceſſe eſt, aut lapſum pudore infamatū, pœnas dedecoris ſuæ negligentiæ ſuſtinere, aut ſolertiæ palmam ſuſtinere uincentē: Ita & uobis horum dierū tri ginta ſpacium exercitatio & meditatio eſt. Sed exhinc diſcamus euincere, & aduerſarium dæmonem ſupare properemus. Nā contra illum, magnum nobis eſt certamen. Poſt lauacrū igitur, eum iam ſupplātare diſcamus: & unde nobis inſidiatur, inuenire curemus: & unde facilè poterit ſuperari, ut in agonis ipſo certamine, nulla nouitate terreamur, ſed eius inſidijs agnitis, arte, fraudeq̄ comperta ſecuri cū omni fiducia dimicare poſsimus. Vndiq̄ nobis inſidias præparare conſueuit, ſed facilius lingua & ore peccāte. Nullum.n.æquè congruum illi organum in miniſterium eſt interitus atq̄ peccati. Nam inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde naufragiū præparatur. Nam & mētium lapſus ex linguæ garrulitate uenientes quidam declarans, ait, Multi ceciderunt per gladium: ſed nō tanti, quanti per linguam. Et grauē caſum monſtrare feſtinans, ait: Lapſus de pauimento, aut lapſus de lingua. Quod dicit, tale eſt: Conducibilius eſt, inquit, ruere & corporis ſentire iacturam, q̄ uerbum tale proferre, unde anima poterit deperire. Et ſuadet multā ori adhibere cautelam, dicens: Fac ori tuo oſtium & ſeram. Non ut portas corpori faciamus, ſed ut nó facilè uerba proferantur, & ad incongrua dicenda, ſeſe lingua cum omni cautela cōtineat. Et alibi oſtendens, quia ad hanc ſerā retinendam ſolertiæ noſtræ, ēt diuinum neceſſariū ſit auxilium: unde & ad deū manum protendēs propheta, dicebat: Eleuatio manuū mearum ſacrificiū ueſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circūſtantię labijs meis. Et qui priora perſuaſit, ipſe iterum ait: Quis dabit ori meo cuſtodiam, & labijs meis ſigillum aſtutię? Vides hoc lapſos ſingulos formidare, uides oēs lamentari, omnes ſuadere, omnes orare, linguam ſuā cautela cuſtodire ac retinere? Et cur, inquis, hoc mēbrum quod tantū nobis periculū adfert, deus ab initio dedit? Quia & multum nobis hinc cōmoditatis eſt, & uolentibus nonnunquam prodeſſe conſueſcit: nec mortē habet, nec peccatū concedit inuito. Et audi quid ille ait: In manu linguæ uita & mors. Et Chriſtus ſignificās ait: De ſermonibus tuis iuſtificaberis, & de ſermonibus tuis adiudicaberis. Media nāq̄ utriuſq̄ partis lingua eſt: & ſi utriuſq̄ eſt, tu dominus es. Nā & gladius in medio poſitus, ſiqdem fuerit aduerſus hoſtes arreptus, ſalutaris accipienti reperitur: ſi uero tenētis uiſceribus inferatur, mortem præparat inferenti: non quia talis ferri natura, ſed quia utentis tale conſilium eſt: ita & lingua eſtimetur gladius in medio poſitus. Armetur aduerſus peccata tua, nō ad fratris plagam præparetur. Et ideo deus eam uelut muro duplici uoluit circundari. Nam dentiū tegmine, & labiorum cuſtodia continetur, ne uerba improuida garrulitate proferantur. Refręna igitur linguam: & ſi non patitur reticere, dentium morſu quieſcat, & tanquam carnifici tradatur dentibus. Nam hoc eſt eam conducibilius ſuſtinere, quàm poſtea aquę ſtillationē nullatenus promereri.

Meditatur exercentur.
Phraſis Græca eſt.

Lingua ex ganū adminiſtrādæ morti aptiſsimū

Eccleſiaſti.28.c
Ibi.20.d

Ibi.28.d

Pſa 140.a
Ibid.38.a
Eccleſiaſti.22.d

F

Prou.18.d
Mat.12.c

Simile.

A ſimili argumentum.

Hiere.18. a.et.19.c

Ibidem.

Sit, pro cōtingat. Similitudo elegās

N

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Et alia quidem multa peccata admittere cõsueuit: ut cum blasphemat, cũ turpia uerba componit, cum calumniatur, cũ iurat, cum peierat. Sed ne hodie uniuersa tractãtes, mentes uestras latius occupemus: unam interim uobis indicimus legẽ, nequando uestrũ quispiam iuret. Nã hoc prænuncio atq; prejudico, quòd si quis non dico piuria, sed ét iurationes iustas de cætero non declinet, nõ promerebitur sermonẽ nostrum. Nã ut stultum est magistros qdem puerilium studiorum infantibus ante scla magisteria narrare, nisi priora eorum cordibus inhæsisse cognouerint: ita & nos nondũ mẽtibus uestris nostro sermone affixo, alios uel tractatus offerre & facere, ut putidus è dolio liquor hauriatur. Ne igitur uos amara prohibitione tristemini: date opam, ut præceptis commodetur effectus. Nã hoc peccatum ualde crudele est, & ideo ualde crudele putatur: & hac de causa illud timeo, qa nullus illud pertimescit: sed sicut simplex sermo prolatus reatum non uidetur afferre: ita & iusiurandũ esse putatur, si cũ multa fiducia hoc profertur illicitum. Et siqs increpauerit: risus mouet, iocos narrare putatur:

A *simili argumẽt.m.*

H & ideo de hac re sermonẽ longius protraho. Pũditus etenim hoc amputare festino: & multi temporis malum radicitus euellere cupio, nõ tantũ periuria, sed ipsas quoq; iurationes. Sed ille, inquis, iurat homo, qui mitis est, & cui est sacerdotium cõmendatum, & qui in multa castitate & reuerentia conuiuatur. Nolo mihi hunc sanctum, hunc mitem, hunc pudicum, hunc proferas sacerdotem: sed si Petrum mihi, si Paulum, si de cœlo angelum narres: nec sic personarum dignitate terrebis. Nam legem non seruilẽ, sed dominicam de iureiurando lego, & quando impiale constitutum recitatur, omnis seruilis dignitas cõquiescat. Etenim, si Christum hoc mandasse poteris approbare, aut qa hoc Christus non punit, ostendere: acquiesco. Sed si cum tanta prouisione hoc fieri prohibet, ut iurãtem maligno sociaret (nam supfluum, inquit, horum, diaboli est) quid mihi alium atq; alium cõmemoras, qd aliquorum nominas facta? Non.n.ex seruorũ negligentia, sed ex sua præceptione, sortem tibi deus attribuit. Iussit, inquit, præceptis obtemperare. Cõgruum est & non cuiuslibet facta memorare: nec aliena mala cõuenit imitari. Nã & magnus ille Dauid peccauit, & grande peccatum. Quid ergo? Ideo nobis sine periculo peccare cõceditur? Non. Nam hac de causa cauere debemus, & facta fortia imitari sanctorum. Et si ali qua negligentia, legis præcepta uiolata sunt: cũ omni festinatione transire nos conuenit. Non.n.ad conseruos nobis, sed ad dominũ ratio est. Huic omnium gestarum rerum necesse est nos reddere rationes. Ad illud igitur nos iudicium præparemus. Nam licet magnus & admirabilis ille sit, qui hãc legem respuit, pœnam sine dubio calcatæ huius præceptionis exoluet.

Mat.5.f

γνώμη.

Act.10.c

Non enim est deus personarum acceptor. Quo igitur modo, quóue subsidio, hoc poterimus declinare peccatum? Non.n solũ conuenit crimen crudele mõstrare, sed potius criminis ultione liberari. Est tibi coniux, sunt filij, est amicus, est seruulus, est uicinus, est sanguinis cognatione sociatus? festina oibus huius legis præcepta narrare. Sed inquis, Dura res, cõsuetudo, & quæ facilè mutari non possit: & quæ nos nonnunquam & inuitos trahit, & nolentes cõmittere cogit illicita. Igitur tantò te huius mali reatu liberare festina, quanto cõsuetudinis uim necesitatem; cognoscis, & ad aliã consuetudinẽ migrare propera. Nã sicut te

A *iurandi consuetudine fũmopere cauendum.*

K praua consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, ut & uoluntatẽ te iurisiurandi lapsibus nõ permittat euinci. Nã reuera multũ consuetudo prẽualet, & iura didicit imutare naturæ. Vt igitur non assiduè doleamus, ad aliã consuetudinẽ demigremus: & ab oĩbus tibi, singulisq; cõiunctis hoc postula, hoc pete beneficiũ, ut te iurantẽ arguant, ut confundant. Nam cũ te afficiunt tua confusione authorẽ, & sibimet similia largientur. Nã qui alterũ, ne iuret, arguit: nec facilè se præcipitare patietur in periuriũ. Etenim est iurandi peccatũ: & non solũ cum de rebus friuolis, sed etiã cum de maioribus celebratur. Nos aũt & cum uilia cõparamus, & cum de uno numo cõtendimus, & cũ aduersus seruulum cõmouemur: deum testẽ inuocamus. Et hominis quidẽ ingenui & aliqua dignitate muniti, in publico ad hmõi res nõ audemus testimonium postulare, ne & iniuriarum contra nos uindicta procedat: deum aũt cœlorum regẽ, angelorũ dominum, & cũ contrahis, & cum loqueris, & cũ quibuslibet sermonibus delectaris, aduocas testem? Vt igitur, hoc crimine liberemur, inuicẽ admoneamur, infitum tempus cõstituamus, & tẽpus dierum decẽ. Volentibus.n. & uigilantibus & hi sufficiunt dies, quò penitus hoc crimine consuetudinis liberemur: & post decem dies nihilominus si illaqueati repiamur, pœnam nobis constituamus. Sed inquis, Dicto pœnam, propone uindictã. Hoc iam non meum, sed uestrum est: & si ita circa nos non solũ iureiurãdo, sed in alijs conuersationibus præcauere uoluerimus, constituentes tempora, pœnas indicentes: mundi ad nostrũ dominum ire poterimus, ut de ignis gehenna liberemur, & cum omni fiducia tribunal Christi uidebimus, quam omnes liceat obtinere per Iesum Christũ dominum nostrum in secula seculorum; Amen.

Antithesis.

L

Ioan.12.d

2.Tim.2

DE MILITIA SPIRITALI,
Homilia. V. Incerto interprete.

Ona quidem sunt & utilia regis ad eos, qui
b imperio eius subiecti sunt, legum statuta: sed maiora, & angustiora illa præcepta sunt, quæ militantibus obseruanda decernit. At ergo nunc ad militiam spiritalem cœlestis regis mandata præcantibus nobis diligenter attendat omnis, qui magnæ &

M supernæ dignitatis est cupidus, & qui semper Christo adstare desiderat: qúque magnificæ illius & diuinæ uocis non otiosus auditor est: Siquis meus minister est, me sequatur: & ubi ego sum, & minister meus est. Vbi ergo est Christus rex? Vtiq; in cœlo. Illo ergo terreæ consuetudinis, & omnis carneæ delectationis, nemo qui militiæ accingitur, domum sibi construit: neque possessiones agrorum comparat, aut uilibus humanorum negociorum commercijs implicatur. Nemo, inquit, militans deo, implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat à quo probatus est. Escas miles regius habet, & imperatoris annona pascitur. Nõ oportet eum emere sibi cibum, neq; in eius prouidendi solicitudine occupatũ, studijs militaribus auocari. Vbique illi domus omnis prouincialium ex præcepto regali patet, ut nihil eũ de priuata domo laborare necesse sit: cui mãsio in castris, & cibus ad expeditiõem modicus, & aqua potui, & tãtum somni, quãtum naturæ necesitas repetit. In uigilijs, in itineribus multi labores, & pro tpum uicissitudine, in ẽstibus, aut frigoribus cõfirmata patientia pugnæ ad hostes, picula

2.Tim.2

A usq; ad mortem: uerùm & si mors bellanti accedat, glorioſa eſt. uincentem uerò honores & dona regia ſubſequũtur. Huic laborioſa in prẽlijs uita, in pace au tẽ ſplendida, & honoratur, tranſigitur, & pro certami nibus proſperè decertatis gloriæ corona defertur, promotio dignitatis apponitur, iuxta regem familiariter ſtare conceditur, de manu imperatoris aſsidua remuneratione donatur. Cæteris principibus ſuę gratiæ comitibus eminentem præponitur interuenire, & iam extrinſecus pro amicis ſuis, ſi uelit libenter auditur: & tantùm propria dignitate pro meritis uirtutis exuberat, ut etiam ſodalibus honorandis author exiſtat. Nũc ergo tu miles Chriſti modica hęc de humanis actibus exẽpla tibi ſumens, maiorum rerum, hoc eſt, diuinorum bonorum conceptionem mente ſuſcipe: ut libera tibi, & expedita mortalibus curis uita ducatur. Non te domus auocet, nõ poſſeſsio impediat, non ciuitas & patria conſtringat: exutus.n. & abſolutus omni terreſtrium rerum ſolicitudine, melius diuina curabis. Non te illiget coniugis amor, neq; fi-

B liorum cura ſolicitet. impedimenta.n.ſunt diuinæ militiæ carnalium neceſsitudinum uincula. Arma.n. nunc militiæ tibi non carnalia, ſed potentialia à deo. Scito autẽ, quia te non uincit natura corporis, neque ſtrangulabit inuitum, neq; te obnoxium faciet exlibero, niſi uoluntaria declinatio. Longè diuerſa eſt ſpiritalium affectionum conditio. Non quæras in terra. relinquere filios, ſed in cœlum perducere. Non ergo carnalibus te agglutinare nuptijs, ſed ſpiritalibus o-

Pro.7.a portet inhiare. Sume tibi coniugem ſapientiam ueritatis, ut ſcriptum eſt, & eam diſpoſitam dotibus cœleſtibus toto corde cõplectere. Filios genera ſpiritaliter & æmulare cœleſtem ſponſum, per quem debella

Ephe.6.b re poſsis inſurgentes aduerſus animam tuam inuiſibiles inimicos. Dimicandum eſt.n. tibi contra poteſtates, & principatus harum tenebrarum, contra omnem diaboli uirtutem, & aereum nequitiæ ſpiritalis exercitũ: qui te occultis machinis, & gladijs impugnare non deſinunt, ut in teipſo reſiſtas eis, & eijcias eos primùm de anima tua, ut nullam ſortem habeant in te: deinde ut his, qui ad te confugerint, teq; ſibi elegerint ducem, & propugnatorem, eadem uirtute poſsis

C adeſſe, qua tibijpſe profueris: id eſt, ut proximos tuos inſtruas uerbo ueritatis, cõuerſationis exemplo dirigas, orationum interuentu deſtruas cogitationes extollentes ſe contra fidem Chriſti, & omnem impiũ

2.co.10.b malignumq; ſermonem uerbo pietatis exurgentes, doctrinæ apoſtolicæ armis potens. Conſilia, inquit, deſtruentes, & oẽm altitudinem extollentem ſe aduerſum ſcientiam dei: Maximè autem cum fide ſummi regis inuicta manu, quæ facilè deterret, & in fugã uertit inimicos, ſi tantùm uel appareat eis. Si uerò dominus, & periculi certamen agitare uelit, & exercitũ ſuum iubeat congredi exercitui aduerſariorum, hic tibi ad omnem laborem prẽparatio ſuma conſiſtat, & contra omne periculum interritæ mentis conſtantia maneat: & ſi neceſſe ſit de terra in terrã, & de mari

Mat.10.c in mare libenter emigra, & patriam peregrinatione commuta. Quando enim, inquit, perſequentur uos, fugite de ciuitate in ciuitatem. Et ſi in iudicium pertraheris, ut neceſſe ſit te ſiſti ante principes, & poteſtates, & plebeium ſeditiones excipere, & dirum carnificis uultum uidere, & duram uocem fœui perſecutoris audire, ipſarumq; pœnarum horridam faciem ſuſtinere, adhibitis etiam tormentis tentari: ſtare te fortiter, & uſq; ad finem mortis certari oportet, non cedente cõſtantia mentis, armata terroribus inimici, & doloribus corporis: quia niſi legitimè certauerit quis, non coronabitur. Vt inam præter hęc oĩa ipſum ante oculos habeas, pro te in paſsionis prælio dimicãtem Chriſtum, ſciens quia propter te & Chriſtus in iſto agone uerſabitur, & tu per ipſum agonis ipſius uictor exiſtis: uictorem.n.regem ſequeris, eum qui te uictoriæ ſuæ uult habere participem. Neq;.n.etſi mortuus fueris in hoc genere certaminis, uictus uideris: ſed tunc magis plenam, ſi uſq; ad finem incõuertibilem ueritatis fidem, & confeſsionem in corde tuo conſeruaueris, & pro ueritate conſtantiam immobilem tenueris, à morte tranſibis ad uitam æternam: & ab hominibus iniuriam paſſus, ad dei gratiam transferis: & à temporali, quam in hoc mundo pertuleris tribulationem, in æternam requiẽ tranſuolabis, & ſanctorum angelorum conſortio perfrueris. Terra te ciuem non ſuſcipiet, ſed cœlum: non incolam te ſuſcipiet mundus, qui te proſecutus eſt, ſed angeli te portantes præſentabunt Chriſto, & amicus dei uocaberis, &

D

2.Ti.2.a

E deſiderabilem laudem ex ipſius domini uoce audies, Euge ſerue bone & fidelis, euge miles ſtrenue, & imi-

Mat.25.b tator domini tui, & regis ęterni comes: ego te meis remunerabo præmijs, ego uerba tua libenter exaudiã, quia & tu me diligenter audiſti. Si petieritis pro fratribus tuis ſimilem patientibus perſecutionem, ſocijs fidei tuæ, & ſacramenti charitatis cuſtodibus, ut ſaluẽ tur & uiuant, percipies à rege cœleſti omnium bonorum cõionem: & hymnum dicens choris miſtus æternis, & inter angelos ſanctos accinctus lætitia, regalem coronam portabis in conſpectu regis domini, & coæternalis domino tuo factus, cũ ipſo æternæ beatitudinis largitore lætaberis. Si uerò in hoc mundo adhuc dimittere poſt acta certamina palmarum tua rum ſuperſtitem uelis, ut plures uarios agones dimices, ut multiplicentur coronæ tuæ de multitudine pliorum, multiq; exemplo tuo ab inuiſibilibus, & uiſibilibus ſaluentur inimicis: magna erit tibi & in hoc ſeculo gloria, & apud amicos Chriſti eris honorabilis oĩbus, qui te & præpoſitum, & adiutorem, & legatũ bonũ inuenerint. Iſti paſcent te ſicut militẽ bonum: iſti honorabunt te, ſicut uiriũ fortem: iſti dexteras da

F bunt tibi, & cũ magna gratulatione ſuſcipient te, ſicut angelum dei excipientes, ut ait Paulus: Sicut Chriſtum Ieſum. Hæc & alia hmõi monita atq; præcepta

Gala.4.b ſermo diuinus annunciat. Neq;.n.tantũ de uiris diſſerit, quia apud deum etiam fœmineus militat ſexus. Multi.n.ſexus fœminei uirili animo militiam ſpiritalem gerunt, non pro corporis infirmitate reprobantur, quòd interioris hominis uirtute uiros æquant, & in agonibus martyriorum multæ pares, quędam fortiores uiris extiterunt: quibuſdam uirorum & à fortiore ſexu ignauia muliebri degenerantibus, infirmũ corporis ſexum uirili mente uicerunt: & amiſſas negãtibus uiris obtinuerunt coronas, quæ in teſtimonio uirtutis uictrices pœnarum uiris labentibus conſtiterunt. Ex ipſis ſunt quæ angelicum ſacratæ uirginitatis ſplendent chorũ, ex ipſis & illæ quæ glorioſis cõfeſsioins prælijs, & martyriorũ triumphis coruſcant: ſequebantur aũt & ipſum dominũ in pſentia eius, nõ ſolũ uiri, ſed & mulieres, & ex utroq; ſexu comites, ſicut ſcriptura deſignat: Et obſequebãtur, & miniſtrabãt domino. His igitur talibus, tantiſq; uirtutibus, &

Mar 15.d honoribus militiæ Chriſti adiacẽtibus certatim oĩs,

G & patres filios, & matres filias offerunt Christo, & suã quisq; progeniẽ regi cœlesti ad militandum probare festinãt: gaudentes in spe æterna, quæ non confundit: quia charitas Christi diffusa est in cordibus
Rom.5.a nostris. Talia.n. pignora non solùm in consortium salutis & gloriæ, sed etiam in ornamentum, & in patrocinium perenne deuoti parentes habebitis. Et nõ simus circa filios nostros pusillanimes, neq; timeamus, si nunc in malitia spiritali laborent, sed magis læ
temur: qa si impensius laborauerint, illustrius glorifi cabuntur. Nos tantũ repræsentemus domino, quos ab ipso accepimus, ut & probatorum, ac militãtium xpo filiorũ efficiamur participes, nobiscũ eos adducentes, & statuentes corã domino. His aũt qui ita exhibere se studeant deo, & agonẽ iustũ militiæ spiritalis legitimè certare nituntur, ut apprehẽdant brauiũ supernę uocationis, cõpetẽter illud ex psalmis dicimus:
Benedicti uos à domino, qui fecit cœlũ & terram. Di
Ps.113.d gnè etiã pro his sdm Mosen orabimus: Benedic domine opa ipsorũ, & depone lũbos aduersariorum eorũ. Viriliter agite ô probati milites, currite fortiter cur
H sum uestrũ, & decertate certamen bonũ, ut capiatis æternas coronas, in xpo Iesu, p quẽ deo patri gloria, cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

DE MILITIA CHRISTIANA,
Homilia.VI. Incerto interprete.

Mnes homines, qui se studẽt humo tollere,
o & inferere cœlestibus, quiq; naturam mortalitatis euincere angelicæ cõuersationis æmulatione nituntur, ut studio bonæ uoluntatis angelorum incorruptionem sequẽtes, appropinquent deo:
Sap.6.c incorruptio.n. ut scriptum est, hominem deo proximum facit. Remoueant se quantùm possunt spiritu uirtutis à corpore, & penitus absistant à carnali concupiscentia, morientes quidem super terram huic uitæ secundum imitationem passionis Christi: uiuentes autem angelicam uitam iuxta communionem uitæ domini, & resurrectionem mortuorum. Qui n.
Gala.5.d Christi sunt, inquit Apostolus, hi carnem suam cruci
I fixerunt cum passionibus & cõcupiscentijs. His ergo talibus olera pro carnibus, aqua pro uino, & cibus modicus pro dapibus opimis est. Propter qd & uigiliæ gratiores, q̃ somnus: & noctes pro diebus aguntur, & crebriora apud deum p orationes colloquia,
2.Co.10.a & hymnis excubiæ, & uerè (ut Apost. dixit) in carne ambulantes, nó secundum carnem militant. Qui aũt ad plenam huius exercitij perfectionem, sicut in uerticem montis ascendere non ualent, saltem in secundo uirtutis gradu consistere studeant, ut immoderatã carnalium concupiscentiarum abundantiam circunci dant, ut sanctæ ad dominũ uocationis non penitus alieni sint: & de his quæ circa hũc mundũ sunt, occupationibus non omnino teneantur. Vbi.n. uoluntates multæ, ibi & uacationes plurimę, quæ à deo separant, gula & ebrietas, quorum & comes est corporaliũ permistionum delectatio. Hæc aũt uitia magnas auaritiæ causas attrahunt, quia exuberantem rerum copiam exigit uita luxuriæ. Et ideo multa acquirendi necessitas strangulat aias corpori seruientes, ne desit effusis affluens sumptus impendijs. Ergo imite-
Gene.19. mur Loth illum beatum fratruelem Abrahæ, qui de
d.c terra Sodomæ & Gomorrhæ cũ igneis imbribus ardere cœpissent, manibus angelorũ eductus exiuit. Et cùm iuberetur in montem confugere, & illic ab incẽ- K
dio damnatarum urbium tutus manere, pigebat ut senex, ne deficeret in fuga, in montis ascensu & ignibus apprehẽderetur. Metuebat aũt & angelos, ne cõtradicens præcepto dei, quod p ipsos acceperat, perimeretur ab ipsis, quia in montẽ confugere colluctabatur. Vnũ ergo minimum de Sodomiticis urbibus oppidũ ad salutis refugiũ donari sibi poposcit à domino. Et qui altiora petere uitauit, minima autẽ pro
multis poscere elegit: dat ei primum quidem in ciuitate modica de magnis illis, & optimis, & deliciosis, urbibus liberatis salutem, in magnis periclitans, in exi
guo obtinet: pp quod & ipsa ciuitas, quæ prius Ba- Ibi.14.b
lath uocabatur, Segor appellata est, id est saluatrix: ex hoc autem munere dei, quo paruæ ciuitatis habitaculũ meruerat à domino assumens audaciã ascendit in montem. Tales quidem & nos efficiamur, ut primũ effugiamus copiosas, & circũfluentes huius mundi delicias, quæ similes sunt Sodomitarum corruptis
ex ubertate moribus terrarum, de quibus dicit deus: Ezec.16.f
Quia in saturitate panum luxuriabant. Coarctemus L
autem multa in modica, ut non incendamur ex multis epulis, & comessationibus, & distentionẽ uentris subsequentibus intemperantiis: sicut incensæ sunt Sodoma & Gomorrha, & confines earũ. Pòst uerò moderata uirtus, nostri fragilitate nutriemur anima procedente in melius refrenandi corporis consuetudinẽ: ascendamus ad pfectam abstinentiam castitatis, sicut in ipsum montẽ salutis, & uerticem uirtutis confugientes à seculi huius incẽdijs. Metue ergo delicias Sodomitarũ, ne Sodomitica patiaris incendia: fuge fornicationẽ, discede ab omni luxuria, respue gulam, abdica ebrietatem, & omnẽ siquidem Sodomiticorum fomitem in temetipso uicto extingue. Si.n. inq;, accenderis ignem, inflammaberis, & ipse tibi eris author exitii, cùm te uoluntariis libidinibus excitata uitiorum flamma consumpserit. Non agamus similem infidelibus uitam, sed à quibus fide decernitur, ab eorum studiis etiam, & moribus diuidamur. Declaret fidem tuam quotidiana actio tua, confirmet tuam ad Christum charitatem euidens à carnalibus concu
piscentiis discessio tua, nequis te contra disciplinam, M
& decus nominis Christiani in deuijs ambulantem uidens, dicat: Iste est ille, qui cœlestis uitæ sectator, qui deniq; summæ ipsius pudicitiæ magistri discipulus habebatur. Iste est ille electus à mundo, qui iam cœlestibus angelis comparabatur, qui se in aduentũ cœlestis regis præparabat, seq; eius lateri cominus adhæsurum præsumebat. In hæc ergo post laudẽ op
probria deuenire præcauens, ita age, ut glorificetur p Mat.5.f
te magis, q̃ blasphemetur Christus, qui dicit: Honori & Luc.
ficantes me honorificabo, & annullantes me depre- 12.a
ciabuntur. Quẽ utiq; despicere, & pro nihilo habere conuinceris, etiã si uerbo honorare iudicaris, quãdo non secundũ nomen fidei tuę uiuis, per operum tuorũ prauitatem blasphemari cogis in eum, cuius nomen præferre audes, & uoluntatẽ agere detrectas: sicut è contra hi qui dignam xpo uitam agunt, manifestã uirtutem eius, & admirabilem gratiã apud oẽs Matt.5.d
faciunt, ut illud domini uerbum impleant: Luceant opera uestra corã hominibus, ut uidentes ea, honorificent patrẽ uestrũ qui in cœlis est. Memẽto quia xpo sacrata sunt mẽbra tua, non misceãtur membris meretricis. Nõ polluas tẽplum sacratum domino, ne fias ab spiritu eius alienus. Nõ enim capit quod sanctum est in

A est in templo polluto. Quæ, inquit, communicatio lu
2.Co.6.c mini ad tenebras? Nõ abutaris natura cõtra naturam.
Gen.2.d filiorum enim generationẽ nouit lex naturæ, & propter sobolem procreãdam coniungit mulieri: concubitum autẽ superfluæ uoluptatis & uitam nuptiæ profugiunt, fornicationum sunt ista. Et mulier data est tibi in adiutorium. Ergo licito honestoq; consortio ob hoc tantũ utere, ut comercium inhonestę permistionis effugias. Neq; cõtenas quòd non iã hodie in ope
Psal.7.c ra peccantium uindicat Christus. Quanta.n. patientia sustinet, tanta & seueritate restituet. Nunquid.n. irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrauit. Et quantũ te peccantem ut conuerta
ris expectat bonitas indulgentis dei, tantum in te, nisi conuersus fueris, eiusdem iudicis censura procedet. Patientiæ quidem præsens tempus, sed futurum iræ est. Noli ergo de huius temporis spacio remissionẽ non
Iacob.2.c timendi tibi ad peccandi licentiam sumere. Sic loquimini, inquit, & sic facite, sicut per legem libertatis iudicandi estis. Et si secundum carnem uiuatis, ut aliter
Ro.8.c Apostolus dicit: Si secũdum carnem uixeritis, morie-
B mini: si uero spiritu facta carnis mortificetis, uiuetis.
Ephe.5.d Adiũgere itaque, & colloquere spiritui, & nõ tibi prævalebit caro'. Nolite, inquit, inebriari uino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, cantantes & psallentes in cordibus uestris deo. Ecce remedia animæ domesticæ deo. Omnia autẽ hæc frequenter audiamus, sicut uerba sacra spiritalium canticorum. Reddamus uota, & impẽdamus orationes domino, uocãti nos ad uitam æternam. Omnis ergo ô homo dei indutus Christum, fuge omnia quæ sunt incentiua carnalium cupiditatum, uel cõuiuia, comessationem, & temulẽtias crapularum: & non dico secundũ humanum prouerbium, ne substantiam tuam perdas: carnalis enim hæc cura est, & secundum humanam utilitatem familiare consilũ, sed dico ne spiritalem, quæ multo potior est, substantiã salutis amittas, & spiritalium diuitiarum inopem te facias. Nõ solũ autem hęc baptizatis differo & prædico, sed etiã baptizãdis prę-
cipio. Sicut enim is qui illuminatus est gratiæ dono, dignum se debet præstare accepto diuinitatis munere: ita qui aphuc eiusdem gratiæ candidandus est, &
C in eadem spe simili fide currit, dignum se facere debet gratiæ consequendæ. Timeat enim, ne post agnitionem dei, cuius signaculo iam prænotatus est, si nõ di
1.Tim.1.c gnus agnitione percepta inueniatur, indignus etiam sanctificationis munere iudicetur. Ideo, inquit, misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in infidelitate: superabundauit autẽ gratia domini nostri Iesu Christi cũ fide & charitate. Tu itaque si sciens peccasti in fide positus, metue ne gratiæ dono priueris, sed magis præpara te quotidie per omnem diẽ & noctem domino. Quis.n. regem suscepturus non parat, & exornat domum, ut digna sit introitu & mansione regali? Nã quis audet in sordida & inculta domo regium aduentum susçipere? Nec sanè sub una die do
mus adornetur Christo, sed per totã uitæ nostrę ętatem, æterno principi in referanda humani pectoris au
Luce.3.b la componatur. Sed peccasti? pœniteat te. Emundat enim pœnitentia peccatorem, & reparat ad sanctificationem. Ideo præuenit & Ioannes, præparans uiã domino: & præcipiens dignos fieri fructus pœnitentiæ, ut fugerent ab ira uẽtura, reconciliati per donum baptismatis in spiritu sancto: quod quia adeptus es, ne recurras ad peccata, quæ remissa sunt tibi: neq; in de-

lictis frequenter offendas, relinquens ea, & rursus re- D
currens in ea: neq; enim ut canem ad suũ uomitum, aut suem in uolutabrum contraria humanitati, irrationalium & imundorum animantium natura te ducat. Hoc enim profecto dicens, tradi te uerbo dei, & sanctarum precum studio, ut naturæ carnalis ímoderatas ad pœnitentias dei sermo contineat, & assidua ad deum oratio arceat, ut & naturam tuã opere diuino bonã competenter in sua mẽsura custodias, sicut equum eã temperans & refrenans, agitatorijs disciplinis: atq; ita & domino nõ execrabilẽ facturam suam, in teipso iuxta naturam suam, cõpositus exhibebis. Non.n. uult opifex creaturæ nostræ corruptum in nobis uidere opus suum. Itaq; sanctitatibus, & remedijs spiritalibus integrum te conserua, ut & nuncillum infinitum seculum domino creatori placitus assistas, & non per modicam & breuem in hac uita corporis uoluptatem æternæ beatitudinis detrimentum capias. Ipse autem dominus fabricator naturę nostrę, & omnium accedentium, modo languorum medicus, & futurorum bonorum dator, dirigat uoluntates uestras in bonum, & perficiat cursum uestrũ in salutem, ipsi E
gloria in secula seculorum, Amen.

DE ERVDITIONE DISCIPLINAE,
Homilia. VII. Incerto interprete.

Ruditio disciplinę custos est spei, & uinculũ
e fidei, & dux uiæ ad salutem ferentis, quæ fouet & nutrit animã ad profectum sensuum, & spiritaliũ magistra uirtutũ est. Ipsa igitur in Christo manet semper, & indeficienter secũdum deum uiuit, & ad cœlestes repromissiones perducit, & ad diuina præmia facit peruenire. Hanc ergo nos sectari oportet salutẽ, & auerti ab omni malitia. Dicit enim in psalmo spiritus sanctus: Apprehendite disciplinã, ne quan Psal.2.c
do irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, cũ exarserit in breui ira eius. Et iterum: Peccatori autem dixit
Ibid.49.c deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones tuos post me. Et iterum
Sapien.3c legimus: Qui abiicit disciplinam, infœlix est. Et Salomonem ita nos admonentem accipimus: Fili, ne fias
Peon.3.b pusillanimus, neq; deficias, cum increparis à domino. F
Si autem dominus quem diligit, arguit & castigat, ut emender, ac dirigat uias eius: procul dubio fratres, & maximè sacerdotes nõ odiunt, sed diligũt quos corripiunt: ideo enim hoc faciunt, ut emendent quos arguũt. Quoniam & deus per Hieremiam prędixit hęc tempora nostra, significans & dicens: Dabo ipsis pa-
Hiere.3.c stores secundum cor meum, & pascent eos pascentes cum disciplina. Et quidem cum sanctis scripturis frequenter, & ferè ubique disciplinæ mandata seruãtur, & omne fundamẽtum pietatis, & fidei nostrę per custodiam mandatorum confirmatur, ut radicibus nostris fortiter complantatis, & domibus nostris super petram firmiter fundatis, inconcussi procellis, & fluctibus uitæ istius resistamus, & ad diuina dona per obseruantiam mãdatorum eius peruenire possimus, considerantes simul, quia membra nostra templum dei sunt. Ab omnibus ergo ueteris uitæ inquinatio-
1.Cor.6.d nibus purgemur, mundati lauacro immortalitatis & uitæ, quoniam qui templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Huius ergo uiui & rationabilis templi
Ibid.3.c nos sacerdotes & ministri sumus. Et ideo seruiamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gei, sicut beatissimi Pauli sermo est, in mandatis eius, per quem nos ad beatum amorem cœlestis uitę prę-
1.Co.6.d ceptis salutaribus introduxit, dicens: Non enim estis uestri, empti enim estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore uestro. Ergo glorificemus & portemus deum mundo & immaculato corpore, & conuersatione bona, & redempti sanguine Christi, in omni obseruantia mandatorum redemptori nostro pareamus, & studeamus nihil sordidum & immundum in domum dei inferre, nequando ipse qui fecit te, indignans relinquat domum, quam prius libenter habitabat. Hi sermones uiuificantes desunt, quibus docemur simul & curamur, & in memoriam
Ioan. 5. c castigationis redimus, ut de cætero flagellari caueamus, Ecce enim, inquit, sanus factus es, noli ultra pec care, ne qd tibi deterius cõtingat. Confirmat & acuit nos ad curam & studiũ disciplinæ. Propter assequendam & obtinendam salutem, legem dat, ut posteaq̃ reddiderit hominem sanitati, nõ sinat eum in eadem re uolui, propter quæ fuerat infirmatus: & neq; resolui eum in securitate sanatum, neq; euagari fiducia sa-
H nitatis permittit: sed ex quibus eum diligenter curauit, per eadem ipse curato homini uehementius comminatur: quoniãquidem minus est peccatum ei qui peccat, priusquam agnoscat disciplinam domini: nulla autem uenia est peccanti post agnitionem domini, nisi pœnitens reuertatur, quia deus mortẽ non fecit. Et non uult mortem morientis, sed ut reuertaExe.18.g tur & uiuat: ne sit spiritus uadens, & non reuertens: quorum damnatio iusta hæc. Hoc aũt omnes simul
Ro.3.b uiri & mulieres, pueri & puellę, & omnis omnino ętas obseruent, soliciti sint pro fide, & pietate cuius unusquisque debitor est deo: ne quando hoc sanctum, & mundum quod misericors deus gratiæ suæ dono in nos conferre dignatus est, sine cura & timore habentes amittamus. Ab hoc fratres dilectissimi periculo, cõsulens nobis dominus, ne quis zelans fratrẽ suum, in laqueos mortis caderet, interrogãtibus discipulis, quis in ipsis maior esset? Qui minor, inquit, fuerit in
Mat.20.d uobis, ipse erit magnus. Ecce fratres ubi præscidit omnem zelum responsione sua, quia omnẽ cau sam, & substantiam inuidiæ sustulit, & abscidit. Didicimus unde possimus placere. Vnde & beatus apostolus Paulus adhortans, & docens nos, ut quicunq; illuminati sumus Christi lumine, tenebras nocturnæ conuersationis effugiamus, & in factis, & in operibus luminis ambulemus. Nox, inquit, præcesserit, dies adue
Ro.13.d nit: abiiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic ut in die decenter & honestè ambulemus, non in comessationibus, neq; ebrietatibus, neq; cubilibus & lasciuijs, non in rixa & zelo. Si autem discesserunt à pectore tuo tenebræ, & nox inde expulsa est: si illustrauit sensum tuum splendor diei, & homo lucis esse cœpisti, quæ bona sunt Iesu Christo gratias age, quia lux & dies Christus est. Quid teipsum mundi huius caligine rursus inuoluis? Quid ad diabolũ, cui renunciasti, reuerteris? Quid Cain similis efficeris? Homicidij enim crimine reum teneri eum, qui zelat, & oderit fratrem, Ioannes apostolus manifestat in epi-
1.Ioan.3.c stola sua, dicens: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quia omnis homicida non habet uitam æternam. & iterum: Qui dicit se in lumine esse, &
Ibid.2.b fratrem suum odit, in tenebris ambulat, ipso scelere cæcatus. Vadit enim nescius in gehennam ignis, &
Ioan.8.b præceps fertur ad pœnam, separatus à lumine Christi docentis, & dicentis: Ego sum lux mundi huius: qui K
sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Sequitur autem Christum, qui insistit mandatis eius, qui per uiam doctrinę eius ambulat, q per uestigia, & per uias eius currit, qui imitatur illa, quæ Christus fecit, & docuit: sicut & Petrus apostol⁹ suadet & præcipit, dicẽs: Christus passus est pro nobis, re
1.Pet.2.d linquens uobis exemplum, ut sequamini uias eius, & in uestigijs eius ambulemus. Meminisse præterea, & cõsiderare debemus, quo noĩe populum suum Christus uocauit, qua appellatione gregem suum nũcupa
Io.10.c uit: Oues nominat ut mansuetudo christiana ouibus
1.d: æquetur. Agnos uocat, ut agnorum simplicitatẽ castis innocentiæ sensibus æmulemini. Quid ergo in ue stitu ouiũ lupus latet? Quid christianum se esse mentiens, gregẽ Christi infamat? Christi. n. nomen induisse, & per uiã Christi ambulare, quid aliud est, q̃ quod
Mat.19.c ipse docet, dicens illum ad salutem uenire, qui seruaIbid.7.d uerit mandata eius: & illum esse sapientem ædificato
Ibid.24.c rem, qui uerba eius audiat & faciat: & illũ magistrum maximum in regno cœlorum appellandum, qui faciat, & sic doceat? Docet enim hic ordo doctrinę ma
L gistri, ut primum ipse perferat, quod docet esse faciendum. Si enim uideatur in actu eius, quod probabile sit, promptius recipitur quod prædicat. Adijcit enim doctrinæ anthoritatem bona uita doctoris. Vn de frequenter discipulis suis, dominus salutiferam, & cœlestẽ doctrinã annũciat, ut quę audiẽdo percipiũt, agendo custodiant. In primis ergo obseruandum & custodiendum præcipit, ut ea charitate, qua ipse dilexit nos, inuicẽ diligamus. Sic. n. inquit apostolus: Fir-
Ioan.15.d mum & incorruptũ charitatis uinculum custodiatis, Colos.3.c adiecit, & dixit: Charitas patiens est, charitas benigna 1.Co.13.d est, charitas non æmulatur, charitas non inflatur. Do cens utiq;, & ostendens illum posse charitatem tenere, qui sit longanimis, & mundus ab æmulatione liuoris. Et alio loco item cũ prædicaret, & doceret, ut homo repletus gratia spiritus sancti, & regenerationis cœlestis filius dei factus, nihil nisi spiritalia & diuina se
Ibid.3.d ctetur, ita dicit. Et ego fratres non potui uobis loqui ut spiritalibus, sed ut paruulis in Christo lac uobis po tum dedi, non escam: nõdum enim poteratis, sed neRo.8.d que adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Quan
M do enim in uobis inuidię, & contentiones sunt: nõ ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Et rursum idem Apostolus prouidenter, & salubriter docens, dicit: Itaq; fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si. n. secundum carnem uiuatis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificetis, uiuetis. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Si ergo filij dei esse cœpimus, accipientes spiritum sanctum, sanctè & spiritaliter uiuamus. Si de terra in cœlum oculos eleuauimus, si ad excelsa & diuina respectum deo & Christo pectus ereximus: digna deo & Christo agam⁹, sicut & Apostolus exhorColos.3.a tatur, & dicit: Si ergo cum Christo resurrexistis, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & uita uestra abscõdita est in Christo. Cũ autem Christus apparuerit uita uestra, tũc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Deus autem omnium det uobis spiritum compunctionis, ut percipiatis quę dicuntur à nobis secundum euangelium Christi dei nostri: per quem deo patri honor, gloria, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

A DE TVRTVRE, HOMILIA VIII.

Incerto interprete.

Vrtur amatrix eremi, quando in desertis de-
t git locis, delectabilibus blandimẽtis arcesit comparem uocis suæ, cõuallia penetrans, & suum masculum in amœna & nemorosa pascentem conuocat, & hinc auolare prouocans, hortatur ascensionem sui celerem facere. Vnanimi autem mente ad inculta & prærupta rupium cubile fundantes, exinde suos sine timore uolare prouocant pullos. Asseuerãt quidam turturem castam, & amatricem comparis esse: ita ut siquando euenerit eius masculum ab aquila, siue aucupe capi, non se commisceri alteri, sed ipsum cupere, & ipsius præstolari aduentũ, & in amore eius expectatione pẽdere. Idcirco audite mulieres, quæ castitas in uolucribus reperiatur. Quãtæcunq; igitur figuram turturis in uestra mente portatis, huius sobriè imitamini castitatem: talis etenim est omnis casta ecclesia, uiro quippe eius Christo crucifixo, & in cœlis
B ad dexteram patris sedente, alteri uiro non cõmiscetur, sed ipsum desiderat, ipsum expectat, & desiderio eius commori cupit. Sed ne fortè uideamur charissimi scripturæ authoritatem prætergredi, turturem nominantes, uera ipsius scripturæ uerba texamus: testa
Psal.83.a tur nanq; beatus Dauid, & dicit: Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum, ubi reponat pullos
Ibi.123.a suos. Videamus ergo quem dicit passerem, ut ego arbitror, hominem intelligi uoluit: Anima nanq; nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiũ. Quod
Mat.10.c & dominus idipsum uolens ostendere discipulis suis, & Lucæ quantùm alios sanctitate præcellerent, dicit eis: Noli 12.d te timere, multis passeribus meliores estis uos. Pro-
Eccl.11.d pterea & Salomon proclamat, dicẽs. Vt euadas sicut
Luc.13.d damula ex cassibus, & sicut auis à laqueo. Simile est regnũ cœlorum grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit in agro suo, quod quidẽ minimum est omnibus seminibus: quando autem creuerit, maius efficitur uniuersis oleribus, & fit arbor, ita ut ueniant uolatilia cœli, & sedeant in ramis eius: nam & hoc innumerabile hominũ genus uolatilibus coæquauit. Ete
C nim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Turturi comparuit omnem castam ecclesiam propter multiplicem sapientiæ gratiam. Et quia uerũ est quod dicimus, audi Dauid lo-
Psa.44.c quentẽ: Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta uarietate. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidũ sibi, ubi reponat pullos suos. Hoc in cõfessione trophæi crucis enutriens illuminatos filios suos. Huius turturis Hierem. mentio-
Hier.8.c nem facit, dicens: Turtur, & hirundo, & cicada agri passeres cognouerunt tempus aduẽtus sui. Turturem dicit omnem castam ecclesiam, hirundinem uerò Iodicit omnem castam ecclesiam, hirundinem uerò Iannem hominem amatorem, cicadam aũt eloquentissimum Paulum, ecclesiæ organum. De ista nanque
Gen.15.b turture pcepit Abrahæ deus, dicens: Accipe mihi uaccam trimam, & arietem trimum, & capram trimam, turturem, & columbam. Huius turturis meminit scri-
Cant.2.c ptura in Cantico canticorũ, dicens: Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis huius cœlestem Christi nobis uerni temporis significauit aduentum. Vox turturis audita est in terra nostra. Audiamus igitur huius turturis uocem melleam decantantem: Ni-
Ibidẽ.1.b gra sum, inquit, & speciosa filiæ Hierusm. Nigra propter priorem præuaricationem, speciosa propter celebrem pœnitentiam: nigra propter luctum ruinæ, speD cios propter splendorem baptismi gloriosum. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalẽ. Filias Hierusalem sanctas patrum animas dicit. Nigra sum & speciosa ex Gentibus ecclesia, ne consideretis me uos animæ sanctæ, ne aspiciatis in me: quoniã ego nigerrima sum, quoniã despexit me Sol propter priora mea delicta. Et quis est Sol qui eam despexit, uideamus. Ille nimirum de quo Ecclesiastes dicit: Oritur Sol, & occidit Eccle.1.b Sol, & ad locum suum reuertitur. Ortus est nobis Sol iustitiæ Christus de sancta Maria secundum carnem genitus, Oriẽs, quippe nomẽ est illi: occidit uerò quãdo post crucem ad inferna descendit. Oritur Sol, & occidit, & ad locũ suũ reuertitur, ipso dicente: Cùm Ioan.12.c exaltatus fuero, uniuersos traham ad me. De hoc Sole iustitiæ & Esaias pronunciat, dicens: In diebus illis orietur Sol iustitiæ, & sanitas erit in pennis eius. Ve-
Mal.4.a niente. n. Sole iustitiæ Christo, ad tactum fimbriæ uestimenti eius fons profluuij sanguinis exiccatus est.
Mar.6.c Nigra sum, & speciosa filiæ Hierusalẽ: Si qua hic peccatis anima denigrata est, ne timeat, tantummodo
E pniam agat, & dicat: Nigra sum ego, & decora. Et si in nouissimo spiritu est, & (ut ita dicam) si in extremo halitu positus: ne formidet, tantùm cũ fletu pœniteat, & compunctio confiteatur corde. Ad uespe-
Psal.39.b rum. n. demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Imitare itaq; Ezech. regem, qui ægrotatione constrictus, & lectulo decumbens, audiuit sanctum Esaiam
Esa.38.a dicentem sibi: Dispone domum tuam, quia morieris tu, & non uiues. Conuersus ad parietem amariter fleuit, & precibus suis pœnitens, deum ad misericordiã prouocauit, & quindecim ad uitã annorum tempus illico à deo promeruit. Si quis est hic catechumenus, cõfiteatur peccata sua, accedat ad deum, baptizetur in nomine Christi: lauacro aquę regenerationis abluF tus, adoptabitur in filium dei. Siquis est hic fidelis p negligentiã peccator affectus, naturali lachrymarum fonte abluat semetipsum, & per bonam pniæ confessionem prouocet, immo inuiter misecordiam dei. Si sic temetipsum adornaueris, si sic animam tuam ad pniam præparaueris, & contemptam reddideris: si correptionibus iustis fueris delectatus, amplectetur te sermo diuinus, & inflammabit mentem tuam, &
Cant.1.b ad desiderium te attrahit dei: & tunc dices & tu: Væ 5.c mihi, uæ mihi uulnerata charitate ego sum. Lege Esa-
Esa.49.a iam, & in ipso inuenies quomodo ipsa sagitta loquatur. Posuit, inquit, me sicut sagittam electã deus: uerbum dicit: & in pharetra corporis abscondit me. Ista sagitta uulneratus Hieremias dicebat ad deum: Ego
Hie.17.b autem nõ laboraui sequi post te, & diem humanum non concupiui. Ista sagitta uulneratus mente Dauid dicebat: Adhæsit anima mea post te, me autem susce-
Psal.62.c pit dextera tua. Ista sagitta uulneratus Petrus dicebat Christo: Domine, tu nosti quoniã diligo te. Ista sagi-
Ioã.21.d ta uulneratus Paulus, & conuinculatus Christo dice-
Rom.8.g bat: Quis nos separabit à charitate Christi? Ista sagitta uulnerata omnis casta ecclesia dicebat: Væ mihi, uæ mihi uulnerata charitate ego sum. O gemitus de medio cordis amabilis, bonitatis pullulans fontes, ò gemitus cœlestẽ sponsum Christum ad semetipsum ducens: propterea dicit: Osculetur me ab osculo oris
Cant.1.a sui, desponsata sum cœlesti sponso per legem & prophetas. Ego ecclesiam ex gentibus non iam uolo per Mosen, & Esaiam, aut Hieremiam, & cæteros uates: sed ipse ueniat, cum ipso uolo ore ad os loqui: ipse ueniat, & osculetur me ab osculo oris sui. Audio Hiere-

Miam dicentẽ de ipso: Graue cor eius præ omnibus,
Hier.17.b & homo est, & qs cognoscet eũ? Ipsum desidero, ueniat, & osculetur me ab osculo oris sui. Audio Amos
Amos.7.b dicentem de eo: Ecce homo stans super murum adamantinum, & in manu eius adamas: ipsum quęro, ueniat, & osculetur me ab osculo oris sui. Et sicut coniux amatrix uiri absente marito suo p̃ fenestras circunspicit, ipsum requirens, & ubiq; speculans in mari, & in terra: & si uiderit nauẽ uenientem, ibi suum putat esse uirum: & si uiderit uiatores procul uenientes, inter ipsos adesse existimat, & occurrens eis interrogat, dicens: Dicite mihi ubi eum diuiseritis, in qua regione, aut in qua ciuitate, quid dicentem, aut quid facientem, aut quando uenientem? In hunc modũ omnis sancta ecclesia constricta amore Christi, interrogat prophetas: Vidistis eum? putas uenit? putas nõ ue
Mat.18.b nit? putas adhuc in cœlis est? putas adhuc nonaginta
Cant.1.b & nouem oues, quæ non errauerunt, poscit in cœlis, & non uenit ad erroneã ouem? Dicite mihi, ut pascit, ubi cubat quem diligit anima mea? Interrogati prophetæ per unum respondentes Esaiam, dicunt: Vidi
H mus eum, si tamen ipsum expectas: siquidẽ uidimus
Esa.53.a eum, & nõ habebat speciem, neq; decorem: sed uisio eius inhonorabilis, & minorata præ filijs hominum.
Ibi.40.c & 62.d Respõdit omnis casta ecclesia: Ipse est, ipsum desidero, ipsum q̃ro, ueniat, & osculetur me ab osculo oris sui. Respõdit ad eam Esaias: Ipse est, ueniet cum dominatione, ecce merces eius cum eo, & opera in conspectu eius, sicut pastor congregat gregẽ suum, & in manu sua cõgregabit agnos, & in utero habẽtes consolabitur. Audiẽs hæc omnis casta ecclesia, quod manifestẽ de eo narrauerit Esaias, dicit ad eum: Vbi pascit, & ubi cubat, quem diligit anima mea? Mittit eam
Matth.3. & Mar.1.a ad Ioãnem: Vade, inquit, interroga eum, quia ipse est præcursor eius, & uox clamantis in deserto, parans uiã domini, & dirigens semitas eius. Pergit ad Ioannẽ in deserto: Dicito, inquit, mihi, si tu es Christus? Re-
Ioan.1.c spondet Ioannes: Non sum ego Christus. Denuò in-
Ibidem.d terrogat: Si tu non es Christus, quare baptizas? Respondit ille: Ego quidẽ Christus nõ sum, sed post me ueniet, q̃ fortior me est, cuius nõ sum dignus corigiã calceamenti soluere. Et adhuc tardante eo, dicit ad
I eum: Væ mihi, uæ mihi, uulnerata charitate ego sum.
Cant.2.b & 5.c Et iterum dicit Ioan. ad eam: Sustine paulisper, noli ingemiscere, expecta, iamiamq; ueniet, ego illum tibi ostendam. Videt Ioan. eminus uenientem dominũ, & dicit ad eam: Iam noli tristari, nec ingemiscas, quia
Ioan.1.d uenit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et cũ audisset agnum ab Ioanne, & pastorẽ ab Esaia,
Ibi.10.c hæsitat, & putat, dicẽs ad semetipsam: Cui credã? putas huic, aut Esaiæ? Videt dominus quoniã dubitat, clamat & dicit: Ego sum pastor bonus. Et uno sermone soluit omnem hæsitationem eius. Accedit illa ad sponsum, amplectitur, & osculatur eum. Et cõpletur,
Psa.48.b quod in Dauid scriptum est: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt se. Vt aũt manifestius addiscamus, quoniam sponso spõsa cõiuncta est, & spritales factæ sunt nuptiæ: ipse Ioan-
Ioan.3.d nes epithalamium dicit: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autẽ sponsi, qui stat, & audit uocem eius,
Ibidem. gaudio gaudet propter uocem sponsi, illum oportet crescere, me autem minui. Necesse, inquit, erat, sicut in nuptijs dotalia scribi sponsæ, charta quęrebatur, &
Esa.8.a scriptor, & calamus. Dicit spiritus sanctus ad Esaiam: Accipe tu calamum nouum, & grandem, & scribe in eo. Quærebatur calamus, inuentus est apud Dauid. K
Ps.44.a Dicit. n. de eo: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Speciosus forma præ filijs hominum, ipse eã desponsat, ipse eam adornat, ipse eam hortatur & docet, sicut mos est doceri hominibus à pronubis.
Ibidem. Audi filia, & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui: hoc est, diaboli, cui prius seruiebas uarijs desiderijs, & uoluptatibus irretita. Ne desperes, inquit, quoniã similis tui est, quo-
Ibidem. niam dignatus est coniungi tibi: quòd si temetipsum consideraueris, unde, quò ueneris, cõcupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adora eum. Si me audieris filia, ultrũ tuũ deprecabuntur diuites plebis: necessarium quippe erat & iam
Ibidem. quæ ab unoquoq; offerebantur scribi, seruos uidelicet, & ancillas: & à Christo quidẽ seruus ueniet Paulus, & Siluanus, & Timotheus serui Iesu Christi. Expe tuntur & ab ipsa ancillæ, transit Dauid, & dicit: Addu centur regi uirgines post eam, proximæ eius afferentur tibi. Fiunt igitur nuptiæ. Venit dominus mysticè in Cana Galilææ. Cana interpretatur possessio, possessio autẽ dei omne seculum est. Hic iam spiritales cele L
brat nuptias, hoc est Cana Galilææ. Et conueniunt oẽs sancti, & unusquisq; secundum uires suas dona offerunt spõso. Abraham offert uitulum, Sara panes similaceos, Isaac ligna portat, Iacob hœdos defert. Ioseph frumenta dispergit, Moses lampadem accendit, Esaias canit, Dauid chorum ducit. Et quia necesse
Exo.15.a erat ad tales nuptias & sanctas interesse mulieres, & ipsas quoq; cõgratulari & canere. Venit Iudith composita, & Esther, & Maria soror Mosi tenens tympanum, & dicens: Cantemus domino, gloriose. n. honorificatus est. Necesse etiam erat, ut in talibus ipsis
Heb.13.a laudes & p̃conia subscriberentur, Paulus collaudans nuptias, dicit: Honorabiles nuptiæ, & cubile immacu-
Gene.2. & Ephe.5.5 latũ. Et quia mysticũ erat quod dicebat, audi quemadmodum uerba Adæ interpretatur, dicens. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Mysterium hoc grande est. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia: quod ergo, ille interpretatus est, nos dubitare non cõ
M uenit: sed oremus deum, ut & nos gloriam ipsius uidere mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri unà cum sancto spiritu honor, gloria, & potestas p̃ immortalia secula seculorũ, Amen.

QVOD NEMO LAEDITVR NISI
à semetipso Homilia. IX. *Incerto Interprete.*

Cio quòd crassioribus quibusq;, & præsentis
f uitæ illecebris inhiantibus atq; his qui per omnia terræ adhærent, & uoluptati, propriæq; libidini deseruiunt, nec spiritalem sensum capere quærunt, nouus uideatur hic sermo noster, ac mirus: & deridebunt nos fortasse, quòd in ipsa statim tituli fronte inepta satis, & quæ nulli uideantur ueri similia proponamus: sed non ob hoc nos à proposito cessabimus, quinimmo & eo ipso ad consignanda, & omnimodis comprobanda, quæ promisimus, peruigeoimus. Si tamen paululũ nobis in principijs patientię tribuant hi, quibus absurda uidentur esse quę loquimur, nec in exordijs obturbẽt dicentem, sed finẽ propositę orationis expectent. Scio. n. quia post hoc nobiscum stabunt notantes semetipsos prioris erroris: &, ut dicitur, palinodiã canent, ac ueniam postu-

A labunt, pro eo quòd minus rectam nunc usq; rerum tenuere sniam: insuper & gratiam nobis habebunt, sicut ægri quiq; medicis recuperata sanitate. Nolo ergo mihi ingeras opinionem nunc illam, quæ apud te hactenus inueterata permansit. Sed expecta paululum orationis huius nostræ luctamen: & tunc scio, quòd rectã proposito negocio sniam dabis, ubi spinosis opinionibus, quæ apud te sunt rationum, quæ à nobis dabuntur falce resecatis, rectũ iudicandi tramitem potueris intueri. Quoniamquidem & iudices seculi huius negociorumq; cõium, etiamsi uehementer uiderint eum, qui primas negocij partes prosequitur perorantem, & largissimis dicendi fontibus inundantem: expectant tamen etiam respondẽtis ad hæc prosecutionem, & audiunt eum cum patientia: nec prima allegatione mouẽtur ad sniam proferendam, etiamsi iustissima uideantur esse, quæ dicta sunt. Seruatur. n. apud audientiam eorum secundo quoq; integer dicendi locus: quoniamquidem hæc est iudicum disciplina, prius ex utraq; parte causam diligenter agnoscere, & ita sententiam promulgare. Igitur
B quia & nobis in præsenti negocio primi oratoris partes prosecuta est, inueterata apud plurimos, & radicata multi temporis opinio, quæ omnem penè orbem
" terræ perorat, & adstruit dicens, confusa esse omnia,
" nec aliquid rectè iusteq; seruari inter homines posse. Quotidie. n. uidemus lædi quamplurimos, & affligi, & opprimi cum omni iniuria: humiles & infirmos à potentibus, & fortibus, & pauperiores à ditioribus inuadi: & sicut nó est possibile numerare fluctus maris, ita nec hi, qui affliguntur & iniuriam patiuntur, possunt numero comprehẽdi: quibus neq; leges ullæ subueniunt, neq; iudicum metus, neq; ulla uis alia morbum hunc, ac perniciem potest cohibere: quinimmo & augetur per dies singulos: fletusq; & gemitus malorum semper increscit. Ipsi. n. iudices, qui ad hæc reprimẽda constituti sunt, grauiores tẽpestates, & pernicioſiores suscitant morbos. Et in tantum labes mali huius augetur, nt nonnulli infelices, & stulti in id insaniæ proruperint, ut etiam diuinam pro his prouidentiam culpent, uidentes eum quidem, qui honestum & placidum uitæ propositum gerit, in-
C terdum trahi ad iudicia, uinciri, & perturbari, & pati extrema omnia: proterũ uerò & improbum, & pessimi propositi uirum augeri diuitijs, potentia, & honoribus cumulari, terribilem omnibus fieri, & innumeris modis excruciare, & affligere, ac pedibus, ut ita dicam: conterere bonos & honestos uiros. Hæc autem iniqua, atq; iniusta inæqualitas non solùm in urbibus, sed & in agris: & non solùm in terra, sed & in mari committitur & exercetur. Cùm ergo hmõi apud plurimorum mentes feratur opinio, oratione uetustæ persuasionis asserta, necessariò contra hęc hic noster nunc introducitur sermo. Agones habiturus, quatenus falsæ huius opinionis, quanuis antiquas dejciat & subruat sedes. Licet ego, sicut supius diximus, nouum quod asserimus uideatur, ac mirum: hoc tamen pollicemur, quòd uolẽtibus diligenter his, quæ dicuntur, intendere: & uera hæc nostra, & utilis inuenietur assertio. Hoc ergo est, quod hic sermo noster pollicetur ostẽdere, (Sed q̃so uos, nullus primo turbetur auditu:) neminẽ posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Verum ut planior sermonis intelligentia & apertior detur, primò discutiamus qd sit hoc ipsum lædi, & erga quã materiam, quámue substantiam lædi cõ

D tingat unicuique. Sed hoc ita demum lucidius fiet, si prius quæ sit in homine uirtus, & ubi sit requiramus. Tũc enim uerius apparebit, unde & quomodo ei accidat lædi: & in quo quidem uideatur lędi, nec tamen lędatur. Idq; etiam exemplis adhibitis clarius demonstrabimus. Omne quod est in rebus, habet aliqd quo corrumpi possit, ac lædi. Verbi gratia: Ferrum rubigo lædit, lanam tinea, ouium greges lupus, uinum aceti permutatio, dulcedinem melis amaritudo corrumpunt, æra segetibus nocet, grando uineam lædit, uir-
ἀπὸ τοῦ ἀλίσθω, lolium. gulta ac diuersa plantaria locustæ, ac bruchi exercitus uastant, & singulis quibusq; corporibus, ut ne in enumerando omnia longius producatur oratio, uariæ morborũ species inferunt corruptelam: sic enim corruptela erga unumquodq; eorum habet, quo noceri possit, & status eius, incolumitasq; corrumpi. Requiramus ergo nunc quid illud sit, quo uirtus quoq; animi lædatur ac uitietur humani. Alij quidẽ alia opinãtur. Oportet enim nos etiam falsas opiniones adducere in medium, confutatisque eis, ut se ueritas habet edocere, & ostendere euidenter, quod nocere nobis uera noxa nemo alius potest nisi nosmetipsi: Alij E
ergo putãt, quòd noceat homini paupertas, alij damna, aut calumniæ, alij mors, & in his esse cunctas hominum miserias iugiter deflent, multáque miseratione dignos ducunt eos, qui in his positi uidentur, acla chrymabiliter conqueruntur, dicentes ad inuicem: Quid mali ppessus est ille? Subito direpta est eius uniuersa substantia. Et alius rursus de alio: Ille ægrotat grauissima ægritudine, & desperatur à medicis. Et alius eos, qui in uinculis habentur, deflet: & alius eos, qui patria carent, & ad exilia propulsi sunt: alius eos, qui in seruitutem ex libertate rediguntur: alius eos, qui ab hostibus deprædati sunt, atq; in captiuitatem ducti: alius eos, q naufragio decerpti sunt, uel incẽdio conflagrarunt, uel ruinis oppressi sunt. Isti omnes plãguntur, lugentur, & deflẽtur ab omnibus: hi uero qui malè agunt, & nequiter uiuunt, à nullo penitus flentur, sed quod est infœlicius, frequenter isti etiam laudantur ab omnibus, & beati dicuntur: quod certè totius mali causa est. Agèiã nunc, si tamen, ut ab initio deprecatus sum, nemo obturbet dicentem: ostẽdamus quomodo nihil horũ, quę supra diximus, nocere pru F
denti uiro potest, nec corrumpere animi uirtutem. Quid enim, dic mihi, eum qui facultates calumniato ribus, uel furibus, uel latronibus obsessus amisit, huiusmodi damna lęferũt in animi uirtute? Sed si uidetur, prius describamus, ut proposuimus, quæ sit animi uirtus, eáq; ut euidẽtius possit agnosci, coniecturam & similitudinẽ ex corporeis subsiãtijs capiamus. Et uideamus prius uerbi gratia, equi quæ sit uirtus. Nunquid nam uidebitur in argenteis frænis, pulchrisque tapetibus, ac sericeis flammulis, phaleris; gemmatis, iubáque aureis intexta funiculis, equi uirtus & magnificentia iudicari? an in uelocitate cursus, & fortitudine pedum, gressusq; cautela, ac pectoris firmitate, ceteris; quæ aut conficiendo itineri apta ducuntur, aut prælijs peragendis, ut uel interitus hostem petitio liberare sefforem? Nónne certum est in his potius equi uirtutem, quàm in illis, de quibus supra dictum est declarari? Quid autem & reliquorum animalium? nónne in eo omnis probitas habebitur, si uel ferre onera fortiter, uel robusta possunt mouere carpẽta? Nunquid uolens aliquis probare animal, ad ea respi-

G cit,quæ ei ſuperpoſita uiderit:an,ut diximus,ſi membris,ſi pedibus,ſi ungulis ualidũ ſit,inſpiciet? Et itam ſi uineam probare uolumus,nunquid ad hoc inſpicimus, ſi latos habeat pampinos, aut flagella diffuſa? an illud magis aſpicimus, ſi denſior ei fructus ſit, & uua fœcundior? Similiter & de oliua,atque aliis hmõi arboribus contemplamur. Igitur eodem modo ẽt de hominibus agamus,diſcutientes,quæ,aut ubi ſit uera hominis uirtus:& tunc eum lædi putemus,cũ in ipſa fuerit læſus. Quæ ergo eſt uirtus hominis? Nõ ſunt diuitiæ,ne timeas paupertatẽ: nec ſanitas corporis,ne lãguorem metuas: nec fama & exiſtimatio humana, ne te hominum maledicta terreant: nec uita hæc cõmunis,ne fortè metuas mortẽ: nec libertas,ne ſeruitutem perhorreſcas. Sed quæ eſt uirtus animi? Rectè ſentire de deo,& rectè inter hoſes agere. Illa enim omnia,quæ ſuprà diximus, auferri ab homine poſſunt, etiamſi nolit: hęc uerò ſi habeat,auferre ab eo nullus omnino,nec ipſe diabolus poteſt,niſi ipſe ea qui poſ
Iob.1.c & ſeq. ſider,perdat. Sciebat hunc rerum ordinem diabolus,
H & ideo cũ expetiſſet beatum Iob, oẽm ſubſtantiam eius perditum dedit: non ut eum pauperem faceret, ſed ut pro his dolens,impium aliquem ſermonẽ proferret in deũ. Propterea deniq; & omne corpus eius afflixit,non ut eum faceret ægrum,in quo nihil lædebatur,ſed ut per ægritudinis cruciatum, ſi fortè conſtãtia eius fatigari potuiſſet,animi uirtute nudaretur. Ob hoc eum innumeroſa orbitate percuſſit, ob hoc & corpus eius tormentis multò grauioribus, quàm ſi carnifices adhibuiſſet, afflixit: non enim ita tortores ungulis latera ſulcarent,ut ille ea uermibus fodit. Ob hoc,inquam,hæc omnia,ut malè aliquid de diuinita teſentiret. Ob hoc etiam amici, qui ad cõſolandum uenerant,inſtigantur ad exacerbandum: aiunt enim:
I Nondum dignè ſecundum ea,quæ peccaſti,flagellaris. Et multa alia huiuſmodi incuſantes eum, loquuntur. Ille autẽ urbe extorris, & domo,& facultatibus, ſimul affinibuſq; nudatus,ſterquilinium pro domo, pro ſtramentis humum,ſimum pro indumentis habebat. Sed in his omnibus non ſolùm nihil lædit Iob,uerũ & clarior per hæc,ac magnificentior redditur. Cũ enim cunctis eum facultatibus,atq; ipſius ſanitate corporis ſpoliaſſet,immenſas ei uirtutum diuitias per patientiam congregauit. Neq; enim tantæ fiduciæ apud deum erat Iob, antequam in hoc agone deſudaret. Quòd ſi iſte,qui tanta perpeſſus eſt, & ab eo perpeſſus,qui omnes homines nequitia & crudelitate præcellit, lædi in animi uirtute non potuit: quis erit iam,cuius uideatur digna excuſatio,cùm dicit: Ille me læſit,ille offendit,ille nocuit, ille impediuit? Si enim diabolus,qui omni malitia repletus, commotis uniuerſis uiribus ſuis,atq; omnibus telis, armisq;, uel in domum iuſti,uel in corpus eius directis,lædere omnino non potuit: ſed magis eum,ut dixi, glorioſum, & ſpectabilem reddidit: quomodo dignè quis ullum hominem culpabit,quòd ab eo lædi ſuuerit, aut noceri? Quid ergo,inquies,non eſt læſus Adam à diabolo,& non eſt ſupplantatus,atq; eiectus de para
Gene.3.b diſo? Non diabolus eum,ſed ignauia ſua læſit, dum erga obſeruantiam mandati non uigilauit. Nam hic, qui tot machinis aduerſus beatum Iob, totq; fraudibus pugnauit armatus,nec tamen eum ualuit ſupera re: quomodo ullis horum in Adam prolatis decipere eum potuiſſet, niſi per ignauiam ſuam ſemetipſum ſpontè perdidiſſet? Sed dices: Quid ergo? qui calumnijs circunuentus proſcribitur, & amittit uniuerſam K ſubſtantiam,non eſt læſus,cùm paternis nudatus bonis,ultima egeſtate cruciatur? Non: immo uerò nõ ſolùm læſus non eſt, ſed & lucri aliquid capiet,ſi uigilauerit. Quid enim,dic mihi,apoſtolos Chriſti penuria rerum corporalium læſit? Nõne in fame,& ſiti,& nuditate degebãt,& pro his clari magis & magnifici habebantur,atq; ingentem per hæc fiduciam queſierũt apud deum? Quid autem & Lazarum? nõne ægritu- *Luc.16.f*
do,& ulcera,& egeſtas ultima ad beatitudinem perduxit? Et afflictio huius mundi coronas ei in æternũ parauit? Quid uerò Ioſeph? nõnne quòd opprobrijs *Gen.37.d & 39.a*
domi & peregrè repletus eſt,eouſq; ut adulter putaretur,& quòd ſeruituti ſubiectus eſt,parentibus & domo extorris effectus? Nõne ob hæc ſingula in admiratione eſt omnibus apud homines,& in magna gloria apud deum? Sed quid de exilijs, & paupertate, & opprobrijs illatis loquor? & quòd in ſeruitutem redacti ſint mirabiles uiri? Mors ipſa, dic mihi, qd nocuit *Ibi.4.a.b*
iuſtiſſimo illo Abel, & mors amara, & acerba mors, parricidio illata,nõ homicidio? Nõne ob hoc in omni orbe terrarum canitur, & celebratur Abel? Vides L quomodo amplius oſtendit noſtra hæc etiam ea q̃ promiſit oratio. Non ſolùm enim hoc aperuit,quòd promiſimus: quia nullus lædatur ab alio,ſed & quòd lucra maxima capiant ſancti homines in his, quibus uidentur affligi. Cur ergo,ais,pœnæ & ſupplicia, cur gehenna,quam ob cauſam minæ tam multæ, ſi nemo lædit,& lædit nemo? Noli cõfundere,& permiſcere ſermonẽ: neq; enim diximus, quia nemo lædit, ſed,quia nemo lædit ab alio. Et quomodo,inquis, erit iſtud,ſi lędunt aliqui,ut nemo lędatur? ita ut iam oſtendimus. Nam & Ioſeph lęſerunt fratres ſui,& iniquè egerunt in eum,ſed ipſe læſus non eſt: & in Abel iniquè egit Cain,inſidiatus eſt enim ei, ſed ipſe nõ eſt læſus,nec mali aliquid paſſus,ob hoc ergo pœnæ, & ſupplicia. Non enim patientiæ uirtus eorum qui patiuntur,illorum crimẽ abſtulit, qui impio propoſito iniuriam proximis irrogarunt. Quanuis enim ipſi clariores effecti ſint per tolerantiam, non tamen illi eximuntur ſcelere per propoſiti ſui malitiam. Et ideo q̃dem illos uirtus animi extollit ad gloriam, iſtos uerò M malitia animi demergit ad pœnam. Meritò igitur à iuſto iudice deo illis quidem,qui cõſtanter philoſophati ſunt,& ad palmam uictoriæ peruenerunt, regnum paratur: his aũt,qui in nequitia propoſiti perdurauerũt, gehenna deputatur. Propter quod,ſi ablatę tibi ſunt *Iob.1.d*
facultates tuæ, dic: Nudus exiui de uẽtre matris meę, *1.Tim.6.b*
nudus & hinc abſcedam. Adde & illud apoſtolicũ: Nihil intulimus in hunc mundum, ſed ne auferre quidẽ qd poſſumus. Audiſti te maledici, infamari apud homines,& contumelijs onerari: recordare, & ante *Luc.6.d*
oculos pone uerba domini,quibus ait: Væ uobis, cũ *ibidem.*
bene uobis dixerint omnes homines: & iterum, Gaudete & exultate,cũ eiecerint nomẽ ueſtrum, tanquã malum propter filium hominis. Expulſus es patria & *Heb.30*
domo,recordare quia nõ habemus hic patriam manentem, ſed futuram inquirimus. Quid ergo te putas patriam perdidiſſe,qui in tota terra peregrinus es? *2.Co.4.d*
Sed etſi ægritudinem incurriſti, grauiſſimam, utere illo apoſtolico ſermone,quo ait: Nam etſi is, qui foris eſt homo noſter, corrumpatur: ſed qui intus eſt, *Mat.6.d*
innouatur de die in diem. In carcere concluſus es, & mors crudelis imminet: intende adhuc ante oculos Ioannem in carcere ceruicibus cæſum, & tanti pro-

A phętæ caput ſaltatrici puellæ in mercedem libidinis datum. Hęc ergo ſingula cũ inferuntur iniuſtè, tu non conſideres eorum,quæ inferũt iniuriam: ſed eorum quæ pro his retribuentur perpende gloriam. nõ ſolũ enim peccatis abſoluitur, qui hæc patitur, ſed & iuſtitias acquirit: tantũ eſt,ut fides eos, conſtantiaq; non deſerat. Cũ ergo neq; damna facultatum, neque calumniæ,neq; opprobria,neq; exilia, neq; ægritudines & cruciatus, neq; ipſa mors,quæ uidetur omniũ horum eſſe grauior,lædat homines, quinimmo & iuuet, clarioresq; reddat: unde iam probabis lædi aliquem poſſe,cũ ex his omnibus non lædatur? Verùm ego & amplius adhuc quid aſsignare tentabo: quia illi ſoli læduntur qui lædunt,& nulli alij nocet noxa, quam cæteris inferunt, niſi ipſis qui inferunt. Quid enim,dic mihi,infelicius erit,quàm Cain? Mors enim illa,quæ manibus eius fratri illata eſt,illum quidẽ iuſtum reddidit per ſecula: ipſum uerò qui intulit, habere fecit per ſecula parricidam. Quid etiam Herodiade miſerius,quæ caput Ioannis exhiberi ſibi deſiderauit in diſco, ut ſuum caput perpetuis gehennæ ignibus
B flammisq; demergeret? Quid etiam ipſo diabolo deterius,qui nequitia ſua ita clarũ reddidit Iob,ut quanto illi gloria,tãto huic creſceret pœna? Vides quomodo & in his plus multò,quã polliciti fueramus, oſtenditur? Clarùit enim non ſolùm neminem lędi ab his, qui iniurias inferunt,ſed & illos tantummodo lędi, & malè pati,à quibus irrogantur iniuriæ: quoniamquidem neq; diuitiæ,neq; libertas,neq; ſanitas, neq; alia huiuſmodi,quæ ſuprà memorauimus,propria bona hominis ſunt,ſed ſola uirtus animi. Et ideo cùm erga ea, quæ extrinſecus ſunt, damnum, aut amiſsio, aut afflictio ulla ſuperuenit,non lędit homo: quia omne bonum eius in animi uirtute conſiſtit. Quid ergo ais,ſi in ipſa quis animi uirtute philoſophatur, & lædit? Nequaquam: in his enim ſi lædatur,nõ ab alio lædit,ſed à ſemetipſo. Quomodo, ais,à ſemetipſo quis lædit? Si quando uerberatus ab aliquo,uel facultatibus ſpoliatus, aut alio quolibet modo afflictus, blaſphemũ & impium ex ore ſuo protulerit uerbum: læſus in hoc,& ualde læſus eſt, non tamen ab alio,ſed à ſemetipſo, per impatientiam ſcilicet ſuam.
C Intuere enim, ſicut & ſuperius diximus, quanta perpeſſus ſit Iob, non ab homine aliquo, ſed ab eo qui omnium hominum ſceleſtior eſt,& crudelior. Quòd ſi ille immanis & cruentus, tot machinis, tot fraudibus adhibitis, totq; ſupplicijs non potuit cogere, ut
Iob.2.c peccaret Iob labijs ſuis ante dominum,& hoc cũ ne-
Γ gloriam que legẽ dei accepiſſet Iob, neq; redemptionis Chriſti ac reſurrectionis eius fuiſſet gratiam conſecutus: quantò magis tu his omnibus munitus, ſi uis, & ex fide auxilium dei implores,nõ poteris ſuperari? Vide enim Paulum quanta paſſus eſt,quæ etiam enumerare difficile eſt: carceres,uincula,uerbera,flagella, ſupplicia,à ludæis lapidatur,uirgis cæditur,præcipitatur, latrones incurrit,ab inimicis & à falſis fratribus inſidias perfert: intus timores, foris pugnas patitur: famem,nuditatem,calumnias,inſidias, tribulationes, beſtias tolerat,& quid opus eſt multa dicere? quotidie moritur, & tamen in his omnibus non ſolũ nihil blaſphemum ex ore ſuo profert,ſed & gaudet,& gloriatur,atq; exultans dicit: Gaudeo autem in paſſionibus meis. & iterum: Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Si ergo hic tanta patiens gaudebat, & gloriabatur: quæ erit uenia, quæ excuſatio
Coloſ.1.d Rom.5.a et 2.Theſſa.1.b

his,qui pro paruis iniurijs,uel uerberibus, aut qualibuſcunq; tribulationibus,quę utiq; illis longè inferiores ſunt,blaſphemant? Sed aliter,inquis,lędor: ſi enim non blaſphemauero, facultates meæ auferentur, & ero iam inutilis ad miſericordiam faciendam: Occaſiones ſunt iſtę,& non bonę. Si tibi opera miſericordię,& eleemoſynę cordi ſunt,audi: qa paupertas non impedit hominẽ ad miſericordiam faciendam,homi nem dico miſericordem. Quanuis enim pauper ſis, erunt tibi duo minuta,quę cùm obtuleris,ſuper omnem diuitiũ cenſum reputabuntur tibi: & erit tibi manus plena farinę,quę ſufficiunt tibi ad paſcendũ prophetam. Quòd ſi defuerint etiam hęc, nũquam tibi, crede mihi,deerit calix aquę frigidę, ex quib⁹ omnes diuitias effuſas pro miſericordia ſuperabis. Mentem nanq; miſericordem deus requirit,non pecunię quantitatem. Vides ergo quia nec in hoc quidem damnũ paſſus es, quòd perdideris facultates, quinimmo & lucri plurimum: nã & coronas immortalitatis, quas alij multa largiendo mercantur, tu duobus minutis, ut diximus, aut pretio aquę frigidę comparaſti. Hęc quidem his,qui uentati ſtudent, & ſalutis ſuę curam E gerunt,manifeſtè euidenterq; patuerũt: apud eos autem,qui uoluptatis uinculis alligati ſunt,& quos obtinet libido captiuos,quibuſq; omnis uita in luxuria teritur,ſuperflua uidẽtur hęc,& inepta: quoniamquidem ſumma auiditate amplectũtur umbras & ſtringunt uentos. Hęc enim quę eis uidentur carnis & ſeculi bona,è manibus eorum tanquam uentus & umbra effugiunt,ac labuntur. Et ideo,ſi uidetur,aperiamus etiam ipſis interiores rerum cauſas: & imagine hac qua decipiuntur ablata,ipſam eis interiorem impurę huius & immundę meretricis,quã complectuntur,faciem reuelemus. Meretricem nanq; ego appello uitam hanc,quę in delicijs, & affluentia diuitiarum, & huius ſeculi potentia ac uoluptate tranſigitur. Et non ſolũ meretricem eam nomino,ſed & turpiſsimã atq; obſcœniſsimam meretricem, cuius facies fœda, horrida,aſpera,amara,crudelis, & ĩ hoc maximè eſt, in quo ſine uenia habendi ſunt cuncti, quos decipit. Quòd cùm tam turpis ſit uultus eius,& ferus, & tam barbarus ac truculentus: multi tamen ab ea capiuntur. Et cũ uideant apud eam cruenta omnia pericu- F lis,mortibus,præcipitijs plena: cumq; ſtipari eam cernãt ſodalibus peſsimis,cõtumelijs dico, opprobrijs, liuore,inuidia,inſidijs,criminationibus, & perniciſsimis curis,metu iugi, tremore frequenti, & mille alijs huiuſmodi infauſtis cõſortibus, uelut anguium corona circundari: fructum uerò in his nullum aliũ, niſi interitum eſſe, & perniciem pœnamq; perpetuã: expetitur tamen à pluribus,& amabilis habetur, atq; exoptabilis. Tanta nanq; eſt eorum, qui decipiuntur ſtoliditas, ut cũ eos ratio nulla ab hoc interitu reuocet, nec euidentia quidem indeſinenter pereuntium exempla deterreant. Non ergo iſtos ſtolidiores multò, quàm paruulos iudicem, uel negem, quos puerilis ludus, ubi aut circulus uoluitur, aut turbo, uel trochus uerberibus agitatur, & lõgis porticibus per curua ſpatia rotatur, ita intentos & inhiantes puerilibus annis tenet, ut auelli inde nullatenus queant, ignorãtes penitus per ętatis fragilitatẽ, nihil in illo ludo utilitatis, nihil perfecti operis haberi? ſed pro illis ſatisfacit ętas immatura. Iſti quid habebunt excuſationis, qui in ętate perfecta puerilem, immo & puerili imbecilliorem ſententiam tenent? Cur ergo, quęſo te, ui-

G dentur appetendæ diuitiæ? Hinc nanq; incipiendum puto: quia, inquit, & sanitati, & uitæ ipsi, & famæ, & patriæ, & propinquis, & amicis, & oibus omnino, q̃ sunt cõmodiores eas esse plurib⁹ uisum est. Et ista sententia non solũ terra mariq; seruatur, sed usq; ad ipsas iam nubes ascendit, ac sydera. Noui & ego quòd non tam ista snia, quàm flamma est, quæ & istum uastat orbem terrarum & qui extinguat quidẽ, nullus est: q accendant uerò, & magis magisq; inflamment, multi sunt. Omnes enim fauent huic malo, non solũ illi qui ab eo capti sunt, sed & qui nondum illuc uidentur ingressi: & unumquemq; hominem uideas, seu uir sit ille, seu fœmina, seruus aut liber, diues paupérve, pro uiribus suis incendio huic materiam, atq; onera comportare, & die ac nocte ei eius ministerijs uigilare. Onera autem dico non ligni, aut fœni: non enim talis est flamma quæ ista consumat. sed animæ suæ, & corporis iniqua & iniusta ei opera deferunt: his enim accenditur ignis iste, & his pascitur. Nam & ipsi diuites, etiã si totum orbem possibile esset possideri à singulis, adhuc tamen in desiderio eius arderent. Pauperes ue
H rò dum cupiunt diuitibus exæquari, insanabilem rabiem patiuntur, insaniunt, furiũt, & idem morbus diuersos singulis generat languores. Intantum amor pecuniæ omnem animam fatigat, ut neq; amicitiarum, neq; propinquitatis, interdum etiam nec cõiugis, aut filiorũ amori det locum, quibus affectibus inter homines nihil præfertur: amor tamen pecuniæ oia hæc humi deiicit, & pedibus conculcat, ita uelut fera quædam, & crudelis domina omnium corda possidet, & tyrannica dominatione deuincit. Sæuit ut barbarus, feruet crudeliter ut tyrannus, debacchatur impudenter ut meretrix, nusquam miseretur, nusquam pudet: adest ubiq; dura, ubiq; terribilis, dira, inclemens, impia, truculenta: & cũ lupis, & ursis, ac leonibus ferocius sæuiat, suauis tamen hominibus uidetur, & amabilis. Et quid dico suauis? Melle ipso, & fauis dulcior. Cumq; his, qui eam desiderant & exoptant, gladios acuat, quotidie foueas & præcipitia paret, scopulisq; eos mille & mille naufragijs illidat: expetitur tamẽ ab eis, ac desideratur, & quæritur, ac per innumeras mortes suas lætantur se aliquando ad eius sahem ianuam
I peruenisse. Volutari nanq; in cœno eius, tanquã sues delectantur, & ut canthari stercus eius euoluere. Tales quodammodo omnes, qui auaritiæ huic manus dederint, infeliciores & turpiores etiam istis immundissimis animalibus fiunt. Et hæc est maior rei huius infelicitas, quòd quantò magis in his sordibus uolutantur, tantò maiorem ex his capiunt uoluptatem: idq; non rei natura, sed uoluntatis uitio patiuntur. Quomodo ergo sanabimus mẽtes huiusce modi languoribus occupatas, nisi uellent nobis aurem paululum commodare, atq; animos ad audienda dare, & susc ipere quæ dicuntur? Irrationabilia nanq; illa quæ diximus, ut muta animalia, quæ in se huiusce modi sordibus uolutant, trasferri ab his non possunt, utpote intellectu & ratione carẽtia. Nobis uerò sermo nũc ad homines habetur, quibus intellectus, & ratio diuino munere data est: tantũ est, ut audire uelint, facilè, & absq; multo labore de cœni huius fœtore, & indignitate stercoris poterunt liberari. Agè ergo iam nũc quasi ad homines loquentes, & percontemur ab eis, cur expetendæ uideantur esse diuitiæ. Respondebũt sine dubio, propter uoluptatem, primò uitæ & delicias corporis: tum deinde & propter honorem, qui habetur in uita, atq; officia, quæ ab hominibus diuitiarum contemplatione deferuntur: & pro eo, quòd potest facilè ulcisci, qui diues est, in eos qui iniuriam inferre tentauerint, ut & timori sit cæteris. Puto quòd alias, exceptis his causas non habeas, uoluptatis dico, honoris, officiorum, timoris, ultionis. Nam neq; sapientiorem, neq; temperatiorem, neq; clementiorẽ, neq; prudentiorem diuitiæ facere hominem possunt: non benignum, non placidum reddunt: non denique iracundum aliquando in mansuetudinem commutant, nec incontinentẽ continentiam, nec uoluptuosum sobrietatem, nec inuerecundum uerecundiam docuerunt: neq; aliud aliquando uirtutis genus animæ per diuitias acquisitum est. Quòd si uirtutibus animi nihil cõferunt, nec meliorem hominem secundum uirtutum titulum reddũt: dic quæso, quam ob causam expetendæ uidentur esse diuitiæ: Immo uerò non solùm nihil uirtutis animo cõferunt, sed & si paratum aliquid & recõditum inuenerint, subruunt, & è contrario uitia pro uirtutibus introducunt: ipsarum enim pedissequa est luxuria, ira, intemperantia, furor, iniustitia, arrogantia, superbia, omnisq; irratio
L nabilis motus. Sed de his suis locis reseruemus, quoniamquidem non libenter hi, qui huiusmodi ægritudine innexi sunt, sermonem de uirtutibus ac uitijs audiunt. Partes enim luxuriæ agunt, & nihil aduersus eã patiuntur audire. Hinc ergo interim sermo moueatur: si est omnino in diuitijs aliquid quod delectari possit, aut si est in illis aliquid honoris. Incipiamus itaque si uidetur à conuiuijs, & à mensarum affluentia. In his enim diuitiarum magnificentia prædicatur. Conferamus mensam diuitis, & mediocris, & discutiamus utroq; conuiuas: qui magis quæso sint, qui puram ueramq; utriusque mensę capiunt uoluptatẽ. Illi nam qui tota die attritis, & lassescentibus cubitis recumbunt, & cœnas prandijs iungunt, quiq; uentris distentione rumpuntur, atque oppressione ciborum suorum premuntur: in quorum corpore uini inundatione, uelut naufragij cuiusdam fluctibus obruta anima necatur, ubi neque oculus, neque lingua, neque pes propriis deseruit officijs: sed omnia membra corporis uini uinculis iacent uincta grauius, quàm catenis: ubi non sopor eis ipse ad quietem datur, neq; ad
M salubritatem cedit, sed exterriti somnijs insanientibus & furentibus deteriores fiunt, & quasi sponte dæmones superducant animę suę, risus, & spectaculum omnibus, etiam ipsis famulis suis fiunt: nihil agnoscunt eorum quę uidentur, nihil sentiunt, nihil norunt, dicere aliquid & audire non possunt, sed latera fœdissima portantur de accubitis ad lectos. In talibus igitur conuiuijs magis uoluptas est, an in illis ubi cibus potusq; tantus est. quantus famem depellat, ac sitim? Hunc modum uitę natura docuit, illum corruptela libidinis inuenit. Ideo denique in hoc etiam sanitas adest, & ratio permanet, & honestas cum sobrietate perdurat, nec grauatum corpus atque oppressum leuatur de conuiuio, sed adiutum potius, atque auctũ uiribus, totaq; alacritate subnixum surgit incolumis. Quòd si tibi parum fidei habere sermo noster uidetur, utrorumque corpora, animosq; considera: & inuenies illa magis robusta, & ualida, ac succi plena, quę mediocribus ac simplicibus utuntur alimonijs. Nec mihi nunc adducas in medium, si qui fortè ex accidenti ęgritudine, aut qualibet debilitate fatigantur. Alia est ista causa, & alio in tempore requiren-

A da. Hi uerò qui in delicijs, & luxuria uitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circũferunt, atq; agmine quodã infirmitatum repleta, quibusq; ad cumulum malorum podagręq; tremor, & immatura senectus succedit, & est eis uita semper cũ medicis & medicamẽtis, sensus aũt ipsi tardi, graues, obtusi, & quodammodo iam sepulti. Et si aliquid uoluptatis, aliquid iucunditatis habent: quis hęc iucunda dicat, & grata, qui tamen nouerit, quid sit iucunditas & uoluptas? A prudẽtibus enim ita definitur, qa hæc
Voluptas sit sola uoluptas, cũ quis desiderijs suis fruitur. Vbi uerò frui desiderijs non potest, dum uel ægritudo non sinit, uel satietas ipsa desiderari non facit, q̃ onerosa efficit abundantia: sine dubio & uoluptas in eis pariter & iucunditas perit. Denicq; considera ęgros, qui fastidio perurgentur: qũo, quãuis suaues eis, & lauti apponantur cibi, horrori tamen eos magis accipiunt q̃ uoluptati. Sic ergo cùm per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter & uoluptas ac iucunditas perimitur: quia non tam ciborum gratia, q̃ desiderij gi-
Pro.27.a gnit satisfactio uoluptatem. Vnde & sapiẽs quis, atq;
B in horum disciplina philosophari bene sciens, aiebat: Anima in satietate posita, fauis illudit. Ostendens ẽt ipse, quia uoluptas nõ in natura, ut diximus, ciborũ, sed in desiderij uigore cõsistit. Propter hoc & prophe ta mirabilia enarrans, q̃ in Aegypto gesta sunt, quæq;
Psa.80.c in eremo, inter cætera etiam. h. d. De petra melle saturauit eos. Equidem nusquam inuenimus mel fluxisse de saxo: quid ergo est quod dixit? Quoniam quidem post multam itineris fatigationem, & laborem sitientes, aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, easq; multo cum desiderio hauriebãt: hoc ipso ergo quòd dulcissimè, & desiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit: non quòd natura aquarum fuerit commutata, sed quòd dulcedo poculi, instar mellis sitientibus, & desiderantibus obtineret dulcorem. Igitur cùm hæc ita sint, nec dubitari à
C quoquam de his possit, nisi sit aliquis aut cõtentiosus, aut stultissimus: nõne palàm est, & in propatulo, quòd simplicior uictus, & mensa mediocris plurimũ iucunditatis habeat, & uoluptatis: econtrà uerò diuitum mensæ execrabiles quidem, & horridæ, ac morborum, & contaminationis plenæ: & sicut ait quidã prudentium, in quibus molesta sunt etiam ea, quæ delectabilia uidentur? Sed honores inquiunt, conferunt diuitiæ, & in inimicos ultiones facilius præstãt: & ob hoc uidebitur necessarium esse opus diuitiarũ, quia uitijs ministrat, & iræ tribuit effectum, atq; inanes ambitionum bullas inflat amplius, & extollit in maius, quodq; superbiæ malum tumidius erigit: immo potius pro his omnibus maximè erant fugiendæ diuitię. Hoc est enim feras quasdam bestias in animis suis homines sponte collocare, & in pectoribus suis nutrire. Et iterum diuitię suadent, ut honore quidem uero cœlestiq; careatur: falsum uerò huc ueri illius colore solum quodam, & simulata imagine fucatum requiri honorem nõ ueritate sed nomine. Sicut enim plerunq; meretricis uultus, cùm turpis & fœdus est p naturam, fucis & coloribus pigmẽtatus prostituitur ad decipiendos eos qui ignorãt, quæ fœditas sub uelamine fucci illius contegitur: ita & diuitię faciunt, cũ adulationem uolunt honorem uideri. Neque enim uoces illæ populi, per quas iudicibus acclamatur, ex ueritate proferuntur, sed & ipsæ sunt, quibus fucatũ nomen honoris depingitur. Nam si conscientias in-
D terroges acclamantium tibi, inuenies apud unumquemque eorum mille te capitibus accusari. Denique ubi metus cessauerit potestatis, & publicæ pompæ fuerit scena resoluta, tunc uideas quanti oblatrantes, quanti obloquentes, quanti insimulantes, & hi omnes ex illis sunt, qui prius acclamabant, & immensis te laudibus extollebãt: hæc tu honorem dicis? & hæc diuitijs quærenda credis, quæ etiã si sponte adessent, recusanda erant: plus enim odij, quàm amoris acquirunt. Sed si uis tibi ostendam honorem uerum. Honor uerus, uirtus animi est. Hic honor neq; à Cæsaribus præstatur, neq; adulatione cõquiritur, neque pecunia præparatur: nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti: huius honoris successor nullus est, accusator nullus, nullus ingratus: hic honor temporibus non mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturã tabulæ metuit aliquando delendam. Sed uindictam, inquis, inimicorum sumere non possum. Hæc autem est maxima causa, & præcipua: quia execrandæ diuitiæ sunt, & amanda paupertas: istum enim gladium,
E quem dicis, aduersum te acuunt: faciunt enim te præuaricatorem mandati illius, quo dicit: Mihi uindictã, & ego retribuam, dicit dominus: Vis autem uidere
Deu.32.c & Rom. 12.d quantum mali habeat uindictæ cupiditas? misericordiam dei aufert ab homine, & concessam iam gratiã infringit ac reuocat. Scriptum est enim in euangelio,
Mat.18.c quòd is qui multorum talentorum debitor fuerat, & ueniam precatus à domino impetrauerat: cùm conuersus ad seruum suum, qui ei parum pecuniæ debebat: hoc est, qui in eum parum peccauerat, exigere eũ cœpit, uindictam scilicet sumere. Et ob quod immitis fuit erga indulgentiam conserui, ipse de se sententiam tulit, ut non solùm iam concessa non frueretur indulgentia, sed & tortoribus traderetur, atq; uniuersam debiti summam cum supplicijs, pœnaq; persolueret: & ita pro uindictæ desiderio munus diuinæ perdidit indulgentiæ. Pro his quæso te, uidẽtur expetendæ diuitiæ, ut tibi facilior uia pateat ad interitum? Nonne pro his maximè oportebat eas ueluti inimicum grauissimum, & hostem pessimum, ac totius mali authorem uitari? Sed paupertas, inquis, difficile negotium est: interdum enim & blasphemare cogit homines per penuriam, & multa inhonesta, & indigna committere. Non paupertas hæc, sed pusillanimi
F Luc.16.e tas facit: nam & Lazarus pauper fuit, & ualde pauper, cuius paupertati addebatur etiam ægritudo, & ægritudo amarissima, quæ ipsam paupertatem redderet diriorem, cùm & uis morbi solatia multa deposceret, & nullum penitus paupertas posset adhibere. Horum enim alterum etiamsi solum sit, graue est, & doloribus plenum: cùm autem simul iunguntur, nec adest qui subleuet, intolerabile efficitur malũ. Ignis inextinguibilis, & dolor sine remedio, tempestas plena naufragijs, animæ simul & corporis flamma. Erat tamen huic beato his omnibus malis aliquid adhuc amplius, uicinitas diuitis epulãtis luxuriosę: & adhuc magis ac magis, etiam inde in eum tormenta cumulantur, quòd & ad ianuam iacebat epulantis, ut eum multò amplius excruciarent opes in oculis positæ, quæ uetabantur, quàm illæ quæ per penuriam deegitur carere bonis, quæ uidet, quàm his egere quę nõ uidet. Verùm ne his quidem flectitur diues ille crudelis, sed sibi quidem præparari mensam solitis copijs iubet, & ornari ministeria, uina diffundi, coquorum

G exercitus,& alios miniſtrorum cum paraſitorum tur
mis duci, & cantorum ſtatui cateruas, nec in aliquo
luxuriam temulentiamq́ fraudari: pauperem uerò La
zarum dira fames,& amaræ ægritudines uaſtabant,
miniſter uerò nullus,nec ullum miſero ſolatiũ ex mẽ
ſa diuitis, quæ paraſitos & luxurioſos uſq́ ad diſten-
ſionem,& crapulam ſatiebat,nec micæ quidem quę
proiiciebantur,ad Lazarum ueniebant fame periclitantẽ:& tamen ita pertulit hanc tam diram,tamq́ te
terrimam paupertatem,ut neq́ amarum ſermonem,
neq́ blaſphemiæ uerbum proferret, & illicitum: ſed
ſicut aurum uehementius ignitũ,purius & ſyncerius
redditur:ita etiam ille paſsionibus & cruciatibus exa
minatus,clarior & ſplendidior per patientiam tedde-
batur. Etenim ſi uidentes tantũmodo diuites quoſq́
affligũtur humiles,& tabeſcunt,ac diſtendũtur inui-
dia,& uita ipſa amarior redditur, etiamſi neceſſarius
eis non deſit cibus, etiamſi mediocria uideantur ha-
bere miniſteria: quid uerò paſſus Lazarus,qui ita erat
pauper,ut nullus alius fuit: & non ſolùm pauper,ſed
æger,ut nullus alius æger fuit? Et qui nullũ omnino,
H non dicam miniſtrum,ſed nec ſolatium quidem ha-
buit in medio ciuitatis,ut in ultimis agens deſertis,fa
mem patiens, omnium rerum penuriam habens,ſed
plus ex abundãtia uicinitatis eſurieris? Videbat enim
diuitem copijs,tanq̃ fontibus & fluminibus inundã-
tem,ſe uerò ab hominibus quidem refrigerium nullũ
capientem: ſolis uerò canibus iacere miſerandum: ita
enim erat ægritudine reſolutus,ut nec ipſos quidem
canes ualeret abigere. Hic ergo niſi fuiſſet ſummę phi
loſophiæ,qũo hæc omnia tam patienter,tamq́ fide-
liter pertuliſſet? Vides quoniam qui ſeipſum nõ læſit,
à nullo potuit lædi. Iterabo & repetam promiſſionis
meæ ſermonem. Quid ergo,dic mihi,morbus co:po
ris? quid penuria rerum omnium? quid irruentes ulce
ribus canes? quid uicinitas auari diuitis, ac ſuperbi læ
dere potuit athletam dei? aut in quo ex ijs omnibus
reſolutus, aut fractus eſt ab animi uirtutibus? Nihil
omnino,quinimmo & anguſtijs rerum magis ſolida
tus eſt,& hinc illi coronę paratæ ſunt: unde infelicior
putabatur,inde ei palma uictoriæ,inde æterna remu
neratio,unde cruciatus multiplicabatur,& iniuria. Fa
I mes illa abundantiam præparabat futurorũ bonorũ,
ægritudo illa uitam conciliabat æternam: ulcera illa
quæ canes lambebant,ſplendorem gloriæ per ange-
los miniſtrandum ferebant. Inhumani & crudelis di-
uitis deſpectus,atq́ ad ianuas eius cubile contemptũ
patris ei Abrahã piiſsimos ſinus,& beatitudinis eius
conſortia promittebãt. Quid uerò apoſtolus Paulus?
nõ enim abſurdum puto iterum uiri huius facere mẽ
tionem,nónne innumeris tentationum ſubactus eſt
imbribus? & quid ex his omnibus læſus eſt? nónne per
hæc glorioſior factus eſt? Quid enim fames,quid fri-
gus,aut nuditas,quid flagella,quid uerbera,quid ſa-
xa nocuerunt? Quid detrimenti in naufragijs,quid in
profundo maris paſſus eſt? Nõne permanſit ſemper
idem Paulus,& idem uocatus apoſtolus? Econtrà au
tem Iudas unus fuit & ipſe de duodecim, & uocatus
apoſtolus Chriſti? ſed neq́ quòd unus ex duodecim
fuit,neq́ quòd uocatus apoſtolus dictus eſt,prodeſ-
ſe ei quicquam potuit,non habenti animum uirtuti-
bus deditum. Sed Paulus quidem cum penuria & pla
gis cucurrit curſum,qui ducit ad cœlum: ille uerò cũ
& prior uocatus eſſet in apoſtolatum, & ſimili cũ cæ
teris gratia donatus,cœleſtemq́ edoctus eſſet & phi-
loſophiam,& ſacræ Chriſti menſę,uenerandiq́ ſacra K
menti particeps extitiſſet,habuiſſet ẽt donum ſpiritus
ſancti,ità ut mortuos ſuſcitaret, & leproſos curaret,
ac dæmones effugaret: cumq́ de contemptu rerũ ſe-
cularium frequenter fuiſſet edoctus,adhærens lateri
bus Chriſti,atq́ ingentium ſibi eſſet cõmiſſa diſpen-
ſatio,quo ſcilicet auaritiæ per horum latens in eo ui-
tium ſanaretur: erat enim fur: tamen nec ſic quidem
proficere in melius potuit, cũ erga eum tot, tantiſq́
prouiſionibus dominus uteretur. Sciebat enim Chri
ſtus,quòd auarus eſſet Iudas, & pro amore pecuniæ
periturus: & non ſolũ non arguit eum pro hoc uitio,
ſed & latentibus medicamentis curare uoluit,ipſi cõ
mittens diſpenſationem pecuniæ,ut habens in mani
bus quod deſiderabat, pernicioſa paſsio expleta cu-
piditate ceſſaret: nec decideret in illam mortis foueã,
ſed minoribus malis maiora reprimeret. Sic in oĩbus
qui ſemetipſum non læſerit,ab alio nõ poteſt lędi: &
rurſus,qui ſeipſum corrigere & emendare noluerit,&
quod in ipſo eſt,atq́ in poteſtate eius explere, nullus
ei extrinſecus proderit. Præterea deniq́ ſcriptura diui-
na tanq̃ in imagine quadam latiſsima & ampliſsima L
ueterũ uitas & geſta depingit,ab Adam uſq́ ad Chri-
ſtũ generatione producta, ut tibi oſtenderet alio-
rum lapſus,& aliorũ coronas,& ex utroque erudiret,
doceretq́ te: quia niſi quis ſeipſum læſerit,ab alio nõ
poteſt lædi: etiamſi omnis contra eum coniuret or-
bis,etiamſi permutatio rerũ ac temporum ſiat etiã ſi
potentium & principum contra eum furor ſæuiat,&
inſidientur oĩs, ſiue noti ſiue ignoti, ſiue amici ſiue
inimici,ſiue dolo ſiue ui,uel fraudibus impugnãtes,
inſidiantes: tamen cõmouere ne parum quidem po-
terunt eum,qui conſtantiam tenet, & animi uirtuti-
bus uigilat: ſicut è contrario ignauum,& deſidem,&
qui ſemetipſum prodit, ac deiicit, etiamſi mille adhi-
beas medicinas,mille munimenta conquiras,melio-
rem facere,& emendare nõ poteris,niſi ipſe prius qd
in ſe eſt proponat ac proferat: hoc eſt quod nobis in Matt.7.d
dicat & illa parabola quæ de illis ſcripta eſt, quorum
alius ſupra petram ædificauit domum ſuam, alius ſu
per arenam: nõ ut arenam, uel petram intelligamus,
neq́ ut ędificium ex lapidibus & lignis cõſideremus
extructũ,neq́ ut flumina & imbres,& uentos,qui im M
pingũt in domos illas materiales putemus: ſed ut hęc
eſſe intelligamus uel uirtutem animi,uel ignauiam: &
ut ex his aduertamus,quòd niſi qui ſe ipſe læſerit,ab
alio non poteſt lędi. Non ergo pluuia, neq́ flumina
cum impetu deſcendentia, neq́ uenti ualidiſsimi cõ-
mouere potuerunt domũ ſupra petram fundatam: ut ex hoc intelligas,quia qui ſeipſum non prodiderit,
nec à ſemetipſo fuerit motus,nulla ſuperueniens ten-
tatio deiicere eũ poterit, aut mouere. Illud uerò aliud
ędificium facilè ſubuertitur, non pro tentationũ uio
lentia,alioquin & illud aliud ędificium deieciſſet: ſed
propter fundamenti, id eſt propoſiti infirmitatem.
Arena enim eſt res mobilis & fluens, quę ſine dubio
inſtabilitatem atq́ inconſtantiam deſignat animo-
rum. Non ergo,ut diximus,lapſus & ruinę cauſa ten-
tatio eſt,ſed inſtabilitas animi & ignauia, quę etiam
ſine tentatione interdum ſponte deiicitur: ſicut & illa
fabrica,quę ſuper arenam fundata eſt,etiam ſi flumi
na uentiq́ non urgeant,ipſa tamen paulatim effluẽs,
inſtabilis arena ędificij crepidinem ſubruit,& euertit.
Nam & arenę ſponte rumpuntur, adamas uerò nec
malleis cæſus infringitur: ita ergo qui à ſemetipſo

A non lædit̃,etiamſi tundatur,ab alijs non poteſt læ
di: qui uerò animi ſui ignauia proditur,ẽt nullo peri
gente ſponte deſſuit, & reſoluitur: ſicut & Iudas ille,
nõ ſolũ nullo extrinſecus impellente delapſus eſt, ſed
è cõtrario pluribus adiutus remedijs ſtare nõ potuit.
Vis ut hæc non ſolũ per ſingulos geſta, ſed etiam per
populos doceam? Quanta erga Iudæorũ populũ cu-
ra extitit diuinæ prouidentiæ: nónne omnis, ut ita di
cam, creatura erga emendationis eorum miniſteriũ
Exo.14.d præparata eſt? Nónne præ cæteris oĩbus hominibus
noua quędã,& magnifica eis uitæ inſtituta ſunt tradi
ta? None in medio mari ſiccum iter apertum eſt eis,
& in quo ipſis fuit ſalus,ibi inimicis eorũ uenit interi-
tus? Quadraginta annis in deſerto non arãdo, neque
ſeminando uixerunt: laborem meſsis, & areæ neſcie-
Iuſus. runt, onuſ molæ eis,& coquendi panis neceſsitas nõ
fuit: fœminas quoq́ eorum nulla texendi ſolicitudo
cõſtrinxit, mercandi cauſa non inſtitit, macellum ne-
mo pro cõparandis carnibus requiſiuit: ſed hæc om-
nia fuit eis uerbũ dei, & parauit eis menſam in deſer-
Ibi.16.a. to, laboris & ſudoris expertem. Hęc enim fuit natura
b B mãnæ, cibus quotidie nouus, & ſaporem ſui pro deſi
derio ueſcentiũ ſubminiſtrans. Sed indumenta eorũ,
& calceamenta, & ipſorum ẽt corporum natura obli
ta eſt infirmitatis ſuæ. Omni nanq́ illo tpe neq́ indu-
menta attrita ſunt eis, neq́ fuit in illis infirmitas, me-
dico nullus indiguit, medicamenta nemo quæſiuit.
Pſ.240.d Eduxit eos in argento, inquit, & auro, & non erat in
tribubus eorũ infirmans. Sed quaſi qui iam reliquiſ-
ſent mundum hunc,& ad alium meliorẽ præſtantio-
remq́ trãſiſſent, ita eis cibus & potus abſq́ labore &
ſolicitudine ex uerbo dei præbebatur: & quod fuit ſu
Exo.14.e per omne miraculũ, ne fortè acrior eos radius Solis
adureret, umbra nubis per diem deſuper tegebatur:
& cum ipſis quocunq́ abiiſſent, circunferebantur te-
cta illa cœleſtia. Sed nec noctis quidẽ tenebræ abſq́
ſolatio relinquuntur. Lãpas nanq́ eis ignis uerbo dei
accenſa lucebat,quæ nõ ſolũ illuminandi, uerũetiam
& itineris oſtendendi miniſterium præbebat in deſer
to. Quid uerò de ſequenti dixerim petra aquarũ flu-
uios emittente? Quid multitudinẽ auium, quæ denſi
tate ſui terrã texerunt uniuerſam? Nã in Aegypto quę
C facta ſunt mirabilia quid repetam? quid ẽt uirtutes, q
Exo.17.c cõſummatæ ſunt in deſerto, bella orationibus geſta,
d & uictorias ſola dei inuocatione quæſitas? Non.n.ut
pugnantes,ſed ut choros agentes manuũ protenſio-
ne triumphabãt. Illud aũt quomodo narrabo,quòd
qui Aegyptum aquis pro ſe pugnantibus tranſierãt,
Ioſue. 6.e muros Hiericho in uoce tubarum, pſalmorumq́ dei
ciunt: ita ut aduerſariorum pſallentium magis chori,
q̃ exercitus uiderẽtur hoſtiles, & qui myſteria magis
putarentur conſummare, q̃ bella. Hæc autem cuncta
ſigna & prodigia nõ ob hoc ſolũ fiebant, ut uſus po-
pulo tantùm uideretur expleri, ſed ut doctrina agni-
tionis dei, quam Moſe tradente didicerãt, firmius eis
& tenacius adhæreret. Hæc enim omnia uoces erant
quædam deum cœli,& uniuerſitatis dominũ prædi-
cantes. Nam & mare hoc clamabat, cũ pedibus tran
ſiretur, hoc etiam cũ extingueret aduerſarios, hoc illę
aquæ in ſanguinem uerſæ, hoc irruptio ranarum præ
dicabat, & exercitus locuſtarũ, hoc eruca & cynifes,
omnia illa, quæ geſta ſunt, ſiue in Aegypto, ſiue in de
ſerto prodigia nunciabant. Manna ipſum, & colum-
na ignis, & coturnicum multitudo, atq́ omnia illa li-
beri quidã erat eis, & literæ quæ deleri nunq̃ poſſent,
nec de conſcientiæ eorum paginis aboleri, quas lege- D
rent, & haberẽt ſemper in cordibus ſuis: & tamẽ poſt
hæc omnia tam euidentia diuinæ uirtutis inſignia, &
poſt uniuerſam gloriam, quæ eis ſupra cunctos mor
tales data eſt, infideles extiterunt, & ingrati. Caput Exo.32.b
nanq́ uitũli adorauerũt, & deos ſibi alios
fieri, cũ tantæ tales q́ dei uirtutes, aliæ adhuc in oculis
haberentur, aliæ uerò recentem & nuper geſtam ſer-
uarẽt in corde memoriam. At uerò Niniuitarum po-
pulus alienigena & barbarus, adhuc nullis prius diui-
næ prouidentiæ beneficijs aſſuetus, non legibus, non
mirabilibus, non præceptis ullis, aut operibus illumi
natus, hominem uidit habitu naufragum, uultu pere
grinum, nec unquam ſibi prius cognitum, primo ſta
tim ingreſſu dicentem: Adhuc triduo, & Niniue ſub- Ionæ.3.b
uertetur. Et ex iſtis ſolis ſermonibus cõuerſi ſunt ad
timorem dei, abiectiſq́ continuò prioris uitæ malis,
ad uirtutem ſe & iuſtitiam per pœnitentiam contule
rũt, tam fideli ſatisfactione, ut diuinitus iam promul
gatam ſententiam uocarent, & urbem ſiſterent nutã
tẽ metu excidij, ac iamiamq́ perituram. Vidit enim, Ibidem.d
inquit, deus, quia receſsit unuſquiſque à uia ſua peſſi- E
ma. Quomodo receſsit, dic mihi? magna erat malitia
eorum uſque ad cœlum, immenſa iniquitas, uulnera
inſanabilia. Hoc enim indicat propheta, cùm dicit:
Aſcendit malitia eorum uſque ad cœlũ. Per hæc quip Ionæ.1.a
pe ſpatia, magnitudinem peccatorum deſignat: ſed
tamen tanta hæc eorum malitia, quæ uſque ad cœ-
lum fuerat extenſa, à tribus ſolis diebus, uno peregri-
no ignoto & naufrago homine pauciſsimis ſermoni
bus commonente, ita extincta eſt & deleta, ut tale à
deo teſtimonium mererentur accipere, dicente: Et ui Ibid.3.d
dit deus, quia diſceſsit unuſquiſque à uia ſua mala, &
pœnituit à malitia, quã dixit ut faceret eis. Vides quo
modo qui intentus eſt, & uigilat, ſuiq́ meminit, non
ſolũ ab hominibus non poteſt lædi, ſed & imminen-
tem cœlitus iram repellit: qui uerò ſemetipſum pro-
dit & lædit, etiam ſi mille extrinſecus diuinis benefi-
cijs fulciatur, non ei ſufficit ad ſalutem: quia neque Iu
dæis tanta mirabilia, quæ in eos collata ſunt, profue-
runt: neq́ alienigenis, quòd nihil horum adepti fue-
rant, obfuit. Sed quoniam animo, propoſitoq́ recto
ſemetipſos dederunt deo, parua occaſione ſumpta F
plurimum profecerunt quidem: & cũ eſſent, ut dixi-
mus, barbari & alienigenę, atque ab omni diuina in-
ſtitutione peregrini. Quid uerò de tribus pueris dici-
mus, in quos tot illata mala, uirtutem tamen animi
eorũ nequaquam lædere aut infringere potuerunt?
nõne pueri erant tenerę ætatis? & in primis ſtatim ui-
tę initijs captiuitatem, dominationemq́ perpeſſi, exu
les patria, & domo temploq́ extorres, alienati patrijs
legibus, auulſi diuinis altaribus, ſacrificijs purificatio
nibuſq́ ſolennibus, & ab ipſa iam pſalmi uoce detra-
cti, ad peregrina ducuntur, & dominationem barba-
ricam patiuntur, feris magis beſtijs q̃ hominibus tra
diti, nullam paternæ doctrinæ uocem, nullum pro-
pheticæ commonitionis ſermonem, nulla ſacerdo-
tum aut paſtorum ſolatia capientes. Sic enim ipſi di-
cunt, Quia nõ eſt in hoc tempore princeps, neq́ pro- Dan.3.d
pheta, neque dux, neque locus ad ſacrificandum in
conſpectu dei, ad inueniendum miſericordiam. Sed
& hoc acceſsit eis ad difficultatem rerum, ut intra au
lam regiam tenerentur, & eſſent quaſi in medium
pelagus abducti, ubi tempeſtates, & turbines, &
procellæ, & immanium fluctuum ruinæ, ſine gu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbernatore, sine nautis, sine uelo & remis nauigantes pelagus immensum: & tamen quia erat insitamẽ ti eorum diuina philosophia, & præsentium rerum sciebant contemptui habẽdas esse caducas fragilesq; potentias, ac tumidam calcandam esse iactantiam, pennisq; fidei subnixi, uolare nouerant ad cœlestia, aulam regiã uelut ergastuli squalorem ducebant. Et rex quidem iubet eos mensæ suę participes fieri, mensæ illius affluentis, & tumidæ, & immunditijs atq; exe crationibus plenæ: sed ipsis hæc abominationi erant, non honori, & tanq; agni inter lupos positi uidebantur, quòd aut moriendum sibi fame, ferroq; esset, aut ex his quæ execrabantur uescendũ. Quid ergo faciũt adolescentuli? quid agit ætas immatura? quid captiua conditio? Non dicunt, quia necessitas nostra non latet deum, quòd sub tyranno positi sumus, quòd in captiuitate, quòd in seruitute retinemur, non possumus obsistere crudelibus dominis, superbisq; uictoribus. Nihil horum meditati sunt, sed intenderunt animo usq; ad mortem uenire, tantùm ne peccarẽt deo, & facerent quod fieri non licebat. Erant ergo eis cun
H cta, quæ extrinsecus sunt, aduersa & contraria. Neque enim captiuis & nudis erant pecuniæ, quibus lenire possent imperantium ferocitatem: nec amicitiæ ulla fiducia, utpote peregrinis: neque potentia aliqua, utpote seruis: neque multitudine obtinere poterant, tres enim soli erant. Quid ergo faciunt? Quod solùm in potestate habere uidebantur, uerbis precantur Eu nuchum, qui super eos acceperat potestatem. Sed & ipsum inueniunt metuentem, & pro salute sua trepidum, ne fortè si poscentibus eis præstare gratiam uo
Dan. 1. b luisset, suum caput traderet morti, & ait: Timeo ego dominum meum regem, ne fortè uideat uultus uestros tristes præ cęteris pueris, & coætaneis uestris, & condemnet caput meum in mortem. At illi sapientibus responsis adimunt ab eo omnẽ timorem, & præ stare gratiam suadent. Cumq; ipsi omnia quæ in se erant, & in potestate sua fecissent, adest continuò etiã deus, & quæ in ipso sunt, ipse iam complet. Non ergo solius dei est opus istud, sed initium datum est ex pro posito ipsorum. Ipsi.n. posuerunt in corde suo, ne gu
I starent de illicitis cibis: & cùm hoc constanter, & fortiter custodirent, affuit eis continuò etiam dei nutus, & bonum propositum puerorum ad finem perduxit glorioſum. Vides ergo quoniam qui seipsum non læserit, ab alio non potest lędi. Ecce.n. in his pueritia, captiuitas, solitudo, seruitus, potestas perurgens, imperia dura, metus mortis, uis tyrannica, terrorq; barbaricus. Vicinus uerò non aliquis, propinquus, proximus, aut ciuis nullus, nulla bonorum monita, nulla solatia, & horum oium nihil omnino fuit quod eos læserit, quos propositum & animus proprius nõ lædebant: quinimmo & è cõtrario cum oibus his, quæ suprà enumerauimus, in patrio adhuc solo positus ille populus uteretur, prodesse ei tot extrinsecus adminicula nequiuerunt ad animi uirtutẽ, eò quòd eũ propria prodebat & deijciebat ignauia. Sed interim pueri nostri primò omniũ glorioſum istud obtinuere certamen, ne cõtaminarentur cibis immundis. Et hoc subacto, & calcato tyrãno, ad alia producuntur celsiora & nobiliora certamina. Proponitur nanq; eis multo dirior, sceleratiorq; illa priori conditio. Fornax igne succenditur, barbaricæ in eos turmæ ipso tyranno sæuiente consurgunt, commouetur omnis fera Persica, & ad decipiendos pueros natio implacabilis & dira consurgit, musica diuersa præparãtur in- K
strumenta, nouóque genere crudelitatis inuento, mu sicis ignis & flamma coniungitur, pœnarum minæ, terrórque mortis cum uoluptate miscetur: & tamen qui semetipsos non produnt, sed quod in sua potesta te est exequuntur & peragunt, lædi à nullo alio potuerunt: quinimmo & clariores ex hoc redduntur, coronásque nunc nobiliores sumunt multo quàm dudum. Vinxit quidem eos Nabuchodonosor, & misit in fornacem ignis: sed lædere nihil potuit: imò & magnificè profuit. Maiorem nanq; eis gloriam tyrannica crudelitas acquisiuit. In medio enim fornacis positi, & barbarico in eos incendio plus quàm flamma fornacis ardente, clarissimam, magnificámq; de hoste sumpsere uictoriam. Et tres pueri captiui totã gentem, cum rege pariter mirabili magnificentia duxere captiuos. Quorum gloria seculis omnibus canitur, & canetur. Sic ergo qui sibiipsi non nocuit, alius ei nocere non poterit: non enim cessabo frequentius professionis meæ titulum recensere. Si enim, ut supra iam diximus, neq; captiuitas, neque seruitus, neque solitudo, neque patrię amissio & proximorum, neque mor L
tes, neq; incendia, neq; exercitus, neq; tyrannus crudelissimus tres pueros teneræ adhuc ætatis captiuos, seruos, peregrinos lædere potuit, aut deiicere: quid est quo possit aliquando animi uirtus infringi? Sed dicis: Deus affuit, & ipse eos de incędio liberauit. Et tu quidem si facias omnia quę in te sunt, spare debes & ea, quæ à deo sunt. Aderit nanque & tibi, si tuipse prius non defueris tibi. Veruntamen ego pueros istos non propter hoc admiror, & beatos dico, quia ignis incendia calcauerunt illæsi: sed quia pro patrijs legibus uin ciri uoluerunt, & in fornacem mitti, atq; ignibus tradi. In hoc est eorum uirtus, & meritum. Statim nanq; ut in ignem iecti sunt, coronæ eis necti cœperunt, ex illis sine dubio uerbis, quibus cum omni fiducia & li
Dan. 3. b bertate responderunt regi, dicentes: Non opus habemus nos de uerbo hoc respondere tibi: est enim deus noster in cœlis, cui nos seruimus, qui potest liberare nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis, ô rex, liberabit nos. Quod etsi non uoluerit, notum tibi sit rex, quia dijs tuis non seruiemus, & imaginẽ auream quam statuisti, non adorabimus. Ex his uerbis M
illi iam coronati sunt, & in hac confessione uictoriæ suæ palmam acceperunt. In hoc fuit cursus eorum, quem in confessionis martyrio consummauerunt. Quòd uero corpora eorũ tradita sibi ignis erubuit, & uincula dissoluit, atque oblitus naturæ suæ, in medio fornacis exhibuit eis cœlestis roris refrigeria: hoc iam gratiæ dei fuit, qui uoluit per magnificentiam mirabilium notam facere potentiam suam. Illi uero in confessione sua, & fidei constantia coronati sunt, & martyrij sui gloriam consecuti. Quid tu ad hæc dicere poteris, etiam si patria expulsus es, ut isti, & etiam si in captiuitatem ductus es, & barbaris dominis seruisti? Hoc & istis accidit. Si sine solatio, si sine doctrina, si sine commonitore uixisti, nec istis cuncta hæc defuere. Vinctus & exutus ad mortem ductus es, sed & isti per omnia transeuntes, ex unoquoque horum clariores, nobiliores q; digressi sunt. Et Iudæi quidem habentes templum, & sacrificia, & arcam testamenti, Cherubin quoque, & propitiatorium, & omnia illa quibus quotidiana sacrificia consummabant: haben tes etiam prophetas, alios defunctos, alios adhuc superstites, qui eos & de actibus præsentibus informarent,

A rent, & de antiquis dei beneficijs cõmonerent, quæ in Aegypto fecerat cum eis, quæ in deserto, quæ ét cum terram repromissionis ingressi sunt: & in his omnibus non solũ nihil profecerunt, sed & in ipso tẽplo ad insignia præuaricationis suæ idola collocarũt, filios suos eis & filias suas immolãtes, sub arboribus ét & in montibus prophana sacrificia consummantes. Hi uero in terra barbarica, in hostili solo sub tyrannica potestate positi, flãmis & mortibus traditi, non solũ nihil lædũtur, sed & maiorẽ gloriam capiunt. Hæc ergo scientes, & horum similia colligentes de diuinis scripturis: multa.n. similia inueniet, qui requiret, exempla: qbus agnoscat alios quidẽ sine ulla difficultate tẽporum, & necessitate causarum, nulla ui, nulla tyrannide cogente, collapsos: & alios his omnibus aduersantibus sibi, ne leuiter quidem à uirtutis proposito fuisse cõmotos, indubitata sentẽtia tenere debemus: quòd si quis lædit̃, eandẽ nanq; quam in principijs proposuimus, in fine firmauimus: si quis, inquam, lædit̃, à semetipso lędit̃, nec ab ullo alio, ét si innumeri sint,
B conueniant ad lædendum, nocere nequaquam potest ei, qui à semetipso non lædit̃.

QVVM PRESBYTER ESSET DESIgnatus, de se ac de episcopo déque populi multitudine, sermo. X. Desiderio Erasmo interprete.

Vm uera sunt quæ nobis acciderunt, num re
n ipsa gesta sunt, nec falsi sumus, neq; quæ nũc fiunt sunt somnia? an uerè dies est & uigilamus omnes? Et quis credat quòd in die, quum sobrij sunt ac uigilant homines, adolescens nullius rei & imperitus, ad tantum dignitatis fastigiũ subuectus sit? Nam nocte talia accidere nihil sit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi, & adeò tenues ut ne necessarius quidã suppetat uictus, in somnis sibi uidentur integris mẽbris, & formosi, & regali frui mensa: sed quæ uidebãtur, somnus erat, & insomniorum ludibria. siquidem hæc est natura somniorum, uafra quædam ac uersuta res est, ac prodigiorũ artifex gau
C det nouis & incredibilibus simulachris illudere. At uero nec interdiu, nec reuera forsitan aliquis uideat hoc accidere: uerùm omnia nunc contigerunt, facta sunt, perfecta sunt, quemadmodum uideris, hæc inquam, somniorum uisis incredibiliora. Et ciuitas tantę magnitudinis, tam celebris ac hominibus differta, populus & multus & admirandus ad meã inhiat exiguitatem, tãquam à nobis magnum quiddã ac præclarum auditurus. Atqui etiam si mihi animum more proflueret oratio, sicq; uerborum fontes essent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluuium, & in diuersum fluenta resilirent. Nunc uero quum tantum absimus à fluminum ac fontium copia, ut exiguę pluuiolę me diocritatem obtineamus: quî fieri possit, ut me nõ deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idéq; eueniat quod in corporibus solet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quę manu tenemus, quæ digitis stringimus, præ metu nobis excidũt omnia, dissolutis neruis nostris, corporisq; uigore remisso. Itidem mihi profecto nũc metus est, ne idem eueniat in animo nostro, uidelicet ne quæ multo cum labore excogitauimus, quãquam & hæc sanè perquàm exilia paruíque momenti, præ pauore ueniant in obliuionem, & euanescant, abeantque animũ nostrum desertũ relinquentia. Quapropter pariter omnes tum uos qui cum imperio estis, tum uos qui paretis imperio, obsecro, ut quantam nobis anxietatem iniecistis uestro ad audiendum concursu, tantũdem nobis au- Psal. 67. c
daciæ inspiret precum uestrarum diligentia, si rogetis illum qui dat sermonem euãgelizantibus uirtute multa, ut nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino uobis tot ac tantis labor erit unius adolescentis animum timore dissolutum, denuò compingere: quin & par fuerit, ut hoc quod nũc petimus, præstetis: quandoquidem tãtam procellam subiuimus propter uos uestramq; charitatem, qua nihil uiolentius aut imperiosius, ut quæ nos non admodum dicendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitque ut ad doctrinæ studium exueremur, licet antehac hoc palęstræ genus nunquam attigerimus, sed semper in auditorum ordine, quieto silentio fruí soleamus. Verùm quis sit adeo durus & immobilis ut
E istum uestrum conuentum silentio prætereat, & amicos nactus audiendi studio flagrantes non alloquatur, etiam si omnium hominum esset infantissimus? Cupiebam eqdem primũ in ecclesia dicturus, prooemiorum primitias illi dicare qui linguam nobis hanc dedit, nimirum deo. Atque ita sanè fieri oportuit: neque enim areæ tantũ ac uinarij lacus, uerùetiam uerborum primitias oportet uerbo persoluere, multoq; magis uerborum quàm actionum. Quin etiam ut ad uos hic fructus magis pertinet, ita ipsi deo qui honoratur acceptior est. Botrum enim & aristam suo terra emittit gremio, alit pluuiarum irrigatio, colunt agricolarum manus: at sacrum hymnum parit animi pietas, alit bona cõscientia, deus in cœlestia recipit horrea. porrò quanto præstantior est animus terra, tanto hæc illa melior est oblatio. Quapropter & prophetarum quispiam, uir magnus & admirandus, nomen illi Oseæ, eos qui deum offenderant, parabantq; illum sibi propitium reddere, adhortatur dicens: Adserte uobiscum non armenta boum, neq; similæ mẽsuras Ose. 14. b
tantas aut tantas, neq; turturem, neque columbam, neq; aliud quicquam istiusmodi rerum, sed quid? ferte uobiscum uerba: Et quale sacrificium, dixerit aliquis, F
sunt uerba? maximum quidem ô charissime, ac splendidissimum, cæteris omnibus præstãtius. Et quis ista dicit? is nimirum qui hęc omnia nouit maximè atque exactissimè, uidelicet magnanimus ille ac magnus Dauid. Is.n. quum aliquãdo deo gratiarum actiones immolaret, pro uictoria quam ex hoste tulerat, ita sermè loquitur: Laudabo nomen dei mei cum cantico, Psal. 68 g
magnificabo eũ in laude. Mox huius sacrificij pstantiam nobis aperiẽs subiecit, & placebit deo supra uitulum nouellum cornua producentem & ungulas. Cupiebam igitur & ipse hodie has mactare uictimas, & altare spirituale hisce cruentare hostijs. Sed quid faciam? Vir quidam sapiens obturat mihi os, deterrẽsq; Ecclesiadicens: nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Quem- stici. 15. c
admodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens: sic & in sacris hymnis oportet nõ uerba tantũ esse pia, uerumetiam animum hymnos cõcinentem. At is mihi impurus est, fiduciæ uacuus, utpote multorum plenus scelerum. Porrò sic affectis, non hæc modo lex obturat os, uerumetiam alia quædam illa uetustior & ante illam lata, quã & ipsam adiecit, is qui modo nobis

de sacrificijs loquutus est Dauid. Quum enim ait:
Psal.148 Laudate dominũ de cœlis, laudate eũ in excelsis, laudate dominum de terra: quum utrancq; inuitat creaturam, & quæ sursum est, & quæ infernè, sensibilẽ atque intelligibilem, conspicuam & inconspicuam, quæ supra cœlos est, & quę sub cœlo, & ex utraq; chorũ constituit, atq; ita iubet hymnis celebrare regem uniuersorum, nequaquam inuitauit peccatorem, sed & hic illi fores occlusit. Cæterũ ut uobis quod dico fiat eui dentius, ipsum psalmum ab initio uobis prælegemus. Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Vides angelos laudantes, uides archangelos, uides Cherubim & Seraphim, summas illas uirtutes? Quum.n. ait, omnes uirtutes eius, uniuersum populũ cœlestem complectitur. Nunc ubi uides peccatorem? Et qũo, dixerit aliquis, in cœlo uidere possum? Ergo agè & in terram descendamus, ad alteram chori partem transeuntes, nec hic rursus uidebis peccatorem. Laudate dominũ de terra, dracones & omnes abyssi, bestię & omnia pecora, reptilia & uolucres pennatę. Haud frustra neq; temerè dum hęc loquor, interfilui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras usq; lachrymas, grauẽq; eiulatum ducta. Quid enim, obsecro, possit esse miserabilius? scorpij, serpẽtes ac dracones inuitantur ad laudãdum eum à quo condita sunt: solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idq; iure optimo. Mala bestia
Ro.2.d est peccatum, nõ quidem in cõserua corpora malum proferens, sed in ipsam domini gloriã effundens malitiam. propter uos, inquit, nomen meum cõuicijs afficitur inter gentes. Eoq; peccatorem tãquam è sacra patria abegit propheta, & ultra fines ac pomeria submouit: atq; uti musicus optimus è cithara bene modulata chordam dissonã resecat, ne reliquarum uocum harmonia uitietur: Sic & peritus artis medicus, membrũ putrefactum amputat, ne hæc iues ad cętera mẽbra sana transiliat. Eundem ad modũ propheta fecit, dum ueluti chordã dissonam ac ueluti membrum ægrũ ab uniuerso creaturę corpe resecat. Quid igitur nobis faciendum est. Posteaq; reiecti sumus, posteaquam resecti sumus, omnino fileamus oportet.
I dic igitur, obsecro: num tacebimus? neq; quisquã nobis permittet hymnis celebrare dominum nostrum? ergòne frustra uestros animos imploraui mus? frustra ad uestras cõfugimus preces? Absit, ut frustra. reperi enim reperi & alterũ glorificandi modum, uestris in hac hęsitatione precibus, ceu stellis in caligine apparentibus. fas enim est, & cõseruos nostros laudare, quibus laudatis, haud dubium est quin ea gloria penetret in cœlum, quemadmodum ipse dominus dicit: Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in
Mat.5.b cœlis est. En alter glorificãdi modus, quo & peccatori fas est uti, ut legẽ tamen non uiolet. Quem igitur, quem inquam, conseruorũ laudabimus? quẽ alium, quàm illum cõmunem huius patriæ doctorem, non solũ per patriam, sed & per uniuersum orbẽ? Quemadmodum enim uos ille docuit ut usque ad mortem religioni instaretis: ita uos alios homines docuistis, à uita citius, q̃ à pietate recedendum esse. Vultis igitur illi posthac laudum coronas plectamus? uolebã equidem & ipse, sed uideo rectè factorum pelagus immensæ profunditatis, uereorq;, ne sermo noster ad fundum delatus præ imbecillitate nõ possit in altum re-

currere. oportet enim uetusta narrare facinora, peregrinationes, uigilias, curas, iudicia, pugnas, trophæa trophæis, uictorias uictorijs cumulatas, res gestas, non nostrã modo, sed & omnem humanã linguam superantes, quæq; uocẽ requirunt apostolico spiritu cõcitatam, qui potest omnia tum eloqui, tum docere: sed hanc partem prętercurrentes ad alteram quæ minus habet periculi accedemus, quã uel exigua scapha licet ęnauigare. Agè igitur de temperantia dicere tentabimus, quomodo uentri imperarit, quomodo delicias contempserit, quomodo mensam sumptuosam deriserit, idq; quũ in domo sumptuosa esset educatus: nam mirum non est eum qui in paupertate uixit ad hanc squalidam asperamq; uenire uitam, quan doquidem is habet ipsam paupertatem peregrinatio nis ac uiæ comitem, quæ illi sarcinam indies reddit leuiorem. At qui factus est diuitiarum dominus, haud facilè sese ab illarum explicet complexu, tantũ cupiditatum examen animam illam circumuallauit: tam grauis & caliginosa affectuũ nubes mentis illius oculos obducit, ut non sinat ad cœlum intuitum erigere, sed cogat deorsum inclinare caput & ad terrã inhiare. Nec est alia res, quæ perinde obstet quò minus proficiscamur in cœlum, ac diuitiæ, & hinc uenientia mala. Nec meus est hic sermo, sed ab ipso Christo deuenit sententia: Facilius est, inquit, camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnũ cœlorum. Sed ecce, quod erat difficile, uel impossibile potius, factum est possibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorem, uoluitq; ex eo discere, iã ipsa experientia nouimus omnes, imò etiam amplius. nõ enim iam diues ipse tantummodo ascendit in cœlum, uerùm etiam populum introducit, quum præter diuitias, & alia his non minora habeat impedimenta, quòd iuuenis est, quòd ante tempus orphanus, quæ res quemuis hominis animum possint in fraudem illicere. Eiusmodi habent incantamenta, eiusmodi præbent uenena: uerum hæc iste deuicit, & cœlum apprehendi, seseque ad cœlestẽ contulit philosophiã, ac neque splendorem præsentis considerauit uitæ, neque ad progenitorum claritatem respexit: imò potius ad maiorũ claritatem respexit, non quidem istorũ quos ipsi natura necessario deuinxerat, sed qui iuxta pietatis propositum coniuncti sunt, eóque talis factus est quales illi fuerunt. Respexit ad patriarcham Abraham, respexit ad magnum illum Mosen, qui quum esset in regio educatus palatio, mensa Sybaritica frui consuetus, & inter Aegyptios relictus strepitus ac tumultus (nostis autem cuiusmodi sint barbarorum illorum mores, quàm fastus & arrogantiæ pleni sint) contemptis illis omnibus, ad lutum & laborem opificum ultro se contulit, & in seruorum numero esse concupiuit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob causam post reuersus est maiore cũ dignitate, quam antea gerebat atque abiecit. Siquidem post exilium, post impostu ram apud socerum, post ærumnas peregrè toleratas, redijt, regis ipsius princeps, immo uerius regi iam factus deus. Feci, inquit, te deum Pharoni: ipsoque rege splendidior erat, non gestans diadema, neque purpura amictus, neq; curru uectus aureo, sed uniuerso illo fastu conculcato. Erat omnis filiæ regis gloria ab intus. Reuersus est sceptrum gestans, quòd imperaret, nõ hominibus tantũ, sed & cœlo, terræ mariq;, aeris & aquarũ naturæ, stagnis, fontibus ac fluminibus. in quęcunq; enim uoluit Moses, in

A ea uertebantur elementa, & in manibus illius denuò transformabatur creatura: quæ non aliter q̃ ancilla quæpiam officiosa, conspicata heri sui amicum aduenisse, per omnia parebat, dictoq; audientem se præbebat perinde atq; ipsi domino. Ad quem hic, quem nunc laudandum suscipimus, respiciens illi similis effectus est: cum esset iuuenis, (si tamen unquam fuit iuuenis, non.n. sanè credo, usq; adeò illi ab ipsis cunabulis mens erat cana) sed cum iuxta supputationem ætatis esset iuuenis, oẽm arripuit philosophiã: & posteaq̃ cognouerat naturam hominis esse ueluti fundum quendam & agrum syluestrem, animi cupiditates ratione pietatis ceu falce quapiam facilè resecuit, agricolæ purgata reddens arua, ad faciendum sementem: ea recepta totum semen ad profunda demisit, ut deorsum radicatum, nec ad radiorum impetum cederet, nec à spinis malè suffocaretur. Animum quidẽ ad hunc curauit modum: carnis uerò lasciuiã temperantiæ remedijs compressit, tanq̃ equo cuipiã, in os habenis rebelle, ieiunij frænum injiciens, & hactenus in diuersum tendens, ut ipsa concupiscentia-
B rum ora cũ parsimonia congruente cruentaret. Atq; adeò corpori frænũ intendit hactenus, ut nec immodicè stringendo equum sibi ad ministerium redderet inutilẽ, neq; passus sit supra modum obesum fieri, ne corpulentior factus, rursus erigeret sese aduersus rationum habenas moderãtium: sed simul & sanitatis illius, & moderationis curam habuit. Talis aũt erat, cum nondum esset iuuenis: uerùm posteaq̃ teneram ætatem excesserat, hanc quoq; corporis curam abiecit. cęterũ nunc qui in senectute uelut in amœno portu sedet, rursus eandem curam obseruat. Nam iuuentus ô dilecte pelago furenti similis est, immitibus undis ac uẽtis malis referto. canicies uerò, uelut in tranquillo portu fouet eorum animos qui cõsenuerunt, præstans ut ibi pætatem à periculis liberam delicientur. Hac ætatis tranquillitate cum hic nunc tutò fruatur, nihilominus tamen in certamine uersantur, atq; hunc timorẽ accepit à Paulo, qui cũ ascendisset in cœlum atq; inde reuersus, tertiò rursus attigisset, aiebat,
1.Co.9.d Ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar: eoq; hic sese in perpetuo timore cõstituit, ut esset
C in perpetua fiducia, assideretq; clauo, nõ ille quidem stellarum exortus obseruans, neq; rupes sub aquis latentes, neq; scopulos, sed dæmonum insultus ac diaboli uersutias, cogitationũq; pugnas, omniq; ex parte lustrans exercitum, cunctos in tuto constituit. Neq; enim illud modò spectat, ne scapha demergatur, sed nequis eorum quos secum habet in naui uectores, à tumultu cupiditatum tanq̃ à piratis abripiatur, nihil non curat agitatq;. Per hunc perq; huius sapientiam nos oẽs secundo nauigamus uento, plena nauis uela pendentes. Sanè cum priorem illum patrem amisisse mus, qui & hũc nobis genuit, in desperatione nostra nauis erat, eaq; gratia miserabiliter lamentabamur, ut qui non sperabamus fore, ut hic thronus alium ui rũ talem acciperet: uerùm ubi hic aduenit, & in clara luce uisus est, effecit ut omnis illa desperatio ueluti nubes prætierit, & omnes molestiæ euanuerint. Neq; sensim nobis luctum illum exemit, sed adeò repentè, quasi idem ille beatus è tumulo rediuiuus in hũc thronum ascendisset. Verũ imprudentes amore studioq; præclarè gestorũ patris nostri, sermonem ultra modum produximus: non dico ultra modum eorũ quæ hic cum laude gesit, nam de his ne loqui quidẽ

cœpimus, sed ultra nostræ iuuentutis mediocritatẽ. D
Agedum igitur rursus uelut in portum orationem silentio ad quietẽ reuocemus: cæterùm ea definire nõ uult, sed ægrè fert indignaturq; cupiés toto prato expleri. Verũ id impossibile est ô pueri. Desinamus igitur ea persequi, quæ non possumus assequi, sufficiant nobis ad solatiũ ea quæ dicta sunt. Quandoquidẽ in preciosis unguẽtis, non tantum siquis effundat lecythum, uerum etiam siquis uel summis digitis superficiẽ attingat, & aerẽ nouo colore tinxit, & quotquot adsunt, suauitate fragrantiæ repleuit. Quod & in præsentia cõtigit, non uiribus eloquentię nostræ sed propter uim ab hoc bene gestorũ. Abeamus igitur abea mus, ad preces diuertentes, deprecemur deũ, ut cõis mater nostra illabefacta & immotamaneat, ut hunc patrem, hunc doctorem, hunc pastorem & gubernatorem ad longam producat uitam: siquis uobis etiã nostri respectus est (neq;.n. iam nos ipsos in sacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas est abortiuos partus cum legitimis ac perfectis numerare) quòd siqua, inquam, est apud uos & nostri ra- E
tio, tanquam fœtus cuiusdam aborsu eiecti, orate ut ẽ supernis nobis multus accedat uigor: opus quidem erat nobis & prius tutela, cum soli uitam gereremus à negocijs liberam. At postq̃ in medium producti sumus, (omitto quomodo, siue humano studio, siue fauore diuino, nihil.n. uobiscum hac de re contendam, ne cui uidear per dissimulationem & ironiam loqui:) attamen quando producti sumus, ac iugum hoc ualidum grauẽq; suscepimus, multis nobis opus est manibus, infinitis precibus, quò possimus depositum reddere domino qui deposuit, in die illo, cum ij quibus talenta credita sunt, citabuntur, & iudicio sistentur, rationem reddituri. Orate igitur ne nobis eueniat, quod euenit illis alligatis & in tenebras coniectis: sed simus in eorum numero, qui poterunt qualemcunq; assequi ueniam, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

CVM DE EXPVLSIONE IPSIVS *sancti Ioannis ageretur. Homilia. XI.* F
Incerto Interprete.

Vlti quidem fluctus, & undæ immanes, sed
m submergi nõ uereor: quia supra petram sto. I
insaniat licèt mare, petram non potest commouere: insurgant quantumlibet fluctus, nauis Iesu obrui non pót. Sed quid putant? Ne mortem uerear, cui uiuere Christus est, & moi i lucrũ. Ne exilium per- *Phili.1. c*
timescã, qui nouerim domini esse terram, & plenitudinem eius. Sed bonorum proscriptionem metuam, qui sciã quòd nihil intulerim in hunc mundum, sed neq; auferre quid possim. Quicquid terroris habet mũdus, cõtemno: quicquid delectabile habet, rideo. Diuitias non cupio, paupertatẽ non horresco, mortẽ non timeo. Vita.n. mihi ad uestrum profectum tãtummodo ducitur, sed charitatem uestram precor, ut æquo animo sitis. Nemo.n. nos à uobis poterit diuellere. Quos.n. Christus coniunxit, homo non sepa *Ma.19. a*
rabit. Quòd si de muliere & uiro dicitur, Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhæ *Gen.2. d*
bit uxori suæ, & erũt duo in carne una: & si huiusmo *& Ephe.*
di nuptiarum coniunctio ab homine non potest se- *5.g*
parari, multò magis ecclesia nõ pót à pastore diuelli. Sed impugnas me. Quid mihi nocebit impugnatio

G tua, nisi quia me quidem clariorē impugnationibus
Act.9.a & 26.d tuis reddes, tuas uerò conteres uires? Durum.n.tibi erit, aduersum stimulum calcitrare: quia non stimulum retundes, sed pedes calcitrans uulnerabis: neque fluctus qui saxo illiduntur amplius aliquid proficiēt, quàm ut semetipsos fracti dissoluāt, & in spumas extenuati depereāt. Christi ecclesia nihil fortius, siquis eam impugnare proponit, uires atterat necesse est: tale est.n.uelut si cœlo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse uinces, aut fortè uinceris: ecclesiam uincere nulla uis poterit. Deus est ecclesia, qui est omnibus fortior. Aut æmulamur dominum. Nunquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labefactare conaris. Aut experiri uis potentiam domini? Ipse est qui respicit super terram, & facit eam tremere: & iterum qui iubet, & tremor eius solidatur. Aut non uidisti trementē ciuitatem tuam, quoties stare fecit? Multò magis ecclesiam suam trementem poterit confirmare. fortior.n. ecclesia multò
Ma.24.c quàm terra, immo & fortior cœlo. Cœlum & terra
Ibid.16.c transibunt, uerba aūt mea non transibunt. Quæ uer
H ba? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non pualebunt in eam. Quòd si nō credis uerbo & rebus ipsis, operibus crede. Quanti tyranni aggressi sunt impugnare ecclesiā dei, quāta tormēta, quātas cruces adhibuerūt, ignes, fornaces, feras, bestias, gladios intendentes, & nihil agere potuerunt? Vbi nunc sunt illi qui hæc fecerunt, & ubi illi qui hæc fortiter ptulerunt? Nunc ij æternis pœnis premuntur, & isti æternis gaudijs eriguntur: fulget.n. ecclesia super splendorem Solis, & persecutores eius perpetuis tenebris conteguntur. Non legis scriptum, quia undecim soli erant, & uinci non potuerunt? Nunc ubi orbis terrarum repletus est piorum multitudine, qūo poterunt uinci? Cœlum & terra trā sibunt, uerba autem mea non transibunt: & meritò. charior enim ecclesia dei, quàm cœlum. Non enim ecclesia propter cœlum, sed propter ecclesiam cœlum. Nihil.n. quæso, perturbet uos eorum quæ agere uide
Ma.14.d tis. Ponamus ante oculos nostros Petrū super aquas incedentem, & parum quid hæsitantem, atq; ob hoc paululum periclitantem: non propter potentiam fluctuum, sed propter infirmitatem fidei. Nunquid humana uoluntate huc uenimus, aut propter hominē huc producti sumus? & hęc non arroganter loquor, neq; iactantia agitatus, sed animos uestros, qui fortè turbantur, cupio confirmare. Intuemini ergo quo modo commota est, & contremuit terra, & tamen non corruit ciuitas. Quomodo impurissime diabole ecclesiam te putas posse deijcere, qui trementes parietes deijcere minimè ualuisti? Non est in parietibus ecclesia, sed in multitudine piorum. Ecce q̄ fortes, q̄ immobiles statis, non ferro, sed fide uincti. Et quid de tanta multitudine loquor? Vnum fidelem uincere non potes O diabole, nescis quæ tibi fecerint martyres? Quomodo frequenter ingressa est puella ętate tenera, annis immatura, & inuenta est ferro fortior, cū latera eius scinderes, fidē tamen eius mouere non posses. Defecit frequenter caro in tormentis, & robur fidei non defecit. Consumptū est corpus, & mēs nō potuit inclinari. Interijt substantia, & perstitit patientia. Si ergo frequenter ab una puella uictus es, qūo speras tantæ huius & tam fidelis multitudinis fi
Mat.18.c dem te posse euincere? Non audis domini uocem dicentis: Quia ubi duo aut tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum & ego in medio eorū? Quid, ubi K
tanta fidelium multitudo est, charitatis nexibus uincta? Non ego propria uirtute confido, habeo scripturam domini mei, manū ipsius teneo, illa mihi cautio satis tuta est, illa me securum reddet, & intrepidum, etiamsi orbis terræ cōmoueatur, ego cautionem domini mei teneo. Lego manū eius, ipsa mihi murus est inexpugnabilis. Vultis uobis recitem domini cautionem? Ecce, inquit, uobiscū sum omnibus diebus usq; Ibi.28.b
ad consummationē seculi. Christus mecum est, quē timebo? Etiamsi fluctus insurgat, etiamsi totum pelagus aduersum me cōturbetur, etiamsi principum furor, omnia mihi illa araneæ erunt, & araneis fragiliora. Et nisi propter fragilitatē uestram, hodie non dubitarem ire quò uellent. Semper.n. dico: Domine, uoluntas tua fiat: non quod ille uult, uel ille, sed quod tu uis, tua uoluntas mihi turris fortissima, & petra stabilis, & baculus fidus. Si tu uis permanere mecū hic, habeo gratiā: si non uis, similem refero gratiam. Nemo uos conturbet fratres, orate tantùm: hæc.n. diabolus mouet, nō aliam ob causam, q̄ ut religiosa studia uestra dirumpat, & exercitia uestra, quæ in ora- L
tionibus, & uigilijs gerebatis extinguat. Sed non obtinebit, nec eripiet à uobis studia religiosa: nisi quia solicitiores uos inueniet, & feruidiores efficiet. Crastina uobiscū exeā ad orationes: & ubi ego sum, ibi & uos eritis: & ubi uos estis, ibi ero & ego. Vnum corpus sumus, neq; caput à corpore, neq; corpus à capite separabitur: etiam si loco diuidamur, sed charitate coniungimur, ego à uobis nec morte diuellar. Nam etsi corpus meum moriatur, anima mea uiuit, & memoriā uestri tenebit. Vos estis mihi patres, uos mihi mater, uos mihi uita, uos mihi gratia: si uos proficitis, mihi placebit. Vos estis corona mea, & diuitię meæ, uos estis thesaurus meus. Ego millies pro uobis immolari paratus sum: & nec gratia mihi in hoc est, sed debitum reddo. Bonus.n. pastor debet animam suā pro Ioā.10.
ouibus suis ponere: huiusmodi.n. mors immortalitatem parit. Non.n. propter diuitias mundi, insidias patior: quod si esset, utiq; contristari deberem. Nec propter aliquod peccatum, sed propter charitatem, quā erga uos habeo: quia omnia ago, ut uos proficiatis: & ne subintroeat conturbare gregem bene institutū, M
sed ut permaneatis in simplicitate fidei. Hæc est causa periculorum meorū, & hæc sufficiant mihi ad coronam. Quid.n. non patiar pro uobis? Vos mihi ciues, uos mihi fratres, uos mihi filij, uos mihi membra, uos mihi corpus, uos mihi lux, imò & ista luce dulciores. Quid.n. mihi tantum præstant radij Solis, quantum charitatis uestræ splendor acquirit? Ecce pro charitate uestra corona mihi paratur in futuro seculo, hoc mihi Solis huius splendor præstare nō poterit. Hæc autem dico in auribus audientium. Et quid ita ad audiendum solicitum, & paratum, quàm aures uestræ? Ecce quot dies sunt quòd uigilatis, & nullum uestrum somnium inclinauit, nec temporis spatium frangit, nullum timor, nullum minæ deterrent, sed terror eorum fortiores uos reddet. Video in uobis, quod semper optaui, ideo quòd contempsistis mundi negocia, renunciastis omnibus: nihil iam de terra, neq; de terrenis actibus cogitatis. Ad cœlestia uos migrasse iam cerno, absoluti estis uinculis corporis, ad beatam illam cœlestem contenditis philosophiā. Hoc mihi sufficit uidisse de uobis, hæc mea consolatio, ista me in agonibus meis uelut unguenta

quædam

A quędam corroborāt, & fortiorem me agonibus reddunt, & ad gaudia immortalia, atque æterna trāsmittunt: pro his gratias agamus deo, cui gloria in secula seculorum, Amen

POST REDITVM PRIORIS EXI-
lij, homilia.xij. Incerto interprete.

Vid dicam? quid loquar? Benedictus deus,
q hunc egrediens dixi sermonē: hunc iterauī reuertens, & illic cōstitutus, hunc in ore uoluebam. Puto uos meminisse, cū ante hoc beatum Iob adduxissem in medio dicentem: Sit nomē domini benedictum. Hanc uobis historiā dereliqui, has gratiaIob.1.a
rum actiones iterabo regressus: Sit nomē domini benedictum in secula. Diuersæ rerū causæ, sed una glorificatio, & cū expellebar, benedicebam, & reuersus iterum benedico. Et si uariæ qdem causæ, sed una definitio. Super hyemē & æstatem unus est finis. Culturę fertilitas subsequens cāpi. Benedictus deus, qui concessit exire: benedictus deus qui redire præcepit: benedi
B ctus deus, qui permisit hyemē: benedictus deus, qui dissoluit hyemē, & fecit tranquillitatem. Hęc dico admonens uos, ut semper benedicatis. Si euenerint mala, benedicite, & dissoluentur mala: si prospera uenerint, benedicite, & perseuerant prospera. Siqdem Iob cū in prosperis esset, benedicebat: & cū pauper esset effectus, glorificabat: neq; tūc ingratus fuit, neq; postea blasphemauit. Diuersa qdem tempora, sed una uoluntas gubernantis actum. Nec tranqllitas resoluit, nec tempestas hyemis demergit. Benedictus deus, & cū à uobis sum segregatus, & cū iterū recepi uos. In utrunque dei prouidentia est, separatus à uobis corpe, sed anima non sum à uobis diuisus. Et ex uestro affectu meum metimini animū. Et quid dicam? Non sum separatus à uobis, sed magis accensus sum desiderio uestri, quod etiā de uobis confido: nihil nobis nocuere insidiæ, nihil læsit inuidia, sed magis augmentū præstitit charitati, & multiplicauit discipulorum numerum. Ante hoc enim diligebar à meis, nunc uero honorificabor à Iudæis. Sperabant me à meis filijs separare, sed magis mihi extraneos adiunxerunt. Non illis agam gratias: sed dei misericordiæ gloriā referam, qui
C conatus illorum malos in melius cōmutauit. Nam & Iudæi crucifixerunt Christum, & illius morte humanum saluatum est genus. Nō illis gratię, sed crucifixo. Considerent qd boni pugna eorum præstitit, insidiæ eorum qualem nobis lætitiam præparauerunt. Ante hoc quidem ecclesia repellebatur, sed nunc & in plateis ecclesiæ factæ sunt. Et unanimes, & cōiuncti psallentes, dei in uos prouocatis aspectum, uoces uestræ cœli secreta penetrarunt, ut omnis ætas uestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equorum hodie & pauci, illac imò cūcti in ecclesia quasi torrēs quidam ac fluuius uestra facta est multitudo. Voces uestrę eleuantur ad cœlum, amorem qui ad patrem est, ostendentes. Orationes uestræ meū coronauerunt caput.
Galat 3.c Oratio omni monili pclarior uiri & mulieris. In Christo enim Iesu non masculus, neq; fœmina. Qualiter enarrem potentias domini, aut mirabilia eius recenseam? Videtis quia quod dico, uerum est. Quoniam siquis tentationem uiriliter tulerit, magnum ex ipsa uindemiat fructum. Ideo uos ad apostolos inuitaui, ut ad eos, qui aliquādo persecutionē passi fuerant, ueniremus. Et nos qdem insidias passi, illi uero impu-

gnati. Sed inimici illis nihil nocuerunt, quia isti orbem D
terrarum lucrauerunt. Veniamus ad sancta corpora, quæ Christi stigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouū Paulum, & Andreā alterum Petrum. Credimus iuuari nos illorū meritis. Si uirilē animum geris, non timeas tētationes. Oēs sancti per ista transierunt. Multa tribulatio corporū, sed maius refrigerium aiarum. Præstet uos dominus semper augeri, & celebres conuētus agere. Gloria quippe pastoris est ouium multitudo: qd faciam? quid loquar: incultum ubi seminem non habeo agrū. Extensa est propago uitium, perfectū est templum, & præ multitudine piscium rūpuntur retia mea. Quid faciā? laborandi locum non habeo. Gaudendi habeo tēpus, & ideo loquor: non quia indigetis doctrina, sed ut meā uoluntatem uobis ostendam, ubiq; spicæ comant. Tantæ oues, & nusquam lupus: tot spicæ, & nusquā lolium: tantæ uineæ, & nusquā uulpes. Vbi nunc latent lupi? quò abierunt uulpes, quæ eos persecuti sunt? O rem inauditam. Pastor qescit, & oues luporū rabiem abegerunt, insidias uulpiū oppresserunt, O ouium sapien
tia, ô filiorū affectus, ô discipulorum charitas, ô pul- E
chritudo sponsę, absente uiro abegit adulteros, ostensa sunt eius diuitiæ, apparuit pulchritudo. Latrones confusi ierunt, & aufugerunt. Dicite mihi, qūo persecuti estis lupos? qūo pepulistis latrones? Frequēti, inquit, oratione ad deum. Qūo despexistis adulteros? Cōtinuis, inquit, lachrymis, ex desiderio ueri. Nō accepi arma, no sumpsi lanceas, non arripui scutum: solūmodo ostendi eis pulchritudinē meam, qua perspecta uulnerati fugerūt. Vbi nunc illi? Proculdubio in cōfusione. Vbi nos? in lætitia. Vbi nunc illi? cōscientiæ suæ malo tabescunt. Vbi uero nos? in magna exultatione glorificamus deum. Quid dicā? quid loquar? A dijciat dominus super uos, & super filios uestros: & alleuet dominus uultū suum, & misereatur uestri, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri, & spiritui sancto honor, gloria & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen.

DE REGRESSV SANCTI IOAN-
nis de Asia Constantinopolim, homilia.xiij. Incerto interprete. F

Oses magnus ille dei famulus, caput prophe
m tarum, maris uiator, aeris agitator, mēsæ apparator, qui à genitrice proiectus est, & ab
Exod.2.a impugnatrice saluatus: genuit quidem eū mater, abstulit aut ē eum Aegyptia, & enutriuit: & qui in Aegypto nutriebatur, in cœlis cōuersabatur: qui tātum ac tale statuit trophæum, iste talis ac tantus, ut qui qua
Ibid.32.c draginta dies reliquerat populum, inuenit eum idola fabricantem, & seditiones cōmouentem. Ego autem non quadraginta dies tantū, sed & quinquaginta, & centum, & amplius, & inueni uos lętantes, & philosophantes, & in dei timore perseuerantes. Nunquid ego Mose altior sum? Absit: hoc enim dicere extremæ demētiæ est. Sed qa populus iste illo populo sublimior, propterea & ille de mōte descendens increpabat Aaron ob seditionem populi, & irascens inuehebatur in
Ibidem. eum, cur acqeuerit uoluntati eorum. Ego autem aduenies pręconia uestra, & coronas contexā. Vbi enim pręuaricatio, ibi reatus subsequatur necesse est, & obiurgatio: ubi autem correctio, ibi laudes & pręconia, & coronæ: ideoque etsi ampliori tempore demo-

Gratus sum foras, non me pœniteat, quia confidebam de uestræ charitatis affectu, & integritate fidei: sciebam enim uxorem mihi desponsatā castitate esse munitā, sicut in seculari eōiugio assolet euenire. Etenim uir quādo impudicā uxore habere se nouit, nec prospicere ei de domo permittit: qui etsi peregrinari aliquādo coactus fuerit, cogitur citò reuerti, quasi quodam suspicionis aculeo stimulatus: qui autē sobriam & castam habet, foras securus moratur, sufficientes procuratorū munimine mores relinquēs uxoris: hoc ego & Moses passi sumus, ille quidem, quia inemendabilem synagogā habebat uxorem, reliquit eā, & fornicata est, & compellit eū deus, dicens: Exurge, descende: impiè enim fecit populus tuus. Sed ego nullam huiusmodi iusionem accepi. Et cū paululum mihi infirmitas corporis accidisset, non me inquietauit uestra absentia, sed securus de uobis ægrotationis meæ expectaui medelā. Non enim opus habēt sani medico, sed qui malè habent. Nam etsi tardaui parump à uobis, non hoc ad detrimentū uestri, sed ad diuitias puto proficere uestras: quæ enim per me, imò magis per gratiā dei correcta sunt, uestra corona est, uester profectus est. Et ideo gaudeo & tripudio, & tāquam uolitare me credo, & gaudij huius magnitudinem effari non queo. Quid ergo faciā, quomodo indicabo exultationem mentis meæ? In testimonium uoco cōscientiam uestram, quoniam uideo ex aduentu meo gaudio esse repletam: quod gaudium corona & laus mea est. Si enim mea unius uiri præsentia, tantam plebem tali repleuit uoluptate: quantum putatis mihi ex uisione uestra gaudium cumulatum? Et Iacob quidem unum filiū uidens Ioseph, gaudebat senex, & recreabatur spiritu: ego autē non unum Ioseph, sed omnes uos similes illi uideo, & gaudeo, qa paradisum meū recepi illo paradiso meliorem: & ibi quidem serpens erat insidians, hic autem Christus mysteria celebrās: ibi Heua erat seducens, hic autem est coronās ecclesia: ibi Adam seducebatur, hic autē populus adhæret deo: ibi arbores diuersę, hic autem donationes uarię: in paradiso arbores marcescentes, in ecclesia arbores fructificātes: in illo paradiso unumquodq; genus sementis in suo perseuerat statu, in isto uero paradiso si inuenero labrusca, uitem uberem efficiam: si inuenero oleastrum, uerā oliuam efficiam: talis etenim est terræ istius natura: propter hæc gaudeo, prætermitto satisfactionem: quo uero nos abduxit tanti temporis lōgitudo, suscipite satisfactionem meam charissimi. Si seruum alicubi dirigatis non reuertentem, exigitis causas ubi moratus sit, ubi tantum expenderit temporis: & ego seruus sum uestræ charitatis, emistis.n. me non pecuniā conficientes, sed charitatem ostendentes. Gaudeo quippe tali seruitio mancipatus, nec unq; hoc famulatu opto me solui: etenim istud seruitium mihi libertate elegātius, istud seruitium in illud tribunal beatum collocauit mihi sedē, istud seruitium non est necessitatis, sed uolūtatis. Quis enim non libentissimè seruiat dilectioni uestræ tam elegantissimis amatoribus, quòd etsi lapideam haberem animam, ceræ feciſſetis molliorē: quid dicam desiderio uestro, & fauori, quem hesterna ostendistis die, quomodo uoces uestræ cum gaudio cœlū penetrarunt? ipsum sanctificātes aerem, ciuitatē feciſtis ecclesiam: honorabat ego, & deus glorificabatur: hæretici confundebātur, ecclesia uero coronabatur: quia magna lætitia est matri, cū exultant filij. Et grande gaudium pastori, cum exultant agni gregis. Veni ad gaudia uir tutum uestrarū, audiui quia cum hæreticis colluctari estis, & quia iniquè egerunt in baptismo, redarguistis: nunquid incassum dicebam, quoniam casta uxor absente uiro repellit adulteros, absente pastore abigit lupos, sine gubernatore nautæ saluauerunt nauem, sine duce milites uictoriam reportauerūt, sine doctore discipuli profecerunt, sine patre filij roborati sunt? imò magis non sine patre, uester.n. profectus meum gaudium, uestra glorificatio mea corona est. Sed desiderabamus, inquitis, tecū facere Pascha. Satisfacio dilectioni uestræ, quippe cū iam iracundiam uestro diffolueritis aspectu: nā si pater prodigum suscipiens filiū statim recōciliauit, neq; pœnas exegit ab eo, sed illico amplexus est: multo magis filij patrem suscipientes. Sed tamen & ad hoc respondeo, Pascha mecum in uotis facere habebatis, nemo prohibet hodie uos mecū facere Pascha, sed forsitan dicetis: Nunqd duo Pascha facturi sumus? Non, sed unū, & ipsum multipliciter. Sicut enim semper Sol exoritur, & non dicimus multos Soles, sed est Sol quotidie oriens: sic & Pascha semper consummatur, & cū semper celebretur, unum est solēnitatis nostræ. Iudæorum similes non sumus, nō seruimus loco, nec subditi sumus necessitati temporis dominica uoce firmati. Quotiescunq;, inquit, manducaueritis panē istum, & hūc biberitis calicem, mortem domini annunciabitis. Annunciamus nanq; hodie mortē Christi, sed tunc quidē festiuitas, & hodie festiuitas. Vbi.n. charitas gaudet, ibi est festiuitas: & ubi recepi lætantes filios, maximā celebro festiuitatem. Etenim & illa festiuitas charitas est. Sic enim, inquit Apostolus, deus dilexit mundū, ut filium suum unigenitū daret pro eo. Sed multi inquiunt, te absente baptizati sunt. Et quid hoc? nihil minus habet gratia, non claudicat donum dei, præsente me baptizati non sunt, sed pręsente Christo sunt baptizati. Nūquid homo est qui baptizat? Homo dexteram porrigit, sed deus manū gubernat. Noli de gratia dubitare charissime, qa donum dei est. Attēde diligenter quę dicuntur, si forté à te aliqua causa sacra explicanda est, cùm obtuleris preces, & subscriptā acceperis sacrā, non requiris quali calamo subscripserit rex, neq; i quali charta, neq; quali, quóue attramento, sed unum solūmodo quæris, si rex subscripserit: sic & in baptismo, charta, conscientia est: calamus, lingua sacerdotis: manus, gratia est spiritus sancti. Siue ergo per me, siue per illum, qui officio fungitur sacerdotis, ipsa manus scribit, nos ministri sumus, non authores. Et Paulus minister est: Sic.n. inquit, æstimet nos homo, tanquā minstros Christi, & dispensatores mysteriorum dei: quid enim habes, quod nō accepisti? Si qd habeo, accepi: si autē accepi, non meum, sed eius qui dedit donū est. Noli ergo dubitare charissime, gratia.n. dei perfecta est, locus nō prohibet, siue hic baptizeris, siue in naui, sine in itinere. Philippus baptizauit in uia, Paulus in uinculis, Christus in cruce latronem ex uulnere, & statim paradisi meruit ianuam reserare. Propter hæc gaudeo & exulto, & orationes uestras exigo, cū quibus ad Asiā perrexi, cum qbus reuersus sum, cum quibus pelagū transfretaui, & adiutus uestris oratiōibus fœliciter nauigaui: nec.n. in naui citra uos ingressus sum, nec exiui citra uos, nō in ciuitate citra uos, aut in ecclesia sine uobis, sed auulsus qdem eram in corpore, connexus autem charitate: Videbam nanq; ecclesiam uestrā, & in pelago, & in exultatiōe gaudebam.

A Tale.n. quid significat charitas, quæ nescit angustari: intrabam in ecclesiam, adstabam altari, orationes offerebam, & dicebam. Domine, cōserua ecclesiam, quā mihi tradidisti. Ego quidē corpore absens sum, sed tua misericordia præsens est, quæ me illuc perduxit, & plusq; merebar, concesit. Et quia amplificauit, multitudo testatur præsentium. Florere uideo uineam, & nusquam spinæ, neq; sentum ulla uestigia: exaltant oues, & nusquam lupus. Quòd si etiam alicubi repertus fuerit, demutatur, & fit ouis. Tanta.n. uestra est fides & charitas, ut æmulatione uestra cętEros prouocetis. Ipse dominus uos conseruauit, & ipse me reduxit, & in infirmitate positus orationum uestrarum sensi auxilium, quas mihi quotidie in suffragium postulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatē uestram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifestum est. Sic.n. me absentem, tanquam præsentem habuistis. Nam in Asia cum essem ad corrigē das ecclesias, hinc illò uenięntes nunciabant nobis dicentes: Inflammasti ciuitatem. Et certè charitas tpe solet marcescere, uestra autem dilectio quotidie augB mentabatur. Et quem ita absentem diligebatis, præsentem credo quòd melius ametis. Iste meus thesaurus, hæ sunt meæ diuitiæ. Et ideo uestras orationes rēqro. Oratiōes uestræ murus mihi, & munimè sunt. Noli dicere: Ego languidus sum, qūo potero pro sacerdote orare? Audi scripturam dicentem: Oratio au Act.12.a tē fiebat continua. Et ecclesiastica oratio soluit uincula Petri & Pauli, dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio conclusit ora leonū, oratio seditionem compescuit, oratio paradisum aperuit, oratio cœli cardines reserauit, oratio stilem fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio publicanū iustificauit. Tale à uobis munimen requiro, talem gratiam postulo: & deus gloriæ suscipiens orationes uestras, det mihi in apertionem oris mei sermonem, quò possim creditum mihi populū instruere ad salutem, per Christū dominū nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto honor, gloria, & potestas in secula seculorum, Amen.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI, HOC *milia xtiij. cum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exiliū, & Gainas egressus esset à ciuitate. & de auaritia. Desid. Erasm. Rot. interprete.*

Vlto tempore silui, & post longum tpis spam tium ad charitatem uestram reuersus sum. Quanq; id non accidit ulla uel animi socordia, uel corporis desidia, sed abfui, tumultus componens, fluctus sedans, tempestatem corrigens: eosq; q iam demergi cœperant, ad portum & in tranquillum porrecta manu reducere studens. Sum.n. cōis omnium pater, eoq; necesse est curam agere, non tantū eorum qui stant, sed eorum quoq; qui collapsi sunt: non illorum tantùm qui secundis nauigant uentis, sed & illorum qui tempestate iactantur: non eorum modò qui in tuto sunt, uerùm etiam illorum, qui periclitantur. Harum sanè rerum gratia reliqui uos ad temporis spatiū, obambulans, exhortans, obtestans, supplicans, ut à domino ea calamitas dissolueretur. Posteaq; autem inamœnis illis ac tristibus finis est impositus, denuò me ad uos recepi, ad uos qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate nauigatis. Ad illos profectus eram, ut tempestatem sedarem: ad uos reuersus sum, ne qua tempestas exoriatur. Ad illos discesseram, ut eos à molestijs liberarem, ad uos redij ne in similes molestias incidatis. Quēadmodum.n. oportet habere curam non eorum modò qui stant erecti, sed illorum quoq; qui lapsi sunt: ita rursus non lapsi tantum nobis debent esse curæ, sed & stātes: illi quidem ut erigantur, hi uerò ne cadant: illi ut ab urgētibus malis liberētur, hi ne incurrant in molestias imminentes. Nihil.n. est in rebus humanis stabile, nihil inconcussum, sed hominū uita imitatur mare uæsaniens, quotidie partuiens naufragia, naufragia inq; tum noua, tum periculosa. Omnia tumultum ac turbarum plena sunt, omnia scopuli & præcipitia, omnia rupes sub aquis latētes, & sinuosæ cautes. Omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores, & angores. Nemo cuiq; fidit, à suo quisq; proximo metuit, tēpus fortasis illud in propinquo est, quod propheta depinxit his uerbis: Ne fiduciam habeatis in amicis, Mich.7.a & in principibus nolite spem ponere, à suo quisq; proximo cauete, à coniuge tua caue, ne quid illi credas. Quid ita tandem? Quia tempus malum est, quia om E nis frater insidiatur calcaneo ut supplantet, & omnis amicus dolosè incedit. Non est amicus tutus, nō frater firmus. Sublatū est charitatis bonū, ciuile bellum habet oēs, ac ne id quidem apertum, sed obumbratū. Innumerabiles undiq; personæ simulatæq; facies. Multa ouium uellera, innumeri ubiq; lupi sub his occultati, ut iam inter hostes aliqs tutius uixerit, quàm inter hos qui uidentur amici. Quid heri adulabantur, q blandiebantur, qui manus exosculabātur: hodie repentè comperti sunt esse lupi, abiectisq; personis facti sunt oibus accusatoribus acerbiores. Pro quibus hesterno die gratias agebant, pro his nunc incusant & calumniantur. Quæ est igitur horum oium causa? Pecuniarum amor, uæsana diuitiarum cupiditas, morbus insanabilis, fornax quæ nunq; extinguitur, tyrannis quaqua uersum per totum orbem terrarum diffusa. Hanc ob causam, & nos quæ prius dicebamus, nūc denuò dicimus, nec dicere desinem⁹. Tametsi heri cōplures incusabant nos talia loquentes: Itáne nunq; desines aduersus diuites armatam habere linguam? Non desines cum his assiduè belligerari? Num ego sum illis bellum gero? Num aduersus illos F armor? An potius pro illis cuncta tum dico, tum facio: Immo ipsi aduersus seipsos gladios acuūt. An nō id declarauit ipsa rerū experientia? Quo, inquies, pacto? ego quidem increpans & assiduè obiurgans quę rebam illorū commodum: sed illi uerius sunt hostes, qui nobis hęc loquentibus culpā impingunt. uidistis euentus rerū cum oratione nostra cōgruere. An non semper dixi, fugitiuas esse diuitias, ab hoc ad illū transeuntes? Atq; utinam transissent solum, non etiam occidissent: utinam discessissent tantùm, ac nō è medio quoq; sustulissent. Nunc aūt præter q̄ quòd deserunt suam protectionem, etiam gladio tradunt, & in barathrum pertrahunt, eò quòd sunt periculosæ proditrices, cumq; his potissimum bellum gerunt à quibus amantur. Ingratæ sunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, bestiæ incurabiles, præcipitium undiquaq; præruptum, scopulus assiduis plenus fluctibus, mare innumeris uentis agitatum. Tyranni acerbè imperantes, dominę quouis barbaro sæuiores, inimicæ irreconciliabiles, hostes implacabiles, quæq; nunquam erga eos à quibus possidentur, remittunt P *auper-*
simultatē. At non huiusmodi paupertas, sed his quę *tas.*

dicta sunt contraria. Ea siquidem est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, delitiæ periculorum expertes, uoluptas syncera, uita turbationum nescia, uita fluctuũ ignara, copia inexpugnabilis, philosophiæ parens: frænũ intemperantiæ, supplicij sub latio radix modestiæ. Quamobrem igitur rogo, hãc fugientes illas persequimini? illas hostes, illas homicidas, illas quauis bestia sæuiores? Talis est.n. pecuniarum amor, talis uæsanum auri studium. Cur hostem tibi domesticum & perpetuum conuictorem tibi facis? Cur bestiam iritas, quã delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet mansueta? Si uel nunc mea uerba toleretis, dum delicta feruent, dum calamitas uiget, dum omnes in tumultu sunt ac mœrore. Ergo qui fieri possit, ut bestia non sit bestia? Equidem possum illam immutare si uos uelitis. Nam ea sermonum uis est. Quo pacto igitur à feritate sua mutabitur? Si didicerimus quo fiat sæua, more leonum, more pardorum, more ursorum, qui dum includuntur coercenturq; in tenebris, erigunt animos, acuuntq; iras. Itidẽ & diuitiæ, dum includuntur & defodiuntur, acrius ru
H giunt q̃ leones, perturbantq; omnia. Quod si eas è tenebris eduxeris, & in egenorum uentres dissemines, ex feris bestijs fiunt oues: quæ fuerant insidiosæ duces, pro scopulis fiunt portus pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem hoc & in nauigijs uidere licet, siquãdo onus est iusto grauius, demergit cymbam. Rursum cum est moderatum, prospero fertur cursu.

Ex Plutarcho. Idem usu uenit in nostris ædibus. Cum ultra q̃ usus postulat congeris pecunias, exigui uenti procella & quiuis rerum inexpectatarũ incursus, demergit cymbam. At si tantùm reponas, quantùm postulat necessitas, etiam si uehemens turbo ingruat, facilè percurris undas. Noli igitur plus concupiscere, q̃ exigit necessitas, ne totum amittas. Noli quæ superant usum cõgregare, ne perdas etiam necessaria. Noli præfinitos terminos prætergredi, ne facultatibus uniuersis exuaris: sed quod supereſt resẽca, ut necessarijs ditescas. An non uides quòd agricolæ uitem putant, ne uim omnem in pampinis & palmitibus, sed in radice proferat? Idem & tu facito. Amputa folia, omneq; studiũ huc intende, ut quãplurimũ fructus ferat. Quod
I si facere recuses rebus prosperis, expectes aduersas. In tranquillitate tẽpestatem expecta, in sanitate morbũ
Eccl.18.d expecta, in diuitijs paupertatem ac mẽdicitatem expecta. Memento, inquit scriptura, tempus famis, in tẽpore abundantiæ: mẽdicitatem & egestatem, in diebus opulentiæ. Ad hunc modum si fueris affectus, tũ & diuitias multa cũ sobrietate administrabis: & egestatem si incitat, fortissimè perferes. Malum.n. inexpectatum, perturbat animum si incitat. Quod aũt expectabatur, si accidat, non multum adfert perturbationis Ita duo commoda lucrifeceris, alterum ne prospe ritas te reddat ebrium & insolentem, alterum ne cõmouearis ac pertuberis rebus in diuersum commutatis: maximè si semper expectatione contrariorum pendebis, suffecerit pro experientia expectatio. Tale est quod dico: diues es, expecta quotidie paupertatẽ. Quare, & quamobrem? Quoniã ista expectatio tibi maximam adferre poterit utilitatem. Etenim qui in diuitijs expectat paupertatem, non indulget delicijs, non extollitur, non diffluit, non concupiscit aliena. Nam expectationis metus qui illi adest, pædagogi cu iusdam uice, cohibet eius mentem, nec patitur mala auaritiæ germina subnasci, dum ea metu contrario-

K rum, ueluti falce quadam prohibet crescere, amputatq;. Hoc igitur unum est è maximis bonis quæ lucrifacies. Alterum aũt nõ est isto minus, uidelicet, ut si accesserit paupertas, nõ expaueſcas. Assumatur igitur rerum tristium expectatio, nequando ueniat ipsa tristium experientia: ob hoc enim uenit experientia, quòd non adsit expectatio. Quòd si illa correxisset
Iona.3.c hoĩem, hac non erat opus admodũ. Huius rei testis est Ionas Niniuitis prædicens interitum. Siquidem illi
Hie.in.b dum expectãt, quod propheta prædixerat, eis imminere calamitatem insanabilem, expectatione malorum uenturorum fregerunt iram numinis. Rursus Iudæi, non credentes prophetæ prædicenti Hierosolymarum excidium, acerba perpessi sunt. Sapiens.n. me
L tuens declinauit malum insipiens fiducia sua inuoluitur. Qui expectat paupertatem dum uersatur in diuitijs, haud facilè fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucrari noluisti, id ab ipsa experiẽtia pulchrè discs. Proinde cum in diuitijs es, expecta paupertatem: cum in affluentia, expecta famem: cum in gloria, expecta ignominiam: cũ in sanitate uiuis, expecta morbum. Assiduè perpende rerum humanarum naturã, quæ nihilomelius habet q̃ amnium defluxus, & fumo in aerem euanescente fugacior est, & umbra prætercurrente inanior. In his si philosophatus fueris, nec suauia te poterunt inflare, nec molesta deijcere: si præsentibus bonis non admodum hæreas, neq; absentibus discruciaberis, consuescas animum ad diuersorum expectationem. Sæpe quidem fiet, ut diuersa nõ accidant. Sed si acciderint, non uehementer te commouebunt. Atq; ut intelligatis me hæc non ex coniectura loqui, uolo uobis narrare ueterem quandam
Iob. historiã. Fuit uir quidam admirabilis & magnus, & ubiq; per orbem terrarũ celebratus, Beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mundi uictor & coronifer, qui per omnia certaminum genera transiuit, q innumera trophæa erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, gloriosus & cõtemptibilis, multorũ liberorũ pater, & orbus. Hic uersatus est in aulis regalibus, sed idem fuit in sterquilinio. Hic fuit in splendida ueste, sed post illam in morsu tinearum. Hic possedit innumera ministeria, sed idem sustinuit innumera
M biles contumelias, à familiaribus in ipsum insurgentibus, ab amicis coniciantibus, ab uxore insultante. Omnia illi prius uelut è fontè affluebant, pecuniarũ copia, potentiæ magnitudo, gloriæ accessio, pax & securitas, honores & obsequium, corporis sanitas & filiorum opulentia, nec erat in his quicq̃ molestum. Aderant illi diuitiæ cum securitate, prosperitas stabilis. Atq; optimo quidẽ iure. Deus.n. illum undiq; uallauerat. Sed pòst, illa omnia recesserunt, moxq; innumeræ tempestates immigrarunt in domũ illius, omnes inquam, ac sibi uicissim succedentes, ac perpetuq; deniq; supra modum, supraq; fidem omnes. Siquidem uniuersæ facultates illi semel ereptæ sunt famuli liberiq; præmatura uiolentaq; morte oppressi sunt, ad mensam & ipso in conuiuio mactati, non quidem securi aut gladio, sed à malo spiritu, qui domum
Iob.3.d concussit. Tum uxor in illum armabatur, fuasq; machinas admouit iusto. Famuli porrò & amici, partim expuerunt in faciem eius, quemadmodum ait ipse, Non pepercerunt faciem meam conspuere: partim irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus est, ac deinceps in sterquilinio uitam egit, ac uermium fontes scatebant, undiq; sanguine & sanie diffluebat ille

A pretiosus adamas. Et accepta testa, abstersit saniem, ipse sibi factus carnifex. dolor dolorem excipiebat, & cruciatus intolerabiles, & nox die molestior, & dies
Iob.7.a nocte terribilior, sicut ipse dicit: Cũ obdormiero dico, quando erit dies? Cum surgo, rursum dico, quando erit uespera? Plenus dolorũ sum à uespera usq; ad diluculum! Omnia præcipitia, omnia scopuli, nec est ullus qui cõsoletur, qui insultent innumeri. Attamen in tanta tẽpestate, tantisq; fluctibus adeò intolerandis, constitit aduersus omnia generoso animo & illabefactabilis. In causa fuit, id quod dicebam: nimirũ quòd cum diues esset, expectabat egestatem: cum sanus esset, expectabat ægrotationem: cum tot liberorũ esset pater, expectabat ut subitò fieret orbus. Atq; hunc timorem semper apud se fuscepit, & hanc axietatem semper apud se aluit, intelligens rerum humanarum naturã, momentaneamq; uolubilitatẽ negotiorum considerans. Eoq; dixit: Timor quem timebam, euenit mihi: & periculum quod metuebam, occurrit mi. Semper.n. cogitatione spectabat ad illum ti
Ibidem. morem, opperiens eum, sperans expectansq;. Eoq;
B cum aduenisset, non perturbauit illum. Neq; silui, inquit, neq; quieui, sed mihi uenit ira. Non dixit, non silebo, neq; quiescam, præsenti tempore: sed, non quieui, præterito tempore. Neq;.n. rerum prosperitas attulit arrogantiam, sed expectatio tristium non sinebat me quiescere. Quanq̃ affluentia uehementer hortabatur ad delicias, sed asperitas eorum quæ expecta batur, profligabat securitatem. Et licèt præsens felicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum solicitudo uoluptatem interrupit. Ideoq; quoniam præmeditatur in animo suo hæc uentura prospexerat rebus lætis, hæc certamina posteaq̃ acciderunt fortiter & animosè pertulit, utpote iam olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione præceperat non est perturbatus, cum cerneret illa adesse, quoniam ne tum quidẽ
Ibid.31.c cum adessent læta, uehementer illis adhæsit. Audi qd dicat: Quòd si delectatus sum cũ mihi multæ affluerent diuitiæ, si reposui copiosam auri uim mihi, si fiduciam habui in lapidibus preciosis, si ad innumerabilia posui manum meam. Quid ais homo? non de-
Ibidem. lectatus es diuitijs affluentibus tibi? Nequaq̃, inquit.
C Quid ita? Quoniam uidebam illarum instabilitatem fluxamq; naturam, uidebam possessionem haud durabilem. Aut non uideo quidem, inquit, Solem orientem ac deficiẽtem, lunam uerò intereuntem? non.n. in eodem manet statu. Quod autem dicit tale est: Si stellæ quæ sunt in cœlis perpetuoq; lucent recipiunt nonnullam mutationẽ, Sol deficiens, luna interiens, an non extremæ dementiæ sit, terrena pro stabilibus fixisq; ducere? Eoq; nec præsentibus magnopere delectabar, nec discedentibus uehementer contristatus sum: quoniam probè noueram earum rerum naturam. Hæc nos audientes charissimi, neq; paupertate deijciamur, neq; diuitijs intumescamus, sed in rerum permutatione animum immutabilem retinentes philosophiæ fructum metamus, ut & hic uoluptate perfruamur, & futura assequamur bona. Quæ con
tingat nobis omnibus adipisci: gratia &
bonitate domini nostri Iesu Christi,
cui cum patre gloria simul
cum sancto spiritu nunc
& in secula seculorum, Amen.

DE RECIPIENDO SEVERIANO. D

Homilia.XV. Incerto interprete.

Sicuti capiti corpus cohærere necessarium est,
ſ ita ecclesiam sacerdoti, & principi populum: utq; uirgulta radicibus, & fontibus fluuij: ita & filij patri, & magistro discipuli. Hæc autem non superfluo ad charitatem uestrã præfati sumus: sed quoniam dicenda mihi sunt quædam apud uos, ut nemo turbetur, neque sermoni nostro aliqua oriatur interruptio: sed ut obedientia discipulorum crescat in uobis, & quantum affectum patri deferatis, appareat. Adornate me filij, & imponite mihi inobedientiæ uestræ coronam, facite me apud omnes beatum iudicari, & doctrinam meam magnificate per obedientiam uestram, secundum Apostoli monita dicentis: Obedite præpositis uestris, & obtẽperate eis: quia ipsi peruigilant pro uobis, quasi pro animabus uestris
Hebr.13c rationẽ reddituri. Hęc ergo præmoneo, ne quis superbiat in cõmonitionem nostram. Pater enim sum, & necesse est me filijs consilium suadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gra- E
tia spiritus agit. Pater sum, & pater nimis sup filios tremens, ita ut sanguinem meum pro uobis fundere paratus sim. Et in hoc non est mihi gratia. Apostolica enim lex est, & domini præceptũ dicentis: Pastor bo-
Ioã.10.b nus animam suam ponit pro ouibus suis. Sed & uos eadem facite pro nobis: simili nanq; erga nos deuincti estis affectu. Nam & Paulũ audite qui dicit, Salu-
Rom.16.a tate, inquit, Priscillam & Aquilam adiutores meos in Christo, qui pro anima mea suas ceruices posuerunt. Sicut enim pulchrũ est pastorem pro ouibus immolari: ita rursum pulchrũ est, & oues à pastore nec mor te seiungi. Cùm enim inseparabiles fuerint ab eo, lupum diabolum non timebunt. Murus enim charitatis firmior est adamante. Et frater cùm adiuuatur à
Prou.18.c fratre, erit sicut ciuitas munita & firma. Hæc autem præmitto, ut cum omni affectu, quæ dicimus, audiatis, neq; aliquis uestrũ incipiat perturbari. Loquimur rem quam dignũ est in ecclesia loqui, & quã dignum est libẽter audiri. Pro pace loquimur ad uos. Et quid ita conueniens, q̃ sacerdotem dei pacem populo persuadere? Contradictio nulla est, ubi & legatio sancta, & legatus acceptus est. Pro pace loquimur, pro qua fi F
lius dei descendit ad terras, ut pacificaret per sanguinem, non solùm quæ in terra sunt, sed & quæ in cœlis, & terrena cœlestibus sociaret. Pro pace loquimur, pro qua filius dei passus est, propter quam crucifixus est, & sepultus: quã nobis pro omni hereditatis censu reliquit, & uelut murũ ecclesiæ dedit, quam scutum aduersum diabolũ posuit, quam gladium aduersum dæmones dedit, quam portum tranquillissimum fidelibus collocauit, quam repropitiationem ad deũ dedit, quam delictorũ absolutionem concesit: pro hac ergo legatus ad uos missus sum. Nolite mihi incutere pudorem, nolite legationem meam fœdare, acquiescite mihi, quæso uos. Multa dudũ tristia gesta sunt in ecclesia, deũ confiteor, sed nõ laudo perturbationes, seditiones non amplector. Sed omittamus iam hæc, desinite, cõquiescite, cohibete animos, refrenate iracundiam: sufficit iã quòd laborauit ecclesia, finis sit, desinat turbatio: hoc enim & deo placitũ, & piissimo principi acceptum est. Oportet enim & regibus obedire, maximè cùm & ipsi obtemperent ecclesiasticis legibus. Dicit enim Apostolus: Principib⁹ & potesta-
Ad Ti.3.a

G tibus subditi, estote: quātò magis religioso principi, & pro ecclesia laboranti? Si ergo præparaui animos uestros ad susciendam legationem meam, recipite fratrem nostrū Seuerianum episcopum. Habeo gratiam quòd sermonē meum laudibus prosecuti estis. Dedistis mihi fructus obedientię: nunc me semen bonum gratulor seminasse. Ecce enim statim frumenti manipulos colligam. Retribuat uobis dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim ueram hostiā pacis obtulistis deo, quia nemo turbatus est audito hoc nomine, sed cum charitate susciptis simul: ut sermone locuti sumus, omnem ex animo fugastis iracundiam. Suscipite ergo eum pleno pectore, apertis manibus. Siquid triste gestū est, omittite: quia ubi tempus pacis, recordatio dissensionis nulla est, ut sit gaudium in cœlo, gaudium in terra, lætitia & exultatio spiritalis in ecclesia dei. Et oremus de reliquo, ut pacificā deus custodire dignetur ecclesiam, pacē fixam, & perpetuam dare, in Christo Iesu domino nostro, cū quo est gloria deo patri, unà cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

H

SERMO. XVI. IPSIVS SEVERIANI

de pace, cùm susceptus esset à beato Ioanne episcopo Constantinopolitano. Incerto interprete.

Naduentu domini &, saluatoris nostri, atq; in præsentia eius corporali, angeli ducentes choros cœlestes euangelizabāt pastoribus, dicentes: Annunciamus uobis hodie gaudium magnum, quod erit omni populo. Ab ipsis enim sanctis angelis, etiam mutuatam nos uocem, annunciamus uobis hodie gaudium magnum. Hodie enim in pace ecclesia est, & hæretici in ira. Hodie ecclesiæ nauis in portu est, & hæreticorum furor iactatur in fluctibus. Hodie pastores ecclesiæ in securitate, & hæretici in perturbatione sunt. Hodie oues domini in tuto, & lupi insaniunt. Hodie uinea domini in abundantia, & operarij iniquitatis in egentia. Hodie populus Christi exaltatus est, & inimici ueritatis humiliati sunt. Hodie Christus in lętitia, & diabolus in luctu. Hodie angeli in exultatione, & dęmones in cōfusione. Et quid opus est multa dicere? Hodie Christus qui est rex pacis cum sua pace procedens, fugauit omne dissidiū, dissensiones depulit, discordiā perturbauit. Et sicut cœlum splendor Solis, ita ecclesiam fulgor pacis illuminat. O q̄ desiderabile nomē pacis, q̄ religionis Christianæ stabile fundamentum, & altaris dominici cœlestis armatura. Et quid possumus de pace proloqui? Pax nomen est ipsius Christi, sicut dicit & Apostolus: Quia Christus pax nostra, qui fecit utraq; unum, quæ neq; fide, sed inuidia diaboli dissidebant. Verum sicut procedente rege, & plateæ mundantur, & tota ciuitas diuersis floribus & ornatib⁹ coronatur, ut nihil sit quod minus dignum uultui regis appareat: ita & nunc procedente Christo rege pacis, omne quod triste est, auferatur è medio, & illucescente ueritate fugetur mendacium: fugiat discordia, resplendente concordia. Et sicut frequenter fieri uidimus, ubi regum uel fratrum tabulæ pinguntur, ut in utroq; unanimitatis declarentur insignia, artifex pictor, fœmineo habitu post tergum utriusque concordiam statuit, brachiisq; suis utrunque complectens, indicet quòd hi qui uidentur corporibus separati, sententijs & uolun-

Luc.2.b *Ephe.2.c*

I

tate conueniant: ita nunc pax domini media assistēs, & utrunq; nostrum gremio palpante connectens, discreta corpora in unum cōuenire animum, ulnis iungentibus docet. In qua sine dubio completur sermo propheticus, qui ait: Et erit consilium pacificum inter utroq;. Et hesterno quidem pater noster communis, euāgelico pacem sermone præfatus est: hodie uerò nos uerba pacis exponamus. Ipse nos hesterno resupinis manibus in uerbo pacis excepit, & nos hodie dilatato pectore, ulnisq; patentibus ad dominum cū muneribus pacis occurramus. Iam bella destructa sunt, pulchritudo pacis obtinuit. Nūc in luctu est diabolus, & in lamentatione omnis dæmonum turma: nunc in cœlestibus lætitia, & in angelis exultatio, quibus specialis familiaris pax. Hoc enim etiam cœlestes admirantur uirtutes opus, quas fons eius habet perēnis, ex quo etiam terrena hæc nostra guttis quibusdam exinde stillantibus irrorantur. Et ideo etiamli in terris pax, laudis eius splēdor redundat in cœlum, laudant eam cœlestes angeli, & dicunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vides quomodo cœlestes omnes, & terrestres in inuicem sibi munera pacis emittunt? Cœlestes angeli pacem terris annunciant, sancti in terris Christum qui est pax nostra, collaudāt in cœlestibus positum, & mysticis choris acclamant, osianna in excelsis. Dicamus ergo & nos, Gloria in altissimis deo, qui humiliauit diabolum, & exaltauit Christum suum. Gloria in altissimis deo, qui discordiam fugat, & pacem statuit. Dico enim uobis artem diaboli, cuius neq; uos astutiam ignoratis. Vidit satanas firmitatem fidei: stabilitatem in ea pietate dogmatum septam, uidit & operum bonorum fructibus abundantem: & ideo pro his omnibus ad insaniam uenit, & rabie furoris exarsit, ut scinderet amicitiam, & euelleret charitatem, ut irrumperet pacem: sed pax domini semper sit nobiscum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Luc.2.b

K

L

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI HOMILIAE. LXXX.

ad populum Antiochenum potissimum habitę, Bernardo Brixiano interprete.

HOMILIA PRIMA ANTIOCHIAE HABITA,

cùm adhuc presbyter esset, in illud Apostoli: Vino modico utere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas.

Vdistis apostolicam uocem? tubam cœlestem? lyram spiritalem? Etenim tāquam tuba terribile canens & bellicum, hostes quidem cōsternat, lapsos aūt suorum sensus excitat, & multa implens fiducia mentem adhibentes, diabolo inexpugnabiles reddit. Et tanquam lyra rursum multa cum iucunditate delectans, absurdarum morbos cogitationū sopit, & multam cū uoluptate nobis affert utilitatē. Audistis igitur hodie de multis & necessarijs rebus Timotheo differentē? Etenim de electionibus ad ipsum scripsit, dicēs: Manus citò nemini im-

1.Timo.5.d

M

A posueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Et in tolerabile talis præuaricationis periculū appositi, demonstrās quòd malorū ab alijs perpetratorū supplicium alij cum illis pīsis sustinebunt: quia propter potestatem electionis, pœnæ traduntur. Mox rursus inquit: Vino modico utere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Et de seruorum subiectione, & de auarorum insania, & de diuitum arrogātia, & de multis alijs nobis hodie differuit. Postq̄ igitur omnia percurrere non possumus, quid uultis è comoratis proponentes charitati uestræ dicamus? Velut enim i prato multos & uarios uideo lectionis flores, & amplum rosarium: multas uerò uiolas, nec pauciora lilia, sed & uariū ubiq; & copiosum spiritus fructum disseminatum, & multā odoris suauitatem. Immo uerò non tantūmodo pratum, uerū & paradisus est diuinarum lectio scripturarum: non enim fragrantiam solū nudam habent eius flores, sed & fructum, qui animā nutrire possit. Quid igitur de dictis in medium uultis agamus hodie? Vultis quod omniū utilissimum esse uidetur, & à quibusq; intelligi facillimū,

B hoc in præsenti tractemus? Mihi nempe placet, sed & uobis, hoc bene noui, pariter placebit. Quid uerò tā dem est alijs facilius? Quid aūt aliud, q̄ quòd & cuilibet facile & dictu compendiosum esse uidetur? Quale quidem istud, Modico uino utere, inquit, propter stomachū, & crebras ægritudines tuas. Eia igitur omnem rationem in hāc impēdamus dictionē. Hoc aūt facimus non ambitionis gratia, neq; in dicendo facultatis ostentationem exhibere studentes: non enim q̄ dicuntur nostra sunt, sed quæ spiritus gratia indulserit: sed ut auditores & segniores excitemus, & quantus sit scripturarum thesaurus, & quòd neq; liberum, neq; tutum eas prætercurrere persuadeamus. Si enim tenuis hæc, & compendiosa dictio, & quæ nihil necessarium multis habere uidetur, multarum causas diuitiarum, & disciplinæ profundissimæ occasiones nobis præbere uisa fuerit: multò magis illa quæ & ex se domesticam ostētant copiam, infinitis thesauris animaduertentes implebūr. Igitur nec illas quidem, quæ tenues esse putantur, scripturarum sententias prætermittamus. Nam & ipse de spiritus gratia sunt. Spiritus

C autem gratia nunquam parua est & uilis, sed magna & mirabilis, & dantis munificentia digna. Ne igitur otiosē audiamus, quoniam & metallorum terram excoquentes, postquàm in caminum ipsam iniecerint: non tantū auri massas tollunt, sed & paruas bracteolas multa cum sedulitate colligunt. Quoniam igitur & nos aurum Apostolicis haustum metallis excoquimus, non in fornacem iacientes, sed in animæ nostrę cogitationes immittentes: non flammam accendentes, sed ignem spiritus excitantes, & paruas micas cū diligentia colligamus. Si etenim breue uerbum, sed multa uirtus. Quoniam & gemmæ non in corporis tumore, sed naturæ pulchritudine pretium habent: sic & scripturarū lectio. Peregrina uerò doctrinę multas iactans nugas, & multa detinens auditores loquacitate, uacuis remittit manibus, nullum neque magnum, neque paruum lucratos emolumentum. Spiritus uerò gratia non huiusmodi, sed in contrarium tota, per modica uerba omnibus aduertētibus disciplinam affert. Et multis sæpe uerbum unū sufficit hinc excerpsisse, ut totius uitæ initium habeant. Postquā igitur tanta adest copia, nosipsos excitemus, & uigilimente quæ dicuntur, susciamus: ad magnam enim profunditatem sermonem dimittere paro. Multis.n. D etiam superflua, & superabundans esse hæc admonitio quodammodo uidetur, & talia dicunt uerba: Nō per seipsum poterat. Timotheus conijcere, qua re uti oporteret, uerū à præceptore discere expectat? Propterea præceptor non tantum imperauit, sed & literis inseruit, tanquam æreæ columnæ, datæ ad ipsum epistolæ agglutinans: nec erubuit huiusmodi palàm scripturæ mandare ad discipulum scribens. Vt igitur discas, quòd non tantum non est inanis admonitio, sed necessaria & utilissima fuit: & non Pauli est hoc, sed spiritus gratiæ: non tantū dictum assero, sed & literis insertum esse, & omnibus posteris per hanc epistolam traditum esse, ad ipsam mox probationem uenimus. Cum dictis autem & aliud nō minus quàm hoc, dubitant quidam intra se quærentes, qua de causa permisit deus uirum tantam habentem potestatē, ut eius ossa & reliquiæ dæmones expellerent, in tantam ægritudinem incidere? Non enim leuiter ægrotabat, sed continuè, sed alternis & iugibus infirmitatibus, nec minimum quidem ipsum respirare indulgentibus. Vnde hoc manifestum? ex ipsis Pauli uerbis. E Non enim dixit propter ægritudinē, sed propter multas ægritudines. Neq; simpliciter propter infirmitates: sed ipsarum cōtinuationem significans, dicebat: frequētes tuas infirmitates. Audiant qui modico traditi languori ægrè ferunt & indignantur. Non solùm autem hoc est quod quæritur, quòd cū esset sanctus ægrotabat, & sic continuè ægrotabat, sed etiā quòd communia mundi negotia ipsi erant credita. Si enim unus esset illorum, qui in montium uertices secesserunt, & in solitudine cellulas compegerūt, & otiosam huiusmodi uitam elegerunt, non esset tam dubium quod quæritur. In medium uerò prouectum, & tot ecclesiarum curas habētem creditas, & urbes totas, & gentes, & totum terrarum orbem tanta cū sedulitate & studio administrantem, infirmitatis necessitati traditum esse, hoc est quod maximè non animaduertentem omnino in stuporem agere potest. Et si enim, inquit, non propter se, saltem propter alios ipsam ualere oportebat. Imperator erat optimus: bellū ab eo gerebatur, nō contra infideles tātum, sed & cōtra dæmones, & cōtra ipsum diabolum. Multa cū ue F hementia hostes oēs imminebant, dissipantes exercitum, & in captiuitatem trahentes. Hic uerò infinitos ad ueritatem ducere poterat, & ægrotabat. Si enim, inquit, nullum propterea damnū ex imbecillitate rebus inferebatur, hoc solum fideles pigriores, & torpidiores reddere poterat. Nam si milites ducem suū lecto detentum cernentes, segniores fiunt, & ad pugnā tardiores: multò magis par erat, & fidelem præceptorem tot signa operatum intuentes, continuè ægrotātem, & corporis morbo laborantem, humanū quiddam esse perpessos. Nec uerò hæc tantū, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt, qua de causa rursum neq; seipsum, neq; ipsius præceptor ita confectum curauit: sed mortuos quidem suscitabant, & dæmones expellebant, & mortē facilè uincebant, corpus uerò ægrotum non instaurabant. Et qui in alienis corporibus etiam mortuis tantam exhibuere uirtutē, stomachum lapsum nō releuabant: & quod maius est, non ueretur, nec erubescit Paulus post tot, & talia signa, q̄ uel nudo præstitit uerbo, Timotheo scribere, ut ab aquæ potu confugiat ad uini medelam. Nō quòd uinum bibere turpe sit: Absit (hæc sunt enim hęretico-

G rum præcepta) sed quòd dedecus esse non putaret, nõ posse absq; illius auxilio unum laborans membrũ erigere. Verũ enimuero tantum abfuit, ut de hoc erubesceret, quod & omnibus posteris hoc fecit manifestũ. Videtis in quantam sermonẽ egimus profunditatẽ: quomodo quod paruũ esse uidetur, innumeris quæstionibus scaturit? Eia igitur & solutionẽ afferamus. Idcirco enim ad imum descendimus multum, ut mẽtem nostram excitantes, in tuto sensus collocemus. Concedatis aũt mihi, quẽso, priusquam his quæstionibus solutionem afferam, aliquid de Timothei uirtute, & Pauli cura dicere. Quid enim illo fuit amãtius, qui tanto absens interuallo, & tot circunuentus negotijs pro stomachi sanitate discipuli tantam prouidentiam gerebat, & cum sedulitate de morbi correctione scribebat? Timothei uerò uirtuti quid æquale? Sic delicias aspernabatur, & lautam mensam deridebat: ut in morbũ ex uictus asperitate, & nimio caderet ieiunio. Quòd enim natura talis non esset: sed ieiunio & aquę potu stomachi uim prostrasset, ipsum Paulum diligenter hoc manifestantem audite. Nõ. n.
H simpliciter dixit, Vino modico utere: sed cũ prius dixisset, Noli adhuc aquã bibere, tunc bibendi uini con
1. Tim. 5. d silium attulit. Noli adhuc, uerbũ autem est significantis, quòd eousq; aquam bibebat, & propterea imbecillis factus est. Quis non admiretur ipsius disciplinã & diligentiam? ipsos attigerat cœlos, uirtutis cursum consummauerat. Et hęc ipsi præceptor attestatur, sic
1. Co. 4. d dicens: Misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino. (Quando aũt Paulus ipsum uocat filium, & filium dilectum & fidelem, hæc uerba oẽm ipsius uirtutem demonstrare sufficiunt. Sanctorum enim iudicia non ad gratiam, neq; ad inimicitiam fiũt, sed ab omni sunt dubitatione libera.) Nõ fuisset tam beatus Timotheus, si Pauli filius à natura fuisset, q̃ nunc est admirabilis: quoniam secundũ carnem nihil ad ipsum attinens, per cognationẽ, quæ est secundum religionem, in ipsius se adoptionẽ induxit, cũ sedulitate disciplinæ illius characteres in omnibus seruãs. Sicut enim uitulus tauro cõiugatus, sic iugum cum illo trahebat ubique terrarum, & nihilo propter ætatem deficiebat, sed studium ut cum præ
1 ceptoris laboribus contenderet, præstabat. Et horũ
Ibid. 16. b testis rursus ipse Paulus, sic dicens: Nemo ipsum contemnat: opus enim domini operatur sicut & ego. Vidisti quàm incommutatum studium ipsi attestatur? Mox ne hęc ad gratiam dicere uideatur, ipsos audito
Phil. 2. c res filij uirtutis testes facit, sic inquiens: Probationẽ autem ipsius nostis, quòd tanquã patri filius, sic mecum seruiuit in euangelio: experientiam uos cepistis uirtutis ipsius, & probatæ animę. Veruntamen cũ ad tantam officiorum altitudinem ascendisset, neq; sic confidebat: sed in certamine erat, & in timore, ideoq; cum instantia ieiunabat, neq; illud passus est qđ multi, qui decem tantum uel uiginti menses ieiunio se tradentes, repentè omnia dissoluunt. Sed ille nihil tale passus est, neq; tale quippiam itra seipsum dixit. Quid mihi deinceps opus est ieiunio? Victor euasi, cupiditates superaui, corpus meum mortificaui, dęmones terrui, diabolum depuli, mortuos resuscitaui, leprosos mũdaui, contrarijs potestatibus terribilis sum. Quid mihi amplius ieiunium, & ulterior cautela? Nihil tale dixit, aut cogitauit: sed quanto magis innumeris affluebat meritis tanto magis timebat & tremebat. Et hanc à præceptore disciplinam discebat: etenim ille in tertium raptus cœlum, & in paradisum delatus, & K
audiens ineffabilia uerba, & mysteriorum factus talium particeps, cũ orbem totum percurrisset, tanquã alis quibusdam fultus, ad Corinthios scribens, dicebat: Vereor ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus sim. Si uerò Paulus post talia, & tot officia timet, 1. Co. 9. Gala. 6.
qui dicere potuit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: multò magis nos timere oportet, & tãto magis, quanto maiora fuerimus beneficia cõsecuti. Tũc enim diabolus sæuior efficitur, tunc magis efferatur, cũ uiderit nos cum diligentia uitam nostram disponentes, cũ uiderit uirtutis onera cõposita, & magnos aceruos, tunc grauius inferre naufragium studet. Vilis enim & abiectus etiam si supplantatus fuerit, & ceciderit, non tantum communi uitæ cladis infert: in alta uerò quadam tanq̃ uirtutis specula, cum multa claritate constitutus, & qui omnibus manifestus & cognitus sit, & ab omnib⁹ admirationi habeatur, quando tentatus ceciderit, magnam ruinam & iacturam facit. Non tantũ, quoniam ex alto cecidit, sed quoniã & alijs multis scandali materia est in ipsum respicientibus. Et sicut in corpore, alio quidem membro corru L
pto, non magnum est damnum: oculis uerò lęsis, uel capite contrito, totum corpus inutile redditur: sic & in sanctis, & magna emeritis dicendum est. Quando illi extincti fuerint, cũ maculam quampiam admiserint, totum & reliquum corpus intolerabile detrimẽtum patitur. Hæc igitur omnia nota habens Timotheus, undique se muniebat. Sciebat quòd difficilis res est iuuenta, quòd iactabilis, fallibilis, labilis est, & uehementioris indiget fræni: pyra enim quædam est exteriora apprehẽdens omnia, facileq; ac celeriter succẽdens. Idcirco ipsam undiq; obstruebat, ut correpta remaneret, & huius flammam omni modo extingue re studebat: & equum effrænem, & uix habenis parẽtem, multa cum uehemẽtia angebat, donec ipsius lasciuias circuncideret, donec obedientem redderet, & traderet magna cum potestate rationis ipsum ducentis imperio. Infirmetur, inquit, corpus, & non infirmetur animus: refrænetur caro, & animæ ad cœlum cursus non impediatur. Ad hæc aũt & illud mximè quisque in ipso mirari posset, quòd tantũ debilitatus, & M
tanta cum ægritudine luctans, dei negotia non negligebat, sed amplius q̃ ualentes, & corpore uigentes huiusmodi solo cum præceptore apparens omnibus in certaminibus, & alternis periculis cum ipso communicabat. Nec animi sapientiam redarguit corporis imbecillitas, tantum ualet in deum zelus, tam leues efficit alas. Sicut enim corpora habẽtibus pinguia & ualida, nullum erit ualetudinis emolumentũ, si animus deiectus fuerit, & ẽgnis, & degener: sic & confectis nullum erit ex imbecillitate nocumentum, si animus generosus & expergefactus fuerit. Videtur autẽ quibusdam hæc admonitio & consilium, liberioris uini potus potestatem indulgere. Sed non ita est. Cæterũ siquis dictionem hanc diligenter exquirat ieiunij magis est admonitio. Cogita enim quomodo nõ à principio, neq; ab exordijs hoc consilium Paulus dederit, sed postquam uidit omnem uirtutem deiectam tũc consuluit: neque hoc simpliciter, sed cum prædefinitione quadam: non enim simpliciter dixit, uino utere: sed, uino modico, non quod hac admonitione & cõsilio Timotheus egerer, sed quod nos indigemus. Idcirco ad illum scribens, nobis bibendi uini mensuram & terminos statuit, tantũ bibere iubens, quantum

A tùm ualetudinem adiuuet, quantũ corpori sanitatẽ præbeat, & non alterũ morbum. nõ pauciores enim, q̃ continuatus aquæ potus, sed multò plures, & difficiliores animi & corporis morbos immodica uini parit potatio, passionũ bellum, absurdarum cogitationum hyemem inducens, & corporis uim molliorem & solubiliorem efficiens. Non enim ita terræ natura uexata aquarum superabundantia continuè dissoluitur, ut corporis uis mollescit, & diffluit, & exilis redditur uini potu continuo ingurgitata. Fugiamus igitur utrinq; intemperantiam, & corporis ualetudinẽ curemus, & ipsius lasciuias recidamus. Vinum
Ps. 103. d enim à deo datum est, nõ ut inebriemur, sed ut sobrij simus: ut delectemur, nõ ut doleamus. Vinũ enim lętificat, inquit Dauid, cor hominis: tu uerò ipsum tristitię materiam facis, Et enim animo grauato sunt supra modum ebrij, tenebris multis mente diffusis. Medicina optima est, quando cõmensurationem habet optimam. Hic omnibus locus, & cõtra hęreticos utilis est dei creaturã accusantes: si enim de uetitis esset, non permisisset Paulus, non uino utendum dixisset. Non solũ autem contra hęreticos, sed & contra fratrum nostrorũ simpliciores, qui postquã aliquos pręB ebrietate se deturpãtes uiderint, illos uituperare omittentes, fructũ à deo datum calumniantur, dicentes, Non sit uinum ipsis itaq; dicamus, Non sit ebrietas. Vinum enim dei, ebrietas autẽ diaboli opus est: non uinum ebrietatem facit, ne dei creaturã accuses, sed conserui insaniam argue. Tu uerò peccantem punire & corrigere omittens benefactorem afficis contumelia? Cũ igitur quosdam hæc dicentes audierimus, ob mutescere faciamus. Non enim usus, sed immodestia ebrietatem facit: ebrietatem, inquam, malorum omnium radicem. Vinum datum est, ut corporis imbecillitatem corroboret, non ut animi sanitatem exterminet. Noli igitur immoderatè dei munere utẽs, stultis & impudentioribus hominibus occasiones præbere. Quid enim ebrietate miserabilius? Mortuus est animatus, ebrius, dæmon est uolũtarius: morbus uehiam nõ habens, ruina excusatione carens, cõe generis nostri opprobrium. Non. n. in conuentibus tantũ inutilis ebrius, aut in priuatis & publicis negotijs, sed etiam solo est aspectu omnium grauissimus, fœtores exhalans teterrimos: eructationes, & oscitationes, & uoces ebriorũ insuaues atq; molestę, eos qui spectãt, & simul sunt, extremæ abominationis implent. Et qđ malorum caput est, cœlum ebrijs inuisum hic morb⁹ efficit, nec æterna bona assequi permittit, sed post uitæ huius opprobrium, & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna. Hanc igitur improbã consuetudinem recidamus, & Paulum audiamus dicentẽ: Vi-
1. Tim. 5. d nõ modico utere. Etenim ipsum modicũ propter infirmitatẽ permisit, quòd nisi ibecillitas uexasset, neq; modicum admittere discipulum coegisset. Necessariũ enim est nobis traditos cibos & potus temporibus & necessitatibus semper metiri, & nullatenus necessitatem excedere, neq; imprudenter & temerè quid facere oportet. Sed postquã Pauli curam, & Timothei uirtutem didicimus, eia deinceps ad ipsam quæstionum solutionem ducatur oratio. Quæ igitur sint, q̃ quæruntur, iterum dicere necessarium est, ut solutio manifestior efficiatur. Qua de causa sanctum talem, tractantem negotia in morbum deus incidere permifit, & neq; ipse, neq; præceptor ægritudinẽ curare potuerunt, sed bibendi uini auxilio opus habuerũt? Et quæsita quidem hæc erant. Oportet autem ipsam D
inferre solutionem, ut non tantũ qui in morbum & ægritudiuem talem, sed & quicunq; in pauperiem inciderunt, & pestem, & uincula, & tormenta, tentationes, & calumnias, omnia præsentis uitę incommoda, sancti & magni & admirabiles ex rebus hodie dicendis idoneam & manifestissimam in illis quoq; defensionem contrà accusare uolentes, inuenire possent. Multos etenim audiui talia quærentes: Quid tandem ille modestus & mansuetus homo ab alio quodã impio, & improbo per singulos dies trahitur, & innumeras patitur molestias, & deus permittit? Quare alter accusatus iniustè mortuus est? Ille submersus est, inquit, alius præcipitatus? Et multos possumus referre sanctos, & temporibus nostris & maiorum nostrorum, qui multas sustinuerunt tribulationes differentes, & uarias. Vt igitur horum omnium rationem uideamus, & neq; ipsi tumultuemur, neq; alios scandalizatos negligamus, nunc diligenter dicendis intendamus. Variæ enim & omnimodæ sanctorum afflictionis causas numero octo charitati uestræ dicere possum. Idcirco omnes uos ipsos cum diligentia colligi- E
te, scientes quòd nulla deinceps nobis uenia & excusatio dabitur, si de contingentibus scandalizemur: quippe qui, cũ sint multæ occasiones, tanq̃ nulla fit, ita tumultuabimur & perturbabimur. Itaq; prima q- *Rationes octo, quare deus permittat sanctos affligi.*
dem est, quòd cũ facilè in arrogantiam propter meritorum magnitudinem & miraculorum tollantur, ipsos sinit affligi. Secunda, ne cæteri maiorem habeant de ipsis opinionem, q̃ humana patitur natura, & ipsos deos, non autem homines esse arbitrẽtur. Tertia, ut & dei uirtus appareat per ægrotantes, & compeditos exuperans, & prædicationem augens. Quarta, ut ipsorum illorum patientia manifesta fiat, nõ propter mercedem deo seruientium, sed & tantam exhibentium gratitudinem, ut & post tot mala syncera in ipsis beneuolentia ostẽdatur. Quinta, ut de resurrectione cogitemus: cũ enim uirum iustum, & multa plenũ uirtute innumera passum mala, & sic hinc digressum uideris, oportet ex hoc omnino aliquid de illo iudicio cogitare. Si enim homines pro se laborantes sine præmijs & retributione migrare non permittit: multò magis eos, qui tantũ laborauerũt, nunquam incoF ronatos remanere deus decerneret. Si autem ipsos laborum suorum retributione priuare non elegit, omnino necesse est quoddam aliud tẽpus esse post præsentium, finem, per quod præsentis uitæ laborum retributiones reciperent. Sexta, ut omnes in grauia incidentes, sufficientem consolationem & mitigationẽ habeant, in eos respicientes, & malorũ quæ ipsis accidere recordantes. Septima, nequando exhortamur uos ad illorum uirtutem, & cuique dicimus, imitare Paulum, imitare Petrũ, propter gestorũ excessum alterius ipsos naturæ participes fuisse cogitantes, ad imitationem torpeatis. Octaua, ut quãdo beatos uel miseros cẽsere oportet, discamus quos quidem beatos, quos autẽ miseros & ærumnosos putare debeamus. Igitur hæ quidem sunt causæ: sed oportet eas omnes ex scripturis confirmare, & diligenter demonstrare, quòd omnia dicta non humanarum rationum adinuentio, sed diuinarum scripturarum est sententia. Sic enim & oratio erit nobis fide dignior, & melius animis nostris insidebit. Quòd tribulatio quidem conferat hoc sanctis, ut moderentur, & humilientur, nec inflentur ex gestis & signis, & propter hoc ipsam eue-

Gnire deus permittat, prophetam Dauid & Paulum ea
Psa. 118.i dem dicentes, audiamus. Nempe ille quidē dicit: Bonum mihi domine, quia humiliasti me: hic aūt præfa
2. Co. 12. tus, Raptus sum in paradisum, subintulit dicens: & ne
b reuelationum magnitudo extollat me, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ. Quid hoc aper-
tius? ne extollar, inquit, propter hoc permisit deus an
gelos satanæ colaphizare me. Angelos aūt satanę, nō
dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo mini-
strantes, infideles, tyrannos, gentiles, qui continuè ip
sum tribulabant, & semper insequebantur. Quod au
tem dicit, hmōi est: Poterat, inquit, deus cōtinere per-
secutiones & tribulationes assiduas: sed quoniā in ter
tium raptus fui cœlum, & in paradisum delatus, ne
harum magnitudine reuelationū extollar, & altum
sapiam, permisit persecutiones has, & angelos satanæ
per persecutiones & tribulationes me colaphizare, ne
extollar: quoniam igitur sancti, & admirabiles Pau-
lus & Petrus, & oēs quicunq; tales, qualescunq; sunt,
tamen homines sunt: & multæ cautionis, ne facilè ex
tollantur, indigent, & maximè omnium sancti. nihil
H enim sic in arrogantiam extollere consueuit, ut offi-
ciorum conscientia, & anima cū libertate uiuens. Ne-
quid igitur tale illi patiantur, tentationes & tribulatio
nes esse cōcesit, quæ possent ipsos corripere & per-
suadere, ut in omnibus moderatè agerent. Quòd au
tem ad demonstrandam dei uirtutem hoc magnope
re conferat, & hoc ab eodem Apostolo disce, q prius
hoc dixerat. Ne enim dicas, quòd infideles putant,
Deum talia permittentem debilem esse, nec suos peri
culis eripere posse, quòd ipsos affligi continuè conce
dat. Hocq; considera, qūo per hæc demōstrauit Pau-
lus, quòd non tantū quæ fierent, ipsius imbecillitatē
2. Co. 12. b non arguerent, sed amplius potentiā omnibus osten
tarent. Cū enim dixisset: Datus est mihi stimulus car-
nis, angelus satanæ qui me colaphizet: & continuas
propterea tentationes demonstrasset, intulit: Propter
quod ter dominum rogaui, ut à me discederet, & di-
xit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam uirtus mea in in-
firmitate perficitur. Tunc mea, inquit, potētia demō
stratur, quando uos in imbecillitate estis, & per uos
qui uidemini esse debiles, prædicationis uerbum au-
I getur, & ubiq; dispergitur. Quādo igitur in carcerem,
innumeris susceptis uerberibus deductus fuit, carce-
Actor. 16. c ris custodem uinxit. In ligno erant pedes, in catenis
manus, & carcer sub mediam noctem quatiebatur,
ipsis deum laudantibus. Cernis qūo ipsius uirtus in
infirmitate perficiebatur? Si fuisset solutus Paulus, &
illud habitaculum concussisset, non fuisset tam mirā-
dum, quod fiebat: idcirco inquit, Remane uinctus,
& cōmoueantur parietes undiq;, & soluantur compe
diti, ut magis uirtus mea euidens sit, dum per te con-
strictum, & colligatum omnes uincti soluuntur. Hoc
ipsum igitur & carceris custodem nūc perculit, quòd
cū tanta teneretur necessitate, per orationem solam
potuit fundamenta quidem quassare, fores uerò car-
ceris aperire, & oēs uinctos soluere. Non hic autē so-
lùm, sed etiā in Petro, & in ipso Paulo, & in alijs quoq;
apostolis uidere quispiam posset hoc iugiter euenire,
& in persecutionibus dei gratiam efflorentem & ap-
parentem in tribulationibus, & sic uirtutem suam p-
dicantem. Idcirco dicebat, Sufficit tibi gratia mea:
uirtus enim mea in infirmitate perficitur. Quòd autē
& humana natura maiora multi sæpius de ipsis suspi
caturi erāt, nisi talia patientes uidissent, audi quomo-
do timuit Paulus. Nam & si uoluero, inquit, gloriari, K
non ero insipiens: parco aūt, nequis me existimet su- 2. Cor.
pra id quod uidet in me, aut audit aliqd ex me. Quid
aūt est quod dicit? poteram, inquit, multò maiora di
cere miracula, sed nolo, ne forte signorum magnitu-
do maiorem de me hominibus suspicionē inducat.
Propterea & Petrus postquā claudum erexit, & om-
nes ipsum admirabantur, seipsum corripiens & per- Actor. 3.
suadēs, quòd nihil à seipso, & de proprio exhibuerat,
dicit: Quid nos intuemini tanquam propria uirtute, Ibid. 14.
uel potestate fecerimus hunc ambulare? Et rursus in
Lystris non solū erant obstupefacti, sed & tauros co-
ronatos duxerūt, & Paulo & Bernabæ immolare ag-
grediebantur. Vide diaboli malitiam. Per quos domi
nus ex mundo impietatem expurgare studebat, per
hos ipsam ille inducere curabat, rursum persuadens
deos homines esse putare: quod & prioribus fecit tē-
poribus. Et hoc maximè est, quod idololatriæ princi
pium, & radicem introduxit. Multi enim qui & bella
bene gesserant, & exerant trophæa, & urbes ædifica-
uerant, & alijs huiusmodi promeruerant sui tempo- L
ris homines, dij à multis existimati sunt, & templis &
aris honorati. Et omnis gentilium deorū numerus ex
his omnibus constatus est. Ne hoc & in sanctis fieret,
permisit ipsos deus cōtinuè pelli, flagellari, in uarios
incidere morbos: ut nimia corporis ibecillitas, & ten
tationum turba præsentibus persuaderet, quòd ho-
mines erant talia edentes miracula, nihilq; de suo af-
ferebāt, sed nuda gratia per illos omnia operabatur.
Si enim parua & uilia operatos, deos putauerūt: mul
tò magis si nihil passi fuissent humanū, hos suspicati
fuissent, qui talia fecerunt, qualia nemo unquā neq;
uidit, neq; audiuit. Si enim cū ipsi flagellarentur, præ
cipitarētur, ligarentur, pellerentur, periclitarētur quo-
tidie, tamen in hanc impiam opinionem quidam ce-
ciderūt: multò magis si nihil humanū passi fuissent,
huiusmodi fuissent existimati. Igitur hæc quidem ter
tia afflictionis causa. Quarta uerò, ne sancti propter
præsentis felicitatis spem deum colere putentur. Ete-
nim multi in lasciuia uiuentium à multis sæpius accu
sati, & ad uirtutis uocati labores, & sanctos in hilari
molestiarum tolerantia laudari audientes, ex his ip- M
sos accusare aggrediuntur, & nō homines tantū, sed
& ipse diabolus hoc ipsum suspicatus est. Quoniam
enim multis erat circūdatus diuitijs Iob, & multa po-
tiebatur opulentia, exprobratus à deo per ipsum ma
lignus ille dæmon, cū nihil haberet quod diceret, ne-
que quo de suis excusaretur criminibus, neq; quod iu
sti uirtutibus impingeret, ad hanc statim confugit de Iob. 1. b
fensionem, dicens: Nunquid gratis Iob colit te? circū-
uallasti interiora, & exteriora eius: propter mercedē,
inquit, ille uirtutem sequitur tanta fruens opulentia.
Quid igitur fecit dominus? uolens demōstrare, quòd
non ipsum sancti colūt propter mercedem, omnem
ipsius substantiam abstulit, & paupertati tradidit, &
in grauem morbū incidere permisit. Mox illū redar- Ibid. 2. b
guens, tāquam temerè talia suspicatū, inquit, Adhuc
innocentiam reticet: tu uerò cōmouisti me, ut frustra
ipsius substantiam perderem. Sanctis enim hoc in re
munerationem & retributionem sufficit, deum uene
rari: quoniam & amanti hoc in retributionem suffi-
cit se amantem amare: & nihil amplius requirit, nec
quippiā hoc maius esse putat. Si uerò i homine hoc,
multò magis in deo: qd quidem & deus demōstrare
uolens, plura quā diabolus petijt, concesit. Ille enim

A inquit: Mitte manum tuam, & tange ipsum: deus aūt
Iob. 2. d non ita. Sed tibi ipsum, inquit, trado: quemadmodū
enim in exterioribus certaminibus corpore uigētes,
& bonæ habitudinis athletæ, non sic apparent, cùm
uestimentum undiq; oleo madidum fuerint induti,
sed quando illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc
maximè spectatores membrorum proportione peni
tus obstupefaciūt, cū nihil ipsam amplius obumbra-
re possit. Sic & Iob, quando omnibus quidem illis di
uitijs circunfusus erat, quis esset, non multis manife-
stus erat: postquā uerò ipsas, uelut uestimentum exu
tus athleta abiecit, & ad pietatis certamina nudus in
trauit: sic spoliatus spectatores omnes perculit, ut &
ipse angelorum dominus super animi eius tolerantia
uehementer acclamaret, & uictori illi applauderet.
Quod enim superius iam dixi, non hominibus appa-
rebat illis omnibus diuitijs circūamictus, sicut quan-
do proiecto ipso pallio nudus exilijt in medio orbe
tanquam theatro. Et omnes bonam ipsius animi ha
bitudinem admirati sunt: non solū autem ex rerum
B ablatione demonstrabatur, sed etiam ex patientiæ lu
cta circa ægritudinem. Sicut nanq; prædixi, nō ipsum
percusit deus, ne rursum diabolus diceret: pepercis-
ti, & non tantam, quantam oportebat intulisti tenta
tionem: sed ipsi tradidit diabolo, & gregum perditio
nem, & carnis potestatem. Confido de certatore, in-
quit, idcirco non prohibeo ipsi quæcunq; uelis infer-
re certamina. Sed quemadmodum spectati palæstri-
tæ, & arte & corporis robore fidentes, non recti ad-
uersarijs (ut plurimum) congrediuntur, neq; de pari,
sed ipsos illis medios apprehendendos præbēt, ut il-
lustriorem uictoriam faciant: sic & deus medium tra
didit sanctum diabolo apprehendēdum, ut cū ipsius
tantam conflictus prærogatiuam superaujt, soloque
prostrauerit, clarior corona reddatur. Aurum est pro
batum: quomodo uis proba, in ipso maculam non
Mat. 5. a inuenies. Non aliorum uerò nobis tantū fortitudinē
demonstrat, sed & aliam magnam affert] consolatio-
nem. Quid enim inquit Christus? Beati eritis, cū male
dixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & di
xerint omne malum aduersum uos mentientes pro-
pter me. Gaudete & exultate, quoniā merces uestra
C magna est in cœlis. sic enim persecuti sunt prophetas,
1. Thess. 4. qui fuerunt ante uos. Et rursum Paulus Macedonas
2. c consolari uolens: Vos enim, inquit, imitatores facti
estis fratres ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa: quo-
niam eadem passi estis à contribulibus uestris quem
Heb. 11. g admodum & illi à Iudæis. Et Hebræos rursum ita cō
solatur, recensens iustos omnes in fornacibus, in lacu
bus, in solitudinibus, in montibus, in speluncis, in fa-
me, in angustia degētes: molestiarum enim commu-
nicatio quandam sapsis affert consolationem. Quòd
autem & de resurrectione quoq; hoc ipsum cogita-
1. Co. 15. d tiones inducit, audi eundem Paulum dicentem: Si se-
cundum hominem cum feris pugnaui Ephesi, quid
Ibidem. c mihi prodest, si mortui non resurgunt? Et iterum: Si
in hac uita tantùm in Christo sperantes sumus, mise-
rabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera pa
timur mala in præsenti uita, inquit: si igitur non spera
tur altera uita, quid nobis esse possit miserabilius? Vn
de manifestum est, quòd non solæ miseriæ nobis in
præsenti suppetiissent. Et hoc clarum ex tentationi-
bus efficitur: nunquam enim deus pateretur tot & ta
lia passos mala, & præsentem uitam omnem in tenta
tionibus & infinitis degentes periculis, multò maio-
ribus non remunerari muneribus. Si uerò non pate- D
retur, certum quòd meliorem quampiam parauit al-
teram uitam, in qua pietatis pugiles coronare, & lau-
dare toto debet orbe spectāte. Itaq; cùm uideris iustū
angustiari, affligi imbecillitate, pauperie, & innume-
ris alijs ærumnis præsentem uitam transire, dic intra
teipsum: quòd nisi resurrectio esset & iudicium, nun-
quam deus tanta propter se mala passum, nullo po-
titum bono hinc migrare permisisset. Vnde patet,
quòd alteram ipsis uitam præsenti iucundiorem, &
multò meliorem parat: nisi enim hoc esset, impro-
bos quidem multos per hanc uitam gaudere, iusto-
rum uerò multos in plurimis ærumnis nunquam di-
misisset: sed quoniam præparatum est seculum aliud,
in quo secundum meritum, huic quidem improbita-
tis, huic uerò uirtutis præmia reddere debet: propte-
rea tolerat, hunc quidē affligi, illum uerò delicijs in-
dies diffluere. Verùm & aliam ex scripturis causam
adstruere conabor. Qualis uerò hæc est? nec dica-
tis nos in eandem uirtutem non esse uocatos: quo-
niam illi alterius naturæ participes essent, qua non
erant homines. Idcirco quidam de magno loquens E
Helia, sic inquit: Helias homo erat in passionibus si- Iacob. 5. d
milis nobis. Vides quòd à passionum communione
demonstrat ipsum hominem esse secundum nos? Et
iterum: Etenim ego homo sum in patiendo uobis si-
milis. Et hoc naturæ communionem spondet. Vt au Sap. 7. a
tem discas, quòd & hic quos oporteat putare beatos
nos docet, inde clarum est, quòd quando audieris
Paulum dicentem, Vsque ad præsentem horā & esu-
rimus, & sitimus, & nudi degimus, & colaphiza- 1. Cor. 4. c
mur, & inquietamur, & laboramus: &, Quem di-
ligit dominus, castigat: flagellat autem omnem fi-
lium, quem suscipit: certum est quòd non remissio- Heb. 12. b
ne fruentes, sed propter deum angustiatos & contri-
tos laudemus, & beatos censeamus in uirtute uiuen-
tes, pietatisq; curam gerentes. Sic & propheta dicit:
Dextera eorum dextera iniquitatis, filiæ eorum com-
positæ, circumornatæ ut similitudo templi. Prom- Psa. 143. b
ptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Et
oues eorum fœtuosæ abundantes in gressibus suis,
boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque
transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum di
xerunt populum cui hæc sunt. Tu uerò quid dicis? F
Beatus, inquit, populus, cuius dominus deus eius.
Non pecunijs affluentem, sed pietate gloriantē: hunc
ego beatum puto, inquit, & si innumera patitur ma-
la. Si uerò oportet & nonam dicere causam, illud di-
cere possemus, quòd spectabiliores tribulatio facit
tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur, pa
tientia uerò probationem: probatio autem spem, Rom. 5. a
spes uerò non confundit. Vides quòd ex tribulatio-
ne probatio futurorum spem nobis affert, & in ten-
tationibus manere, de futuris bene sperare facit? Ita-
que non temerè dicebam, quòd hæ tribulationes re-
surrectionis spem nobis designant, & uexatos melio
res efficiunt. Quemadmodum enim, inquit, in forna Eccle. 2. a
ce aurum examinatur, sic & homo acceptus in humi
liationis camino. Possumus & decimam dicere cau-
sam. Qualem uerò hanc? quam & iam sæpius dixi
superius, quòd si aliquas habeamus maculas, & hic
eas deponimus. Et hoc patriarcha declarans ad di-
uitem dicebat: quoniam Lazarus recepit sua mala,
unde consolationem accipit. Et ad hanc aliam rur- Luc. 16. f
sum inueniemus. Qualem uerò hanc? ut coronæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& præmia nobis augeantur: quantum enim tribulationes intenduntur, tantùm & retributiones ampliabuntur, imò uero & multo plus. Non enim condignę sunt passiones præsentis tęporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tot igitur causas habentes de sanctorum afflictione dicendas, ne in tentationibus indignemur, neq; anguſtiemur, neque tumultuemur: sed & ipsi nostros instruamus animos, & alios hæc doceamus. Et si uideris hominem in uirtute uiuentem, philosophiam sectātem, placentem deo, postea innumera patientem mala, ne scandalizeris dilecte. Et si uideris aliquem spiritualibus uacantē operibus, & aliquid utile expediturum, postea supplantatum: ne tumultueris. Etenim noui multos sæpius talia quærentes. Ille, inquiunt, ad templum peregrinatus est, pauperibus pecunias perferens, & in naufragium incidit, & amisit omnia. Alter rursum idem faciēs, in latrones incidit, & uix animam suam saluauit, nudus inde discedens. Quid igitur dicemus? quòd horum nullo tristari oportet. Et si enim naufragium fecit, sed & habet iustitiæ fructum appensum: sua enim omnia impleuit, collegit pecunias. depositi, cū recepisset, abibat, peregrinationem attigerat: naufragiū uero de reliquo, non de ipsius fuit sententia. Sed quare hoc deus concesit? ut hunc spectatum exhiberet. Sed pauperes, inquit, priuati sunt pecunijs. Nō tantam tu pauperum prouidentiā habes, quantam qui fecit eos deus: etsi enim his priuasi sunt, tamen aliunde potest maiorem copiæ occasionem ipsis præbere. Ne igitur gestorum rationes repetentes ipsum reprehēdamus, sed in omnibus glorificemus: non enim imprudenter & temerè talia sæpe fieri permittit. Sed cùm ex his pecunijs consolationem habituros non despiciat, sed ipsis aliam pro his alimenti occasionem præbeat, etiam naufragium passum probatiorem efficit, maioremq; ipsi parat mercedem: multo enim maius est, quā eleemosynam dare, quòd talibus obrutus negotijs deo gratias agat. Non enim tantū quæ per eleemosynam damus, sed & ea, quibus ab alijs spoliari fortiter ferimus, multum nobis fructū afferunt. Et ut discas hoc illo maius esse ex his quæ Iob cōtigerunt, hoc faciam manifestum. Ille quando pecunias possedit, aperuit domum pauperibus, & omnia quæ habebat elargiebatur: non erat tam illustris, quando pauperibus domum aperuit, q̄ cùm ipsam cecidisse audiens, nō iniquè tulit. Non erat tam illustris, quando ex ouiū tonsura nudos circūdedit, q̄ fuit clarus & spectatus, cùm audiens, quòd ignis cecidisset, & greges omnes consumpsisset, gratias egit. Tunc humanus fuerat, nunc fuit philosophus: tunc pauperum miserebatur, nunc deo gratias agebat. Nec intra se dixit, Quid tandem hoc est? Armenta consumpta sunt, quibus innum eri pauperes alebantur. Et si ego indignus eram hacrerum frui copia, saltem propter communicantes parcendum erat. Sed nihil horum neq; dixit, neque cogitauit. Norat enim deum omnia utiliter dispensantem. Et ut scias, quòd grauius postea uulnus intulit diabolo, cùm spoliatus gratias egit, quàm cùm possidens miserabatur, aduerte. Quando possidebat suspicionem quandam habuit diabolus, etsi falsam, habuit tamen unde diceret: num gratis deum colit Iob? Postquā uero omnia abstulit, & ipsum omnibus spoliauit, hic autem eandem in deū charitatem præstitit, tunc demum obstructum est os impudens, & nihil amplius quod diceret, habebat: nam splendidior quàm prius erat iustus ille uir. Omnibus enim priuatum generose & cum gratiarum actione ferre multò maius est, quàm in diuitijs degentem facere eleemosynam: sicut & in hoc contigit iusto. Tunc multa in cōseruos fuit benignitas, nunc magnus in dominum amor demonstrabatur. Hunc uero non temerè sermonem extendo: sed quoniā sæpius eleemosynas facientes quidam, uiduas alentes, omni substantia dispoliati sunt: alij facto quopiā incendio omnia amiserunt: alij naufragijs inciderunt: alij calumnijs, & talibus quibusuis tentationibus, post multas eleemosynas in extremam redacti sunt pauperiem, & infirmitatem, & ægritudinem: & à nemine ullum adepti sunt auxilium. Ne igitur dicamus, quod sæpe dictū, quòd nemo quicquam sciat sufficiunt omnia dicta talem expellere trepidationem: cùm ille nanq; tot faciens eleemosynas omnia perdiderit, si pro hac gratias egerit iactura, multò maiorem à deo beneuolentiam hauriet: nec duplum sicut Iob, sed centuplum, & uitam æternam recipiet. Si uero hic malū patitur, hoc ipsum maiorem illic thesaurum ipsi præbebit, quòd generosè omnia ferat: ad maiores enim ipsum ideo uocat exercitationes & luctas, & de copia in penuriā incidere deus permisit. Ignis ingruens sæpius substantiam tuam absumpsit, & totam domum populatus est? reminiscere eorum quæ Iob acciderunt. age gratias domino, qui prohibere potest, & non prohibuit: & tantam recipies mercedem, quantam si omnia illa in pauperum manus reposuisses. Sed pauperie degis, & fame, & infinitis periculis? Recordare Lazarum, cum inopia & orbitate & innumeris alijs pugnantem molestijs, & hæc post uirtutem tantam. Recordare apostolorum, qui & in fame, & in siti, & in nuditate degebant: prophetarum, iustorum: & omnes ipsos inuenies non de diuitibus, non de gaudētibus, sed de egentibus, tribulatis, & anguſtiatis esse. Hæc apud teipsum colligens, domino gratias age, quòd te huius fecit portionis: non exosus, sed & ualde diligens: quoniam & illos tot grauia pati non permisisset, nisi uehementer amasset, quoniā clariores ipsos per hæc mala reddebat. Nullum gratiarum actioni par bonum, quemadmodum blasphemia peius nihil. Ne admiremur, quòd spiritalibus instantes multa patiamur aduersa. Quemadmodum enim latrones, non ubi fœnum & paleæ & calamus, sed ubi aurum & argentum ibi fodiunt, & continuè uigilant: Sic & diabolus his maximè instat, qui spiritualia attingunt negocia. Ibi multæ insidiæ, ubi uirtus: illic inuidia, ubi misericordia. Sed est nobis telum maximum, quod oēs tales machinas repellere ualet, qui per hæc omnia deo gratias agit. Abel, die mihi, nōne de primitijs deum sacrificans, fraterna cecidit manu? Sed tamen deus concesit, non eum perosus qui se honorauit, sed ualde diligens: & præter speciosissimi illius sacrificii coronam, & alteram ipsi per martyrium præbens. Moses cuidam iniuriam affecto opitulari uoluit, & mori periditatus est, & patria excidit, ut sanctorum patientiam discas. Si.n. postq̄ nobis cauissemus, sic spiritualia attigissemus negocia, nihil magnum facere uisi essemus, tale securitatis pignus habentes: nunc uero hinc maximè admirabiles essent talia facientes, quòd & pericula, & damna, & mortes, & infinita præuidentes mala, tamen huiusmodi officijs non absistunt, neq; timorum expectationibus segniores facti sunt. Sicut igitur tres pueri dicebant: Est deus in cœlis

in cœlo potens eripere nos: & finaliter, Notum sit tibi rex, quòd dijs tuis non seruimus, & auream imaginem, quam erexisti, nō adoramus. Et tu igitur quādo quid boni secundum deum operari debes, multa prospice pericula, multa dāna, multas mortes, & ne abhorreas, neq; tumultueris accidentibus his. Fili, inqt, accedens ad seruitutem dei, præpara animam tuam ad tentationē. Nemo nempe pugnare decernēs, absq; uulneribus coronam reportare expectat. Et tu igitur cum diabolo totis uiribus pugnare aggrediens, ne uitam securā, & delicijs plenam sequaris. Non.n. hic tibi retributiones & promissiones, sed in futuro seculo omnia præclara deus promisit. Cū igitur uel ipse bonum feceris, & contraria receperis, uel alium hoc uideris patientē, gaude & lætare. Maioris.n. tibi retributionis materia est. Ne concidas, neq; soluas promptitudinem, neq; segnior fias: sed magis insta cum maiori alacritate. Quoniam & apostoli quando prædicabant, etsi flagellabantur, lapidabantur, carceres continuè habitabant, non solū post periculorum liberationem, sed & in ipsis periculis cū maiore promptitudine ueritatis præconiū enunciabant. Et est cernere Paulum in ipso carcere, in ipsis catenis instruentem, initiantem: & in foro rursum idem facientē, & in naufragio, & in tempestate, & in periculis innumeris. Et tu hos sanctos æmulare, & à bonis operibus, quotiescunq; incidas: & si millies interpellātem te diabolum uideris, nusquam absistas. Tu quidem pecunias perferens, fortè naufragium feciſti. Paulus autem omnibus pecunijs preciosius uerbum ferens, Romam abibat, & in naufragium incidit, & infinita subiit incommoda. Et hoc ipse manifestauit dicens: Sæpius uoluimus uenire ad uos, sed impediuit nos satanas: & deus permisit, ex superabundanti suam demonstrans uirtutem: & ostendens, quòd infinita faciente diabolo, & prohibente, nihil ex hoc prædicatio minuebatur, aut interrumpebatur. Idcirco in omnibus Paulus deo gratias agebat, sciens quòd probabiliorē per hæc se deus reddebat: & promptitudinis suæ uehementiā in omnibus exhibebat, impedimēto nullo interruptus: quoties igitur recedamus, toties spiritualia aggrediamur: neq; dicamus, quare deus impedimenta permisit? Propter hoc enim permisit, ut promptitudinem tuā multo magis demonstres, & multum amorem. Amantis enim maximè est, nunquam ab his quæ amato comptacēt absistere. Mollis enim & ignauus ex primo statim impetu concidet. Vehemens autem & excitatus, si & mullies interpelletur, tāto magis diuinis rebus instabit, quanto magis in seipso omnia implens repellitur in omnibus gratias agens. Hoc & nos faciamus. Magnus thesaurus gratiarum actio, magnæ diuitiæ, incōsumptum bonum, armatura fortis: sicut blasphemia ingruentem iacturam intendit iis, qui peierare solent, plura insuper perire facit. Perdidisti pecunias? Si gratias quidem egeris, animam lucratus es: & maiores nactus es diuitias, quia dei beneuolentiam hausisti amplius: si uero blasphemaueris, insup & salutem tuam amisisti: & quam habuisti animam, & hāc occidisti. Sed postquā de blasphemia nobis uerba nunc facta sunt, unam uos omnes petere uolo retributionem pro concione hac atque sermone: ut in ciuitate blasphemantes mihi castigetis: & si quempiam in biuio & foro deum blasphemantem audieris, accede, increpa: & si uerbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica. Et si ulli accusauerint, & si in carcerem traxerint, sequere: & si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit, dic cū libertate, quòd angelorum regem blasphemauit. Si enim regē terrę blasphemantes puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes. Cōmune crimen est, publica iniuria cuique licet accusare uolenti. Discant & Iudæi & gentiles, quòd ciuitatis saluatores sunt Christiani, & curatores, & prę sides, & magistri: & idem discant dissoluti, & peruersi, quòd & dei seruos ipsos timere oportet: ut & siquid tale loqui aliquando eligant, sese undique circūspiciant, & umbras timeant, anxiantes, ne fortè christianus audiens insilat, & uehementius puniat. Non audisti quid Ioannes fecerit? Tyrannum uidit hominem nuptiarum leges subuertentem, & cum fiducia in medio foro dicit: Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptijs temerarijs, neq; pro seruis contumelia affectis, sed pro furore in deum, æqualem castigare deposco. Ergo si tibi dixissem, reges uel iudices præuaricantes puni, uel corrige, non me insanire dixisses? Et quidem Ioannes hoc fecit. Ita non est supra id nos. Nunc uero saltem conseruum, uel æqualem corrige, & si mori opus sit, castigare fratrem ne torpeas. Martyrium tibi hoc est, quoniam & Ioannes martyr fuit. Non sacrificare iussus fuit, neque idolum adorare, sed pro sacris legibus temeratis caput deposuit. Et tu igitur pro ueritate usque ad mortem contende, & deus pugnabit pro te. Nec mihi illud dicas frigidum uerbum, quę uero mihi cura est? cum ipso commune habeo nihil. Cum diabolo solo commune nihil habeamus, cum omnibus autem hominibus multa habeamus communia. Eiusdem enim nobiscum naturæ participes sunt, eandem habitant terram, eisdémque aluntur nutrimentis, eundem habent dominum, easdem ceperunt leges, ad eadem nobiscum bona inuitantur. Ne igitur dicamus, quòd nihil amplius, uel commune cum ipsis habeamus. Satanica est ista uox, diabolica inhumanitas. Ne igitur hæc dicamus, sed congruā sibi tribus curam exhibeamus. Ego autem hoc cum omni polliceor diligentia, & uobis omnibus spondeo, quòd si uos omnes hic præsentes, ciuitatem habitantium salutem curare uolueritis, breui tota nobis corrigetur. Atqui non minima ciuitatis pars est hic, multitudine minima, sed pietate summa. Dispensemus salutem fratrum nostrorum. Sufficit unus homo fidei zelo succensus, totum corrigere populum. Cū uero non unus tantum, neque duo, uel tres: sed tanta sit multitudo, quæ negligentium curam possit attingere, non aliunde, sed per torporem uestrum, nō per impotentiam plures pereūt & labuntur. Valde enim absurdum, si pugnam quidem in foro uideamus, nō accedere, & pugnantes conciliare: quid uero dico pugnam? Cum asinum cecidisse uiderimus, omnes manu porrigere, & pariter erigere studemus: fratrū uero pereuntium curam habemus nullam. Asinus est blasphemus, animi pondus non ferens, cecidit: accede, excita & per uerba, & per facta, & per lenitatem & uehementiam, uaria sit medicina. Et si sic nostra dicto & illis ipsis correctionem admittentibus desiderabiles erimus, & amabiles: & qd omnibus maius est, repositis fruemur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo deo & pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtri cum sancto spiritu gloria, potestas, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, Antiochiæ in ecclesia dicta ueteri, habita in Theodosij magni imperatoris pij imaginum subuersione, & in dictum apostoli: Diuitibus huius seculi præcipe non sublimè sapere: & contra auaritiam.

Homilia secunda.

Vid dicam, aut quid loquar? Lachrymarum
q præsens tempus, non uerborum: luctuum, non sermonum: deprecationis, non concionis. Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile uulnus, tã uasta plaga, & omni medicamine maior, & superni indigens auxilij. Sic enim & Iob omnibus amissis in fimo sedebat, & audientes amici accesserunt, & ipsum procul conspicati discesserunt uestimenta, & sibi cinerem insperserunt, & uehementer ingemuere. Nunc hoc facere circunstantes omnes ciuitates oportebat, ad urbem nostram uenire, & quę ingruunt cum omni misericordia deflere. In stercore tunc sedebat, hæc in magno laqueo nunc considet. Sicut enim tunc diabolus in greges & armẽta, & omnem iusti substantiam tasiliit: sic nunc in omnem ciuitatem debacchatus est. Sed deus & tunc, & nunc permisit: tunc quidem, ut iustum clariorem redderet tentationem magnitudine: nunc uero ut nos modestiores tribulationis huius efficiat incursu. Date mihi, ut præsentia lugeam. Tacuimus dies septem, sicut & amici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hanc communem lugere calamitatem. Quis nobis inuidit charissimi? quis nobis zelatus est? Vnde tanta facta est mutatio? Nihil fuerat nostra ciuitate uenerabilius, nihil factum est miserabilius. Populus tam compositus & manfuetus, uelut equus manibus assuefactus, & domesticis semper accersentium manibus adueniẽs, repentè tantum nunc nobis resilijt, ut tot mala gesserit, quæ neque dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, non propter expectatæ comminationis magnitudinem, sed propter nimiam patratorum insaniam. Licet
I enim non irritaretur imperator, neq; irasceretur, neq; puniret & castigaret: quomodo, dic mihi, commissorum ignominiã feremus? Luctu interciditur mihi doctrinæ sermo, uix ualeo referare os, & labia aperire, linguam mouere, & emittere uerba. Sic tanquam frenum doloris tumor impedit linguam meam, & uerba corrumpit. Nihil ciuitate nostra prius erat beatius, nihil nunc factum est miserius. Quemadmodũ apes bombisantes alueare, sic forum per singulum diem habitantes circunuolabãt, & omnes de hac nos multitudine beatos uocabant. Sed ecce nunc hoc alueare solitarium redditum est: quemadmodũ enim apes illas fumus, sic has apes timor fugauit. Et qđ de Hierusalem propheta lugens dixit, hoc & nos ad prẽsens rempus dicemus: Facta est nobis ciuitas, ut terebinthus abiectis foliis, & tanquam hortus aquam nõ habẽs. Quemadmodum enim hortus deficiente irrigatione, foliis priuatas & fructibus, nudas arbores exhibet: sic & ciuitas nobis facta est. Superno enim ipsam destituente auxilio, solitaria remansit omnibus ferè habitatoribus nudata. Nihil patria dulcius, sed nunc nihil amarius factum est. Omnes terram quę se tulit, tanquam laqueum fugiunt, deserunt tanquam K barathrum, tanquam ab igne resiliunt. Et quemadmodum domo igne corr epta, non tantum dmum habitantes, sed & omnes proximi cum multa recipiunt festinatione, nudum corpus saluare studentes: sic & nunc regia ira tanquam pyra quędam supernè, ut ueniat expectata, priusquam per uiam transiẽs ad ipsos perueniat ignis, quilibet prius exire, & nudum corpus seruare festinat. Et ænigma nunc facta est miseria nostra, sine hostibus fuga, sine pugna transmigratio & captiuitas. Nõ uidimus barbaricum ignem, neque hostium uultus spectauimus, & ea quæ capti patimur. Nunc igitur omnes discunt calamitates nostras. Nostros enim exules suscipientes, ab illis ciuitatis flagellum discunt. Sed non super hoc confundor, nec erubesco. omnes intelligant ciuitatis pericula, ut matri condolentes communem ab omni terra ad deum uocem extollant, & unanimiter communem omnium matrem & altricem, & à cœlorum rege depoſcant. Prius concussa est urbs, nunc ipsæ habitatorum animæ quatiuntur. Tunc domorum fundamẽta quatiebantur, nunc ipsa cuiusque cordis ima L circũuoluuntur, & quotidie ante oculos nostros omnes mortem aspicimus, & in continuo uiuimus timore, & Cain pœnam sustinemus: olim carcerem habitãtibus miserabilius dispositi, & obsessione insitata quadam, & noua obsessi, & quãm cogitatum sit, grauiore. Etenim illi quidem ab hostibus hæc patientes, intra muros tantum concluduntur: nobis uero forum quoque inaccessabile, domo quisq; sua inclusus est. Et quemadmodum obsessis tutum nõ est muros transgredi, hostibus exterius circũsidentibus: sic neq; multis urbem habitantium tutum domo exire, nec in medio apparere, propter eos qui undique insontes uenantur, & ex medio rapiunt foro, & in iudicium, ut accidit inuenire, temerè trahunt. Propterea liberi cum seruis suis compediti intus sedent. Quis comprehensus fuit? quis abductus? quis punitus hodie? quomodo & qua ratione solicitè quærentes, & curiosè scisciţantes, à quibus talia securè discere possunt, & omni morte miserabiliorem degunt uitam, alienásque lamentari miserias quotidie coacti, & pro salute sua trementes, & mortuis nihil melius M habentes, quòd dudum timore mortui sint. Si quis uero qui extra timorem & angustiam hanc sit, in forum procedere uoluerit, tam tristi aspectu statim in domum suam retruditur, uix unũ forrè uel duos cernens inclinatos: & cum multa incedentes tristitia, ubi ante paucos dies fluminum cursus multitudo abscondebat sed nunc nobis omnes illi expulsi sunt. Et sicut ex arbusto consito multis passim excisis arboribus, ingratus redditur aspectus, tanquã capitis multa habẽtis caluitia: sic & urbis solum, hominibus ablatis, & paucis passim apparentibus ingratum nunc factum est, & multam cernẽtibus tristitiæ caliginem offundit: non tantum uero terra, sed & ipsa aeris natura, & ipse solatium radiorum circulus nunc mihi quodammodo mœrere, & obtusior lucere uidetur: non elementis naturã mutantibus, sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non ualentibus purè, neq; cum eadem uirtute radiorum lumen suscipere. Hoc est quod olim prophęta lugebat dicẽs: Occidet ipsis Sol in meridie, & obtenebrabitur dies. Hoc autem dicebat, non quòd planeta absconderetur, neq; quòd dies euanesceret: sed quòd mœrentes, neque

Esa.6.d

Iob.2.c

1.Tim.6.d

Amos.8

A in meridie propter doloris caliginem lucem cernere posſint: quod & nunc factum est, & quocunq; quis respexerit, siue in terram, siue in parietes, siue in urbis columnas, siue in proximos, noctem & obscuritatẽ profundam cernere uidetur: sic omnia multæ plena sunt tristitiæ. Silentium ubiq; horrore plenum, & solitudo, & desiderabilis ille multitudinis tumultus extinctus est. Et tanq̃ omnibus terram subeuntibus, ita nunc ciuitatem taciturnitas continet, & saxis omnes similes sunt: & tanq̃ quodam linguæ uinculo calamitate cohibiti profundissimũ retinent silentium, quantum, si hostes ingruissent, & omnes simul igne & ferro absumpsissent, factum fuisset. Nunc dicendi tempus est: Vocate lamentatrices, & ueniant: & ad eas, quæ sapientes sunt mittite, & properent, festinent, & assumant super nos lamentum. Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluẽt aqs: Colles sumite mœstitiam, & montes luctum. Creaturam omnem in malorum nostrorum miserationem uocemus. Ciuitas tam magna, & Orientalium caput è medio tolli terrarum orbe periclitatur. Nunc quæ mul-
B tos habebat filios, repentè sine filijs facta est, & qui auxilietur, nemo. Læsus.n. est, qui non habet parem ullum super terram, summitas & caput omnium super terram hominum. Propterea igitur ad supernum regem confugiamus, illum in auxilium inuocemus. Nisi supernam assequamur gratiam, nulla commisso rum reparatio relinquitur. Voluissem hic concionem soluere. Nolunt enim gementium animi longos extendere sermones: sed sicut nubes quædam condensata, & subsolarem radium currens, omnem retrorsum splendorem auertit: sic & tristitiæ nebula, cũ ante animum nostrum steterit, non sinit facilem esse rationis cursum, sed suffocat, & cum multa necessitate intus reprimit. Et hoc non dicentibus tantùm, sed & audientibus accidit: sicut enim ab animo dicentis non cõcedit ipsam cum facilitate exilire, sic nec in audientium mentem permittit illabi cum propria uirtu-
Exod.1.c te. Idcirco & Iudæi quondam luto, & lateritio operi seruientes, Mosen magna de ipsorum salute dicentem audire non tolerabãt, tristitia uerbis inaccessam
C mentem reddente, & auditum obstruẽte. Igitur uolebam quidem & ipse uerba hic soluere, sed cogitans quòd non solùm nebulæ natura radij in anteriora processum impedit, sed & contrarium ipsa sæpe patitur. Cùm enim Sol calidior continuè illapsus nubem contriuerit, medium ipsius sæpe dissipauit: & totus simul elucens, splendidus cernentium obtutibus incidit. Hoc & ipse hodie me facturum spero, sermone in animis uestris continuè uersante, & amplius immorante, finitum iri spero tristitiæ nebulam, & mentem uestram solita rursum doctrina micaturam. Sed præbete mihi animam uestram, præbete mihi aliquantulum aures, tristitiam excutite. Ad priorem consuetudinem redeamus. Sicut consueuimus semper cum lætitia huc aduenire, sic & nunc faciamus, omnia in deum reijcientes. Hoc & ad ipsam calamitatis solutionem nobis confert. Si enim dominus nos uiderit sermones suos cum sedulitate audientes, & disciplinam nobis temporis difficultate non respui, celeriter nos suscipiet, & tranquillitatem faciet, & ex præsenti procella bonorum mutationem. Christianum.n. & in hoc ab infidelibus differre oportet, ut omnia generosè ferat: & uelut alatus se humanorum malorum impetu superiorem exhibeat. Supra petram statutus

est fidelis: propterea & undarum ictibus inexpugna- D
bilis est. Si enim tentationum undę eleuatæ fuerint, ad illius pedes non perueniunt, hic omni tali incursu sublimior firmatus est. Ne igitur concidamus dilecti: non sic salutem nostram curamus, sicut qui fecit nos deus. Non tantæ nobis curæ est, nihil graue pati, quã tæ illi qui nobis animã donauit, & tot post hęc bona cõtulit. His nosipsos spei rationibus uelut alatos exhibeamus, & dicenda cum promptitudine solita audiamus. Longam postridie apud charitatem uestram extendi concionem, & omnes obsequentes cernebã, & nec ex media reuersos uiæ. Gratias uobis de illa promptitudine habeo, & laborum mercedem accepi. Sed & aliam à uobis tunc mercedem exegi. Fortè nostis & meministis. Quæ uerò erat merces? ciuitatis blasphematores punire, & castigare deum contumelia afficiẽtes, & impios cohibere. Non ex meipso talia medixisse arbitror, sed deum talia præuidentem in mentem nostram uerba misisse. Si.n. talia ausos punissemus, non talia nunc accidissent, q̃ acciderunt. Quantò melius erat, si periclitari oportebat, ipsos castigan- E
tes & corrigentes aliquid pertulisse, quod & martyrij coronam nobis attulisset, q̃ nunc formidare & treme re, & ex illorum petulantia mortem expectare? Ecce paruum crimen commissum est, & culpa communis efficitur. Ecce propter illos nunc omnes paueſcimus, & ab illis patratorum pœnas ipsi sustinemus. Si autem præuenientes ipsos ex urbe expulissemus, & correxissemus, & ægrotum curassemus membrum, non præsentem timeremus pauorem. Noui quòd ciuitatis mores à maioribus ingenui sunt. Sed peregrini qui dam & promiscui homines scelesti & pernicioſi, & de sua desperãtes salute, ausi sunt quæ patrata sunt. Propterea clamare & contestari non destiti. Blasphemantium furorem puniamus, ipsorum mentem castigemus, ipsorum saluti prouideamus, & si hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc afferet lucrum, ne communem dominum contumelijs affici negligamus. Magnum ciuitati malum pariet talia despicere. Hæc prædicebam, hæc nunc acciderunt, torporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum despexistis? Ecce permisit regem contumelia affici, & F
de extremis periculũ omnibus impendere, ut in hoc timore illius negligentiæ pœnas demus. Num igitur frustra, num temerè hæc prædicebam, & continuè uestram charitatem interpellebam? Sed tamen nihil amplius factum est. Sed fiat nunc, & à præsenti calamitate castigati, inordinatum illorum furorem cohibeamus: obstruamus ipsorum ora, tanq̃ fontes mortiferos concludamus, & in contrarium mutemus, & penitus euanescent mala, quæ ciuitatem comprehenderunt. Non est theatrum ecclesia, ut ad delectationem audiamus. Adiutos hinc recedere oportet, lucratos quicq̃ amplius & magnum, sic recedere expedit: quoniam temerè & frustra proficiscimur, si ad tẽpus refrigerati, sic recesserimus uacui, & dictorum utilitate inanes facti. Quæ mihi horum plausuum utilitas, quæ laudum & tumultuum? Laus mea est, per olix habendus & beatus, non quando suscipiatis, sed quando omni cum alacritate faciatis quæcunq; à nobis audieritis. Quisq; proximum corrigat: ædificate 1.Th.5.b
enim alter alterũ, inquit. Nisi.n. hoc faciamus, à quocunq; commissa præuaricatio, commune quoddam & intolerabile damnum ciuitati afferet. Ecce nihil

G feciſſe conſcij non minus his qui peccauerunt, territi ſumus & contremiſcimus, ne omnes imperatoris ira corripiat. Nec enim in excuſationem nobis dicere ſufficit: Non aderam, non conſcius eram, commiſſis non communicaui. Ob hoc igitur, inquit, puniaris, & ultimã pendes pœnã, quia non affuiſti, nec pro hibuiſti, neq; cohibuiſti tumultuantes, neq; pro regis honore pericl tatus es. Non patratis participaſti? Laudo hoc & accepto. Sed neq; facta prohibuiſti, hoc accuſatione dignum. Hæc & de deo uerba audiamus, quando cum ſilentio cõtumelias & iniurias in ipſum
Mat. 25. c commiſſas patimur. Quoniam & is qui talentum illud fodit, non pro reatibus ſuis tunc accuſabatur, integrum enim depoſitum reddidit: ſed quoniã ipſum non multiplicauit, quoniam non caſtigauit cæteros, quoniam argentum ad numularios non detulit, non increpuit, non correxit proximos peccatores inordinatos, idcirco abſq; miſericordia in illas intolerabiles pœnas mittebatur. Sed ſi non antea, quòd nunc ſaltem quidem hanc facietis correctionem, & deum cõtumelia affici non negligens, ſatis credo. Poſſunt. n.
H quæ acciderunt, licèt nemo ſit qui admoneat, uel inſenſatos deinceps propriã afferre ſalutẽ perſuadere. Nobis uerò iam hora eſt ſolitam uobis menſam apponere, dictionem hodie nobis lectam promentes, & in medium omnibus proponentes. Quid igitur eſt
1. Ti. 6. d hodie lectum? Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublimè ſapere. Qui dixit, Diuitibus huius ſeculi, demonſtrauit & alios futuri ſeculi diuites eſſe: qualis ille
Luc. 16. c Lazarus erat, in præſenti quidem uita pauperrimus, in futura uerò diues: non auro & argento, & ulla tali corruptibili & marceſcibili materia affluens: ſed arca
1. Cor. 2. c nis illis bonis, quæ neq; oculus uidit, neq; in cor hominis aſcenderunt. Hæ nanque ueræ diuitiæ, & opulentia: quando & immarceſcibilia ſint bona, & nullam capiant mutationem. Sed non talis erat ipſe deſpicatus diues, ſed omnium pauperrimus factus eſt. Poſt hæc igitur ſtillam obtinere quærens, nec ipſius factus eſt compos, in tam extremam deuenerat pau-
I pertatem. Idcirco præſentis ſeculi, diuites appellauit, ut diſcas, quòd cum præſenti uita & copia pariter diſ
1. Ti. 6. d ſoluitur: non procedit ulterius, non ſimul migrat cũ poſſeſſoribus migrantibus, ſed ipſos ſæpius & ante finem deſerit: quod & ipſum demonſtrat dicens, Neque in incertum diuitiarum: nihil enim tam infidum, quàm diuitiæ: quod cùm ſæpe dixerim, & dicere nõ quieſcam, quòd fugitiuus eſt & ingratus ſeruus fidem non habens, etſi innumera ipſi uincula circumponas, & ſic uincula ipſa attrahẽs abit. Sæpius igitur peſſulis & foribus ipſum poſſidentes concluſerunt, ſeruos circummittentes & cuſtodes: ille uerò ſeruis ipſis perſuadens cum ipſis fugit cuſtodientibus, tanquam catenam cuſtodes attrahens, & nihil amplius ex hac factum eſt cuſtodia. Quid hoc infidelius? qd uerò his, qui circa hunc ſtudium collocant, miſerabilius? quando rem tam penitus & facilè labilem omni ſtudio colligere aggrediantur, nec prophetam au-
Pſa. 48. b diant dicentem: Væ his qui confidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Dic
Ibid. 38. b quare uæ? Theſaurizat, inquit, & ignorat cui congregabit ea. Et quoniam labor quidem certus, fructus uerò incertus. Sæpius inimicis laboras, & ęrumnis conficeris. Sæpius poſt mortem tuam ad eos qui te affecerunt iniuria, & innumeris circunuenerunt inſidijs, hæreditas ueniens, tibi quidem peccata poſſeſ-
K ſionem uerò alijs præbuit. Sed illud inquirere dignũ eſt, quare non dixit, indigentibus, ſed, diuitibus præſentis ſeculi: præcipe non diteſcere, præcipe depauperari, præcipe quæ habent exhaurire: ſed dixit, præcipe non ſublimè ſapere? Nouit quòd diuitiarum radix & materia eſt ſuperbia. Et ſiquis modicè uidere ſcierit, non multùm circa rem curam aget. Qua enim, dic mihi, cauſa multos circunducit ſeruos, paraſitos, adulatores, & reliquam omnem pompam? non utilitatis cauſa, ſed arrogantiæ ſolius, ut ex his uenerabilior alijs hominibus eſſe uideatur. Præterea nouit, non prohibitas eſſe diuitias, ſiquis in neceſsitatem ipſis uſus fuerit. Sicut enim dixi, non mala res uinum, ſed mala ebrietas: ita non mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas. Aliud auarus, & aliud dies: auarus non eſt diues, auarus multorum indiget, indigens autem multorum nunquam diues eſſe poſſet. Auarus cuſtos eſt, non dominus: pecuniarum ſeruus, non poſſeſſor. Facilius enim alicui ex proprijs carnibus, quàm ex deſoſſo auro communicaret. Ve-
L lut enim quodam mandante, & iubente nihil de repoſitis tangere, ſic cum omni diligentia ea ſeruat & continet, à ſuis tanquam alienis abſtinens, & quippe ſunt aliena: quæ enim alijs erogare nunquam pateretur, neq; in neceſſarijs impendere, etiam ſi infinitas ſuſtineret pœnas, quomodo hęc eſſe propria putare poſſet? Quomodo uerò eorum habet poſſeſsionem, quorum nec uſum, nec fructum cum libertate habet? Ad hæc uerò non omnibus omnia Paulus impe
Luc. 18. d rare conſueuit, ſed & audientium imbecillitati cõdeſcendit, ſicut & Chriſtus fecit. Etenim illi diuiti ad ſe accedenti, & de uita loquenti non dixit: Vade, uende omnia quæ habes: ſed hoc prætermittens, de alijs ipſum mandatis inſtruit. Deinde poſtquam ille ipſum inuitauit, inquiens: quid adhuc mihi deeſt? neq; tunc ſimpliciter dixit, uende omnia quæ habes: ſed, ſi uis perfectus eſſe, uende quæ habes: hoc in tua pono ſententia, te electionis dominum conſtituo, non in neceſsitatem traho. Propterea & Paulus nihil de pau-
M pertate diuitibus loqui, ſed de humilitate: tum propter audientium imbecillitatem, tum quia optimè ſciebat, quòd modeſtè agere, & à ſuperbia alienum eſſe, breui faciet ipſos & à ſtudio circa diuitias libera
Gen. 18. d ri. Præterea non altũ ſapere admonens, & modum, quo non altũ ſapere poſsint, demonſtrauit. Quis uerò hic eſt? Si diuitiarum naturam animaduerterent q̃ incertæ ſint & infidæ: quapropter intulit, neq; ſperare in diuitiarum incerto. Diues eſt, non qui multa poſsidet, ſed qui multa expendit. Diues erat Abraham, ſed non auarus: non enim huius domum conſiderabat, nec illius ſubſtantiam curioſe ſcrutabatur: ſed egrediens contemplabatur, num alicubi hoſpes, num alicubi pauper, ut paupertatem reſarciret, ut peregrinũ exciperet: non auro tectum liniuit, ſed apud quercũ illam tabernaculum figens foliorum umbra contentabatur. Et tam ſplendidum ipſi erat diuerſorium, ut nec angelos apud ipſum manere puderet: non enim quærebant domus ſplendorem, ſed animi uirtutem. Hunc & nos imitemur chariſsimi, & quę habemus, in pauperes impendamus: rudi modo paratũ erat illud tabernaculũ, ſed regijs aulis ſplendidius fuit. Nullus unq̃ rex angelos ſuſcepit: hic uerò ſub quercu ſedens illa, cellã q̃ figens, hoc honore dignus habitus eſt: nõ propter domus utilitatẽ honoratus, ſed propter animi ornatum, & diuitias in ipſo repoſitas hoc mune-

repotitus.

A re potitus. Et nos igitur ne domos ornemus, ſed potius q̃ domum, animam noſtram: quomodo enim nõ turpe, marmoribus parietes fruſtra & temerè contegere, Chriſtum uero nudum circũeuntem negligere? Quæ tibi domus utilitas homo? Nunquid enim ipſam tecum ducẽs abibis? Animam uero omnino ducens migrabis. Ecce nunc tale nos oppreſsit periculum. Aſsiſtant nobis domus, ſoluant periculũ nobis imminens: ſed non poterunt. Et uos teſtas ipſas deſertas derelinquentes, & ad ſolitudinem exilientes, tanquam laqueos & retia timẽtes. Opitulentur nũc diuitiæ, ſed non habent tẽpus. Si uero ubi hominis ira, pecuniarum ualor redarguitur, multo magis in diuino, & ineuitabili iudicio hoc fiet. Si homo eſt qui exacerbatur, & ægrè fert, & nihil nobis nũc aurum prodeſt: multo magis iraſcente deo pecuniarũ non indigẽte, auri potentia penitus euaneſcet. Domos ædificemus, ut habitemus, non ut ſuperbiamus. Neceſsitatẽ tranſcendens ſuperfluũ eſt & inutile. Calceare calceum pe
B de maiorẽ, ſed non tolerabis, te enim ad greſſum impedit: ſic & domus neceſsitate maior, in cœlos tranſitum impedit. Vis magnas & ſplendidas domos ædificare? Non prohibeo, ſed non ſuper terrã: ædifica tabernacula in cœlis, ut & alios ſuſcipere poſsis, tabernacula nunq̃ deficientia. Quid inſanis circa fugientia, & hic manentia? nihil diuitijs fallacius, hodie tecum, & cras contra te inuidorum oculos armat. Vndique hoſtis eſt contubernalis, inimicus domeſticus. & uos poſsidentes teſtas, qui omni modo ipſas infoditis & abſconditis: quoniam & nunc nobis periculum intolerabilius diuitiæ faciunt. Nam cernis pauperes quidem ſuccinctos & expeditos, ad omnia paratos: diuites autem multam habẽtes difficultatem, & circumeuntes, & quærentes ubi aurum infodiant, quærẽtes ubi tandẽ deponant. Quid quæris homo conſeruos? Eſt Chriſtus ſuſcipere paratus, & depoſita tibi ſeruare, nec tantũ ſeruare, ſed etiam multiplicare, & cũ multo fœnore reddere. Ex illius manu nemo eripit. Non ſeruat autem tantum depoſita, ſed etiam pro hoc ipſo pericula ſoluit. In hominibus enim depoſita ſuſcipientes, gratiam ſe nobis præſtare putant, ſi cuſtodiant quæ ſuſceperunt: in Chriſto autẽ contrarium.
C Non enim gratiam præſtitiſſe, ſed accepiſſe ſe dicit, cũ depoſita ſuſceperit tua: & pro ipſa cuſtodia, quam circa pecunias tuas exhibet, non te mercedem repetit, ſed ipſe tibi dat mercedem. Qua igitur eſſemus excuſatione digni: qua uero uenia? quando & cuſtodire ualentem, & pro cuſtodia gratias habentem, & arcana, & magna præmia pro hac cuſtodia reddentem prætermittentes, hominibus circa huiuſmodi cuſtodiam debilibus, & gratiam nobis conferre ſe putantibus, & ſola ipſa quæ dantur, poſtea reddentibus noſtra tradamus? Hoſpes es, & à præſentibus peregrinus, patriam habes in cœlis. Illuc omnia tranſmitte, ut & antequã fruaris, hic retributionem capias. Qui enim bona coaleſcit ſpe, & de futuris confidit, hic iam regnum guſtauit. Nihil enim tantum animam reparare conſueuit, & meliorem facere, quàm bona futurorum ſpes, ſi eò tranſmittens diuitias, animæ tuæ curam cũ otio congruo egeris. Omne enim ſtudium in domus ſuæ ornatum impendentes, in exterioribus diuites interiora negligunt, & deſertam & ſqualentem, & araneis plenam animam ſuam deſpiciunt. Si uero exteriora negligentes circa mentem ſuam promptitudinem omnem impenderint, undique ipſam or-

nantes, tabernaculum Chriſto erit talium hominum D anima: Chriſtum autem habente inhabitatorem, quid unquam fœlicius eſſe poſſet? Vis ditari? Amicum habeas deum, & omnium ditiſsimus eris. Vis ditari? ne altum ſapias. Hoc non ad futura tantum, ſed etiam ad præſentia utile. Nihil enim tam inuidioſum, quàm homo dines: quum uero ſuperbia acceſſerit, duplex paratur præcipitium, difficilius ab omnibus bellum. Si uero modicè ſcieris, ſuccidis humilitate inuidiæ tyrannidem, & cum ſecuritate habes quæcunque habes. Talis enim uirtutis natura, non ad futura nos tantum adiuuat, ſed & hic iam retribuE tiones præbet. Ne igitur in diuitijs altum ſapiamus, ſed nec in ulla alia re. Si enim in ſpiritualibus altum ſapiens labitur & perit, multo magis in carnalibus. Cogitemus naturam noſtram, peccata recẽſeamus, diſcamus qui ſimus, & hoc nobis in totius humilitatis materiam ſufficit. Ne dicas mihi, tot & tot annorum prouentus repoſitos habeo, auri talenta inumera, lucra per ſingulos aduecta dies. Quantacunq; dixeris, omnia temerè dices & incaſſum. Sæpius una hora & breui temporis momento, uelut uento ſupernè irruẽte iactabilis puluis, ſic hæc omnia ex domo exuf flantur. Et horum uita plena, plenæ uero ſcripturæ diſciplinarum & exemplorum. Hodie diues, cras pauper. Idcirco ſæpius niſi teſtamenta legens dicentia, ille quidem habeat agrorum, uel domus dominiũ, uſum uero alius. Omnes enim uſum habemus', dominium autem nemo: etſi enim nobis per omnem permaneant uitam, nullam facientes diuitię mutationem, & uolentes & nolentes in fine alijs cedemus ipſarum uſu ſolo decerpto, dominio autem nudi & orbati ad illam uitam migrantes. Vnde manifeſtum eſt, quòd illi ſoli dominium habent, qui & ipſarum uſum contemſerunt, & fructum deriſerũt. Qui enim præſentibus abiectis, ipſas pauperibus erogat, in neceſſarium ſuis uſus eſt, & ipſorum dominium habens obijt: neque per ipſam mortem illa excidẽs poſſeſsione, ſed omnia illo recipiens tempore, & illis multo plura, quando in die iudicij illorum præſidio maximè egebit, & quãdo omnes factorum rationes repetemur. Itaque ſiquis uult diuitiarum & poſſeſsionem, & uſum & dominium habere, ab omnibus preF ſentibus liberetur: quoniam hoc non faciens, in mor te ab ipſis omnino ſeparabitur, multoties uero & ante finem cum periculis & infinitis malis ipſas amittit. Nec hoc ſolum malum eſt, quòd mutatio fit ſimul tota, ſed quòd impræmeditatus ad paupertatis tolerantiam diues deducitur. Sed non talis pauper: non enim auro confidit, & argento inanimatis materijs, ſed deo omnia copioſè præbenti. Itaque diues magis in incerto quàm pauper conſtitutus eſt, cũ frequentes & continuas mutationes recipiat. Quid uero eſt quod dicitur præbere nobis omnia abundanter ad fruendum? Omnia cum largitate dat deus, quæ ſunt pecunijs multo magis neceſſaria, ut aerem, aquam, ignem, Solẽ, omnia talia. Non licet dicere, quòd magis ſplendore diues, minus uero pauper fruatur. Non licet dicere, quòd copioſiorem aerem, q̃ pauper reſpiret dines: ſed oia paria & communia propoſita ſunt. Quare igitur maiora quidem & magis neceſſaria, & uitam noſtram continentia communia deus fecit: minora uero & uiliora nõ ſunt communia? pecunias dico: qua de cauſa? ut uita noſtra conſeruetur, & uirtutis ſtudia habeamus. Si enim non eſſent neceſſaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hæc communia, fortè diuites solita usi auaritia pauperes suffocassent. Si.n. in diuitiis faciunt hoc, multò magis in illis fecissent. Rursum si & pecunęi cõmunes essent, & similiter omnibus propositæ, eleemosynæ occasio sublata esset, & charitatis opportunitas. Vt igitur securè uiuamus, communes factæ sunt nobis uitæ causæ: rursum, ut habeamus coronarũ, & probationum actionum occasionem, non cõmunes factæ sunt pecuniæ, ut auaritiã exosi, & iustitiam sectantes, nostra indigentibus erogãtes, aliquod peccatorũ nostrorum remedium per uiam hanc capiamus. Diuitem te fecit deus, ut egenis auxilieris, ut peccata tua soluas per liberalitatem alijs exhibitam. Dedit tibi pecunias, non ut in mortem claudas, sed ut in salutem tuam effundas. Propterea & ipsarum possessionẽ incertam & nõ stabilem fecit, ut & per hoc insaniæ circa ipsas intensionem dissolueret. Si enim nunc possidentes, qui de ipsis cõsidere non ualẽt, quinimo multas ex hac re nascentes insidias cernunt, sic circa illarum desiderium succenduntur: si & hoc propositum esset, ut stabiles & minimè caducæ forẽt, cui pepercisH sent? Vnde abstinuissent? qua uidua? quibus pupillis? quibus pauperibus? Ne igitur magnum putemus bonum esse diuitias. Magnum enim bonum non possidere pecunias, sed dei timorẽ & reuerentiam possidere. Ecce nunc si quis esset iustus, & apud deum fiducię habens multum, & si omnium hominum pauperrimus esset, præsentia mala soluere posset: satis enim esset tantum in cœlum manus extendere, & deum inuocare, & hæc nebula præteriret: si nero aurum tantum repositum est, luto omni ad impẽdentium malorum solutionem inutilius est, nec in hoc tantum periculo, sed etsi morbus comprehẽderit, siue mors, siue aliud quid huiusmodi, redarguitur pecuniarum uis impotens, & nullam habens de proprio consolationem in aduersis afferre. Vnum est quo paupertatem diuitiæ superare uidẽtur, quotidianis diffluere delicijs, & multa in conuiuijs repleri uoluptate. Hoc tamen & in pauperum mensa contingere uidetur, & hos maiori, q̃ omnes diuites uoluptate frui. Et ne miremini dictum ex ipsa enim rerum demõstratione hoc uobis faciam manifestum. Nostis quippe omnes, & hoc confitemini, quòd uoluptatem in conuiuijs non ferculorũ natura, sed conuiuãtium dispositio facere consueuit: puta, cum fame quis mensam attingens, omni obsonio & ferculo, & innumeris ciborum illecebris iucundiorem escam gustabit, etsi omnium uilissima sit. Necessitatem uero & esuriem præueniens, quod diuites faciunt, si etiam placentas inuenerit appositas, non sentiet uoluptatem, ipsius appetitu non excitato. Et ut discas, quòd hoc ita habet, testes qdem & uos omnes. Audiamus autem & scripturam hoc ipsum dicẽtem:
Prouę.27 Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens etiam amarũ pro dulci sumet. Et certè quid fauo esset dulcius & melle? Sed non iucundum, inquit, non esurienti. Quid uero amaris iniucundius? sed dulcia sunt in pauperie constitutis. Quòd autem pauperes cum necessitate & esurie ad cibum ueniãt, diuites uero non expectent, hoc cuique manifestum est: unde legitimam & synceram uoluptatem non capiũt. Nec in cibis tantum, sed & in potu idem accidere quis uidere posset. Et sicut illic esurire supra escarum naturam uoluptatẽ inducit, sic & hic sitire iucũdissimum potum facere consueuit, & si pura sit aqua quæ bibatur. Et hoc ipsum propheta demonstrans, dicebat: Et ex petra melle saturauit eos. Atqui hoc nusquam in scriptura lectum est, quòd mel de petra Moses eduxerit, sed ubiq; fluuios & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tandem est quod dicitur? neque enim scriptura mentitur. Postquam enim sitientes & indigentia defatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu uoluptatem asserere uolens, mel aquam appellauit: non tanquam mutata in mel natura, sed bibentium dispositione fluenta illa melle iucundiora faciente. Didicisti, quomodo & potum suauem sitientium affectio reddere cõsueuit? Multi igitur pauperes sæpe laborantes, & defatigati, & siti ardentes cum dicta uoluptate talia libauere fluenta: diuites uero uinum suaue, & floris odorem, & omnẽ uirtutem habens, quæ in uino optari possit, haurientes, non eandem sensere delectationem. Hoc & in somno quispiam fieri uideret: non enim mollis stratus, neque deargentatus lectus, neque quies per domum facta, neque aliud huiusmodi quicquam somnum dulcem & procliuẽ facere solet: sicut laborare, & lassari, & uehementer somni indigentes, & dormitantes reclinari, & hoc quidem testatur & rerum experientia. Testatur autẽ & antè rerum experientiam scriprurarum sententia. Delicijs enim innutritus Salomon idem demõstrare uolens, dicebat: lucũdus somnus seruo, siue parum, siue multum comedat: cur igitur addidit, Siue multũ siue parum comedat? Ambo hæc uigiliã inducere solent, indigentia, & crapula: illa quidem primũ arefaciens, & palpebras corneas reddẽs, nec claudi permittens: hęc uero anhelitum angẽs, & elidens, & multos inferens dolores. Sed tãta est laborũ medicina, quòd si etiam ambo adsint, seruus dormire potest. Postquam enim serui tota die ubiq; circuncurrisset, dominis suis ministrantes, uapulantes, laborantes, & ne minimũ quidem respirãtes, sufficiẽtem lassitudinum & laborum illorum retributionem, capiunt in dormiendo uoluptatem. Et hoc dei benignitate factum est, ut non auro & argento: sed labore, & ærumna, & necessitate, & omni disciplina uoluptates emi ualeant. Sed non sic diuites, sed stratis mollibus iacentes, multoties totam noctem ducunt insomnem, & multa machinantes tali non fruuntur uoluptate. Pauper ex diurnis laboribus surgens, defatigata habens membra, priusquam recubuerit, integrum & suauem, & legitimum somnum susçipit, non exiguam & hãc istorum laborum capiens mercedem. Cum igitur cum maiori uoluptate pauper & dormiat, & bibat, & comedat: qua gratia erũt amplius diuitiæ dignæ, quam uidebũtur supra paupertatem prærogatiuam habere, & hac priuatæ? Propterea & ab initio deus homini laborem alligauit, non puniens neq; ipsum castigans, sed corrigens & docens. Quãdo illaboriosam uitam degebat Adã, paradiso excidit. Quando laboriosam & ærumnosam Paulus agebat uitam, in labore & ærumna noctem & diem operãs, tunc in paradisum raptus est, & tertium in cœlum ascendit. Ne igitur laborem respuamus, nec operationem uituperemus. Etenim ante cœlorum regnum hic maximum capimus præmium, ex ipsa re uoluptatem capiẽtes: non autem uoluptatem tantum, sed & quod multo uoluptate maius est, puriss imam sanitatem. Diuitibus.n.in iucũditate & multæ ægritudines irruunt: pauperes aũt à medicorum manibus immunes sunt. Si uero nonnunq̃ & in imbecillitatẽ incidãt, breui seipsos instauriãt, mollicie omni liberi, & corpa robusta habẽtes. Magna possessio pau-

A pertas sapienter ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diuersorium ab insidijs tutum. At opprimitur, inquit, pauper: sed maiores insidias diues patitur. Contemnitur pauper & cõtumelijs afficitur, sed diuiti inuidetur. Non tam expugnabilis est pauper, quàm diues, infinitas undiq; & diabolo, & insidiatoribus occasiones præbens, omnium seruus propter multã rerum abundantiam, in multorũ necessitate constitutus, & multis adulari cogitur, & cũ multa illiberalitate seruire. Pauper igitur si philosophari sciat, neq; ab ipso diabolo expugnari potest. Iob igitur & ante hoc cùm fortis esset, postquam omnia amisit, tũc factus est fortior, & claram contra diabolum uictoriam reportauit. Præterea uerò nec iniuriam pati pauper potest, si philosophari scierit. Quod.n. dixi de uoluptate, quòd uoluptas non in ciborum apparatu, sed in comedentium affectu sita est: hoc & de contumelia dico, quòd contumelia non à cõtumeliantium sinia, sed à patientium affectu constituitur uel destruitur. Verbi gratia, Multa quidam in te fanda atq; nefanda
B contumelioſè egit: si contumelias deriseris, si uerba non susceperis, & uulnere superior sis, contumeliam non es passus. Et quemadmodum si corpus adamãtinum haberemus, etsi innumeris undiq; telis percuteremur, non tamen uulnera reciperemus: non enim à manu tela torquente, sed à corporibus patientibus uulnera fiunt. Sic & hìc non à contumeliantium insinia, sed à patientium contumelias imbecillitate, iniuriæ & iniuriarum contumeliæ constituuntur. Si enim philosophari sciamus, nec cõtumelia affici possumus nec quicquam graue pati. Ille iniuriam intulit, non sensisti nec doluisti: non es iniuriam passus, sed & magis percussisti, quàm percussus es. Cùm enim qui contumeliam intulit, plagam suam ad patientium animam non peruenientem uiderit, ipse maiorem in modum roditur: & tacentibus contumeliam patientibus, spõtè contumeliarum plaga contra mittentem conuersa infertur. In omnibus igitur philosophemur, & nihil nos inopia lædere poterit: quin & maximè adiuuabit, & clariores reddet, & omnibus diuitibus copiosiores. Quid.n. dic mihi, Helia pauperius? sed propterea omnes diuites uincebat, quoniã pauper hic erat:
C ipsam uerò paupertatem ex mentis opulentia elegit. Quoniam enim omnem pecuniarum copiam, animi sui magnitudine esse putauit inferiorem, nec philosophia sua dignam, ideo tantam pauperiem amplexatus est. Quòd si magna præsentia putasset, non tantũ meloten possedisset: sed ita uitæ uanitatẽ condemnauit, & tanq̃ lutum proiectum aurum omne despexit, ut præter amictum illum nihil amplius possideret. Id circo rex pauperis indigebat, & ad corpus nihil plus q̃ meloten habentis hiabat, qui tantum habebat aurum: sic splendidior trabea erat melote, & regalibus aulis iusti spelunca. Propterea & in cœlum ascendẽs, nihil aliud q̃ meloten discipulo reliquit. Cum hac, in-
4 Re.2.c quit, cum diabolo pugnaui, & tu contra illum armatus hanc capies. Validum.n. telum inopia, & inexpugnabile habitaculum, & turris inconcussa. Tanquam maximam hæreditatem Heliæus meloten susçepit: etenim uerè maxima fuit hæreditas, omni auro pretiosior. Et erat duplex Helias ille, & erat sursum Helias, & deorsum Helias. Noui quòd iustum illum beatum putatis, & uelletis quisq; esse, ut ille. Quid igitur, si uobis demonstrauero quid aliud, quòd illo multò maius omnes sacris mysterijs imbuti recepimus? He- D
lias nempe meloten quidem discipulo reliquit. Filius aũt dei ascendens, suam nobis carnẽ dimisit: sed Helias quidẽ exutus, Christus aũt & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Ne igitur decidamus, neq; lamẽtemur, neq; tẽporum difficultatẽ timeamus. Qui.n. sanguinem suum pro omnibus effundere non recusauit, & carnẽ suam, & rursus ipsum sanguinem nobis cõicauit: nihil pro salute nostra recusabit. Hac igitur spe fidentes, ipsum continuè rogemus, & precibus & supplicationibus uacemus, & reliquæ uirtutis cũ omni diligentia curã habeamus: ut & instans fugiamus periculum, & futura assequamur bona: quibus nos oẽs dignos censeri cõtingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo gloria patri, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

IN PROFECTIONEM EPISCOPI

Flauiani, pro ciuitate ad Imperatorem legationem obeuntis. Et quòd detrahere, quàm humanum corpus comedere peius est. Et de iugulatis propter seditionem: & ad criminantes, quoniam multi non seditiosi capti sunt. E

Homilia tertia.

Vando ad tribunal hoc derelictum, & magi
q stro uacuum respicio, gaudeoq; & pariter lachrymo: lachrymo quidem, quòd præsentẽ non uideo patrẽ: gaudeo autem quòd pro salute nostra profectus est, & tantum abijt populum à furore regis erepturus. Hoc & uobis ornamentum est, quòd talem sortiti estis patrem: & illi corona, quòd circa filios tam benignus est, & à Christo dictum per opera confirmauit. audiens.n. quòd pastor bonus animam
suã ponit pro ouibus: abijt pro nobis omnibus aĩam Ioan.10.b
suam posituras, etsi multa erant ipsum obire prohibentia, & manere cogentia: & primò ætas ad ultimã prouecta senecturem, postea corporis imbecillitas, & anni tempus, & sanctæ celebritatis necessitas, ad hæc unica soror in extremo constituta spiritu: sed tamen & consanguinitatem despexit, & senectutem, & imbecillitatem, & temporis difficultatem, & itineris asperitatem: & omnibus uos uestramq; salutem præponens, hæc omnia uincula disrumpit, & tanq̃ iuuenis fertur senex, nunc alatus promptitudine factus. Si F
enim Christus, inquit, seipsum pro nobis dedit: qua ad Tit.3.
essemus nos excusatione & uenia digni, tanti custo- d
diam populi creditam habentes, & non eligentes omnia & facere & pati pro creditorum nobis securitate? Si.n. patriarcha, inquit, Iacob pecudibus præsidens, & oues irrationales pascens, & homini rationes red- Gene.29.
diturus, & noctes ducebat insomnes, & æstum, & ge- 30.& 31.
lu, & omnem aeris inæqualitatem ferebat, ut nulla illarũ pecudum periret: multò magis nos non irrationalibus, sed spiritalibus ouibus præpositos, & nõ homini, sed deo præsidẽtiæ huius rationes reddituros, ad nihil torpere & retrahi oportet eorũ, quæ gregem iuuare possint. Sed quãtò melior grex iste grege illo, & brutis quidem homines, hominibus uerò deus: tãtò maius & nos, uehementiusq; studium & prompti dinem exhibere oportet. Nouit ille planè, quòd non pro una sibi nunc ciuitate negocium, sed pro Oriẽte toto. Ciuitatum enim sub Oriente positarum caput & mater est ciuitas nostra: propterea omne periculũ subijt, & nihil illum hic retinere potuit. Ideoq; bonas fore spei opportunitates spero: non enim tantam se-

Gdul tatem & curam deus deſpiciet, neq; ſeruum ſuum infectis rebus redire permittet. Noui quod & tantum tiſus ille, & religioſum imperatorem conſpicatus, ex aſpectu ſolo ſtatim iram corripere poterit. Sanctorũ enim non tantùm uerba, ſed & ipſi aſpectus ſpiritali gratia pleni ſunt. Hic uerò & multa ſapientia plenus eſt, & cùm diuinarum legum ſit peritus, ad ipſum dicet, quod & Moſes ad deum: Si dimittis quidem ipſis peccatum, dimitte: ſi non autem, & me occide cum ipſis. Talia.n. ſanctorum uiſcera, cum filijs mortem, quam ſine ipſis uitam dulciorẽ eſſe putant. Adijciet & à tempore patrocinium, & ſacrum Paſcha proponet, & commemorabit tps, per quod orbi terrarum toti Chriſtus peccatum remiſit, dominum imitari exhortabitur, & parabolæ illius decemmillium talentorum, & centum denariorum ipſum cõmonebit. Noui patris noſtri fiduciam, non recuſabit ipſum per hanc ſimilitudinem terrere & dicere: Vide ne fortè & tu illo die audias: Serue nequam, omne debitum illud dimiſi tibi, quoniã rogaſti me, oportebat & te dimittere conſeruis tuis. Tibijpſi magis q̃ illis prodes, in paucorum dimiſsione peccatorum maiorum obliuionẽ recipiens. Addet prædictis & orationem illam, quam qui ſacris initiauere myſterijs: orantem dicere docuerunt: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ad hęc docebit, quòd nõ cõmune ciuitatis fuit peccatum, ſed hominum quorundam externorum, & aduenarum nihil cum ratione facientium audacia & omnis præuaricatio. Nec iuſtum eſſe poſſe pro paucorum temeritate tantam diripi ciuitatẽ, & qui nihil iniuſtè fecerunt, pœnas luere, alioquin etſi omnes peccaſſent, dignas dediſſent pœnas, tot diebus timore cõſumpti, & per ſingulos mori dies expectantes, pulſi, exulantes, reis miſerabilius uiuentes, ſanguinem in manibus geſtantes, & de uita ſua non confidentes. Hæc tibi pœna ſufficiat, ne ulterius ira procedas, mitem tibi ſupernum iudicem per humanitatem in conſeruos redde. Cogita urbis magnitudinem, quòd nõ de una, uel duabus, uel tribus, uel decem annis nunc nobis eſt conſideratio: ſed de decenis millibus, infinitis, de totius orbis capite. Hæc ciuitas in qua primùm fuere Chriſtiani, honora Chriſtum, reuerere eam q̃ prima nomen hoc omnibus deſiderabile & dulce prædicauit. Apoſtolorum illa fuit tabernaculum, habitaculũ iuſtorum. Nunc hoc primum & ſolum in principes facinus patratum eſt, & ciuitatis mores omne præteritum tempus teſtatur. Si.n. continuè ſeditiones moueret, improbitatem cõdemnare oporteret. ſi uerò ſemel hoc omni tempore accidit, certum eſt, quòd non ciuitatis modò eſt peccatum, ſed imprudenter & temerè ciuitati per corruptionem adiunctorum iſta ruina fuit. Hæc ſacerdos, & plura his cum maiori dicet fiducia. Hæc Imperator audiet: & ille humanus, & hic fidelis. Vnde utrinque bonas habemus ſpes. Magis autem & ſupra magiſtri fidem, & regis humanitatem, dei miſericordiæ fidimus: etenim & rogato regi, & roganti ſacerdoti ipſe ſolus aſsiſtet, regis cor emolliens, ſacerdotis linguam excitans: ipſius uerba ſecundans, illius mentem ꝓparans, dictis multa cum uenia ſuſcipiendis & petitionibus concedẽdis. Etenim ciuitatum omnium noſtra Chriſto optatiſsima, tum propter progenitorum, tũ propter ueſtram uirtutem. Et ſicut Petrus inter apoſtolos primus Chriſtũ prædicauit: ſic inter ciuitates, ſicut iam prædixi, hæc prima tanq̃ coronam quandã admirabilem Chriſtianorum tulit appellationem. Si uerò ubi decem tantùm iuſti eſſent, omnes inhabitantes deus ſaluare promiſit: ubi non decem & uiginti, neq; bis to idem ſolùm, ſed multò plures ſunt, deũ cum omni diligentia colentes, quomodo non oportet bona ſperare, & de communi noſtra omnium ſalute confidere? Audiui multos dicentes: Minæ regis, iræ leonis ſimiles, & contra cadentes & lamentantes. Quid igitur aduerſus illos dicemus? quod qui dixit: Lupi & agni ſimul paſcentur, & pardus cum hœdo quieſcit, & leo tãquam bos paleas comedet: & hunc leonem reddere ouem poterit manſuetam. Supplicemus igitur ipſi, & ad ipſum legationes mittamus, & regis aium penitus corripiet, & ab omni nos inſtanti anguſtia liberabit. Pater illic legationem obit, nos hinc ad cœlorũ regem mittamus legationem, ipſum precibus adiuuemus. Multũ eccleſiæ communio poteſt, ſi anima dolente, ſi corde contrito preces emittamus. Non opus eſt mare tranſire, non opus eſt longã ſubire peregrinationem: oẽs & ad eccleſiam occurrẽtes, & domi manentes multo deum ſtudio inuocemus, & omnino ſupplicationibus annuet. Vnde hoc manifeſtũ? quòd uehemẽter cupit nos ad ipſum ſemper confugere, & in omnibus ipſum deprecari, & nihil abſq; ipſo uel facere uel dicere. Homines.n. quando ipſos continuè uexamus pro rebus noſtris, lãgueſcunt & retrahuntur, & ingratè ſe erga nos habent. Deus autem prorſus in contrarium: non quaſi ipſi continuè occurrimus pro rebus noſtris, ſed quando non hoc facimus, tunc maximè indignatur. Audi igitur quid Iudæis obijcit, dicens: Feciſtis uoluntatem meam, & non pro me: & fœdera, & non per ſpiritum meum. Talis.n. amantium conſuetudo, omnia amatorum negocia per ſe fieri uolunt, & nihil ſine ſe illos neq; facere, neq; dicere. Propterea & deus non hic tãtùm, ſed & alibi idem rurſus exprobrans dicebat: Regnauerunt, & non per me: imperauerunt, & nõ ſignificauerunt mihi. Ne igitur torpeamus continuè ad ipſum confugere, & quodcunq; graue fuerit, omnino capiet congruam abſolutionem. Terruit homo, curre ad ſupernum dominũ. & nil graue patieris: ſic antiqui calamitates ſoluebant, non tantùm uiri, ſed & mulieres. Fuit quædã mulier Hebræa, Heſter erat ipſi nomen: hæc Heſter totum Iudæorum, populum uniuerſali excidio tradendum ſic eripuit. Poſteaq̃.n. Perſarum rex omnes paſsim Iudæos interimi iuſsit, & nullus erat qui contra irã illius obſiſtere poſſet: priorem ueſtem exuta mulier, & ſacco amicta, & cinerem ſubſtrata, diuinæ clementię ſupplicabat, ut ſecum ad regem ingrederetur, & talia orans uerba ad ipſum dabat: Grata domine fac uerba mea, & da ſermonẽ ornatum in os meum. Hæc & pro magiſtro nos nunc deum oremus. Si enim mulier pro Iudæis ſupplicans Barbaricum corripere furorem potuit, multò magis doctor noſter pro tali ciuitate, & cum tanta eccleſia ſupplicans, benigniſsimum & mitiſsimum hunc regẽ flectere poterit: ſi enim peccata in deum ſoluendi poteſtatem accepit, multò magis in hominem patrata deſtruere & delere poterit. Princeps eſt hic, & princeps illo honoratior. Etenim ipſum regis caput ſacras leges ferentes huius manibus ſubiecerunt: & quando Chriſtũ fieri oporteret, antiquitus rex ad regem confugere ſolitus eſt. Habet & hic iuſtitiæ thoracem, habet & loricam ueritatis, habet & calceamenta multò honeſtiora ab euangelio pacis: habet & gladiũ, non

Exo.32.g

Ma.18.d

H

Ibid.6.b

K

Ge.18.d

Eſa.11.b & 65.d

L

Ibi.30.d

Oſee.8.a

M

Heſte.7. 8.& 9.

Heſt.14. a

A ex ferro, ſed ſpiritus: habet & coronam capiti impoſitam. Splendidior hæc armatura, precioſiora hæc arma, maior fiducia, maior uis. Itaq; & pro principatus magnitudine, & propria magnanimitate, & ante reliqua omnia, pro firma in deum ſpe, cũ multa fiducia, cum multa prudentia regem alloquetur. Ne igitur de ſalute noſtra deſpemus, ſed ſupplicemus, precemur, petamus, oremus, ad ſupernum regem multis cum lachrymis legationẽ mittamus. Habemus & ieiunium hoc cooperans, in hac pulchra legatione nobis adhærens. Quemadmodum itaq; præterita hyeme, & eſta te apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles uero arma deterget, equũq; ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & uiator fiduciæ plenus lõgum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur, ſeq; denudat: ſic & nos ieiunio tanquam æſtate quadã ſpirituali apparente, & arma tanquam milites abſtergamus, & falcem acuamus tanquã agricolę, & tãquam nautæ contra undas, cõtra abſurdarum cupiditatum cogitationes opponamur, & tanquã uiatores rectum in cœlum iter apprehendamus, & tãquam pugiles ad

B certamina ſpoliemur: fidelis enim, & agricola, & gubernator, & miles, & athleta & uiator eſt. Idcirco Paulus quoq; dicit: Non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principes & poteſtates: induite igitur armaturam dei. Vidiſti athletam, uidiſti militem? Si athleta es, nudũ in certamen te deſcendere oportet: ſi miles, armatum ad pugnam cõſiſtere neceſſe eſt: quomodo igitur utraq; hæc ſimul eſſe poſsint, & nudum eſſe, & non nudum: & indutum, & nõ indutum? Exue uitæ negotia, & athleta factus es: indue arma ſpiritualia, & factus es miles. Te ipſum uitæ curis denuda, luctę enim tempus eſt: arma ſpiritus indue, bellum enim nobis cõtra dęmonas cõſtatum eſt graue. Propterea nudumq; eſſe oportet, ut nullam diabolo nobiſcum luctãti occaſionem præbeamus: & undiq; armari, ut nullatenus letalem plagam ſuſcipiamus. Excole animam tuã, & ſpinas excide: ſemina uerbum pietatis pulchras diſciplinæ plantas inſere, & cum multa diligentia repaſtina: nã agricola factus es, & tibi dicet Paulus: Laborantem agricolam oportet primum fructus percipere. Hanc & ipſe artem tractabat: idcirco Corinthijs ſcribens dicebat: Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incremẽtum dedit. Acue falcẽ tuam, quam per crapulam hebetaſti, acue per ieiuniũ, aggredere iter in cœlum ferens, aſperam & anguſtam uiam attinge & ambula. Quomodo autem poteris & attingere, & ambulare? Caſtigans corpus tuum & in ſeruitutem redigẽs: ubi enim uia anguſta, magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdarum undas concupiſcentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, ſalua ſcapham, multam oſtẽde peritiam, & factus es gubernator. Horum autem omnium nobis materia ieiunium, & magiſter eſt: ieiuniũ autem dico, nõ hoc uulgare, ſed accuratũ ieiunium: non tantũ ciborum abſtinentiam, ſed & peccatorum: non enim ieiunij natura peccata eripere ſufficit, niſi congrua cũ lege fiat. Etenim athleta, inqt, non coronatur, niſi legitimè certauerit. Ne igitur inter ieiunij laborem à ieiunij corona excidamus, diſcamus qualiter & quomodo huiuſmodi negotium celebrare debeamus: quoniã & phariſæus ille ieiunauit, ſed poſt ieiunium illud deſcendit inanis, & ieiunij fructibus caſſus. Publicanus nõ ieiunauit, & phariſęũ ieiunantem pręceſsit, non ieiunans, ut d ſcas quòd ieiunij utilitas nulla, niſi & reliqua omnia conſequantur. Ieiunauerunt Niniuitæ, & dei miſericordiam elicuerunt: ieiunauerunt & Iudæi, & nihil plus egerunt, ſed culpati abierunt: Quoniã igitur tam tùm ieiunij periculum eſt neſcientibus quo ieiunare oportet, ieiunij leges diſcamus, ne in incertum curramus, nec aerem uerberemus, neq; pugnantes cũ umbra dimicemus. Medicina eſt ieiunium: ſed medicina licèt millies utilis ſit, per utentis imperitiam iuutilis ſę pe fit: etenim noſſe oportet & tempus quo ipſam imponere opus ſit, & ipſius medicamenti quantitatem, & corporis temperiem ſuſcipientem, & regionis naturam, & anni tempus, & congruum uictum, & multa alia: quorum ſi quodlibet ptermiſſum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autẽ ubi corpori mederi oportet, tanta nobis opus eſt diligẽtia: multò magis cùm animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia ſcrutari, & cum omni ſedulitate conſiderare neceſſe eſt. Videamus igitur quomodo Niniuitæ ieiunauerũt, & quomodo ab illa liberati ſunt ira. Homines, & iumenta, & pecudes, & oues ne paſcantur, inquit: quid dicis? Et bruta ieiunant & equi, & muli facco ueſtiuntur? Etiam, inquit: ſicut enim diuite aliquo mortuo, non ſeruos ſolos & ancillas, ſed & equos neceſſarij ſacco amicientes, & agaſonibus tradentes ad ſepulchrũ ſequi iubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes, & oẽs ad miſericordiam allicientes: ſic & in ciuitate illa mori periclitante, & brutam naturam ſacco circuntexunt, & ieiunij iugo ſubiecere. Non licet brutis ſermone dei iram diſcere, diſcant fame quòd à deo infligitur plaga: etenim ſi dirueretur, inquit, ciuitas, non tantùm noſtri inhabitantium, ſed & horum una eſſet cõmunis ſepultura. Pœnæ igitur partem habere debentia, & ieiunij partem capiãt. Et aliud uerò quiddã tunc ferunt, quod & prophetæ faciunt: etenim illi cùm flagellum aliquod intolerabile de cœlis ferri uiderint, poſtea puniẽdos ſine fiducia eſſe, confuſione plenos, neq; uenia, neq; excuſatione ulla dignos, nec habeant quid faciant, nec unde condemnatis præbeant patrocinium, ad bruta confugiunt, & illorũ morem deplorantes, ex his ſupplicationem faciunt, & miſerabilem & luctuoſam ipſorum perditionem proponentes. Cũ igitur fames olim Iudæos cõprehendiſſet, & multa regionem ſiccitas cohiberet, & omnia conſumerentur, hìc quidem prophetarum dicebat: Reſilierunt iuuẽcæ apud præſepia ſua, fleueruntq; armẽta boum, quoniam non erant paſcua: omnia iumẽta terræ reſpexerunt ad te, quoniam exiccatæ ſunt emiſsiones aquarũ. Illæ uerò ex ſiccitate, mala lugẽs, rurſum ſic ferè dicit: Cerui in agro pepererunt & dereliquerunt, quoniã non erat herba: onagri in pratis ſubſtiterunt, attraxerunt uentum ſicut draco, defecerunt ipſorum oculi, quoniã non erat fœnum. Propterea & hodie Ioel dicentem audiſtis: Egrediatur ſponſus e cubiculo ſuo, & ſponſa è thalamo ſuo, infantes fugẽtes ubera. Qua de cauſa, dic mihi, immaturã ætatẽ ad ſupplicationem uocat? Nõne certum eſt, quòd propter eandem cauſam? quoniam.n. omnes uiri ętate perfecti exacerbauerunt deum, & ad iracundiam cõcitauerunt: Aetas, inquit, peccatorum expers irato ſupplicet. Sed quid dicebant, uideamus, quid tãdem ſit, quòd ineuitabilem illam iram ſoluerit: num ieiuniũ ſolum & ſaccus? non eſt dicendum, ſed totius uitæ mutatio. Vnde hoc manifeſtum? ab ipſis propheticis uerbis. De dei enim ira locutus & illorum ieiunio,

D

Ephe.6.b

Ionæ 3.c

E

2.Tim.2. a

C

1.Cor.3.b

F

Ioel.1.d

Hie.14.d

Ioel.2.d

2.Timo.2 a

Luc.18.b

Universidad de Barcelona Biblioteca

Idem conciliationem dicens,& cõciliationis causam dicés,sic inquit:Et uidit deus opera ipsorum. Qualia opera? quòd ieiunauerunt? quòd saccum induerunt? nihil horum,sed hæc omnia tacens,intulit:quoniam cõuersus est quisq; à uijs suis malis, pœnituit mali qđ dixerat facere ipsis dominus. Cernis quòd non ieiunium periculo eripuit,sed uitæ mutatio deũ barbaris placatum,& benenolũ reddidit? Hæc dixi,non ut ieiunium cõtemnamus,sed ut ieiunium honoremus: honor enim ieiunij non cibo rum abstinentia,sed peccatorum fuga. Itaq; ciborum abstinentia tantũ ieiuniũ definiens,hic est q maximè ipsum uituperat. Ieiunas? demonstra mihi per ipsa opera. Qualia,inquis,opera? Si pauperem uideris,miserere:si inimicum uideris, cõciliare:si amicum laudabiliter agentem uideris,ne inuideas:si mulierem uideris speciosam,transcende. Nõ enim os tantũ ieiunet,sed & oculus,& auditus,& pedes,& manus,& omnia corporis nostri membra. ieiunent manus à rapina & auaritia mundæ: ieiunent pedes ad illicita spectacula cursum reprimentes,ieiunent oculi discentes nunquam formosis obtutibus
H insilire,nec alienas curiosè pulchritudines spectare. Cibus enim oculorum spectatio: sed si illegitima sit, & prohibita,ieiunio nocet,& omnem animę salutẽ subuertit: si uerò legitima & concessa, ornat ieiunium. Etenim absurdissimum esset,cibis & cõcessa abstinere esca per ieiunium,oculorum uerò prohibitam attingere. Nõ comedis carnem? Neq; lasciuiam per oculos haurias. Ieiunet & auris: aurium autem ieiunium, detractiones & calumnias nõ suscipere. Auditũ enim uanum non suscipies,inquit. Ieiunet quoq; os à uerbis turpibus & conuicio. Quæ enim utilitas,cùm auibus quidẽ & piscibus abstineamus, fratres uerò mordeamus & comedamus? Detrahens fraternas carnes comedit,proximi carnẽ momordit:propterea & Paulus terruit,dicens:Si autem uos inuicem mordetis & comeditis,uidete ne inuicem consumamini. Non infixisti dentes carni,sed animæ maledictum,improbã suspicionẽ infixisti,uulnerasti,innumeris affecisti malis,& teipsum & illum,& alios plures: etenim audientem peiorem fecisti proximo calumnians: siue enim peccator sit,segnior fit, peccati cõmunicatorem nactus: siue iustus sit,in arrogãtiam tollitur & inflatur ex aliorum peccato, magna de ipso sentire persuasus.
I Insuper communem ecclesiæ statum læsisti:nõ enim omnes audientes peccatorẽ solùm accusant, sed opprobria Christianorum genti infligũtur:nec audiunt infideles dicentes,quòd ille leno est & dissolutus, sed pro eo qui peccauit,Christianos omnes calumnijs insectantur. Ad hæc dei gloriam blasphemari fecisti: sicut enim nobis laudabiliter uiuẽtibus dei nomẽ glorificatur,sic peccantibus blasphematur,& contumelia afficitur. Quartum,malè audientem consudisti,& sic impudentiorem reddidisti,inimicum & hostẽ constituens. Quintum,teipsum pœnæ & correctionis reũ fecisti,negotia ad te nihil attinentia texens: nequis.n. hoc mihi dicat,tunc detraho,quãdo falsa dico. Nam si uera loquẽs maledixeris,& hoc est crimen: etenim pharisæus ille publicano ueridicus maledixit, sed tamen hoc ipsi nihil profuit. Dic enim mihi,Publicanus non erat publicanus & peccator? Cuique certum est quòd publicanus erat, sed tamen quoniam ipsum uituperauit pharisæus, abijt omnibus amissis. Vis fratrem corrigere? lachryma, oradeum ex corde, apprehensum admone,consule,exhortare: sic & Paulus faciebat,Ne iterum cũ uenero, humiliet me deus apud K
uos,& lugeam multos ex his qui antè peccauerũt, & 2.Co.12.g
non egerunt pœnitentiam super immunditia,& fornicatione,& impudicitia,quam gesserunt. Demõstra charitatem erga peccatorem,persuade ipsi, quòd cõsulens & curans non peruulgare uolens, peccati ipsum commonefacis: comprehende pedes, osculare, ne erubescas,si modò uerè mederi uis. Hæc & medici faciunt sæpius difficiles ægrotos habentes, deoscu lantes,rogantes persuadent salutarem sumere medicinam: Ita tu quoq; fac,sacerdoti uulnus manifesta, hoc est curantis, hoc prouidentis, hoc consulentis. Non solos autem maledicentes, sed & alijs detrahi audientes admoneo aures obstruere, & prophetam imitari dicentem: Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar. Dic proximo: habes aliquem quẽ laudes & commendes? Aures aperio, ut unguenta suscipiam: si uerò malè uelis dicere, uerbis ingressum obturo: nõ enim stercus & cœnum susc ipere patior. Quod mihi lucrum,si didicero quòd ille improbus? Maximum igitur nocumentum ex hoc,& extrema iactura. Loquere ad ipsum: curemus nostra, quomodo peccatorum rationes demus,& curiositatẽ hanc, L
& operosam indagationem circa uitam honestã exhibeamus. Quam enim habebimus excusationẽ, quã ueniam,cùm nostra ne in mentem quidẽ capiamus, aliena uerò curiosè scrutemur? sicut in domum declinare, & interiora considerare, prætereunti turpe est, & multa ignominia plenum: sic & circa alienam uitã satagere,illiberalitatis extremæ est. Hoc uerò ridiculum magis est, quòd talem habentes uitam, & propria negligentes,cũ aliquid arcanum dixerint,rogant audientem,& adiurant,ne cuiquam amplius alteri dicat: hinc declarantes,quòd rem reprehensione dignã commiserunt. Si enim illum, ut nemini dicat,rogas: multò magis te priorem huic dicere non oportebat. In tuto sermonem habebas: postquàm ipsum prodidisti,tunc salutem ipsius curas: si non uis efferri, neq; alteri ipse dicas: postquàm uerò alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua facis, & inutilia admonens & obtestans pro dictorum custodia. Sed iucundum detrahere,immo iucundum non detrahere. Detrahens enim deinceps in agonia est, suspicatur & ti- M
met,pœnitentiam agit,& linguam suam mandit, timens & tremiscens,ne fortè alijs enunciatum uerbũ, magnum sibi periculum afferat,& superfluam & inutilem inimicitiam his qui dixêre,operetur. Apud seipsum uerò continens,in securitate plurima cum multa uiuet uoluptate: Audistis sermonem, inquit, moriatur in te: confide,non te disrumpet. Quid est moriatur in te? extingue ipsum,defode,nec exire,neque penitus moueri permittas: sed maximè stude,neq; alios quidem dicentes malè tolerare: quod si quãdo & susceperis,infode,interime dictum,obliuioni trade, ut his qui non audierint,similis fias,& cum multa pace & securitate præsentem transigas uitam. Si delatores didicerint,quòd ipsos magis,quàm accusatos auersemur: & ipsi tandem ab hac mala consuetudine desistent,& peccatum corrigent,& laudabunt post hæc, & nos ipsos suos saluatores factos, & benefactores prædicabunt. sicut enim benedicere & laudare amicitiæ principium est, sic & maledicere & calumniari inimicitiæ,& odij, & iniuriarum principium est, atq; discordiarum materia. Non aliunde nostra negligun tur, q̃ quòd aliena satagimus, curioseq; scrutamur:

A non enim uacat homini accusanti,& alienos exquirẽti mores,propriam quandoq; uitam curare: studio. n. omni in aliorum curiositatẽ impenso,necesse est omnia eius temerè & negligenter iacere. Etenim optandum omne otium in propriorum curam peccatorũ, & iudicium impendẽtem amplius quid perficere posse. Cũ uerò semper aliena cures, quando tua meditaberis mala? Fugiamus igitur dilecti, fugiamus detractiones, docti quòd est torum satanicum barathrum insidiarum eius hæc insessio. Vt enim nostra negligamus, & grauiores nobis reatus constituamus, in hãc nos consuetudinem diabolus duxit: immo uerò non solũ inest hoc malum, quòd tunc rationem dabimus eorum quæ diximus, sed etiam quòd peccata nostra sic grauiora faciemus, omni nos excusatione priuantes: acerbè enim aliena exquirẽs, in suis excessib⁹ nullam unquam ueniam nanciscetur. Non enim tantũ à peccatorum natura, sed & ex iudicio de alijs nostro sententiam deus proferet, idcirco admonuit dicens:
Mat.7.a Luc.6.f Nolite iudicare, ne iudicemini: non enim quale fuit
B peccatum, tale illic in futurum apparebit: sed quandam magnã & ineuitabilem additionem à iudicio in conseruum facto accipiet. Sicut enim humanus & mitis,& clemens maiorem peccatorum grauitatem succidit: ita acerbus & crudelis,& implacabilis magnum proprijs pondus peccatis apponit. Eliminemus igitur oẽm ex ore nostro detractionem, scientes quòd etsi
Mat.15.b & Marc. 7.c cinerem comedamus, nulla nobis asperæ uitæ huius utilitas proderit, nisi detractione abstineamus: non enim quæ intrant, coinquinant hominem, sed quæ exeunt ex ore. Siquis te prætereunte stercus commoueat,hoc facientem non conuicio & contumelia afficias? hoc fac & circa detractores. Non enim sic cõmotum stertus illũ fœtorem suscipientem cartilaginem percellit, sicut aliena peccata excussa, & uita impura audientium animos prodira conturbari & exturbare solent. Abstineamus igitur detractione, turpiloquio, blasphemia,& neq; proximo,neq; deo maledicamus: multi enim obtrectatorum in hoc furoris lapsi sunt, ut à conseruis in deum linguam suam reuocauerint. Quantũ uerò sit hoc malum, ex rebus nunc nos continentibus discе. Ecce enim homo iniuriã passus est,
C & omnes timemus & tremimus, quiq; intulerũt iniuriam & de nulla hmõi sibi conscij: deus aũt per singulos dies iniuria afficitur à diuitibus, à pauperibus, à quietis, à tribulatis, à calumniantibus & calũniam ferentibus,& nulla usquam ratio. Propterea cõseruum uiolari permisit, ut ex periculo per cõtumeliam exorto præsentem discas domini benignitatẽ. Atqui hoc nunc primum factum est,& solũ: sed tamen nec propter hoc nos ullam assecuturos esse ueniam, uel excusationẽ expectamus. Deum uerò quotidie iritamus, & nullam facimus conuersionem, & adhuc cũ omni longanimitate sustinet. Vidisti quanta dei sit clementia? Et in hac quidem præuaricatione qui peccauerũt, capti sunt,& in carcerem detrusi, pœnasq; dederunt: sed tamen adhuc timemus: necdum enim facta lesus audiuit, neq; sententiam enũciauit, & oẽs tremimus. Deus uerò quotidie contumelias in se factas audit,& nemo conuertitur: & hic cũ sit tam clemens & mitis, illi insuper peccatum dicere sufficit, & crimẽ soluitur. In hominibus uerò contrarium penitus, cũ peccatores confessi fuerint, tunc magis puniuntur: quod qui dem & nunc factum est. Nam hi quidem ferro, illi uerò igni, quidam aũt bestijs traditi, perierunt, non uiri tantùm, sed & pueri: nec ætatis immaturitas, nec po- D
puli tumultus, nec quòd dæmonum furore pleni hęc fecerint: nec quòd exactio intolerabilis esset uisa, non paupertas: nõ quòd publicè cum omnibus peccauerint, non quòd promiserint nunq; se amplius esse talia ausuros, non aliud quicquam omnino ipsos eripuit: sed absq; omni uenia ad barathrũ abducebãtur, militibus armatis utrinq; ipsos agentibus, & obseruãtibus, nequis reos eriperet: & sequebãtur matres, procul quidem filios conspicientes abstractos, calamitatem autem conqueri non audentes. Passionem enim uincebat formido, & naturam superabat metus. Et sicut naufragos à terra contuentes homines, dolent quidem, accedere autem & submersos eripere nõ ualent: ita quidem & hic tanquam undis quibusdã, militum timore prohibitæ matres, nõ tantũ accedere, & ipsos à damnatione eruere nõ audebant, sed & timebãt deplorare. An hinc dei misericordiam coniicitis? quàm ineffabilis, quàm infinita? quomodo omnem transcendit rationem? Hic quidem læsus & eiusdẽ naturæ,& semel ex omni tempore hoc passus est, & nõ coràm, neq; præsens & cernens & audiens, & tamen E
nemo reorum ueniam assecutus est. De deo uerò nihil horum dicẽdum est: etenim tantum est dei & hominis medium, quantum ratio adstruere possit: quotidie cõtumelia afficitur præsens & uidens & audiés, & neq; fulmen immisit, neq; mare iussit terram inundare,& omnes submergere, neq; terrã hiare & temeratores absorbere mandauit: sed tolerat, & longanimiter agit,& ignoscere promittit contumeliæ authoribus, si tantũ pœnitentiã agant,& non amplius hæc facere polliceantur. Verè nunc exclamandi tempus. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quot dei imagines non tantũ deiecerunt, sed & conculcauerunt? cũ enim reum angas, cũ dispolies, cùm trahas, cũ deiicias, dei imaginem conculcas. Audi certè Paulum dicentẽ, quòd homo non
1.Co.11.b debet operire caput, imago enim & gloria dei est. Et rursus ipsum deum dicẽtem: Faciamus hominem se-
Gene.1.c cundum imaginem & similitudinem nostram. Si uerò dicas, quòd non est eiusdem substantiæ homo cũ deo, quid hoc? neque enim æs statuæ eiusdem est cũ rege substantiæ, sed tamen hanc ausi lædere pœnas F
dederunt: sic & in hominibus, etsi non eiusdem cum deo substantiæ sunt homines, sicut neq; reuera sunt, ueruntamen imago uocati sunt, & propter appellationem ipsos honorem recipere oportebat. Tu uerò propter paululum auri, cõculcas, angis, trahis, & nullam adhuc pœnam dedisti. Contingat igitur hodie quandam bonam, & dexteram fieri mutationem. Illud certè uobis prædico, & contestor, quòd etsi hæc præterierit nubes, nos autem in eodem manserimus torpore, rursum multò his quæ impræsentiarum expectantur, peiora patiemur: quoniam & nunc nõ tantùm imperatoris iram, quantùm segniciem uestram timeo. Non enim duobus quidem, aut tribus diebus supplicasse nobis ad defensionem sufficit: sed totius uitæ mutationem fieri oportet, & à malitia desistentes in uirtute permanere continuè. Sicut enim ægrotantes, nisi semper ordinatè uixerint, nulla ipsis disciplinæ per tres aut quatuor dies seruatæ utilitas: sic & peccantes, nisi semper sobrij sint, nihil proderit ipsis duorum uel trium dierum correctio. Vt enim dicitur, lotus postea in luto rursum inquinatus, nihil profecit: sic tres per dies agens pœnitentiam, & rur-

G sum ad priora regrediens, nihil amplius operatus est. Ne igitur qđ semper facimus, hoc & nunc faciamus. Etenim terræmotibus sæpius cõprehẽdentibus, & fame & siccitate, tribus uel quatuor diebꝰ moderati, & mansuetiores facti, rursus ad priora rediuimus, propterea q̃ hæc acciderunt. Sed si nõ prius, nunc saltem in eadem permaneamus pietate, & eandẽ mansuetudinem seruemus, ne rursum alterius indigeamus flagelli. Nunquid non poterat deus facta prohibere: sed permisit, ut se contemnentes per conserui metũ modestiores efficeret. Nec mihi quis dicat, quòd multi sontium effugerunt, multi uerò insontiũ pœnam sub ierunt: etenim hoc dicentes multos sæpius audio, nõ in p̃senti tantũ seditione, sed & in alijs multis hmõi ne gotijs. Quid igitur, talia obiicientibus dicendũ? quòd & si in præsenti seditione insons erat reus, sed aliud peccatum aliquando grauius commisit, deinde non mutatus in præsenti pœnas dedit. Etenim hoc facere deus consueuit, & cũ peccauerimus, non statim peccatis irruit, sed remittit, dans nobis pœnitentiæ tempus præfinitum, ut corrigamur & mutemur: si uerò H quòd non pœnas dederimus, peccatum deletũ esse existimantes contemp serimus, ubi non putamus, ibi post hæc capiemur omnino. Hoc aũt fit, ut cũ peccauerimus, & non fuerimus puniti, nõ confidamus, nisi fuerimus mutati: scientes quòd ubi nõ putamus, omnino cademus. Itaq; si peccaueris, & punitus non fueris, ne contemnas dilecte: sed propter hoc ipsum magis time, sciens quòd facile deo est, quãdo uelit, iterũ retribuere. Propterea enim te non puniuit, ut capias pœnitentiæ tempus. Ne igitur dicamus, quòd crimine carẽs ille ceciderit, alter uerò facinoris author effugit. Innocens etenim lapsus, ut prædixi, aliorum peccatorum pœnas luit: & qui nunc effugit, nisi mutatus fuerit, in alio capietur laqueo. Si sic dispositi simus, nunquam propriorum obliuiscemur peccatorũ: sed semper timentes, trementes, nequando subeamus iudicium, citò ipsorũ recordabimur: nihil enim sic peccata in memoriam reuocare cõsueuit, ut pœna & castigatio. Et hoc manifestum ex fratribus Ioseph. Cũ enim illi iustum uendidissent, & tredecim anni præteriissent, puniri metuentes, & de uita timentes, peccati I recordati sunt, & inter se dicebant: Meritò hæc patimur, in peccatis enim sumus propter fratrem nostrũ Gen. 42. d Ioseph. Vides quomodo timor ille ipsos peccati sui cõmonefecit? & quando peccabant quidem, non sentiebant: quando uerò puniri metuebant, tunc recordati sunt. Hæc igitur omnia sciẽtes, uitam mutare uelimus & corrigere, & ante instantis angustię liberationem de religione & uirtute cogitemus. Et interim tria uobis mandata commendare uolo, ut hæc mihi in ieiunio præstetis: ut nemini detrahatis, inimicum habeatis neminem, & oẽm prorsus ex ore malam iuramentorum consuetudinem expellatis. Et sicut cũ aurum imperatũ audierimus, abiens quisq; domum, & uxorem uocans, & filios, & seruos, considerat cum illis & consultat unde tributũ illud eroget: sic & in mãdatis faciamus his spiritualibus, domum quisq; regressus, uxorem & filios uocet, & dicat, quod tributũ spiritale hodie impositum est, tributum inquam, per qđ erit quædam horum malorum solutio & liberatio: tributum conferentes, nõ pauperes, sed ditiores faciẽs, ut neminem inimicũ habeamus, detrahamus nemini, nec omnino iuremus. Consideremus, curam agamus, consultemus, qũo hæc impleamus mãdata, omne impendamus studium, nos alter alterum commo K neamus, alter alterum corrigamus, ut non debitores abeamus illuc: deinde mutuari ab alijs coacti, illud quod uirgines fatuę patiamur, & immortali salute ex Mat.25.d cidamus. Si sic nostræ constituimus uitæ rationẽ, hic uobis spondeo, & polliceor, quòd & p̃sentis calamitatis aliqua solutio dabitur, & ipsorũ malorum liberatio: & quod omnibus maius est, futurorũ fructus bonorum: oportebat quidem oẽm uobis mandare uirtutem, sed hunc esse correctionis optimum modum puto, per partes legem capientes implere, & tum ad alias ire. Sicut enim agro proposito, agricola paulatim fodiens, sic ad finem uenit: sic & nos legem hanc nobis ponamus, ut per quadragesimam præsentem hæc tria mandata diligẽter exerceamus: proculdubio cũ bonæ consuetudinis custodiam prudenter exhibuerimus, cum maiori facilitate & ad reliquas ueniemus, & ad ipsum disciplinę uerticẽ peruenientes, tum præsentem uitam bona cum spe transigemus, tum & in futura cum multa Christo fiducia assistemur, & arcanis fruemur bonis: quæ nos assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & L cum quo gloria patri unà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM EXHORTATIO AD POPVlum de patientia & tolerantia, ab exemplis Iob & trium puerorum, & de abstinentia à inramentis. Homilia quarta.

Benedictus deus, qui dolẽtes animas uestras consolatus est, & uolubiles mentes cõfirmauit. Quòd enim congruam ceperitis consolationem, per studium hoc & audiendi promptitudinem demonstrastis: non enim datur, animam dolentem, & tristitiæ nube pressam posse q̃ dicuntur, cum promptitudine audire. Vos aũt uideo, cum multa benuolentia, & acri studio nobis attendẽtes omnibus tristibus excussis, & audiẽdi desiderio instantẽ angustiam repulisse: propterea deo uobiscum gratias ago, quòd disciplinam nostram miseria nõ redarguit, nec rigorem nostrum timor remisit, nec alacritatem uestram extinxit tribulatio, nec tabescit zelum uestrũ M periculi magnitudo, nec superauit in deum desiderũ hominum timor, nec studium uestrum temporis iniquitas deiecit: nec tantũ non deiecit, sed & alijs sufful sit: non tantũ non retendit, sed & intendit: non tantũ non extinxit, sed & amplius accendit. Euacuatũ quidem forum est, sed ecclesia repleta: illud luctus materia, hæc gaudij & lætitiæ spiritalis occasio. Cùm igitur in forum te contuleris dilecte, & solitudinem conspicatus ingemueris: confuge ad matrem, & statim te propriorum filiorũ multitudine consolabitur, & perfectum ostendet tibi fratrum diuinum chorum, & omnem tristitiam repellet. In urbe quidem uiros cernere desideramus, tãquam deserta habitantes: in ecclesiam uerò confugientes multitudine comprimimur. Et quemadmodum mari ęstuãte, & multis procellis insaniente, ad portum confugere timor omnes cogit: sic & nunc fori procellæ, & ciuitatis hyems omnes in ecclesiam undique compellunt, & charitatis uinculo membra inter se constringunt. Gratias agamus igitur & propter hæc deo, quòd tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum, quòd tantam ex tentatione utilitatẽ cepimus. Nisi tentatio, nec co-

rona:

A rona: nisi certamina nec brauia: nisi studia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hyems, nec ęstas. Et hoc non in hominibus tantùm, sed in seminibus quoq; ipsis intueri licet: & in his enim multam quidẽ pluuiam, multam uerò nubium collisionem, multã deniq; glaciem fieri oportet, si uernans spica exurgere debet: ubi uerò sementis tempus, tempus & pluuiæ. Postquàm igitur & nunc ingruit hyems animarum, non aeris: seramus & nos in hac hyeme, ut in æstate metamus: seminemus lachrymas, ut metamus exultationem. Psa.125.a Nõ meus hic sermo, prophetica denuncia tio est: Qui seminant in lachrymis, inquit, in exultatione metent. Non sic semina delatus imber germinare & crescere facit, ut pietatis semen excitat, & uernare facit ex lachrymis ruens imber: hic animam detergit, irrigat mentem, doctrinæ germen breui progredi facit: propterea & profundum sulcum proscindere necessariũ. Etenim & propheta hoc admonuit ita Hier. 4.a dicẽs: Renouate uobis noualia, & nolite seminare in spinis. Quemadmodũ igitur aratrũ immittens deorsum, terrã aperit, tutam seminibus custodiam parãs, B ne iacta in superficie remaneant, sed in ipsos terræ sinus immittãtur, & in tuto radices figant: sic & nos facere necessarium, & tanq̃ aratro tribulatione utentes, cordis profundũ scindere: hoc enim & alius prophe Ioel.2.a ta admoner, dicens: Scindite corda uestra, & nõ uestimenta uestra. Corda igitur scindamus, ut siqua dolosa herba, & improba cogitatio nobis ineſt, radicitus eam uellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Nisi nunc enim renouemus, nisi nũc seramus, nisi nunc fundamus lachrymas, cũ adest tribulatio & ieiunium quando unquã in compunctionem ueniemus? Num quando remissio & deliciæ fuerint? Sed hoc fieri non potest. Remissio enim & deliciæ in segnitiem inducere consueuerunt: sicut tribulatio ad studium reuocare, & mentẽ exterius circa multa uagantem, & occupatam conuertere. Ne igitur de hac tristitia doleamus, sed deo gratias agamus: multum enim de tribulatione lucrum. Nam & cũ agricola semina cũ multo labore collecta seminauerit, ignarus quidem omnia quæ fiunt, cernens admirabitur, forteq; apud seipsum dicet: Quid hic homo tandem C facit? collecta dissipat, nec dissipat, tantũ, sed & terræ cum multa cura commiscet, ne facilè colligi possint: nec tantũ commiscet terræ, sed & optat uehemẽtem fieri pluuiam, ut proiecta omnia marcescant, & lutũ fiant, & turbabitur cernens fulmina, & coruscationes deferri: agricola uerò non ita, sed lætatur & gaudet hyemem cernens: non enim præsentia respicit, sed futura spectat: non respicit ad fulmina, sed manipulos computat: non marcescentia semina, sed uernantes spicas: non grauem imbrem, sed iucundissimam areę uentilationem: Itidem & nos, non præsentem specte mus tribulationem, aut dolorem: sed orientem ex ipsa utilitatem, ex ipsa nascẽtem fructum. Expectemus aream, manipulos: si etenim uigilemus, multum ex hoc tempore fructum congregare, & mentis nostræ penus implere poterimus: si uigilemus, non tantùm nihil graue ex hac patiemur tribulatione, sed & innumera bona capiemus: si uerò torpeamus, remissio nos perdit. Non aduertentem enim utraq; lædunt, cũ sedulitate uerò uiuenti utraq; prosunt. Et sicut aurũ, etsi aquis immoretur, propriam prę stat speciem: siue in conflatorium ceciderit, splendidius rursum apparet: lutum autem & fœnum, siue aquis immiscẽri accidat, hoc quidem marcescit, illud uerò dissoluitur: si- D ue in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autẽ cõburitur: Sic certè & iustus & peccator: ille quidem siue remissione fruatur, manet splendidus, sicut aurũ aquæ immersum: siue in tentationem ceciderit, splendidior fit, sicut aurum igne examinatũ: peccator uerò siue remissionem nanciscatur, dissoluitur, & marcescit, sicut fœnum & lutum aquæ immoras: siue tentationem sustineat, comburitur, & perditur, sicut lutum & fœnum ab igne. Non igitur conficiamur præsentibus malis: si enim peccata habeas, destruuntur, & comburuntur facilè per tribulationẽ: si uerò uirtutem habeas, illustraris, & elucidaris ab ipsa: si cõtinuè uigiles & sobrius sis, eris omni damno superior. Non enim tentationum narura, sed tentatorum segnities ruinas efficere solet. Itaq; si uis gaudere, & remissione & uoluptate potiri, neq; uoluptatem, neq; remissionem quæras: sed animam patientia plenam quære, & tolerantiam exhubere ualentem, quòd si hoc non habeas, non tantũ tentatio te redarguet, sed & remissio perdet, & magis deiiciet. Quòd enim non grauiũ incursus casuum, sed mentis nostræ torpor salutem no E stram subuertit, audi quid dicat Christus: Quicunq; Mat.7.d audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat super petrã. & rursum: Omnis qui au- Ibidem. dit uerba mea hæc, & nõ facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & erit ruina eius magna. Vides quòd non tentationum instictus, sed ædificantium stultitia ruinam fecit? Etenim illic pluuia, & hic pluuia: & illic flumina, & hic flumina: & illic uentorum incursus, & hic idem: & ille ædificauit: & hic ædificauit: & eadem ædificatio, & eędem tentationes, sed non idem finis, quoniam non idem fundamentum: non enim tentationum natura, sed ædificantis imprudentia ruinam fecit, alioqui oportuisset & domum supra petram ædificatam cadere: nunc uerò nihil tale passa est: Sed ne de domo hæc dicta esse putetis, de anima enim sermo est diuinorum F uerborũ auditum per opera demonstrante, uel repelente. Sic animã suam Iob ædificauit: descẽdit pluuia, Iob. 1.c.d ignis enim de cœlo cecidit, & omnes greges absumpsit: uenerunt flumina, frequentes, continui, & indefinentes calamitatum nunci: hic quidem gregum, hic uerò filiorum interitum dicens: flauerunt uenti, amara uxoris uerba. Dic, inquit, uerbum cõtra dominũ, Ibid.2.e & morere. Et non cecidit domus, non est supplantata anima, nõ blasphemauit iustus: sed & gratias egit, sic dicẽs: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut do Ibid.1.d mino uisum est, sic & factum est. Vides quòd nõ tentationum natura, sed torpentium ignauia ruinam facere solet? Itaq; fortem tribulatio, & fortiorem reddit. Quis hęc inquit? In tribulatione nutritus beatus Paulus ita dicens: Tribulatio patientiam operatur, patiẽ- Rom.5.a tia uerò probationem, probatio uerò spem. Et sicut firmas arbores uentorum impetus incidens, & undique iactans, non euellit, sed & solidiores & firmiores his in cursibus reddit: sic & animam sanctam, & piè uiuentem tentationum incursus, & tribulationum non supplantant, sed etiam ad maiorem patientiam præparant: sicut & beatum Iob splendidiorem & ue-

Generabiliorem reddiderunt. Nūc igitur nobis quidem homo irascitur, homo quidem iisdem pœnis obnoxius, & similis animæ, & timnimus. Tunc aūt illi dæmon malignus & ferus erat iratus, nec simpliciter irascebatur, sed oēs mouebat artes, omnēq; adhibebat uersutiam, & necita quidem iusti fortitudinem superauit. Et hic quidem cū homo sit, nunc irascitur, nūc conciliatur, & tamen timore mortui sumus. Tūc diabolus erat impugnans, qui nunquam hominū naturæ conciliatur, sed bellum sine fœdere, & pugnam sine inducijs generi nostro indixit, & tamen ipsius sagittas iustus derisit. Quam igitur nos excusationem, uel qualem ueniam habere deberemus, humanā tentationem nō ferentes, tantū in gratia cum disciplina uersati, cū ille ante gratiam, & in ueteri testamento illud tam intolerabile bellum generosē tulerit? Hæc igitur dilecti semper inter nos disseramus, & per hos sermones nosipsos exhortemur. Etenim uos testes, conscientiaq; nostra, quantum ex hac tentatione utilitatis habuimus. Dissolutus enim modestus factus est, audax humanior, segnis studiosus. Qui nunquā eccle
H siam uiderant, sed totos in theatris agebant dies, nūc in ecclesia tota die morantur. Propterea ne igitur doles, quòd te studiosum timore deus reddidit? quòd te per tribulationem ad tuæ salutis sensum perduxit? Sed torquetur conscientia tua? Sed quotidie percellitur mens tua mortem expectans, & minas maximas? Sed hinc quoq; nobis magnus ad uirtutem accessus erit, crescente nobis per angustiam religione. Potest enim deus oía grauia hodie soluere: sed donec nos purgatos uideat, donec uideat factam conuersionē, & pœnitentiam firmam & inconcussam, nō dissoluit tribulationem. Etenim aurifex donec aurū bene purgatum uiderit, de conflatorio nō extrahit: sic & deus non abducit hanc nubem, donec nos penitus emendauerit. Qui enim tētationem permisit, ipse nouit & tentationis soluendæ tempus. Et sicut citharœdus neq; neruum intendit, ut non abrumpat: neq; remittit ultra modum, ne harmoniæ concentum lędat: sic & deus agit, neq; in remissione continua, nec in longa tribulatione nostram constituit animam, secundum suam prudentiā utrunq; faciens: non finit enim
I nos continua potiri remissione, ne segniores fiamus. non autem rursum finit in cōtinua esse tribulatione, ne concidamus, néve desperemus. Ipsi igitur grauiū solutionis tempus relinquamus, nos uero tantùm in sanctitate uiuamus. Opus enim nostrum ad uirtutē mutari, dei uerò opus grauia soluere. Etenim ipse magis, q̄ tu qui tentaris, hoc incendium extinguere uult, sed salutem tuam expectat. Sicut igitur ex remissione tribulatio facta est, sic & ex tribulatione remissionē expectare conuenit. Neq; enim semper hyems, neque semper æstas, neq; semper procella, neq; semper tranquillitas, non semper nox, neq; semper dies: sic neque semper tribulatio, sed erit & remissio, si tantùm in tribulatione deo gratias semper agamus. Etenim tres in fornacem pueri coniecti sunt, & nec ita religionis obliti sunt, nec ipsos terruit flamma: sed in cubiculo sedentibus, & nihil graue patientibus, studiosius igne circundati, sacras illas preces emittebant. propterea murus ipsis factus est ignis, & uestis flamma, & fons fornax, & ligatos capiens, solutos reddidit. Mortalia susćepit corpora, & tāquam immortalibus abstinuit: non agnouit naturam, sed pietati reuerentiam exhibuit. Vinxit pedes tyrannus, & ignis uim pedes uinxe
runt. O rem admirabilem. Vinctos soluit flamma, & K
ipsa de reliquo à uinctis uincta est: mutauit enim rerum naturam adulescentulorum religio, immo uerò non naturam mutauit, sed quod erat mirabilius, per manentis naturæ uim repressit: non enim ignem extinxit, sed ardentem ineficacem reddidit, & quod est mirabile & stupendum, non in sanctis tantū corporibus hoc factum est, sed & in uestimentis ipsorum, & calceamentis. Et sicut in apostolis, uestimenta Pauli Act.19.b
ægritudines, & dæmones pellebant: & Petri umbra Ibid.5.c
mortem fugauit: sic quidem & hic puerorum calcea
menta ignis uirtutem extinxerunt. Nescio quomodo dicam, miraculum oēm uerborum narrationē transcendit: etenim uis erat extincta, & non erat extincta: cū enim circa sanctorum illorum corpora uersabatur, erat extincta: cū uerò uincula disrumpere oportuit, non erat extincta. compedes igitur disrupit, & talos non tetigit. Vidisti quanta propinquitas? neq; mutatus, & ui sua priuatus est ignis, neque intra uincula procedere ausus fuit. Vinxit tyrannus, & flamma resoluit, ut & Barbari crudelitatem discas, & elementi obedientiam. Qua uerò causa in ignem missurus eos L
ligauit? Vt miraculum fieret maius, ut mirabilius signum, ne putares esse oculorum errorem ea quæ uidebantur: nisi enim ignis ille ignis fuisset, uincula nō absumpsisset, non exterius sedētes milites (quod multò maius fuit) rapuisset. Nunc aūt exterioribus quidē uim, interioribus uerò obedientiam exhibuit. Tu uerò mihi cōsidera ubiq;, quomodo diabolus per quæ dei seruos impugnat, per hęc propriam uim destruit, non uolens quidem, sed dei sapientia & prouidentia, illius armis & artibus in ipsius caput utēte: quod qui dem & hic factum est. Diabolus enim illic tunc tyrāno se insinuans, neq; ferro sanctorum eapita abscindi permisit, neq; bestijs, tradi, neq; ullo alio tali modo puniri: sed in ignem inici suasit, ut neq; reliquiæ illorum sanctorum remanerent, ipsis corporibus cōsumptis, & ipsorum cinere dum sarmentorum cinere cōmixto Deus autem hoc ipso ad impietatis destructionem usus est, & eo modo quem ego mox dicā. Deus apud Persas ignis esse putatur, ipsumq; multo cultu uenerantur Barbari ēt nunc regionē illam habitātes. Volens igitur deus radicitus impietatis materiā auferre, concessit hmōi pœnæ modum, ut præ oculis omnium ipsum colentium, seruis suis uictoriā conferret: per ipsa opera ipsis persuadere uolens, quòd Gentiliū dij non deū tantū, sed & dei seruos timent. Et considera uictoriæ coronam per contraria textā, & factos trophæi testes ipsos inimicos. Misit enim, inquit, Na- Dan.3.d
buchodonosor rex ad congregandum oēs magistratus, & duces, & præsides, principes, & tyrannos, & in potestatibus cōstitutos, & oēs regionum præfectos, ut uenirent ad nouæ dedicationē statuæ. Et cōgregati sunt oēs. Inimicus spectatores cogit, & ipse spectaculum cōuocat: ipse studia ponit, & theatrū nō uulgarium hominū, non quorundā priuatorū, sed omniū honoratorū, & omnium magistratuū, ut & testimonium apud multos fide dignū fiat. Venerāt ad aliud uocati spectaculū, & alia conspicati, oēs obierunt, Venerunt statuam adoraturi, & statuam quidem desierunt: abierunt uerò dei potentiam admirati per signa in pueris exhibita. Et uide ubi stadium hoc statuerat: non in urbe, nec in ulla regione, sed plani, & nudi campi hoc orbis theatrum susćipiunt: in campo enim de ære extra ciuitatem imaginem erexit, & præ

A copertransiens clamabat: Vobis dicitur gentes, tribus, linguæ, quacunq; hora audieritis uocem tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæq;, & psalterij, & symphoniæ omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auteā (uerè enim cadere erat simulachrū adorare) & quicunq; nō cadens adorauerit, in eadē hora proiicietur in caminū ignis ardentē. Vidisti q̄ difficilia certamina parata sunt, & quot insidiarū necessitates, & q̄ profunda uorago, & præcipitium utrinq; sed ne timueris. Quantò magis machinamenta inimicus auxerit, tantò magis puerorum fortitudinem demonstrat. Propterea enim tot musicorum consonantia, propterea caminus ardens, ut & uoluptas, & timor assistentium animas obsideret. Asper adstantiū quispiam est, & rigidus? Molliat ipsum, inquit, delectans omnisonæ musicæ melodia. Sed his insidijs superior est? Terreat, & percellat flammæ aspectus. Et erat timor, & uoluptas: hæc erat quidem per aures, ille uerò per oculos animas subrepens. Sed adulescentulorum illorū generositatem horum nihil redarguit: sed sicut in ignem proiecti flammā superarunt, sic omnē
B concupiscentiam & anxietatē deriserunt. Hęc. n. omnia propter ipsos diabolus præparauerat: nō enim de subditis dubitabat, sed potius multum confidebat, quòd nullus regi legi se obiecturus erat. Postquā uerò occiderunt oēs, & uicti sunt, tūc in medium pueri soli aguntur, ut sic quoq; uictoria fiat clarior, cùm in tanta multitudine ipsi uincant, & prædicentur: neq; enim tam mirabile fuisset, si nullo supplantato primi uiriliter egissent. Hoc autē maximum & mirabile est, quòd cadentium multitudo ipsos non terruit, nō soluit, non intra se tale quid dixerunt, quod multi dicere consueuerunt: Si enim primi quidem nos imaginem adoraremus, id peccatum fuisset: si uerò cū tot millibus hoc facimus, quis ueniam non dabit? quis excusatione dignos nō censebit? Sed nihil illi tale aut dixerunt, aut cogitauerūt, tot tyrannorum ruinas intuiti. Tu uerò mihi & calumniantium ipsos malignitatem
Dan.3.b considera, & quā improbè, & acerbè ipsos accusauerunt. Sunt enim, inquit, uiri Iudæi, quos cōstituisti super opera regionis Babylonis. Non enim simpliciter gentem commemorauerunt, sed & honorem in me-
C moriam reuocauerunt: sed ut regis iram accenderēt, seruos ciuitate carentes captiuos principes nostros sistis: hi uerò te pro tanto honore cōtumelia afficiūt, & in eum qui se honorauit, insolenter agunt. Ideo dicunt Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, non paruerunt decreto tuo, & dijs tuis non seruiunt. Maxima laus accusatio, & crimina laudes fiunt, & testimoniū indubitatū inimicis ipsum perhibentibus. Quid igitur rex: Iussit ipsos in medium agi, ut ipsos undiq; terreret. Sed nihil illos cōsternauit, nō regis furor, non quòd soli in tantorum medio derelicti essent, non ignis spectatus, non canentes tubę, nō omnes in ipsos ignem mittentes: sed hæc omnia deridentes, tanq; in frigidum aquarum fontem mittendi,
Ibidem.c in fornacem ingressi sunt, beatam illam emittētes uocem: Dijs tuis nō seruiemus, & statuam auream, quā erexisti, non adoramus. Hanc non temerè recitaui hi storiam, sed ut discatis, quòd licèt furor insit et regius, etsi militum insidiæ, etsi inimicorum inuidia, etsi captiuitas, etsi orbitas, etsi ignis, etsi fornax, etsi innumera alia, iustum nihil redarguere, aut terrere potest. Si enim ubi impius erat rex, non formidauerunt tyranni furorem adolescentuli, multò magis nos cō-

fidere oportet, humanū & mitem habētes regem, & D
de hac tribulatione deo gratias habere, ex prædictis doctos, quòd tribulationes nos clariores efficiunt, & apud deum, & apud nos homines ipsas generosè ferre scientes. Etenim nisi serui fuissent hi ipsorum libertatem non cognouissemus: nisi captiui fuissent, non animi nobilitatem didicissemus: nisi inferiori patria excidissent, non cognouissemus supernæ ciuitatis esse ipsorū uirtutē: nisi terrenus rex ipsis fuisset iratus, non audissemus beneuolentiam, quā cœlestis rex erga ipsos gerebat. Et tu igitur si illum beneuolum habeas, licēt in fornacē cadas, ne desperes: sicut si succē seat, licēt in paradiso sis, ne confidas. Etenim in paradiso erat Adā, & postq̄ deū iritauit, nihil profuit paradisus. In fornace erant isti, & postq̄ se bene egerūt, nihil obfuit fornax. In paradiso erat Adam, & quia segnis erat, supplantatus fuit. Fimo insidebat Iob, & qa uigilabat, superauit: etsi quātò paradisus est fimo melior: sed nihil loci uirtus inhabitanti profuit, postquā seipsum ille prodidit. Sicut igitur loci uilitas uirtute undiq; munitum nō læsit, & nos animam nostrā muniamus: siue enim pecuniarū mulcta immineat, siue E
mors, pietatem uerò auferat nemo, sumus omnibus beatiores. Hoc & Christus mandauit, dicens: Estote igitur prudentes sicut serpēes. Sicut enim ille reliquū obiicit corpus, ut caput saluet: sic & tu: siue pecunias, siue corpus, siue præsentē uitam, siue omnia amitte-
re oporteat, ut pietatē conserues, noli tristari. Si enim Mat.10.b
illam habens migraueris, omnia tibi cū maiori deus charitate retribuet, & corpus cū maiori rursum gloria restituet, & pro pecunijs bona oēm rationis potētiam trāscendentia. Nam in fimo nudus sedebat Iob, innumeris mortibus grauiorem sustinens uitam: sed quia pietatem non abiecit, omnia eum maiori copia rediere priora, corporis sanitas & species, omnis filiorum cœtus, possessiones omnes, & quod omniū maximum, splendida patientię corona. Sicut enim in arboribus accidit, & siquis fructum cū folijs auferat, & ramos omnes amputet radice manente, tota cū maiori etiam ornatu arbor resurgit: sic quidem & in nobis, si pietatis radix permaneat, & si diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum maiori gloria redeunt. Omnem igitur animæ solicitu F
dinem, & superfluam curam abiicientes, ad nosipsos redeamus, corpus & animam ornemus uirtutis ornamento: iustitiæ arma, sed non peccati, corporis nostri membra exhibentes. Et ante omnia linguam esse spiritus gratiæ ministram doceamus, omne uirus & malignitatem ex ore proiicientes, & turpium uerborum meditationē. Etenim in nostra potestate est, quodq; membrorū nostrorum, siue malitiæ, siue iustitiæ instrumentum facere. Audi igitur, quomodo linguā, hi quidē peccati, hi uerò iustitiæ arma fecerunt: Lingua ipsorum gladius acutus. Alter uerò quidā de sua di- Psal.63.a
cit lingua: Lingua mea calamus scribæ uelociter scri- Ibi.44.a
bentis. Illa mortē operata est, hæc diuinā legem scribebat: propterea illa quidem gladius, calamus autē hæc erat: non secundum propriam naturam, sed secū dum utentium electionem. Linguæ enim natura & huius & illius una erat, operatio autē non una. Et de ore rursus idem cernere licet: etenim hi quidem habebant os sanie & improbitate plenum, propterea accu Ibid.9.c
sans dicebat: Os ipsorū maledictione & amaritudine Ibid.48.a
plenum est. Ipsius uerò tale, Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Alij

G uerò rursus manus habebãt iniquitatis plenas, & hos
Psal.25.c accusans dicebat: In manibus ipsorũ iniqtates, & dextera eorum repleta est muneribus. Ipse uerò manus nihil aliud facere, q̃ in cœlum erigi assuetas habebat,
Ps.140.a idcirco & de his dicebat: Eleuatio manuum mearũ sacrificium uespertinum. Et in corde licet idem uidere. Horum nanq; cor uanum, huius aũt uerum, propterea de illis dicit: Cor eorũ uanum est: de suo aũt,
Ibidẽ.5.b Eructauit cor meum uerbum bonum. Et de auditu
Ibi.44.a rursum idem quispiam uidere possit. Hi nanq; bestiarum auditum habebat immitem & implacabilem, &
Ibi. 57.a ipsos uituperans, sic dicebat: Tanq̃ aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Ipsius aũt auditus diuinorum erat uerborũ receptaculũ, & hoc ipsum manifestauit
Psa.48.a dicens: Inclinabo in parabolam aurẽ meã, aperiam in psalterio propositionẽ meã. Hæc igitur scientes nos undiq; uirtute muniamus, & sic dei irã repellemus: & & corporis mẽbra, iustitię arma faciamus: & oculos, & manus, & pedes, & cor, & linguã, & omne corpus uirtuti tantũ utile esse doceamus: & illorum trium re
cordemur, de quibus ad uestram charitatem uerba
H feci, rogans, ut inimicum haberetis neminem, neque cuiq̃ eorum qui uos tristitia affecerint, maledicatis: & improbam iuramentorum cõsuetudinem ex ore uestro eijciatis. Et de duobus quidem mandatis in alio tempore differemus. Præsentem uerò per hebdomadam totam de iuramentis uobis dicemus, à faciliori mandato initium facientes: nec. n. labor ullus est iuramentorum consuetudinem uincere, si uelimus uel parum impendere studij, nos inuicem cõmonefacientes, admonẽtes, obseruantes, rõnem & pœnas ab oblitis repetentes. Quæ. n. quæso, ciborum abstinentiæ utilitas, nisi improbas animi consuetudines expellamus? Ecce hodie totam ieiunij diẽ exigemus, & mensam in uespere apponemus non hosternæ similẽ, sed immutatã, & honestiorem. Nunquid igitur quis nostrum habet dicere, quòd uitam suam hodie sicut & mensam mutauit, quòd & improbam consuetudinẽ sicut & escã conuertit? Quæ igitur nobis ieiunij utilitas? Propterea exhortor, & exhortari non quiesco, ut singulũ quodq; mandatum assumẽtes, duos uel tres dies in ipsius adimpletionẽ impendatis. Et sicut quidã sunt inter se ciborũ abstinentia æmulantes, & mirabilẽ contentionẽ facientes: & hi quidem integros duos dies transigunt ieiuni, hi uerò nõ uini tantũ, &
I olei, sed & ois ferculi usum à sua mensa reijcientes, pane & aqua utẽtes duntaxat, quadragesimam oẽm expediunt. Sic & nos quidẽ inter nos contendamus, ut iuramẽtorum imbres destruamus: hoc. n. omni ieiunio utilius, hoc omni uitæ aspitate cõpendiosius: & studiũ, quod circa ciborum abstinentiã habemus, hoc circa iuramẽtorũ abstinentiã exhibeamus: quoniam extremæ demẽtiæ crimen subimus, prohibita quidẽ contemnentes, circa indifferentia uerò omne mouentes studium: comedere. n. non est inhibitum, iurare uerò prohibitũ est. Nos uerò concessis abstinentes, prohibita audemus? Propterea charitatem uestrã exhortor aliquã facere mutationẽ, & hinc principium uobis ostendere. Si. n. cum tanto præsens ieiuniũ studio transegerimus, hac quidem hebdomade, ut minimè iuremus efficientes, sequenti uerò iram extinguẽtes, ulteriori autem detractionem radicitus destruentes, & post ipsam alia rursus plura corrigentes sic per uiam progredientes, paulatim ad ipsum uirtutis culmen ueniemus, & præsens fugiemus periculũ,
& deum placatũ reddemus. Et multitudo rursus ad K
nos & ad urbẽ regredietur: & fuga lapsos tũc docebimus, nõ locorũ munimini, nec refugio & recessui, sed animi pietati, & morũ uirtuti salutis nostræ spem tradere. Et sic & hæc, & illa bona assequemur, qbus nos omnes dignos fieri detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cũ quo patri gloria, honor, potestas, cũ sanctissimo, uiuificoq; & coæterno spiritu nunc & semp, & in secula seculorũ, Amen

EIVSDEM ITIDEM EXHORTATIO
ad populum de generosẽ ferendis imminẽtibus minis, habens satis multa exempla, ex his quæ euenere & Iob & Niniuitis, quòd non oportet timere mortem, sed peccatum: & quid malè mori: & de iuramentis omni studio fugiendis. Et in terræmotum.

Homilia quinta.

Rium puerorum, & Babylonicę fornacis nar
t ratio aliquatenus, ut uidetur, uestrã heri charitatem consolata fuit: insuper autẽ & de Iob exemplum, & simus omni tribunali regio uenerabilior. Ex throni nanq; regij aspectu nullum erit spectan L
tibus lucrum, sed temporalis dũtaxat delectatio, nullam habẽs utilitatẽ: ex simo Iob autem uiso omnem quis capiet utilitatem, & disciplinã multam, & exhortationẽ ad patientiæ rationem. Itaq; multi nunc longam, & transmarinam peregrinationem à terræ finibus in Arabiam abeunt, ut simum illum cernant, & conspicati terrã deosculentur, quæ illius uictoris certamina, & cruorẽ omni auro preciosiorẽ susceperit. Neq; enim tantum radiaret prætexta, quantum illud corpus tunc resplendebat, non alieno, sed proprio lotum sanguine. Vulnera uero illa gẽmis omnibus erant cariora. Margaritarum quidem natura nihil uitę nostræ prodest, nec ullum usum habentibus necessarium explet: uulnera uerò illa sunt omnis tristitiæ cõsolatio. Et ut discas quòd hoc uerum est, si quis filium legitimũ, & unigenitum amittat, ostende infinitas ipsi gẽmas, & non consolaberis dolorem, neq; angorem lenies: cõmonefaciens autem ipsum uulnerum Iob, facilè mederi poteris, sic dicens. Quid luges homo? tu quidem filium unũ amisisti: beatus autem ille, cùm
M omnis filiorũ cœtus ablatus fuisset, in ipsa quoq; carne plagã accepit, & nudus in simo sedebat, undiq; sanie diffluens, dũ paulatim ipsius caro consumeretur, iustus, uerax, in deum pius, omni mala re abstinens, deum uirtutis testẽ habens. Si enim hæc uerba dixeris, omnem lugẽtis tristitiam extinxeris, & omnem dolorem sustuleris: & sic iusti uulnera margaritis utiliora fiunt. Designate igitur & uos athletam illum, & existimate uos cernere simum illum, & ipsum in medio stercoris sedentem, statuam auream gemmatã, qualem dicere non noui: neq; enim tam preciosam ualeo materiam inuenire, ut illi cruentato corpori comparari possit. Sic omnis materia preciosissima carnis illius natura erat multo uenerabilior, & uulnera solaribus radijs splendidiora: hi enim corporis oculos illuminant, illa uero mentis nostrę lumina illustrant, illa diabolum simul penitus excæcauerunt. Propterea nanq; post illam plagam resiliuit, nec deinceps apparuit. Tu uero dilecte & hinc disce tribulatiõis lucrum quantum est: etenim quãdo dies erat, & otio fruebatur iustus, unde accularet ipsum habuit, mendaciter quidem. Verũ enimuero habuit unde diceret, Num te gratis colit Iob? Postquam uero ipsum spoliauit, &
Iob.1.b
fecit,

A fecit paupem, nec hiscere quidem amplius ausus est: & cũ diues quidem esset, cũ ipso pugnare parabat, & supplantare minabatur: postq̃ uero pauperẽ fecit, & oia abstulit, & in extremum dolorem induxit: tũc repulsus est: & quãdo sanum quidẽ ipsius erat corpus, manus opponebat: ut uero ipsius carnem uulneribus impleuit, tunc ausugit uictus. Vidisti quanto paupertas diuitijs, & imbecillitas & ęgritudo sanitate, & tentatio qete melior uigilantibus, & utilior sit, & clariores & fortiores pugnãtes faciat? Quis uidit, quis audiuit tam mirabiles pugnas? Gentiliũ certaminũ pugiles cũ aduersariorum capita cõtriuerunt, tunc uictores sunt, & coronãtur: hic uero cum iusti corpus contriuisset, omniformi ulcere ipsum perforans, & imbecillius fecisset, tũc uictus est, & retrocesit: & postq̃ ipsius latera undique confodit, ipsi quidem nihil amplius actũ est: repositum. n. thesaurũ nõ abstulit. Nobis aũt ipsum clariorem reddidit, & per illã confossio
nem, ut oẽs hominem interiorem aspicerent, fecit, & omnes ipsius diuitias discerent. Et cũ uincere sperauit, tunc cũ multa confusione recessit, & nullam am-
B plius uocẽ emisit. Quid actũ est diabole? Quare refugis? Nõnne facta sunt quæcunq; uolebas? Non interemisti ipsius greges, armenta, equorũ mãdras, & asinorum? Non filiorum cœtum perdidisti, & carnem oẽm uulnerasti? Quare recessisti? Quoniã facta quidẽ sunt oia, quæ uolui, inquit: quod uero fieri maximè uolebam, & propter quod oia feci, hoc factũ non est: neq; enim blasphemauit: propter hoc enim omnia illa faciebam, inquit, ut hoc procederet. Hoc non facto, nihil mihi plus est factũ ex pecuniarum iactura, & filiorum interitu, & corporis plaga: sed cõtrarium q̃ uolebam, euenit, splendidiorẽ reddidi inimicum, & clario
tem effeci. Cognouisti quãtum tribulationis lucrum charissime? Pulchrum quidem & integrũ corpus fuerat, multo uero uenerabilius factũ est, ab illis uulneribus infectũ: quoniam & lanę pulchræ quidẽ, & antequam inficiantur, postq̃ uero purpureæ factæ fuerint, ineffabilẽ capiunt pulchritudinem, multũq; decorem. Nisi uero ipsum expoliasset, bonã uictoris habitudinem non cognouissemus. nisi ipsius corpus pla
gis perforasset, radij intrinsecus non retinuissent: nisi
C ipsum in simo constituisset, ipsius nõ cognouissemus diuitias. Neq; enim tam splendidus in tribunali rex sedẽs, q̃ insignis erat ille, & illustris in simo: etenim post regium quidem solum mors, post simum autem illum cœlorum regnum. Hæc igitur omnia ratiocinantes, ea opprimẽte tristitia nos releuemus. Has etenim uobis historias appono, non ut dicta laudetis, sed ut uirtutem imitemini, uirorũq; generosorum patiẽtiam illorum, ut per ipsa discatis opera, quòd humanorum nullum est graue malorũ, nisi peccatum, non pauper
tas, non ægritudo, non cõtumelia, non calũnia, non ignominia, non quæ oium mors malorũ extremum esse uidetur. Hæc. n. calamitatũ nomina, philosophantibus sunt tantũ nomina rebus carentia. Vera autem calamitas, deũ offendere, & eorum quæ ipsi non placẽt, aliquid facere. Quid enim graue mors habet, dic mihi? Num quòd te celerius ad tranquillũ portum, & pacatã illam transmittit uitam? Et si. n. homo nõ occidit, ipsa naturæ lex irrepens non corpus ab anima
resoluet? Licet. n. hoc nũc minimè fiat, erit paulo post, quod nunc timemus: & hæc dico, non graue qd expectans aut triste, absit, sed erubescens mortẽ timen-
1.Cor.2.c tium causa. Tot expectans bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt:
D ad fruendum differs, & negligis, & torpes? Nec tãtum torpes, sed & times, & horres? Et quomodo non tibi turpe propter mortẽ dolere? Paulus uero propter prę
sentem gemebat uitã, & Romanis scribens dicebat: Ro.8.d quòd creatura congemiscit, & nosipsi spiritus primitias habentes gemimus. & hæc dicebat, non cõdemnans præsentia, sed futura desiderãs. Gustaui, inquit, gratiã, & non fero dilationẽ: spiritus primitias habeo, & ad integrũ festino: ascẽdi in tertiũ cœlum, uidi glo-
2.Co.12.a riam illam ineffabilẽ, uidi aulas splendẽtes, didici quibus hic immorans, bonis careã, propterea gemo. Dic etenim mihi, si quis te in regias duxisset aulas, & deparietibus aurum undiq; fulgens, & oẽm alium ornatum tibi demonstrasset: postea te inde in paupis cellam induxisset, & post breue tẽpus in regias reducturum illas, & perẽnem ibi mansionem se tibi daturum esse promisisset, nunquid nõ deberes affici desiderio, & uel ipsos paucos dies ægrè ferre? Hoc quoq; de cœlis & de terra cogites, & ingemisce cum Paulo, nõ propter mortem, sed propter præsentem uitam. At, da, mihi, inquis, ut Paulo similis fiam, & nunquam mortem
E timebo. Et quid te Paulo similem fieri prohibet? Non pauper erat ille? Non tabernaculorum faber? Nõ idiota? Si enim diues fuisset ac nobilis, habuissent fortè pauperes ad ipsius imitationem uocati, paupertatem suam ostendendi causam: nunc aũt horum nihil dicere potes: etenim operarius homo erat, & diurnis pascebatur laboribus. Et tu qdem ab initio pietatem à parentibus suscepisti, & à prima ætate sacris es literis innutritus: ille uero & blasphemus fuit, & persecutor, & contumeliosus, & ecclesiam uastauit: sed tamẽ ita
penitus mutatus est, ut omnes prõptitudine & feruo- 1.Co.4.d re superauerit: clamat dicens: imitatores mei estote, &.11.a sicut & ego Christi. Ille dominũ imitatus est, tu conseruum nõ imitaris? tu qui à principio impietate coaluisti, eum qui postea per mutationẽ ad fidem accessit? Non nosti, quòd qui in peccatis sunt, & si uiuunt, mortui sunt: q uero in iustitia sunt, & si mortui sunt, uiuunt? Nec meus hic sermo, sententia est Christi Mathæ dicẽtis: Omnis qui credit in me, etiam si mortuus Ioan.11.d
F fuerit, uiuet. Non enim fabulæ sunt dogmata nostra. Si Christianus es, Christo crede: si Christo credis, per opera mihi fidẽ demonstra. Quomodo uero per opera fidem demonstrabis? si mortem contemnas. Et in hoc enim ab infidelibus differimus: etenim illi quidem merito timent mortẽ, resurrectionis enim spem non habent: tu uero ad meliorem uadens uitam, & de illius spe philosophari habens, qua dignus es uenia, de resurrectione quidem confidens, ita uero sicut non credentes resurrectionem, mortem timens? Sed mortem, inquit, non timeo, neq; morti, sed malè mori, & obtruncari. Igitur Ioannes malè mortuus est? Mar.6.d fuit enim obtruncatus. Igitur Stephanus malè mor- Act.7.g tuus est? fuit etenim lapidatus, & martyres cuncti miserè secundum uos obiere: quoniam hi quidẽ igne, hi autem ferro uitam finierunt: & hi quidem in mare, hi uero in præcipitium: hi autẽ in dẽtes bestiarum incidentes, sic mortui sunt. Nõ hoc est malè mori homo, uiolenta morte finiri, sed in peccatis mori: audi nanque prophetam de hoc ipso philosophãtem & dicentem. Mors peccatorum pessima. Non dixit, mors Psal.33.d uiolenta: sed qd? mors peccatorũ pessima. Iustè: postquam enim hinc migrauerint, pœna intolerabilis, tormenta immortalia, uermis uirulentus, ignis inextin-

Guibilis,tenebræ exteriores, uincula insolubilia, dentium stridor,tribulatio & angustia, & æterna damnatio. Cũ igitur talia peccatores mala expectẽt, quę possit esse utilitas, siue domi, siue in lecto uitã soluant? Sicut igitur iustis nullum dãnum esse possit, quòd ense uel igne præsentem uitam finiant, cũ ad immortalia migrare bona debeant: uerè mors peccatorum pessima. Talis erat diuitis illius mors, qui Lazarũ despexerat, qui domi, & in lecto, & necessarijs assistentibus uita per propriã soluta mortẽ defunctus torrebatur, ne paruam quidẽ consolationem ex præsentis uitę prosperitate nãcisci ualens. Sed non Lazarus ita, uerum in ipso pauimento canibus adstantibus, & ulcera lingentibus uiolẽtam mortem passus (quid enim fame difficilius esse possit?) digressus illic æternis potitus est bonis, in Abrahę sinibus gaudẽs. Quid igitur ipsum lęsit uiolenter mori? At non uiolenter, inquis, sed iniustè mori timemus: & quòd ausi nihil eorum, quæ existimamur, cũ sontibus pariter puniamur. Quid ais, dic mihi? Iniustè mori times. An iustè uelles? & quis tã miser & ęrumnosus, ut cũ iniustè mori immineat, magis iustè mori eligat? Si enim mortem metuere oportet, iustè nobis ingruentem timere conuenit: quoniã iniustè quidem mortuus per hoc ipsum cũ sanctis omnibus communicat. Apud deum enim probatorum & illustrium plures iniustam sustinuere mortẽ, & primus Abel: non enim in fratrem peccans, nec Cain lædẽs, sed quoniã deum honorabat, ideo iugulatus est. Deus autem permisit, nunquid ipsum amans, an exosus? Certũ est quòd amans, & clariorẽ ipsi coronam facere uolens ex iniustissima cæde. Vides quòd nec uiolẽtam, neque iniustam mortem metuere oportet, sed in peccatis mori? Abel iniustè mortuus est, Cain uixit gemens & tremẽs. Quis igitur, dic mihi, beatior fuit: qui cũ iustitia requieuerat, an qui in peccatis uiuebat? qui mortuus est iniustè, uel qui iustè puniebatur? Vultis charitati uestræ dicam, unde timemus mortem? Non uulnerat nos regni amor, non nos futurorum amor accendit: quoniã præsentia despiceremus omnia, sicut beatus Paulus. Et ad hæc rursum non timemus gehennã, propterea mortẽ timemus: supplicij intolerabilem grauitatẽ non nouimus, propterea peccato mortẽ timemus: quòd si ille aiam nostram timor occupasset, iste subrepere nõ potuisset. Et hoc non aliunde procul, sed ex domesticis, & ex his quæ nobis acciderũt in his diebus, manifestũ facere conabor. Postq̃ enim ab Imperatore datæ sunt literæ, tributum hoc, quod intolerabile esse uidebatur: conferre iubentes, omnes tumultuabantur, omnes contendebant, ægrẽ ferebant, indignabantur, sibi simul occurrentes dicebant: haud uitalis nobis uita, subuersa ciuitas est, huius pensi magnitudinẽ sustinere poterit nemo, & omnes angebantur, tanq̃ de extremis ipsis periclitantes. Mox uero postq̃ perpetrata acciderunt, & quidem nefarij, & sceleratissimi leges conculcãtes, statuas deiecerunt, & mortis periculum omnibus imposuerunt, & iã de ipsa uita timemus exacerbato rege, non nos amplius pecuniarum iactura mordet, sed alia pro illis omnes audio dicentes: Capiat & substantiã rex, & agris, & supellectilibus libenter carebimus, dũtaxat corpus saluum fore quis spondeat. Sicut itaque priusquam nobis mortis timor immineret, nos pecuniarum mulcta carpebat: postquam uero nefanda perpetrata sunt, hac causa mortis timor succedẽs, mulctæ doloré expulit: sic & si gehennę timor comprehendisset animas nostras, non mortis timor continuisset: sed quemadmodum in corporibus, quando nos duo dolores oppresserint, inferiorem potentior abscondere consueuit: sic & nunc fastum esset, si futuri supplicij timor in anima remansisset, omnem timorem humanum occultasset. Itaq; si quis gehennæ semper meminisse laboret, omnem mortẽ deridebit: & non præsenti tantum angustia liberabit eũ, sed & ab illa flãma eripiet. Gehennam.n. continuè timens, nunq̃ in gehennæ ignem decidet, continue hoc castigatus metu. Date nobis nunc, ut opportune uobis dicam: Fratres ne pueri efficiamini sensibus, sed malitia infantes sitis. etenim puerilẽ timemus pauorem, mortem timentes. Pueri enim parũ laruas qdem timent, ignem uero nõ timent: sed si ad lucernam lumen habentem portari contingat, inconsideratè manum immittunt lucernæ & flãmæ, & contemnẽdam quidem personã horrescunt, at uere timendum ignem non timent: sic quidem & nos timemus mortẽ, quæ est laua contẽptu digna, peccatũ uero nõ timemus, quod est uere timendum, & ignis more consciẽtiam comedit. Et hæc nõ ex rerum natura, sed ex ignorantia nobis accidere cõsueuerunt: quòd si cogitemus qd tandem sit mors, nunquã ipsam timebimus. Quid igitur tandẽ mors est? qd est uestimentum exuere. Tãquam uestimentum enim corpus animæ circũdatum est, & hoc breui per mortem deponẽtes, clarius iterum resumemus. Quid tãdem est mors? peregrinatio temporalis, somnus consueto longior. Itaque si mortem times, time & somnũ: si propter morientes angeris, & propter comedẽtes, & propter bibentes angere: sicut enim hoc naturale, sic & illud. Ne te naturalia contristent, contristẽt te potius quæ sunt ex mala uoluntate: nec̃ morientẽ lugebis, sed in peccatis uiuentem luge. Vis & cõmemorem & aliã causam, propter quam mortẽ timemus? Non uiuimus cũ diligentia, non habemus cõscientiã puram: quòd si hoc esset, nihil nos mors terruisset, nõ fames, nõ pecuniarũ iactura, non aliquid aliud oium quæ sunt. In uirtute enim uiuentem horum nihil lædere poterit, nec interiori priuare uoluptate: bonæ.n. connutritũ spei, nihil in tristitiam deiicere poterit. Quid.n. quispiam facere possit, quò generosum uirũ cogat contristari? Auferat pecunias? Sed habet in cœlis diuitias. Patria eiiciet? sed in cœlestem ciuitatẽ mittet. Vincula iniiciet? sed habet conscientiã solutam, & exteriorẽ non sentiet catenã. Sed interficiet corpus? at iterũ resurget: & sicut cum umbra pugnans, & aerẽ uerberans, percutere poterit neminẽ: sic & cum iusto pugnans, cum umbra tantum pugnat, & uires suas dissoluit, nullã illi plagam poterit infligere. Itaq; da mihi de cœlorum regno cõsidere, & si uis, hodie me iugula, & cædis gratias tibi habeo, quòd me celeriter ad illa bona trãsmittis: hoc est. n. maximè, hoc est qd & nos lugemus inquis, quòd peccatorum multitudine prohibiti, regnũ illud non assequemur. Igitur mortẽ lugere omittens, luge peccata, ut ipsa dissoluas: propter hoc.n. tristitia facta est, non ut in morte, nec in ulla alia re tali doleamus, sed ut ipsa ad delẽda utamur peccata: & quòd hoc uerum sit, exẽplo facio manifestum. Remedia medicinalia propter illos tantũ morbos facta sunt, quos tollere possunt, nõ propter illos, quos nihil adiuuare possunt. Puta, adhuc.n. manifestiorẽ uolo rationẽ facere, medicamentũ oculos lippientes tantũ iuuare ualens, nullum uero alium morbum, propter oculorũ ęgritudinem. Ipsos non terruit ignis: non.n. crimen incendij, sed peccatum timuerunt: crimen.n. impietatem sequitur. Hos & nos imitemur, & omnes illis similes: & ne pericula timeamus, & effugiemus pericula. Non sum propheta, nec̃ filius prophetæ, futurum tamen manifestè scio, & magna, & clara uoce proclamo, quòd si mutemur, & aliquam animæ nostrę curam agamus, & ab improbitate absistamus, nihil molestũ ingruer, & triste. Et hoc manifestè noui ex dei clementia, & ex his quæ in uiros̃q̃, & ciuitates, & gentes, & populos integros fecit. Etenim Niniuitarum ciuitati minatus est, & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Quid igitur, dic, mihi? Niniue subuersa est, & destructa fuit ciuitas? Contrarium totum, & exaltata, & clarior facta est, & tantum tempus præteritum ipsius gloria non destruxit, sed omnes eam cãtamus. adhuc quoq̃, & admiramur: quoniam portus quidam optimus ex illo tpe peccantibus omnibus extitit, in desperationem cadere non permittens, sed oẽs ad pniam uocans, & per quæ fecit, & per ea quæ per dei prouidentiam est assecuta, persuadens nunq̃ de propria salute desperare, sed uitam gerentes bonam & optimã spem proponẽtes, de fine tanq̃ penitus bono futuro confidere. Quis.n. non resurgat illorum exemplum audiens, etiam si omnium ignauissimus? Elegit itaq; deus prophetiam potius suam cadere, q̃ ciuitatem corruere: immo uerò nec̃ prophetia cecidit, Si.n. hominibus quidem in eadem malitia permanentibus non in opus sententia prodijsset, posset quis fortè dicta criminari: si uerò mutatis ipsis, & à malitia desistentibus, etiam deus ab ira desistit, quis amplius prophetiam carpere poterit, & dictorum mendaciũ condemnare? Etenim legem, quam ab initio deus cunctis hominibus posuit p prophetam loquẽs, hanc & tunc cõseruauit. Quæ lex autem? Exitium loquar, inquit, ad gentem & regnum, & eradicem, & suffodiã, & perdam: & erit, si pniam egerint malitiæ, & ego irę, quàm locutus fueram facere illis, obliuiscar. Hanc igitur legem custodiens pœnitentes saluauit, & à uitio discedentes, ab ira liberauit. Nouerat Barbarorũ uirtutem, & ideo prophetam induxit: sic & tunc agitabatur ciuitas audita uoce prophetica, sed in nullo læsa est, quin & à timore adiuta. Timor.n. ille salutem peperit, comminatio periculum resoluit, subuersionis sniã subuersionem cohibuit. O nouã rem, & admirabilem, denunciatio mortem minans, uitam peperit. Sentẽtia postq̃ lata fuit, tunc inualida facta est, ex contrario seculariter iudicantium: apud hos.n. causa in medium profertur, rata fit sententia. In deo autem contrarium, proferri sententiam eam inualidam facit: nisi.n. prolata fuisset, non utiq; peccatores audissent. si uerò non audissent, nec̃ egissent pniam: sine pœnitentia uerò pœnã non repulissent, nec fuissent illa salute potiti. Quomodo enim non mirabile, quòd quando iudex sententiam tulerit, per pœnitentiam rei sententiam soluerunt? Non enim urbem fugerunt, sicut nos nunc? sed manentes sententiam repressere. Laqueus erat, & munimen ipsam reddiderunt: uorago erat, & præcipitium, & tutelæ turrim fecerunt. Audierunt quòd ædificia corruent, sed peccata fugerunt: non discesserunt quisq̃ de domo sua, sicut nunc nos, sed discesit quisque à uia sua mala. Non.n. inquit, muri iam pepererunt, nos uulneris authores, nos medicamentum præparemus: propterea non locorum permutationibus, sed morum conuer-

nem tantùm factum esse dicere quis posset: non propter stomachum, neq; propter manus, neq; propter ullum aliud membrum. Transferamus igitur rõem ad tristitiam, & inueniemus quòd accidẽtium nobis nihil adiuuat: peccatum uero solùm corrigit, certum quòd propter huius sublationem tantũ concessa est. Percurramus igitur ingruentiũ nobis grauiũ quodq̃, & tristitiam superadducamus, & uideamus quid ex hac fiat utilitatis. Mulctatus est quispiam pecunijs, tristatus est, mulctã non emendauit. filiũ amisit, doluit: mortuum non resuscitauit, nec defuncto profuit: flagellatus est quis, alapis cæsus, contumelijs affectus, uoluit, non reuocauit contumeliã. Valetudinem quis incidit, & ægritudinẽ grauissimã: doluit, ægritudinẽ non sustulit, sed & difficiliorẽ reddidit: Vides horum nulli prodesse tristitiã? Peccauit quis, tristatus est, peccatũ deleuit, dissoluit delictum. Vnde hoc manifestũ? ex domini sniã. De quodam.n. præuaricato loquẽs, dicebat: Propter peccatum paulisper ipsum contristaui, & uidi quòd tristatus est, & incessit mœstus, & ipsius uias correxi: propterea & Paulus dicit, Quæ. n. secundum deum tristitia est, pniam in salutem stabilem operatur. Igitur postq̃ manifestè oratio demonstrauit, quòd nec̃ pecuniarum mulctam, nec̃ contumeliam, nec̃ calumniam, nec̃ flagella, nec̃ ualetudinem, nec̃ mortem, nec̃ ad aliud quid talium inducta tristitia instaurare posset, sed solum delere peccatum, & huius est destructiua, certum quòd propter hanc solam causam facta est. Ne amplius igitur pecuniarum iacturam doleamus, sed cùm peccamus, tantùm doleamus: multa.n. hic ex tristitia utilitas. Mulctatus es? ne doleas, nec̃.n. proderit. Peccasti? dole, utile nanq̃ est, & dei prudentiam & sapientiam considera. Duo hęc nobis peperit peccatum, tristitiam & mortem. Quacunq̃ die comedes, inquit, morte moreris, & ad mulierem, in doloribus paries filios. Et p hæc utraq; peccatum sustulit, & à filijs matrem deleri curauit, quòd.n. cum tristitia mors peccatũ destruit, manifestum quidem & ex martyribus, manifestũ & ex his, q̃ dixit Paulus ad peccatores, sic inquiens: Ideo multi in uobis infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi: quia uos, inquit, moriemini, ut morte pctã soluantur: intulit igitur dicens, Si.n. nosipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur: dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut cũ mundo non condemnemur. Et sicut uermis ex ligno nascitur, & illud rodit, & comedit, suam ab ipso originem habẽs: sic & tristitia & mors de pctõ natæ sunt, & peccatum absumunt. Igitur ne timeamus mortẽ, sed peccatũ timeamus duntaxat, & propter illud doleamus. Et hæc dico nõ gratia quicq̃ expectans, absit, sed timẽtes uos sic semper affici uolens, & Christi legem per opera implere. Siqs non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus, inquit. Hoc autem dicebat, non ut lignum super humeros feramus, sed ut mortẽ semper ante oculos habeamus. Sicut igitur & Paulus, quotidie morere, & mortem deride, præsentemq; contemne uitam Es.n. miles, & semper in conflictu constitutus es: miles uerò mortem timens, nunq̃ generosẽ se geret. Sic igitur nec̃ Christianus homo pericula timens magnum quid & admirabile exhibebit, sed etiã ad hæc facilẽ expugnabilis erit: intrepidus aũt & magnanimus, inexpugnatus manet & inuictus. Sicut igitur pueri tres ignẽ non timẽtes, ignem effugerunt: sic quidẽ & nos, si mortem non timeamus, mortem effugie-

G sioni salutem crediderunt. Hæc Barbari. Et nos non
confundimur, neq; nos abscondimus, illis mores cõ
uertẽtibus, nos loca pmutantes, & ebriorum hoĩum
opera faciẽtes. Dominus nobis irascitur, & nos iram
soluere omittẽtes, quæ in domo sunt, circunferimus.
& circuimus quærentes ubi substãtiam deponamus,
cùm esset opus q̃rere, ubi aiam deponeremus: immo
uerò nec oportet quærere, sed uirtute, & uitæ rectitudine ipsi securitatem præbere. Neq; n. si sermo irascẽtibus nobis, & indignantibus, ille aduersus iram se
excusare omittens, in cellulam suam descendens, uestimenta, & omnes colligens sarcinulas, & colligans
de fuga meditaretur, hunc ipsius contemptum facilè
ferremus. Desistamus igitur ab hoc importuno stu-
Psa.138.b dio, & dicamus quisq; ad deũ: Quò ibo à spiritu tuo,
& à facie tua quo fugiam? Barbarorum philosophiã
imitemur: illi in incertis pniam egerunt. non. n. hoc
habebat sententia: quod si conuertamini, & pniam
Ion.e.3.c agatis, ciuitatem firmabo: sed simpliciter, Adhuc qua
draginta dies & Niniue subuertetur. Quid igitur illi?
Quis nouit, an pœnitebit deum mali, quod locutus
H est facere nobis? Quis nouit? Nesciunt rei finem, nec
pniam negligunt: nesciunt dei benignitatis consuetu
dinem, & in incertis mutantur: nec. n. habebant alios
Niniuitas, ad quos respicerent pœnitentia acta saluatos: nec prophetas legerant, nec patriarchas audierant, nec usi sunt consilio: non admonitionem nacti
sunt, neq; sibi persuaserant, quod omnino deum pœnitentia propitiaturi essent: neque. n. hoc habebat cõ
minatio, sed dubitabant, neq; de hoc credebant, &
tamen cum omni diligentia pœnitentiam egerunt.
Quæ igitur ratio nobis erit, cùm illi quidem nec unde de fide confiderent habentes, tantam exhibuisse
mutationem appareant: tu uerò de diuina benignita
te confidere habens, & qui multa sæpius pignora cepisti eius circa te curæ, & prophetas, & apostolos audisti, & p ipsas res instructus, nec ad eandẽ cum ipsis
mensuram uirtutis peruenire contendas? Magna igitur, & horum quidem hominum uirtus, maior autẽ
multò dei clementia, & hanc ex ipsa minarum magni
tudine conspicere licet. Ob hoc. n. sententiæ non ad-
I didit: Si uerò pœnitentiam egeritis, parcam: ut indistinctam inferens sententiam, & timorem augens celerius ad pœnitentiam compelleret. Et propheta qui
dem erubescit futurum sciens & coniectans, quòd in
fecta manebunt dicta: deus autem nõ erubescit, sed
unum duntaxat, hominum scilicet salutem quærit,
& seruum suum emendat. Postquam. n. nauigium ille
ingressus est, statim excitauit mare, ut discas quòd
ubi peccatum, ibi procella: ubi inobedientia, ibi fluctuatio: & quatiebatur quidem Niniuitarum ciuitas
propter peccata, quatiebatur autem & nauigiũ propter prophetæ inobedientiam. Illi igitur Ionam quidem in mare deiecerunt, & stetit nauigiũ: nos quoq;
peccatum submergamus, & ciuitas penitus stabit.
Itaq; fugæ nulla nobis utilitas, sicut nec illũ fuga qcq̃
adiuuit, quinimmo & læsit. Fugiebat igitur fugam, &
dei iram non fugiebat. Fugiebat terram, & in mare tẽ
pestatem induxit: nec tantũ nullum ex fuga bonum
nactus est, sed ẽt eos qui se susceperunt, in extremum
periculum deduxit: & quando nauigans quidẽ in nauigio sedebat, & nautæ, & gubernatores aderant, &
omnia nauis arma, de extremis periclitabatus: postq̃
autem in mare proiectus, & peccatum per suppliciũ
deponens, in incõpositum deductus est nauigium,
ceti scilicet uentrem, multa potiebatur libertate: ut K
discas, quòd sicut in peccatis uiuenti, neq; uauigium
prodest sic peccato exutum neque mare perdit, neq;
bestiæ consumunt. Ipsum igitur undæ susceperunt,
nec suffocauerunt: cetus susceptt, & non interemit. Ve
rùm & animal, & elementum incolumẽ depositum
deo reddiderũt: & per omnia discebat propheta esse
mansuetus & humanus, & neq; stultis nautis, neq; fe
ris undis, neque bestijs crudelior esse. Etenim nautæ
non principio statim, sed post multam necessitatem
ipsum prodiderunt: mare uerò & bestia cum multa
benenolentia custodierunt, deo hæc ipsa dispensante. Redijt igitur, prædicauit, minatus est, persuasit, sal
uauit, terruit, correxit à primo statim, & sola prædica
tione: neque enim multorum dierum indiguit, neq;
continui consilij, sed nuda illa locutus uerba, omnes
in pœnitentiam deduxit. Propterea ipsum non sta-
tim de nauigio deus ad urbẽ deduxit, sed nautę mari
tradiderunt, mare ceto, cetus deo, deus Niniuitis, &
per longum circuitum profugum reducit: ut omnes
doceat, quòd dei manus effugere impossibile. Quo- L
niam quocunque quis proficiscatur, peccatum pertrahens, infinita sustinebit detrimenta: & si hominũ
nemo adsit, ipsa undecunque creatura cum multa re
sistet uehementia. Ne igitur fugæ salutem nostrã credamus, sed morum mutationi. Non. n. quia in ciuitate manes, propterea deus irritabitur, ut fugias: sed
quoniam peccasti, propterea indignatur. Igitur pecca
tum depone, & unde uulneri causa inde mali fontem
contrahe: contraria. n. contrarijs curare & medico-
rum pueri iubẽt. Ex crapula igitur nata est febris, ine-
dia morbũ corrigunt: ex tristitia quis infirmatus est,
lætitiam huic aptam medicinam esse dicunt. Sic & in
animæ ægritudinibus facere oportet, iam torpor ex-
citauit, studio hanc repellamus mutationem. Ieiunijũ
habemus auxiliatorem, & commilitonem maximũ,
& præter ieiunium instantem angustiam, & periculi
timorem. Instemus igitur nunc animæ in tempore:
etenim ipsi omnia quæcunq; uelimus, facilè persua-
dere poterimus. Pauidus enim & tremens, & delicijs
omnibus absolutus, & in timore uiuens, facilè philo-
sophari potest, & cum multa promptitudine uirtutis
semina susc ipere. Primùm igitur psuadeamus, ut iura
mentorum fuga in melius mutationem faciant: etsi
enim heri, & nudiustertius de hac uobis locutus sum
materia, neq; tamen hodie desistam, neq; cras, neq;
perendie eadem persuadere. Et quid dico crastinam,
aut tertiam diem? Donec uos correctos uideam, non
absistam: si. n. legem præuaricantes non erubescunt,
multo magis nos iubentes, ne preuaricamini, admo-
nitione continua confundi non est dignum. De ipsdẽ
enim continuè commonefacere, non dicentis, sed au
dientiũ est crimen, continuè indigentium disciplinæ
super simplicibus & facilibus præceptis. Quid. n. faci-
lius quàm non iurare? consuetudinis tantùm opus
est: non est corporis labor, non est pecuniarũ impen
dium. Vis discere quo uitium superari possit? quo ab
improba consuetudine liberari liceat? Ego te quen-
dam docebo modum: quẽ si tenueris, superabis om
nino. Cùm uideris teipsum, uel alium quenq;, uel ser-
uorum, uel filiorum, uel uxorem hoc malo captos, &
continuè commonefactos, neq; correctos, iube non
pransos cubare, & hanc tibiq;, & illis damnationẽ im
pone, damnationẽ non damnum, sed lucrum feren-
tem. Talia. n. spiritualia & lucrum ferunt, & celer-
rima

ἀσκλη-
πια-
δῶν
παῖ-
δες
Græcis di-
cũtur qui
dici, Ga-
lenus me-
minit in
prio The
rapeuti-
ces.
M

A rimam correctionem: lingua enim continuè tribulata, uel nemine cõmonente sufficientem capit admonitionem à siti cõpressa, à fame angustiata, & si omniũ essemus stolidissimi, tota die huius tormenti magnitudine cõmoniti, alterius consilij & admonitionis non indigebimus. Laudastis dicta, uerũ & factis laudem demonstrate. Quod. n. alioqui huius concionis emolumentũ? Si quotidie puerulus ad scholã pergat, postea nil plus discat: num ad excusationem sufficiet nobis, ipsum illò quotidie pergere? Nõ hoc ipsum igitur maximũ ducemus crimen, quòd per singulos dies illuc pergens, hoc frustra faciat? Hoc & in nosipsis co
gitemus, & intra nosipsos dicamus: Tãtum temporis ad ecclesiam occurrentes, & concione fruentes perq̃ mirabili, & multum lucrũ habente, si tales rursum di scedamus, quales aduenimus, nullũ defectum nostro rum corrigentes, quæ nobis erit huius profectionis utilitas? Etenim multa nõ propter se fiũt, sed propter euentia ex ipsis. Quale illud est: Seminans nõ propter hoc seminat, ut tantũ seminet, sed & ut metat: quòd nisi hoc fieret, & dãnum sementis pateretur, se-
B minibus temerè & incassum marcefactis. Mercator non propter hoc ipsum solũ, ut hic imoremur, sed ut aliquod magnum lucrati, & spirituale lucrũ, discedamus. Si igi tur manes, & nihil adepti abeamus, eadẽ condemnatio sit studiũ ac si nõ fiat, & iactura accidit extrema. Abeuntes hinc inter sese amici, cũ filijs patres, cum ser uis domui meditamini, & laborate quo imperatum expediatis: ut postq̃ iterũ reuersi fueritis, & de eisdem nos suadentes audientis, non cõfundamini, mordẽte uos conscientia: sed gaudeatis, & lætemini admonitionis maiorem uobis partẽ expletam conspicientes. Hæc non tantũ hic philosophemur: non. n. hęc momẽtanea admonitio totum eradicare potest: uerum & domi uir ab uxore hæc audiat, & uxor à coniuge: & æmulatio quædã fiat omnibus ad huius legis implet ionem præuenire studentibus, & præueniẽs & im
plens deficiẽti exprobret, ut ipsum magis excitet. Desi
C ciens, nondũq; implens præuenientẽ spectet, & ad ipsum celeriter puenire contendat. Si hæc meditemur, si hæc curemus, breui nobis & alia prosperè negotia dirigentur. Tu quæ dei sunt, meditare, & ipse tuis pro uidebit. Nec mihi dicas, Quid autẽ, siquis iurandi necessitatem, imponat? quid aũt, si non credat? Maximè uero, ubi lex qdem transcenditur, necessitatis memi-
nisse non oportet. Vna est. n. ineuitabilis necessitas, deum non offendere. Verũtamen interim illud præ-
sta, superflua recide iuramenta, temere & sine neces-
sitate domi cum amicis, cũ seruis prolata: si hæc fuerit
leris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipsum enim os iurandi frequentiam timere, & fugere meditatum, neq; siquis millies coegerit, in illã amplius cadere con suetudinem admittet: sed sicut nunc multo labore, & infinita in conturbatione terentes, minantes, admonentes, consulẽtes uix potuimus in aliam ipsum consuetudinem transmutare: sic & tunc quidẽ, licet infinitam quis inferat necessitatem, hanc transgredi legem non poterit persuadere. Sed sicut uenenũ quoddam nunquam gustare quis eligeret, neque instante necessitate: sic neque iuramenta admittere. Hoc autẽ uo-

bis exemplum solamen erit, & hortamentum ad reli- D
quas uirtutis partes attingendas. Qui. n. nihil omnino
præstitit, torpescit, & facilè recidit: sibi uero cõscius,
quòd uel unum expleuit mãdatum, ex hoc bene spe-
rare doctus maiori cũ studio ad reliqua rursum pro-
cedet: postea aliud capiens ad aliud celeriter ueniet,
nec prius absistet, q̃ ad ipsum culmen peruenitat. Si
enim in pecunijs quanto quis plures comparauerit,
tanto plures cupit: multo magis in officijs spirituali-
bus hoc contingere uideas. Propterea festino, & ur-
geo, ut res capiat principiũ, & animis uestris uirtutis
fundamentũ iaciatur: & precamur, & supplicamus, ut
non tantũ hora præsenti horum sitis uerborum me-
mores, uerũ & domi, & in foro, & ubicunq; cõmore-
mini. Vtinam mihi dari posset, ut uobiscum conuer-
sarer, non hoc lõgo mihi multiloquio fuisset opus: nũc
uero postq̃ hoc non licet, uos per me uerborum me-
mores estote meorum, & ad mensam sedentes ingre-
di me putate, & adstare, & omnia quæ nũc uobis hic
dico, insonare. Et ubicũq; uobis de me habebitur ser-
mo, pro omnibus huius mementote mandati, & hãc
mihi amoris in uos mei retributionem reddite: si hoc E
uos impleſse uidero, totum recepi, dignam laborum
cepi mercedem. Vt igitur & nos reddatis promptio-
res, & uos bonæ spei efficiamini, & maiorem ad reli-
qua exequenda mandata facilitatem paretis, multo
hanc legem studio in animis uestris reponite, & tunc
admonitionis utilitatem scietis. Quoniam & aureum
uestimentum pulchrum quidem est, etiam cum uide
tur, multo pulchrius autem nobis uidebitur nostro
circũpositum corpori: sic & dei mãdata pulchra qui-
dem sunt, etiam cum laudantur, multo autem pul-
chriora, cum & explentur, apparent. Etenim nũc qui-
dem breui temporis momento laudatis prædicata: si
uero res impleatis, per omnem diem, & per omne
tẽpus & nos, & uosipsos laudabitis. Nec hoc est ma-
gnum, quòd inter nos laudabimur, sed quòd & deus
nos suscipiet: nec tantum suscipiet, sed & magnis illis
remunerabit, & ineffabilibus donis: quæ nos om nes
assequi detur, gratia domini nostri Iesu Christi, per
quem, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in se-
cula seculorum, Amen.

QVOD VTILIS EST PRINCIPVM TI- F
mor, & narratio eorum, quæ per uiam acciderunt his qui nuncium afferebant: & quòd indigna patiens, & gratias agens permittenti deo, par est talia propter deum patienti. Et exempla rursum à tribus pueris, & Babylonica fornace? & de iuramentorum custodia.

Homilia sexta.

VLtos quidem impendimus dies charitatem
m uestram consolantes, non propterea tamen
ab hac desistemus materia: sed donec tristi-
tiæ uulnus remaneat, & consolationis medicamẽtum
imponemus. Si enim corporis uulnera exhaurire non
desinũt medicorum pueri, donec desiuisse dolorem
uiderint: multo magis hoc in anima fieri conuenit.
Etenim animæ uulnus tristitia. Et ipsam continuè le-
nibus haurire uerbis oportet. Nec enim sic carnis tu-
morem calidarum solet aquarũ natura remittere, ut
animæ æstum consolantium copia sermonũ sedare
cõsueuit. Non hic opus spõgia, sicut medicis, sed pro
spõgia linguam tractabimus. Nõ hic opus igne, quo

Gaquas calefaciamus, sed pro igne spiritus gratia utemur. Eia igitur & hodie hoc ipsum agamus. Nisi.n. nos cõsolationem uobis attulerimus, unde solamen aliũde capietis? Iudices terrẽt, igitur sacerdotes consolentur: principes minantur, ideo ecclesia confirmet. Etenim hoc in puerulis fit pusillis, p̃ceptores terrent, & uerberant, & lachrymantes ad matres remittunt, matres uero sinibus suscipiẽtes continent, & circumplectuntur, & lachrymas detergẽres, osculãtur, & dolentem ipsorum animam releuant, uerbis persuadentes, quòd ipsis utilis est p̃ceptorũ metus. Quoniam igitur & uos terruerunt principes, & anxios reddiderunt, ecclesia cõmunis omnium mater nostra sinus aperiens, & supinis suscipiens manibus, quotidie consolatur, dicens, quòd utilis est & principium metus, & quòd utilis etiam hinc correctio. Illorum enim metus non sinit nos torpore dissolui, huius autem consolatio sub tristitia succũbere non permittit. Et per utraq; deus salutem nostram disponit. Et principes enim ipse armauit, ut lasciuientes terreant: & sacerdotes ipse
H elegit, ut dolentes consolentur. Et hæc utraque scripturarum exempla, & ipsa rerum experiẽtia docet. Si enim cum sint principes, & milites in armis uiuãt, furor paucorum hominum promiscuorum, & aduenarum in breui temporis momẽto tantum nobis incendium inflammauit, & tãtam excitauit procellam, & de naufragio cunctos metuere cõpulit: si principum metus omnino sublatus fuisset ad qd furoris isti non uenissent? Nónne à fundamentis hanc nobis urbem euertissent, & omnes cõfundentes ipsas demum animas nostras abstulissent? Si enim iudicialia sustuleris tribunalia, omnem uitę nostræ ordinem sustulisti. Et sicut si gubernatorem à naui separaueris, scaphã submersisti: & si ducem ab exercitu abducas, uinctos hostibus tradidisti milites: ita si principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationalibus magis irrationabilem degemus uitam, inter nos mordẽtes, & nos deuorantes, pauperiorem potentior, mansuetiorem audacior. Sed horum nihil nũc est per dei gratiam: in religione
1.Tim.1b enim uiuentes nihil opus horum habẽt correctione.
I Iusto enim lex non est posita, inquit. Multi uero ad uitium spectantes, nisi ab his timorem sibi suppositum haberent, infinitis utique malis ciuitates implessent,
Ro.13.a quæ Paulus quoque cognoscens dicebat: Non enim est potestas, nisi à deo: & quæ sunt potestates, à deo ordinatę sunt. Quod enim in domibus faciunt lignorum contignationes, hoc principes in ciuitatibus. Et sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per sese corruunt: sic & si ex mundo principes tollas, & horũ metum, & domus, & ciuitates, & gẽtes cum multa inter se licentia corruent, nemine existente qui contineat & repellat, & pœnæ timore eos quiescere persuadeat. Ne igitur doleamus dilecti propter principium metum, uerum & deo gratias agamus, quòd torporem nostrum corripuit, & nos studiosiores effecit. Quod enim, dic mihi, damnum factum est ex cura & solicitudine ista? quòd honestiores facti sumus, & mansuetiores: quòd studiosiores, & attẽtiores: quòd ebrium & meretricia canentem cantica uidemus neminem: quòd supplicationes continuæ, & lachrymæ, & preces: quòd risus importunus, & turpia uerba, & omnis lasciuia expulsa est, & mulierem modestã, & liberam ciuitas nostra tota nunc imitatur? Propter hæc doles? qn gaudere propter hęc & deo gratias agere magis oportet, quòd tantam molliciem paucis diebus formido resoluerit. Non nego, inquit, sed si ad metum usque tãtum periclitaremur, satis essemus utilitatis lucrati: nunc uero timemus ne ulterius malũ procedat, & de ultimis periclitemur omnes: sed ne timeatis, Paulus uos consolatur dicens, Quòd fidelis est
1.Co.10.c deus, qui non sinit uos tẽtari plus quàm potestis, sed faciet & cum tentatione prouentum, ut possitis sufferre: ipse enim dixit, Non te dimittam, neque te derelinquam. Si enim rebus ipsis castigare uellet, &
Iosue.1.b malorum experientia, non tot diebus uos timori tradidisset: cum enim punire noluerit, terret. Quoniam si puniturus esset, timor esset superfluus, superfluæ minæ. Nunc uero innumeris mortibus grauiorem uitam sustinuimus, tot diebus trepidantes, & trementes, & ipsas umbras habẽtes suspectas, & ipsius Cain pœnam luentes, & medio somno præ continua anxietate exilientes, ita quòd si etiam deum irritassemus, nũc tantam passi pœnam, reddidissemus propitium. Quanquam enim nõ dignum peccato suppliciũ dedimus, dei tamen clementiæ sufficit: non tantum autem ex
L hoc, sed etiam ex alijs multis considere oportet. Non enim modica nobis bonæ spei pignora iam deus dedit: & quod est omnium primum, malum afferentes nuncium, hinc uelut alati digredientes, & dudum ad castra se peruẽturos esse putantes, circa medium adhuc iter morantur. Tot obstacula & impedimenta ipsis acciderunt, & equos dimittentes, nunc uehicula agunt. Vnde necessitas est summa tardiorem ipsis eò profectionem fieri. Postquam enim pontificem nostrum, & communem patrem deus hinc suscitauit, & persuasit abire, & obire legationem hanc, mox illos circa medium itineris consecutus est, ne præueniẽtes ignem succẽderent, & in reliquum correctionem redderent inutilem, doctori, regijs auribus inflammatis. Quòd enim non sine deo factum sit hoc impedimentum, inde manifestum: homines totum tempus in talibus peregrinationibus impẽdentes, & hoc officium habentes equos continuè agendi, nunc ab ipsa equitatione contriti defecerunt, & quę nũc accidere, ut lo
Ionæ.3.b næ rebus contraria facta sunt. Illũ enim urgebat deus 3.a
abire nolentem, hos uolẽtes uetuit. O nouum & admirabile negotium: ille subuersionem prædicare nolebat, & inuitũ eum excitauit: hi cum celeritate euersionem annunciare festinant, & inuitos ipsos rursum prohibuit. Qua tandẽ de causa? quoniam hic quidem tarditas, illic uero celeritas lucrum ferebat. Propterea & illum per centum festinare fecit, & equis hos impediuit. Vides dei sapientiã? Per quæ facta quisque quod expectabat, expedire sperauit, per hæc quisque impeditus est. Per nauigium ille euadere putauit, & nauigium illi uinculum factum est: isti per equos ocyus se regem uisuros expectauerũt, & equi fuerunt impedimento: imò uero nõ equi, sicut nec illi nauigium, sed dei prouidentia ubique omnia propria dispensans sapientia. Et considera prouisionis modum, quomodo & terruit, & cõsolatus est. Ipso enim die, quo omnia illa patrata sunt facinora, ipsos quidẽ exire, tanquam omnia quæ acciderant regi nunciaturos permittens, exeundi celeritate omnes perterruit. Postquam uero abierunt, & duos trẽsue dies contriuerunt, & iam inanem esse pontificis nostri profectionem putabamus: utpote qui posterior esset futurus, tunc metum dissoluit, & nos consolatus est, efficiens ut illos, sicut dixi, media assecutus sit uia. & illinc ad nos proficiscẽtes, illorum per uiam ærumnas omnibus nobis annũcia-

A rent, ut parum respiremus: quod & factum est, & magnam anxietatis partem deposuimus. His.n. auditis, horum authorem adorauimus deum, qui omni patre diligentius omnes res nostras nunc disposuit, inuisibili quadam ui improbos istos cohibẽs nuncios, & tantùm non dicens, Quid festinatis? quidue properatis ciuitatem talem subuertere uolentes? Num.n. bona regi nuncia affertis? Manete istic, donec seruum meum, tanquam medicum optimum præuenire, & uestrum consequi cursum faciam. Si uerò nascente præuaricationis ulcere, tanta prouidẽtia exhibita est, multò magis post conuersionem, post pœnitẽtiam, post tantũ timorem, post lachrymas & preces maiorem assequemur ueniam. Ionas.n. congruè pellebatur, ut ad pœnitentiam induceretur: uos uerò iam ex hibuistis pœnitentiam, & magnam conuersionem, ideoq; cõsolatione deinceps est opus, nõ nuncio minas habente. Propterea communem & hinc patrem suscitauit, & quidem cùm multa essent, quæ prohibe
B rent. Si uerò non pepcisset saluti nostræ, non illi persuasisset, sed & uolentẽ exire uetuisset. Habeo & quid tertium dicere, quòd uobis persuadere possit, ut confidatis, præsentẽ solẽnitatem, quam & infideles ferè omnes reuerentur, & hic ipse religiosus rex sic suspexit, & honorauit, ut omnes ante se reges cum pietate imperantes superauerit. Talibus nanque diebus cùm epistolã ad solennitatis honorem misisset, omnes ferè carcerem habitantes dimisit. Et hanc epistolã admissus Pontifex noster corã Imperatore leget, & propriarum legum cõmonefaciet, & dicet ad ipsum: Tu teipsum exhortare, & tui recordare, domesticum habes humanitatis exemplum: iustam noluisti cædem cõmittere, & iniustam patrare sustinebis? Cõuictos, & condemnatos festiuitatis reuerentia dimisisti, & insontes: nihilq; ausos condemnabis, præsertim solẽnitate præsente? Nequaquam rex, tu hanc epistolam ciuitatibus omnibus mittens, aiebas? Vtinam & defunctos resuscitare possem. Huic supplicamus humanati, his nunc uerbis supplicamus: Non tam claros facit
C reges hostes uincere, quàm animum & iram superare: illic enim armorum, & militum opus geritur, hic uerò tuum solius simpliciter trophæum, & habes neminem qui tecum sapientiæ gloriam partiatur. Supersti tumultũ barbaricum, supera & animum regiũ: discant omnes infideles, quòd Christi timor omnem potentiã refrẽnare potest. Glorifica dominum tuum, conseruis peccata dimittens, ut ipse quoq; te magis glorificet, ut benignum tibi & tranquillum oculum iudicij die clementiæ tuæ recordatus exhibeat. Hæc & his plura dicet, & nos ab ira penitus eripiet. Nõ tã tùm autem ad regi persuadẽdum maximum ex hoc ieiunio nobis est auxilium, sed etiam ad casus generosè ferendos: etenim consolationem nõ quamlibet ex hoc tempore capimus. Per singulos.n. dies congregari, & diuinarum auditu scripturarum frui, & inuicem nos conspicere & lamentari, & orantes sic domum abire, doloris plurimum nobis diminuit. Ne igitur corruamus, neq; nosipsos præ anxietate prodamus, sed maneamus expectãtes bona, & dicẽdis mẽtẽ adhibeamus. Etenim uolo & hodie de mortis cõtẽptu iterum differere. Dixi pridie uobis, quòd mortem timemus, non quidẽ quia terribilis est, sed quoniam, neq; cœlestis regni amor nos succendit, neq; gehennæ timor nos occupauit: & ad hæc, quoniã conscientiam non habemus bonam. Vultis & quantam huius importunę anxietatis causam commemorem, D
non minus superioribus ueram? non uiuimus in aspe
ritate Christianis congrua, sed facilem hanc, & solutam, & mollem amamus uitam: idcirco uerisimiliter & præsentibus oblectamur rebus. Quòd si utiq; in ieiuniis & pernoctationibus, & uictus tenuitate hanc uitam transigeremus, cupiditates nostras præcidentes, absurdas uoluptates arcentes, sudores uirtutis sustinentes, secundum Paulum corpus castigan 1.Co.9.d
tes, & in seruitutem redigentes, carnis prouidentiam ad desideria non facientes, angustam & cõfragosam tenentes uiam, citò futura concupiscemus, præsentibus liberari laboribus festinantes. Et quòd non falsus sit sermo noster, ad montium uertices ascende,
considera illic morantes monachos in sacco, in uinculis, in ieiunijs, in tenebris conclusos, & omnes uidebis mortem exoptantes, & illam requiem aduocantes uotis. Sicut enim cæstibus pugnans stadio exire festinat, ut uulneribus liberetur, & luctator spectatores exurgere concupiscit, ut laboribus absoluatur: sic & in rigida & aspera uita cum uirtute uiuens, fi- E
nem desiderat, ut præsentibus eripiatur laboribus,
& pro repositis ualeat coronis confidere, ad tranquillum nauigans portum, & illò transmigrans, ubi non est amplius timendum naufragium. Propterea quoq; deus laboriosam naturaliter uitam nostram, & grauem constituit, ut præsenti tribulatione compulsi, futurorum desiderium capiamus. Si enim nunc cùm sint tot tristia, & pericula, & timores, & curæ nos undiq; circumeuntes, tam libenter præsenti immoramur uitæ: si nihil horum esset, & absq; tristitia, & ærumnis omnibus tota foret uita nostra, quando unq; futurã desideraremus? Sic & Iudæis deus fecit. Volens.n. & illos in reditus cupiditatem inducere, &
ut Aegyptum odissent, persuadere, permisit eos late- Exod.1.c
ritio opere & luto laborare, ut laborum & ærumnæ illius magnitudine cruciati, ad deum de reditu clamarent. Si enim egressi, quauis hæc accidissent, Aegypti iterum meminerunt & pristinæ seruitutis, & Nu.11.b
ad grauem tyrannidem redire festinabant: nisi tales fuissent experti Barbaros, quando unquam alienam dimittere terram uoluissent? Ne igitur & nos terræ affixi, & præsentibus inhiantes doleamus, & futurorum obliuiscamur, uitam nobis fecit deus laborio F
sam: non igitur ultrà, quàm est opus præsentem uitam amplectamur. Quæ nanq; nobis utilitas? Quod uerò emolumentum nimium præsentis uitæ cupiditati adhærere? Vis discere quare bonum sit præsens uita? quia futuræ nobis uitæ materia efficitur & occasio, & certamina, & stadium habendarum illic coronarum est: quòd nisi hoc nobis præberet, innumeris mortibus esset miserabilior. Nisi.n. uiuentes deo sumus placituri, melius obire Quid.n. est amplius? quid reliquum? Non eundem Solem, & eandem lunam quotidie cernimus? non eandem hyemem, & non eandem æstatem? non eadem negocia? Quid quod fuit? id quod erit. Quid est quod est factum? futurũ. Ne igitur beatos accusemus simpliciter uiuẽtes, neq; morientes lugeamus: sed in peccatis cõstitutos, sine uiuentes, siue mortuos deploremus: in iustitia uero ubicunque sint, beatos existimemus. Tu quidem unam mortem formidas & luges: at Paulus per singulos dies moriens, non tantũ propterea non lachrymabat, sed & lætabatur & exaltabat. Vtinam & ego propter deum periclitarer, inquis, & nihil curarem.

G Sed neq; nunc consterneris: non.n. tantùm propter deum patiens laudem meretur, sed & iniuste quicquã patiens, & generosè ferens, & deo permittenti gratia agens, alio hæc propter deum patiente non est inferior. Quoniam & beatus Iob multas & intolerabiles illas plagas propter diabolũ frustra & temerè, & sine causa insidiantem excepit: sed tamen quoniam gene rosè tulit, & deo hæc permittenti gratias egit, integrã reportauit coronam. Ne igitur propter mortem triste ris, naturæ enim est: tristare propter peccatum, uolũtaris enim est culpa. Si uerò propter defunctos tristaris, & propter nascentes dole: sicut enim hoc est natu ræ, sic & illud. Siquis igitur mortem minetur, dic ipsi:

Ma.10.d Institutus sum à Christo non illos timere, qui corpus interimunt, animam uerò occidere nequeunt. si rei

Iob.1.d familiaris publicationem minetur, responde: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & reuertar illuc. Ni hil in hunc mundum intulimus, manifestũ est quòd nec exportare quicq; poterimus. Et si tu non abstuleris, mors superueniens auferet: & si tu non iugulaueris, naturæ lex finem afferet. Nihil igitur eorum timea

H mus, quæ nobis natura afferuntur, sed illa quę ex ma la nobis proueniunt uoluntate, illa.n. nobis pœnam pariunt: hocq; cogitemus continuè in his quæ nobis inexpectata accidunt, quòd non correximus illa, do lentes. Et præter hoc illud quoq;, quòd siquid graue in præsenti patimur uita iniustè, multa peccata dissol uimus. Idcirco magnum bonum est hic luere pecca ta, & non illic: etenim diues hic graue nihil recepit, & propterea illic torquebatur. Et quòd hoc esset in cau sa, ne ulla illic frueretur consolatione, audi quid dicat

Luc.16.f Abraham: Fili recepisti bona tua, itaq; nunc dolorem patere. Quòd autem Lazaro bona data sint, quia hic cum uirtute infinitas passus molestias fuerit, patriar cham & hoc dicentem audi. Cùm enim dixisset diui ti, Recepisti bona tua: intulit, & Lazarus mala, & pro pterea consolationem capit. Sicut enim in uirtute ui uentes & tribulati duplex habent emolumentum: sic & uitio uiuens & gaudens, duplicem habebit pœnã. Rursum dico non fugientes accusans, animam enim tribulatam non adijcies perturbare: nec increpare uo lens, ægrotans enim consolationis indiget: sed corri

I gere studens, nec fuga salutem nostram petamus, sed fugiamus peccata, & à uia mala recedamus. Si hęc fu gerimus, etiam si inter innumeros fuerimus milites, nemo nos lædere poterit: si hæc non fugerimus, & si ad ipsum montium uerticem ascenderimus, hostes & illic reperiemus innumerabiles. Recorderis igitur iterum illorum trium puerorum, qui erant intra for

Dan. 3. c nacem, & nihil graue patiebantur: & eorum qui ipsos iniecerant, & extra fornacem manebant, quomodo qui circunstabant, omnes consumpti sunt. Quid hoc mirabilius? Quos continebat ignis, exoluit: quos nõ continebat, rapuit. Vt si discas quòd non locus, sed morum qualitas salutem & pœnam affert: interiores effugerunt, exteriores absumpti sunt. Eadem corpo ra & his quæ illis, sed non ijdem sensus, propterea nec cædem passiones. Fœnum.n. etsi circuniacet extrà ce leriter accenditur: sicut è contra aurũ licet intus ma net magis splendescit. Vbi nunc sunt dicentes, Capiat omnia rex, & corpus nostrum det liberum? quid tan dem sit, esse corpore liberum, discant. Non enim cri minum impunitas corpus facit liberũ, sed in iustitia continuè uiuere. Horum igitur puerorum corpora li bera erant, etiam fornaci tradita: peccati enim seruitutem iampridem deposuerunt. Etenim hæc sola res K est libertas, non supplicium effugere, nec graue nihil pati. Tu uerò fornacem audiens, recordare fluuiorũ ignis die illo tremẽdo futurorum. Sicut enim hic hos quidem rapuit ignis, hos autem reueritus est: sic & in illis erit fluuijs. Et siquis habeat quidem ligna, fœ num & stipulam, igne accenditur: si uero quis habet aurum & argentum, sit splendidior. Hanc igitur materiam congregemus, & præsentia generosè feramus, scientes quod & ab illa pœna præsens nos tribulatio liberabit, si philosophari sciamus, & hic meliores effi ciet. Non autem nos tantùm, sed & tribulantes nos sæpius, si uigilemus, tanta uis est disciplinæ: quod & in tyranno tunc factum est. Postquam enim uidit ni

Dan.3.g hil graue passos, audi quomodo mutatus est: Serui dei altissimi exite, inquit, & uenite. Non paulò ante di

Ibidem.b cebas, Et quis est deus qui uos ex manibus meis eripere possit? Quid factũ est? Vnde mutatio? Exterius positos absumptos uidisti, & interius stantes uocas? Vnde tibi euenit talia meditari? Vidisti quãta regi mu tatio facta est? Quãdo nondum ipsos tenuerat, blas phemabat: postq; uerò in ignem ipsos cõiecit, philo L sophabatur. Propterea & deus permisit oia fieri, quę cunq; tyrannus uoluit, ut demonstraret quòd à se cu stoditos offendere posset nemo: quod & in Iob fecit, hoc.n. & hic operatus est. Etenim illic permisit diabo lum omnem suam potentiam ostẽtare: & postq; om nes hausit sagittas, & nullus insidiarum modus dere lictus est, tunc è stadio pugilẽ eduxit, ut clara & indu bitata fieret uictoria. Et hic hoc ipsum fecit. Voluit ipsorum urbem euertere, & non prohibuit: uoluit ca ptiuos ducere, & non impediuit: uoluit ligare, concel sit, in fornacem inijcere permisit: flammam ultra mo dum succendere, & hoc dimisit. Et quando nihil reli quum fuerat, sed omnem uim tyrannus exhausserat, tunc suam deus uirtutem demõstrauit, & puerorum patientiam. Propterea.n. usq; in finem tribulationes permittit, ut insidiantibus & circumuentorum philo sophiam, & suam demonstret prouidentiam. Quæ utraq; & ille tunc discens. clamabat: Serui dei altissi mi exite, & uenite huc. Tu uerò mihi considera puerorum magnanimitatem: neque.n. ante uocem exilierunt, nequis putaret ipsos ignem timuisse: neq; uo cati intus manserunt, ne ambitiosi esse, & cõtentiosi uiderẽrur. Postquam didicisti, inquiunt, cuius sumus serui, postquam dominum nostrum agnouisti, tunc eximus præsentibus omnibus futuri diuinæ potentiæ præcones: quinimmo uerò non ipsi tãtùm, sed & hostis propria uoce, & lingua, & per literas omnibus tum pugilum constantiam, tum agonothetæ uirtutẽ prædicabat. Et sicut pcones athletas uincẽtes in medio theatro pronunciantes, ipsorũ quoq; ciuitates, di cunt, ille de tali ciuitate: ita & hic ipsorum dominum prędicauit, Sydrack, Misack, & Abdenago serui dei al tissimi exite, & uenite huc. Quid actum est, quòd ipsos dei altissimi seruos uocas? Nonne tui erant serui? Sed regnum, inquit, meum dissoluerunt, superbiam meã conculcauerunt. Verum per opera suũ demon strauere dominum: si hominum fuissent serui, non ip sos ignis expauisset, non cessisset flamma: hominum enim seruos creatura reuereri & honorare nõ nouit. Propterea rursus inqt: Benedictus deus Sydrack, Mi

Dan.3.f sack, & Abdenago. Tu aũt mihi contẽplare quomodo primum remuneratorem prædicat. Benedictus deus, qui misit angelũ suũ, & eruit seruos suos. Hoc

A potentiæ dei. Dixit & athletarum uirtutem, quoniam crediderunt in eum, & uerbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne seruirent dijs alienis. Sed quid uirtuti par esse posset? Antea quando dixe

Dan.3.c runt, Dijs tuis non seruimus, fornace sęuius accensus est: postq; uero per ipsa opa hoc ostenderũt, non tan tum non indignatus est, sed & laudauit & admiratus est, quòd sibi non obedissent. Tantũ uirtus bonum, quod & ipsos hostes habet admiratores & laudato res. Illi pugnauerunt, & superaueruũt, & uictus gratias agebat, quòd nõ ipsos terruit flãmę aspectus, sed spes in dominum consolata est: & mũdi dominum ex tri bus pueris uocat, nõ ipsius imperium fine ullo cõclu dens, sed quoniã mundo opponẽdi pueri tres essent: propterea tot tyrãnos, reges, & principes, prætermit tens, qui sibi paruerant, tres captiuos & seruos, qui ty rannidem suam contempserant, admiratus est. Non enim contẽdentes, sed philosophantes hæc agebant: neq; per arrogantiam: sed per religionem: non super bia inflati, sed zelo igniti: magnum etenim bonum in deum sperare. quod quidem & barbarus animaduer

B tit, & demonstrans quòd inde imminens effugere pe riculum, proclamauit: quoniam crediderunt in eum. Hæc autem nũc dico, & omnes excerpo historias, in quibus tentationes & tribulationes, & regum iræ, & insidiæ sunt, ut nihil timeamus, nisi tantũmodo deũ offendere. Etenim & tunc fornax accẽsa erat, illi uero hanc quidem contempserunt, peccatũ autem timue runt: nouerant enim quòd incẽsi quidem nihil graue passuri erãt, impiè uero agentes extrema subituri. Ma gnum.n. supplicium peccare, etiam si non puniamur:

Sapiẽ.1.a peccata enim nos à deo separant, sicut & ipse dicit: Nónne peccata uestra separãt inter uos & me? Pœnæ uero nos ad deũ perducunt: inquit enim, Da nobis pacem, omnia.n. retribuisti nobis. Siquis uulnus ha beat, quid timere dignum est, sanię an medici sectio nem? ferrum an ulceris populationem? Peccatum sa nies est, pœna ferrũ medicinale. Sicut igitur saniem ha bens, etsi non secatur, malè habet: & cũ non secatur, tunc est in maioribus malis: ita peccans, etiam si non puniatur, omnium est miserrimus: & tunc maximè miser, cũ non punitur, & graue nihil patitur. Et sicut

C splene & intercute laborantes, cũ larga fruuntur men sa, & frigida potione, & delicatis ferculis & saporibus, tunc præcipue omnium sunt miserrimi, delicijs mor bum augentes: si uero siti & fame secundum medico rum leges cruciantur, aliquã salutis spem habent: Sic & in iniquitate uiuentes, si puniãtur quidem, bonam spem habent: si uero cũ iniquitate licentia & delicijs fruantur, & hydrope laborantibus simul & crapulan tibus sunt multo miseriores, & tãto magis, quãto cor pore melior est anima. Si aliquos igitur in iisdem esse peccatis uideris, & hos quidem fama cõtinua, & innu meris malis laborantes: hos uero potantes, gaudentes, & crapulantes, grauia patiẽtes minus miseros pu ta. Etenim delectationis flamma ærumnis intercidi tur, & apud futurum iudicium, & terribile tribunal il lud non parũ patrocinij capientes migrant, multa dis soluẽtes peccata ex his, quæ hic grauia passi sunt. Sed cõsolationis satis. Iam nobis deinceps tempus est ad fugiendorũ monitionem iuramentorum transeundi, & tollendi excusationem, quæ iurãtibus esse uidetur, frigidam & inutilem. Etenim postquam ipsos accusa uerimus, alios nobis idẽ facientes obiiciũt, & dicũt: ille, & ille iurant. Dicamus igitur ipsis, sed ille non iu-

rat. Deus autem eorum, qui rectè egerunt, compara D tionem inter iudicium profert: peccatores.n. peccan tes non adiuuant delictorum cõmunicatione, rectè uerò uiuentes, peccatores condemnant. Etenim qui xpm non cibauerunt, neq; potauerunt, multi erant: sed nihil sibi inuicem profuerunt. Sicut neq; uirgines quinq; altera ab altera ullam inuenerunt ueniam, sed Mat.25.a præ his qui benefecerunt, & hæ & illi condemnati, & puniti sunt. Ab hac igitur frigida excusatione libera ti, ne respiciamus cadentes, sed rectè se habentes, & studeamus præsentis ieiunij capere monumẽtum. Et sicut multoties uestimentum adepti, uel seruum, uel uas ptiosum tpis reminiscimur, & inter nos dicimus: seruum illum tali solennitate emi, uestimentum hoc tali comparaui tempore: ita quoq; si legem hanc im pleuerimus, dicemus: Iuramentum hac correxi qua dragesima, hactenus.n. iurabam, & sola admonitio ne audita, peccato abstinui. Sed res corrigi difficilis consuetudo? Noui & ego, & propterea festino uos in aliam consuetudinem bonam, & lucrum habentem inducere. Cùm.n. dixeris, difficilè consuetudine desi sto: ppea desistere labora, manifestè, sciens, quòd si ti E si aliam non iurandi consuetudinem induxeris, nul lius laboris amplius indigebis. Quid difficilius, non iurare, uel per totum diem inediam pati, & aquæ po tu, & tenui uictu siccari? Certum est qd hoc illo grauius. Sed tamen consuetudo res est tam facilis, & ex pedita, quòd adueniente ieiunio, & si millies quis ex hortetur, & infinita cruciẽt, & cogant uinum delibare, uel aliud quid ieiunij lege non cõcessum gustare, omnia quis mallet pati, q̃ prohibitum tangere nutri mentum. Et hoc cùm non inuitè nos circa mensam habeamus, tamen pp consuetudinem ex conscientia, omnia generosè ferimus laborantes. Hoc quippe & in iuramentis erit. Et sicut nunc, siquis etiam infinitã necessitatem imponat, permanes consuetudinem ser uans: sic & tunc, siquis etiam millies exhortetur, à cõ suetudine non absistes. Domũ igitur profectus, om nibus hæc domesticis loquere. Et sicut sæpe multi ex prato recedentes, rosam, uel uiolam, uel quempiam talium florum capiunt, & digitis circumferentes rece dunt: alij uerò ex uiridario domum abeũtes, arborũ ramos fructus habẽtes reportant: alij rursum à lautis F cœnis, mensæ reliquias necessarijs suis referunt: Sic uti que & tu hinc recedens, admonitionem reporta filijs uxori, necessarijs omnibus. Hæc.n. admonitio, & pra to, & uiridario, & mẽsa utilior est: hæ nunq; rosę mar cescunt, hi nunquam defluunt fructus, hæc nunquã fercula corrumpuntur. Et ex illis quidem temporalis delectatio, ex his uerò continua utilitas, non tantùm postquam adimpleta fuerint, sed etiam dum adim pleantur. Cogita enim quale est reliquis omnibus omissis, publicis & priuatis, de diuinis semper legibus differere, & ad mensam, & in foro, & in alijs conuenti culis. Si his uacemus, nihil dicemus periculosum, ni hil noxium, nec inuiti peccãbimus: sed & imminente tristitia sermocinationi de his uacantes, aiam libera re poterimus cura, quã meditabamur inter nos sem per dicentes: Nunquid gesta rex audiuit? An iratus est? quid uerò sentẽtię pronunciauit? Nunquid ipsum quispiam exorauit? Nunquid uerò tolerabit ipse tam magnã & populosam funditus ciuitatẽ perdere? Hęc quidẽ, & oia talia in deum proijcientes, ipsius tantũ mandata meditemur. Si.n. & illa oia dissoluemus, si uel decem de nobis tantũ rectè egerint, breui decem

Guiginti fient: uiginti, quinquaginta: quinquaginta, cẽtum: centum mille: mille, ciuitas. Et sicut decem accẽsis lucernis oẽm domum lumine facilè quis implere poterit: sic & in officijs spiritalibus, si decem soli rectè egerint, flammam per totam ciuitatem incendimus habentem lumen, & securitatem nobis afferentem. Non enim sic flammæ natura in materiam delapsa, uicina semper ligna incendit: sicut uirtutis zelus in paucas lapsus animas, ulterius procedendo omnẽ implere ciuitatem poterit. Date itaq; mihi ut de uobis glorier, & in præsenti uita, & futuro die, quo talenta habentes credita exigentur: sufficiens mihi laborũ merces, uestra correctio. Et si uos cum pietate uiuentes uidero, totũ recepi. Facite igitur quod & heri admonui, & hodie dicam, nec dicens quiescam: contra iurantes mulctam definientes, mulctam lucrum non damnum habentem, præparamini iam tanquem nobis profectus probationem daturi. Conabor etenim apud quenquam uestrum lõgum protrahere sermonem dimissa hac concione, ut in uerborum longitudine emendatos inueniam: & siquem iurãtem uidero, omnibus ipsum emendatis faciam manifestum, ut increpantes, arguẽtes, corrigentes, breui ipsum mala liberemus consuetudine. Melius est etenim hic exprobratum corrigi, quàm die illa palàm præsente toto mundo confundi atq; puniri, peccatis nostris sub omnium aspectu reuelatis. Sed ne fiat ut quisquã ex hac honesta concione talia patiens illic appareat, sed sanctorum patrum precibus peccata corrigẽtes omnia, cum multa hinc indulgentia migremus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul cum sancto spiritu in secula, Amen.

QVOD TRISTITIA AD PECCATI *destructionẽ utilis. Et super illud, In principio fecit deus cœlum & terram. Et quòd maxima consolationis materia creationis apparatus. Et super illud, Adam ubi es? & de fugiendo iurameneo.*

Homilia septima.

Vlta, quidem, & de multis herì apud uestram
m dilectionem, aut quam ueniam, tantã nacti gratiam, & neq; pares illis uirtutis mensuras nunc assecuti, cùm mors nomen solum sit re priuatum? Nihil enim aliud mors est quã somnus, & migratio, & translatio, & requies, & tranquillus portus, & pertubationis liberatio, & à uitę curis absolutio. Sed hic consolationis sermonem soluamus: etenim quintã diem agimus uestram consolantes charitatẽ, & iam uexare uidemur. Solertibus enim dicta sufficiunt, pusillanimis autem etiam si dictis plura addamus, nihil amplius erit. Tẽpus uerò nobis iam ad scripturarũ expositionem cõuertere doctrinam: quemadmodum enim si nihil de hac ærumna locuti essemus, crudelitatem & inhumanitatem nostrã quis cõdemnasset: sic si semper de ipsa disseramus, pusillanimitatẽ nostram iustè condemnaret. Corda igitur nostra deo applicantes, qui in mẽte nostra loqui potest, & oẽm ab interioribus tristitiam expellere, consuetam doctrinam nunc attingamus, & maximè quando omnis scripturæ expositio exhortatio est, & consolatio. Itaq; etsi à consolando absistere uidemur, rursum per scripturarũ expositionem in eandẽ materiam incidimus, quoniam mentẽ
H adhibentibus tota scriptura cõsolatio est. Inde uobis hoc faciam manifestũ. nõ enim scripturarum historias circumiens, quosdã cõsolatorios sermones quærere conabor: sed ut apertiorem promissionis demõstrationẽ prębeam, hodie lectũ tractabimus librũ: & si liber, ipsius principium & proœmium, quod maximè uidetur neq; cõsolationis uestigiũ demonstrare, sed consolatorijs penitus uerbis alienum esse, in medium proponẽs, quod dico manifestum faciã. Quod tandem est hoc proœmium? In principio fecit deus cœlũ & terram: terra aũt erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abysi. Nunquid uidentur aliquibus è uobis tristitiæ consolationẽ habere memorata? Nõ historiæ narratio est, & de creatione doctrina? Vultis igitur demonstrem consolationẽ in hac dictione absconditam? Exurgite igitur, & cũ diligentia aduertite quæ dicẽda sunt. Cũ enim audieritis, quòd cœlum, terram, mare, aërem, aquas, stellas multas, duo luminaria magna, plantas, quadrupedes, natalitia, & uolatilia animalia, omniaq; generaliter quæ uidentur, propter te, tuamq; salutẽ & honorẽ deus creauit, non magnã capis cõsolationem? & maximam dilectionis dei demonstrationẽ hanc susci-
I pis, cũ cogitaueris, quòd tantum & talem mundum tam pulchrũ & magnũ, & admirabilem propter te pusillum in medium protulit? Cũ igitur audieris quòd in principio fecit deus cœlum & terram, ne simpliciter dictũ præ tercurras, sed terræ magnitudinẽ mente percurre, & reputa quàm lautam nobis & opimam produxit mẽsam, & multam passim nobis delectationẽ præbuit: & quod quidem est maximum, quòd in nullorum laborum retributionem dedit, nec in meritorum præmium tantum & talem mundum: sed pariter nos finxit, & hoc regno genus nostrum honorauit: inquit enim, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Quid est, ad imaginem nostram? Principatus imaginem dixit: ut quemadmodũ nullus in cœlo est deo superior, sic super terrã nullus sit homine superior. Vno.n.hoc & primò honorauit, quòd ad imaginẽ suam eũ fecit. Sedo, quòd nõ laborũ præmiũ nobis imperiũ prębuit, sed solã exhibuit benignitatis suæ gratiam. Tertio aũt qđ naturale nobis illud elargitus est. Principatuũ n.hi qdẽ naturales, hi uerò

Gen.1.d

Ibidem.

A electi: & naturales quidem, sicut leonis in quadrupedes, & in aues aquilæ: electi uerò, sicut regis in nos alicuius. Hic enim nõ natura cõseruis imperat, propterea & sæpe principatũ amittit. Talia enim existunt, q̃ nõ natura adsunt, ut faciles admittãt insidias, & trãslationẽ. Sed nõ ita leo, sed natura quadrupedibus dominatur, sicut itidem & alitibus aquila. Semper igitur cũ genere coniuncta est regni species, nec ullum quis uidet leonẽ unquam hunc amittentẽ principatũ. Talem & nobis principatũ deus à principio largitus est, & nos oibus pręposuit: nec hoc solo naturã nostram decorauit, sed & ipsa loci ptæsidẽtia, egregium nobis habitaculũ designãs, paradisum, & rationẽ dans, & animã largiens immortalem. Sed non hæc dicã: ego enim tantã dei dilectiouis superabundantiam esse dico, ut non tantũ ex his, quibus nos honorauit, sed & in quibus castigauit, similiter possimus demonstrare ipsius bonitatẽ & benignitatẽ. Et hoc omnium maximè uos cũ diligẽtia cõsiderare cohortor, quòd deus non tantũ honorans & benefaciens, sed & castigans, & puniens similiter est bonus: siue cõtra gentiles, si-
B ue contra hæreticos nobis certamina moueantur, & pugnæ de dei benignitate, non tantũ ex quibus nos honorauit, sed & ex quibus nos puniuit, ipsius bonitatem demõstrabimus. Si.n.honorans tantũ bonus esset, puniens uerò non esset, ex dimidio bonus esset. Sed nõ ita est, absit, In oibus quidem hoc euenire uerisimile est, quoniam cũ furore & passione pœnas inferunt: deus aũt cùm sit impassibilis, siue benefaciat, siue puniat, similiter est bonus: nec regno minus gehennæ cõminatio ipsius bonitatẽ demonstrat. Nisi enim gehẽnã minatus fuisset, nisi pœnã præparasset, non multi regnũ assequi potuissent. Non.n.ita bonorum promissio ad uirtutẽ multos euocat, ut malorũ intentatio timore cõpellit, & ad animæ curã excitat. Itaq; etsi cœlorũ est regno gehenna cõtraria, ad unũ tamen ambo finem respiciunt, hominũ salutẽ: illud quidẽ ad se alliciens, hæc aũt ad illum compellens, & timore corrigens se negligentius habentes. Hunc aũt non incassum sermonẽ protraho, sed quoniam sæpe famæ, siccitatibus ueniẽtibus, & bellis, & ira regia irruente, & alijs hmõi inexpectatis rebus, multi securio
C res, decipientes dicunt, quòd non digna sunt hæc dei prouidentia. Ne igitur decipiamur, sed diligenter sciamus, quòd siue famem, siue bellũ, siue aliud quodcunq; molestum inducat, ex benignitate & multa dilectione hoc efficit. Huic sermoni coactus sum immorari, quoniã patres omnium maximè filios amantes & mensa prohibent, & flagella infligũt, & afficiũt ignominia, & alijs infinitis talibus lasciuiẽtes pueros corrigũt. Sed tamen patres sunt, non tantũ dum honorant, sed & dum hæc faciunt, & tunc maximè patres cũ hæc faciunt. Si aũt homines, qui furore & ira sæpe ab utili declinant, nõ crudelitate & inhumanitate, sed cura & charitate quos amant, punire putantur: multò magis de deo sic sentire oportet, oẽm excedente paternam charitatem propriæ bonitatis cumulo. Et ne credas quòd hæc per coiecturam sint dicta, agè ad ipsam scripturã sermonẽ referamus. Postquã enim homo ab improbo dæmone deceptus & allectus est, uideamus qũo ipsum tale operatum crimen deus tractauit. Nunquid ipsum omnino perdidit? Et quidem iustitiæ ratio hoc exigebat, nihil quidem boni operatum, tantam uerò beneuolentiam assecutũ, mox à primordijs lasciuientem de medio tolli, & funditus deleri: sed non hoc fecit deus, nec abominatus D
est, nec eum auersatus, qui se tam ingratum in benefactorẽ exhibuit, sed ad ipsum uenit, sicut ad ægrotũ medicus. Et noli simpliciter dictum percurrere charissime, sed cogita quale est, nec angelum, nec archangelum, nec ullum alium illius conseruorum misisse: sed ipsummet dominũ ad collapsum descendisse, & iacẽtem releuasse, & solũ ad amicum malefactẽtem, & in magna constitutũ procella deuenisse. Quòd enim ex multa fecit hoc charitate, & ipsa uerba quę ad ipsum dixit, ipsius ineffabilem charitatem demonstrant. Et quid opus est, ut omnia uerba dicã? Prima profectò dictio statim ipsius amorem demõstrauit. Nõ enim dixit, sicut par erat iniuriam passum dicere: O scelerate & sceleratissime, tali apud me beneuolẽtia potitus, tanto decoratus regno, & omnibus terrestribus nullo ex merito prælatus, & meæ curæ pignora per opera, & ueram prouidentiæ probationem assecutus, improbum dæmonẽ & pestiferum tuæ salutis inimicũ, domino & tutore, cui crederes, digniorem duxisti? Quid ille tibi tale demonstrauit, quale ego? Nõne cœlum propter te creaui? terram, mare, Solem, lunam, & E
stellas omnes? Non enim ulli angeli huius creaturę indigebant, sed propter te & requiem tuã, talem & tantum feci mundum. Et tu nuda uerba, & promissionẽ falsam, & pollicitationem fraude plenam, collata rebus beneficentia, & prouidentia, fide digniorem esse ratus teipsum illi tradidisti, measq; leges conculcasti. Hęc & his plura lęsum par erat dicere: sed nõ ita deus, sed omnino per contrarium. A prima enim uoce ipsum statim erexit, & iacentem, & timentem, & tremẽtem considere fecit, prior eum uocans ipse: quinimmo non tantùm prior uocãs, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans, & dicens? Adam ubi es? amorem *Gene.3.b*
suum, & multam circa ipsum curam ostendit. Iam enim omnes nostis, quòd hoc est legitimæ amicitiæ indicium. Sic & mortuos reuocantes facere consueuerunt, continuè ipsorum nomina uersantes: sicut uicissim odio habentes, & inimicè in quospiam dispositi, nec nomina eorum qui se lęsere, tolerant commemorari. Ideo Saul nullam quidem iniuriam passus, multas uerò & magnas iniurias in Dauid machinatus, postquàm ipsum auersabatur & oderat, nec illius F
appellationem commemorare tolerabat, sed considentibus omnibus postquàm nõ uenisse uidit, quid inquit? Nõ dixit, ubi est Dauid? sed, ubi est filius Isai? *1.Re.20.c*
à patre ipsum uocans. Et iterum Iudæi in Christo idẽ faciunt: quoniam enim ipsum auersabantur & oderant, non dixerunt, ubi est Christus? sed, ubi est ille? Sed deus & in hoc demonstrare uolẽs, quòd nec pec- *Ioan.5.d*
catum amorem extinxit, nec inobedientia suam in ipsum beneuolentiam sustulit, sed adhuc prouidet, & curam egerit lapsi, inquit: Adam ubi es? non ignorans ubi moraretur, sed quoniam his qui peccauerunt os consutum est, peccato linguam auertente, & conscientia ipsam cohibente, & stupidi remanent, silentio tanquam quodam uinculo coërciti. Volens itaque deus ipsum in fiduciam elicere per colloquiũ, & ut confideret facere, & in eorum quæ admiserat, purgationem inducere, ut aliqua frueretur uenia, ipsum prior ipse uocauit, anxietatis multùm appellatione recidens, & expellens timorem, ósque per hanc aperiens appellationem. Ideóque dicebat, Adam ubi es? Alibi te reliqui, & alibi nunc inuenio: reliqui in fiducia & gloria, nunc autem inue-

G nio in confusione & silentio. Et considera curam. Non Heuam uocauit,nō uocauit serpentem, sed qui omnium leuissimè peccauerat,hunc iudicio primum accersit:ut ab eo incipiēs,qui aliqua potest uenia potiri,et in eam quę multū peccauerat,mitiorē ferat sententiam. Et iudices quidē conseruos suos,& eandem secum naturam cōem habentes, per seipsos examinari non sustinēt, sed ministrantiū quempiam sibi medium proponētes,interrogationes illū suas ad reum faciunt perferri,& per ipsum quæcunq; uelint, dicūt, & audiunt dum reos examinent. Deus aūt mediatore nullo ad hominē opus habuit,sed ipse per seipsum iudicat,& consolatur. Nec hoc tantū est admirabile, sed etiam quod cōmissa corrigit. Iudices enim cū latrones ceperint,& sacrilegos, non qūo ipsos reddant meliores considerant, sed qūo ab ipsis peccatorum pœnas exigant.Deus aūt cōtrarium totū:cū aliquem ceperit peccatorem, non considerat qūo sumat supplicium,sed qūo ipsum corrigat, & meliorem faciat, & in futurum inexpugnabilem.Itaq; & iudex pariter, & medicus, & magister est deus: etenim tanq̄ iudex
H examinat,& tanq̄ medicus corrigit, & tanq̄ magister docet,præuaricatos in oēm disciplinam inducens. Si uerò unum & breue uerbū tantam dei curam demōstrauit:quid si omnē uobis sriam legeremus, & integra explicaremus monumenta? Cernis quomodo tota scriptura consolatio est,& exhortatio? Et hoc quidem congruo tempore dicemus. Ante hęc aūt necessarium est dicere,quando liber hic editus fuit. Neque enim in principio,neq; statim post Adam creatū hęc scripta sunt,sed post multas mox generatiōes. Et qd tandem Iudæis duntaxat, & non omnibus hominibus? & quid tandem Hebraicæ linguæ? & qua de causa in deserto Sina? neq; enim locum simpliciter Apostolus non prętermittit,sed & in hoc magnam nobis contemplationem demonstrat,sic dicens:Hæc enim duo testamenta sunt,unum in monte Sina in seruitutem generās, q̄ est Agar,&c.Et alia quidē plura quærere necessarium esset, sed uideo tēpus nobis non permittens sermonem in tantū pelagus immittere: propterea hæc in congruum tempus differentes, iterum de iurandi abstinentia uobis differemus, & rogabimus charitatem uestram,ut multo circa hāc rem studio utatur. Quomodo enim non absurdum, seruum quidem non audere dominum ex nomine, aut simpliciter, ut accidit,uocare : angelorum uerò dominū temerè, & cum multo contemptu ubiq; icunferre? Et si euangelium quidem capere oporteat, manus abluens,& cum multa reuerentia & religione tremēs & timens accipis: euāgelij uerò dominum temerè lingua pasim uersas? Vis discere quomodo ipsum appellant superiores potestates,cum quāto horrore, quanta consternatione,quanta admiratione? Videbā dominum sedentem, inquit, in throno alto & eleuato, & Seraphim stabāt circa ipsum , & clamabāt alter ad alterum,& dicebant,Sanctus,sanctus, sanctus,dominus deus sabaoth,plena omnis terra gloria eius . Vidisti cum quanto timore,quanto horrore nominant eum glorificantes,& laudantes? Tu uerò in precibus quidem & supplicationibus,cum multo inuocas ipsum torpore,quando horrescere oportebat, & uigilare,& sobrium esse:in iuramentis uerò,cùm nec omnino adducere admirabile nomen oportebat, uaria q̄dam & alterna connectis iuramenta:& qualis uenia, quæ uerò nobis erit excusatio, etsi millies consuetudinem obiiciamus? Dicitur quòd quidam externorū K
oratorū præ quadā irrationabili consuetudine dexterum eundo humerum continuè mouebat,sed tamē ,,
consuetudinē uicit, & gladios acutos utrinq; humeris imposuit, ut uulneris timore membrum ineptè se ,,
mouens corrigeret. Hoc & tu circa linguam facias,& ipsi pro gladio diuinæ pœnæ timorē impone, & omnino superabis:impossibile enim , impossibile inquā est,meditātes & studentes,& opus hoc facientes unquam superari. Dicta nunc laudatis,sed cùm correcti fueritis,magis laudabitis,non tantū nos,sed & uosipsos:& cum maiore uoluptate audietis quæ dicentur, & cum pura conscientia deum inuocabitis , qui tantùm tibi parcit,ut dicat,neq; per caput tuum iurabis: tu uerò sic ipsum contemnis,ut & per ipsius gratiam iures. Et quid faciam,inquit aliquis,apud necessitatē Mat.5.f
inducentes? Qualem necessitatem ô homo ? Discant oēs quòd omnia malles pati,q̄ dei legem transgredi, & ab inferenda necessitate desistent. Quòd enim nō iuramentum fide dignum hominem faciat,sed uitæ testimonium, & couersationis integritas,& mens bona,sæpe multi iurantes disrupti sunt,& non persuase- L
runt:alij uerò innuētes tantū, multùm iuratis fide digniores apparuerunt . Hæc igitur omnia scientes , & pœnam iurātibus,& peierantibus positam ante oculos mittentes,improba consuetudine absistamus,ut hinc & ad reliqua gradientes uirtutis opera, cōsequamur bona futura: quæ nos omnes assequi detur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi per quē, & cum quo patri gloria , unà cum sancto spiritu in secula seculorum,Amen.

EIVSDEM AD VIRTVTEM EXHORtatio: *& in illud Genesis,Deambulabat deus in meridie in paradiso, & de fugiendis iuramentis.*

Homilia octaua.

Vdistis antea quomodo omnis scriptura cō
a solationem affert,& refrigerium , præter historiæ narrationem. Etenim illud, In principio fecit deus cœlū & terram,historię expositio erat: Gen.1.a
sed demonstrauit oratio & multa plenam consolatione dictionem:quale quòd duplicem deus mēsam fecit,terram & mare simul ponens : & lumina gemi- M
na,Solem & lunam superne accēdens:et duplicis cursus tempus,diem et noctem operatus:et illum quidē in operationem , hanc autem in requiem: non enim minus ministerium,quàm dies nobis nox affert. Sed sicut in arboribus dixi, quòd fructuosis infructuosæ æmulam præbent utilitatem , facientes ne cogamur ad ædificia domesticas arbores attingere: & mansuefactis animalibus non minorem nobis utilitatem syluestria & immitia afferunt,timore nos in urbes compellentia,reddentiáque cautiores,& nos inter nos cōstringentia : & horum quidem exercentia uirtutem, horum uerò morbos soluentia (multa enim ex his medicamenta medicorum pueri conficiunt) & antiqui nos peccati commonefacientia . Cùm enim audiero quòd timor noster & conuersio erit super omnes bestias terræ, postea honorem hunc truncatum uidero , peccati reminiscar, quod & timorem nostri dissoluit , & principatum abstulit , & efficiar melior & continentior , damnum ex peccato nobis illatum contemplatus. Sicut igitur(quod & anteà dixi)ad uitam nobis omnia conferunt:hæcq; dicta , & alia his plura,q̄ qui fecit deus,ipse nouit : ita quidem

& nox

A & nox non minorem q̄ dies usum affert,cū laborum sit requies,& morborū medicina.Sæpe enim medici multa operati,& infinita medicamina moliti,ab ęgritudine laborantē liberare non potuerunt:somnus autem spontè adueniens,oēm soluit ægritudinē,& infinitis illos laboribus liberauit:nec morbis uerò tantū corporis,sed & animę nox est medicina, dolentes animas sedēs. Sæpe quispiā postq̄ filium amisit,innumeras illi consolationes afferentibus fletibus & gemitu desistere nō tolerauit:nocte uerò superueniente,somni cessit imperio superatus , & palpebræ obdormierūt, & exiguam quampiam diurnorū cepere malorū consolationē. Agè uerò iam ad materiam eamus unde processit oratio. Nam bene noui quòd huic omnes inhiatis,& quisq; discere gliscit, qua de causa non ab initio editus est hic liber, sed neq; nunc expositionis huius esse tempus uideo. Quid tandē? In finē nobis hæc deuenit hebdomas , & materiam attingere metuo,deinde statim expositionem intercidere. Multorū enim dierum iugis indiget orationis,& cōtinuatæ memoriæ , ideo rursum ipsam differimus. Sed ne
B ęgreferatis,cū fœnore uobis oino debitū reddemus. Sic enim & nobis conferentibus expedit . Nunc autē interim dicemus heri derelictū. Quid aūt herì derelictum fuit? Deambulabat, inquit, deus in paradiso in Gen.3.b
meridie. Quid ais? deambulabat deus:nō deambulabat:qūo enim ubiq; præsens, & omnia implens ? Sed in Adam talem sensum posuit,ut seipsum corriperet, ne diffusus esset,ut fugiendo & latendo aliquam purgationis partē prætenderet , & ante ipsa uerba. Sicut enim in iudicium adducendi , & cōmissorum pœnas subituri,squalidi,sordentes,tristes,contempti iudicātibus apparent,ut ex habitu ipsos in humanitatem,& ueniam,& misericordiam trahant:sic & in Adam factum est . Oportebat enim demissum in iudiciū hoc trahi,propterea pręuenit ipsum deus,& corripuit.Sed quòd aliquis deambularet, sensit : unde uerò cogitauit quòd deus deambulabat? Talis est peccantiū consuetudo,omnia suspecta habēt,umbras tremūt,oēm strepitum timent & quemq; putant ad se uenire. Multos igitur sæpe cōspicati peccatores,ad aliud ministerium currentes,ad se uenire cogitauerunt: & alijs alia
C inter se differentibus,peccati sibiipsis conscij , putant illos de se sermocinari. Talis enim res peccatū est, nullo prodit arguente,nullo cōdemnat accusante,pauidum facit & timidum peccatorē, sicut iustitia contrarium. Audi igitur qūo & huius pauorem, & illius liber
Pro.28.a tatem scriptura designauit:Fugit impius persequente nemine,inquit. Quomodo persequēte nemine fugit? Intus habet agentem conscientię accusatorē,& hunc undiq; circunfert:& sicut seipsum non potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agentem:sed quocunq; abeat,flagellatur,& uulnus habet imedicabile.Sed non
Ibidem. talis iustus:sed qualis,audi:Iustus tanq̄ leo,inquit,cōfidit. Talis erat Helias. Vidit igitur regem ad se uenien-
3.Re.18.c tem:& dicente illo,Túne es ille qui conturbas Israel? Non ego turbaui Israel,inquit,sed tu,& domus patris tui. Verè iustus ut leo confidit. Sicut enim leo in regē tanquam uilem catulum quēdam insurrexit. Etenim purpuram habebat ille, sed hic meloten habebat ipdumentum purpura illa uenerabilius . Purpura enim
4.Re.2.c illa famem peperit difficilem, melote autem hæc gratia dissoluit:hæc Iordanem diuisit,hæc Heliseum duplicem Heliam fecit.O quanta sanctorum uirtus. Nō sola ipsorum uerba & corpora,sed & ipsa indumenta creaturæ omni undiq; sunt uenerabilia. Huius melo- D
te Iordanem diuisit,calceamenta tria puerorū ignem Dan.3.f
conculcauerunt:Heliśei lignum aquas mutauit,& ut 4.Re.6.a
ferrum in superficie portaret,effecit. Mosi uirga mare rubrum diuisit,petram scidit. Pauli uestimenta lan Exo.14.e
guores expulerunt. Vmbra Petri mortem fugauit: Sā Act.19.b
ctorum martyrum faualla malignos expellit dæmonas. Propterea cum fiducia omnia faciūt, sicut & Helias. Non enim spectabat diadema, & exteriorem regis apparētiam,sed animam sordibus indutam, squalentem,sordidam, & omni reo miserius affectam respiciebat, & ipsum intuitus captum esse , & uitiorum seruum,ipsius principatum contempsit: etenim tanq̄ in scena, sed non in ueritate regem sibi cernere uidebatur. Quæ enim exterioris ornatus utilitas , cū interius tantæ repositæ sint diuitiæ? Talis erat leo & bea
tus Paulus:carcerem enim ingressus,solo clamore o- Act. 16.e
mnia fundamenta concusit,uincula rosit, non dentibus,sed uerbis. Propterea non leones ipsos tantùm, sed & aliud quid leonibus maius oportet appellare. Leo enim in retia sæpe lapsus capitur : sancti uerò cū
B egreferatis,cū fœnore uobis oino debitū reddemus. Sic enim & nobis conferentibus expedit . Nunc autē interim dicemus heri derelictū. Quid aūt herì derelictum fuit? Deambulabat, inquit, deus in paradiso in Gen.3.b
meridie. Quid ais? deambulabat deus:nō deambulabat:qūo enim ubiq; præsens, & omnia implens ? Sed in Adam talem sensum posuit,ut seipsum corriperet, ne diffusus esset,ut fugiendo & latendo aliquam purgationis partē prætenderet , & ante ipsa uerba. Sicut enim in iudicium adducendi , & cōmissorum pœnas subituri,squalidi,sordentes,tristes,contempti iudicātibus apparent,ut ex habitu ipsos in humanitatem,& ueniam,& misericordiam trahant:sic & in Adam factum est . Oportebat enim demissum in iudiciū hoc trahi,propterea pręuenit ipsum deus,& corripuit.Sed quòd aliquis deambularet, sensit : unde uerò cogitauit quòd deus deambulabat? Talis est peccantiū consuetudo,omnia suspecta habēt,umbras tremūt,oēm strepitum timent & quemq; putant ad se uenire. Multos igitur sæpe cōspicati peccatores,ad aliud ministerium currentes,ad se uenire cogitauerunt: & alijs alia
C inter se differentibus,peccati sibiipsis conscij , putant illos de se sermocinari. Talis enim res peccatū est, nullo prodit arguente,nullo cōdemnat accusante,pauidum facit & timidum peccatorē, sicut iustitia contrarium. Audi igitur qūo & huius pauorem, & illius liber
Pro.28.a tatem scriptura designauit:Fugit impius persequente nemine,inquit. Quomodo persequēte nemine fugit? Intus habet agentem conscientię accusatorē,& hunc undiq; circunfert:& sicut seipsum non potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agentem:sed quocunq; abeat,flagellatur,& uulnus habet imedicabile.Sed non
Ibidem. talis iustus:sed qualis,audi:Iustus tanq̄ leo,inquit,cōfidit. Talis erat Helias. Vidit igitur regem ad se uenien-
3.Re.18.c tem:& dicente illo,Túne es ille qui conturbas Israel? Non ego turbaui Israel,inquit,sed tu,& domus patris tui. Verè iustus ut leo confidit. Sicut enim leo in regē tanquam uilem catulum quēdam insurrexit. Etenim purpuram habebat ille, sed hic meloten habebat ipdumentum purpura illa uenerabilius . Purpura enim
4.Re.2.c illa famem peperit difficilem, melote autem hæc gratia dissoluit:hæc Iordanem diuisit,hæc Heliśeum duplicem Heliam fecit. O quanta sanctorum uirtus. Nō sola ipsorum uerba & corpora,sed & ipsa indumenta

E Esa.6.a

Psal.1.b

Ibi.124.a

E

F

quæ uerò nobis erit excusatio, etsi millies consuetu-

quæ marcescit:non circa delicias, quæ defluunt : sed

G circa animam oẽm curam impendamus, & hanc omni curemus modo. Corpora quippe languentia non omnibus curare facile est, animã uerò laborantẽ est cuiq; medicari facillimũ. Et corporis quidẽ curatio, & medicaminũ & argenti indiget, animæ uerò facilè cõparabilis, & impendio carens. Et carnis quidẽ natura multo cũ labore ab infestantibus liberatur uulneribus: etenim ferrũ sæpe, & amara medicamina adhibere necessariũ est. In anima uerò nihil est tale, sed tãtùm uelle & deliberare sufficit, & oia correcta sunt. Et hoc fuit opus dei prouidentiæ, quoniam ex corporis imbecillitate non multũ fieri nocumẽtum potest. Nam si ẽt non ægrotemus, mors superueniẽs ipsum corrumpet, & oĩno dissoluet. Totum uerò nobis in animi sanitate positũ est. Multò igitur utilioris & magis necessariæ partis curationẽ facit facilẽ, & impẽdio & dolore carentem. Quã igitur excusationẽ habebimus? Quam aũt ueniam, cũ corporis quidem, ubi argẽtum erogatur, & medici accersuntur, & multus dolor sustinetur, tantam geramus curam præcipue cum non magnum nobis damnũ ex illius ueniat ęgritudine: animã uerò condemnamus, & hoc cũ nec argentum erogare, nec alios perturbare, neq; dolores sustinere debeamus, sed absq; his oĩbus eligẽdo tantũ, & uolendo oẽm ipsius correctionẽ facere possumus: & optimè sciamus, quòd nisi hoc faciemus, extremam subibimus pœnã, & ineuitabilia tormenta atq; suppliH cia? Dic nanq; mihi, siquis te artem medicinę breui tẽporis momento absq; argento & labore docere polliceretur, nõ ipsum putares benefactorẽ? Nõne subires omnia facere & pati, quæcunq; hæc pollicẽs iussisset? Ecce nunc sine laboribus licet, non corporis, sed animæ uulnerum inuenire remedia, & eam absq; dolore ullo ad sanitatẽ reducere. Ne igitur negligamus. Quis enim, dic mihi, dolor iram contristanti remittere? Dolor quidẽ est iniurias meminisse, & conciliari. Qui labor orare, & à deo promptè præbente, innumera bona petere? Quis labor detrahere nemini? Quæ difficultas ab inuidia & liuore liberari? Quę grauitas proximum diligere? Quæ ærumna non turpia uerba loqui, non conuicium, nõ iniuriam inferre? Quæ fatigatio non iurare? Rursum enim ad eandem deueniam
I admonitionem. Labor quippe maximus iurare. Sæpius enim ira & furore deręti, infestantiũ quempiam non alloqui iurauimus, postea ira extincta, & furore sedato, conciliari uolentes, & iuramentorũ necessitate coẽrciti, doluimus, tanq; laqueo quodã detenti, & uinculis insolubilibus nexi. Quod & diabolus nouit, & quia planè nouit quòd ira ignis est, & facilè extinguitur, & extincta ira reconciliatio fit, & amicitia, cupiens ignem hunc inextinguibilem manere, iuramento nos sæpius irretiuit: ut etsi ira desiuerit, iuramenti necessitas manens, ardorẽ in nobis cõseruet, & duorum fiat alterum, uel reconciliati peieremus uel non conciliati, odij culpæ nosmet reos cõstituamus. Hæc igitur scientes, iuramenta fugiamus, & meditetur os nostrum dicere, Crede continuè, & hoc erit nobis totius materia pietatis. Lingua enim uerbũ hoc dicere docta, confunditur & erubescit turpia & absurda uerba proferre: & si rursum à consuetudine retrahatur, multos habẽs accusatores corripietur. Cũ enim quis non iurãtem, turpia uiderit uerba sonantẽ, insultabit facilè, & deridebit, & carpens dicet: Tu qui in oĩbus dicis, crede, iuramentum proferre nõ audes, qũo turpibus linguã tuam sermonibus contaminas? Itaq; & inuiti à præsentibus compulsi, ad pietatẽ redibimus. K Quid igitur si iurãdi necessitas sit, inquit, aliquis? Vbi est legis præuaricatio, non est necessitas. Et possibile est penitus, inquit, non iurare? Quid inquis? L eus iussit, & audes interrogare, si legem custodire possibile? Matth.5.& Iacob. 5.c Difficile quippe nõ custodire, & hoc per presentia uobis persuadere uolo, quòd nõ difficile sit non iurare, sed iurare. Ecce enim iusti sunt urbẽ habitẽtes, quod multorũ uires excedere uidetur, aurũ erogare, & plus collatũ est, & exigẽtes audire licet, dicentes: Quid tardas homo? quid uerò nos de die in diẽ differs? Nõ. n. effugere potes, lex regis est, q̃ morã non patitur. Quid dicis, dic mihi? Rex iusserit pecunias pendi, & quin pendas, placabilis fieri nõ potest. Deus iuramenta fugere iussit, & dicis, Nõ possumus fugere iuramenta. Sextũ diem hunc habeo, de hoc uos præcepto admonens: in futurũ uobiscum pacisci uolo, tanq; desistens, ut caueatis. Non amplius uobis erit excusatio, neq; uenia, maximè cũ si ẽt à nobis dictum fuisset nihil à uobisipsis hoc corrigi debuerit: nec enim uariũ est, & multæ præparationis indigens. Cũ uerò tantũ sitis nacti admonitionis & cõsiliũ, quã habebitis excusationem L accusati, pro tribunali cõstituti tremendo, & hui⁹ præuaricationis pœnas exacti? Nullã afferre licebit excusationẽ, sed necesse est, uel emendatos abire, uel non emẽdatos puniri, & extremũ subire supplicium. Hæc igitur oẽs cogitãtes, cũ multa hinc cura digrẽsi, tot diebus dicta omni custodia, mẽte uestra cõseruare inter uos exhortamini: quò uel nobis tacentibus alter alterũ docentes, ædificantes, exhortantes, multũ demonstretis profectũ, & oẽs reliquas leges implentes, ætenis fruamini coronis: quas cõtingat nos oẽs assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, unà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

LAVDATIO EORVM, QVI NON IVrandi consuetudinem fecerant. *Et quòd nemo superstitione teneri debet, post refectionẽ diuinos in ecclesia sermones non audire: & quare post multum tempus diuinæ sunt traditæ scripturæ: & in illud, Cœli enarrãt gloria dei: & mũdi naturalis descriptio: & de non iurãdo.*

Homilia. IX. M

T prius ad uos, & nũc ad uos, utinam uerò
e & semper uobiscũ, etsi non corporis præsentia, saltẽ charitatis ui: nec enim mihi est alia uita, nisi uos, & salutis uestræ cura. Sicut enim colonus nihil aliud curat præter semina & segetes, & nauta undas & portus: sic & dicens audientes, & illorum profectum, sicut & ego nunc dico. Ideo & oẽs uos in mẽte mea circũfero, nec uerò hic tantũ, sed & domi. Etsi enim multus est populus, & breuis cordis mei mẽsura, sed lata est charitas, & nõ in nobis angustatur: sequẽtia uerò non dicã amplius, neq; n. nos à uobis angustamur. Vnde hoc manifestũ? Noui multos referentes, mandatũ secimus, leges nobismet ponentes, & iurantibus pœnas definientes, & legẽ transgredientibus pœnã inferẽtes, pœnam nobis congruam, quod est maximè charitatis indicium. Nõ enim confundor talia fatagens, quoniã in hoc curiositatis nihil est, sed pronũsionis hæc est solicitudo. Si enim me dico non est opprobrium de ægroto scisitari, neque nobis crimẽ de uestra sumper inquirere salute. Sic. monuiti quid uobis quidem expeditum sit, quid uerò relictum, congrua cum disciplina reliqua afferemus

A remedia. Hæc igitur curiosẽ scrutati cognouimus, & deo gratias egimus, quòd nõ in petris seminauimus, nec in spinas mi simus semina, neque multi temporis, multaq; dilatione indiguimus, ut segetes meteremus. Propterea uos in corde meo cõtinuè gero, propterea non sentio docẽdi laborem, auditorũ lucrum releuatus. Hæc. n. merces nos reparare potest, & releuare, & alacres pro ptosq; facere ad oẽm pro uobis laborem sustinendũ. Quoniã igitur multã uos gratitudinẽ demõstrastis, agẽ iam & nos debitum erogemus, quod prius promiseramus: licèt non uideam præsentes esse uobis illos, qui cũ promissionem feci, huc uenerant. Quæ tandem itaq; causa ipsos à nostra repulit mensa? Qui corporalem tetigit mensam, ut uidetur, indignum esse putauit, post corporis nutrimentum ad diuinorũ auditionem eloquiorũ uenire. Sed non rectè in hoc sentit: neq; enim, si hoc esset absurdũ, multos Ioan.13.d & longos impendisset sermones Christus post illam Ibid. 6.b mysticam cœnam. Non utiq; si hoc incongruũ esset, refecta sæpius in deserto multitudine ẽt sermones ipsis post mensam cõmunicasset. Si enim fas est aliquid
B etiam præter opinionem dicere, tunc profectò utilissimum diuinis est eloquijs aures accommodare. Cùm enim tibi persuaseris, quòd post cibum, & potum, & ad synaxim conuenire necesse est, omnino & inuitus multam geres moldestiæ curam, & neq; in ebrietatẽ, neq; in crapulam unquã deduceris: cura enim & expectatio in ecclesia cõueniendi, cum honesta mensura cibum & potum sumere docet, ne ingressus & fratribus commixtus, postea uinũ redolens, & inordinatè eructans, ab omnibus præsentibus deridearis. Hæc non uobis nunc præsentibus, sed relictis de uobis dico, ut hęc per uos discant: nõ enim comedere audienti obstaculum præbet, sed torpere. Tu uerò crimen non ieiunare esse putans, aliud incurris crimen, multò maius & difficilius, quòd sacræ huius mensæ non particeps efficeris, & quòd corpus tuũ alens, animã fame consumis. Et quã excusationẽ habebis? In ieiunio quippe corporis imbecillitatem prætendere fortasse poteris: in audiendo aũt quid tãdem dicere possես? Non enim corporis ualetudo diuinorum prohibet eloquiorum participem fieri. Si enim dixissem: ne
C mo infirmatus comisceatur, post cibũ audiat nemo, aliquam habuisses ueniam: nunc uerò cũ uos trahamus, & alliciamus, & ad nosmet uocemus, quam resilientes excusationẽ habebitis? Et enim non idoneus auditor ille esset, non qui comedisset aut bibisset, sed qui uerbis non intenderet, oscitans & dissolutus, & corpus quidem hìc habens, mentẽ uerò aliò uagantem. Hic etiam si ieiunet, ad audiendum inutilis est. Excitatus quidem & uigilans, & mentem suam intendens, siue comederit siue biberit, nobis erit omnium aptissimus auditor. In exteriorib⁹ enim iudicijs & cõsilijs congruè lex ista præualuit: nec enim norunt philosophari, propterea quòd nõ comedunt, ut nutrian tur: sæpe enim supra satietatem bibunt, propterea se ipsos rerum administratione ineptos cõstituentes, ue spere & meridie iudicijs abstinent. Hic aũt nõ ita, sed qui comedit, ieiuno per animi modestiam erit æqualis: non enim ut uentrem disrumpat, aut rationẽ obtenebret comedit & bibit, sed ut corpus debilitatum reparet. Sed hæc pro admonitione satis. Iam uerò tẽpus est ad subiectum transeundi, licèt refugiat, & torpeat circa doctrinã hãc cogitatio nostra propter eos, qui non uenerunt. Et sicut pia mater mensam appo-

nens, non oĩbus filijs præsentibus dolet & gemit: hoc D & ego nunc patior, & fratrum nostrorum absentiam cogitans, à solutione retrahor promissorum: sed uos potestis hunc eiicere torporem. Si enim polliceamini nobis omnia ad illos referre cũ diligentia, nos uobis omnia prompte erogabimus: sic enim illis erit absentiæ consolatio, uestræ charitatis doctrina. Vos q; nos attẽtius audietis, scientes quòd & ad alios uobis hæc referre necessarium. Vt igitur manifestior nobis oratio fiat, à superioribus ipsam repentes, dicamus: Prius itaq; quærebamus, qua causa post tot annos æditæ sunt scripturæ. Non enim Noẽ tpe, & Abraham, sed Mosi liber hic traditus est. Et multos audio dicentes, quòd si utilis erat, ab initio datum esse oportebat: si uerò inutilis erat, neq; post hæc oportebat dari. Sed uana hæc ratiocinatio: non enim omnino, si quid posteà utile est futurum, ab initio tradi debet. Neque si quid à principio datũ est, hoc omnino debet & postea manere. Quoniam & lac utile, sed tamen non continuè datur, sed pueris tantũ nobis datur. Et solidum nutrimentũ utile, sed nemo nobis ipsum in principio tradit, sed postq; puerilem fuerimus ætatem egressi. E Rursum ęstas utilis, sed nõ semper apparet: & hyems commoda, sed & hæc transit. Quid igitur, inquit aliquis, scripturæ non sunt utiles? Vtilissimæ nempe, & admodũ necessariæ. Et si utiles, inquit, qua de causa non sunt traditæ nobis ab initio? quia nõ per literas, sed per res hominum deus naturam docere uolebat. Quid tandẽ est, per res? Per ipsam creaturam. In hanc enim sniam incidens Apostolus, & in Gentiles intendens dicentes, Non ab initio dei cognitionem ex scripturis didicimus: uide quõ respondet. Cũ enim dixisset, Reuelatur ira dei de cœlo super oẽm impietatem, Rom.1.b & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniustitia detinent: & uidissent obiectionem sibi occurrentem, & multos contradicturos, unde Gentiles dei ueritatem cognouissent, intulit dicens: Quia quod notum est dei, manifestum est illis. Et qũo manifestum est illis? qũo uerò deum uidere poterant? Quis ostendit, dic? Deus enim illis manifestauit, inquit. Quo pacto? quem prophetam mittens? quẽ euãgelistam? quem doctorem, si scripturæ nondũ erant? Ibidem,c F Inuisibilia enim ipsius, inquit, à creatura mũdi per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiternaq; uirtus eius, & diuinitas. Quod aũt dicit, tale est: Ante omnium oculos creaturã in medio proposuit, ut ex operibus creatorem coniiciant, quod quidẽ & alius dicebat? Ex magnitudine & pulchritudine creaturarum proportionabiliter ipsarum author consideratur. Vidisti magnitudinem? considera potentiam cõditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapientiam obstupesce, quod & propheta demonstrãs dicebat: Cœli enarrant gloriam dei. Quomodo igitur narrant, dic mihi? Vocem non habent, os nõ possident, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum. Cùm enim uideris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formã per tantum tẽporis permanere, tanquam uocem audiẽs, & ad aspectum discẽs, adoras eum qui tam pulchrũ & admirabile corpus creauit. Talis cœlum, sed ipsius aspectus uocem tuba clariorem emittit, per oculos, non per aures nos docens: hic enim sensus à natura est illo certior & manifestior. Si enim per libros docuisset & literas, literarum quidem peritus scripta didicisset, nescien s uerò nihil inde adiutus abiisset, si- Sapi.13.b Psa.18.a

Quis alius non induxisset. Et diues quidem librũ emisset, pauper aũt emere non potuisset. Rursum uocem quidem illã per literas significatam sciens, intus positam nosset: Scytha uerò & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnes lingua carẽtes illa, nihil docti abijssent. Hoc autem de cœlo discere datur. Sed Scytha & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & oĩs homo super terram uadens, hanc uocem audiet: non.n. per aures, sed per oculos in mẽtem incidit nostram. Visibilium autem participatio eadem, neq; differẽs sicut linguarum. In hunc pariter librum & idiota & sapiens intueri poterunt, & pauper & diues, & quocunq; quis uenerit, in cœlum respiciens, sufficientem capiet doctrinam ex aspectu: quod quidem & ipse propheta innuens, & demonstrans, quod uocem creatura Barbaris emittit, & Græcis, & omnibus uniuersaliter hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum nõ audiantur uoces eorum. *Psal.18.a*
Quod autem dicit, tale est: Non est gens neq; lingua, quæ hanc uocem intelligere non possit. Sed talis est ipsorũ uox, ut ab omnibus hominibus audiri possit: nec cœli tantùm, sed & diei & noctis. Et quo diei & noctis? Illud.n. & per pulchritudinem, & per magnitudinem, & per alia omnia spectatores percellit, & in ipsius creatoris admirationem imminet. Dies uerò & nox quid nobis ostentare possent? huiusmodi quidẽ nihil. Alia uerò his sunt ordine & conuenientia cum omni diligentia compositis non inferiora. Cùm.n. cogitaueris, quo totum per annum distribuuntur, & tanquam in libra & bilance totius spacij longitudinẽ diuiserunt: eum qui ordinauit admiraberis. Velut.n. sorores quędam paternam hereditatem partitę cum charitate multa, nullo modo inter se sibi calumniantes: sic & dies & nox cum omni diligentia annũ equalitate tanta distribuunt, & proprios cõseruant fines, nec unquam alteram altera pellit. Nunquam igitur hyeme dies fuit longa, sicut nec unquam æstate longa fuit nox, tot præteritis generationibus, sed in eodem interuallo & longitudine, neq; modicum, nec dimidiam horam, nec oculi momentum, altera quàm altera plus habuit. Propterea & Psalmista ipsorum æqualitatem admiratus, clamabat dicens: Nox nocti *ibidem.*
indicat scientiam. Si hæc meditari scias, sic admiraberis eum, qui ab initio hos immobiles terminos statuit. Audiant hæc auari, & aliena concupiscentes, & diei noctisq; æqualitatem imitentur. Audiant inflati & alta sapientes, & nolentes primas partes alijs concedere. Dies nocti cedit, nec alienos fines inuadit. Tu uerò semp honore fruens, fratribus hunc tradere nõ toleras. Et considera mihi legislatoris sapientiam. In hyeme longam noctem esse iussit, quando molliora semina, & magis frigescere indigentia, nec calidiorem radium tolerant: postq; uerò aucta fuerint, unà cum ipsis crescit rursum dies, & tunc fit longior, quando iam uiget fructus. Hoc uerò nõ seminibus tantũ, sed etiam corporibus opportunum. Quoniam.n. hyeme nauta, gubernator, & uiator, miles, & agricola multũ domi sedent, gelu constricti, & otij tempus est in hyeme, plus temporis in noctes impendi deus constituit, ne diei longitudo superflua sit, nihil hominibus facere ualentibus. Quis anni partium ordinem dicere possit, quomodo & hæ tanquam uirgines quædã in gyro saltantes, cum multa ratione sese subsequuntur, & paulatim sine strepitu ad contrarias mediæ trã seuntes non desinunt. Propterea nec ab hyeme nos excipit æstas, nec ab ipsa statim hyems, sed medium uer interpositum est, ita ut quietè & paulatim succedentibus densata corpora nostra æstati sine tristitia adducat: quoniam enim collatæ in contrarium mutationes, nocumentum & morbum patiũt extremum. Dispensauit deus ab hyeme quidem uernos excipere, à uere porrò æstatem, ab æstate autũnum, & sic hyemi transmittere. Itaq; innocuæ & procedentes paulatim mutationes, ex contrarijs horis per media nobis eueniunt. Quis igitur tam miser & ærumnosus, qui cœlum quidem cernẽs, cernens uero mare & terram, cernens horarum temperiem tam diligenter moderatã, & inconcussum diei & noctis ordinem, hęc sponte fieri putet, nec adoret eum, qui hæc omnia cum sapientia congrua disposuit? Habeo quid dicam & his maius: Nõ enim magnitudo tantum & pulchritudo, sed & ipse creationis modus omnium moderatorem demonstrat, quoniam condenti & creanti omnia ab initio non aderamus: neque si aderamus, quomodo fiebant scire poteramus, inuisibili uirtute cuncta componente, ipsum creationis modum optimum nobis magistrum esse fecit, supernaturali consequẽtia componens omnia quę fiebãt. Fortè quod dixi, obscurius est. Igitur necesse hoc rursum manifestius dicere. Omnes utique annuerent, quòd naturę consequentia est, aquam super terram, sed non terram ab aquis ferri. Terra quippe cum sit densa & aspera, & reuerberãs, & cõtinua, facilè potest aquarum naturam sustinere: aqua uero cũ liquida sit & mollis, teneraq; & diffluẽs, & omnibus cedens occurrẽtibus, nullum corpus unquam sustinere ualeret, etiam si leuissimum sit. Nam sæpe lapillo incipienti paruo cedit, & refugit, ipsumq; ad profundum dimittit. Cum uideris igitur non lapillum paruum, sed terram oẽm super aquas ferri, neq; submergi, admirare potentiam supra naturã hæc mirabilirer operantem. Et unde hoc manifestum, quòd terra sup aquas fertur? Propheta hoc dicit: Ipse super *Psal.23.b*
maria fundauit eum, & sup flumina præparauit eum: *Ibi.135.b*
& rursum, Qui fundauit terram sup aquas. Quid dicis? lapillum exiguum aqua in superficie ferre non potest, & terram tantam gerit, & montes, & colles, & urbes, & plãtas, & uiros, & bruta, & nõ submergit. Et quid dico nõ submergit? Quomodo inferius circunstante sibi aqua tanto tempore nõ est dissoluta, & lutum oía facta sunt? Si enim lignorum natura parum temporis aquis immoretur, corrumpitur & dissoluitur. Quid dico, lignorũ natura? Quid ferro ualidius esse possit? Sed & hoc sæpe mollescit, cum semper in aquis maneat, & ualde congruè, qppe & ipsum à terra substantiam habet. Propterea multi fugientiũ seruorum, postquam compedes & catenas ptrahentes fugerunt, ad riuos aquarũ uenientes, & uinctos aquis pedes immittẽtes, & sic mollius ferrum facientes, facilè lapide percutientes diffringunt. Igitur ferrũ quidẽ mollescit: & ligna marcescunt, & lapides corrumpuntur aquarum natura: terræ uero magnitudo tãto tempore aquis imposita, nõ est submersa, nec dissoluta, nec perdita. Et quis hęc non obstupescat, & superadmiretur, & cum fiducia semper dicat, non esse naturæ opera, sed prouidẽtiæ naturam excedentis? Propterea quidam dicit: Qui suspendit terram super nihilo. Alius quidam uero: In manu ipsius fines terræ. Item, Super maria fundauit eum. Et hæc quidem contraria esse uidentur, multam tamen habent consonantiam. Qui enim dixit, super maria fundauit eum, *Iob.26.b*
Psal.94.a
Psal.23.b

idem dixit cum eo qui ait: quòd super nihilo terram suspendit. Super aquas enim consistere, æquale est & super nihilo suspendi. Vbi igitur suspẽsa & statuta est? *Psal.94*
audi eundẽ dicentem: In manu ipsius fines terrę. Nõ quòd manus habeat deus, sed ut discas, quòd ipsius potentia oĩbus prouidens, ipsa est quę terræ corpus continet & portat. Si dictis non credis, his quæ uides crede. Et in alio quippe elemento hanc mirabilẽ operationem inuenire licet. Ignis.n. natura alta petit, & in sublime semper salit, & a natura ut exiliat, habet: & si infinita cogant & urgeant, ad inferiora deferri non toleraret. Nonnunquam enim facem accẽsam capientes, & in caput inclinantes, ignis impetum inferius ferri non cogimus: sed & sic in superiora recurrit, & in sublime infernè festinat. In Sole uero totum contrarium deus fecit, ipsius enim radios ad terram conuertit, & lucem fecit inferius urgere: tantum uero dicens ipsi per statum, inferius prospice, & hominibus luce, propter illos enim factus es. Et lucernæ quidem flamma hoc pati non potest: sydus uero tam magnum & admirabile ad inferiora uergit, & ad terram respicit, in contrarium ignis propter eius qui iussit potentiam. Vis & aliud tale commemorem? Dorsa cœli apparentis aquæ undique comprehendunt, & neque defluũt, neque excedunt: & quidem non est talis aquarũ natura, sed in concaua quidem facilè currunt. Cum autem sit corpus cõnexum, undiq; defluunt, & neq; modica earum pars in tali posset loco subsistere. Sed ecce hoc miraculum in cœlis factum est, & hoc ipsum rursus insinuans propheta, dicebat: Laudate dominum *Psal. 148 a*
aquæ, quæ super cœlos estis. Et neq; aqua Solẽ extinxit, neq; Sol tãto subtus uadens tempore, suppositam aquam exiccauit. Vis, te, in terrã iterum reducamus, & miraculum demõstremus? Non cernis hoc mare undis & uiolentis flatibus plenum? Sed hoc mare spaciosum, & magnum, & furens, imbecilla continetur arena. Et considera dei sapientiam. Non permisit ipsum quiescere, neq; manere sedatũ, ne id esse naturæ ipsius ordinem existimãtes, sed intus manẽs clamat, & turbatur, & uehementer resonat, & in altitudinem fluctus excitat ineffabilem: cum autem & ad littus & arenam pertenerit, dissolutum rursum ad seipsum reuertitur. Per hæc utraque te docẽs, quòd non naturę opus est ipsum ũtra proprios fines manere, sed ipsum cohibẽtis uirtutis. Propterea enim imbecillam ipsius obicem fecit, & neq; ligna & lapides, neq; montes his littoribus circumposuit, ut non his elemẽti continentiam adscribas. Hoc igitur & ipse quandoque ludæis improperans dicebat: Me non timebitis, qui arenam *Hiere.5.e*
mari terminum constitui, & non transcendet? Nõ autem solum ô homo est admirabile, quòd magnũ & mirabilem fecit hunc mundũ, quòd supra naturę consequentiam ipsum compegit, sed quòd etiam ex contrarijs ipsum constituit, calido & frigido, sicco & humido, igne & aqua, terra & aere. Et contraria hæc elementa, ex quibus hoc totum cõsistit, inter se pugnantia, à sese nõ sunt consumpta, non ignis superuenit & accendit omnia, nõ aqua superueniens orbẽ circundedit. Sed in corporibus quidem nostris hæc fiunt, & bile crescente nascitur febris, & totum animal lædit: & pituita superabundante multi nascuntur morbi, & animal corrumpunt. In hoc autem toto nihil horum accidit, sed unumquodque manet tãquam quodam fræno & uinculo cõditoris uoluntate proprios custodiẽs terminos, & horum pugna mundo toti pacis fit causa. Hæc non & cæco sunt manifesta, & ualde imprudentibus intelligibilia, quòd prudentia quapiam facta sunt, & continentur? Quis enim tam stultus & insensatus, qui tantam molem cernens, tantam pulchritudinem, tantam compositionem, talium continuam elementorum pugnam, & contrarietatem, & perseuerantiam, quin intra seipsum ratiocinetur, & dicat: quòd nisi prouidentia quædam esset corporum magnitudinem cohibens, nec permittens totum dissilire, nec permanere, nec sufficere potuisset? Tantus quidem horarum ordo, tanta uero noctis & diei conuenientia, tot autem irrationaliũ genera animalium, & plantarum, & seminum, & herbarũ, tenorem suum seruant, & nullum in præsentem diem neque cecidit, neque cõsumptum est semel. Non hæc uero tantum, sed & alia multo his plura & profundiora dici poterant, & de ipsa differi creatura: sed in crastinum illa differentes, dicta diligenter retinere, & in alios efferre studeamus. Et scio quòd quòd sententiarum profunditas auribus uestris inusitata est, sed si parum uigilemus, & his nosipsos assuefaciamus, etiam alijs erimus facilè doctores. Interim uero illud charitati uestrę necessarium est dicere: sicut glorificauit deus per tãtam nos creaturam, ita nos quoq; per puram ipsum conuersationem glorificemus. Cœli enarrant gloriam dei, non dicentes tantum, sed & tacentes, & uitæ claritate omnes in admirationem adducentes. Luceat *Mat.5.b*
enim lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Cum enim uiderit infidelis te fidelem compositum, modestum, ornatũ esse, mirabitur, & dicet. Verè magnus christianorum deus, quales cõstituit homines, quales è qualibus fecit? angelos ex hominibus ipsos reddidit. Siquis contumeliam fecerit, non conuiciantur: siquis percusserit, non ægrè ferũt: siquis iniuriam intulerit, pro his qui se læserint, orant: inimicum non habent, iram seruare non norunt: mentiri non didicerunt, peierare non tolerant, qnimo nec iurare: sed linguam excidi mallẽt, quàm ullum ex ore iuramẽtum emittere. Hæc illis præbeamus de nobis dicẽda, & improbam iuramentorum cõsuetudinem expellamus: & tantum deo tribuamus honorem, quantum uestimentis nostris preciosioribus. Quomodo enim non absurdum est, uestimentum quidem habẽtes reliquis melius, ipso continuè abuti non tolerare: dei uero nomen ubique temerè, &, ut occurrit, distrahere? Igitur precor, & supplico, ne sic salutem contemnamus nostram: sed studiũ, quod ab initio circa mandatũ istud faciebamus, deducamus ad finẽ. Propterea ego nempe continuam de iuramentis exhortationẽ facio, non quia torporem uestrum condemnem, sed quoniam maiorẽ partem uobis correctam uideã: & studeo, festinoq; totum perfectum esse, & finem admittere. Sic & spectatores faciũt, qui brauijs proximos magis excitant. Nec nos igitur lassemur, sumus enim propè totius correctionis finẽ, & circa principium erat difficultas. Quãdo uero consuetudinis plurimum nũc est recisum, & modicũ supereſt: iam nec ullo labore opus est, sed modica obseruatione, & breui diligentia egemus, ut ipsi correcti, alijs doctores fiamus, & cũ fiducia sacrũ Pascha uideamus, & cũ multa uoluptate duplam & triplam consuetam capiamus lætitiam. Non enim tantum nos ieiunij laboribus & sudoribus liberatos esse delectat, qtum cũ merito & splendida corona sacræ illi solennitati occurrere, corona nunquam

G marcescente. Vt autem celerior fiat emendatio, hoc
Zach.5.a fac qđ dico: Scribe super parietē domus tuæ,& super cordis tui parietem falcē illam uolantem, & hanc ad maledictionē uolare puta:& cōtinuè ipsam recogita, siue aliū iurantem uideas,cohibe,ueta, & curam tuorum gere seruorū. Si hoc.n.consideremus, qūo non tantū ipsi emēdemur, sed & alios in hoc inducamus, celeriter ipsi ad sinē ueniemus. Alios.n.corrigere aggredientes,erubescimus & cōfundimur,quæ alijs damus,hæc ipsi derelinquētes. Nec pluribus est opus sermonibus.Multa.n.prius sunt cōmemorata, & hæc renouādæ memoriæ tantū causa dicta sunt.Deus uero magis nostris parcens animis, in omni nos bono perfectos faciat,ut oēm iustitiæ fructum assecuti, cœlorum regno digni censeamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria unà cum sancto spiritu,in secula seculorum,Amen.

LAVS EORVM, QVI POST CIBVM AD *audientiam uenerant. Et naturalis mundi enarratio: & contra Gentiles creaturam ut deum colentes, & de euitando iuramento.*

H

Homilia decima.

Audeo & gratulor omnibus uobis,quòd ad
g monitionem nostrā, quam pro non ieiunantibus,& propterea deficientibus prius feci,re præstitistis. Arbitror enim multos iam pransos hodie adesse, & pulchram hanc nobis implere concionem: & hoc conijcio,eò quòd amplius nobis theatrum factum sit,& maior audientium conuentus,nō frustra, ut uidetur, multos de ipsis sermones prius impendimus, uestrā exhortātes charitatem, ipsos ad matrem trahere, & persuadere id quod licet, & post corporis nutrimētum spiritualis escæ participatione non fraudari. Quādo uero, quæso, uos dilecti melius fecistis? an præterita synaxi, quādo post mēsam ad somnum conuertebamini? an nunc cum post mensam ad diuinas leges audiēdas conuenistis? Quando in foro commorabimini,& cōsessuum nihil boni habentiū participes eratis:an nunc, quando cū fratribus uestris stetistis,& propheticos audistis sermones? Non est ignominia comedere fratres, sed comedētem domi remanere, & hac sacra solēnitate priuari. Domi enim manens ociosior eris,& segnior: huc autem ueniens,omnem somnū & torporem excuties, nec torporem uero tantum, sed & tristitiā omnem deponens, facilior & lætior in oībus eris casibus. Et quid opus est plura dicere? Sta tantum propē ieiunantem,& ipsius statim odoris suauitatem sensisti. Vnguētum enim ieiunās est spirituale, & per oculos, & per linguam,& per omnia bonam animę dispositionē demonstrans.Hęc non ut prāsos accusem dixi, sed ut ieiunij lucrum demonstrem. Ieiunium uero nō ciborum abstinētiam tātum dico, sed & peccatorum fugam magis, quàm illam, quoniā & conuiuatus, & huc cū modestia profectus congrua,non multo à ieiunante uincitur: sicut uicissim ieiunans, nec cū studio & diligentia his quæ dicuntur,attendens, nihil ex hoc ieiunio magnum lucrabitur. Comedens enim, & concionis sanctæ congruo studio participem se faciens, nihil comedēte & deficiente multo melior est. Nihil enim tale nos inedia adiuuare poterit, quantū prodest & bonū affert, spirituali disciplinæ interesse. Vbi nā alibi hęc audies, quæ hic meditaris? Si in forū iueris, quæstiones ibi, & K
pugnæ: si in curiā, ciuilium rerū cura: si domū, priuatarum solicitudo undiq; affligit: si in fori conuēticula & consessus, oia & illic terrena & corruptibilia: uel.n.de uenalibus,uel de tributis,uel de lauta mēsa, uel de locorum uēditione, uel de alijs cōtractibus uel de testamentis,uel de hæreditatibus,uel de alijs talibus à cunctis eò conueniētibus sermones habētur. Et si in ipsas ueneris regias,& illic rursum oēs differentes audies de pecunijs,de potētia,de gloria,quæ hic honoratur: spirituale uero nihil. Hic uero contrariū totū, de his quę in cœlo sunt rebus,de aīa,de uita nostra, & quare facti sumus,& quare hic tantū temporis cōmoramur, & ad quæ hinc migramus, & qd post hæc nos suscipiet, & qua de re nobis; corpus luteū, & quæ mortis natura,quid tandē est præsens uita, & quæ futura, & nihil prorsus terrenū, sed oēs de spiritualibus sermones nobis habētur, & magna salutis nostrę uiatica capientes, hinc ita cū bona spe migrabimus. Quoniam igitur nō temerè semina iecimus, sed sicut nos exhortatus sueram,oēs qui ex uobis defecerāt,uenati estis: agè & nos uobis gratias repēdamus, & paulum uos L
prius doctorum cōmonefacientes,reliqua quoq; reddamus. Quæ igitur prius sunt dicta? Quærebamus qualiter, & qūo ante scripturarū editionem res nostras deus disposuit: & dicebamus, quòd per creaturam docuit genus nostrū, cœlum extēdens, & in medium proponens maximū librū & idiotis,& sapientibus,& paupibus,& diuitibus,& Scythis,& Barbaris, & oībus generaliter terrā habitantibus utilē librum, multo maiorē eorū quos docemur multitudine. Multa ēt de nocte & die, & horū ordine, & conuenientia ab ipsis cū diligentia custodita differuimus: multa & de horarū cœtu,anno, & horum æqualitate. Sicut.n. dies nocte,ne dimidia quidē hora plus habet per totum annū, sic & hæ inter se ex æquo dies omnes distribuerunt.Sed qđ prius dicebā, quòd non magnitudo,& creaturæ pulchritudo tantūmodo creatore demōstrat,sed & ipse coaugmētationis modus,& quòd est super naturalē consequentiam modus creationis. Naturæ nēpe consequentia erat,aquā super terrā ferri:nunc uero contrarium uidemus,terrā ab aquis ferri.Naturæ erat consequentia,ignē ad superiora currere: nunc uero contrarium uidemus, inferius terram M
uersus cōuersos Solis radios,& aquas super cœlos esse,& nō defluere: & Solem subtus currentē non extingui ab aquis,nec humiditatem illā absumere. Ad hæc diximus, quod ex quatuor elementis hoc totum cōstitit inter se contrarijs & pugnantibus,& alterum alterum non consumpsit,& quidem cum sint consumpti ua alterius alterū. Vnde manifestū,quòd uirtus quædā inuisibilis hæc cohibet, & uinculū est dei uolūtas. Huic hodie sermoni amplius imorari uolo,sed expergiscimini,& diligēter nobis intendite. Vt autē miraculum fiat manifestius, à corpore nostro demōstrationem horū faciam.Et enim corpus nostrū breue hoc, & paruum è quatuor compositum est elementis,cali
do quidē sanguine,sicco uero bile flaua, humido pi- 1.Co.5.d
tuita, frigido uero atra bile. Et nemo nobis incongruū hunc putet esse sermonē: spiritualis nēpe oīa diiudicat, ipse uero a nemine diiudicatur. Sic & Paulus agriculturæ rōnes tetigit, de resurrectione nobis disserens,inquit: Stulte tu,quod seminas non uiuificatur, 1.Co.15.f
nisi moriatur. Si uero beatus ille agriculturæ rationes citabat, nec nos quispiā accuset medicinales sen-

A tentias tangentes: de dei.n.creatione nunc est nobis oratio, & necessaria nobis est hæc sententiarum materia.Quod igitur prædixi,ex quorum hoc elementis corpus nobis cōpositū est, & si pars à toto dissideat, ex hoc dissidio mors efficitur,utputa,bile superabundante producitur febris, & si ultra mensuram præualeat, finem affert celerrimum. Rursum frigido superabundante,paralysis,& tremores,& apoplexiæ, & in numeri alij morbi pariuntur,& omnino quæq; ægritudinū forma ab horū elementorum superabundantia nascitur, quando unum ex ipsis proprios excedēs terminos, contra alia insurgit, & omnem lædit symmetriam.Interroga igitur dicentem,quòd per se nata omnia,& per se subsistunt.Si breue hoc & modicum corpus,& medicaminibus, & medicinali sciētia utēs, & anima interius ipsum disponente, & multa discipli
B na,& innumerabilibus alijs auxilijs,nō semper in bono statu permanere ualet, sed perit, & corrumpitur, sæpius turbatione in ipso facta: qūo tantus mundus, tantas habens corporum moles,& ex ijsdem cōpositus elemētis,nisi multum prouidentiæ cepisset,tanto tempore imperturbatus manere potuisset? Nec enim cum ratione fieri posset,ut prouidentiam quidem habens,interius & exterius nostrum corpus, uix ad sui conseruationē sufficiat: tantus uerò mundus nulla uigens prouidētia per tot annos nil tale patiatur,quale corpus nostrum. Quomodo.n.nullū horum elementorum, quæso, proprios transcendit terminos, & reliqua omnia consumpsit? Quis uerò ipsa ab initio cōiunxit? quis uerò usq; in tantum tps continet? Si.n. simplex & uniforme fuisset mundi corpus, non tam difficile fuisset quod dicitur: quando aūt tanta elemē torū pugna fuit ab initio,quis tam demens, ut putet sine cogente hæc per se conuenisse,& coniuncta māsisse? Si.n.nos non natura, sed uoluntate inimicè inter nos habentes spontè non cōuenimus, donec ma
nemus inimici,& ingratè alter ad alterum nos habemus: sed alterius q nos cōiungat indigemus,& postq; cōgregauit constringat, & in pace manere psuadeat, neq; rursum resilire: qūo elementa neq; rationis,neq; sensus ullius partem habentia,& sibi per naturam ini
C mica,& aduersantia cōuenissent, & cōgressa fuissent, & alterum cum altero potuissent remanere.nisi potē tia quædam esset ineffabilis,quæ congregaret,& congregata semper hoc uinculo cohiberet? Non cernis quomodo corpus hoc anima auolante defluit,& tabescit,& perditur,& in suum quodq; elementorū reuertitur terminū? Hoc ipsum profectō & in ipso fieret mundo, si ipsum reliquisset propria destitutū prouidentia,gubernans ipsum continuè uirtus. Si.n.nauigium sine gubernatore non persisteret,sed facilè submergetur: qūo subsisteret mundus tantum temporis gubernante nemine? Et ne quid plus dicam: nauigiū, mundum esse puta: temonem,suppositā terram: uelum,cœlum: uectores,homines: mare subiectā abyssum: quomodo igitur tanto naufragium tēpore non esset factum? Dimitte enim nauigium per diem unū absque gubernatore & nautis, & statim submersum uidebis. Sed mundus tale nihil passus est, quinq; milia,& plus iam habens annorum. Et quid dico nauigium? Casulam quis paruam in uineis compegit, & fructu ablato, desertam reliquit, & neq; duos sæpe dies permanet,sed soluitur,& breui cadit. Igitur tugurium quidem absq; prouidente non staret: creatura uerò tanta,tam pulchra,tam mirabilis,& leges no
ctis,& diei alternarumq; horarum choreæ,& naturæ D
cursus uariusq; & omnimodus in terra,& mari,& aere,& cœlo,& plantis,& animalibus uolantibus, natatilibus,gradientibus,serpentibus,& in hominum genere omnibus illis ualidiore, quomodo in tantum tēporis absq; aliqua prouidentia stabilis permāsisset? Præterea mente mihi prata percurre,hortos,florū genera, herbas omnes, usus & ipsorum suaue olētium, figuras,situm, nomina tātùm, arbores fructuosas & infructuosas,metallorum naturam,animalium terre strium, marinorum, natatilium per aerem meātium, montes,saltus,locos,inferius pratum,superius pratū (etenim in terra pratum, & in cœlo pratum) sydeū uarij flores,inferius rosæ,superius iris. Vis & in auib? tibi pratū demonstrem? Considera pauonis corpus uarium,& omnem excedens infecturam, purpureas auiculas. Cogita mihi cœli pulchritudinem, quātum temporis agit,nec offuscatum est,sed uelut hodie fabricatum, ita est nitens & splendidum: terræ uterus tantum tempus pariens, quomodo nō hebetauit uitutem suam? Cogita mihi fontes, qūo scaturiunt, & non defecerunt, ex quo facti sunt, iugiter manantes E
diebus & noctibus. Cogita mare,quot flumina suscipiens mensuram non excesit. Sed quosq; incomprehensibilia sectamur? In dictorum unoquoq; dicere dignum est: Quam magnificata sunt opera tua domi- Psa.203.c
ne: omnia in sapientia fecisti. Sed quis infidelium sermo? hæc ad ipsos commemoremus: magnitudinem, ornatum mundi, abundātiam, copiam in omnibus. Hoc ipsum quippe,inquit, maxima criminis est causa,quòd tam pulchrum & magnum fecit deus mundum: nisi.n.magnum & pulchrum fecisset,nō ipsum deificassemus: nunc uerò magnitudine perculsi, & ipsius pulchritudinem admirati,ipsum deum esse puta, uimus. Sed uanus est hic sermo: quòd enim neq; magnitudo, nec ornatus impietatis causa, sed illorum ignorantia,nos nil tale passi demonstramus. Qua.n. causa nos ipsum non deificauimus? Nonne ijsdem oculis ipsum aspicimus? Nonne in ijsdem mundo utimur,quibus illi? Nonne eandem animam habemus? non idem corpus possidemus? nonne eandem calcamus tellurem? Quomodo pulchritudo & magnitu- F
do nos eadem cum illis sentire non persuasit? Nec hinc uerò tantùm erit manifestum,sed aliūde: quòd enim non propter pulchritudinem ipsum deificarūt, sed ob propriam stultitiam,simiam qua causa adorauerunt,crocodilum,canem,animalium uilissima? Ve re euanuerunt in cogitationibus suis, & obtenebra- Roma.1.c
tum est insipiens cor eorum: dicentes.n.se esse sapientes, stulti facti sunt. Veruntamen non ex his tantùm respondebimus, sed & aliud quid amplius dicemus. Hæc.n.deus desuper præuidens, & hanc ipsum occasionem secundum sapientiam suam sustulit: propterea non tantùm mirabilem & magnum fecit mundum,sed & corruptibilem & marcescibilem,& ipsius imbecillitatis multas inseruit demonstrationes: & qđ in apostolis fecit,hoc & in toto mundo. Quid autem Actо.2.g
in apostolis fecit? quoniam signa multa faciebant,& miracula magna & mirabilia: ipsos tamen continuè flagellari permisit, pelli, carcerem habitare, corporis morbos subire,in continuis esse tribulationibus. Ne signorum magnitudo deos ipsos apud homines putari faceret, ppea tantam dans gloriam, corpus esse mortale permisit: multis uerò ualetudinariū,nec ipsorum ualetudinem mutauit, ut naturam insinuaret.

G Nec meus hic ſermo, ſed ipſius Pauli ſic dicentis: Si.n. 2.co.12.b gloriari uoluero, non ero inſipiens. parco autem, ne quis in me putet ſupra quod uidet, uel audit aliquid ex me: & rurſum, Habemus autē theſaurum hunc in Ibid.4.b uaſis fictilibus. Quid aūt eſt, in uaſis fictilibus? in corpore hoc, inquit, mortali & corruptibili. Sicut.n. teſta ex luto & igne fit: ſic profecto & corpus ſanctorum illorum, cùm ſit luteum & ſpiritualis ignis efficaciam ſuſceperit, teſta factū eſt. Et qua de cauſa hoc factū eſt, & theſaurū talem, & gratiarum copiam mortali & corruptibili intulit corpori? Vt ſuperabūdantia uirtutis ſit à deo, & non à nobis. Cùm.n. uideris apoſtolos mortuos quidem ſuſcitantes, ipſos uerò ægrotantes, nec infirmitate ſe liberare ualētes, manifeſtè ſcies, quòd mortui reſurrectio non ex uirtute ſuſcitantis, ſed ſpiritus operatione facta eſt. Quòd enim continuè ægrotabant, audi quid de Timotheo dicat Apo- 1.Ti.5.d ſtolus: Vino modico utere propter ſtomachū, & frequentes infirmitates tuas: & rurſum de alio, Trophimum aūt reliqui in Mileto infirmum. Et Philippenſibus ſcribens dicebat, quòd Epaphras ægrotauit pro Phili.2.d pè mortem. Si.n. & cùm hęc eſſent, ipſos deos eſſe putabant, & ſacrificare parabant dicentes: Dij ſimiles factі hominibus deſcenderunt ad nos. Si hæc non acciH Act.14.b diſſent, ad quid pietatis miracula cernentes tunc non proceſsiſſent? Sicut igitur hic propter ſignorum magnitudinem etiam naturam in infimitate eſſe permiſit, & continuas conceſit tentationes, ne putarentur eſſe dij: ſic & in creatura mundi quiddā his ſimile fecit, etenim pulchrum ipſum & magnum fecit, & rurſum corruptibilem conſtituit. Et hæc utraq; ſcripturæ docent. Hic quidem cœlorū pulchritudinem narPſal.18.a rans, ſic inquit: Cœli enarrant gloriam dei. & rurſum: Qui conſtituit cœlum uelut teſtudinem, & extendit Ibi.103.a ipſum quaſi tabernaculū in terra. & rurſum: Qui continet circuitum cœli. Alter uerò demonſtrans, quòd Eccl.43.b etſi pulchrum & magnum, tamen eſt corruptibile, ſic Pſ.101.d inquit: Initio tu domine terrā fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi peribūt, tu autem pmanes, & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Et iterū de Ibid.18.b Sole inquit Dauid: Tanq; ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit ut gigas ad currendam uiam. Vidiſti, qūo ſyderis pulchritudinem & magnitudinem tibi ante oculos poſuit? ſicut.n. ex thalamo quodam ſponſus apparens, ſic Sol ſub auroram radios mittit, & tanq; quodam croceo uelo cœlū ornans, & roſeas faciens nubes, & ſine offenſa currens totū diem, nullo ad curſum obſtaculo interrūpitur. Vidiſti igitur ipſius pulchritudinē? uidiſti magnitudinem? Vide & imbecillitatis eius demonſtrationem. Et enim & hoc demonſtrans ſapiens quidā dicebat, Quid lucidius Sole? & hic deficit. Nec ex hoc tantùm ipſius imbecillitatem uidere datur, ſed etiam in nubium concurſibus. Nube igitur ſæpius ſubtus currente, radios immittentes, & nubē diſcindere conatus, non ꝓualuit cū eſſet nubes craſsior, nec ipſi cedere pateretur. Sed ſemina, inquit, nutrit. atqui non ipſi nutrit ſolus, ſed & terræ indiget ac roris, & pluuiarum atq; uentorū, & bonæ temporū diſtributionis, Et niſi hæc omnia concurrerint, ſupfluus ſit ſolus uſus. Hoc uerò dei non eſſet, ad ea facienda quæ uult, aliorum indigere. Dei enim maximè proprium non indigere. Ipſe enim non ſic è terra ſemina protulit, ſed tantū iuſsit, & omnia germinauerunt. Et rurſum ut diſcas, quòd non elemen- K torum natura, ſed ipſius mandatum omnia facit: ipſaq; elementa, quæ non erant produxit, & Iudæis uerò nullius indigens manna dimiſit. Panem enim, in- Pſal.11.f quit, cœli dedit eis. Et quid dico quòd Sol ad fructuū uegetationem, maturationemq; aliorū indigeat elementorum cùm & multis ad ſui ſubſtantiam egeat nec ipſe ſibi ſufficere poſsit? Quippe ut uadat, cœli indiget, tanquam pauimenti cuiuſdam ſuppoſiti: & ut luceat, aeris puritatis & tenuitatis. Quòd ſi hic prēter modum denſetur, ille lucem ſuam oſtendere non poteſt: & ne omnibus ſit intolerabilis, neq; cuncta comburat frigiditate rurſus eget ac rore. Cùm ipſum igitur reliqua uincant elementa, & ipſius impotentiam emendent: uincant quidem ſicut nubes, & muri, & alia quædam corpora ipſius lucem abſcondētia: corrigant autem ipſius intemperantiam, ſicut rores, & fontes, & aeris frigiditates: quomodo hic deus eſſe poſſet? Deum enim non indigere neceſſarium eſt, & nulla re opus habere, & omnium omnibus bonorū eſſe authorem, & à nemine prohiberi, ſicut ſcilicet & de deo ait Paulus, & propheta Eſaias, hic quidem ex L ipſius perſona dicens: Cœlum & terram ego impleo, Hie.23.c ait dominus. & rurſum: Deus appropinquans ego Ibidem. ſum, & non deus à longe. & rurſus Dauid: Dixi domi- Pſal.15.a no, deus meus es tu, quoniam bonorum meorū nō eges. Paulus autem ipſius copiam nullius indigentē demonſtrans, & oſtendēs, quòd hæc ambo maximè dei ſunt, nullius indigere, & oībus ipſum omnia ſubminiſtrare, ſic inquit: Deus qui fecit cœlum & terram Act.17.f & mare, nullius indigens, ipſe uitam omnibus præbens, & ſpiritum per omnia. Licebat quidem & alia percurrere elementa, cœlum, aerem, terram, mare, & ipſorum imbecillitatem demonſtrare, & quomodo proximi quodq; indiget, & ſine hoc perditur & corrumpitur. Etenim terra, ſi deficiant fontes, & humiditas, tum à mari, tum à fluuijs infuſa, tota breui diſperdetur. Et reliqua uerò elementa alterius alterum indigent, & aer Solis, ſicut Sol aeris: ſed neprolixiorem faciamus ſermonem, ex dictis multas uolentibus occaſiones dediſſe ſatis fuerit. Si enim omni creatura Sol admirabilior tam imbecillis & inops eſſe apparuit, multò magis aliæ mundi partes: quod nempe dixi, ut laborioſis illa præberem colligenda. Ipſe de ſcri- M pturis iterū uobis diſſeram, demonſtrans, quòd non ſolus Sol, ſed & omnis mundus corruptibilis eſt. Cū enim alterius alterum conſumptiua ſint elementa, & Solis quidem potentiam ſuperueniens maior frigiditas caſtiget, hanc aūt uicisim calor inualeſcens conſumat, & contrarias qualitates & diſpoſitiones alterū in altero faciant, & patiantur elemēta: certùm quòd hæc magnæ corruptionis demonſtrationē præbent, & corpus eſſe q̄cunq; uidentur. Sed quoniā tenuitate noſtra altior hic eſt ſermo, agè ad dulcem nos ſcripturarum fontem agentes, aures noſtras mulceamus. Non enim de cœlo et terra particulariter uobis dicemus, ſed de omni pariter creatura. Et hoc ipſum uobis demonſtrantem Apoſtolum oſtendemus, ſic manifeſtè dicentem, quòd omnis creatura corruptioni nunc ſeruit, et quare ſeruit, et quādo mutabitur, et Rom.8.d in qualem tranſibit finē. Poſtquam enim dixit, Non ſunt condignæ paſsiones præſentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: intulit, quòd expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei ſuſcipit. Vanitati.n. creatura ſubiecta eſt, non ſpontanea, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe. Quod autē dicit,

A dicit, huiuſmodi eſt: Corruptibilis creatura facta eſt, hoc.n. eſt, uanitati ſubiecta eſt. Corruptibilis aūt facta eſt, deo ſic iubente. Iuſsit aut ſic deus propter genus noſtrū: quoniam.n. hominem nutrire debebat corruptibilē, & ipſa talis eſſe debebat: non.n. corruptibilia corpora decebat ĩcorruptibili ueſci creatura. Sed inquit, nō tamen talis remanet, ſed & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis: deinde demonſtrans quando hoc erit, & per quos, intulit: In libertatem gloriæ filiorū dei. Cum.n. reſurrexerimus, inquit, & incorrupta ſumpſerimus corpora, tunc & cœli corpus & terræ, & mundi totius incorruptū erit, & imarceſcibile. Cū igitur Solem uideris exorientē, creatorem admirare: quādo ipſum ſe celantē & euaneſcentem uideris, naturæ imbecillitatem diſce, nec ipſum, ut deum adores. Non.n. ex hoc ſolo elementorum naturæ, imbecillitatis demonſtrationē deus inſeruit, ſed & hominibus ſeruis ſuis, ut eis imperarent, mādauit: ut ſi nec ab aſpectu ipſorū ſeruitutem cognoſcas, ab Ioſuæ.10 c imperātibus diſcas, quòd oīa conſerua tua ſunt. Ideo B Ioſue dicit: Stet Sol contra Gabaon, & luna cōtra uallem Elam. Et iterum propheta Eſaias ipſum in cōtra- Eſa.38.d rium egredi fecit ſub Ezechia rege. Et Moſes quoque 4.reg.6.b aeri, & mari, & terræ, & petris impauit: Heliſæus aqua Dan.3.c rum naturam mutauit, tres pueri ignem uicerunt. Videſ qūo utrinq; nobis deus prouidit, per elemētorum quidem pulchritudinem nos in diuinitatis ſuæ cognitionem inducens, per infirmitatem uero non permittens in illorum cadere adorationem? Super his ergo oībus ipſum noſtri gubernatorem glorificemus, nec per uerba tantū, ſed etiam per opera, & conuerſationem optimam exhibeamus, & circa alia, & circa iuramenta, cōtinentiam dico. Non.n. omne peccatū eanProu.6.d dem exigit pœnam, ſed corrigi facilia maiorem afferunt: quod.ſ. & Salomon innuens dicebat: Non mirum, ſiquis deprehēſus fuerit furans: furatur.n. ut animam ſuam impleat eſurientem: adulter uero propter inopiam mentis, perditionem aīæ ſuæ acqrit. Quod autem dicit, tale eſt: Grauis quidem res ēt fur, ſed non tam grauis, q̄ adulter. Ille.n. etſi frigidam cauſam habet, tamē ex pauperie neceſsitatem prætēdere poteſt: hic uero nulla ipſum cogente neceſsitate præ dementia ſola in peccati uoraginem corruit. Hoc & de iuran- C tibus dicere licet: nec enim iſti ullum habent quem præmittant prætextū, ſed contemptum ſolū. Et noui quidem, quòd grauis eſſe uideor iam & oneroſus, admonitionis iugitate perturbans: uerūtamen non abſiſto, ut uel meā reueriti impudētiam improba iuraLuc.18.a mentorum cōſuetudine abſiſtatis. Si.n. iudex ille immitis & ſæuus, uiduæ uexationem ueritus, mores mutauit: multo magis hoc uos facietis, & maximè cum ſupplicans uobis non pro meipſo, ſed pro ſalute ueſtra hoc faciā: immo uero & pro meipſo hoc non facere negauerim, ueſtra enim bona puto mea eſſe merita. Vellem aūt uos, ſicut ego nūc laboro, & fatigor pro ſalute ueſtra: ſic & uos animæ ueſtræ curā gerere, & omnino donec adimpleta ſit hæc correctio. Et quid opus eſt multa dicere? Si.n. nec etiam gehenna eſſet, nec pœna contumacibus, neq; merces obedientibus, ego autem hoc aduertēs, in gratiæ parte petiiſſem: nónne annuere debuiſſetis? nónne petitionē concedere, tā leuem petenti gratiam? Cū uero deus ipſam petens propter nos dantes, non propter ſeipſum percipientem hoc faciat: quis tam ingratus? qs tam miſer, & ærumnoſus, ut gratiā petenti deo non impen- D dat, & maximè cum ipſe impendens gratiam recipere debeat? Hæc igitur cogitantes, & ad uoſipſos hinc recedentes, omnia repetite dicta, & uos aduertētes omnibus modis corrigite, ut propriorum & alienorū retributionem meritorum recipiamus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul & ſancto uiuificoque ſpiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM, DE

abſolutione malorum ex ſeditione expectatorum, & eorum quæ tunc acciderunt commemoratio. Inſuper uituperatio contra eos qui corpus noſtrum accuſant, & de hominis creatione, & de uitando iuramento.

Homilia undecima.

Vm præteritam hyemem, & præſentem cogito tranquillitatē, non dicere deſino: Benedictus deus qui facit omnia, & ipſa trāſmutat. qui fecit lucem de tenebris, qui deducit ad portas inferi & reducit, qui caſtigat & non mortificat. Et hoc E uos continuè dicere uolo, nec deſiſtere. Si enim ipſe uobis opibus benefacit, qua nos uenia digni eſſe poſſemus, neq; uerbis ipſum remunerātes? Propterea exhortor uos nunquam ceſſare ipſi gratias agere. Si.n. circa prima grati fuerimus, certum quòd & alijs maioribus potiemur. Dicemus igitur continuè: Benedictus deus, qui & nobis dedit ſolitam cum fiducia uobis mēſam apponere, & uobis prębuit fiduciaIiter noſtros audire ſermones: Benedictus deus, quoniā non amplius exteriora fugiētes pericula, ſed audire optantes huc concurrimus: non amplius cum anxietate & tremore, & ſolicitudinibus inter nos conuenimus: ſed cum fiducia multa omnem excutientes timoīē, quo ſuperiores dies fluctuātibus in medio mari, & naufragium per ſingulas horas expectātibus, nihilo melius nos habebamus, infinitis tota die rumoribus pulſati, perturbati, & undiq; circumacti, & ſingulis ſatagētes diebus, & curioſē ſciſcitātes: quis uenit è caſtris? quid uero ueniēs nunciauit? nūquid uerū an falſum quod dicitur? & noctes ſine ſomno trāſigentes, & ciuitatem reſpicientes cū lachrymis tanquam mox perituram. Propterea & nos ſuperiores hos dies tacuimus, quia F omnis ciuitas noſtra erat exhauſta, & omnes in ſolitudines trāſmigrauerant, & remanentes triſtitię nube caligauerunt. Anima.n. ſemel triſtitia repleta, nihil audire eſt idonea. Propterea & amici Iob profecti, & domus illius deploratione cernentes, & iuſtū in ſtercore ſedentem & ulceribus plenum, ueſtimēta ſua diſciderunt, ingemuerūtq;, & ſilentio ſe tradiderūt, ſignificantes, quòd nihil à principio tam dolētibus oppor- Iob.2.d tunum, q̄ requies & ſilentiū: erat.n. conſolatione maior triſtitia. Propterea & Iudæi luto & operi lateritio alligati, Moſen profectū cernentes, his quę dicebātur, Exod.5.c attendere non poterant ex puſillanimitate & tribulatione, quam patiebātur. Et quid mirū, ſi homines qui dem puſillanimes hoc paſsi ſunt, cū & Chriſti diſcipulos in hūc morbum cecidiſſe inueniamus? Poſt illam nanq; myſticam cœnam, quādo ipſos aſſumēs Chriſtus ſeorſum alloquebatur, ab initio quidē ipſum interrogabāt diſcipuli, quò uadis? ut uero dixit illis ma- Ioan.13.d la ipſos paulo poſt exceptura, bella, perſecutiones, inimicitias, ab oībus, flagella, carceres, iudicia, abductiones, uelut onere pōderoſiſsimo, dictorū formidine, &

G futurorum tristitia, pressum tunc ipsorum cor, postea stupidum remānsit: ideo confusos cernens ipsos Chri-
Ibid.16.a stus, hoc ipsum exprobrās dicebat: Vado ad patrem meū, & nemo è uobis me interrogat, quò uadis? Sed quoniā hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrū. Propterea nos quoq; tacuimus præterito tem pore, præsentē opportunitatem expectantes. Si enim aliquem rogaturus, etsi rationabilia proponere de bet, temporis tamen occasionē expectat, ut sedatum & bene affectū eum inueniat, qui petitionem daturus est, & temporis auxilium nactus, gratiā acquirat: mul to magis dicentem tempus quærere cōmodum opor tet, ut apud bene affectū auditorem, & omni cura li beratū & tristitia, uerba faciat: quod profecto & nos nunc fecimus, & postquā tristitiam excussistis, prio rum uobis memoriam renouare uolumus, ut sermo uobis fiat manifestior. Quod enim & in mundi crea tione diximus, quòd non pulchrum tantum & mira bilem & magnum deus fecit ipsum, sed etiam infir mum & corruptibilem, & horum rursus multas inse ruit demonstrationes, utraq; ad utilitatem nostrā di-
H spensans: & per pulchritudinem quidem in condito ris miraculum nos inducens, per infirmitatem uero à colenda nos abducēs creatura. Hoc & in corpore no stro uidere datur euenisse: etenim de hoc quærunt & ueritatis inimicorum multi, & nobis cum positorum, qua de causa corruptibile & mortale factum sit. Gen tilium uero & hæreticorum multi, nec ipsum à deo fa ctum dicunt: indignum enim dei creatione esse pu tāt, sordes & sudores & lachrymas & labores & ærū nas, & alia corporis omnia percurrentes. Ego autem postquam de his cœptus est sermo, primum quidem illud dicere possem: Ne mihi propones hominē hunc præuaricatum, honore priuatum, damnatum. Sed si uis discere, quale nobis ab initio deus finxerit cor pus, in paradisum eamus, & ab initio factum homi nem uideamus. Non enim sic erat corpus illud corru ptibile & mortale, sed tāquam aurea statua de forna ce progressa recenter, & splendidè fulgens: sic omni ta li corruptione illud corpus absolutum erat, & neq; la bor uexabat, neque sudor nocebat, nec curæ insidia bantur, non obsidebāt tristitiæ, neque aliud qcquam
I quod læderet, patiebatur. Postquam uero non mode ratè felicitatem tulit, sed benefactorem homo con tumelia affecit, & fallacē putauit dæmonem esse gu bernatorem, deòque qui se in honore constituerat, si de digniorem, & deus fieri sperauit, & maiorem pro pria dignitate concepit opinionē: tunc profecto tunc & per ipsa deus opera ipsum erudiens, corruptibilem & mortalem reddidit, & his multis obuinxit necessi tatibus, non perosus, neque auersatus, sed consulens & improbam pestilentémque illam ab initio nascen tem superbiam prohibēs, nec ulterius procedere per mittens, sed per ipsam rerum experientiam monens eum, quòd mortalis & corruptibilis esset, & ita psua dens, ut nunquam talia cogitaret, aut somniaret. Et-
Geue.3.b enim diabolus dixerat, Eritis uelut dij. Hanc igitur uo lens sententiam radicitus euellere, morbosum ipsius & ærumnosum corpus effecit, per ipsam docens na turam, ne unquam talem conciperet cogitationem. Et quòd hoc sit uerum, maximè quidem & ex gestis circa ipsum est manifestum: post illam enim expecta tionem huic damnatus est pœnæ. Et considera mihi dei prudentiam, nō ipsum mori primum permisit, sed hoc eius filium pati, ut ante oculos tabescens corpus intuitus & marcescens, magnam ex hoc aspectu phi- K
losophiæ disciplinam caperet. Et disce, quid actū est, & ita bene correctus hinc discede. Maximè igitur, quod dixi, & ex iam gestis hoc manifestum est. Nec minus uero & ex alijs post hæc dicendis apertū erit. Si enim talis corporis necessitate nos uinciente, & om nibus morientibus, corruptionēq; patiētibus, & mar cescentibus ante omnium oculos, & putrescētibus in puluerem, & philosophis unam eandémq; hominum generis completiuam definitionem faciētibus: inter rogati nanque quid tandē sit homo: Animal ratione le mortale, dicunt. Si igitur omnibus hæc confitenti bus, ausi sunt qdam se immortales facere apud mul torum opiniones, & oculis mortem testificantibus, ut dij prædicari contenderunt: & ut dij culti sunt: nisi prodijsset mors naturæ mortalitatem omnes docēs & corruptibilitatē, ad quid impietatis non prorupis sent hominum plurimi? Audi itaq; quid dicat prophe ta de quodam Barbaro rege tali furore capto: Super Esa.14.d
astra dei exaltabo solium meum, & ero similis altissi mo. Ipsum uero deridens, & demonstrans finem, in- Ibidem.e
quit: Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum L
erunt uermes. Quod autem dicit, tale est: Homo ta lem expectans finē, talia cogitare ausus es? Et de alio iterum, Regē dico Tyriorum talia parantē, & deum Exe.28.
se haberi uolentem: Tu uero, inquit, non es deus, sed a.b
homo, & te pungentes hoc dicent. Itaque à primor dijs superbiæ & idololatriæ materiam auferens, deus tale nobis corpus parauit. Et quid miraris, si in cor pore hoc factum est, cum & in anima uidere liceat ta le quid gestum? Mortalem nempe deus non fecit, sed immortalem esse permisit, obliuioni autem & igno rantiæ & tristitiæ, & curis obnoxiam ipsam reddidit: & hoc fecit, ne ad propriam generositatē respiciens, maiorem propria dignitate opinionē capiat. Si enim cum hæc sint, quidam dicere sunt ausi, quòd substan tiæ dei est, si ab his esset absoluta passionibus, ad qd furoris isti non processissent? Verūtamen qd in crea tione mundi dicebam, hoc & in corpore dico: quòd similiter propter hæc utraq; deum admiror, & quòd corruptibile ipsum fecit, & quòd in corruptione pro priam uirtutem & sapientiam demonstrauit. Quòd enim melioris ipsum materiæ facere poterat, ostendit
ex cœlesti corpore, & solari. Qui enim illa fecit talia, & M
hoc tale facere, si uoluisset, potuisset. Sed infirmitatis causa est prædicta occasio. Non tamen hoc mirabi lem uim creatoris deterit, sed etiam amplius intendit: materiæ enim uilitas magis demonstrat artis copiam & facultatem, quoniam in luto & fauilla tantam po suit harmoniam, & tales sensus tam uarios & omni modos, & tantū philosophari ualentes. Itaq; quanto magis substantiæ tenuitatem accusas, tāto magis dei artis magnitudinem admirare. Quoniam & statua rium admiror non tam ex auro pulchram facientem statuam, q̄ ex luto dilabente mirabilem & inexcogi tabilem figmenti pulchrirudinem artis facultate exhi bere ualentem. Illic enim fingenti materia quoq; con fert, hic uero nuda est artis ostentatio. Tu uero si di scere uis, quanta sit eius qui nos creauit sapientia, co gita quid ex luto fiat. Quid autem aliud quàm late res & tegulę? Verūtamen optimus artifex deus ex ma teria unde fit tegula lateritium opus duntaxat, ocu lum tam pulchrum efficere potuit, ut omnes cernen tes consternentur, & tantam huic uim inserere, ut ae ris tantam altitudinem spectet, & exiguæ pupillæ ad-

A iutorio tot corpora comprehendat, & montes, & sal tus, & colles, & maria, & cœlum. Ne mihi dicas igitur lachrymas & lippitudines: hoc enim propter peccatum tuum factum est: sed cogita ipsius pulchritudi nem & uidendi uirtutem, & quomodo tantam aeris longitudinem percurrens, non laborat, neq; fatiga tur. Sed pedes quidem paululum progressi fatiscunt & lassantur, oculus uerò tantā altitudinem permeās, tantam uerò altitudinem, nullam sentit imbecillita tem: quoniam enim omnium membrorum hoc est maximè necessarium, ipsum labore premi non permi sit, ita ut expeditum ipsius ministerium, & liberū no bis esset. Quis uerò omnem membri huius uirtutem sermo afferre posset? Et quid de pupilla, uidendiq; fa cultate dico? si enim quod omnium uilissimum esse uidetur membrorum, oculi palpebras exquisieris tā tummodo, & in his multam dei creatoris sapientiam uidebis. Sicut enim in spicis aristæ tanquam quędam prætenta spicula aues repellunt, non sinentes fructui
B insidere, & stipulam infirmiorem diffringere: sic pro fectò & in oculis, uelut quædam aristæ, & spicula prę tentæ sunt palpebrarum setæ, puluerem, & festucā, & omnia uexantia extrinsecus repellētes ab oculis, nec palpebras infestari sinentes. Videres autem & alterā sapientiam in palpebris hac non inferiorem. Quis. n. ipsum situm non obstupescat, quoniam neque ultra mensuram promissę sunt, ita ut oculos obtenebrent, neq; quàm opus est interius resident: sed uelut do mus tectum, sic supernè eminent, sudorem capite de fluentem suscipientes, nec oculos lædere permitten tes. Propterea quidem & setæ ipsis innatæ sunt, den sitate defluentia coercentes, & multa lucem diligen tia protegentes, & afferentes multam oculis pulchri tudinem. Hoc uerò non tantùm quis admirari posset sed & aliud non minus quàm hoc. Qua enim de cau sa, dic mihi, capitis quidem capilli crescunt & deton dentur, ciliorum uerò minimè? Neque enim hoc no bis temerè, & à casu factum est, sed ne se dimittentes oculos obtenebrarent: quod ad profundum dedu cti senium patiuntur. Quis autem posset sapientiam omnem per cerebrum demonstratam cōmemorare? Primò quidem ipsum molle fecit, quoniam sensibus fontes omnibus ministrat: postea ne propter propriā
C lædantur naturā, ipsum ossibus undiq; muniuit: rur sum ne ossium asperitate attritum uexetur, cartilagi nem mediam obtendit, nec unam solam, sed secdam, unam quidem caluariæ inferius subextendens, alte ram uerò supernè cerebri carni circunuoluens, & est illa hac durior. Hoc autem fecit tum propter comme moratam causam, tum ut illatas capiti plagas, nō pri mum excipiat cerebrum, sed præoccurrentes huiusmodi cartilagines ictibus nocumentum omne dissol uant, & illæsum ipsum conseruent. Et quòd non con tinuetur, & unum sit os ipsum obtegens, sed multas ex multis partibus habeat futuras, multæ rursum se curitatis ipsi sit materia. Et uaporum enim ipsum cō tinentiam facilis per futuras illas exterius fieri potest respiratio, ita ut non suffocetur, & ex plaga quæ ali cunde inferatur. non ubiq; sit nocumentum. si enim solum & continuum os esset, in unam partem delata plaga totum læsisset: cùm nunc autem in multa diui sum sit, hoc fieri non posset. Et si enim unam partem uulnerari accidit, os secus illam partem situm lædi tur solum, reliqua uerò cuncta remanent illæsa, pla gę iugitate ex ossium diuisione sublata, nec in proxi-

mam extendi ualente. Propterea ex multis ipsius te- D
gumen ossibus deus composuit: & sicut domum ali quis ædificans, tectum & tegulas superimponit: sic su pra caput deus ossa locauit, & capillos fecit germina re, ut pro quibusdam galeris capiti essent. Hoc ipsum profectò & in corde fecit. Quoniam enim membro rum cor nostrorum principalissimum est, & totius ui tæ nostræ firmitas est ipsi tradita, & ipso quomodo cunq; percusso nascitur mors, solidis & asperis ossi bus & hoc undiq; circumuniuit, pectoris prominē tijs, & tergis ipsum posterius muniens: & quod in car tilaginibus fecit, & in hoc idem factum est. Ad hoc enim ne continuè saliens, & in iris, huiusmodiq; mo tibus palpitans, ossium asperitati circunstantium in fligens conteratur, & doleat, multas cartilagines sub extendit, & pulmonem supposuit, uelut molle quod dam stratum ipsius saltibus apponens, ut impunè e rumpens ex hoc nihil noxium patiatur. Et quid dico de cerebro & corde, cùm utiq; si quis uel de ipsis un guibus inuestiget, multam & in his dei sapientiam in uenire ualeat apparentem, ex ipsorumq; forma, & ex E
substantia & situ? Licebat dicere, quare & magnitudi ne impares nobis digiti sint, & multa alia his plura: sed sufficienter ex dictis attendere uolentibus creato ris nostri sapia dei refulget. Propterea partem hanc la boriosis relinquens exquirendam cum diligētia, ad aliam conuertatur oppositionem. Multi nanq; præ ter dicta, & illud contradicunt: quid tandem, ti bru torum rex est homo, & robore & agilitate & celerita te multa ipsum superant animalia? Etenim hoīe ue locior equus, & tolerātior bos, & leuior aquila, & for tior leo. Quid igitur ad hęc dicere possumus? quod & hinc maximè dei sapientiam cognoscimus, & hono rē, quo nos decorauit. Velocior quippe equus est ho mine, sed ad peregrinationis uelocitatem equo com modior homo. Equus nempè, quanuis omnium ue locissimus & fortissimus sit, uix ducēta stadia currit: homo autem multos ex successione equos conscen dens, & duo stadiorum milia expedire poterit. Itaq; quod illi uelocitas, huic ratio & ars cum maiori tri buit superabundantia: & uelociores quidē pedes ho mo non habet quàm ille, habet uerò pedes illius non minus, quàm suos sibi ministrantes. Brutorum enim nullum animal aliud ad usum suū subiugare poterit: F
homo autem omnia aggreditur, & per uariam artē à deo sibi traditam, ad usum sibi maximè conuenien tem animalū quodq; subigit. Si uerò tam fortes ho minum pedes, quàm equorum fuissent, ad alia fuis sent inutiles, ad locorum difficultates, & montium uertices, ad arborum ascensiones. Vngula enim ad ta lia gressus impedire solet. Itaq; etsi molliores ipso rum pedes, tamen pluribus opportuni sunt utilitati bus, & nihil ex infirmitate lædunter, equi uirrute sibi seruiente, & per gressus uarietatem præcellunt. Rur sum est aquilæ leuior ala, sed est mihi ratio & ars, per quam possum omnia uolātia detrahere animalia, & capere. Si uerò uis & alam meā uidere, habeo quàm illa multò leuiorē, non usq; ad stadia decē, uel uigin ti, nec usq; ad cœlum: sed super ipsum cœlum euolan tē, & super cœlum cœli superiorem, ubi est Christus in dextera dei sedens. Bruta rursum corpore gerunt arma: puta bos cornua, dentes aper, ungues leo. Mihi uerò non in corporis natura deus arma reposuit, sed extra corpus, demonstrans quòd animal mite sit ho mo, & quòd nō mihi semper horum tempus armō-

Grum: etenim frequenter quidem ipsa depono, nonnunq; autem manibus sumo: ut igitur liber, & absolutus sim, ne semper gestare cogar arma, naturę separata meæ fecit ipsa deus. Non.n.tantùm, quia naturam habemus, rationalem, brutа superamus, sed & corpore ipsis præstamus: & hoc enim animæ generositati conueniens deus præparauit, & mandatis idoneum: etenim corpus tale non simpliciter fecit, sed quale decet esse rationali naturæ ministrans. Quod nisi tale esset, uehementer impeditæ fuissent animæ operationes. Et hoc ex ægritudinibus manifestum: si.n.modi cum quid à propria constitutione auerratur ipse carnis status, multæ ex animæ operationibus impediuntur, puta si calidius uel frigidius cerebrum fiat. Itaq; & ex corpore multam dei prouidentiã cernere licet, non tantùm, quoniam ab initio ipsum melius quàm nunc est, deus fecit, sed quoniam & ad gloriã multò maiorem rursum resuscitabit. Si uero & aliunde discere uis, quantam deus sapientiam circa corpus demonstrauerit, dicã hoc, quod omnium maximè Paulus admirari continuè uidetur. Quid autem hoc est? 1.Co.12.d
H Membra alterum alteri præstare fecit, non in ipsdem, sed hæc quidem in pulchritudine, hæc uerò fortitudine p̃ualere statuit: puta, pulcher oculus, sed fortiores pedes: p̃cios um caput, sed dicere nõ potest pedibus, uobis opus non habeo: hoc & in brutis cernere licet. Hoc & in tota uita uidere datur. Rex igitur subditis opus habet, subditi rege sicut caput pedibus. Et rursum in brutis hæc quidem sunt fortiora, hæc autem speciosiora: hæc quidem nos delectant, hæc uerò nutriunt, hæc autem amiciunt: puta delectat quidẽ pauo, nutriunt autem aues & sues: oues autem uestiunt & capræ, collaborant uerò bos & animus. Sunt autẽ & alia, q̃ horum quidem nihil præbent, exercent aũt uirtutem nostram, ut agrestes feræ uenatorum augent fortitudinem, & timore genus nostrũ erudiunt, & cautius reddunt, nec modicum ad medicinam tributum nobis de proprijs conferunt membris. Itaque cùm tibi quis dixerit, quomodo sit brutorum dominus, qui timet leonem? Respondẽ, quòd ab initio nõ ita se res habebãt, quoniam apud deum probabiles erant homines, quando in paradiso morabantur: sed
I postquàm dominum offenderunt, seruus factus sum obnoxius, & neq; tamen omnino, sed habeo aliquã artem, per quam feras supero: Sic & in domibus magnis euenit, ut cùm filij quanuis generosi sint, sint uerò uiles, seruorum multos formident: cùm autem & offenderint, multò magis anxietas intendatur. Hęc & in serpẽtib⁹ & in scorpijs, & uiperis licet dicere, quòd propter peccatum nobis sunt terribiles. Nec uerò tantùm in corpore nostro, membrisq; differentibus, & in brutis: uerùm & in arboribus uarietatem hanc spectare licet, & omnium uilissimam sæpe quis uidere possit maiorẽ superare, nec omnia in singulis esse, ut omnia nobis sint necessaria, & uariam domini noueri mus sapientiam. Noli igitur deum propter corporis corruptionẽ accusare, sed propter hoc magis ipsum adora, & in sapientia & prouidentia ipsum admirare. Sapientia quidem, quoniam in tam corruptibili corpore tantam scit harmoniam exhibere. Prouidentia uerò, quoniam ipsum corruptibile ad animę fecit utilitatem, ut ipsius tumorem comprimat, & superbiam deponat. Quare igitur non ab initio ipsum tale fecit deus, inquit aliquis? Excusans se tibi per ipsa opera, & tantũ non dicens per euentum: ego quidẽ te ad ma- K iorem uocabam honorem, tu uerò teipsum munere indignum reddidisti, paradiso excidens: ueruntamen neq; sic te despiciam, sed tuum peccatum corrigẽs in cœlũ reducam. Etenim propterea te tabescere & corrumpi tantum tpis dimisi, ut in tpis prolixitate stabilis tibi fiat humilitatis disciplina, & nunq̃ priorem resumas mentem. Pro his oibus igitur gratias agamus benigno deo, & pro tali dilectione grati simus, gratitudine nos uicissim iuuante: & mandati, de quo uobis sæpius differui, studium habeamus intentum. Neque.n.desistam, donec emendemini. Quoniam hoc nõ quæritur nobis, paucísne an multis utar admonitionibus, sed ut eousq; moneam, donec uobis persua sero. Iudæis quidem deus per prophetam dicebat: Si Esa.58.a
ad iudicia & contentiones ieiunatis, ut quid mihi ieiunatis? per nos uobis dicet, Si ad iuramenta & periuria ieiunatis, ut quid mihi ieiunatis? Qũo.n.sacrum ui debimus Pascha? Qũo sanctũ suscipiemus sacrificiũ? Qũo mirabilibus cõcabimus mysterijs lingua illa, qua dei legem cõculcauerimus? lingua illa, qua aiam contaminauerimus? Si nemo nanq; purpuram regalẽ L
manibus accipere inquinatis auderet, qũo dominicũ corpus lingua polluta suscipiemus? Iuramentum.n. 2.Co.6.d
maligni, sacrificium uerò domini. Quæ igitur cõcatio luci ad tenebras? uel quæ cõuenientia Christo ad ad Belial? Quòd igitur hac liberari impietate studuistis, manifestè scio: sed quoniam se quisq; per seipsum non facilè emendare potest, faciamus sodalitia & collationes: & quod in conuiuijs pauperes faciunt, quoniam non potest quisq; solus conuiuium exhibere pfectum, conuenientes oẽs ex symbolo conuiuiũ conferunt: hoc & nos faciamus, postq̃ per nosipsos torpidi sumus, collationes facientes, inter nos concilium spondeamus conferre, & monitionem, & exhortationem, & increpationem, & minas, ut ex cuiusq; studio omnes rectè agamus. Quoniam.n.proximorum res acutius uidemus, q̃ nostras, nos alios custodiamus, & nostram illis custodiã mandemus, & hoc pulchrũ faciamus certamen, ut ita turpem hanc consuetudinẽ superantes, cum fiducia ad sanctam ueniamus solennitatẽ, & sancti participes simus sacrificij cũ beata spe, & conscientia bona, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria M
unà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

AD DEVM GRATIARVM ACTIO PRO *accepta uenia commissorum contra regem: & naturalis de mundo sermocinatio. & quòd hominem creans deus legem ipsi naturalem indidit: & de iuramento omni diligentia uitando.*

Homilia.XII.

Therì dixi benedictus deus, & hodie hoc
e ipsum rursus dicam. Etsi.n.grauia præterierunt, tamen grauium memoria ne præteream, non ut doleamus, sed ut gratias agamus. Si enim malorum memoria manserit, malorum experientia nunquam urgebit. Quid enim experientia opus est, cùm memoria nos corrigat? Sicut igitur non submergi nos deus permisit præsentibus procellis, sic neque nosipsos illis præteritis resolui sinamus. Consolatus est nos tunc mœrentes, gratias ipsi nunc lætãtes agamus: consolatus est suspirantes, neq; prodidit: igitur neq; nosipsos rectè agentes prodamus in torporem declinantes: nam scriptum est: Recordare tempus sa- Eccl.38.

A mis in die satietatis. Recordemur itaque temporum tentationis & nos in die remissionis, & in peccatis uerò hoc ipsum faciamus. Et si peccaueris, & tibi peccata deus remiserit, ueniam quidem suscipe, & gratias age: peccati uerò ne obliuiscere, non ut teipsum cogitatione cõsumas, sed ut animam doceas non lasciui-
1.Ti.1.c re, neque rursum in eadem relabi. Sic & Paulus fecit. Cùm.n.dixisset: fidelem me existimauit, ponens in ministerio, intulit: qui prius blasphemus fui & persecutor, & contumeliosus. Emittatur inquit, uita serui, ut appareat humanitas domini. Etsi.n.peccatorum ueniam cepi, non tamen eijcio peccatorum memoriam. Nec hoc solũ domini benignitatem demõstrabat, sed & illum clariorem faciebat. Cùm.n.dideris, quis prius fuerit, tunc ipsum magis admiraberis: & cùm uideris, ex quo quis factus fuerit, tunc ipsum magis acceptabis: & si multùm peccaueris, mutatus inde bonorum spem habebis: nam præter dicta, & in desperatione positos exemplum hoc allicit, & exurgere facit. Quod quidẽ & in ciuitate nostra erit. Omnia.n.quæ contigerunt, uirtutemq; nostram demon-
B strant, qui per pniam tantum iræ repellere potueritis, & dei clementiam prædicant, qui ex modica conuersione tantam caliginem abstulit: in desperatione quoq; positos omnes excitat, discentes ex rebus nostris ad sublimia, & ad dei auxilium respicientẽ, quanuis infiniti undiq; fluctus obstrepant, submergi non posse. Quis.n.uidit, quis audiuit unquam nostris casibus similia? Quotidie ciuitatem nostram cum inhabitantibus ab ipsis fundamentis diripiendam esse suspicabamur: sed cùm diabolus scapham submergere sperabat, tunc puram reddidit deus traquillitatem. Ne igitur obliuiscamur magnitudinis malorũ, ut beneficiorum à deo collatorum magnitudinem recordemur. Etenim sensuũ naturam nesciens, medici artem nunq̃ fecit: & pueris nostris hæc dicamus, & in mille mittamus generationes, ut omnes discant, quo modo diabolus & ciuitatis solum delere studuerit, & quomodo ipsam deus lapsam, & subiacentem oculis rursus erigere, néue ullum fieret nocumentum prohibere potuerit: sed & timorẽ sustulerit, & repulerit cũ
C multa celerirate periculum: etenim hebdomada prærita substantias diripi oẽs expectabamus, & milites nobis immitti, & infinita alia mala suspicabamur. Sed ecce illa omnia præterierunt, tanq̃ nubes, & uelut umbra præteriens, & sola calamitatum expectatione puniti sumus: immo uerò nec puniti sumus, sed correcti & meliores facti, quia deus imperatoris cor emolliuit. Dicamus igitur semper & quotidie: Benedictus deus: & cũ maiori studio synaxi uacemus, & curramus ad ecclesiam, unde utilitatem tantam accepimus. Scitis.n.ab initio quò confugistis, quò concurristis, unde facta nobis est salus. Teneamus igitur sacram anchoram, & sicut in tpe periculorum nos nõ prodidit: sic neq; nos ipsam in tpe remissionis relinquamus, sed cum cura maneamus, & quotidie faciamus cõuentus, precesq;, & diuina audiamus eloquia: & quod impendebamus otium satagentes, & curiosè scisitantes, circuncurrentes è castris profectos, pro instantibus malis curam gerentes, hoc omnes diuinas leges audiendo impendamus: non autem in importunas & inutiles exercitationes, ne rursus in illius negocij necessitatem nosipsos redigamus. Tribus quidem præteritis diebus unum diuinæ cognitionis modum quærebamus, ipsumq; ad finem deduximus, in- D terpretantes, quomodo cœli enarrant gloriam dei: & quale tãdem sit Pauli dictum, quòd inuisibilia ipsius P̃sal.18.a
à creatura mundi per ea quę facta sunt, intellecta con- Ro.1.c
spiciuntur. Et demõstrauimus, quomodo à creatura mundi, & quomodo per cœlũ & terram & mare creator glorificatur. Hodie uero & paulisper in hanc rursum philosophati materiam, ad alium trãsibimus ser monem: non enim tantum fecit mundum, sed etiam ut factus operaretur, effecit, neq; totum immobilem dimittens, neq; totum iubẽs moueri. Sed cœlum qui dem immotum permansit, sicut propheta inqt: Qui P̃sal.103a
statuit cœlum tãquam testudinem, & extendit ipsum et Hie.51b
tãquam tentorium super terram. Sol uero cum reliquis syderibus quotidie circũuoluitur. Et rursum terra fixa est, aquę uero semper mouentur: nec aquę tantum, sed & nebulę, & imbres cõtinui & successiui tempore proprio redditi. Et una quidem imbriũ natura, diuersa uero quæ ex ipsis fiũt. Etenim in uite uinum fit pluuia, & oleum in oliua, & alijs plantis in illarum humores mutatur. Et unus quidem terræ uenter, &
differẽtes profert fructus: & unus quidẽ solaris splen- E
doris calor, & differẽter omnia maturat: hęc quidem tardius, hæc uero citius ad consummationem deducens. Quis hęc non obstupescat & admiretur? imò uero nõ hoc solum est admirabile, quòd uarium ipsum & differentẽ fabricauit, sed etiam quòd ipsum omnibus cõmunem proposuit, & diuitibus & pauperibus, & peccatoribus & iustis. Quod utiq; & Christus dice Mat.5.g
bat, quòd Solem suum oriri facit super bonos & super malos, & pluit super iustos & sup iniustos: & infinitis ipsum animalibus implẽs, & naturales brutis inseẽs mores, hos quidem imitari, hos uero fugere nos iussit. Verbi gratia: Studiosa est formica, laboriosam facit operationem. Si igitur attendas, maximam ab animali capies admonitionẽ, ut non emolliaris, néue fugias labores & sudores, propterea & scriptura torpentem ad illam mittit, dicens: Vade ad formicam ô Prou. 6.a
piger, & considera uias eius, & disce sapientiam. Non uis, inquit, ex scripturis discere, quòd bonum est operari, & quòd non operãs neq; manducare debet? Non uis à doctoribus hoc audire? disce hoc à brutis. Sic & in domibus sępe facimus. Maiores, & qui uidentur esse uenerabiliores, cũ peccauerint, puerulis solertibus F
attendere exhortamur, dicẽtes: Respice minorem te, quàm est studiosus & solers. Et tu igitur ab hoc animali maximã cape sedulitatis exhortationem, & dominum tuũ admirare, non quòd Solem fecit tantum & cœlum, sed quoniam utiq; formicã fecit. Etsi enim breue animal, habet tamen sapientiæ dei magnitudinis multam demonstrationem. Considera igitur q̃ sit prudens, & admirare, quomodo potuit deus in tam breui corpore tantam iugis inserere operationis cupiditatem. Ab hac quidem laboriositatem, ab ape uero munditiam, & solertiam disce & charitatem. Etenim illa non magis sibiipsi, q̃ nobis laborat, & quotidie fatigatur: quòd maximè Christiano proprium est, non sua quærere, sed quæ sunt aliorum. Sicut utique illa circunuolat omnia prata, ut promptam alteri præparet mensam: sic tu fac homo, siue pecunias congreges, in alios expende: siue doctrinæ uerba habeas, ne defodias, sed apponas indigẽtibus in mediũ: siue aliud peculiare habeas, indigẽtibus laborũ tuorum utilis fias. Non cernis, quòd propterea animaliũ gloriosissima est apis, nõ qa laborat, sed quoniam alijs laborat? Quoniã & aranea laborat, & fatigatur,

G & tenues per parietes extendit texturas, oẽm mulieris sapientiam excedentes: sed est ignobile animal, quoniam opus eius nobis nullatenus est utile. Tales sunt sibi laborantes, & se defatigantes. Imitare columbæ simplicitatem, sectare asini & bouis in dominũ dilectionem, imitare auium securitatẽ: multùm enim lucrari licet à brutis ad morũ correctionẽ. Ex his Christus quoq; nos animalibus instruit: nam ait, Estote
Mat.10.b prudentes sicut serpentes: & simplices sicut colũbæ.
Ibid.6.d Et rursum: Respicite uolatilia cœli, q̃ non serunt neq; metunt, & pater uester cœlestis pascit ea. Et prophetã uerò confundens ingratos Iudæos, sic quodãmodo inquit: Agnouit bos possessorem suum, & asinus
Esa.1.a præsepe domini sui, Israel aũt me non agnouit. Et rursum: Turtur & hirũdo agri auiculæ cognouerũt tem
Hie.8.b pora ingressus sui, populus uerò meus non cognouit iudicia domini dei sui. Ab illis, & ab his animalib⁹ disce uirtutem exercere, à contrarijs uerò uitium fugere disce. Sicut.n. studiosa res apis, sic pernicioſa aspis:
Psa.13.b. malitiam igitur eius auerseris, ne audias: Venenũ aspi
&.139.a dum sub labijs eorum. Impudens rursum canis, odio
H quoq; habeas hanc improbitatem. Dolosè & fraudulenta uulpes, ne uitium imiteris. Sed sicut apis pratis superuolans, non omnia legit, sed utilibus sumptis reliqua dimittit: ita tu quoque facias, brutorum genus percurrens, siquid inest utile, ab illis sume, & quos habent à natura excessus, hos tu per liberũ corrige arbitrium: & per hoc enim à deo honoratus es, quòd naturales brutorum nequitias per liberum arbitrium tibi emendare concesit, ut præmia conſequaris. Illis enim nõ ex electione & ratione bona opera, sed à sola natura. Verbi gratia: Apis mellificat, nõ ratione ad hoc faciendum inducta, sed à natura instituta: quoniam si esset opus nõ naturale, neq; toti generi distributum, oportebat omnino ex ipsis aliquas artis inexpertas esse: nunc uerò ex quo factus est mundus, usq; in præsentem diem nemo uidit apes cessantes, & non mellificantes. Talia enim naturalia totius generis communia sunt: quæ uerò ex libero arbitrio, non sunt communia, laboris enim indigent ut enauẽtur. Omnia igitur optima capiens circũamiciaris, etenim es irrationalium rex. Reges autem, siquid est in subdi
I tis optimum, siue aurum, siue argẽtum, siue lapides pretiosi, siue sumptuosa uestimenta, hæc cum superabundantia ipsi possident: & ex creatura dominum tuum admirare. Siquid uerò te excedit uisibilium & rationem inuenire nõ potes, propterea creatorẽ glorifica, quoniam mentẽ tuam ipsius sapientia factorũ excedit. Ne dicas quare hoc? ad qd hoc? unũ quodque enim utile est, etsi nos rationẽ ignoramus. Sicut quippe si in medici officinã ingrediaris, & multa proposita uideas instrumenta, uarietatem instrumentorum admiraris, licèt ipsorũ nescias usus: sic & in creatura facias, & si uideris multa animalium & herbarũ, & aliarum rerum, quarum utilitates nescias, admirare ipsarum uarietatem, & obstupesce etiã propter hoc ipsarum creatorem, optimũq; opificem deum: quoniam nec omnia tibi nota fecit, nec omnia incognita dimisit. Non dimisit quippe omnia incognita, ne dicas esse mundum sine prouidentia: non dimisit uerò tibi cognita esse omnia, ne cognitionis magnitudo te in superbiam extollat. Sic quippe & primum hominem improbus dæmon ille præcipitauit per maioris scientiæ spem, etiam quam habebat auferens. Propterea & sapiens quidam admonet, dicens: For-
K tiora te ne quæras, & profundiora te ne scruteris: quæ mandata sunt tibi, hæc cogita. Ipsius enim operũ plura in secretis sunt, & rursum maiora hoium prudẽtia demonstrata sunt tibi. Hoc aũt dixit, consolans mœrentem & dolentẽ, quoniam nõ omnia norit: etenim & ea dicit, quæ nosse datum est, multa prudentiam tuam transgrediuntur: neq; enim exte inueniſti, sed à deo doctus. Sufficiant igitur datæ diuitiæ, & ne amplius inquiras, sed pro his quæ accepisti, gratias age: noli indignare pro his quæ nõ cepisti, & pro his quæ nosti, glorifica: ne scandalizeris propter ea quæ non nosti. Ambo enim deus utiliter fecit: & hæc quidẽ reuelauit, hæc uerò cõclusit, tuæ consulens saluti. Vnus quippe, quod dixi, dei cognoscendi modus per creationem, multos ualens dies impẽdere. Vt enim solius hominis cum diligentia expressionem percurramus, cum diligentia dico nobis possibili, non illa uera diligentia: nam etsi multas factorum rationes diximus, sunt tamen & aliæ plures arcanæ, quas qui fecit, nouit deus: non enim omnes ipsi scimus. Vt igitur oẽm hominis formationem cum diligentia percurramus, & in uno quoq; membro sapientiam inueniamus, & neruorum, uenarum, arteriarum distributionem, situm, aliorumq; omnium formationẽ consideremus, L nec annus integer nobis ad hanc expositionem sufficiet. Propterea istum hìc sermonem soluentes, & laboriosis, studioſisq; ex dictis præbentes & alias creationis partes percurrendi modum, ad aliam sermonem materiam uertemus, ipsam quoq; dei prouidentiæ demonstratiuam. Quæ igitur est secunda materia? Ab initio deus hominem formans, legem ipsi naturalem indidit. Et quid tandem est lex naturalis? Cõscientiam nobis expressit, & per se discibilem constituit bonorum & contrariorum scientiam. Non enim opus habemus discere, quòd malum est fornicatio, & bonum cõtinentia, sed ab initio hoc scimus. Et ut discas, quòd ab initio hoc scimus, legislator leges po
Exo.20.b & Deu. 5.b stea ferens, & dicens: Non occides: nõ intulit, malum enim cædes: sed simpliciter, non occides, inquit: prohibuit enim peccatum duntaxat, non docuit. Quare igitur qui dixit, non occides, non addidit quòd malum cædes? quoniam præueniens cõscientia nos hoc docuit, & tanquam scientibus & intelligẽtibus ita loquitur. Cũ igitur de alio loquitur mandato, non nobis noto per conſcientiã facto, non tantũ prohibet, M sed & causam apponit. De sabbato itaq; legem ferẽs,
Exo.20.b & dicens: Septima die non facies opus: subiunxit causam quoq; cessationis. qualem uerò? quòd in die septima requieuit deus ab omnibus operibus suis, quæ cœperat facere. Et rursum. Quoniam seruus fuisti in
Deu.24.d terra Aegypti. Quare igitur, dic mihi, in sabbato quidẽ causam adiecit, in cæde uerò nihil tale fecit? Quoniam hoc quidem mandatum non de principalibus erat, nec per conſcientiam nobis exquisitis, sed particulare quoddam, & temporaneum. propterea post hæc solutum est. Necessaria uerò, & uitam nostrã cõtinentia illa sunt: Non occides, non furaberis, nõ mœchaberis. Et ideo nullatenus hìc causam ponit, nec rationem adducit: sed sola opus esse putat prohibitione. Nec inde tantùm, sed & aliunde uobis demonstrare conabor, quomodo per se docilis erat homo ad uirtutis cognitionem. Primum Adam patrauit peccatum, & post peccatum statim se occultauit. Neque enim erant literæ, non lex, non Moses: unde igitur nouit peccatum, ut se absconderet? nec tantùm se

A celat, sed & accusatus in alium conatur trãsferre cau-
Gen.3.b sam, dicens: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et illa rursus in aliũ crimen tranfert, serpentẽ scilicet. Cũ enim Adam dixisset, Vocem tuam domine audiui in paradiso, & timui, eò quòd nudus essem, & abscondi me: Deus non statim factum redarguit, neq; dixit: quare enim de ligno comedisti? Sed quomodo? Quia.n indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? neq; tacuit, nec apertè ipsum redarguit. Nõ enim tacuit, ut ipsum ad peccati cõfessionem euocaret: nec uerò manifestè redarguit, ne totum dei esset, & ille priuatus remaneret uenia, q̃ nobis ex confessione nascitur. Propterea nõ dixit manifestè causam, unde nuditas facta esset, sed sub interrogationis forma sermonẽ profert, illam permittens ad confessionem uenire. Rursum in Cain & Abel idẽ uidere licet. Primũ quidem primitias deo ferebant laborum suorum. Nõ enim à peccato tantũ, sed etiam à uirtute demonstremus, quòd amborum est capax discendorum homo. Quòd igitur homo peccatũ esse
B malum iam sciret, demonstrauit Adam: quòd autẽ uirtutem esse bonum etiam sciret, rursum Abel manifestauit. Non enim ab ullo discens, neq; legem de primitijs hæc differentem audiens, sed à conſcientia doctus, sacrificium illud obtulit. Propterea nõ descendo ad posteros sermone, sed circa priores homines uersor, quando, nondum literæ, neq; lex, neq; prophetæ & iudices, sed solus Adã cum filijs erat: ut discas quòd in natura bonotum, & contrariorum scientia prius erat reposita. Vnde enim didicit Abel, quòd bonum esset offerre, quòd bonum deum uenerari, & in omnibus gratias agere? Quid igitur Cain, non obtulit? Obtulit quidem & ipse, sed nõ similiter. Et hinc uerò rursum conſcientiæ cognitio apparet, quoniam enim honorato inuidens de cæde deliberabat, doloſam ce
Gen.4.b labat sniam, & quid inquit? Agè, egrediamur foras. Alia figura, charitatis enim simulatio: sententia alia, fratricidij enim deliberatio. Et nisi malum consilium putabat, quare ipsum obũbrabat? & post cõmissam necem rursum à deo interrogatus, Vbi est Abel frater tuus? inquit, nescio: nunqd custos fratris mei sum
C ego? Quare enim negat? Non patet quòd condemnabat seipsum uehemẽter? Sicut enim ipsius pater se absconderat, ita & hic negat: & post interrogationẽ iterum inquit, Maior est iniquitas mea, q̃ ut ueniam me
Ibidem. rear. Gentilis autem hæc non tolerat. Eia igitur & ad illum loquamur, & quod in creatione fecimus, non ſcripturis tantũ, sed etiam rationibus certamina contra illos mouentes, hoc & circa cõscientiam nunc faciamus. Etenim & Paulus hoc mouit argumentum aduersus illos pugnans. Quid tandem est quod dicunt? Non est nobis per se aperta lex in cõscientia posita, nec eam naturæ deus inſeruit. Vnde igitur, unde inquam de nuptijs, de cædibus, de testamẽtis, de depositis, de proximis non opprimẽdis, de infinitis alijs leges apud eos ſcripſerunt legislatores? hi quippe præsentes fortè à primis dedicerunt, & illi à prioribus, & rursum à superioribus isti. Qui uerò ab initio, & primi apud eos leges tulerunt, à quo didicerunt? non patet, quòd à cõscientia? neq; enim dicere possent, quòd cũ Moſe fuerint, quòd prophetas audierint. quomodo enim qui gentiles erant? Sed patet, quòd à lege, quam hominem fingens deus, ab initio ipsi posuit, ab hac & leges posuerunt, & artes inuenerunt, & alia omnia: etenim & artes sic constitutę sunt, postquàm D ad ipsas sponte deuentum est ab initio. Sic & iudicia, sic & pœnæ definitæ sunt: quod nempe & Paulus dicit. Quoniam enim & gentilium multi contradicturi erant, & dicturi: quomodo deus homines qui fuerũt ante Moſen iudicabat, non misit legislatorem, non legem tulit, non prophetam parauit, non apoſtolum, non euangeliſtam, quomodo ab ipſis pœnas exigit? Volens Paulus demonſtrare, quòd per se disci facilè habebant legem, & agenda manifestè sciebant, audi quid inquit: Cũ enim gentes, quæ legem non habẽt, Roma.2.c naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus legis ſcriptum in cordibus suis. quomodo sine literis testimonium reddente illis cõscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiã defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangeliũ meum per Iesum Christum. Et iterum: Quicunq; sine lege peccauerũt, sine Ibidem.b lege peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quid est, sine lege peribunt? non lege accuſante, sed cõscientia & cogitationibus. Si ue E rò legem non habuiſſent conſcientię, nec ipsos perire peccates oportebat. Quomodo enim si sine lege peccauerunt? Sed cũ sine lege dicit, non hoc dicit, quòd non habebant legem, se quòd non habebant legem ſcriptam: naturæ uerò legẽ habebant. Et rursum: Glo Ibidem. ria aũt, & honor, & pax omni operanti bonũ, Iudæo primũ & Græco, Hæc autem dicebat, de superioribus loquens temporibus, quæ ante Christi præsentiã fuerunt. Et Græcum hìc uocat non idololatram, sed deũ quidem solum adorantem: Iudaicarum uerò obseruationum necessitati nõ deditum, sabbatiſmis dico, & circuciſioni, & uarijs purificationibus: sed sapientiam, & pietatem omnem exhibentem. Et rursum de Ibidem. eodem disserens, inquit: Et ira, & indignatio, & tribulatio, & anguſtia super omnẽ animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci. Rursum hìc Græcum uocat, obseruatione Iudaica liberatum. Si itaq; neq; legem audiuit, neq; cum Iudæis conuersatus est, quomodo erit ipſi ira, & indignatio, & tribulatio malum operanti? Quoniam intus conſcientiam habebat increpantem, & docentem, & erudientem F in omnibus. Vnde hoc manifestũ? Ex his in quibus alios caſtigauit peccantes, leges tulit, iudicia conſtituit. Hoc igitur manifestans Paulus, de uiuentibus in uitio dicebat: Qui cũ iuſtitiam dei cognouiſſent, quo Rom.1.d niam qui talia agunt, digni sunt morte, non solũ qui ea faciunt, sed etiam qui cõsentiunt. Et unde scierũt, quòd uoluntas dei est, in improbitate uiuentes puniri? Vnde? ex his in quibus alios iudicabant peccantes: Si enim malum esse non putes cædem, cũ homicidã ceperis, sententia tua non punies: nisi malum esse putes adulterare, cùm inciderit adulter, liberes ipsum à pœna. Si uerò & in aliorum peccatis leges ſcribis, & pœnas definis, & seuerus es iudex: quam habere possis excuſationem, in quibus ipse peccas, dicens te agẽ da ignorare? Mœchati estis & tu & ille. Quare illum quidem punis, te uerò uenia dignum censes? Si enim malum nesçias esse adulterium, neutrum puniri oportebat. Si uerò alterum quidem punias, te uerò pœnam effugere existimes: quomodo rationem habere posset, eorundem criminum reos non eaſdem pendere pœnas? Hoc igitur ipsum accuſans Paulus dice-
Rom.2.a bat: Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos,

qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? Nõ est ita, non est. Ex iudicio enim, quod in aliũ protulisti, ex hoc te nunc deus iudicabit. Non enim profectò tu quidem iustus, deus aũt iniustus. Si enim non despicis alium iniustum, qũo deus despiciet? Si tu corrigis aliorũ peccata, quomodo te deus nõ corriget? Si uerò nõ tibi statim pœnam infert, ne ob hoc confidas, sed time magis. Sic & Paulus iusit dicens:
Rom.2.a An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorãs, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Propterea enim tolerat, nõ ut peior fias, sed ut pœnitentiam agas: si uerò non uis, maioris materia ultionis tibi fit dei longanimitas sine pœnitentia permanenti. Et hoc quippe manifestans, dicebat: Secundum aũt duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddit unicuiq; secũdum opera eius. Quoniam igitur cuiq; secundũ opera reddit, & legem propterea nobis naturalem indidit, & scriptam postmodum tradidit propter ea dedit, ut pœnas exigat peccatorũ, rectè agentes coronet. Mul
H to itaq; studio, tanquam ad tremendũ conuenturi iudicium, actiones nostras ædificemus, scientes quòd nullam assequemur ueniam, si post naturalem, & scriptam legem, & doctrinam tantam, & admonitionẽ continuam, salutem nostram negligamus. Volo itaque rursum de iuramentis uobis loqui, erubesco autem. Mihi quidem graue non est die noctuq; eadem uobis dicere. timeo aũt, ne postquàm uos his multis diebus admonuero, multũ torporem uestrum damnabilem ostendam, qui in negotio tam facili continua egeatis admonitione. Nec tantũ erubesco, sed & timeo uobis. Continua nanque doctrina aduertentibus salutaris quidem & utilis, torpentibus uerò damnosa & periculosa. Etenim quantò quis sæpius audierit, tantò maiorem ultionem attrahet, non faciens q̃
Hie.7.c dicuntur. Hoc igitur & ludæis improperans, dicebat deus: Misi prophetas meos exurgẽs diluculo, & emittens, & neq; sic exaudistis. Nos nempe ex multa solicitudine hoc facimus, sed timeo ne die illa tremenda obsit uobis omnibus hæc admonitio, & consilium. Cùm enim & correctio sit facilis, & continuè cõmonefaciens haud cesset, quid poterimus in excusationem dicere? uel quæ nos ratio ab ultione eripiet? Dic
I nempe mihi, si argentum abs te mutuum dari cõtingat, nõ continuè debitori occurrens ipsum mutui cõmonefacis? Hoc & nunc fac, & quisq; putet argẽtum sibi proximum debere, huius scilicet mandati expletionẽ, & occurrens solutionis ipsum cõmoneat, sciẽs quòd non paruum nobis repositũ est periculũ fratrũ curam non agentibus. Propterea & ego eadem dicẽs non desisto. Timeo enim, ne illa audiam die: Impro
Mat.18.d be serue & nequam, oportebat te erogare argentum meum numularijs. Ecce enim erogaui, nõ semel neq; bis, sed sæpius: uestrum uerò reliquum est fœnus reddere. Vsura uerò est, auditæ monitionis p opera exhibitio: etenim dominica sunt, quæ erogantur. Ne igitur negligenter suscipiamus, sed cum diligentia depositum cõtineamus, ut cum multa operatione ipsum illo die reddamus. Nisi enim & alios in idem meritũ induxeris, audies uocem illam, quam audiuit qui talentum defodit. Sed uobis ne eueniat hanc audire,
Ibid.25.b sed aliam uocem, quam operanti reddidit Christus dicẽs: Euge serue bone & fidelis, quoniam super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Hanc aũt audiemus uocem, si idem cũ illo studium exhibuerimus. idem uerò studium præstabimus, si hoc quod dico, fecerimus. Cũ adhuc feruens est auditus in uobis, egresi exhortamini inter uos: & sicut dissiungimini quisq; cum salutatione, sic cum admonitione quisque domũ recedat, & dicat proximo: Cõsidera & recordare, quomodo mãdatum custodias, & omnino uincemus. Cũ enim & amici te dimiserint cum tali cõ
K filio, & domum profectum rursum eadem uxor admoneat, & solos perseuerantes oratio nostra cõprehendat: celeriter hanc consuetudinem improbam expellemus. Noui quidẽ quòd admiramini quare tantũ de hoc mandato studium faciam: uerùm adimplete mãdatum, & tunc dicam. Interim quippe illud dico, quòd lex quidem diuina est hoc mãdatum, & ipsum transgredi non est tutum. Si aũt enauatum uidero, & aliam uobis causam commemorabo hac non minorem, ut discatis, quòd iustè tantum pro hac lege studium exhibui. Hora uerò iam in supplicationem sermonem soluere. Cõmuniter igitur omnes dicamus:
Eze.18.g Deus nolens tam mortem peccatoris, q̃ ut conuertatur, & uiuat: & hanc, & alias leges omnes nos expe
L dientes, dignare sic assistere tribunali Christi tui, ut fiduciam multã assecuti, in regnum perueniamus ad gloriam tuam: quoniã te decet gloria, honor, & potestas, una cũ unigenito filio tuo, & sancto spiritu, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM DE *mutatione tristium, & commemoratio ad ultionem protractorum propter seditionem, & punitorum. Similiter uerò rursus expositio de hominis creatione: & quòd legẽ accepit naturalem: & de explenda iurandi cõtinentia.*

Homilia. xiij.

B eodem principio, & iisdem procœmijs, quibus heri & nudiustertius cœpi, & hodie inci
a piam. Dicam & nunc: Benedictus deus, qualem præteritum uidimus quaternionẽ, & qualẽ nunc uidemus præsentem: quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in ciuitate tribunal illud, & omnium corda con
M quassauit, & nocte fecit diem nihilo esse meliorẽ, non radijs obtenebratis, sed tristitia & timore oculos offuscantibus uestros. Vt igitur & nos maiorem capiamus uoluptatem, pauca eorũ quæ tunc acciderunt, commemorare uolo. Et uobis enim, & posteris omnibus utilem horũ esse uideo narrationem: quoniam & de naufragio saluatis iucundum est fluctũ meminisse, & tempestatis, & uentorũ, postq̃ in portum nauigauerint. Et ualetudine detentis, desiderabile post ægritudinem, febres, per quas paulominus ad mortẽ uenerunt, alijs narrare. Cũ enim grauia præterierint, uoluptatem habet eorum cõmemoratio, anima nõ amplius formidante, sed maiorem capiente delectationem. Continua enim præteritorum memoria malorum præsentem tranquillitatem diligentius cognosci facit. Postq̃ enim ciuitatis quidem maior pars præ timore, & cõminatione illa ad deserta, & fauces montium, & occulta locorum transmigrauit, metu ipsos undique cogente. Et inanes quidem mulieribus erãt domus, uacuum uerò uiris forum. Vix autem duo uel tres euntes in medio sese uidebant, & ipsi tanquã animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum iudiciale gestorum finem uisuri: & collectas ciuitatis

A uitatis reliquias uidentes, illud omniũ maximè admirati fuimus, quòd multitudine circa fores morante, tanq̃ præsente nemine, silentium erat profundissimũ, omnibus inter sese respicientibus, & nemine asistentem interrogare, aut quicquã audire ab illo audente. Proximum. n. quenque suspectum habebat, quoniã multi iam præter oẽm spem ex medio rapti foro intus coërcebantur. Et omnes cõiter in cœlũ aspicieba mus, & manus extendebamus cum silentio supernè subsidiũ expectantes, & deo supplicantes, ut iudicandis adesset, & iudicantium corda mulceret, & mitem faceret sniam. Et sicut q naufragantes à terra uident, accedere quidem, & manum porrigere, & ærumnam releuare non possunt, cũ undis arceantur, extrinsecus autem ab ipsis litoribus manus extendẽtes, & lachrymantes, deum orant ut asistat fluctuantibus: Ita & hìc tacitè omnes mente deum inuocabant, petẽtes, ut ad tribunal uelut in fluctus adductis manum porrigeret, nec sineret scapham submergi, nec in extremũ naufragium, iudicantium solueret iudicium. Et hæc quidem erant pro foribus. Postquã uerò interiorẽ au
B lam introiuimus, rursus alia his terribiliora uidimus, milites armatos ensibus & clauis, & multam interius iudicantibus quietem præstantes. Quoniam enim ne cessarij illorum oẽs, & uxores, & matres, & filiæ ante fori ianuam constituerant, ut si eueniret quempiam ad mortem duci, nemo ærumnę spectaculo accẽsus, tumultum & turbationem ullam faceret, oẽs procul arcebant milites, ipsorũ mentem pauore præoccupãtes. Quod aũt omnium maximè miserabile, mater & soror cuiusdã qui intus iudicabatur, ad ipsa iudicantium uestibula iacebant, se humi sternentes, & cõmune omnibus factæ circunstantibus spectaculũ, oculos uelatæ, & tantũ duntaxat erubescẽtes, quantùm calamitatis necessitas permittebat: neq; aderat ipsis ancillula, non uicina, non amica, nõ ulla necessariorũ alia, sed solæ cum uestibus abiectis in medio tot milium assumptæ, per humũ se trahentes circa ipsas fores, interius sedentibus grauiora patiebantur, carnifi cum uocem audientes, uerberum sonitum, cęsorum luctum, tremendas iudicantium minas & per flagellatorum singultũ grauioribus q̃ illi doloribus hę con
C ficiebantur. Quoniam enim in aliorum testimonijs criminum proditio periclitabatur, sicubi quempiam flagellari, ut reos dicerent, sentiebãt, & ululare: in cœlum respicientes deum orabant, ut illi fortitudinem & tolerantiam daret, ne necessariorum suorum salus proderetur aliorũ infirmitatibus acutum uerberum dolorem ferre non ualentium: & tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat. Sicut enim illi, si quando undæ impetum uideant eminus insurgentẽ, & paulatim crescentem, & scapham submergere minantem, etiam priusquam nauigio propior fiat, præ timore mortui sunt: Sic & illæ siquãdo uoces & ululatus audiebant emitti, ueritæ ne tormẽta fugientes, qui testimoniũ dicere cogebantur, contra necessario rum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes uidebant. Et erat cernere intus tormenta, extrà tormenta: illos nempe carnifices, has uerò naturæ torquebat imperium, & uiscerum compassio, & intus luctus, & extrà luctus: intus reorum, extrà necessariorum. Immo uerò non ipsi tantũ, sed & ipsi iudicãtes corde lugebant, & omnibus grauiora patiebantur, tam acerbæ calamitati ministrare coacti. Ego autem assidẽs & hæc cernens, quòd mulieres & uirgines tha
D lamis assuetæ, nunc cõe cunctis spectaculum factæ sunt, & molli iacentes strato, terram pro strato nunc habent, & tantum nactæ obsequium ancillularũ, eu nuchorũ, & reliquæ totius uanitatis, nunc oibus illis priuatæ ad omnium pedes prosternuntur, singulos orantes aliquid iudicandis in auxilium conferre, & cõem aliquem misericordiæ quæstum ab omnibus fieri, illud dixi Solomonis: Vanitas uanitatum & om *Eccle.1.a* nia uanitas. Videbam enim & hoc ipsum, & aliud uer *& 12.c* bum per ipsa proueniẽs opera, quod dicit: quòd omnis gloria hominis, tanq̃ flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos. Etenim diuitiæ tunc, & generosi *Esa.40.b* tas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia uitæ adiumenta redarguebantur, peccato & iniquitate cõmissa oẽm hanc opem subuertente: & sicut auicularum mater pullis sublatis ueniens, & nidum inanem comperiens, suos quidẽ pullos captos eripere nõ potest, uenatoris aũt manus circunuolans, per hoc ipsi dolorem suum demonstrat: sic & illæ mulieres tunc faciebant, raptis sibi domo filijs, & interius tanq̃ i rete quoddam uel laqueum arreptis, accedere quidẽ, & eripere captos nõ poterant: sed circa fores ipsas se uo E lutando, & lugendo, & gemendo, & spiculatoribus propinquare tentando dolorem demonstrabãt. Hęc equidem tunc aspiciens, in illius tremendi iudicij cogitationem ueni, & intra me dicebam: Si ab hominib, iudicantibus non mater, non soror, non pater, non alius quispiam, licèt à perpetratis immunis, iudicatos eripere potest, quis in tremẽdo Christi iudicio nobis adstabit iudicandis? quis in uocem erumpere audebit? quis abductos ad intolerabiles pœnas eripere ualebit? At qui ciuitatis primarij, qui tunc iudicabantur, erant, & ipsum nobilitatis caput. Attamen læti fuissent, si quis eis dedisset, ut amittẽtes omnia, & si oporteret, ipsam libertatem, præsenti uita potirentur. Die uerò iam ad finem acto, profundissimoq; facto uespere, cũ iudicij finis expectaretur, in maiori erant omnes anxietate, & à deo petebant dilationẽ aliquã, & prorogationem fieri, & iudicantium animo immittere, ut ad imperatoris sniam referrent exquisitorũ cognitionem, fore etiam fortassis aliquod bonũ ex hac dilatione. Et communes à populo supplicationes ad benignas dei aures emittebãtur, ut saluaret reliquias F ciuitatis, nec ipsam à fundamentis penitus euulsam negligeret. Nec uidere licebat quẽquam non hæc cũ lachrymis clamantem. Veruntamen nihil propterea iudices interius causas audientes tũc instexit: sed unũ solum respiciebant, ut diligens cõmissorum quæstio fieret, & postremò catenis ipsos iniectis in carcerem per medium forum agebant, homines equos domi habentes, brauia proponere solitos, aliaq; innumera ualentes clariora numerare officia, & subst antias populabantur, & in omnium foribus proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum mulieres paterna domo iectæ, singulæ illud uxoris Iob per opera implebant: domum enim ex domo, & locum ex loco circumibant, diuersorij indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire, unoquoque timẽte, & tremiscente quempiam r eorum necessarium suscipere, & curæ habere. Veruntamen tot illata passi, omnibus his contenti erant, quoniam uita non exciderãt præsenti. Et neque pecuniarum mulcta, neq; ignominia, neque tanta traditio, neque quodcunq; aliud huiusmodi ipsos mordebat. Calamitatis enim magnitudo, & maiora his patiẽdi expectatio, eorum animos

G philosophari tantũ effecit. Et tunc discebant, q̃ facilis sit nobis uirtus, habilis, & expedibilis, & quòd per nostrum dũtaxat neglectum laboriosa res esse uidetur. Hi enim, qui paulo antè modicarum mulctam pecuniarũ non æquè tulerunt, mox maiore pressi formidine, cũ oĩa sua amisissent, ac si thesaurũ inuenissent, sic se habebant, quoniam animam non perdiderãt. Itaq; si & futuræ sensus gehennæ nos teneret, & intolerabiles illas cogitaremus pœnas, etiam si rem, & animã, & corpus pro dei legibus tradidissemus, non doleremus, scientes quòd maiora lucrabimur, futurorũ malorum absolutionem. Fortè cor uestrum non parum dictorum deploratio molliuit: sed ne feratis ægrè: etenim quoniã subtiliores sum aggressurus sententias, & mollioris indigeo mẽtis, hoc feci de industria, ut narrationis timore mens uestra omni torpore excussa, ab omnibus exurgens uitæ curis, multa cum facilitate ad animæ profundum dicendorum uirtutem immittat: satis quippe & prius uobis sermo demonstrauit, quòd naturalis nobis est insita lex bonorũ & cõtrariorum. Vt aũt manifestior nobis fiat demonstratio, eadem & hodie sermonum materia iterũ contendemus: quòd ab initio deus hominem fingẽs, utraq; H dignoscentem fecit ipsum, demonstrant omnes homines: subiectos quippe nobis ueremur peccãtes omnes. Et sæpe dominus ad meritoriam uadens mulierem, postea seruorũ quempiam dilectorum intuitus erubuit, & ab hac improba uia recessit. Rursum ab alijs taxati, nequitiæ nominibus, contumeliam id esse dicimus: & si ægrè feramus, in iudicium eos qui id secerũt, trahimus. Ita scimus, quid nempe uitium, quid uerò uirtus. Hoc quippe ipsum & Christus declarans, & demonstrans quòd nihil externum, aut nostram transcendens naturam sancit: sed quòd olim præueniens conscientiæ indiderat nostræ, post multas illas
Mat.7.b beatitudines ita dicebat: Quæ uultis, ut faciant uobis homines, hæc & uos facite ipsis. Nõ opus est multis sermonibus, inquit, neq; prolixis legibus, nec uaria doctrina: uolũtas tua sit lex. Vis beneficia capere? cõfer beneficium alteri. Vis misericordiam conseq̃ri? miserere proximi. Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis patribus primis potiri? cede illis prius alteri.
I Tu sis iudex, tu sis uitæ tuæ legislator. Et rursum qd
Tob.4.c odisti, alij ne facias. Per hoc quidem à malo fugam inducit, per illud autem uirtutis operationem. Odisti contumeliam pati? ne alium afficias contumelia. Odisti inuidiam pati? neq; tu alteri inuideas. Odio habes falli? neq; tu fallas alium. Et in omnibus uerò generaliter si hæc duo uerba retineamus, alterius disciplinæ non indigebimus. Virtutis enim cognitionem indidit animæ nostræ, actionem uerò & bonã operationem uoluntati nostræ cõcessit. Fortassis obscurũ est quod dicitur, igitur ipsum manifestius reddere conabor. Rursum, ut sciamus, quòd bonũ est modestè agere, non opus habebimus uerbis, neq; doctrina: nã in natura cognitionem ipsorum habemus, nec opus est cum laboribus, aut fatigationibus circũire, & quærere, si bonum est modestia, & utile: sed cõmuni sententia omnes hoc cõfitentur, & nemo dubitat de uirtute. Sic & adulterium malum esse putamus, & neq; hic laboribus, & disciplina nobis est opus, ut peccati huius malitia noscatur, sed omnes in huiusmodi sententijs sumus per nosipsos docti. Et uirtutem licèt ipsam non obeamus, cõmendamus, sicut uicissim uitium, licèt operemur, odimus. Et hoc fuit maximum dei beneficium, ut cõscientiam quidẽ nostram, & uo K lũtatem interim, & ante actionem uirtuti applicaret, impugnari aũt sineret improbitate. Sicut igitur dixi, horum quidem amborum cognitio omnium hominum cõscientiæ insita est, nec ullius indigemus præceptoris ad hæc discenda. Recta uerò operatio iam laboribus, uolũtati, & studio data est. Quare uerò tãdem? Quoniam si totum naturæ tribuisset, sine coronis & præmijs fuissemus. Et sicut bruta uirtutũ quas habent, mercedem aut laudem capere nõ debent: sic & nos, si horum aliquid à natura habuissemus. Naturæ enim munera, non habentiũ, sed dateris sunt laus & cõmendatio. Igitur non totũ naturæ permisit: propterea rursum uoluntatẽ totum pondus suscipere nõ concesit, & cognitionis, & emendationis, ne à uirtutis laboribus abhorreret: sed dictat quidem ipsi conscientia quæ sunt agenda, ad operationem uerò ipsa de suo labore affert. Et quòd bonum quidẽ est, moderatè uiuere, sine labore nouimus: naturalis enim est cognitio. Modestiam uerò nõ possumus exercere, nisi laborantes & cupiditatẽ refrænantes, & multum
L subeuntes laborem. Nõ enim hoc quoq; nobis adest à natura, sicut cognitio, sed opus habet sedulitate, & studio. Nec solũ ita nobis põdus releuauit, sed & alio modo rursum & ipsorum meritorũ quæda naturalia nobis inesse sinens: etenim unà cũ his, qui contumeliam patiuntur, indignari, naturale oẽs habemus: statim quippe infestantibus efficimur inimici, licèt ipsi nihil simus passi: & gratulari defensioe & auxilio potientibus, & in alienis calamitatibus affligi, & charitate multa delectari. Etsi enim rerum circunstantię pusillanimitatem quandã inducere uidentur, habemus tamen cõem inter nos amorẽ. Et hoc quidam sapiẽs
Eccl.37.i innuens dicebat: Omne animal amat suum simile, & homo proximum suum. Multos aũt & alios præter conscientiam præceptores nobis deus pręposuit: etenim patres filijs, & dominos seruis, & uiros uxoribꝰ, & doctores discipulis, & legislatores & iudices subditis, & amicos amicis. Sæpe uerò & ab inimicis nõ minus lucramur, quàm ab amicis: cùm enim nobis peccata exprobrauerint, etiam inuitos in ipsorum correctionẽ excitant. Tot aũt doctores nobis proposuit, ut facilis nobis utilitatis inuentio & reparatio fieret,
M multitudine ad id compellentium non permittente nos à conferentibus nobis excidere. Etenim si parentes cõtemnamus, magistratus timentes, erimus omnino mitiores. Et si illos í peccatis despici imus, nunq̃ conscientiæ increpationem effugere possumus. Et si hanc aspernemur, & repellamus, multorũ suspicionẽ timentes, meliores erimus: si ad hanc non erubescimus, insitus legum timor uel inuitos nos castigat: & eos qui quidem iuuenes sunt, magistri & patres, auctos uero legislatores & principes curæ suæ assumentes componunt. Seruiq; segnius se habentes præter dicta, & à dominis necessitatem modestiæ seruãdæ habẽt, & mulieres à uiris, & multi undiq; generi nostro muti sunt, ne facilè in uitium dilabamur, & cadamus. Ad hęc autem omnia & ægritudines, & negotiorum præssuræ nos docent: etenim & paupertas cohibet, & mulcta castigat, & periculum corripit, & multa alia huiusmodi. Non terret te magister? non pater? non princeps? non legislator? non iudex? non te confundit amicus? non te mordet inimicus? non castigat dominus? non docet maritus? non corrigit cõscientia? sed ægritudo sæpe superueniens corporalis

A omnia correxit: at & mulcta audaciorem fecit humaniorem, & quod profectò maius est, nõ tantũ nobis, sed & alijs accidentia mala magnopere nos adiuuare cõsueuerunt: & quidã, ipsi quidẽ graue nil passi alios uerò puniri conspicati, non minus illis castigati sunt. Hoc & in benefactis quis uidere posset euentẽs. Sicut enim dum puniuntur mali, alij meliores efficiuntur, sic bonis bene se gerentibus multi ad similem zelum inducuntur. Quod & in iuramentorũ fuga contigit: multi enim alios intuiti malã depositionẽ iurandi consuetudinem, studiũ imitati sunt, peccatumq; uicerũt: propterea & nos promptius eandẽ tangimus admonitionẽ. Nemo enim mihi dicat, quòd multi correcti
Mat.18.b sunt: hoc non est quod quæritur, sed ut oẽs. Quousq; hoc non uidero, respirare non possum. Pastor ille centum oues habebat, & una amissa, nõ sensit de nonagintanouem salute delectationẽ, donec perditã inuenit, & gregi restituit. Nam cernis & in corpore hoc fieri: si enim uel unguem solũ offendentes subuerterimus, totum corpus membro cõdolet. Ne hoc igitur dicas, quòd pauci quidã relicti sunt, qui non sunt cor
B recti: sed illud considera, quòd isti pauci non correcti multos corrumpunt, alios. Etenim & unus erat
1.Cor.5.a apud Corinthios fornicatus, & tamen tantùm gemebat Paulus, tanq̃ tota perdita ciuitate: & multũ congruè, sciebat enim quòd illo non correcto, uitiũ procedens & alios oẽs inuaderet. Vidi antea in iudicio uinctos, & per medium forũ abductos illos illustres uiros, & quibusdam cõtumeliæ excessum admirantibus, nihil admirati oportet, alij dicebãt: Vbi enim deuotio, dignitas nihil prodest. Nõne igitur multò magis, ubi sit impietas, nihil dignitas adiuuat? Hæc igitur cogitãtes, nosipsos excitemus: nisi enim studiũ adhibueritis uos, à nobis omnia aguntur superflua. Quid ita tandem? quoniam nõ sicut reliquæ artes, ita est & docendi uis. Argentarius enim qualecunq; uas excuderit, & reposuerit, tale & postridie reuersus iterũ inueniet: & ærarius & marmorarius, & artificũ quisque quale propriũ opus dimiserit, tale rursum recipiet. Circa nos uerò non ita, sed contrarium omnino: nõ enim inanimata uasa, sed animas cudimus rationales. Propterea non tales uos inuenimus, quales relinC quimus, sed postq̃ susceptos labore multo reformauerimus & correxerimus, & effecerimus feruẽtiores, egressos negotiorum circunstantia uos undiq; circũ currens rursum peruertit, & maiorem nobis præbet difficultatem. Idcirco supplico & oro, manum porrigatis, & quantùm ego hic ad correctionem uestram studium facio, tantũ uos hinc digressi, circa salutem uestram curæ demonstretis. Vtinam quippe posset fieri, ut ego pro uobis bene mererer, & meritorũ bra
Eccl.29.c & Rom. 2.a uia uos caperetis, nec tantùm uos uexassem. Sed qd patiar? Hoc irreparabile est, cuiq; enim secundũ opera sua retribuet. Sicut igitur mater filium febricitantẽ cernens, dolenti & ardenti assistens, lugens ægrotanti dicit filio: utinam fili febrem ego suscipere possem, & in me flammam attrahere: Sic profectò & ego dico nunc: utinam possibile esset me pro uobis laborãtem omnibus rectè agere. Sed non licet hoc non licet, sed quenq; necesse est à se commissorum pœnas pendere. Nec uidere quis potest alium pro alio puniri. Propterea doleo & lugeo, quòd uobis die illo accusatis assistere non potero, maximè cùm neq; mihi fiducia apud deum sit tanta: si uerò & fiduciam haberem, non sum Mose sanctior, neque Samuele iustior, quos ad uirtutis tantum peruenientes, non permisit D posse quid Iudæos adiuuare, quòd nimio torpori se- Hie.15.a ipsos illi dedissent. Quoniam igitur ex proprijs operibus punimur & saluamur: studeamus, quæso, cũ alijs omnibus & hoc explere mandatum, ut cũ bona spe hinc abeuntes promissa bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, unà cum sancto spiritu nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

POPVLO OMNI AB ANGVSTIA LIberato, & constituto in fiducia, quidam rursum ciuitatem rumoribus tremendis turbauerunt, & de iuramentorum abstinentia admonitio. I deoq; & de Ionatha & Saule & Iepthe historia producta est, & demonstratũ, quòd ex uno iuramento fiunt multa periuria.

Homilia. xiiij.

On parum ciuitatẽ nobis herì diabolus per-
n turbauit, sed & deus nos iterum non parum consolatus est, ita ut & quisq; nostrum opportunè dicere possit illud propheticũ: Secundũ mul E titudinem dolorum meorum in corde meo consola Psa.93.d tiones tuæ lætificauerunt animam meam. Nec tantũ consolando, sed & perturbari permittendo prouidẽtiam nobis suam deus exhibuit. Quod enim nunq̃ dicere desiti, hoc & hodie dicam, quòd non tantũ malorum absolutio, sed & horũ permissio sit ex dei bene uolentia. Cũ enim nos ad torporem declinantes uiderit, & ab ipsius familiaritate resilientes, & spiritualium nullam rationem facientes, paulùm nos derelinquit: ut ita castigati, ad ipsum studiosius redeamus. Et quid admiraris, si circa nos torpentes hoc facit, quippe cũ & Paulus & in se, & in discipulis suis hanc tentationum causam esse dixerit? Etenim ad Corinthios secundam mittens epistolam, sic dicebat: Nolo uos ignorare, fratres de tribulatione facta nobis in Asia, quòd supra modum grauati sumus supra uirtu- 2.Cor.1.b tem, ita ut tæderet nos etiam uiuere, sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus. Tam magna nobis, inquit, iucubuere pericula, ut uiuere abominaremur, nec amplius speraremus ullam fore bonam mutationem, nisi mortem omnino aspectare. Hoc enim F illud est, Ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus: sed tamen post tantam desperationem resoluit deus procellam, & nubem transportauit, nosq; ex ipsis mortis faucibus eripuit. Mox demonstrans quòd cõcedere, ut in tantũ deferremur periculi multæ erat prouidentiæ opus, ex tẽtationibus etiam lucrũ commemorat. Hoc aũt erat, continuè ad ipsum respicere: & nil magnum sapere, & non extolli. Propterea cùm dixisset, quòd ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, & causam intulit. Quæ uerò hæc est causa? Vt non simus fidẽtes in nobis, inquit, sed in deo, qui suscitat mortuos. Dormitantes enim nos, & decidentes expergefacere solet, & excitare, & religiosiores facere tentationum natura. Cùm igitur uideris dilecte tentationem nunc quidem extinctam, rursum autem accensam, ne concidas, neu refugias: sed bonam spem teneamus, illud intra nos ratiocinantes, quòd non perosus, nec auersatus deus nos inimicorũ manibus tradit, sed studiosiores, & sibi magis familiares facere uolens. Ne igitur retrocedamus nec mutationem in melius desperemus, sed celerrimam speremus fore tranquillitatem, & omnium nos con-

G tinentium tumultuum finem in deum proiicientes, rursum consueta attingamus, solitam in medium doctrinam aganus: rursus.n. uobis de eadem materia dicere uolo, ut de mente uestra improba iurandi consuetudo radicitus euellatur. Idcirco necesse rursum ad eandem confugere supplicationem. Etenim antea uos rogaui, ut Ioānis caput abscissum ad hoc calido cruore destillans sumentes, sic domum quisq; suā redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum uocē emittentem, & dicētem: Odio habete iugulatorē meum iuramentum. Quod increpatio non fecit, hoc fecit iuramentum: quod ira non potuit tyrānica, hoc periurij necessitas effecit. Et quādo nempe omnibus publicē audientibus arguebatur, increpationē generosē tulit tyrannus: cum uero se in iuramentorum necessitatem adegit, tunc illud beatum caput abscidit. Hoc ipsum igitur & nūc peto, & petere nō desistam, ut quocunq; abierimus, hoc gestātes caput abeamus, & omnibus clamans ostendamus, & iuramenta uitupans. Quanuis nanque ualde simus ignaui & negligentes, capitis illius oculos intuiti, terribiliter nos respicen-
H tis, & minantis iurantibus, frēno omni uehementius per timorem huiusmodi repressi, cohibere & auertere facilē poterimus linguam à iurandi præcipitio. Nec enim hoc solum habet mali iuramētum, quòd & temeratum, & seruatum iuratos pœnæ facit obnoxios, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiam uidet: sed & aliud nō minus isto malum. Quod autem hoc est? quòd neq; uolentibus, neque studentibus sępius possibile est bene iurare. Primo quippe cōtinuē iurans, & uoluntarius, & inuitus, & ignarus, & sciens, & serio & ioco loquens, & ab ira sæpe elatus, & à multis alijs, omnino peierabit. Et ad hæc contradicet nemo. Ita est concessum & manifestum, quòd multum iurantem & periurum esse necessarium est. Secundo quòd & si non raptus, ut inuitus, aut ignorās hoc patiatur: ab ipsa rei natura, & uolūtarius, & sciens omnino peierare cogetur. Sæpius igitur nobis prandentibus, & seruorum aliquo peccante, se illum flagellaturam uxori iurauit, mox uir contrarium iurauit, & resistit contendens, nec permittēs. Hic quicquid fecerint, necesse est omnino periurium constitui, nec enim uo
I lentibus ipsis, & studentibus iam est possibile custodire iuramentum. Sed quicquid fiat, ipsorū alter periurij reus fiet, magis autem ambo penitus, hoc scilicet modo, quem dicā: hoc enim est admirabile. Iuratus flagellare seruū uel ancillulam, postea prohibitus, ipse; peierauit, quoniam nō fecit quod iurauit, & prohibenti rursum, & iuramenti ueritatē impedienti periurij crimen allegauit. Non enim peierantes tantum, sed alijs quoque necessitatem hāc afferentes, & iurantes eorundem rei sunt criminum: nec domi tantum, sed & in publico hoc quispiam fieri uideret, & in pugnis maximē, quādo inter se pugnantes contraria iurant: hic quidem uerberare, ille uero non uerberari: hic quidem pallium auferre, ille uero nō permittere: hic quidem argētum recipere, ille uero non reddere: & multa uero alia contendentes iurant huiusmodi. Hoc uero & in officinis, & ludis quispiam euenire uidet. Sæpius quippe artifex discipulum comedere & bibere non prius se permissurum esse iurauit, quàm totum opus iniunctum expediret. Hoc autem & pædagogus sæpe in iuuenem, & in ancillam domina fecit. Et necesse est superueniente uespere, & opere non impleto, uel fame non expedientes absumi, uel iuratos omnino peierare. Malignus.n. dæmon ille bonis sem K
per nostris insidians, assistit: quia iuramentorum necessitatem audiēs, in torporē obnoxios impellit, uel aliam molitur difficultatem, ut nō impleto opere, & plagæ, & cōtumeliæ, & periuria, & infinita alia mala fiant. Sicut enim puer funiculum longum & corruptum ex contrario inter se trahentes, cum multo impetu supini omnes cadunt, funiculo p medium disrupto, & hi quidem capite, hi uerò alia corporis parte seruntur: sic & inter se cōtraria iurantes, iuramēto prorum necessitate disrupto, in periurij barathrū utriq; cadunt, hi quidem peierādo, hi uerò periurij causam alijs præbendo. Et ut hoc non tantū ex his quæ quotidie in domibus & plateis fiunt, sed etiā ex ipsis scripturis fiat manifestum, antiquam uobis quandā narrabo historiam dictis conuenientem. Hostes aliquā- 1.Re.14
do Iudæorum aggresso Ionatha (hic autē erat Saulis b.d
filius) hos quidem trucidante, illos uerò in fugam cōuertente: uolens Saul huius pater amplius contra reliquos exercitum excitare, & facere ne prius absisteret, quàm omnes opprimeret, contrarium quàm uoluit, fecit, iuratus neminem usque ad uesperam panē L
comedere, usque ad hostium ultionem suorū. Quid nempe hac re stultius fieri posset? Fatigatos enim, & labore multo pressos milites cùm rosocillare debuisset, & recentiores hostibus immittere, hostibus grauius ipsos habuit, per iuramenti necessitatē sami grauissimæ ipsos tradens: periculosum quippe de seipso quempiam iurare, sæpius enim à rerum circunstantia cogimur: aliorum autem sententiam iuramentorum suorum necessitate comprehendere, multò periculosius, & maximè cùm non de uno, aut duobus uel tribus, sed de multitudine quis infinita iuret: sicut tunc Saul inconsideratè, neq; quod uerisimile erat, ex tanto numero unum saltem iuramentum transgredi cogitauit, neq; quòd milites, & milites pugnātes, & multùm à disciplina alieni uentrem uincere nesciunt, & maximè cùm labor sit plurimus. Sed hæc omnia ille despiciens, tanquam de solo tantùm seruo iurans, quem facilē cohibere possit: sic de omni ratiocinatus est exercitu. Et ideo tantū diabolo aditum aperuit, ut non tantùm duo, & tria, & quatuor, sed & multò plura hoc ex iuramento periuria texeret. Sicut enim M
cū nihil omnino iuramus, omnes ipsi aditus obstruimus: ita si unum duntaxat iuramentum emiserimus, ipsi magnam infinita componendi periuria potestatem præbemus. Et sicut catenas complicantes, si caput quidem retinentem habeant, facilē & diligenter totam expediunt nodorum seriem: si uerò faciēs hoc auertit nemo, nec exordium aggredi possunt: Eodē certè modo diabolus quoq; peccatorum nostrorū catenas nectens, nisi à lingua nostra principium caperet, nec aggredi quidem posset: si uerò nos principium duntaxat fecerimus, uelut manu, lingua, iramentum nobis retinentibus, cum multa iam licentia malignā artem suam exercet, ex uno iuramento innumera componens, & texens periuria: quod profectò & nunc in Saule hic effecit. Aspice nempe qualis hoc iuramento laqueus exoritur. Syluam præteribat exercitus fauum habentem, & fauum ante faciē populi, & ingressus est populus ad fauum, & transibat loquens. Vidisti quanta uorago? Mensa extemporanea, ut & aggressionis facilitas, & nutrimenti suauitas, & latendi spes in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Nam fames, & labor, &

tempus

A tempus (omnis enim, inquit, terra prandebat) tūc ad
1.re.14.e præuaricationem impellebant. Fauorum uero aspectus quoq; intentionem soluens extrinsecus ipsos inuitabat. Mensæ.n. tum iucunditas, tum facilis apparatus, & deprehendendi furti difficultas omnem sapientiam fallere poterant. Si nempe carnes fuissent, quas elixare uel torrere oportebat, non tantū ipsorum animos allexisset, cū in ipsis coquendis, & ad escā præparandis cessare, & tardare, & capi expectare oporteret: nunc uero nil erat tale, sed mel solum, ubi occupationis nullius talis opus erat. Sufficiebat autem summum digitum intingētem nutrimenti partem capere, & latere. Verūtamen illi cupiditatē continuerunt, nec intra se dixerunt, ¦Quid aūt nobis curæ est? Nunquid enim quisquām nostrum hoc iurauit? ille inconsideratorum pœnas dabit iuramētorum. Quare nan que iurabat. Sed nihil huiusmodi cogitarūt, sed cum multa transibant reuerentia: & cum tot essent ipsos allicientia, disciplinam seruabāt, & transibat populus loquens. Quid est, transibat loquēs? dolorem uerbis consolantes inter seseloquebantur. Quid igitur post-
B quam omnis populus disciplinam seruauit? Num nihil amplius actum est, & seruatū iuramētum? Nec ita quidem seruatum est, sed temeratū. Qualiter autem, & quomodo, statim audietis: ut & omnē diaboli artem addiscatis. Ionathas enim, qui non audierat patrem suum iurantem, extendit summitatem sceptri, quod habebat in manu sua, & intinxit in fauum melis, & conuertit manum suam in os suum, & respexerūt oculi eius. Vide quem ad periurium impulit, non unum militum, sed ipsum iurati filium: nec enim periurium patrare tātum uolebat, uerum & filij cædem componebat. Et hoc à lōgē moliebatur, & naturam
Iudi.xi.f ipsam in seipsam diuidere festinabat: & quod olim in Hiephthe fecerat, hoc & postea facere sperabat. Etenim ille deo pollicitus se primum sibi occurrurū post
Ibidem.g belli uictoriam iugulaturum, in filiæ necem cecidit. Filiolam enim primam sibi occurrentem immolauit, & deus non prohibuit. Et noui quidem, quòd infidelium multi crudelitatem, & inhumanitatē nobis improperant propter hoc sacrificium. Ego uero multæ
C prouidentiæ & clementiæ demonstratione permissionem in hoc sacrificio factam esse dicerem: & quòd generis nostri curam gerens, non statim cædem prohibuit, sed post hæc. Si enim post uotum & promissionem illam sacrificium prohibuisset, multi etiā post Hiephthe deum sperantes suscepturum, multa uouissent huiusmodi uota, & procedentes in filiorum cædem cecidissent: nunc uero illud opere permittens impleri, posteros omnes prohibuit. Et quòd hoc sit uerum, post quam Hiephthe filiola fuit iugulata, ut sempiternæ memoriæ calamitas esset, neu malum obliuioni traderetur, apud Iudæos lex est lata, ut uirgines illo tempore conuenientes, quadraginta diebus commissam cædē deplorarent, ut luctu cædis memoriam renouantes, posteros omnes prudētiores faciant, & discant quòd de mente dei non erat ut hoc fieret: neque enim lugere, & plorare uirgines permisisset. Et quòd non coiectura sit quod dicitur, finis demōstra
Gen.22.b uit. Post illud enim sacrificiū, nemo tale deo uotum uouit, propterea hoc nō prohibuit. Quod autem ipse mandauit in Isaac, uetuit: per ambo demonstrans, quòd nō gaudet huiusmodi sacrificijs. Sed malignus dæmon & nunc talem tragœdiam patrare cōtendebat, ideoq; Ionathan ad præuaricationem impulit. Si

Tomus quintus.

quis enim militum præuaricatus legē fuisset, nullum D
magnum fieri malum ipsi uidebatur: nunc autē malisinsaturatus humanis, nec unquā nostris expletus miserijs, nihil gloriosum se facere putabat, si cædem moliretur simplicē: Sed nisi filij morte regis dextram pollueret, feciſſe nihil se magnum arbitrabatur. Et qd dico filij cædem? Excogitauit enim sceleratus ille & hac rursum prophaniorem moliri cædem. Si enim sciens peccasset, & iugulatus fuisset, filij cædes tantum id erat: nunc autem ex ignorantia præuaricatus (nec enim audiuit iuramēta) deinde interfectus duplicem patri dolorem effeciſſet: filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat. Sed iam ad hiſtoriæ succedentia eundum est. Postquam enim come- 1.Re.14.d
dit, respexerunt oculi ipsius, inquit. Multum & hinc regis accusat stultitiam, demōstrans quòd milites cunctos ferè fames obcæcauerat, & multam ipsorū oculis infunderat caliginem. Postea conspicatus quidam militum, ait: Iuratus adiurauit pater tuus populū, qui comederit panem hodie: & dissolutus est populus. Et E
dixit Ionathas: Dissoluit pater meus terram. Quid est, dissoluit? perdidit, corrupit omnes. Temerato igitur iureiurando omnes tacebant, & reum nemo in mediū agere audebat. Non modicū autem & hoc aliud crimen factū est. Non enim soli peierantes, sed & conscij, & obtegentes criminibus communicant. Veruntamen reliqua uideamus, & inquit Saul: Descēdamus post alienigenas, & diripiamus eos. & dixit sacerdos, Accedamus huc ad deū. Antiquitus enim deus dux erat bellorum, & absque illius sententia nunquam attingere pugnam ausi fuissent, & bellum ipsis pietatis materia fiebat. Nec enim ex corporis infirmitate, sed à peccato uincebantur, si quando & uicti fuissent: nec potentia & fortitudine, sed superna beneuolentia uincebant, quandocunque uincebant. Et uictoria & clades exercitatio ipsis, & uirtutis institutio erat: nec ipsis tantum, sed etiam ipsos oppugnātibus. Etenim hoc ipsis manifestum erat, quòd non armorum natura, sed bellantium uita & meritis in Iudæos bellum decernebatur. Hoc itaque sciētes Madianei, & cognoscentes, quòd gens illa inexpugnabilis est, & machæris quidem, & armis expugnari non potest, peccato uero tātum ipsam capere facile, uirgines speciosas or- F
nantes, & ante castra statuentes, in lasciuiam milites euocabant, per fornicationem dei auxiliū auferre studentes: quod quidem & euenit. Postquā enim in peccatum ceciderunt, omnibus facti sunt expugnabiles: & quos arma, & equi, & milites, & tot machinamenta capere non potuerunt, hos peccati natura uinctos hostibus tradidit: & clypei quidem, & hastæ, & sagittæ omnes redarguebantur: uultus autem forma, & animi lasciuia hos expugnauit, alioqui generosos. Propterea admonet quidam dicens: Ne discas pulchritu- Prou.5.a
dinem alienā, & ne occurras mulieri fornicanti: mel enim destillat à labijs mulieris fornicantis, quod ad tempus impinguat guttur tuū, postmodum amarius felle ipsum inuenies, & acutū plus gladio ancipiti. Meretrix.n. amare nescit, sed insidiatur tātum: uenenum habet ipsius osculum, & toxicū os pernicioſum. Si uero non statim apparet, propterea magis ipsam fugere oportet: quoniam obtegit perniciem, & mortē habet celatam, nec à primordijs manifestam apparere permittit. Itaq; siquis uoluptatē sectatur, & uitā lętitię plenā, fornicantiū consortia mulierum fugiat: bellis enim inumeris & tumultibus amatorū aios implent,

S

G continuas ipſis pugnas, contentionesq; concitantes
per uerba, per opera omnia. Et ſicut hoſtium inimiciſ-
ſimi, ſic profecto & hæ omnia faciunt, & negociãtur,
ad hoc ut ſectantes & ignominiæ, & pauptatis, & ex-
tremis malis incidãt. Et quemadmodum uenatores
retibus extenſis, ſyluestria animalia immittere aggre-
diuntur, ut ipſa iugulent: ita & hæ poſtquam laſciuiæ
alas undiq; extenderint per oculos, & habitus, & uer-
ba, poſtea ſuos iniiciunt amatores, & colligant, non
prius abſtinentes, q̃ & ipſorum cruorem ebiberint, in
ſultantes poſtmodum, & ipſorum ſtultitiam carpen-
tes, & multum de ipſis riſum fundẽtes: neq; enim iam
miſericordiã inuenire dignus eſt huiuſmodi, ſed deri-
deri, & morderi, cũ muliere, & muliere meretrice ſto-
lidior appareat. Propterea rurſus nos admonet Sa-
Proue.5.c piens ille cũ dicit: Bibe aquas de uaſis tuis, & tuorum
Ibidem.d puteorum fonte: & rurſum: Ceruus amicitię, & pullus
tuarum gratiarum conuerſetur tecum. de uxore per
nuptiarum legem cohabitante hoc dicens. Quid de-
relinquis adiutricẽ, & ad inſidiatricem curris? Quid
uitæ cõmunicatricem auerſaris, & uitam tuam ſub-
H uertentem ſectaris? hæc mẽbrum tuum, & corpus eſt,
illa gladius acutus. Propterea dilecti, fugite fornicatio
nem & propter præſentia mala, & propter pœnã futu
ram. Forte materia excidiſſe uidemur. Sed hoc nõ eſt
excidere. Non enim hiſtorias uobis ſimpliciter legere
uolumus, ſed nequitiarum uos infeſtãtium quenque
corrigere: propterea & cõtinuas uobis incutimus con
fuſiones, undiq; uobis ſermonem cõſtruentes, poſt-
quam & uniuerſas ægritudines in tanto populo eſſe
ueriſimile eſt. Nec unum ſolum curare mẽbrum no-
bis propoſitũ eſt, ſed multa & uaria: idcirco uarium
etiam eſſe doctrinæ medicamentum oportet. Redea
mus igitur unde exiuimus, ut hæc diceremus. Et dixit
ſacerdos, Accedamus ad deum. Et deum Saul inter-
rogauit: An deſcendam poſt alienigenas, & trades ip-
ſos in manus meas? Et non reſpondit ei in die illa do-
minus. Reſpice benignitatem & manſuetudinem cle-
mentiſsimi dei. Non enim fulmẽ immiſit, neque ter-
ram concuſsit: ſed quod in amicos amici faciũt, quan
do cõtumelijs affecti fuerint, hoc & in ſeruum domi-
nus fecit. Tacuit, tantũ per ſilentium loquens, & om-
nem ipſi demõſtrans indignationem. Cognouit hoc
I Saul, & dixit. Adducite omnes tribus populi, & co-
gnoſcite, & uidete in quo factum eſt hodie peccatum
hoc, quoniam uiuit dominus, qui ſaluum fecit Iſrael,
quòd ſi reſponderit contra Ionatham filium meum,
morte morietur. Vidiſti temeritatem? Intuitus teme-
ratum prius iuramentum, neq; ſic caſtigatur, ſed & ſe
cundum adiicit rurſum. Et conſidera diaboli maligni
tatem. Quoniã enim cognoſcebat, quòd ſæpius puer
conſpectus, & in medium productus, ex ipſo aſpectu
ſtatim patrem mitigare, & regis iram mollire poterat,
ſecundorum rurſus iuramentorum neceſsitate ipſius
ſententiam præoccupauit, duplici quodam uinculo
cohibens ipſum, nec permittẽs propriæ fieri ſentẽtiæ
dominum, ſed undiq; in illam cædem iniquam impel
lens. Et nondum apparente quis peccaſſet, iudicium
fecit, & reum neſciens, lata dãnauit ſententia. Et pater
factus eſt filij carnifex, & ante examinationem dam-
nationis protulit ſentẽtiam. Quid hoc irrationabilius
fieri poſſet? Hæc igitur illo dicente magis timuit po-
pulus, & omnes erãt in tremore & timore multo: dia-
bolus autem lætabatur, omnes anxios conſtituens.
Non enim erat qui reſponderet, inquit, ex toto popu-
lo. & dixit Saul: Vos eritis in ſeruitutẽ, & ego & filius K
meus Ionathas in ſeruitutem. Quòd autem dicit, tale
eſt: Nil aliud, inquit, ſtudetis, q̃ hoſtibus uos tradere,
& pro liberis ſeruos facere, deũ contra uos inſtigan-
tes, reũ non tradendo. Reſpice autem & aliam ex iu-
ramento conflatã contrarietatem. Cũ enim opus eſ-
ſet, ſi authorẽ inuenire uolebat, nihil tale minari, nec
iuramento ultionem obligare: ut audaciores facti,
reum prõptius in medium agerent, ille rurſum ex ira
& furore multo, & priori ſtultitia contrarium, quàm
uult iterum facit. Quid opus eſt multa dicere? Sorti
negotium conceſsit, & ſorte deprehenditur Saul, &
Ionathas. Et dixit Saul, Iacite ſortem inter me & Iona
than. & iaciunt ſortẽ, & capitur Ionathas. & dixit Saul
ad Ionathan: Annuncia mihi, quid feciſti? Et annun-
ciauit ipſi Ionathas, dicens: Guſtans guſtaui ſummi-
tate ſceptri quod habebam in manu mea parum mel
lis, & en ego morior. Quem nõ flexiſſent, quem nõ in
miſericordiam egiſſent hæc uerba? Conſidera quan-
tum procellæ deinde Saul ſuſtinuit, cũ ipſius uiſcera
diuiderentur, & utrinque profundiſsimum appareret
præcipitium: ſed tamen nec ita correctus eſt. Sed quid L
ait? Hæc faciat mihi deus, & hæc adiiciat, quoniã mor
te morieris hodie. Ecce tertium rurſus iuramentum,
nec ſimpliciter tertium, ſed etiã cum multa temporis
anguſtia. Non enim ſimpliciter dixit, quòd morieris:
ſed, hodie. Feſtinabat enim diabolus ipſum in hãc im
piam agere cædẽ, & impellere. Propterea nec ſentẽtię
ſtudium adhibere permittit, ne qua ex mora mali fiat 1.reg.14
correctio. Et dixit populus ad Saul: Hæc faciat nobis
deus, & hæc adiiciat, ſi morte morietur, qui fecit ſalu-
tem magnã Iſrael: uiuit dominus, ſi cadet capillus de
capite eius in terram, quia miſericordiã dei fecit in die
hac. Ecce & populus ſecundum iurauit, & regi cõtra-
rium iurauit. Nunc mihi reminiſcimini funiculũ à pue
rulis tractum, & diſruptum, & trahentes ſupinos proii
cientem. Iurauit Saul, nõ ſemel neq; bis, ſed & ſæpius:
contraria iurauit populus, & iam contendebat. Neceſ
ſe iam penitus iuramentũ ſcindi: nam hos omnes ue-
rè iuraſſe eſt impoſsibile. Nec mihi rei euentum dicas,
ſed cogita, quot mala naſcebantur: & quomodo, quę
fuit poſtea, in Ionatham calamitatem & tyrannidem
hinc diabolus ſtruebat. Si enim uoluiſſet rex reſiſtere, M
& ad iuramentum procedere, totus reſtitiſſet popu-
lus, & tyrãnis crudeliſsima facta fuiſſet: & rurſum, ſi
uoluiſſet filius propriæ conſulẽs ſaluti ſeipſum exer-
citui dedere, parricida ſtatim fuiſſet. Vides & tyranni-
dem, & filij cædẽ, & bellum gentile, & pugnam, & iu-
gulationes, & cruores, & infinita cadauera ex uno pa
rata iuramento? Si nanque bellum fieri accidiſſet, &
Saul iugulatus fuiſſet, & forſitan etiã Ionathas, & mul
ti militũ fuiſſent trucidati: & neq; ſic tamen iuramenti
ueritas proceſsiſſet. Itaq; ne cõſideres hoc, quòd non
eſt factũ: ſed illud conſidera, quòd rei natura hæc fie
ri cogebat. Populus autem uicit. Eia igitur numere-
mus cõmiſſa periuria. Temeratum eſt primum Saulis
iuramẽtum à filio: ſecundum rurſus, & tertium ipſius
Saulis de filij cæde. Et uiſus eſt populus uerè iuraſſe.
Sed ſiquis diligenter rem examinet, & hi rurſus om-
nes piurij criminibus obnoxij facti ſunt. Ipſius enim
Ionathæ patrem peierare coegerunt, patri filium non
dedentes. Vides quot homines tum uolentes, tum
inuitos periurio obnoxios unum fecit iuramentum?
quot mala molitũ eſt, quot cędes patrauit? Ego nẽpe
ſermonem incipiens promiſi demonſtrare in contra-

A rijs iurationibus omnino periurium naſci hiſtoria ue
rò progreſſa, multò plus q̃ ſtruebam, demonſtrauit.
Non. n. duo & tria, ſed multò plura iuramenta mani-
feſtauit temerata. Licebat & aliam narrare hiſtoriã, &
ex illa demonſtrare grauiorem hac, & maiorem cala-
mitatem unum feciſſe iuramentum. Etenim ciuitatũ
& mulierum, & puerulorum captiuitate, & incendio,
& barbarorum inuaſione, & ſanctorum pollutione,
& innumeris alijs grauioribus malis Iudæos affecit
unum omnes iuſiurandum. Sed in longum ſermonẽ
protendi uideo, propterea hiſtoriæ huius narrationẽ
hic ſoluens, cum Ioannis capite & Ionathæ cædem,
& perniciem generalem totius populi, licèt non com
miſſam, de iuramentorum tamen neceſsitate proue-
niẽtem inter uos commemorare exhortor, & domi,
& in foro, & apud coniuges, & apud amicos, & apud
uicinos, & apud omnes homines generaliter huius
rei curam gerere: nec putare idoneam eſſe nobis de-
fenſionẽ, ſi conſuetudinem prætendamus. Quod. n.
non ſimulatio hæc, & occaſio, & cõſuetudo, ſed tor-
poris eſt culpa, ab his quæ iam euenere, uobis perſua
B dere conabor. Ciuitatis balnea rex obſtruxit, & laua
ri iuſsit neminem, & legem trãſgredi eſt auſus nemo,
aut factum incuſare, aut conſuetudinem prętendere:
uerum & qui ſæpe ſunt in ægritudine, & uiri & mulie
res, & pueri & ſenes, & multę partus doloribus recen
ter abſolutæ mulieres, & omnes neceſſariò tale reme
dium petentes, uoluntarij & inuiti mandatum hoc
ſufferunt, & neq; morbum corporis, neq; conſuetudi
nis tyrannidem, neq; alijs peccantibus ſe quoq; puni-
ri, nec aliud talium quicq̃ prætendunt: ſed huiuſmodi
contenti ſunt ultione, quia maiora expectabant ma-
la, & quotidie precantur hactenus regium furorem
ſiſtere. Vides, quòd ubi eſt timor, facilè ſoluitur con-
ſuetudo, etiãſi ualde diuturna ſit & neceſſaria? Atqui
non lauari graue. Etſi. n. ſæpius philoſophamur, cor-
poris natura argu tur, nihil ab animi philoſophia in
propriam ualetudinẽ adiuuari. Non iurare uerò ual-
de facile, & nullum affert nocumentum, non corpo-
ribus, non animis, ſed etiam multum emolumenti,
magnam utilitatem, multam opulentiam. Qũo igi-
tur non abſurdum rege iubente, uel difficillima ſuſti
C nere: deo uerò ſtatuente id quod neq; graue ſit, neq;
difficile, uerùm perq̃ facile & cõmodum, contemne-
re & deridere, & conſuetudinem prætendere? Non ex
hortor, ne intantum ſalutem noſtrã contemnamus,
ſed timeamus deum, ſicut hominem timemus. Noui
quòd horruiſtis talibus auditis. Sed horrore dignum
eſt, neq; tantum deo quãtum hominibus honorem
attribuere: ſed imperatoria decreta diligenter obſer-
uantes, diuina, & de cœlis delapſa conculcare, & otio
ſum eſſe putare circa hoc ſtudium. Quæ nam excuſa
tio nobis erit reliqua? quæ uerò uenia, quando poſt
tantam admonitionem in ijſdem permanemus? Et e-
nim creſcente miſeria hac, quæ ciuitatem detinet, hãc
incepi admonitionem. Et illa quidem iam debet re-
ſolui. Nos uerò nondum unum expleuimus manda-
tum: qũo igitur malorum nos detinentium petemus
abſolutionem, cùm nec unum obire mandatum po
tuerimus? Qũo uerò bonam expectabimus mutatio
nem? Qũo autem orabimus? Qua lingua deum inuo
cabimus? Si n. legem expediuerimus, multam capie-
mus uoluptatem, rege ciuitati reconciliatio: ſi uerò in
peccato manſerimus, confuſio & opprobriũ undiq;
nobis erit, quoniam cùm deus periculũ ſoluerit, nos
in eodem manſimus torpore. Vtinam mihi liceret fre D
quenter iurantium aias exuere, & ipſorum oculis ſu-
bijcere uulnera & cicatrices, quas quotidie capiunt à
iuramentis. Nec admonitionis, aut conſilij indigere-
mus: quoniã uulnerum aſpectus omni ſermone po-
tentius, huic improbę conſuetudini ẽt plurimum ad-
hærẽtes à malitia abducere poſſet. Veruntamen, quo
niam ipſorum oculis aiæ dedecus ſubijcere, & ipſam
tabefactam & corruptã oſtendere non licet: Sicut. n.
inquit, ſeruus qui cõtinuè flagellatur, de cicatrice nõ Ecc.23.b
mundabitur: ſic iurans, & deum ſemper nominans, à
pctõ non innocẽs fiet: Impoſsibile. n. impoſsibile os
iurare meditatum non continuè peierare. Propterea
ſupplicio oĩbus, ut pnicioſam hanc & improbã con-
ſuetudinem deponentes ex aia, aliam coronã repor-
tetis. Et ſicut ubiq; de ciuitate noſtra cãtãt, quòd pri-
ma omnium in orbe terrarum Chriſtianorũ nomen Act.11.d
induit: ſic facite ut omnes dicant, quòd ſola omniũ
in mundo Antiochia proprijs iuramẽta finibus expu
lit. Immo uerò ſi hoc fiat, non tantùm ipſa coronabi
tur, uerumetiam alias in eundem zelum rediget. Et ſi
cut Chriſtianorũ nomen, uelut ex quodã fonte hinc E
incipiẽs omnem mundum inundauit: ſic profectò &
meritum hoc radicem & occaſionem hinc capiens,
oẽs terram habitantes diſcipulos ueſtros efficiet, ut
duplex uobis & triplex fiat merces, & de proprijs me
ritis, & de aliorum diſciplina. Hoc diademate quoli-
bet uobis erit ſplẽdidius. Hoc Metropolin uobis ciui
tatẽ faciet, non in terra tantũ, uerũ & in cœlis: hoc &
nobis die illa aſsiſtet, & iuſtitiæ coronã nobis afferet:
quam ut oẽs aſſequamur, detur gratia & benignitate
domini noſtri Ieſu xp̃i, cum quo patri gloria, ſimul
ſancto ſpiritui, in ſecula ſeculorum, Amen.

ITIDEM IN CALAMITATEM CIVITA-
tis Antiochiæ. & quòd utilis ubiq; timor. Et quòd luctus
riſu utilior. Et in illud dictum, Agnoſce quòd in medio la
queorum pertranſis. Et quòd peius iurare quàm occidere.

Homilia. XV.

Portebat hodie, & ſuperiore ſabbato de ieiu F
o nio mouere ſermonem: & intẽpeſtiuum eſſe
dictum hoc cogitet nemo, quod in diebus ie
iunij cõſilio nihil opus ſit & admonitione, ipſa dierũ
præſentia etiã negligentiſsimos ad ieiunij certamen
excitante: quoniam hominum multi ieiuniũ aggreſ-
ſuri, tanq̃ cuidam longæ obſeſsioni tradendus ſit uẽ-
ter, crapulam & ebrietatem præuenientes reponunt:
rurſumq; egreſsi, tanq̃ ex longa quadam eſurie, & gra
ui ieiunij carcere abſoluti, cum multa improbitate ad
menſas currunt, continuè ſtudentes ſibi ortam ex ie-
iunio utilitatem, crapulæ exceſſu rurſum diſſoluere.
Neceſſarium igitur erat etiam tunc, & nunc de conti-
nẽtia mouere ſermones. Veruntamen neq; prius qcq̃
huiuſmodi diximus, neq; nunc dicemus: inſtantis. n.
calamitatis timor pro omni admonitione, & conſi-
lio cunctorum animas moderari ſufficit. Quis. n. tam
miſer & ærumnoſus, ut in tanta tẽpeſtate inebrietur?
Quis tam inſenſatus, ut ciuitate ſic fluctuante, & nau
fragio tali imminente non ſobrius ſit, & uigilet, & hac
anxietate diligentius, q̃ omni conſilio & admonitio-
ne corrigatur? Non. n. tantum efficere poterit ſermo,
quantum timor operatur. Et hoc ipſum ex his quæ
nunc acciderunt, demonſtrare facile eſt. Quot nanq;

G sermones impendimus, torpidorum multos admonẽtes, & consulẽtes, ut theatra, & illinc proueniẽtes lasciuias dimitterẽt, & non abstinebãt, sed semper usq; ad hanc diẽ ad illicita saltantium spectacula concurrebant, & diabolicam concionem aduersus dei ecclesiæ plenitudinem cõstituebant, & huius loci psalmodijs clamores inde cum multa delati uehemẽtia obstrepebant. Sed ecce nunc tacẽtibus nobis, & nihil de hoc dicentibus, sponte orchestrã obstruxerunt, & circumacessibilis factus est. Et antehac nostrorũ quidem multi ad illos currebant: nunc aũt illinc omnes ad ecclesiam confugerunt, & nostrum laudant deũ. Vides quantũ ex timore lucri factum est? Nisi bonũ esset timor, filijs patres pædagogos non præponerẽt, non legislatores ciuitatibus ullos magistratus. Quid gehenna grauius? Sed huius metu nil utilius. Gehẽne nanq; timor regni nobis affert coronam. Vbi timor est, liuor nõ est: ubi timor est, pecuniarum amor nũc uexat: ubi timor est, extinctus furor est, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stante milite semper armato,

H non latro, nõ fur, non alius quis talia mala patrantũ apparere propius audebit: sic & metu alas nostras detinente, illiberaliũ nulla perturbationum facilẽ nobis subrepit, sed omnes fugiunt, & pelluntur, timoris imperio undiq; exactæ. Nec hoc solũ est, quod ex timore lucramur, uerũm & aliud hoc multò maius. Nõ. n. improbas tantùm nostras expellit passiones, cæterũ & omnem cum multa facilitate uirtutẽ inducit. Vbi timor est, ibi & eleemosynæ studium, & orationis intentio, & lachrymæ feruentes & continuæ, & gemitus multam habentes compunctionem. Nihil. n. tantùm peccata quidem consumit, uirtutem uerò crescere facit & geminare, quantùm continui timoris natura. Propterea qui non uiuit in timore, rectè illum agere non est facile: sicut uicissim cum timore uiuentem, est impossibile peccare. Ne igitur doleamus dilecti, neq; concidamus ex præsenti tribulatione: sed inexcogitabilem dei sapiam admiremur. Vnde nanq; ciuitatem nostrã diabolus euertere sperauit, inde restituit ipsam, & correxit. Diabolus nempè quibusdã impijs hominibus inspirauit, ut regis statuas contumelijs afficerent, quò & ipsum urbis solum destruere

I tur. Deus autem hoc ipso facto ad maiorem nostrã correctionẽ usus est, expectatæ cõminationis timore omnem extrudens torporem. Et factum est contrarium q̃ dæmon uolebat, ex his quæ ipse struebat. Ciuitas. n. quotidie nobis expurgatur, & angiporti, & biuia, & plateæ meretricijs & fractis absolutæ sunt cantibus: & quocunq; respexerit aliquis, supplicationes, & benedictiones, & lachrymæ pro risu soluto, & uerba philosophiam habentia pro uerbis turpibus. Et ecclesia facta nobis est ciuiras tota, officinis clausis, & oĩbus in his uniuersalibus supplicationibus diem totum agentibus, & deum unã, & cõmuni uoce cum multa inuocantibus alacritate. Quis hæc sermo unq̃ expedire potuisset? quę admonitio? quod consilium? quanta temporis longitudo? Propterea deo gratias agamus, nõ molestẽ feramus, nec indignemur: quòd enim bonum sit timor, & memorata demonstrauerunt. Audi uerò & Salomonem omnibus innutritum delicijs, & multa potitũ libertate. Quid inquit igitur

Eccle. 7. a ille? Melius est ire in domum luctus, q̃ ad domum cõuiuij. Quid est, quæso, quod ait? Vbi luctus, & lachrymæ, & gemitus, & dolor, & tristitia tãta, melius accedere, quàm ubi choreæ, & cymbala, & risus, & deli- K cię, & crapula, & ebrietas? Verũ, inquis. Qua de causa, quæso, & quapropter? quoniam illinc quidem demẽtia, hinc uerò modestia nascitur. Et siquis ad opulentioris abeat conuiuiũ, non amplius cum eadem lætitia domum reuertetur: sed tristis quidem ad uxorem redibit, tristis aũt & de sua mensa participabit, & molestus seruisq;, & filijs, & omnibus erit domesticis, ex aliorum copia suam diligentius paupertatem conspicatus. Nec hoc solũ est graue, sed id etiam quod sæpe uocanti se ad conuiuiũ inuidet, & nihil penitus boni sumens domũ reuertetur. Circa lugentes uerò nil tale dici potest, sed multa quidẽ disciplina, multa uerò modestia. Simul. n. quispiam domus mortuũ habentis uestibulum ascẽderit, mortuum intuitus mutum iacentem, & uxorem crines uellentem, radentem genas, & brachia secantem, corripitur, tristatur, & consi dentium quisq; ad proximũ nil aliud loquitur, quàm quòd nil sumus, & malitia nostra ineffabilis. Quid his uerbis sapientius esse posit, cùm & naturę uilitatem agnoscamus, & nostrã accusemus improbitatẽ, & ni

L hil esse præsentia cogitemus: a'ijs quidem uerbis, sententia tamen eadem Salomonis illa loquẽtis mirabilia, & multæ plena philosophiæ: Quoniã uanitas uanitatum, & oia uanitas. Lugentium domũ ingressus, statim lachrymis defunctum prosequitur, etiamsi sit inimicus. Vidisti quãtò melior hæc, q̃ illa domus? Ille enim, etiamsi amicus sit, inuidet: hic autem, etiamsi inimicus sit, lachrymas dat: id quod omniũ maximè deus exquirit, ut nõ insultemus his, qui nos contrista uere. Non hęc autem sola datur hinc bona capere, ueru & alia his nõ minora. Etenim peccatorum quisq; suorum reminiscitur, & tremendi tribunalis, & pœnarum, & iudicij licèt sit infinita ab alijs passus mala, & domi tristitias habeat, omnium ipsorum capiens medicinam, ita reuertitur. Cogitans. n-quòd & ipse paulò pòst hoc patietur, & omnis superbia prętumida, & quòd trãsitoria cuncta p̃sentia sunt, siue suauia sint, siue tristia, tristitiam & inuidiã omnem deponens, & leuem reddens animam, & releuatus sic domum reuertetur: & hinc mansuetior erit in omnes iam, & humanior, benignior, & sapientior, futurorum timore ipsius animam subingresso, & omnes spinas absumẽ M te. Et hæc omnia cognoscens ille, dicebat, quòd melius est ire ad domum luctus, q̃ ad domum conuiuij. Illinc torpor, hinc anxietas nascitur: illinc cõtemptus, hinc timor ad omnem nos uirtutem deducens. Nisi bonum esset timor, non multos impendisset Christus sermones, & longos de illa pœna & supplicio loquens. Timor nil aliud est, q̃ murus, & munimentũ, & turris inexpugnabilis: et enim multa nobis munitio

Eccle. 9. b ne opus est, quia multæ sunt undiq; insidiæ, sicut ipse Salomon rursum sic admonens dicebat: Agnosce quòd in medio laqueorum transis, & super propugnaculis urbium ambulas. Papæ, quot bonorum plenum hoc est hoc uerbum, nec minus quàm superius. Ipsum igitur in mente quisque nostra scribamus, & semper in memoria circunferamus, & non peccabimus facilè. Inscribamus, prius ipsum cum omni diligentia discentes. Non. n. dixit, Aspice quòd in medio laqueorum pertransis: sed, agnosce. Et quare dixit, agnosce? Obumbratus est, inquit, laqueus quandoquidem non apertè mors apparet, neq; manifesta clades, sed undique obtecta adiacet. Propterea dixit, agnosce. Multa tibi opus est agnitione, & diligenti

A scrutatione: sicut enim pueri terra laqueos, sic diabolus uitæ uoluptatibus peccata circuntexit. Sed agnosce perscrutans diligenter. Etsi lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solum, sed scrutare diligenter, ne fortè mors & peccatum intra lucrum sit abscõditum: & si uideris, refuge. Rursus cum delectatio & uoluptas occurrerit, ne uoluptatem solam respicias, sed ne fortè iniquitas aliqua in uoluptatis profundo obumbrata sit, diligenter considera: & si inueneris, resili. Siue consulat quispiam, siue aduletur, siue obsequatur, siue honores polliceatur, siue quodcunq; aliud, omnia cum diligentia examinemus: & undique consideremus, ne fortè damnum aliquod, ne fortè periculum aliquod ex cõsilio, uel honore, uel obseqo nobis eueniat, & ne celeriter & incõsideratè accurramus. Si. n. unus tantum & duo laquei forent, facilis esset custodia: nunc autem ipsorum multitudinem ostẽdere uolens Salomõ, quomodo dicit, audias: Agnosce quòd in medio laqueorum pertransis. Non dixit, iuxta laqueos pertransis, sed in medio laqueorum. Vtrinque nobis uoragines, utrinque doli. Processit quispiam in

B forum, uidit inimicum, exarsit ex aspectu solo. Vidit amicum laudem consequentem, inuidit: uidit pauperem, contẽpsit, & despexit: diuitem, & inuidit. Quempiam uidit infestãtem, & indignatus est: uidit speciosam mulierem, captus est. uidisti quot laquei? Ideo dicit, Agnosce, quòd in medio laqueorum transis. Et in domo laquei, & in concionibus laquei. Sæpius inconsideratè quis inter amicos considens, locutus est aliquod uerborum, quę proferri non debẽt, & tale pertulit periculum, ut totam domum subuerteret. Vndique igitur res cum diligentia perscrutemur. Et uxor sępe non aduertẽtibus laqueus est facta, sæpe filij, sæpe amici, uicini sæpius. Et qua de re tot, inquit, laquei? ne deorsum uolemus, sed superiora quæramus. Etenim uolatilia donec altum aerem secant, nõ facilè capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec ullis alijs facilè capieris insidijs. Venator est diabolus. Fias igitur ipsius thalamis sublimior. In altũ ascendens, non amplius ullam rerum admirabitur humanarum. Sed sicut postquã in montium uerticẽ ascenderimus, parua nobis & urbs & mœnia esse uidẽtur, & formicarũ more nobis uiri super terram ire uidentur: sic postquam supra celsam philosophiæ cogitationem ascenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, sed parua uidebũtur omnia, & diuitiæ, & gloria, & potẽtia, & honor, & siquid aliud huiusmodi, cum

C cœlestia respicias: sicut. s. & Paulo parua omnia uidebãtur, & mortuis inutiliora, quæ in præsenti uita sunt

Gal. 4. d splendida. Propterea & clamabat, dicens: Mihi mundus crucifixus est. Propterea & nos admonet dicẽs:

Coloss. 3. a Quæ sursum sunt, sapite. Quæ sursum sunt, qualia dicis, dic mihi? Vbi Sol, ubi luna? Non, inquit. Sed ubi? Vbi angeli, ubi archãgeli? Vbi Cherubin, & Seraphin? Non, inquit. Sed ubi? Vbi Christus est in dextra dei sedens. Pareamus igitur, & illud cõtinuè ratiocinemur, quòd sicut auiculę laqueo captę utilitas nulla, sed frustra & incassum alas concutit: ita tibi nulla ratiocinationum utilitas, si ab improba penitus cupiditate captus sis, sed quantũcunq; resilieris, captus es. Propterea alæ sunt auiculis, ut effugiant laqueos: propterea ratiocinationes hoĩbus, ut peccata fugiant. Quã igitur uenią habebimus, quam uero defensionem, cum brutis simus demẽtiores? Auicula nãque semel capta laqueo, mox elapsa, & ceruus in rete decidens & effu-

giens, iisdem iterum difficilè capientur: nam cuiq; fit D experiẽtia cautelæ magistra. Nos sæpius iisdem capti in eadem cadimus. Neque brutorum prouidẽtiam & solicitudinem nos ratione decorati imitamur. Sæpius quippe mulierẽ conspicati, innumera passi sumus gratia, domum cõcepta reuersi cupiditate, & multis dolore diebus confecti: uerũtamen non corrigimur, sed uix priore curato uulnere, rursus in eadẽ labimur, & ab iisdem expugnamur, & propter breuẽ uisus uoluptatem diuturnum quendam, & cõtinuum dolorem sustinemus. Sed si cõtinuẽ nobis hanc repetere dictionem didicerimus, oĩbus malis abstinemus. Laqueus maximus mulieris forma, immo uero non mulieris forma, sed lasciuus aspectus. Nõ enim res calumniemur, sed nos, & nostrum torporem. Neq; dicamus, Ne sint mulieres: sed, ne sint adulteria. Neque dicamus, ne sit pulchritudo: sed, ne sit fornicatio. Neq; dicamus, ne sit uenter: sed, non sit crapula: nõ enim uenter crapulam facit, sed negligentia nostra. Non dicamus qa comeditur & bibitur, omnia mala: non enim propter hoc, sed propter torporẽ & improbitatẽ nostram. Nõ comedit quippe, nec bibit diabolus, & ce- E cidit: comedit & bibit Paulus, & in cœlum ascendit. Quot dicentes audio, Non sit pauptas. Obmutescamus igitur talia ægrè ferentes. Blasphemia. n. est talia dicere. Dicamus igitur ipsis, Non sit pusillanimitas: paupertas enim inumera uitæ bona intulit nostræ, & sine pauptate inutiles diuitiæ. Ne calũniemur itaque nec has, nec illam: paupertas enim & diuitiæ sunt arma ad uirtutẽ utraq; ferentia, si uelimus. Sicut igitur generosus miles, quodcunq; ferrum capiat, propriam uirtutem ostẽdit: sic imbellis & ignauus ab omnibus impeditur. Et ut discas quòd hoc uerum est, illius mihi Iob recordare, qui simul & diues & pauper factus est, & utraq; arma tractauit, & in utrisq; uicit. Et quan- *Iob. 31. b*
do diues quidẽ erat, dicebat: Ianua mea omni uenięti fuit aperta: quando uero pauper factus est dicebat: *Ibid. 1. d*
Dominus dedit, dominus abstulit. Dũ fuit diues, multam hospitalitatem: cũ factus est pauper, multam patientiam exhibuit. Et tu igitur si diues es, multam demõstra eleemosynã: si pauper factus es, patientię multum & tolerantiæ. Nec enim diuitiæ malum, nec pau F pertas simpliciter, sed iuxta uoluntatẽ utentium hæc utraq; fiunt. Nos igitur ipsos instituamus, nõ talia de rebus habere iudicia, neq; dei opera, sed improbã hominum uoluntatẽ accusare. Pusillanimẽ neq; diuitiæ possunt adiuuare, nec magnanimo pauperies unquã nocet. Agnoscamus igitur laqueos, & ab ipsis procul eamus. Agnoscamus præcipitia, nec appropinquemus. Hoc maximè securitatis uobis erit occasio, non tantum peccata fugere, uerũ & quæ uidentur media quidem esse, ad peccata uero nos supplantant: quale qd dico. Ridere & iocosa dicere uerba, non manifestum quidẽ peccatũ esse uidetur, sed in manifestum crimen inducit: nẽpe sæpius ex risu turpia nascuntur uerba, à turpibus uerbis actiones turpiores. Sæpius ex uerbis & risu cõuicia, & cõtumeliæ: de conuicio & contumelia plagę, & uulnera: de uulneribus & plagis iugulationes, & homicidia. Si tibi igitur bene cõsultus es, nõ turpia tantũ uerba, neq; turpia tantũ facta, neq; plagas & uulnera, & homicidia, uerũ & ipsum intempestiuũ risum, & uerba fugies scurrilia, quoniam subsequentiũ radix talia esse solent. Propterea Paulus *Ephes. 5. a*
inquit: Stultiloquiũ & scurrilitas ne prodeat ex ore uestro. Et si nãq; per se paruum ipsum esse uidetur, ma-

Gnorum tamen malorum nobis efficitur causa. Rursum deliciis uacare non uidetur quidem esse crimen manifestū, & expressum: sed multa nobis parit mala: ebrietatē, furorem, auaritiam, rapinas. Sumptuosus enim & lautus, & ministeria uentri impendens intolerabilia, furari sæpe cogitur, & aliena rapere, & opprimere, & uiolare. Si delicias itaq; fugias, & auaritiæ, & rapinæ, & ebrietatis, & inumerabilium malorum sustuliſti materiā, iniquitatis radicem à longè resecans.

1. Tim. 5. a Propterea Paulus dicebat: Quòd quæ in delicijs est uidua, uiuēs mortua est. In theatra rursum ascendere, & equorū certamina spectare, & aleas tractare nō uidetur multis peccatum esse manifestum, sed infinita uitæ mala solet inferre. Etenim in theatris immoratio fornicationem, petulātiam, & omnē incontinentiam peperit, & curulis spectatio certaminis pugnas, conuicia, flagella, cōtumelias, iuges inimicitias adduxit: & circa aleas, studium, blasphemias, iacturas, iras, conuicia, infinitaq; alia his grauiora sæpe produxit. Ne tantū itaque peccata fugiamus, uerum & apparentia
H quidē esse media, paulatim uero in hæc peccata nos pertrahentia. Nanq; iuxta præcipitium uadens, quanuis nō decidat, tremit, & sæpenumero ab ipso subuersus tremore decidit: ita & non procul peccata fugiēs, sed secus ipsa uadens, cum timore uiuit, & in ipsa labi tur sæpius. Etenim alienas curiosē spectans formas, quanuis non mœchetur, tamen concupiuit, & iuxta
Mat. 5. d Christi sententiam factus est adulter, sæpius autē ab ipsa concupiscentia & in peccatis re ipsa defertur. Nos igitur ipsos procul à peccatis retrahamus. Vis modestus esse? ne tantum fugias adulterium, sed etiam petulantē aspectum. Vis uerbis turpibus abesse? nec uerba tātum turpia fugias, uerum & risum solutum, & omnem concupiscētiam. Vis cædibus esse procul? fuge cōuicia quoq;. Vis ebrietate separari? fuge delicias, & lautas mensas, & radicitus uinum extirpa. Magnus laqueus est linguæ petulantia, & multæ refrenationis
Prou. 6. a indigens. Propterea & qdam inquit: Laqueus fortis uiro propria labia, & capitur uerbis oris proprij. Supra cætera igitur cūcta membra hanc moderemur, hanc refrenemus, & conuicia, contumeliasque ac turpiloquia, & accusationes ex ore pellamus, & malam iura-
I mentorum consuetudinē. Rursum enim nos ad eandem admonitionē sermo deduxit. Et quidē uespere cum uestra charitate constitui, quòd non amplius de hoc mādato dicam, quoniam omnibus superioribus sufficienter diebus dissertum est. Sed quid patior? do
Gala. 6. d nec uos correctos uideā, non patior absistere propositō. Quoniam & Paulus Galatis dicens, Deinceps labores mihi nemo præbeat: rursum ipsis apparet congressus & locutus. Huiusmodi uiscera sunt pœna, & si recessuros se patres esse dicunt, non absistunt donec correctos uiderint filios suos. Audistis prophetam de
Zach. 5. a iuramentis hodie nobis loquentem. Respexi oculis meis, & uidi, inquit, & ecce falx uolans lōgitudine cubitorū uiginti, & latitudine cubitorum decē. Et dixit ad me: Quid tu uides? & dixi, Video falcem uolātem longitudine cubitorum uiginti, & latitudine cubitorum decē. Et ingredietur domum, inquit, iurantis no mine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides & ligna. Quid tandē est dictum? & qua de causa in loco falcis iurantes sequēs pœna uidetur? Vt ultionem ineuitabilē esse, & supplicium effugi nō posse uideas. Ensem enim uolantem forsitā aliquis effugere poterit: falcem autem in collum delapsam, & pro funicu-
K lo factam, nemo fugere potest. Cum autem & alę ad sint, quæ salutis ulterius spes? qua uero causa lapides & ligna iurātis dissoluit? Vt ruina alijs correctio fiat. Postquam enim iurantem mortuum terræ condi necesse est, domus dissoluta, & ruina facta præteuntibus omnibus, & cernētibus admonitio erit per aspectum, ut non eadem audeāt, ne eadem patiantur, & accusatrix erit mortui criminis continua. Nō ita pungit ensis, sicut iuramenti natura. Non sic occidit gladius, sicut iuramēti plaga. Iuratus etsi uiuere uidetur, iam mortuus est, & uulnus excepit, & sicut testem capiens, & priusquam ciuitatem egrediatur, & ad præcipitium ueniat, & tortorem uideat imminētem, mortuus est, simul ac fori ianuas egressus est: sic & iuratus. Hæc reputemus & ne fratres iurare faciam⁹. Quid facis homo? Super mensam adiurans sacram, & ubi Christus positus est imolatus, illic fratrem tuum immolas? Et latrones qdem in uijs mactant: tu uero corām matre filium imolas, sceleratius quàm Cain patrans homicidiū? Ille nempe fratrem suum in deserto, Gene. 4. d
& præsenti morte mactauit: tu uero fratrem tuū im- L
molas in medio ecclesię, & morte futura immortali. Nū enim propterea facta est ecclesia, ut adiuremus? Propterea facta est, ut oremus. Num enim ideo mensa posita est ut adiuremus? ideo posita est, ut peccata soluamus, non ut lugeamus. Tu uero si nil aliud, saltem librum ipsum reuerere, quem in iuramētum porrigis: & euangelium, quod intra manus capiens iurare iubes, explica, & audiens quid tibi Christus de iuramētis disserat, horresce & desiste. Quid igitur ille de Mat. 5. d
iuramētis inquit? Ego autē dico uobis, omnino non iurare. Tu uero legem iurare prohibentem contemnendo, iuramētum facis? O contumeliā, ô insaniam. Idem enim facis, tanquam si quis legislatorem prohibentem interficere, & in cæde sibi commilitonē esse iubeat. Non ita gemo & deploro, quospiam in uijs iugulatos audiēs, sicut gemo & lachrymis prosequor, & horresco, cum uideo quempiam propè mensam hanc uenientem, & manus imponentem, & euangelijs iurantem attactis. De pecunijs, quæso, dubitas, & animam occidis? Quid tantum lucraris, quantū animam tuam, & proximum lædis? Si enim credis quòd uerax sit homo, ne iuramenti necessitatem adducas: M
si uero nosti quòd mentitur, ne peierare cogas. Sed ut mihi satisfieret, instandū erat, inquit. Tunc sufficientem capias satisfactionem, cū iurare quidem non feceris. Nunc nēpe domum regressus, à conscientia continuè roderis, hæc reputans: Nunquid nō frustra adiurauī? nunquid non peierauit? Nunqd non ego fui causa peccati? Si uero non adiuraueris, domum regressus multam capies consolationem, agens deo grarias, & dicens: Benedictus deus, quoniam meipsum cōtinui: neque adiuraui frustra, nec temerè: pereat aurum, pereant pecuniæ, ut hoc nobis maximè consolationem afferat legem non præteriſſe, nec alterum coegiſſe, ut hoc faceret. Cogita propter quæ nō adiurasti, & hoc tibi sufficiet in refrigerium & consolationem. Sæpius nanq; pugna cōflata contumeliā patientes generosē ferimus, & cōtumelianti dicimus, Quid tibi faciā? in me cōuiciatus es. Ille talis est dominus tuus, ille meas cohibet manus. Et hoc nobis in cōsolationē sufficit. Ita quoq; cum quempiā adiuraturus es, teipsum contine, & prohibe, & dic iuraturo: Quid tibi faciā? Deus iusſit nō adiurare, ille me cōtinet nunc. Sufficit hoc & ad honorē legislatoris, & ad securitatē tuam, & adiu-

A raturi timorē. Cum.n. ille uiderit, quòd sic alios adiurare ueremur, multò magis ipse facilè iurare formidabit. Si hoc uerbū dixeris, cum multa domū lætitię plenitudine redibis. Audi ergo deū in mandatis, ut & ipe exaudiat te in orationibus. Hoc uerbū in cœlo scribetur, in iudicij die tibi asistet, & multa dissoluet pctā. Nec hoc tantū in iuramento, uerū & in oibus negocijs cogitemus: & cū debemus aliqd facere boni pp deū, quòd mox aliquid inferat damni, non solū ex negocio damnū expectemus, sed ēt lucrū, quod capiemus pp deum faciendo. Puta, te quispiā affecit contumelia? feres generosē. Ne contumeliā cogitaueris tantū, sed etiam ferre iubentis dignitatē, & mansuetē feres. Eleemosynā dedisti? ne impensam cogites tantū uerùm & prouentum ex impensa. Mulctatus es pecunijs? gratias agè, nec tantū iacturæ dolorē spectes, uerū & lucrū ex gratiarū actione. Si sic nos cōponamus, nullū accidentiū nos grauiū tristificabit: sed ex
B his q̄uidentur esse tristia, lucrabimur, & damnū diuitijs, & tristitia uoluptate & delectatione, & cōtumelia honore iucundior erit, & desiderabilior, & oia contraria in lucrum nobis prouenient, & hic multa fruemur tranquillitate, & illic regnū cœlorū assequemur: quo oēs dignos fieri detur, gratia & clemētia domini nostri Iesu Christi, p quem, & cū quo gloria patri, simul & sancto spiritui imperiū & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

VVLGATA AD PRINCIPEM POPVLAtione, & omnibus de fuga consultantibus, cùm intrasset princeps ecclesiam, & consolatus fuisset, habita est præsens homilia. Et de uitando iuramento. Et in illud apostoli dictum: Paulus uinctus Iesu Christi.

Homilia. XVI.

Rincipem quidē prouidentiæ laudaui, quo-
P niam tumultuantem conspicatus ciuitatem, & oēs de fuga deliberantes, ingressus uosq; consolatus est, & in bonam spem egit: pro uobis aūt erubui, confususq; sum, quòd exterioris post multos prolixosq; sermones illos consolationis indiguistis.
C Optaui terrā mihi dehiscere, & immergi, quādo ipm uobis loquētem audiebam, & intempestiuam hanc & irrationabilem timiditatem consolantem. Non.n. uos ab illo doceri oportebat, sed infidelibus uos peptores omnibus fieri, nec ab infidelibus iudicari Paulus permisit. Tu uerò post tantam patium admonitionem exterioribus indiguisti p̄ceptoribus, & transfugæ, & uerberone quidā ciuitatem tantam excitauerunt, & in fugam coniecerunt. Quibus oculis amplius infideles respiciemus, tam pauidi cū simus, & timidi? Qua lingua ipsos alloquemur, & pro ingruentibus malis confidere psuadebimus, omni lepore timidiores per hanc facti anxietatem? Et quid patiamur? inquit, homines.n. sumus. Propter hoc ipsum.n. tumultuari non oportet, quia homines sumus, & non bruta. Illa fragoribus & stridoribus omnia terrentur. Non.n. habent rationem, quæ timorem repellere possit. Tu uerò ratione & cōsilio decoratus, quomodo in illorum segniciem cadis? Ingressus est quidam, militum incursionem nunciauit? Ne tumultueris, sed ipsum dimittens, genua flecte, dominum tuum roga, geme amariter, & aduersitatem repeller. Tu quidem audita militum incursione non uera, & præsenti uita abrumpi periclitatus es. Beatus uerò Iob ille cōtinuis D
ueniētibus nuncijs, & grauia nunciantibus auditis, & adijcientibus intolerabilem filiorum pditionem non eiulauit, nō gemuit: sed ad orationem conuersus est, & domino gratias agebat. Hunc & tu imitare, cū ueniens quispiam nunciauerit, quòd milites uibem circundederunt, & bona direpturi sint, ad dominū tuū Iob. 1. d
cōfuge, & dic: Dominus dedit, domin⁹ abstulit, sicut domino placuit, ita factū est: sit nomen domini benedictum in secula. Illum nō terruit malorum experientia, te uerò solus terret auditus? Et quānam essemus ratione digni, contra mortem quoq; audenter ire iussi, cum & à falso rumore simus sic expauefacti? Tumultuans & timorem, qui non est, constituit, & perturbationem non apparentem: qui uerò est in animę constitutione, ac tranquillitate, & eum qui est, dissoluit. Non uides naucleros, ut insaniēte mari, nubibus transcurrentibus, fulminibus elisis, oibus in nauigio tumultuantibus, ad gubernacula sedēt ipsi sine trepidatione & metu, arti suæ uacantes, ut imminentem procellam repellant: hos & tu imitare, & sacram capiēs anchoram, in deum spem inconcussus permane, E
& irreuolubilis. Quicunq; audit meos sermones hos, Mat. 7. d
inquit, & nō facit ipsos, assimilabitur homini stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & erat ruina ipsius magna. Vides quòd stultitiæ est cadere, & circunuerti? Immo uerò nos neq; stulto illi similes facti sumus, uerùm & illo miserius cecidimus: Illius nempè dom⁹ post flumina, post delatū imbrē, post illapsos uētos cecidit: nos uerò nō pluuijs ingruentibus, non fluminibus inflictis, non uentis irruentibus ante malorum experiētiam ex auditu solo subuersi sumus, & oia quæ philosophabamur, effudimus. Qualem mihi mentem putatis esse nunc? quo contrahi? quo demergi? quo erubescere? Nisi multam à patribus necessitatem sustinuissem, neq; surrexissem, neq; locutus fuissem dolore obtenebratus ex pusillanimitate uestra: sed neq; nunc in meipsum redire possum, sic animum mihi indignatio & tristitia obsidet. Quis.n. non ægreferret? Quis non succenseret, quando post tantam doctrinam gentilium indiguistis doctorum ad exhortandum & persuadēdum, ut præsentem generosē timorem sufferretis? Orate igitur dari no- F
bis uerbum in apertione oris nostri, ut hanc tristitiam excutere possimus, & paulùm mentem excitare. Etenim confusio de pusillanimitate uestra multùm aium nostrum deiecit. Multa prius ad charitatem uestram locutus sum, & de laqueis nobis undiq; positis, & de timore & tristitia, & de luctu & uoluptate, & de falce in iurantium domos uolante. Ex his igitur omnibus multis quidem, illa mihi maximè reminiscimini, quæ de uolante falce dicta sunt, & iurantis do- Zach. 5. a.
mū dissoluente, & lapides, & lingua subruente, & omnia consumente. Et post hoc illud quoq; custodite, quod extremæ dementiæ est, euangeliū capientes iurare, & legem iurare, prohibentem iuramentum facere. Et quod melius sit pecunijs mulctari, quam proximis iuramentum offerre: quoniam hoc est non modicus in deum honor. Cùm.n. deo dixeris, propter te non adiuraui illū, qui fuerat furatus, & malè fecerat: pro hoc honore magnam tibi reddet gratiam, & in præsenti tempore, & in futuro. Hęc alijs quoq; dicite, & ipsi obseruate. Scio quòd hic reuerentiores sumus,

G & omnem improbam deponimus consuetudinem. Sed quod quæritur, hoc est, non ut hic tantũ philosophemur, sed ut pietatẽ hanc capiẽtes extra seruemus, ubi maximè ipsius indigemus. Etenim aquantes nõ tantũ apud fontem habent uasa repleta, domum au tẽ abeuntes euacuant: sed illic ipsa maximè cum cautela reponũt, ne subuertãtur, & labor fiat inanis. Hos etiã nos imitemur, & domum profecti, dicta cũ studio seruemus. Itaque si hic maneatis satiati, domum uerò redeatis inanes, uasa mentis uestræ admonitione uacua referẽtes, nulla uobis ex hac repletione erit utilitas. Ne mihi in palæstra demonstres athletã, sed in certamine. Ne mihi religionem institutionis tempore, sed actionis adhibeas. Laudas nunc quæ dicuntur, cum te iurare oportuerit, omnium ipsorum tunc recordare. Si hãc legẽ expedieritis citò, ad alia quoq; maiora disciplinam proferam. Ecce secundum hunc annum habeo uestræ differens charitati, & neq; centum scripturarũ uersus uobis enarrare potui. Causa uerò, quoniã à nobis discere opus habeatis, quæ domi & puos explere potestis, & orationis maior pars
H nobis in morales impenditur sermones. Hęc uerò sic fieri non oportebat, sed morũ quidem modestia domi & à uobis uos institui, scripturarũ uerò sensus & speculationes nobis pmittere. Si autem & à nobis audire fuerat opus, uno plus die non decebat. Nec. n. uarium quiddam, & inuentu difficile, quod dicitur, est,
Exo. 23. b & Matt. 5. c nec ullius indigens præparationis. Cùm. n. deus denunciauerit, manifestationibus non est opus. Deus dixit, Ne iuraueris. Noli causas amplius à me requirere. Lex est regia qui tulit ipsam, & ipsius rationem nouit: Nisi fuisset utile, nõ prohibuisset. Reges ferunt leges, nec omnes semper utiliter: homines. n. sunt, nec sicut deus utile possunt inuenire. Veruntamen paremus: siue uxores ducamus, siue seruos emere debeamus, siue domos, siue agros, siue quodlibet aliud fare, non ex propria facimus hæc sponia, sed quomodocunq; iusserint illi: nec ut res nostræ pro sententia nostra disponantur, penitus domini sumus, sed illorum ubiq; sententijs seruimus. Et si quid præterq; quod illis uidetur faciamus, inualidum & inutile redditur. Itaq; hominum quidem legibus tantum attribuimus ho-
I norem, dei uerò leges ita quæso conculcabimus? Et quali hæc digna defensione? quali uenia? Dixit, ne iuraueris. Ne contraria ipsi legi opera feras, ut cum securitate cuncta facias & dicas. Sed de his quidem satis. Agẽ uerò lectorum hodie una uobis appolita dictio-
Ad Phile. a ne sermonem terminemus. Paulus uinctus Iesu Christi, inquit, & Timotheus frater. Magnum Pauli oraculum, non principatus & honoris nomen, sed uincula & catenæ. Verè magnum, atq; multa ipsum alia splen-
2. Co. 12. a didum faciunt: in cœlum rapi tertium, in paradisum deferri, uerba audire ineffabilia: sed horum nil posuit, sed pro omnibus catenam: hæc. n. magis, q̃ illa illustrem reddebat, & splendidum. Quid uero tandem? quoniam domini quidem illa benignitatis erant gratuita dona, hæc uero serui tolerantiæ atq; patientiæ indicia. Consuetudo autem amantibus & illis magis affici, quæ pro amatis patiantur, q̃ in his quæ ab ipsis beneficia capiant. Non ita rex diademate gloriatur, ut ille uinculis delectabatur: & ualde congruè. Diadema nempè solum coronato capiti ornatum affert, catena uerò & ornatum multò maiorem, & tutelam. Corona sæpe regia caput se circundatum prodidit, & innumeros allexit insidiatores, & in tyrannidis cõ-

cupiscentiam inuitauit. Et in bellis hoc ornatus est K adeò periculosus, ut ipsum deponant & abscondant. In prælijs nonnunq; reges habitum commutantes, ita manus cum hostibus conserunt, tanta ex corona fit proditionis. Catena uerò nihil huiusmodi gerentibus affert, sed omne contrarium: cùm pugna sit, & acies contra dæmones, & aduersarias potestates, ptendens ipsam, quia ea circundatus est, illorũ repellit insidias. Et principum quidem externorum multi, non tantũ dum imperant, uerùm & cùm à principatu soluti fuerint, ipsius nomen circunferunt, dum dicitur: Ille talis consularis, ille talis prætorius. Hic uerò pro his omnibus Paulus uinctus, inquit. Et multum congruè. Illi nanq; principatus non penitus sunt animi uirtutis demonstrationes: pecunijs. n. sunt uenales, & amicorũ uendicantur assentationibus: hic autem ex uinculis principatus est animi disciplinæ indicium, & ardentis in Christum desiderij signum maximum. Et illi quidem breui refugiunt, hic uero principatus nullum habet successorem. Aspice nanq; quantum ab illo nunc usq; temporis est, & splendidius huius uincti nomen L redditum est. Et consules quidem omnes, quicunq; superioribus fuere tẽporibus, silentio traditi sunt, & à multis multi nec ipso quidem nomine cogniti: huius aũt uincti beati Pauli multum hic quidem, multũ aũt in Barbarorum regione, multum apud Scythas & Indos, siue ad ipsos terrarũ orbis terminos uenias, hanc audies appellationem. Et quocunq; quispiam p uenerit, Paulum ubiq; in omnium ore circunferri noscet. Et quid mirum, si in terra, mariq;, quippe cùm & in cœlis multum Pauli nomen apud angelos, apud archangelos, & superiores potestates, & harum regẽ deum? Et qualia, inquit, erãt illa uincula, quoniã tantum uinctis gloriæ tulerunt? Non è ferro fabricatę erant? Et ferro quidẽ fabricatæ, sed multam habebãt spiritus gratiam efflorentem: quoniã propter Christum ipsis circundatus fuerat. O miraculũ, serui uincti sunt, dominus crucifixus, & prædicatio quotidie crescit: & per quæ putabatur opera prohiberi, per hęc accẽsa est. Et crux & uincula, quæ esse uidebãtur abominato, nunc salutis signa sunt facta. Et quolibet auro ferrũ illud nobis pretiosius erat, non propter natu M ram propriam, sed propter causam hanc & argumentum. Sed uideo q̃stionem hinc nobis quandam oriẽtem. Et ti diligentiam adhibeatis, & quæstionem dicam, & solutionem apponam. Quid igitur tãdem est quòd quæritur? Ingressus aliquãdo hic Paulus ad Festum, & loquens ad ipsum, excusansq; se de criminibus, quibus urgebatur à Iudæis, & dicens, qũo Iesum uidit, quomodo beatam uocem illam audiuit, quomodo per excæcationem ad ueram peruenit lucem, quomodo cecidit & surrexit, quomodo ingressus est Damascum captiuus absq; uinculis compeditus & de prophetis, & de lege loquens, & ostendens quòd & illi prædixerunt hæc omnia, iudicantem cepit, & ferè ad seipsum transire persuasit. Tales enim sanctorum animæ, cũ in pericula ceciderint, non quomodo periculis liberentur considerant, sed quò persequentes lucrentur, oia faciunt. Sicut & tunc factum est, se defen- Act. 26. d surus intrauit, & capto iudice discesit. Et hæc ipse iudex testatus est, dicens: In modico me psuades Christianum fieri. Hoc & hodie fieri decebat, & principẽ hunc uestram admirari magnanimitatem, sapientiã, perfectamq; quietẽ, & ex ordine uestro disciplinam capere, & sic abire, concionẽ admirari, laudare con-

A sessum, & ex ipsis rebus discere, quantum inter gentiles & Christianos discriminis sit. Sed ut ad id redeam quod dicebam. Postq̃ ipsum cepit Paulus, & ille dixit: In modico me persuades Christianũ fieri. Paulus ita respondit: Optarem utiq; ego à deo & in modico, & in multo non solùm te, sed etiam omnes audientes
Ephe. 4. a me, fieri Christianos absq; uinculis his. Quid dicis ô
2. Ti. 2. b Paule? Ephesijs nempè scribẽs, dicis: Rogo igitur uos ego uinctus in domino, dignè ambulare uocatione, qua uocati estis. Et ad Timotheum loquens, in quo
Phile. a malè patior usq; ad uincula tanq̃ malefactor. Et ad
Act. 28. c Philemonem rursum, Paulus uinctus Iesu Christi. Et
Phili. 1. b cum Iudæis iudicans, dicis: propter spem Israel hac catena circundatus sum. Et Philipp. scribẽs dicebas: Ita ut plures fratrum freti uinculis meis abundantius auderent intrepide uerbum capere. Vbiq; catenam circunfers, ubiq; uincula proponis, & huiusmodi gloriaris negocio: in iudicium autem ueniens disciplinam prodidisti, cùm maximè liberè te gerere decebat, & iudici dicis: Optarem utiq; te fieri Christianum absq; uinculis his. Nempè si bona, ita ut alijs quoq; fiduB ciam ad sermonem pro religione præbeant: etenim hoc ipsum prius dixisti, Multi fratrum freti uinculis meis uerbum loquebantur intrepidè: quare coràm iudice non hac re gloriaris, sed contrarium facis? Nũ quid non uidetur esse quæstio, quod dicitur? Sed celerrimam solutionem affero. Non enim ex anxietate, uel timiditate Paulus hoc faciebat, sed ex sapientia multa, & spirituali prouidentia. Nam ad gentilem loquebatur, & infidelem, nec nostra scientem. Nolebat
1. Co. 9. d igitur ipsum per grauia inducere, sed quod dicebat: Factus sum carentibus lege, tanq̃ sine lege: hoc & hic faciebat. Si uincula audierit, inquit, & tribulationes. statim refugiet, cum uinculorum uirtutem non nouit. Fiat prius fidelis, & prędicationem gustet, & tunc
Matt. 9. c & Marc. 2. d. & Lu. 5. g ipse quoq; ad hæc uincula curret. Audiui dominum meum dicentem, quòd nemo imponit indumẽtum panni illoti super uestimentum uetus, quoniam tollit plenitudinem ipsius, & peior fit scissura. Neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres, quoniam disrumpuntur utres. Anima huius est uestimentum uetus, & uter antiquus, non est renouatus fide, non spiritus
C gratia recens redditus est, debilis adhuc est, & terrenus, mundana sapit, & ad mundanam uanitatẽ expauescit, gloriam amat præsentem. Si à primordijs statim audierit, quòd factus Christianus captiuus mox fiet, & catena circundabitur, confusus & reueritus à prædicatione resiliet. Propterea dicit: Absq; uinculis his, non ipse uincula recusans, absit: sed illius condescendens infirmitati, quoniã ipse sic illa diligit, & amplectitur, ut ambitiosa mulier monilia sua. Vnde hoc
Colos. 1. d manifestũ: Gaudeo in passionibus meis, inquit, & sup
Phili. 1. d pleo defectus tribulationem Christi in carne mea. Et
Rom. 5. a iterum: Quoniam nobis donatum est à Christo non tantùm in ipsum credere, uerùm & pro ipso pati. Et iterum: Non tantùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Si gaudet igitur, & id uocat donũ gratuitum, certum quòd propter hanc causam ad iudicẽ loquens hæc dicebat. Quoniam & aliàs rursum in ne
2. Co. 12. c cessitatem delapsus gloriãdi hoc ipsum demonstrat, dicẽs: Libenter igitur gloriabor in infirmitatib. meis, in necessitatibus, in cõtumelijs, in persecutionibus, in
Ia d. 11. g angustijs, ut inhabitet in me uirtus Christi. Et iterum: Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor. Et alibi seipsum alijs comparans, & per comparationem nobis excellentiam demonstrans, sic quodammodo D inquit: Ministri Christi sunt, ut minus sapiẽs loquor, *Ibidem. c* plus ego. Et excessum demõstrare uolens, non quòd mortuos resuscitauerit, dæmonẽsue expulerit, neque quòd mundauerit leprosos, aliúdue quid huiusmodi fecerit, dixit. Sed quid? quòd innumeras passus est mo
lestias. cũ enim dixisset, plus ego, intulit tentationum multitudinem, sic dicens: In plagis supra modum, in 2. Co. 11. e mortibus frequẽtes, in carceribus abundantius, a Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, teruirgis cæsus sum, semel lapidatus, ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui: & reliqua omnia. Sic ubique gloriatur in tribulationibus Paulus, & ea re nimium delectatur, & ualde merito. Nam hoc est, quod maximè Christi uirtutem demõstrat, quoniam per talia uicerũt apostoli, per uincula, tribulationes, flagella, & extrema mala. Nam hęc duo Christus denunciauit, tribulationem & remissionem, labores & coronas, sudores & retributiones, suauia & tristia. Sed tristia quidẽ uitę dedit pręsenti, suauia uero in futurum distulit, pariterq; demonstrans, quòd non decipit homines, & ipsum grauium pondus ordine diminui uolens. Decipiẽs enim suauia prius proponit, E & mox infert tristia. Quale quiddam dicam: Plagiarij pueruIos sæpe paruos prædantes & furantes, nõ plagas & uerbera, neq; aliud huiusmodi pollicentur, sed placentas & bellaria, & alia talia, quibus puerilis gaudere consueuit ætas, prætendunt, ut his illi allecti, & libertatem suam prodentes, in extremum periculũ delabantur. Auium uero, piscium q; uenatores, ita quę uenantur alliciunt, consuetam capiendis & iucundam prius escam præbẽtes, & sic contegentes laqueũ. Itaq; decipientium maximè opus hoc est, prius suauia proponere, quò mox inferant tristia: prouidẽtium autem & diligentium omne contrarium. Patres itaque plagarijs contrarium faciũt, cum ad ludum pueros literariũ mittunt, prædagogos præponũt, flagella minantur, timorem incutiunt: & cum priorem sic ætatem transegerint, tunc ipsis in habitu uirili constitutis, honores, potentiasq;, & delicias, & omnes diuitias suas tradunt: Sic deus quoq; fecit, nõ plagiariorum, sed patrum more curam gerens, prius iniecit tristibus, tanquam prædagogis & præceptoribus præsenti tradens F tribulationi, quò per hæc correcti, & moderati, postquam tolerantiam omnem, omnemq; disciplinam dicerimus, mox ad perfectionem deducti, cœlorum regnũ hęreditate cõsequamur: sed prius idoneos reddit ad dandarum dispesationem diuitiarum, & postmodum ipsas præbebit diuitias. Nisi enim hoc fecisset, diuitiarum erogatio non donum, sed ultio fuisset & pœna. Sicut enim puer insipiens paternã susciens hæreditatem, ab hac ipsa præcipitatur, prudentiã non habens pecuniarum dispesationi parem: si uero prudens sit & benignus, & temperãs, atque modestus, in necessaria dispensans paterna, splẽdidior ita fit & illustrior: Sic & in nobis de necessitate euenit. Cum spiritualem prudentiam ceperimus, cum omnes in ætatis mensuram peruenerimus, tunc nobis tradit omnia quæ pollicitus est: nunc uero tanquam pueros paruos docet cum exhortatione & cõsolatione. Nec hoc solum est emolumentũ ex præmissis tribulationibus, uerum & aliud illo non inferius. Qui enim prius est in delicijs, mox post delicias ultionem expectans, neque præsentibus fruitur delicijs propter futurarũ molestiarũ expectationẽ: qui uero prius est in tristibus,

G deinde post hęc suauibus petiturus, etiam præsentes difficultates propter futurorum spem bonorũ contẽnit. Non igitur tutelæ tantũ causa nostræ, uerũ & uoluptatis & consolationis, priora statuit esse molesta, ut futurorũ spe releuati nullum præsentiũ capiamus sensum. Et hoc ipsum Paulus significans dicebat, 2.Co.4.d quòd momentanea leuitas tribulationis nostræ supra modũ æternum pondus gloriæ nobis operatur, non considerantibus nobis quæ uidentur, sed q̃ non uidentur. Leuem appellauit tribulationẽ, nõ propter propriam grauium naturam, sed propter futurorum expectationem bonorũ. Sicut enim mercator nõ sentit nauigationis laborem, lucrorum spe releuatus: & pugil generosè fert capitis uulnera, coronã respiciẽs: ita profectò nos quoq; in cœlum, & cœlestia intendẽtes bona, quæcunq; inferantur grauia, generosè cuncta feremus, bona futurorum spe roborati. Hãc itaq; capientes dictionem ab eamus, quãuis nanq; simplex & breuis sit, multam tamen habet sapientiæ disciplinam. Qui in dolore & tribulatione est, idoneam habet cõsolationem: qui in delicijs & luxuria, magnam H moderationis exhortationem. Cũ enim ad mensam reclinatus dictionis huius memineris, statim ab ebrietate, crapulaq; resilies, discens ex hac dictione, quòd anxios nos esse conuenit, & intra teipsum dices. Paulus in uinculis & carceribus, ego uerò in ebrietate & lauta mensa. Et quam assequar ueniam? Hoc & mulieribus necessarium uerbũ. Ambitiosæ enim & sumptuosæ, & auro se undiq; circunligãtes catenæ huius commonefactæ, odio habebunt (bene noui) & abominabuntur ornatum illum, & ad hæc uincula current. Illa nanq; ornamenta multorũ causæ malorum fuerunt, & innumera bella intra domũ frixerunt, & liuores pepererunt, & inuidias, & odium: hęc uerò peccata mundi soluerunt, & terruerunt dæmonas, & diabolum fugauerũt. Cum his in carcere demorans custodi persuasit, cum his Agrippam attraxit, cum his 2.Tim.2.b multos Paulus discipulos acquisiuit, propterea dicebat: In quo malè patior usq; ad uincula tanquam malefactor, sed dei uerbum nõ est uinctum. Sicut enim radium uincere possibile non est, nec domi cõcludere, sic neq; prædicationis uerbũ. Et quod multò amplius est, doctor uinctus erat, & uerbũ uolabat: ille I carcerem habitabat, & doctrina alata passim currebat. Hęc igitur sciẽtes, ne succumbamus in grauibus, Rom.5.a tunc potẽtiores efficimur, tunc fortiores. Patientiam enim tribulatio operatur. Ne doleamus in calamitatibus quæ inferuntur, sed in omnibus deo gratias agamus. Secũdam ieiunij septimanam expediuimus, sed non hoc consideremus: non enim hoc est expediuisse ieiunium, si tempus præterierimus, sed si transegerimus cum profectu. Hoc ratiocinemur, si studiosiores facti sumus, si defectum aliquem nostrorũ correximus, si abluimus crimina. Consuetudinem omnes habent per quadragesimam interrogare, quot quisq; septimanas quadragesimę ieiunauit: & dicentes audire licet, hos quidẽ quòd duas, hos uerò quòd tres, illos autem quòd oes ieiunauerunt septimanas. Et qđ lucrum, si profectibus carentes ieiunium transegerimus? Si alius dicat, totam ieiunaui quadragesimã: tu dic, inimicum habebam, & conciliatus sum: habebã detrahendi consuetudinẽ, & destiti: iurandi tenebar usu, & mos improbus mihi resolutus est. Nulla mercatoribus utilitas, si magnam maris longitudinẽ percurrerint, sed si cum rerum copia, & multo mercimonio nauigauerint: nulla ieiunij nobis utilitas, si infructuosè ipsum tempus & temerè prætereamus. Si cibo K rum ieiuniũ ieiunemus, præteritis quadraginta diebꝰ præterit & ieiuniũ. Si uerò peccatis abstineamus, & hoc transacto ieiunio, rursum illud remanet, & continuum erit: hinc nobis utilitas, & ante regnum cœlorum nõ paruas nobis hic reddit retributiones. Sicut enim in nequitia uiuens, & ante gehennã punitur cõscientia stimulatus: sic meritis abũdans & ante regnũ magna fruetur lætitia, se bona spe pascens. Idcirco & Christus inquit: Iterum uidebo uos, & gaudebitis, & gaudium uestrũ nemo tollet à uobis. Breue uerbũ, Ioan.16.a sed multam habet consolationẽ. Quid nam tandem est, nemo gaudium uestrũ tollet? Pecunias si habeas, multi tuum ex diuitijs gaudiũ auferre possunt, & surperfodiens, & credita subripiens seruus, & rex in fiscũ redigens, & inuidus homo calumnians. Si potentiam habeas, multi possunt tuum ex hoc gaudiũ tollere. Cũ enim principatus fuerit solutus, uoluptas quoq; resoluetur: quin & in ipso principatu multę res accidẽtes, difficultatem habentes & curas, lætitiam tuam diL minuunt. Si corporis robur habeas, morbus adortus huiusmodi gaudium dissoluit. Si pulchritudinem habeas & speciem, senectus superueniens tabefecit, & gaudium abstulit. Si mensa fruaris lauta, uespere occupante soluta est conuiuij lætitia. Rerum enim quęlibet mundanarũ infestare facilè potest, nec stabilẽ nobis uoluptatẽ afferre: pietas aũt & animi uirtus in contrarium penitus. Eleemosynam si feceris, meritũ auferre potest nemo: siue exercitus, siue reges, siue infiniti calumniatores, & insidiatores instent undiq;, in cœlis repositam possessionem auferre non possunt, sed gratia permanet continua. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ. Nec imerito, in cœ- Psa.111.b Luc.12.d lorum enim cellarijs reposita sunt, ubi fur non persodit, latro non tollit, tinea non consumit. Si preces fuderis continuas & intentas, earum fructũ auferre poterit nemo: hic etenim fructus in cœlo radicatus est, omni calumnia absolutus, & permanens inexpugnabilis. Si malè passus, benefeceris: si conuicijs affectus, benedixeris: hæc merita continuè manent, & ortam ex his lętitiã auferet nemo, sed quotiescunq; ipsorum recordatus fueris, gaudes & lætaris, & multam capis M uoluptatem. Sic profectò & fugere iuramentũ si præualeamus, & ab hac consuetudine perniciosa linguã nostram abstinere persuadeamus, meriti quidem labor breui absoluetur, lætitia uerò meriti iugiter erit, & indesinenter. Cæterum uos & aliorum præceptores esse oportet, & duces, & amicos proximis: seruos autem conserui, & iuuenes coæuos suscipere, instituere, & inducere debent. Nunquid si quis tibi aureum unum pro singulis hominibus correctis promisisset, nõnne omne studium adhibuisses, & assiduus adstitisses persuadens, & exhortans? Nunc uerò non aureũ unum, neque decem, neque uiginti, & centum mille, neq; totam deus terram tibi pollicetur in horum laborum retributionẽ, sed quod orbe toto maius est, hoc tibi præbet cœlorum regnum: ne hoc solùm, ue- Hier.15.d rùm & aliud præter hoc. Quale uerò hoc? Educẽs honestum ex indigno, sicut os meum erit, inquit. Quid huic posset esse par ad honoris & utilitatis rationẽ? Quæ uerò nobis excusatio & uenia post tantam promissionem proximorum salutem negligentibus esse ualeat? Tu uerò si cæcum quidem in uoraginem decidentem uideris, manum porrigis, & indignum

A esse putas, pereuntem despicere: uidens autem quotidie oẽs præcipitari fratres in improbam iuramentorum cõsuetudinem, nec uerbum audes proferre? Sed dixisti semel, & non audiuit: dic igitur bis & ter, & toties, donec persuaseris. Nobis quotidie loquitur deus, & non audimus, nec alloqui desistit. Hanc tu quoq; curam imitare circa proximum. Propterea coniuncti inter nos sumus, & urbes habitamus, & i ecclesijs cõgregamur, ut alter alterius peccata corrigamus. Et sicut multi eandem officinã habitantes homines differenter quidem mercantur, omnia uerò in commune reponunt: Sic profectò & nos agamus, quæcunq; bona quisq; conferre potest proximo, ne torpeat, neque differat: sed fiat negotiatio quædam, & talis collatio spiritualis, ut in commune omnia deponẽtes, & multas adepti diuitias, & magnum consecuti thesaurum communiter omnes regnum assequamur cœlorum, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui in secula seculorum, Amen.

B AD MAGISTRATVS AB IMPERATORE *Theodosio ad Elibichum exercitus ducem missos, ad prævaricatorum inquisitionem propter statuarum subuersionem.*

Homilia XVII.

Psal.71.d I N tempore omnes hodie cõmuniter concinuimus, Benedictus dominus deus Israel, q facit mirabilia solus. Etenim miranda, & opinionem excedentia facta sunt negotia, urbem totã, & populũ tantum submergi debentem, & sub undas agi, & perdi sunditus semel uno tẽporis momẽto, ab omni naufragio liberauit. Gratias igitur agamus, nõ tantùm quoniam hyemem soluit, sed quoniam & ipsam fieri permisit: nõ tantũ quoniam naufragio nos liberauit, sed etiam quòd in tantã nos angustia cadere dimisit, & extremum periculum nobis imminere. Sic & Paulus iussit, in omnibus gratias agere. Cũ uerò 1.Thessa.5.d dicat, In omnibus gratias agit. h. d. Non tantũ in gratium solutione, uerũ & in grauium tempore. Nam di Rom.8.c ligentibus deũ omnia cooperãtur in bonum. Gratias ipsi agamus propter tentationum resolutionẽ, & horum nunquam obliuiscamur, orationibus uacemus, C supplicationibus cõtinuis, pietati multæ. Cũ à principio grauius horũ malorum pyra fuit accẽsa, dicebãt quòd non erat disciplinæ tempus, sed orationũ: hoc profectò & nunc postquàm extincta est. Dico quòd nunc maximè tempus orationũ magis q̃ prius: nunc maximè lachrymarum tempus & compunctionis, & animæ anxatæ, & multi studij & cautelæ. Tunc nempe ipsa tribulationũ natura uel inuitos nos corripiebat, & modestos faciebat, & ad maiorẽ agebat reuerentiam: nunc aũt ablato fræno, & nube præterita, timendum, ne ad torporem declinemus, ne segniores Psa.77.b reddamur rursum ex remissione, ne de nobis quoque quisquam dicat: Cùm occideret eos, tunc quærebãt eum, & reuertebantur, & diluculo ueniebãt ad eum. Deu.6.c Propterea & Moses Iudæos admonebat, dicẽs: Postquam comederi s & biberis, & fueris repletus, recordare domini dei tui. Nũc uestra gratitudo uidebitur, si in eadẽ manseritis pietate: tunc quippe multi timori, & malorum illationi studium uestrũ attribuebãt: nunc uerò purum erit meritũ uestrũ, si idẽ seruantes studiũ maneatis. Quoniam & puerulus si donec ab aliquo quidẽ agatur pędagogo terribili, cũ modestia uiuit & mansuetudine, nihil est mirandum, sed pæda- D gogi timori iuuenis modestiã attribuunt oẽs: cũ uerò deposita necessitate ille in eadem manserit honestate, tunc & quam habuit in priori ætate modestiã, ipsi omnes adscribunt. Hoc & nos utiq; faciamus, in eadem manentes reuerentia, ut & prioris studij laudẽ multã à deo capiamus. Innumera expectauimus mala, omnium substãtias direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, ciuitatẽ medio tollẽdam ex orbe, & ipsius reliquias oẽs perituras, aratrũ ipsius terram suscepturam. Sed ecce hæc omnia in expectatione tantũ steterunt, & in opus non processerũt. Nec hoc solũ est mirandum, quòd tantum periculi deus soluit, sed etiam quoniam magnis nos affecit beneficijs, & ciuitatem nostram ornauit, nosq; per hanc tentationem, & calamitatem probatiores effecit. Nam quando à rege missi ad cõmissorum inquisitionẽ tremendum illud constituere iudicium, omnesq; ad malefactorũ pœnas uocabãt, & uariæ mortis omnibus erat expectatio, tunc uertices montiũ habitantes monachi, propriam exhibuere sapientiam. Nanq; tot annis in cauernis suis conclusi, nemine aduocante, suaE dente nemine, postquã nubem tantam ciuitatem circunstantem uiderunt, tabernacula, speluncasq; suas derelinquentes, undiq; cõfluxerunt, uelut angeli quidam de cœlo profecti. Et erat cernere tunc ciuitatem uni similem homini. Vbiq; tunc uidisses sanctos illos manifestos, uel ex aspectu solo, dolore pressos consolantes, & ad oẽm calamitatis contemptum inducentes. Quis enim illos conspicatus, mortem non derisisset? non despexisset uitam? Nec hoc solũ erat mirabile, sed quòd & principibus ipsis accedentes cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes sanguinem effundere parati erant, & capita deponere, ut captos ab expectatis tribulationibus eriperent: Et dixerunt se non prius recessuros, quàm iudices parcerent ciuitatis populo, uel se communiter cum reis ad regem legatos mitterent. Religiosus est, inquit, qui nostræ genti dominatur, fidelis, cũ pietate uiuẽs. Nos igitur ipsum oino teconciliabimus, non permittemus uobis, neque concedemus ensem polluere, nec ullius abscindere caput, Si uerò nõ toleratis, & nos cũ ipsis omnino moriemur. Grauia quidem patrata & nos cõfitemur, sed F regis humanitatem non excedit gestorum iniquitas. Dicitur quidem ipsorum aliud uerbũ sapientiæ plenũ dixisse, quòd statuæ quidem deiectæ rursum erectæ fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit celerrimam. Si uos aũt dei imaginem occideritis, quomodo rursum poteritis commissum reuocare? quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? Multa & de iudicio ipsis differuere. Quis nõ consternaretur? quis non uirorũ sapientiam admiraretur? Quoniam quædã reorũ mater nudato capite, & canis ostensis iudicaturi equum fræno apprehendit, & per forum prætercurrens, sic ad iudicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, omnes admirati pietatem, & magnanimitatẽ. Quomodo non magis hos obstupescere oportet? Illa enim etiã si mortua esset pro filio, nihil mirandũ: magna enim naturæ uis, & inexpugnabilis uiscerum necessitas. Hi uerò nõ genuerunt, nec educarunt: immo uerò quos non nouerunt, quos non audierunt, quibus cum nunquam conuersati sunt, quos ex sola nouerunt calamitate, tantùm amauerunt, ut etiam si infinitas habuissent animas, omnes pro illorum sa-

G lute tradere uellent. Neq; mihi dicas hoc, quòd non iugulati sunt, nec sanguinem effuderũt: sed quòd tanta cõtra iudices usi sunt libertate, quanta solos de salute sua desperatos uti uerisimile fuit: & tali cum sententia de montibus ad tribunal cucurrerunt. Nec.n. nisi prius se neci præparassent cuilibet, tam liberè potuissent iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem: etenim ante fori ianuas dies agebant sedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati. Vbi nunc sunt pallia gestantes, & profundã ostentantes barbam, & bacula dextra ferentes, exter norum philosophi, cynica piacula, submensalibus canibus miserius dispositi, uentrisq; causa cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deseruerũt, resilierũt omnes, in cauernas conditi sunt: soli uerò qui per opera uerè philosophiam exhibent, ac si nullum ciuitatem graue comprehendisset, sic intrepidè in foro apparuerunt. Et urbem quidem habitantes, ad montes & deserta auolauerunt: eremi uerò incolæ in urbẽ ingressi sunt, per ipsa demonstrantes opera sua, quod superioribus diebus non destiti, dicẽs, quòd cum uirtute uiH uentem, neq; fornax quicquam lædere poterit, tantò est animæ sapientia omnibus sublimior, & suauibus & tristibus cunctis: nec enim in illis mollescit, nec abhis contrahitur & humiliatur, sed per omnia manet æqualis, propriam fortitudinem & uim exhibens. Quem enim non redarguisset præsentis temporis difficultas? Primũ apud nos conuersati, in potentatibus existentes, diuitias ineffabiles sortiti, qui multã apud regem licentiam habebant, domos deserentes orphanas, omnes de propria salute consultabant. Et amicitia omnis, & cognatio tunc redarguebatur, & quos olim nouerant, in tempore calamitatis hos ignorare, & ab illis ignorari optabant. Monachi uerò homines pauperes, pallio plus nihil habentes uili, uiuentes in rusticitate, nulli esse apparentes, in montibus & saltibus uersantes, uelut quidam leones magno & alto sensu præditi, omnibus pauefactis & trepidãtibus in medio consistentes, malũ dissoluere non multis diebus, sed breui temporis momento. Et sicut generosi athletæ non tantũ aduersarios complexi, sed etiã uisi tantũ in oppositione, & uociferati aduersarios cõuertunt. sic & hi die una & descenderunt. & disseruerũt, I & soluerunt calamitatem, & ad propria reuersi sunt tabernacula. Tanti est philosophia à Christo introducta. Et quid dico de diuitibus, & in potestatibus constitutis, cũ & iudicandi potestatem assecuti, summa administrantes imperia ab his ipsis rogati monachis, ut cũ uenia sentẽtiam facerent, finis se dominos esse negauerint? haud tutum enim, sed periculosum esse nõ tantũ iniuriam inferre regi, sed etiam eos qui contumeliæ rei cõuicti sint impunitos dimittere. Sed hi omnibus fuere potẽtiores, & animi magnitudine, & tolerantia assidentes suppleuerunt, ut quam à rege non ceperant potestatem, hanc exhiberent: & manifestatis his qui rei essent, iudicantibus persuadere potuerunt, ne damnationis sniam efferrent, sed ad regis sententiam finem reicerent: & promiserunt se illi persuasuros, & facturos, ut omnino ueniam daret his, q in se peccauerant: & peregrinationem aggressi sunt, sed iudices ipsorum sapientiam reueriti, & sensus altitudine perculsi, hanc eos longam obire uiam non pmisere, sed si duntaxat ipsorum uoces haberẽt in scriptis, cum literis discessuros, & regem exoraturos, ut omnem iram dimitteret, spoponderũt. Quod & fore expectamus: etenim cùm sententia diceretur, ingressi K multæ sapientiæ uerba dixere, & per literas regi supplicauerunt, & iudicijs fecere memoriam, & se ua deposituros esse capita dixerunt, ne hoc fieret, & has capientes in literis uoces, iudicantes abierũt: quod omni corona splendidius uestram ciuitatem exornabit. Et quæ sunt hic nunc gesta audiet quidem magna ciuitas, audiet aũt omnis orbis, quòd tales Antiochenorum urbem habitant monachi, ut apostolicã exhibeant potestatem. Et literis nunc lectis in castris omnes ipsorum magnanimitatem admirabũtur, omnes ciuitatem nostram beatam uocabunt, & malam repellemus famam, & scient oẽs, quòd gesta non ciuitatem inhabitantium fuere, sed hominũ externorũ, & perditorum: & idonea ciuitatis morũ demonstratio, monachorum erit testimonium. Ne igitur tristemur dilecti, sed bonam expectemus spem. Si.n. apud homines libertas tantũ molestiæ prohibere potuit, ipsa apud deũ fiducia quid non operabitur? Hæc etiam gentilibus dicamus, cũ de philosophis nobiscum disputare audent. Ex his manifestũ, quòd & priora fuerunt falsa apud illos. Ex his manifestũ, quòd & apud L nos uera fuere priora de Ioãne, Petro & Paulo, & omnibus alijs. Quoniam enim illorum pietatem excepe runt, propterea & eorum fiduciam exhibuerunt: quoniam iisdem legibus educati sunt, propterea & ipsorũ uirtutem imitati sunt. Itaq; non literis est opus nobis ad apostolicam uirtutem demonstrandam, rebus ipsis clamantibus, & discipulis magistros repræsentantibus. Non nobis sermonibus opus est ad gentilium nugas manifestandas, & apud ipsos philosophantiũ pusillanimitatem, rebus ipsis clamantibus, tam præsentibus, q̃ præteritis, quòd omnia apud ipsos fabulę, & scena, & hypocrisis. Nec monachi tantũ, uerùm & sacerdotes eandem præstiterunt animi magnitudinẽ, nostramq; dispensauere salutem. Et alius quidem in castra se contulit, omnia dilectioni uestræ postponens, & paratus, nisi regi persuaderet, mori. Alij uerò hic remanentes, & eadem cum monachis exhibẽtes, proprijs manibus iudices continentes, non permittẽtes abire, priusquam de iudicij fine promitterent: & cùm renuentes quidem uidebant, multa fiducia & ipsi uicissim utebantur. Vt aũt annuentes uiderunt, 'pedes & genua complexi, & manus exosculati, utranq; M uirtutem superabundanter exhibuere, libertatem & mansuetudinem. Quòd enim non superbia esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo, maximè demonstrauerunt. Rursum quòd humilitas non esset assentatio, neque seruilitas quædam, nec ex illiberali sententia profecta, præmissa ipsorum fiducia testificata est. Neq; hæc sola de tentatione bona lucrati sumus, uerùm & multam modestiam, mansuetudinem multam. Ciuitas nobis repentè monasterium facta est. Non sic illam aliquis ornasset, si aureas in foro statuas erexisset, sicut nũc clara & illustris est, quæ bonas uirtutis statuas protulit, & proprias exhibuit diuitias. Sed à rege profecta contristant? Sed nec illa profectò grauia, uerũ & ipsa multum attulerunt emolumenti. Quid enim molesti, dic mihi, factũ est, quòd orchestram obstruxit, quòd circum inaccessibile fecit, quòd nequię fontes exclusit, & subuertit? Vtinam nec daretur unquam hos aperiri. Hinc nequitiæ radices in ciuitate germinauerunt, hinc sunt qui moribus ipsius calumniantur, suas uoces saltantibus uendentes, & tribus obolis suam illis salutem prodentes,

A tes confundentes omnia. Propterea tristaris charissime? Immo propterea & gaudere & lætari oportet, & gratias regi agere, quoniã ipsius ultio correctio fuit, & pœna eruditio, & ira doctrina. Sed quoniã balnea nobis excusa sunt? Sed hoc nõ intolerabile, uel inuitos, lubricam & mollem & dissolutam degentes uitã ad philosophiam reducere potest. Sed quòd ciuitatis abstulit dignitatem, nec amplius ipsam Metropolim appellari permisit? Sed quid facere oportebat? Laudare cõmissa, & gratias agere? Et quis ipsum nõ accusasset, quòd nec usq; ad speciem indignationẽ præ se tulisset? Nõ cernis patres multa huiusmodi in filios suos facere? Auertuntur, & mensa prohibent. Hoc quoque rex fecit, tales imponens ultiones, nullũ quidem habentes damnum, multam uerò correctionẽ afferentes. Cogita quæ expectauimus, & quæ facta sunt, & tunc maximè sciemus dei gratiam. Doles, quòd ciuitatis dignitas ablata est? Disce quid tandem sit ciuitatis dignitas, & tunc manifestè scies, quòd si habitatores ipsam nõ prodiderint, auferre poterit alius nemo ciuitatis dignitatem. Non quòd Metropolis sit, neq; B quòd habeat ædificiorum magnitudinem & ornatum, neq; quòd multas habeat colũnas, & porticus, & deambulationes, neq; quòd ante alias ciuitates pdicetur: sed inhabitantium uirtus & pietas, hæc & dignitas, & ornatus, & tutela ciuitatis, ita ut si hoc desit, omnium sit uilissima, licèt infinitum ab Imperatore consequatur honorem. Vis ciuitatis tuæ dignitatẽ discere? Vis gentilia ipsius ornamenta nosse? Hæc cũ sedulitate dicam, non ut tantũ discas, uerũ ut & imiAct.11.d teris. Quæ tandem est ciuitatis nostræ dignitas? Contigit primũ Antiochiæ discipulos appellare Christianos. Hoc autem ciuitatum quæ sunt in mundo cunctarũ habet nulla. Nec ipsa Romuli ciuitas: propterea contra oẽm terrarum orbem oculos erigere potest, quoniã erga Christum amoris ignem habet propter fiduciam, propter uirtutem illam. Vis & aliam ciuitatis audire dignitatem & laudem? Fames olim difficillima futura erat, & Antiochiã habitantes statuerunt, prout quisq; abundabat, ad sanctos Hierosolymã habitantes aliquid mittere. Ecce & secundam dignitatem, in fame charitatem. Non contraxit ipsos tepus, C nec segniores reddidit calamitatis expectatio: sed quando alij aliena colligunt, tunc illi sua emittebant, nec præsentibus tantũ, uerũ, & longè sedentibus. Vi-Act.11.a distí fidem in deum, & charitatem in proximum? Vis & aliam ciuitatis huius discere dignitatem? Descenderunt quidam ex Iudæa Antiochiam, perturbãtes prædicationẽ, & Iudaicas inducentes obseruationes. Nõ tacitè tulerunt illi innouationem, nec acquieuerunt, sed conuenientes, & ecclesiam facientes, Hierosolymam Paulum miserunt & Barnabam, & effecerũt, ut apostoli dogmata à Iudaica infirmitate pura ubique terrarum mitterent. Hęc ciuitatis dignitas, hoc ipsam facit Metropolim, non in terra sed in cœlo. Itaq; omnes alij honores corruptibiles sunt & caduci, & cum præsenti uita soluuntur: frequenter autem & ante psentem uitam finem capiunt: sicut & nunc utiq; cepe runt. Mihi ciuitas non habens pios ciues omni uilla uilior est, & quacunq; spelunca ignobilior. Et quid dico de ciuitate? Vt enim diligenter discas, quòd uirtus sola inhabitantes ornat, nihil tibi de ciuitate dico, sed quod est omni ciuitate uenerabilius, Hierosolymitanum dei templum in medium agens hoc demonstrare conabor. Hoc enim templum, in quo sacrificia, & orationes & cultus, ubi sancta sanctorum, & Cherubin, & testamentum, & phiala aurea, magna indicia diuinæ circa genus illud prouidẽtiæ. Vbi oracula supernè continuò ferebantur, ubi prophetæ diuini fiebant: ubi nõ humanæ artis apparatus, sed diuitiæ sapientiæ expresio erat: ubi multo parietes undiq; fulgebant auro, & supra oẽm modum, tum materię pretiosissima species, tum artis diligentia coniunctæ singulare super terram templũ hmõi tunc fuisse demonstrauerunt: immo uerò nõ artis tantũ diligentia, uerũ & dei sapientia simul illud ornauit ædificiũ. Nõ enim ex proprio, nec à semetipso, sed à deo cuncta Salomõ 3. Reg. 6. a dicens, & descriptionem cœlitus capiens, sic ipsum designauit, & erexit. Verũtamen templum tam pulchrum, & mirabile, & sanctum, utentibus ipso perditis tantæ ignominiæ habitum est, sicq; contemptum & prophanum redditum, ut ante captiuitatẽ quidẽ spelunca uocaretur latronũ, & spelæum hyænæ, post Mat 21.b hæc uerò barbaricis, & immundis, & prophanis ma- & Luce nibus traditum sit. Vis & de ciuitate hoc idem dis- 19.g cere? Quid Sodomis & coniunctis ciuitatibus fuit præclarius? Et enim domus & ædificia splendida, & pariE tes pulcherrimi apud ipsos erant, & regio pinguis, & fertilis, & paradiso dei assimilata. Cella uerò Abrahã uilis & parua, & nullum habens munimen. Sed exorto quandoq; bello barbarico, urbes quidem mœnibus munitas suffoderũt, & ceperunt barbari, & incolas captiuos facientes abierunt: solitudinis aũt ciuem Abraham ingruentem non pertulerunt. Nec immerito: multitudinis enim & murorum munimine multò maiorem uim habebat, pietatẽ scilicet. Si Christianus es, ciuitatem nom habes super terrã. Ciuitatis nostræ opifex & architectus est deus: licet oẽm capiamus orbem, hospites & peregrini totius sumus. In cœlũ adscripti sumus, illic conuersamur, non more puerorũ paruorum pueros magnos suspicientium, parua admiremur. Non ciuitatis magnitudo, sed animi uirtus ornamentum est, & munimentum. Si uerò ciuitatis quoq; dignitatem esse putaueris magnitudinem, cogita quot lenones, quot molles & perditi, & innumeris pleni malis dignitati huic cõmunicant, & tandem hunc contemne honorem. Sed non ille talis est: non enim ipsius partem capere licet illis, qui nõ oẽm exhi F beant uirtutem. Ne igitur stulti fiamus, sed tunc doleamus, cũ quis animæ nostræ dignitatẽ abstulerit, cũ peccatum fuerimus operati, cùm communẽ omnium dominum offenderimus, sicut quæ nũc patrata sunt, non tantũ nihil lædent ciuitatem, sed si sobrijsimus, & maximè aduuabunt. Etenim nunc ciuitas nostra mulieri formosæ, & liberæ, & modestæ similis esse uidetur. Timor ipsam fecit mansuetiorẽ & honestiorẽ, & à sceleratis illis, qui hæc nefanda sunt ausi facinora, liberauit. Ne igitur muliebri ploremus luctu: etenim multos per forum dicentes audiui: Væ tibi Antiochia, quid tibi factum est? quomodo es honore priuata? Et cũ audissem, puerilem talia dicentiũ mentem derisi. Non enim hæc nunc oportet dicere: sed cũ saltantes uideris, potantes, blasphemantes, iurantes, peierantes, mentientes, tunc hac urere dictione: Væ tibi ciuitas. quid tibi factum est? Si uero forũ uideris paucos habens uiros mãsuetos, & modestos, & moderatos, ciuitatem illam uoca beatam. Nihil enim ipsam paucitas lædere poterit, cũ non desit uirtus: sicut è contra nihil unquam proderit multitudo, cùm adsit malitia. Si fuerit numerus filiorum Israel, Rom. 9.f

G inquit, uelut arena maris, reliquiæ saluabuntur. Nihil me multitudo poterit exorare inquit. Sic & Christus fecit, uocauit ciuitates miseras, non propter paucitatem, neq; quoniam non essent Metropoles. Et Hierusalem rursum pp hoc ipsum miserā dixit, si cinquiens:
Mat.23.d Hierusalē, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quam mihi confert utilitatem multitudo, dic mihi, si uitiosē uiuat? quin è cōtrario & damnum ex hoc nascitur. Quid enim aliud nunc illata mala fecit? nonne torpor & contemptus, & inhabitantium improbitas? nunquid dignitas ciuitati profuit? nunquid ædificij magnitudo? nunquid quia Metropolis? Si uerò apud regem terræ nihil ex se præuaricatæ hoc profuit, sed illa cuncta sublata sunt: multò magis apud angelorum dominum nihil ipsi proderit dignitas ista: nihil enim nos illo die poterit adiuuare, quòd Metropolim habitemus, porticus latas habentem, & alias huiusmodi dignitates. Et quid dico per illum diem? Quid uel ad præsentem uitam prodesse potuit ciuitati esse tibi Metropolim? Nunquid ex hoc domum quisquam malè disposita cor
H rexit, uel ex hac ullum dignitate prouentum habuit, uel tristitiam repulit, uel corporis ægritudinem, uel animi uitium depositi? Ne laudemus dilecti, nec ad multorum opiniones respiciamus, sed discamus quæ tandem sit ciuitatis dignitas, quid quod ciuitatē red dat Metropolim. Hæc licèt dicam, spero rursum ciuitatem hanc, formam priorem resumpturā, & in propria futuram præsidentia. Humanus enim & pius rex. Volo uos autem, etiam si reddita fuerit, non altùm ob hoc sapere, neq; gloriari, nec ex his ciuitatem uestram uenerabilem habere. Cùm uelis ciuitatis laudē dicere, ne mihi Daphnen suburbanam dicas, nec altitudinem cupressorum & multitudinem, nec aquarū fontes, nec multos homines ciuitatem habitare, nec usq; ad profundissimum uesperum cum multa libertate in foro uersari, nec uenalium copiam habere, sen sibilia hæc omnia cū sint, & usq; ad præsentem permaneant uitam: sed si dicere possis uirtutem, māsuetudinem, eleemosynam, nocturnas orationes, modestiam, animi sapientiam, ex istis ciuitatem commenda. Hæc si & eremum habitantibus adsint, omni ciui
I tate splendidiorem ipsam faciunt: & è contra ciuitatem omnium uilissimam, si hæc illius non adsint ciuibus. Hoc non in ciuitate tantùm, uerùm & in hominibus faciamus. Si hominem uideris corpulētum, in habitudinem multam progressum, sublimē, & alios superascendentem corporis proceritate, ne admireris, donec animum didiceris. Ne ab exteriori pulchritudine, sed à mentis ornatu homines beatos censeamus. Paruus erat Dauid, & breuis statura: ueruntamen breuis ille & paruus, & armis nudus omnibus,
1.Re.17.f exercitum tantum & carneam turrim illam solo prostrauit ictu, non hastam iaculatus, neq; sagittam mittens, nec ensem stringens, sed omnia modico lapide
Eccl.11.a consummans. Propterea & quidam admoner, dicēs: Ne laudaueris hominē in specie eius, nec abomineris uirum in aspectu eius. Parua inter uolatilia apis, & dulcedinis principatum tenet ipsius fructus. Hoc & de ciuitate & hominibus dicamus, & inter nos philosophemur, & deo gratias habeamus continuè & de præsentibus, & de præteritis: & cōiter ipsum rogemus cum omni intētione, ut & carcerem habitantes, & in exilium transportati, illic quidē dimittantur, hi uerò reuertantur. Membra nostra sunt & illi, nobiscum fluctuati sunt, nobiscum procellam sustinuerunt. Rogemus igitur benignitatem diuinam, ut ipsi nobiscum tranquillitatem assequantur. Nemo dicat, Quæ uerò mihi cura est amplius? Liberatus sum ipse periculo, pereat, ille corrumpatur alter. Ne deum exacerbamus per hanc aspernationem: sed tanq; ipsi simus in aduersis, sic doleamus, sic deum cū sedulitate precemur, illud Pauli dictum implentes: Cùm uinctis tanq; simul Rom.12.f uincti, cum malè habentibus tanquā & ipsi simus in corpore, & flentes cum flentibus, humilibus cor sentientes. Hoc & nobismetipsis maximè proderit. Nihil.n. sic deum delectare consueuit, sicut cū multa promptitudine, pro membris nostris dolemus. Oremus igitur ipsum communiter & pro præsentibus, & pro futuris, ut & ab illa nos pœna liberet. Præsentia enim qualiacunq; sint tolerabilia sunt, & finem habent: illa uerò tormenta immortalia, & ineuitabilia. Præter cōsolationem uerò studeamus & ipsi non amplius talibus labi peccatis, sciētes quòd amplius neq; ueniam assequi poterimus. Cōiter igitur ante deum prosidamus omnes, & dum hìc sumus, & domum profecti dicamus: Iustus es domine in omnib⁹ quæ fecisti nobis, quoniam in uero iudicio fecisti. Si peccata nostra obstiterint nobis, fac propter nomen tuum, & ne cōcedas amplius talium nos molestiarum experiētiam Mat.6.f capere, nec inducas nos in tētationem, sed libera nos à malo: quoniam tuum est regnū, & potentia, & gloria in secula seculorum, Amen.

IN PRAEDICTAM SEDITIONIS MATERIAM. Et de ieiunio. Et in Apostolicum dictum: Gaudete in domino semper.

Homilia. xviij.

Vltos uidi gaudentes, & inter se dicentes: Vi-
m cimus, superauimus, ieiunij dimidium profligatum est. Tales autē hortor non propterea gaudere, quia profligatum sic ieiunij dimidium, sed illud considerare, si peccatorum sit profligatum dimidium, & tūc exultare: hoc enim uoluptate dignū, hoc est id quod quæritur, & propter quod facta sunt omnia, ut defectus nostros corrigamus, ne tales ea mus de ieiunio, quales ieiunium ingressi sumus, sed M
abluti, & omni mala consuetudine deposita, sic sacrā agamus solennitatem. Si hoc desit, non tantū nulla nobis erit utilitas, uerū & maximum ex consummato ieiunio damnum. Ne igitur lætemur, quòd ieiunij prolixitatem expediuimus, nihil enim magnum hoc est. sed lætemur, quando cum profectibus ipsum exegerimus, ut etiam ipso transacto, fructus ipsius effulgeat: etenim hyemis lucrum tunc maximè demōstratur, cū illa præterierit. Nanq; uernantes segetes, & folijs ac fructu affluentes arbores per ipsum aspectum clamant utilitatem sibi ex hyeme factam. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim pluuijs continuis & crebris in hyeme per ieiunij tempus potiti sumus, cōtinuam haurientes doctrinam, & semina suscepimus spiritualia, & deliciarum spinas abscidimus: Perseueremus igitur, quæ suscepimus cum diligentia seruantes, ut & ieiunio præterito ieiunij scaturiat fructus: & per bona quæ de ieiunio cepimus, etiam ipsius ieiunij recordemur. Si nos igitur sic comparemus aduenienti ieiunio cum uoluptate suscipiemus denuò. Multos etenim uideo se ita pusillanimiter habētes, ut in præsenti de futura soliciti sint quadragesima, multosq; dicentes au

A diui, quòd post ieiunij liberationem non sentiunt uoluptatem ex remissione propter futuri anni solicitudinem. Quid his, quæso, magis esse posset pusillanime? Quæ uerò est huius causa? quòd adueniente ieiunio non quomodo bene disponatur anima studemus, sed in sola ciborum abstinētia ipsum definimus. Itaq; si multum in morū correctione ab ipso lucraremur, etiam quotidie ieiuniū adesse oraremus, per ipsa opera eius meritorum sensum cupientes, nec unquam ipsius desiderium eiiceremus, nec ipsum expectātes tristes fieremus & anxij. Mente quippe bene dispositū, & animæ suæ curam habētem nulla res tribulare poterit, sed pura continuaq; fruetur uoluptate. Quòd
Phil.4.a hoc sit uerum, hodie Paulum audistis nos admonentem, & dicētem: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et scimus multis uideri, non posse fieri quod dictum est. Quomodo nanque fieri potest, inquit, ut qui homo est, semper gaudeat? Gaudere nāq; non difficile, continuè uerò gaudere & impossibile mihi esse uidetur. Fortè quis dicet, multæ nos tristitiæ necessitate circuncursant. Vel enim filiū quis amiB sit, uel uxorem, uel amicum legitimum omni consanguineo magis necessarium: uel pecuniarū passus est mulctam, uel in ægritudinem incidit, uel aliarum rerum sustinuit iacturam, uel præter dignitatem contumeliam passus indoluit: uel fames, uel pestis, uel exactio intolerabilis, uel familiaria negotia: quinimmo nunquam omnia recensere possemus, quæcunque & priuatim, & publicè nos mœrore afficere consueuerunt. Quomodo igitur, inquit, possibile semper gaudere? possibile nempe ô homo: & si possibile nō esset, non admonuisset Paulus, nec consuluisset, cùm homo speciali esset fruens sapientia. Et propterea cōtinuè uobis dicebam, & dicere non desinam: quoniam quæ nullatenus ab alio quoquam discere datur, hæc nobis licet hìc meditari. Voluptatem enim quærunt, & gaudere cupiunt omnes, & propter hoc omnia faciunt, & dicunt, & negotiantur. Etenim mercator propter hoc nauigat, ut pecunias congreget: congregat autem pecunias, ut habens repositas gaudeat: & exercitus ductitans propterea tractat arma, & agricola propterea terram colit, & artem quisque
C suam propterea tractat: & dominationis cupidi ideo cupiunt, ut gloria fruantur, gloria uerò frui uolunt, ut gaudeant. Et negotiū quodque ad hunc finē nobis tendere uidetis. Et ad hoc quisq; respiciens p multa media ad ipsum ire festinat. Lętitiam quippe, quod dixi, amant omnes, assequi uerò nō omnes possunt. Nescіunt enim uiam eò tendentem. Sed multi putant quòd diuitijs affluere huius sit causa. Si hæc autē causa fuisset, nemo pecunias possidentium unquam fuisset dolore pressus: nunc uerò diuitum multi uitā non uitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant, cùm aliquam aduersitatem senserint, & hi maximè sunt uehementer dolentes. Ne mihi quippe mensas ipsorum respexeris, nec assentatores & parasitos, sed res ex ipsis orientes, infestationes & calumnias, pericula, anxietates, & quod his molestius est, quòd impræmeditati ad has deuoluti mutationes, philosophari nesciunt, & casus generosè ferre. Propterea nec huiusmodi uidentur ipsis grauia, qualia per naturam sunt, uerùm & leuia iam intolerabilia esse uidentur. Sicut uicissim in pauperibus contrarium fit, & illa tolerari posse uidentur, quæ intolerabilia sunt, quippe qui multa talia prius meditati fuerint. Non enim tam rerum natura, quàm patientium dispositio magnaq; D & parua uideri facit incumbentia nobis mala. Et ne horum exemplum amborum longius accersiam, de his quæ uobis acciderunt, disseram. Ecce enim pauperes quidem omnes euaserunt, & populus periculo liberatus est, & pura potitur securitate. Qui ciuitatis autem negotia tractabant, & equos domi alebant, & brauia in certaminibus proponebant, & alia administrabant: ipsi carcerem nunc habitant, & de extremis timent, & ab omnibus patratorum soli dant pœnas, & in continuo metu uiuunt, & omnibus miserius nunc dispositi sunt, non propter periculorū magnitudinem, sed quia præteritum tempus in delicijs egerant. Multi nanque cùm eos hortaremur, & suaderemus ut generosè grauia ferrent, dicebant: nil unquam tale meditati sumus, nec talia philosophari nouimus, propterea magnæ indigemus consolationis. Alij rursum putant, quòd bona ualetudo sit uoluptatis causa. Non est autem: multi nanq; bene ualentes, & ipsi millies mori optauerunt, illatas sibi non ferentes calumnias. Alij rursum gloria potiri, & imperio insignitum esse, & magistratus administrare, & à mul- E
tis adulationibus demulceri, continuæ lætitiæ causam esse dicunt: sed nec istud est. Et quid dico alios magistratus? Etsi enim ad ipsum mente regnum ascēdamus, in illo quoq; uiuentem multis circunuentum molestijs inueniemus: & tantò plures tristitiæ necessitates habentem, quantò maiori quoque rerum fastu circundatus est. Et quid opus est bella, pugnásque cō memorare, & barbarorū insultus? Ipsos sæpe timent, qui secum domi conuersantur. Etenim regum multi hostiles elapsi manus, corporis sui custodum insidias non effugerunt. Tot uerò regibus tristitiæ necessitates sunt, quot mari undę. Cùm igitur nec regnum uitam sine tristitia reddere possit, quid aliud hoc præstare poterit? Humanorum quidem nihil, sed solum Pauli uerbum, breue quidem id, sed altum nobis hūc aperiet thesaurum. Non enim multis opus est sermonibus, nec longo circuitu: sed si solum dictum cogitemus, uitam ad hoc ferētem inueniemus: nec enim simpliciter dixit, Gaudete semper: sed addidit continuæ uoluptatis causam, cùm dixerit, Gaudete in do- Phil.4.a
mino semper. In domino gaudens ex accidente nul- F
lo uoluptate hac excidere potest. Alia nempe cūcta, in quibus gaudemus, mutabilia sunt, & transitu facilia, & facilè uertuntur, nec hoc solùm habent molestum, sed etiam quòd manentia, non tantam afferūt nobis uoluptatem, ut ex alijs nascentem tristitiam repellant, & obumbrent. Dei uerò timor hæc habet utraque, stabilisq; est & immotus, & tantam emittit lætitiam, ut nullus nos aliorum sensus malorum capiat. Deum enim, sicut oportet, timens, & in ipso confidēs, uoluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare decidens immensum scintilla breuis facilè deletur: sic quantacunque deum timenti illidantur, uelut in uastum lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur, atque perduntur. Et reuera hoc est maximè mirabile, quòd cùm adsint quæ contristare solent, permanet ipse gaudens. Si nihil enim adesset tristificum, non esset ipsi magnum semper posse gaudere. Multis autem incumbentibus, quæ in tristitiam impellāt, omnibus esse superiorem, & in medijs tristibus lætari, hoc est admirabile. Et sicut tres pueros non assisse miraretur nemo, si procul à Babylonica stetissent fornace (quod enim om-

Gnes consteruauit hoc est, quòd in igne tantum temporis uersati, his qui nō uersati fuerant, egresi sunt minus læsi) sic & in sanctis dicere licet, quod si nulla ipsis institisset tentatio, ipsos continuè gaudere nō admiraremur. Cōsternatione uero dignum, & supranaturam humanam hoc est, quòd infinitis undique undis circundati, tranquillitate pura fruentibus melius dispositi sunt. Quòd igitur nullam exteriorem uitam gaudium continuum habentem inuenire licet, ex dictis patet. Quòd autē fidelis non potest non continua frui uoluptate, rursum & hoc ipsum demonstrare conabor, nō ut discatis tantum, sed etiam ut hanc tristitia carentem uitam sectemini. Sit enim aliqs nihil in se damnandum habens, sed bona fretus conscientia, & ad futura anhelans, & expectans illam beatam spem: quid hunc, quæso, in tristitiam potest inducere? Nam omnibus rebus intolerabilior mors esse uidetur, sed huius expectatio non tātum ipsum non cōtristat, uerum & potius delectat: nouit enim quòd mortis præsentia laborum est liberatio, & cursus ad coronas, & brauia pro pietate & uirtute pugnātibus
Iob.1.d H reposita. Sed filiorum acerba mors. Verum & hoc genere sē fert, & dicet Iob uerba: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino uisum est, ita & factū est: sit nomen domini benedictum in secula. Si uero filiorum mors & iactura contristare non potest, multo minus pecuniarum iactura, & accusationes & calumniæ tam magnum & generosum animum tāgere possent, neque corporis dolor: quoniam & apostoli flagellabantur quidem, sed non dolebant. Magna quidem sunt & hæc, sed multo maius est, quòd non tantum non dolebāt, uerum & ipsa flagella maioris materiam faciebant uoluptatis, & reuertebantur à facie concilij gaudentes, quòd digni fuerant habiti pro nomine Christi contumeliam pati. Contumelia & conuicio quis talem affecit: sed à Christo gaudere institutus est in contumelijs. Gaudete enim, inquit, &
Act.5.g
Mat.5.a exultate de omni malo uerbo, quod dixerint contra uos homines, mentientes propter me: quoniam merces uestra multa est in cœlis. Sed in morbum incidit? Verum audiuit alium admonentem, & dicentem: In morbo & paupertate in ipso confidas. Quoniam sicut in igne probatur aurum, sic homines acceptabiles in fornace humiliationis. Cum igitur neque mors, neque pecuniarum iactura, neque corporis ægritudo, neque ignominia, neque conuicium, neque quippiam aliud huiusmodi ipsum contristare possit, uerum & magis delectet: quam unquam tristitiæ materiam habebit? Quid igitur, inquit, sancti non
Ro.9.a dolebant? non audis Paulum dicentem, Tristitia mihi magna est, & indefinens dolor cordi meo? Hoc ipsum nempe admirabile est, quòd tristitia lucrum, & uoluptatem ex lucro ferebat. Sicut enim flagella non dolores, sed lætitiam: sic rursum & tristitia magnas illas præbebat coronas. Et hoc est admirabile, quòd non mundi tristitia tantum, uerum & lætitia damnum habet extremum. In spiritualibus uero contrarium totum, non lætitia tantum, uerum & tristitia multum habet bonorum thesaurum. Verbi gratia, Gaudet quis in mundo sæpe inimicum laborantem uidens, & per hanc lætitiam, multam sibi attrahit pœnam: dolet rursum quis alius fratrem lapsum uidens, & per hāc tristitiam multam sibi met apud deum beneuolentiam comparat. Cernis quomodo secūdum deum tristitia, mundi lætitia melior est & utilior? Sic & Paulus tristabatur propter peccantes, propter non K
credentes deo, & ex hac tristitia multam sibi repositam habebat mercedem. Vt autē manifestius quod dico faciam, & discatis quòd licèt præter opinionem sit dictum, tamen uerum est, & luctus sæpe nouit dolentes animas reparare, & conscientiam grauatam releuare. Multę sępius mulieres desideratissimis amissis filijs, si prohibeantur quidem lugere & conquiri, disrumpuntur & pereunt: si uerò mœrentium omnia fecerint, releuantur & consolationē accipiunt. Et quid mirandum, si in mulieribus hoc, quippe cùm & prophetam hoc patientem uidere quis possit? Propterea continuè dicebat: Sinite me, amarè lugeam, ne prohibete consolantes super contritione filiæ generis mei. Itaque sæpe tristitia est afferens consolationem. Si autem hoc in mundo, multò magis in rebus spiritualibus. Propterea dicit: Secundum uerò deum tristitia 2.Cor.7.a
pniam in salutem stabilem operatur. Et hoc quidem obscurum esse uidetur. Quod autem dicit, est huiusmodi: Si de pecunijs tristatus fueris, nihil profecisti: si in ægritudine, nihil lucratus es, uerū & magis ipsam exacerbasti. Et ego quidem multos audiui post talē experientiam se accusantes, & ad seipsos dicentes: L
Quæ utilitas quòd doluī? nec pecunias recuperaui, & meipsum læsi. Si uerò peccato tristeris, hoc delesti, & maximam lucratus es uoluptatem. Si de fratribus lapsis contristeris, teipsum hortatus es & cōsolatus, & illos rursum reparasti: quòd si nihil & ipsis profueris, maximam habes mercedem. Et ut discas, quòd de lapsis tristari, etsi nihil prosumus, maximam nobis retribulationem affert, audi Ezechielem dicentem, immo uerò deum per ipsum loquentem. Postq̄ā misit
Ezec.9.b quosdam ad subuertendū urbem, & ferro & igni consumendum ædificia omnia cum habitatoribus ipsis, imperat cuidam sic dicens: Da signum in facie uirorum gementium & dolentium. Et cùm aliis imperasset, & dixisset, De sanctis meis tangite: intulit dicens, Ibidem
Supra quos autem est signum, ne ipsos tangite. Qua, dic mihi, causa? quoniam etsi nihil prosunt, tamen gemunt quæ gerūtur, & deplorant. Et alios uerò rursus accusat, dicens: Ventri & delicijs uacātes, & multa potientes libertate, uidentes Iudæos in captiuitatem deduci, non doluerunt, non communem facere tristitiam: & ipsos accusans, ait: Nihil passi sunt in contritione Ioseph. Ioseph appellans populum omnem. Et M
Amos.6.b rursum: Non existit q̄ habitat Enam plangere domum suę coniunctam. Quanuis enim iustè puniantur, uult deus nos condolere, non autem gaudere & insultare.
Mich.2.c Si.n. ait, ego puniens non lætus hoc facio, nec in ipsorum ultione delector: nō enim uoluntate uolo mor-
Ezec.18.g tem peccatoris: oportet & te dominum imitari, & propterea quippe lugere, quoniam peccator iustæ ultionis materiam præbuit, & occasionem. Itaque siquis etiam secundum deum tristetur, magnam inde sumit utilitatem. Cùm igitur flagellati flagellantibus sint beatiores, & apud nos tribulati exterioribus positis in remissione, & dolentes gaudentibus: quæ nobis amplius erit tribulationis occasio? Propterea beatum habere conuenit neminem, nisi secundum deū uiuentem solùm. Hos quoque solos scriptura beatos uocat, inquit enim: Beatus uir, qui non abijt in
Psal.1.a
Ibid.93.a consilio impiorum. Beatus, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Beati immaculati in uia. Beati qui confidunt in eo. Beatus cuius dominus
Ibi.118.a
Ibid.2.a deus adiutor eius. Beatus quem non condemnauit
Ibi.143.a

A anima eius. Beatus uir, qui timet dominū. Et rursum
Psal.111.a
Mat.5.a sic Christus? Beati qui lugent, beati humiles, beati mites, beati pacifici, beati qui persecutionem patiūntur propter iustitiam. Vides quomodo nullibi diuitum quēquam, non generosum, non gloria potentiū beatificant diuinæ leges, sed uirtutem tantum apprehendentem? Quod quæritur enim, omniū quæ facimus, uel patimur, materiam dei timorē esse conuenit. Et si hanc præmittas radicem, nō remissio tantum, nec honores, neque gloria atque ministeria, uerum & infestationes, & calumniæ, & contumeliæ, & ignominiæ, & tormenta, & omnia generaliter uoluptatis fructus tibi germinabunt. Et sicut arborum radices, ipsæ quidem sunt amaræ, iucundissimos autē nobis fructus ferunt: sic profecto & secundum deum tristitia multam nobis afferet uoluptatem. Norunt quicunque sæpe cum dolore orauerunt, & lachrymas effuderunt, quantā sint lucrati lætitiam: quomodo conscientiam expurgarunt, quomodo exurrexerūt cum bona spe: quod enim semper dico, nō rerum natura, sed mens nostra nos contristare, uel lætificare consueuit. Si igi-
B tur hāc talem reddamus, qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus. Et sicut corpus, nō tantum aeris natura, aut exteriores incursus, quātum propria dispositio & lædit, & adiuuat: sic & in aīa, & multo magis. Hic etenim naturæ quidem est necessitas, illic uero totum in uoluntate situm est. Propterea Paulus nnumera passus mala, naufragia, bella, pśecutiones, iinsidias, latronum incursus, & quæcunq; nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriēs, nō
Coloss.1.d tantum nō dolebat, nec indignabatur, uerū & gloriabatur, & gaudebat, dicebatq; : Nūc gaudeo in passionibus meis, & suppleo defectus tribulationū Christi
Ro.5.a in carne mea. Et iterū: Non tantum aūt, uerum & gloriamur in tribulationibus: Gloriatio uero uoluptatis est intensio. Si lætitiam itaq; cupis, non pecunias, non corporis sanitatē, non gloriam, non potentiam, non delicias, non lautas mēsas, non sericarum uestiū amictus quæras: noli precioſos agros, domos ue splendidas & illustres, aut aliud huiusmodi quicquam sectari: sed philosophiā, quæ est secundum deum tracta, & apprehende uirtutem, & nil eorum quæ sunt, aut ex-
C pectantur, te poterit contristare. Quid dico contrista re? additio nempe tibi fiēt uoluptatis, quæ alios contristant: etenim flagella, & mortes, & mulctæ, & accusationes, & malè pati, & omnia talia, quādo propter deum nobis inferātur, & hanc habeant radicem, multam nobis inferāt uoluptatem. Nos enim miseros facere poterit nemo, nisi nosipsos faciamus: sicut scilicet neq; beatos, nisi nos efficiamus, post dei gratiam. Vt discatis, quòd hic solus est beatus, qui timet dominum: non ex præteritis, uerū ex contingentibus nobis hoc uobis demonstrabo. Periclitata nobis est ciuitas tota deleri, & diuitum quidem & illustrium & insignium uirorum in medio apparere ausus est nemo, sed fugerūt omnes, & recesserunt: deum uero timentes, commorantes in monasterijs, hi multa cum fiducia accurrētes, omnia soluerunt: & tātum abfuit, ut accidentia mala, & expectatæ comminationes ipsos terrerent, & in anxietatem iniicerent, ut longē à calamitate sedentes, & nihil habētes cōe, sponte seipsos in medium mitterent incendium, & omnes eriperent: & quod omnibus terribile & horrendum esse uidetur, mortem ipsi cum omni promptitudine susceperunt, & cum maiori ad eam uoluptate cucurre-

runt, quàm ad principatus alij & honores. Norant D
enim, quòd magnus hic magistratus & honor: & per ipsa demonstrarunt opera, quod solus est hic beatus, qui discipliuam apprehendit cœlestem, & mutationem nullam suscipit, nec ullam sustinet aduersitatem, sed continua tranquillitate fruitur: & omnia deridet quæ uidentur esse tristia. Nunc enim qui sunt in primis magistratibus, tristitia multa tenentur, carcerem habitantes, catenis obsesi, quotidie mori expectantes. Hi uero purissima fruuntur uoluptate, etiā siquid graue pati accidat: & quæ alijs terribilia esse uidentur, hæc ipsis sunt desiderabilia: norunt enim ad qd currunt, & quis finis postquam hinc discesserint, susciet. Et cum tanto uiuentes studio, & mortem derientes, pro alijs tamen dolent, & ex hoc uicissim magnam capiunt utilitatem. Studeamus igitur animæ nostræ curam habere, & expectatorum nihil nos poterit contristare, & pro carceratis deum oremus, ut eos ab imminenti liberet calamitate. Poterat nempe totum simul soluere malum, & ne tenues quidem dimittere reliquias. Sed ne rursus ad priorē reuertamur
E torporem, sensim & paulatim horum torrentem malorum remittere curauit, in eadem nos retinens pietate. Et quòd hoc sit uerum, & quòd multi ad priorem rediissent torporem, si breui cuncta soluta fuisset, inde manifestum est, si quando calamitatis reliquiæ remanent, & adhuc regis est incerta sententia, & omnes ciuitates negotia administrantes sunt in uinculis: multi ciuitatem nobiscum habitantium lauandi cupiditate ad fluuiū currunt, innumeris illic se conuicijs mordentes, luxuriantes, lasciuientes, saltantes, fœminas pertrahentes: qua igitur illi uenia digni? qua excusatione? imò uero qua non sunt pœna, & ultione digni? Ciuitatis caput in carcere, membra nostra in exilio, incerta de his sententia: & tu, quæso, saltas, & ludis, & rides? Inquit aliquis, Non enim illuuiem patimur. O impudentem sententiam. O mœchanicam & perditam. Quot menses, rogo, fuerunt? Quot anni? Nondum uiginti dies balneis exclusus egisti, & tanquam totum in illuuie transegeris annum, sic mœres & indignaris? Sic, quæso, fuisti, cum militū incursum expectabas, cū per singulos mori dies sperabas, quando in deserta fugiebas, & ad montium currebas uer- F
tices? Siquis tibi tunc totum annum in illuuie manere proposuisset, ut ab instanti liberareris anxietate, nónne promptè suscepisses, atque tulisses? Cum igitur illi, qui absque omni damno hæc soluit, deo gratias agere conueniat, lasciuis rursum, & contumeliam facis: & quoniam metus transiuit, ad maiorem iterum torporem rediisti? Sic tetigerunt mala, ut & appetas balnea? Si enim balnea remittebantur, non erat satis morientium calamitas, etiam eis qui in his non essent molestijs, persuadere, ut omnium obliuiscerentur deliciarum? De anima periculum est, & tu balneorum recordaris, & delicijs uis uacare? Contemnis, quia nunc effugisti? Vide ne maioris pœnæ tibi necessitatem circumponas, & ablatas rursum minas cum maiori attrahas discrimine, & idē patiaris, quod de dæmonibus inquit Christus. Postquā enim egres- Mat.12.d
sus fuerit spiritus immundus, inquit, & postea inue- et Luc.11.c
nit domum uacantem, & scopis mundatam, septem alios spiritus nequiores se iterum assumens, reuertitur in animam, & fiunt posteriora eius peiora prioribus. Timeamus igitur & nos, ne prioribus absoluti, per sequētem torporem prioribus peiora subeamus.

G Noui uos hac alienos ſtultitia. Verum & incompoſitè ambulantes cohibete, punite, caſtigate, ut ſemper gaudeatis, ſicut Paulus imperauit: ut & propriorum hic mer torum, & aliorum curæ multam & hic & in futura uita capiamus mercedem, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri, ſimul & ſancto ſpiritui gloria, poteſtas, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

AD HOMINES AGROS COlentes, & de uitando iuramento. Homilia. XIX.

g Ratulati eſtis ſanctis martyribus his diebus tranſactis, & ſpirituali lætitia repleti, exultaſtis honeſtis exultationibus, uidiſtis aperta latera, & illa conciſa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum ſpecies. Humanam uidiſtis naturam ſupernaturalia præſtantem, & coronas ſanguine decoratas, pulchram ſaltaſtis choream, in omnẽ partem ciuitatis hoc honeſto duce uos circumagẽte, ſed H nos & inuitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etſi ſolennitati nõ interfuimus, de uoluptate participamus: etſi de cõcione fructum non cepimus, uobiſcum tamen lætitiam communem habuimus. Talis eſt.n. charitatis uis, non fruentes pariter cũ fruentibus gaudere facit, cõmunia proximorum bona putare perſuadens. Propterea & domi ſedẽs, gaudebam uobiſcum, & morbo mihi nondũ ſoluto penitus ſurrexi, & cucurri ad uos, ut deſiderabiles facies ueſtras intuerer, & præſentis feſtiuitatis particeps fierem. Feſtiuitatem enim maximam eſſe puto præſentẽ diem propter fratrum præſentiam noſtrorum, qui urbem nobis adornauerunt, & eccleſiam honeſtauerunt. Populus lingua quidem nobis diuerſus, fide uero conſonus: populus in labore uiuens, uitam habens modeſtam, & uenerabilẽ. Apud hos enim uiros nõ iniquitatis ſpectacula, non equorũ certamina, neq; meritoriæ mulieres, nec reliquus urbis tumultus: ſed omne luxuriæ genus eliminatum eſt, multa uero ubique modeſtia floret. Cauſa uero, laborioſa ipſis eſt uita, & uirtutis ſcholam atq; modeſtiæ habent: terræ culturam artem tractantes, quam ante reliquas omnes in uitam deus noſtram intulit. Etenim ante peccatum Adam quando multa fruebatur libertate, agricultură quandam obire iuſſus eſt, nõ laborioſam quidẽ, nec ærumnas habentem, ſed multam ſibi præbentem philoſophiam: Poſuit enim ipſum, ait, ut operaretur, & cuſto I diret paradiſum. Horum quenque cerneres nunc quidem boues iugantem aratorios, & aratrum trahentem, & profundum ſcindentem ſulcum: nunc autem ſacrum aſcẽdentem tribunal, & ſubditorum animas arantem. Nũc quidem agri ſpinas excidentem falce, nunc uero ſermone ex animis peccata extergentem. Non enim erubeſcũt cultura, ſicut urbem nobiſcum habitantes: ſed erubeſcunt ſegnicie, quoniam didicerunt, omnem illam docuiſſe malitiam, & ab initio ſe diligentibus nequitiæ fuiſſe magiſtram. Vnde maximè nobis optimam philoſophari uidentur philoſophiam, non ex habitu, ſed ſententia uirtutẽ ſuam exhibentes. Itaq; externorum philoſophi, ſcenicis & mimorum ludis uacãtibus nihilo melius diſpoſiti ſunt, pallio, & barba, & ſtola nil amplius exhibere ualẽtes. Hi uero contrarium totum, baculo & barbæ, & reliquæ ſupellectili longè ualere dicentes, animam ſuam uerę philoſophię præceptis exornauere, nec præceptis K tantum, uerum & operibus ipſis. Et ſi horum quempiam interroges in agricultura uiuentium, & ligone, & aratro confectorum de dogmate, de qbus infinita quęrẽtes externi philoſophi, & ſermones multos impendentes, nihil ſanum dicere potuerunt, ſedulo cuncta tibi cũ multa reſpondebit ſapientia. Ne hoc tantum eſt admirabile, uerũ & quoniam per opera dogmatum fidem firmant: Etenim quòd animam habemus immortalem, & omnium quæ hic geruntur, rationes reddere debemus, & tremendo aſsiſtere tribunali, & in mente ſibi perſuaſerunt, & uitam omnem ad hanc ſpem conſtituerunt, & omni humana opi- Eccleſiaſti.1.c.& nione ſuperiores redditi ſunt, à diuiua eruditi ſcriptu 12.c. ra, quòd uanitas uanitatum, & omnia uanitas: ad nil eorum quæ uidentur eſſe clara, anhelant. Hi & de deo hæc philoſophari norunt, quæ deus mandauit. Et ſi quempiam ipſorum aſſumens philoſophorum aliquem externorum nunc in medium adducas (imò uero nunc quidem neminem datur inuenire) ſi uero horum aſſumens unum, euoluénsque priſcorum philoſophorum libros percurras. Et quid hi quidem L nunc reſpondent, quid autem illi tunc philoſophati ſunt, in comparatione ponẽs diſcutias, uidebis quanta ſit horum quidem ſapientia, quanta uero illorum dementia. Cum enim ipſorum quidam nullam quidem rebus eſſe prouidentiam dicant, nec à deo creatum eſſe mundum, neque uirtutem ſibiipſi ſufficientem eſſe, ſed opus eſſe pecunijs, & generoſitate, & exteriori claritate, & multa alia his magis ridicula: hi autem & de prouidentia, & de iudicijs ſequentibus, & de dei creatione, qui ex his que erant, omnia produxit, & de alijs omnibus philoſophentur, nihil omnino de peregrina ſcientes diſciplina, quis non illico dei potentiam diſcat, quæ illiteratos, & idiotas multum in ſapientia gloriantibus tãto ſapientiores demonſtrauit, quanto paruis puerulis prudentes uiros præſtantes cernere datur? Quod enim ipſis damnum ex ſermonis imperitia eſſe poſsit, cum mentes multa ſint ipſis plenæ ſapientia? Quæ uero peregrinis ex ſermonum diſciplina utilitas, cum mens ſenſibus ſit caſſa? Vt ſiquis enſem gereret, capulum quidem argẽteum habentẽ, ferrum uero quolibet plum M bo imbellius: & his enim lingua quidem uerbis, & nominibus eſt ornata, mens uero multa repleta eſt infirmitate, & ipſis ad omnia eſt inutilis: ſed non ſic horum philoſophorum, ſed penitus contrarium. Multæ mens ipſis philoſophię ſpiritualis eſt plena, & dogmata uita ſectatur. Apud hos nõ ſunt mulieres luxuriantes, nec ueſtimentorum ornatus, nec colores & ſuci, ſed omnis huiuſmodi morum corruptio pulſa eſt. Vnde facilius quoque ſubditum ſibi populum in modeſtiam deducunt, & Pauli legem uelamina & eſcas habere, & nil amplius quærere iubentem, multa cum diligentia cuſtodiunt. Apud hos non eſt unguentorum uſus mentem allectans: ſed terra herbas proferens omni unguentario ſapientius ipſis uariam florum parat ſuauitatẽ. Propterea & ipſis corpora cum animis pura ſanitate potiuntur, quoniam omnes delicias expulerunt, & nequiſsima ebrietatis fluenta fugauerunt: & tantum comedunt, quantum ad uiuendum ſufficit. Ne ipſos igitur ex habitu cõtemnamus, ſed ipſorum mentem admiremur. Quæ nanque exterioris amictus utilitas, cum anima mendico ſit omni miſerius induta? Virum non à ueſtimentis, imò

A nec ab ipſo corpore, ſed ab anima laudare decet, & admirari. Huius animam exue, & ipſius pulchritudinem uidebis, atq; diuitias per uerba, per dogmata, & per omnem morum conſtitutionem. Erubeſcant igitur Gentiles, abſcondantur, & in ſuis demergantur philoſophis, & in ſua ſapientia, omni ſtultitia miſerio re. Apud ipſos enim philoſophi per tempus, quo uiue bant, uix paucos, & facilè numerabiles dogmata ſua docere potuerunt, & uel exiguo deprehendente pericu lo & hos perdiderunt. Chriſti uero diſcipuli piſcatores & publicani & tabernaculorum fabri, paucis annis totũ mundum ad ueritatem conuerterunt: & innumeris tamen naſcentibus periculis non tantũ non eſt extincta prædicatio, uerùm & floret, ac in maius augetur: & philoſophari docuerũt homines rudes, & agricolas, & inter armenta ueſantes. Hi præter cætera etiam omnium bonorum cauſam charitatẽ radicatam habentes, ad nos feſtinauerunt, tantam currẽtes uiam, ut uenirent, & propria circumplecterentur mẽbra. Eia igitur & nos pro donis iſtis, charitate dico, & affectu, uiatica dantes, ſic ipſos remittamus, & B rurſum de iuramentis ſermonem moueamus, ut radicitus ex oĩum mente improba hæc conſuetudo uellatur. Prius autem uolo pauca de dictis à nobis ſuperius hodie commemorare. Poſtq̃.n. à Perſide abſoluti Iudæi, & ab illa liberati tyrannide in propriam re- Zach.5.a diere patriam: Viderunt falcem, inquit, longitudine cubitorum uiginti, & latitudine cubitorum decem, & prophetam ſe docentem audierunt: Hæc eſt maledictio egrediens ſupra faciem terræ, & ingrediens domum peierantis, & diſſoluet in mediã, & lingua & lapides deſtruet omnes. Et his tũc lectis quærebamus, quare non iuratum ſolũ, ſed etiam ipſius domum diſſoluit: & hanc cauſam eſſe dicebamus quoniam diffi cillimorum pœnas peccatorum uult deus continuas permanere, ut omnes poſt hæc corrigantur. Quoniã igitur periurũ neceſſe mortuum eſſe ſepeliri, & terræ ſinibus tradi, nec cum ipſius corpore & iniquitas cõ ſepeliatur, domum ruinam fecit, ut prætereuntes cun Gen.19.c ctí ipſam cernentes, & ſuffoſsionis cauſam diſcentes, peccati imitationem fugiant. Hoc & in Sodomis factum eſt. Poſtq̃.n. exarſerunt in ſui concupiſcentiam C mutuam, etiam terræ natura ab igne ſupernè delato ſuccenſa fuit. Volebat.n. huius peccati ultionem manere perpetuam. Et nota dei clementiam. Non ipſos peccatores uſq; in præſentem ardere diem fecit, ſed illos ſemel incenſos occultauit: terræ uerò faciem ſuccenſam in medium omnibus propoſuit poſt hæc cernere uolentibus, & nunc omni lingua clarius omnes poſteras generationes, terræ commonet aſpectus, tãtùm non clamans & dicens, Ne patretis Sodomorũ ſcelera, ne pœnas patiamini Sodomorum. Nec.n. ſic in mentes ſermo peruenire ſolet, ut aſpectus terribilis, & per omne gerens tempus calamitatis ueſtigia. Et atteſtantur ad illa loca profecti, qui ſæpius ſcripturam de his loquentem audientes, non multũ timent: poſtq̃ uerò uenerunt, & regionem aſcenderunt, & ipſius omnem ſuperficiem uiderunt deletam, & incendium ſunt conſpicati, & terram quidem nuſq̃ apparentem, cinerem uerò cuncta, atq; ſauillam, perculſi, & multam ex aſpectu illo capientes modeſtiæ diſciplinam, ſic abierunt: etenim ipſe ultionis modus peccati modum imitatur. Sicut.n. illi congreſſum infœcundum adinuenerunt ad filiorum procreationem non conferentem: ſic profectò & deus intulit pœnã,

quæ terræ uentrem penitus ſterilem reddidit, & om- D nibus caſſum fructibus. Idcirco & iurantium domos delere minatus eſt, ut alios illorum pœnis modeſtiores faceret. Ego autem hodie demonſtro non unam & duas, & tres domos iuramentis deſtructas, ſed ciuitatem totam & populum religioſum, & gentẽ multa ſemper prouidentia utiſolitam, & tribum multis elapſam periculis. Etenim Hieruſalem ciuitas dei, ſanctorum arcam habens, & omnem illum cultum, ubi prophetæ fuerunt, & ſpiritus gratia, & arca, & tabulæ teſtamenti, & phiala aurea, ubi angeli ſæpe incedebant, hæc ciuitas innumeris naſcẽtibus bellis, & multis ipſam incurſantibus Barbaris, tanquam muro ex adamante circundata, ſic omnes illos ſemper deriſit, & regione tota deleta nihil graue paſſa eſt. Nec hoc ſolùm eſt admirabile, uerùm & quòd grauem ſæpe plagam hoſtibus inferens, ſic eos emittebat, & tantam à deo nacta erat prouidẽtiam, ut ipſe deus diceret: Velut uuã in deſerto inueni Iſrael, & uelut ſignum Oſee.9.b in ficu temporaneum uidi patres ipſorũ. Et iterum de ipſa ciuitate: Velut rami oliuę in ſummo excelſi, & di E cent, Ne noceas ipſis. Veruntamen dei ciuitas chara tot elapſa periculis, & in multis peccatis ueniam aſſecuta, & quæ ſola ex omnibus alijs captiuitatẽ effugere potuit, & ſemel, & bis, & ſæpius, ſolo iuramẽto prostrata eſt. Et quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidem Sedechias apud ipſos rex: hic Sedechias iuramentum dedit Barbarorum regi Nabuchodonoſor, quòd in ipſius auxilio pmaneret: poſtea defecit, & ad Aegypti regem transfugit, iuramenta paruipendens, & tanta paſſus eſt, quãta ſtatim audietis. Prius uerò neceſſariũ eſt prophetæ parabolam dicere, per quẽ omnia ſigni ficauit. Factum eſt uerbum, inquit, domini ad me di- Exe.17.a cens: Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, & dices: Hæc dicit dominus deus: Aquila grandis, magnarum alarum longa extenſione, plena unguibus. Aquilam hic Babyloniorum regem uocauit: magnam autem ipſam, & magnarum alarum dixit, & longam extenſione, & plenam unguibus nominauit propter exercitus multitudinem & magnitudinẽ potentiæ, & incurſionis uelocitatem. Sicut.n. aquilis ſunt alæ, & unguens arma: ſic milites regibus & equi. Hæc igitur aquila habet narrationem, inquit, aſcen- F dendi in libanum. Quid eſt narrationem? conſilium, ſententiam. Libanum uerò Iudæã uocauit, quia propè montem illum ſita eſt. Poſtea iuramenta uoles & fœdera dicere: Tulit, inquit, de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine, ut firmaret radicem ſuper aquas multas. In ſuperficie poſuit illud: cumq; germinaſſet, creuit in uineam latiorem humili ſtatuta reſpicientibus ramis eius ad eam, & radices eius ſub illa erant. Ciuitatem uerò Hieruſm uineam hic appellauit. Dicẽdo uerò quòd rami eius reſpiciebant ad eam, & radices eius ſub illa erant: fœdera ſignificauit, & pacẽ cum ipſo cõpoſitam, & quòd ſeipſum in illũ reiecit. Mox iniquitatem oſtendere uolens, ait: Et facta eſt Ibidem.b aquila altera: De rege loquẽs Aegyptio, grãdis & magnis alis, multiſq; plumis: & ecce uinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos extẽdit ad illam, ut irrigaret eam: propterea dixi, Hæc dicit dominus deus: Si direxerit, hoc eſt iuramentum ſeruauerit, & fœdera, poterit manere, & ſaluari, & non cadere. Mox demonſtrans, quòd hoc non erit, ſed omnino propter iuramentum peribit: de pœna ipſa diſſerit, & cauſam ponit. Radices eius euelles, & fructus eius di-

G stringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet. Et demon strare uolens, quòd nō humana ui destruetur, sed quoniam deum sibi fecit inimicum p illa iuramenta, subiunxit: Et non in brachio grandi, neq; in populo multo, ut euelleret eā radicitus. Et parabola quidem hæc. Rursum uerò declarat eam, sic
Exe.7.d inquiens: Ecce ueniet rex Babylonis in Hierl'm. Postea cùm in medio quædam alia dixisset, iuramenta dicit, & fœdera, ferietq; cum eo fœdus. Mox & rebellionem dicens: Qui recedens ab eo, misit nuncios in Aegyptum, ut daret sibi equos, & populū multum. Et post hæc infert, demonstrans quòd propter iuramentū hæc omnis perditio facta est: quoniam in loro regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentū, & soluit pactum, qđ habebat cum eo, in medio Babylonis morietur, & nō in exercitu grādi, nec in populo multo: spreuerat.n. iuramentum præuaricando pactum meum, quoniam iuramētum meum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponā in caput eius, & expandam super eum rete meum. Vi
H des quomodo non semel, nec bis, uerum & sępius dixit, quòd ille propter iuramentum hæc omnia passus est? Implacabilis.n. est deus contemptis iuramentis. Nec tantùm uerò ex ultione ciuitati illata propter iuramentum, hoc intelligere datur: uerùm & ex tardatione & dilatione, quantū deus studium habet, ne iuramenta conculcentur. Factū est autem in anno no-
4.re.25.a no regni eius, in mense decimo, in decima mensis uenit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse, & ois exercitus eius super Hierusalem, & circundederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atq; uallata usq; ad undecimum annum regis Sedechiæ. Nona die mensis & prævaluit fames in ciuitate: nec erat panis populo terræ, & interrupta est ciuitas. Poterat nempè statim à prima die ipsos tradere, & facere hostibus subditos. Sed propterea interim triū annorum tempus conteri permisit, & ipsos obsidione premi grauissima, ut & militum extrinsecus timore, & fame ciuitatē intrinsecus premente castigati uel initium regem Barbaris subditi cogerent, & aliqd peccato remedium fieri. Et quòd hoc sit uerum, non est mea coniectura, audi quid per prophetam ad ipsum dicat: Si profectus exieris ad principes regis Ba-
Hie.38.c bylonis, uiuet anima tua, & ciuitas hæc non succēdetur igni, & saluus eris tu & domus tua. Si aūt non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldęorū, & succendent eam igni, & non effugies de manibus eorū. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiam: Solicitus sum propter Iudæos, qui trāsierunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit aūt Hieremias, & dixit ei, Non te tradent: audi, quæso, uocem domini, quam ego loquar ad te, & bene tibi erit, & uiuet anima tua. Quòd si nolueris egredi, iste est sermo quē ostendit, mihi dominus. Ecce oēs mulieres, quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, & ipsi dicent: Seduxerunt, & pualuerunt aduersum te uiri pacifici tui, demerserunt te in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te: & oēs uxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos, & non effugies manus eorū, sed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburent igni. Sed postq̄ non persuasit hæc dicens, sed mansit in peccato & iniquitate, post tres annos ciuitatē tradidit deus, & clementiā suam demonstrans, & illius ingratitudinem. Et ingressi cum magna facilitate, regis domum incenderunt, & domos Hierusalem, & oēm magnā domum incendit archimagirus, & murum Hierusalem subuertit, & ubiq; ignis grassabatur Barbaricus, iuramento ignem ducente, & flammam passim circumagēte, & populum in ciuitate relictum, & adiunctos regi transportauit archimagirus: & columnas æreas, quæ erāt in domo domini, & gradus, & mare æneū, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi: 4.Re.25
ollas quoq; æreas, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & omnia uasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt: & retiacula, & phialas aureas, & argenteas tulerunt: & columnas duas & bases, & mare quod fecit Salomon in domo domini, tulit Nabuzardan archimagirus: & tulerunt quoque Saraiam primum sacerdotem, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchum unum, qui erat pfectus super bellatores uiros, & quinq; uiros, de his qui steterant coràm rege, & Sopher principem exercitus, & scribam, & sexaginta uiros, & tulit eos, & adduxit ad regem Babylonis, percussitq; eos rex Babylo-
nis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath, &c. L
Itaque recordare mihi falcis uolantis, & iurantis domum resoluentis, & parietes destruentis, & lingua, & lapides. Recordare mihi quomodo iuramētum hoc urbem ingressum, & domos, & templum, & mœnia, ædificia splendida destruxit, & ruinam fecit ciuitatis. & neq; sancta sanctorum, neq; sacra uasa, nec aliud quicq̄ pœnam & ultionem illam auertit, quia transgressum fuerat iuramentum. Et ciuitas quidem tam miserabiliter soluebatur. Rex autē his miserabiliora & tristiora patiebatur: & sicut ædificia falx ista uolās destruxit, sic & hunc fugientem absumpsit. Egressus est nocte de ciuitate per uiam horti regis, & pportā quæ erat inter duos muros: & Chaldæi circundederunt ciuitatem, & persecutus est exercitus Chaldæorum, & comprehenderunt regem, & duxerunt ipsum ad regem Babylonis. Et locutus est rex Babylonis cū Sedechia iudiciū, & occidit filios ipsius in oculis eius, & oculos Sedechię eruit, & uinxit eum compedibus, ut in Babylonem duceretur. Quid est, locutus est cū ipso iudicium? ipsum rationes repetiuit, rationem po
suit cum ipso, & primū ipsius filios iugulauit, ut pro- M
priæ calamitatis spectator fieret. Et post tragœdiam illam miserabilem, tunc illum excæcauit. Qua causa rursum hoc agitur? ut magister Barbaris abeat, & illic habitantibus Iudæis, ut cernentes per excæcatum discant, quantū mali sit iuramentum, nec illi uerò tantū, uerū & secum uiam omnes habitantes, uinctum & cæcatum intuētes, per calamitatis magnitudinem peccati pondus discant. Propterea prophetarum hic
Hie.39.a quidā sic inquit, Non uidebit Babylonem: hic uerò, quòd in Babylonem abducetur. Et cōtraria quidem prophetia esse uidetur, sed non est. Sed hæc ambo uera: etenim Babylonem non uidit, & in Babylonē abductus est. Quomodo igitur Babylonem non uidit? quoniam in Iudæa excæcationem passus est. Vbi nāque iuramentum spretum est, ibi & uindicatum, & ultionem ipse sustinuit. Qūo abductus est in Babylonem? captiuus factus. Quoniam.n. duæ erant pœnę, excæcatio & captiuitas, distribuerunt ipsas prophetæ: & hic quidem, Non uidebit, inquit, Babylonem: ipsius excæcationem dicens. Ille uerò ait, in Babylonē abducetur: ipsius significans captiuitatem. Fratres igitur hæc scientes, & nunc dicta, & ante hæc commemorata

A memorata colligentes, ab hac quoq; stulta cessemus cōsuetudine. Sic supplico & oro uos omnes. Si enim antiqtus, cum Iudæi ad perfectam disciplinā non exigebantur, sed multus erat condescensus, tāta propter iuramentum expugnatio & captiuitas fuit: quid congruum est nunc passuros esse iurantes, post legē hoc facere prohibentem, & tantum mandatorū augmentum? Non enim hoc est quod quæritur, ut ad synaxim ueniamus, & audiamus quæ dicūtur. Hinc enim & iudicium maius est, & pœna ineuitabilis, quando continuè audientes non impleamus quæ dicuntur. Quam enim habebimus defensionē, quàm uero ueniam, cum à prima nos ætate, usq; in extremam caniciem huc conuenientes, & tanta fruētes disciplina, similes illis remaneamus, & nullum studeamus defectum corrigere? Ne mihi iam aliquis consuetudinem prætendat: propter hoc.n. indignor & irascor, quoniam consuetudinem uincere non possumus. Et nisi consuetudinem uincamus, quomodo concupiscentiā uincemus, cuius radix habet à natura principium? Concupiscere.n. naturale, male uero cōcupiscere, iam
B est uolūtatis. Iurare nempe nec cepit à uoluntate principium, sed ex negligētia sola. Et ut discas, quòd non ex rei difficultate, sed propter neglectum nostrum in tantum hoc peccatū processit, cogitemus quòd multo his difficiliora expediant homines, & hæc nullam inde retributionem expectātes. Cogitemus quæ diabolus imperauit, quàm laboriosa, quàm grauia. Nec difficultas fuit eius mandatis impedimentum. Quid enim, quæso, difficilius sit, quàm cum quispiam iuue nis uolentibus se emollire, & membra sua torquere sęipsum tradens, sedulo contendat rotæ more totum flectere corpus, & in pauimēto uersari, & per oculos & per manuum circūductionem, & aliam reuolutionem in fœmineum genus trāsire conetur, nec eorum quæ fiunt difficultatem, nec ex his ignominiam ratio cinetur? In orchestra uero rursum se pertrahentes, & uelut alis, membris utētes corporeis uidens quis non admiretur? Gladios autem alternatim in aerem iaculantes, & omnes rursum per manubrium capientes, quem non confundant, nullum pro uirtute laborem
C suscipere uolentium? Vel quid de illis quispiam diceret uiris, qui contum in fronte gestantes, uelut arborem in terra radicatam, sic immotū conseruant? Nec hoc solum est admirabile, uerū & id quòd puerulos paruos in summo ligno inter se luctari faciunt, & neque manus, nec alia corporis pars, sed frons sola omni uinculo firmius illum cōtum gerit inconcussum: alter rursum supra funem angustissimum cum tanta ambulat securitate, cum quanta supinos percurrētes campos. Veruntamen hæc quæ & mentibus intolerabilia esse uidentur, facta sunt arte possibilia. Quid horum in iuramētis, quæso, prætēdere possumus? quam difficultatem? quem sudorem? quam artem? quod periculum? exiguo tantum studio nobis est opus, & breui nobis totum expeditū fuerit. Nec mihi dicas, maiorem partē expediui, sed nisi totum emēdasti, nondum te quicquam fecisse puta. Hoc enim exiguū neglectum & omne reliquum destruit. Sæpius nanque domos ædificantes hōmines, & tectum imponētes, unius tegulæ excussæ curam nō gerentes, totam domum perdiderūt. Et in uestimentis hoc ipsum euenire quis cernere possit: etenim parua in illis facta scissura, ne resarcita magnam fecit disruptionem. Hoc & in torrētibus multoties euenit: etenim & illi si uel minimum ceperint ingressum, totum introducunt fluen D
tum. Itaque & tu, licet te undiq; muniueris, si tamen aliqua pars immunita dimissa est, etiam hāc diabolo obstrue, ut sis ab omni parte firmatus. Vidisti falcē? Vidisti caput Ioannis? Audisti historiam de Saule? Audisti captiuitatis Iudaicæ modum? Cū his autem omnibus audisti Christi sententiam dicentē, quòd non peierare tantum, uerum & iurare quomodocunque diabolicum est, & tota maligni machinatio. Audisti quòd ubique iuramenta sequuntur periuria? Hæc inquam omnia cōgregans inscribe cordi tuo. Non cernis, ut mulieres & parui pueri pro magna custodia collo euangelia suspendunt, & ubique circunferunt, quocunque abierint? Tu euangelii mandata & leges mente describas, non auro, nec argento hic est opus, & pecunijs, nec librum emere: uoluntate sola uobis est opus, & affectu animæ expergefactæ, & securius habebis euangelium, non extrinsecus, sed in animæ penibus ipsum reponens. Exurgens igitur è lecto, & domum tuam egrediens hāc legem repete, uidelicet, Ego autem dico uobis, nō omnino iurare, & erit ido Mat.5.e
nea tibi disciplina uerbum illud: nec enim multo la- E
bore opus est, sed modica tantū attentione. Et quòd hoc sit uerum, inde manifestissimum. Filium tuū uocans terres, & minaris ipsi te plagas inflicturum, nisi legem hanc expediat, & uidebis quòd cito à consuetudine desisteret. Quomodo non igitur absurdum, si pueruli parui, nostri timore pauentes, mandatū exuperent: nos uero neque sic deum timeamus, ut nos filij metuunt? Quod autem superius dixi, hoc & nūc dico. Legem nobisipsis ponamus, non prius publica, non prius priuata tractare negotia, donec hāc legem impleamus, & omnino necessitate compulsi, facilè superabimus, & ornabimus nosipsos, ornabimus autem & omnem ciuitatem. Cogita nanque, quale est, ubique terrarum hæc audire, quòd Antiochiæ præualuit mos Christianis congruus: & ibi neminem audires, licet maxima necessitas instet, iuramentum emittere. Prorsus hæc audient uicinæ ciuitates. Quinimo non tantum uicinę ciuitates, uerum & ad ipsos terræ fines uerbum perueniet: etenim uerisimile est uobis admistos mercatores, & hinc aliò proficiscentes, alijs quoque hæc omnia nunciare. Cum igitur alias ciuitates laudantes multi, portus dicunt, & forum & uenalium copiam, hinc proficiscentibus dicendum tradite, quod est Antiochiæ, id in aliis urbibus nusquā cernere licet: mallent enim urbem illam habitātes prius linguam abscindi, quàm ex ore iuramentum emittere. Hoc quidem uobis erit ornamētum & munimen, nec id tātum, uerum & mercedem afferet magnam; etenim omnes uos alij beatos putabunt & imitabuntur. Siquis enim unum uel duos lucratus, à deo mercedis tantum capiet: omnem mundum eruditēs, quantas capietis retributiones? Oportet igitur studere & uigilare & sobrios esse, scientes quòd non propriorum tantum profectuum, uerum & alienorum maximam meritotum retributionem capiemus, & multā apud deum beneuolentiam assequemur. Quam nos omnes adeptos detur frui regno cœlorum in Christo Iesu domino nostro, per quem, & cum quo patri gloria, simul sancto spiritui, in secula seculorum, Amen. F

GIN EPISCOPI REDITVM, ET IN REgis cum ciuitate reconciliationem, & ad præuaricatos in ſtatuarum ſubuerſionem.

Homilia. XX.

Verbo, à quo ſemper in periculorum tempo
a re apud charitatem ueſtram exordiri cõſue-
ueram, ab eodem inquã & hodie apud uos
ſermonem incipiam, & dicam uobiſcum: Benedictus
deus, hanc nos uobiſcum ſacram ſolẽnitatem cũ gau
dio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui
caput corpori reddidit, & paſtorem ouibus, præce-
ptorem diſcipulis, militibus ducẽ, ſacerdotibus pon-
tificem. Benedictus deus qui ex ſuperabundanti facit
quæ petimus, aut cogitamus: Nobis.n. ſufficere vide
batur inſtantibus malis interim abſolui, & pro hoc
omnem faciebamus ſupplicationẽ. Clementiſsimus
aũt deus & datis petitiones noſtras ſemp multo ex-
ceſſu ſuperans, etiam patrem nobis omni ſpe celerius
reddidit. Quis.n.expectaſſet, quòd tã paucis diebus
H & profecturus & regẽ allocuturus & ſoluturus aduer
ſa, & rurſum ad nos tam breui reuerſurus eſſet, ut ſa-
crum Paſcha poſſet præuenire, & nobiſcum celebra-
re? Sed en inexpectatũ hoc factum eſt. Et patrẽ recep-
pimus & maiorẽ capimus uoluptatem, ipſum nunc
præter ſpem ſuſcipiẽdo. Pro his inquam omnibus cle
mentiſsimo deo gratias agamus, & ipſius potentiam
admiremur, & benignitatem & ſapientiam & curam
quam pro ciuitate geſsit. Diabolus nẽpe omnem ip-
ſam per facinora patrata obruere tẽtauit: Deus uero
ciuitatẽmque & ſacerdotẽ & regem per hanc ornauit
calamitatẽ, & omnes exhibuit clariores. Ciuitas nem
pe probabilis inuẽta eſt: quoniã periculo tali circun-
uenta, prætermiſsis omnibus uiris potentibus, omni-
bus diuitijs abundantibus, omnibus magnam apud
regem potentiam habentibus, ad eccleſiam & dei ſa-
cerdotem confugit, & cum multa fide cœleſti ſe ſpei
cõmiſit. Multis nanq; poſt cõis patris peregrinatio-
nem in carcere habitãtes, terrentibus & dicentibus,
quòd non lenitur rex propter ſolẽnitatem, ſed magis
iratur, & de totius ciuitatis ſubuerſiõe cogitat: & alia
I multa his plura diuulgantibus, uincti nihilo tunc ex
hac fama timidiores redditi ſunt. Sed nobis dicenti-
bus, quòd hæc falſa, & diaboli fraudis opera ſunt ſen
ſus noſtros turbare uolentis, nihil egemus, aiebãt no
bis, uerborum cõſolatione. Scimus enim ad quem ab
initio cõfugimus, & quali ſpei adhæſimus, ſacræ ſalu
tem noſtram anchoræ affiximus, nec homini credi-
dimus hãc, ſed omnipotenti deo. Propterea bonum
quoque finem futurum omnino cõfidimus: non eſt
enim, nõ eſt hanc ſpem unquam confundi poſſe cre-
dendum. Hoc quot coronas, quot laudes ciuitati no
ſtræ comparabit? quãtam dei lucrabitur beneuolen-
tiam, etiam in reliquis negotijs? Non eſt enim non eſt
cuiuslibet animæ in tentationum incurſu uigilare, &
ad deum reſpicere, & omnia deridẽtem humana, ad
illud auxilium anhelare. Igitur ciuitas quidẽ ita proba
bilis inuenta eſt, ſacerdos rurſum non minus q̃ ciui-
tas: animam enim ſuã pro omnibus expoſuit, & mul-
tis impedientibus, hyeme, ærate, feſtiuitate, nec mi-
nus ſorore ad extremos deducta ſpiritus, oibus ſupe-
rior emicuit impedimentis, nec intra ſeipſum dixit,
Quid hoc eſt? ſola nobis derelicta ſoror, & mecum
Chriſti iugum trahens, & tempore tanto mecũ com-
morata, nunc in extremis eſt: nos uero ipſam deferen K
tes abibimus, nec ſpirantem uidebimus, & ultimas
uoces emittentem? Et ipſa quidẽ quotidie orabat, ut
ſibi oculos clauderemus, & os cõiungeremus, & reli-
qua ad ſepulturam curaremus conſueta: nunc uero
tanquã deſerta quædam, & tutore carẽs, nihil horum
aſſequetur à germano, per quem aſſeq maximè pero-
ptabat, ſed animam emittẽs, non uidebit omnium ſi
bi deſideratiſsimum. Et hoc quomodo non erit ſæ-
pius repetita morte grauius? Quinimo ſi longè abfuiſ
ſet, nonne oportebat currere, & omnia facere, & pati,
ut hanc ipſi gratiam præberemus? nunc uero propè
cum ſim, deſeramne, & dimittens abibo? & quomo-
do ſequentes perferet dies? Sed horum nõ tantum ni-
hil dixit, ſed neque cogitauit. Sed conſanguinitati, dei
timorem præferens, bene ſe noſſe mõſtrauit, quòd ſi-
cut gubernatorem tempeſtates, & ducem pericula,
ſic & ſacerdotem tentatio apparere facit. Omnes, in-
quit, ad nos reſpiciunt, & Iudæi, & Græci. Ne igitur ip
ſorum de nobis expectationes fruſtremur, nec tãtum
paruipendamus naufragium, ſed noſtra deo mãdan-
tes omnia, & ipſam animam tradamus. Et conſide- L
ra pontificis magnanimitatem & dei benignitatem,
omnibus his, quæ deſpexit, potitus eſt, ut & promp-
titudinis præmium caperet, & potiendo propter ex-
pectationem maiorem aſſequeretur uoluptatem. Ele
git ſolennitatem in aliena terra, & procul à ſuis pro-
pter ciuitatis ſalutem celebrare. Deus ante Paſcha ip-
ſum nobis reddidit, ut communem nobiſcum ſolen-
nitatem ageret, ut & propoſiti mercedem haberet, &
maiori lætitia frueretur. Non timuit anni tempus, &
per totum peregrinationis tẽpus ſerenitas fuit. Non
curauit ætatem, & tanquam iuuenis & uigens, tan-
ta totam hãc uiam facilitate percurrit. Sororis mor-
tem non cogitauit, nec carnis affectione uictus eſt, &
regreſſus uiuentem ipſam deprehendit, & omnia quę
deſpexit, aſſecutus eſt. Et pontifex quidem ita proba-
bilis, & apud deum & apud homines apparuit. Re-
gem uero negotium hoc omni diademate ſplẽdidius
ornauit. Primũ quidem manifeſtum factũ eſt, quòd
quæ nulli alteri concederet, hæc ſacerdotibus condo
nabit. Deinde quòd & cum multa celeritate gratiam
dedit, & iram ſoluit: ſed ut manifeſtius & regis ma- M
gnanimitatem, & ſacerdotis ſapientiam, & ante hæc
utraque, dei diſcatis benignitatem, date mihi, ut pau
ca concionis illic habitæ uobis exponam. Dicam au-
tem quæ à quodam eorum qui intus adſtiterunt, di-
dici. Pater nempe nihil neque paruum, neq; magnum
nobis dixit, ſed Pauli ſemper magnanimitatem imi-
tans, propria celat merita, & undique interrogãtibus
quid regi dixerit, & quomodo perſuaſerit, & quomo-
do ipſius omnem excluſerit iram, hæc uerba refere-
bat: Nihil nos ad rem contulimus, ſed ipſe rex leniẽte
deo cor ipſius & ante uerba noſtra omnem remiſit
iram, ſoluitque furorem. Et de geſtis diſſerens, tan-
quam alio contumelia affecto, ita cunctæ quæ acci-
derunt, commemorabat. Sed quæ cẽlauit hic ex hu-
militate, hæc deus in medium protulit. Quæ uero
ſunt hæc? paulo ſuperius ſermonem repetens uobis
referam. Poſtquam enim ex urbe egreſſus eſt, omnes
in tanta relinquens triſtitia, multo grauiora patieba-
tur, quàm qui in ipſis erãt moleſtijs. Primum nempe
conſecutus in uia media, ad geſtorum examinatio-
nem à rege miſſos, & ab illis doctus, quorſum eſſent
miſsi, & mala ciuitatẽ inuaſura, tumultus, turbatiões,

A fugã timorem, anxietatem, pericula cogitans, lachry-
marum fontes emittebat, cùm uiſcera ipſi diſſecaren
tur: patribus enim mos eſt multò magis dolere, cùm
filijs ſuis malè habentibus nec adeſſe poſsint: quod &
pientiſsimus hic paſſus eſt, non mala tantũ nos inua-
ſura deplorans, uerũ & quòd nobis hæc patientibus
procul abeſſet. Verũ & hoc pro noſtra ſalute factum
eſt. Vt hæc enim ab illis didicit, calidiores lachryma-
rũ fontes emittebat, & cum maiori ſupplicatione ad
deũ confugit, & noctes inſomnes ducebat ſupplicãs,
& ut hæc patienti ſuccurreret ciuitati, & ut regis men
tem redderet mitiorem. Vt uerò magnam ciuitatem
illã aſcendit, & regias ingreſſus eſt aulas, procul à rege
conſtitit mutus, lachrymans, deorſum inclinatus, lati
tans, tanq; ipſe eſſet qui omnia illa patraſſet. Hoc aũt
faciebat, habitu, aſpectu, luctibus prius mouere uo-
lens ipſum ad miſericordiam, & tum defenſionem
pro nobis incipere. Sola nanq; peccantibus relinqui-
tur uenia, tacere, & nihil pro geſtis loqui. Volebat.n.
paſsionum, hanc quidem eijcere, hanc uerò introduce-
B re, ut ita uiam præpararet defenſionis uerbis. Quod
Exo.32.c quidem & factum eſt. Et ſicut Moſes in monte aſcen
dens, populo offenſo mutus ipſe conſtitit, donec ip-
ſum deus euocauit, dicens: Dimitte me, & delebo po
lum hunc: ita & hic fecit. Ipſum itaq; rex conſpicatus
lugentem, & deorſum inclinatum, acceſsit ipſe, & qd
patiebatur propter ſacerdotis lachrymas, hoc uerbis
oſtendit. Non.n. indignantis, nec iraſcentis uerba fe-
cit, ſed dolentis: non ſuccenſentis, ſed mœrẽtis, & do
lore magis detenti: & quòd hoc ſit uerum, ipſa au-
dientes uerba ſcietis. Non.n. dixit: quid tandem hoc
eſt? pro hominibus ſceleſtis & ſceleratiſsimis, & quos
nec oportuit uiuere, uenis legationem obiens, tyran-
nis, innouatoribus, omni ſupplicio dignis? Sed hæc
omnia dimittens uerba, defenſionem compoſuit re-
uerentia plenam & grauitate, & à ſe collata comme-
morabat beneficia, quibus per omne regni tempus
ciuitatẽ noſtrã proſecutus eſt, & ad ſingula hæc repe
tebat: hæc me pro illis pati oportuit? quarũ me iniu-
riarum pœnas exegerunt? quid paruum, quidue ma-
gnum accuſandum habentes, non me ſolum, uerũ &
C defunctos contumelijs affecerunt? Non ualebat ani-
mus ſaturari in uiuis? ſed niſi ſepultos quoq; cõtume
lioſè tractarẽt, nil magnum ſe facere putarunt. Iniqui
fuerimus nos, ut ipſi putant. Igitur mortuis parcere,
qui nullam intulerunt iniuriam, oportebat: non.n.
& illis hæc attribuere ualebant. Nonne ſemper hanc
omnibus præpoſui ciuitatem, & patria deſiderabilio
rem eſſe putabam: & uotum mihi cõtinuum erat ur-
bem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam iu-
ramẽtum? Hic aliquantum ingemens pontifex, & fer-
uentiores emittens lachrymas non amplius tacuit: ui
debat.n. regis defenſionem culpam maiorem noſtrã
facientẽ, ſed grauiter & amarè de profundo gemens:
Confitemur, inquit, ô rex, nec negare poſſumus amo
rem iſtum, quem erga patriam noſtram demonſtra-
ſti: & propterea maximè lugemus, quoniam ſic ama
tæ dęmones inuiderunt, & erga benefactorem ingra
ti ſumus uiſi, & exacerbauimus ſummope nos aman
tẽ. ſiue obruas, ſiue incẽdas, ſiue occîdas, ſiue quod-
cunq; aliud facias, nondum dignam de nobis pœnã
exegiſti, noſipſos præuenientes innumeris mortibus
difficilius affecimus. Quid.n. amarius eſſe poſsit, q̃
cùm benefactorem & ſic diligentẽ iniuſtè exacerban
tes, appareamus? & omnis hoc mundus diſcat, & ex- D
tremam ingratitudinem noſtram cõdemnet? Si Bar-
bari ciuitatem noſtrã incurſantes, mœnia diruiſſent,
& incendiſſent domos, & abductis captiuis abiiſſent,
minus erat malum. Quare tandem ita? Quoniam te
uiuente, & tantam in nos beneuolentiam exhibente,
ſpes erat illa cuncta grauia ſolutum iri, & nos iterum
ad priorem formam redituros, & clariorem recepturos
libertatem: nunc autem ablata beneuolentia
tua, & amoris uinculo uiolato, quod omni muro no
bis erat tutius, ad quem iam confugiemus? Vbi pote
rimus alibi reſpicere tam dulcem dominum, & faci-
lem patrem exacerbantes? Itaq; uidentur quidem in-
tolerabilia feciſſe, ſed paſsi magis ſunt oium grauiſsi-
ma, ad nullum hominem audentes reſpicere, nec ip-
ſum ſpectare Solẽ liberis ualentes oculis, pudore un-
diq; palpebras contrahente, & occultari cogente: li-
bertate ipſis ablata, omnibus captiuis nunc miſerius
affecti ſunt, & extremã ſuſtinent ignominiam: & ma-
lorũ magnitudinem cogitantes, & in quantum con-
tumeliæ reſilierunt, nec reſpirare poſſunt, cũ omnes
terram habitantes in ſui uehementem calumniam at
traxerint. Sed ſi uelis, ô rex, eſt uulneri medicina, & E
tantis malis remedium. Sæpius & in priuatis hoc fa-
ctum eſt, magnę & intolerabiles offenſiones, magnę
charitatis materia factæ ſunt: ſic & in natura noſtra
euenit. Cùm.n. hominem deus fecit, & in paradiſum
induxit, & multo dignum fecit honore, tantam dia- Gene.3.a
bolus proſperitatem nõ ferens, inuidit, & illum à da-
ta expulit dignitate. Sed deus non tantùm ipſum nõ
reliquit, uerùm & pro paradiſo cœlum nobis aperuit
hoc ipſo propriamq; demonſtrans benignitatem, &
diabolum magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc om
nia mouerunt dæmones, ut oium tibi gratiſsimam
ciuitatẽ à beneuolentia tua ſepares. Hoc uerò tu nũc
ſciens, pœnam quãuis quidem exiges, priori autem
amicitia ne nos extrudas. Sed ſi & præter opinionem
aliquid nunc dicere fas eſt, etiam nunc inter dilecta-
rum primas ipſam ſcribe, ſi modô dęmonas hęc ope
ratos uis ulciſci. Si nempè deſtruas, & ſubruas & de-
leas, quæ prius illi uoluerunt, hæc efficies: ſi uerò irã
dimittas, & te rurſus ipſam amare, ſicut priꝰ amabas,
confiteatis, letalẽ ipſis plagam intuleris, & ultimam
ab ipſis ultionẽ exegeris, demonſtrans quòd nõ tan- F
tùm nihil amplius ipſis expeditum eſt per inſidias, ue
rũ & cuncta ipſis contraria, quàm uolebant, accide-
runt. Iuſtus aũt eſſes hæc faciendo, & ciuitatem miſe-
rando, cui propter amicitiam tuam dęmones inuide
runt. Niſi.n. ipſam tam uehementer amaſſes: nec ip-
ſam illi tanta inſectati fuiſſent inuidia. Itaque etſi mi-
randum eſt quod dicitur, eſt tamen uerũ, quòd pro-
pter te & amicitiam tuam hæc paſſa eſt. Quot incen-
dijs, quanta ſubuerſione ſunt hæc uerba acerbiora,
quæ reſpondens dicebas? Nunc te cõtumelia affectũ
dicis, & pertuliſſe quæ nullus unquam ſuperiorum re
gum. Sed ſi uelis, ô humaniſsime & ſapientiſsime, &
multa pietate plene, diademate iſto clariorem & ma
iorẽ tibi coronam hæc afferet contumelia. Hoc nem
pè diadema quidem eſt, & tuæ uirtutis inſigne, eſt &
dei liberalitatis indicium. Sed corona ex hac humani
tate contexta tuum ſolius erit, & ſapientiæ tuæ meri-
tum. Nec te tantùm oẽs admirabuntur propter iſtos
lapides pretioſos, quantùm propter uictoriam de in-
dignatione ſuperata reportatam laudabunt. Deſtru-
xerunt ſtatuas tuas? ſed illis clariores reſtituere tibi li-

Gcet. Si iniuriæ authoribus enim crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam, non æreas istas in foro erigent, nec aureas, nec lapillis coagmẽtatas: sed omni materia ptiosiorem stolam indueris, humanitatẽ scilicet & misericordiam, talem in mente quisq; sua te ædificabunt, & tot habebis statuas, quot orbem habitant homines, & habitabunt. Non.n.nos tantùm, uerùm & post nos futuri, & post illos omnes hæc audient, & tanq; ipsi bene fuerint habiti, sic te admirabuntur, & amabunt. Et quòd hæc non assentans dico, sed sic erit omnino, antiquum tibi referam sermonem quẽdam: ut discas quòd non tantum exercitus, & arma, & pecuniæ, & subditorum multitudo, & alia quidem huiusmodi splendidos facere reges consueuere, quantùm animi disciplina & mansuetudo. Beatus dicitur Constantinus imagine sua quandoq; lapidata, multis ipsum instigantibus contra contumeliatos exijsse, & pœnas exegisse: & dicẽtibus quòd omnem
" ipsius faciem pcusserunt saxa iaculantes, manu faciẽ
" palpans, & leniter ridens dixisse, nusquam uulnus in
" fronte factum uideo, sed sanum quidem caput, sana
H uerò & facies tota. Illi uerò reuerìti & confusi ab hoc iniquo destitére consilio. Et hoc uerum, hactenus canunt omnes. Nec tantùm tpis tabefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot non sit hoc trophæis splendidius? Multas urbes ille condidit, & multos Barbaros superauit: sed meminimus illorũ nihil. Hoc aũt uerbum usq; in præsentem diem canitur, & posteri nostri, & posteri illorum omnes idipsum audient. Nec hoc solũ est admirandum, quòd audient, uerumetiam quòd laudibus & benedictione prosequentur, dicentesq; laudabunt, & audientes gratè suscipient. Nec ullus est qui hæc audiẽs, silere possit, qn pariter exclamet & dicentẽ laudet, & innumera ipsi uel defuncto bona pcetur. Si uerò propter illud uerbũ apud homines tãta potitus est gloria, quot apud benignum deum coronas assequetur? Quid autem opus est Constantinum, & aliena exempla cõmemorare, cũ te de proprijs, & meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solennitate hac superueniente per totum orbem terrarum epistolam misisti iubentem carcere detentos dimitti, & ipsis ignoI sci crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per literas dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & resuscitare, & ad priorem uitam reducere. Horum nunc reminiscere uerborum. Ecce tempus defunctorum reuocandorum & resuscitandorum, & ad uitam reducendorum pristinam. Et hi nanq; iam mortui sunt, & priusq; iudicium proferatur, & ad ipsas tartari fores iam nunc ciuitas collocata est. Ipsam igitur inde resuscita sine pecunijs, sine impẽdio, sinò tempore & omni labore. Tibi nanq; satis est, tãtum loqui, & reuocare ciuitatem in tenebris iacentem. Nunc ipsam iube ab humanitate tua uocari. Nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio se condidit, quantam sententiæ tuæ: nec immerito. Ille enim principio ipsi dato recessit: tu uerò auctam & magnam factam, & post multam hanc tranquillitatẽ destructam resuscitabis. Non erat tam mirandum, si hostibus ipsam capiẽtibus, & Barbaris populantibus à periculo liberasses, quàm est admirabile nunc pepercisse. Illud.n. sæpe multi facêre reges, hoc aũt tu solus operaberis, & primus præter omnẽ expectationem. Et illud quidem minimè mirandum, nec præter opinionem, sed est quotidianũ opus, subditis prodesse. Quòd autem tot & talia passus iram K dimittas, hoc omnem naturam excedit humanã. Cogita quòd nunc non de ciuitate tantũ illa tibi consulendum est, uerũ & de gloria tua, magis uerò de Christianitate tota. Nunc & Iudæi & Gæci, & omnis terrarum orbis & Barbari (etenim & illi hæc audierunt) ad te respiciunt, expectantes ut uideant, qualẽ de gestis sententiam feras: & si nempè humanã protuleris & mitem, omnes dogma laudabunt, & deum glorificabũt, & inter se dicent: Papæ quanta Christianitatis potentia? Hominem super terram habentem æqualẽ neminẽ, omnia delendi & corrumpendi dominium cohibuit & refrænauit, & docuit philosophiam, quã nec homo priuatus exhiberet. Verè magnus Christianorũ deus, qui ex hominibus angelos facit, & omni necessitate naturali superiores constituit. Ne nanque superfluum timorẽ illum timeas, nec toleres quoidã dicentes, quòd reliquæ ciuitates peiores erunt, & hac non punita imperium tuum magis cõtemnent. Si.n. ad insurgendum fuisses impotens, & hæc operati te ui superassent, & par esset potentia, congruè iuspicari L hæc oportebat. Si uerò pauefacti, præq; timore præmortui sunt, & ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectant quàm barathrum, & supplicationes faciunt cõmunes in cœlum respicientes, & deũ uenire supplicãt, & simul nobiscum legationem attingere: & sicut in extremis constituti, de propriis quisq; suis considerauit, quomodo nõ superfluus hic timor? Si iugulari fuissent iussi, tanta passi nõ fuissent, quãta patiũtur nunc, tot diebus in timore & tremore uiuẽtes, & superueniente uespere autorã uidere non expectantes: & die orto, ad uesperam peruenire non sperant: multi & in feras inciderunt, dum sectantur deserta, in inuia translati, nec uiri tantum uerùm & pueruli parui, & mulieres liberæ & decoræ p multas noctes & dies in spelũcis & conuallibus, & deserti foraminibus latentes: & nouus captiuitatis modus ciuitatem detinet, ædificijs & muris stantibus, incensis ciuitatibus grauiora patiuntur: nullo incumbente Barbaro, nec hoste apparente, captis miserius dispositi sunt, & solũ solium si moueatur, oẽs ipsos per singulos terret dies. Et hæc oẽs sciunt. Et si subuersam ipM sam uidissent, nõ sic essent castigati, ut nunc qui has ipsius audiẽre miserias. Ne igitur hoc cogites, quòd peiores sint futuræ ciuitates reliquæ. Non.n. si ciuitates euertisses, sic eos castigasses, ut nunc per incertam futurorum expectationem, omni supplicio uehementius ipsos puniens. Ne igitur ipsis ulterius calamitates producas, sed iam respirare concedas. Subditos nempè castigare, & gestorũ exigere pœnas, facile penitus & prõptum: his uerò qui contumelias intulerunt, parcere, & his qui uenia patrauerunt indigna, ueniã dare, unius & uix alterius est, & maximè cũ rex sit contumeliã passus & ciuitatem quidem metu subdere facile. omnes autem amatores constituere, & persuadere ut in regnum tuum se beneuolè habeant, & non tantùm cões, uerùm & priuatas pro tuo preces imperio faciant, difficile: licèt infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus moueat, & quicquid operetur, non facilè tot hominum affectionem ad seipsum attrahere poterit, quod nũc tibi facile erit & leue. Nam & beneficijs affecti, & qui audierint, pariter cum beneficio affectis erga te beneuolè disponentur. Quot pecunijs emisses, quot emisses laboribus, breui tpis momento totum orbem acquirere, & omni-

A bus futuris persuadere, quanta filijs suis optant, tanta & capiti tuo optarent? Si autẽ ab hominibus hæc, cogita quantam à deo capies mercedem, non tantũ eorum q̃ nunc fiunt, uerùm & quæ post hæc ab alijs expedientur. Si unq̃.n. contingat fieri tale quid, quale nunc factum est (quod deus auertat) & iniuriam passorum aliqui in contumeliam operatos insurgere uelint, benignitas & sapientia tua pro omni ipsis erit disciplina, & admonitione: & erubescent, & confundentur tale disciplinæ exemplum habentes, inferiores apparere. Itaq; omniũ posterorum eirs præceptor, & uictoriæ præmia de ipsis reportabis, licèt ad ipsum philosophiæ uerticem perueniant. Non.n. par est, quempiam tantam incipere benignitatem primùm, & ad alios respiciẽtem ab illis elaborata imitari. Quocirca quicunq; post te humanitatem & mansuetudinem quantacunq; exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui.n. radicem præbuit, hic utiq; & fructuum author est. Propterea nunc quidem nemo tecum in humanitate mercedem partiri potest: tuum.n. solius meritum est. Tu uerò cum omnibus posteris, siqui ta
B les unquam appareant: ex æquo meritum diuidere poteris, & tantam reportare partem, quantam in discipulis præceptores. Et si nemo talis fuerit, rursum tibi commendationes, & laudes per singulam prouenient generationem. Considera nanq; quale sit posteros omnes audire, quòd tam magna ciuitate factæ pœnæ & ultioni obnoxia, pauefactis oibus, & horrefactis ducibus & præfectis & iudicibus, & ne uocem quidem pro miseris illis rumpere audentibus, unus accedens senex dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo, & nudo occursu ad reuerentiam imperatorẽ mouit: & quod nemini suorum concesit, uni hoc seni concesit, dei leges reueritus. Etenim hoc quoq; ipso nõ te parũ ô rex ciuitas honorauit, quòd me ad te legatum misit. tsniam.n. de te optimam & pulcherrimam protulerunt, quòd omni principatui tibi subiecto dei sacerdotes præhonoras, etsi uiles esse contingat. Non ab illis uerò tantũ nunc uenio, uerùm et anteillos à communi angelorũ domino missus sum, ut hæc dicam mitissimæ ac benignissimę animę tuę: Matt.6.b quòd si hominibus ipsorum peccata dimittatis, et
C pater cœlestis lapsus uestros uobis dimittet. Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationẽ reddemus. Cogita quòd etiam siquid tibi peccatum est, omnes abluere præuaricationes per iudicium et sententiam istam poteris absq; laboribus, absq; sudoribus. Alij nempè legati aurum et argentum, et alia huiusmodi dona ferũt: ego uerò cum sacris ad regnum tuum legibus ueni, et pro donis omnibus has præbeo, et te dominum tuum imitari supplico, qui quotidie à nobis cõtumeliam patiens non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne cõfundas spem nostram, nec promissiones redarguas. Etenim et hoc cũ alijs te scire uolo, quòd si reconciliari uelis, et pristinam ciuitati beneuolentiam cõmunicare, et hanc remittere iustam indignationem, cum multa reuertar fiducia: si uerò mente tua ciuitatem asperneris, non penitus ipsam tantũ non afcẽdam, nec ipsius solum uidebo, uerùm et in reliquum negabo, et in aliam me ciuitatem conscribam. Ne mihi nanq; accidat in illam unquam adscribi patriam, erga quã humanissimus tu, et hominum cunctorum mitissimus pacari reconciliariq; non eligas. Hæc et his plura locutus, sic regem confudit, ut idem fieret, quod et in Ioseph contigit olim fieri. Sicut enim ille tunc fratres cõspicatus lugere quidem uolebat, sed dolorem tegebat, ne simulaD tionem interrumperet: Sic certè & rex, lachrymabat quidem mẽte, non demonstrabat autem propter omnes præsentes. Nec tamen usque in finem æstum celare potuit, uerum & inuitus redarguebatur. Post hãc enim concionẽ, secundis non opus habuit uerbis, sed unum solum locutus est uerbum, quod ipsum diademate multo magis ornauit. Quid aũt hoc est? Et quid admirabile & magnum est, si his qui nos contumelijs affecerunt, iram remittamus, hominibus existẽtibus, cum & ipsi homines simus, cũ mundi dominus in terram descendens, & propter nos seruus factus, & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis patrem orauerit, dicens: Ignosce illis, non.n. sciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile, si nos cõseruis igno- Luc.23. e scamus? Et quòd hęc uerba nõ sunt simulatio, demõstrarunt qdem & reliqua opera, nec his minus illud quod nunc sum relaturus. Ipsum enim hunc sacerdotem secum communiter hanc solẽnitatem celebrare uolentem, inuitum properare & festinare coegit, & se ciuibus exhibere. Noui, inquit, quòd nunc ipsorũ sunt animi conturbati, & multæ superfunt calamitatis reliE quiæ, Abi, consolare. Si gubernatorem uiderint, nec præteritæ reminiscentur tempestatis, uerum & ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Vt autem instituit pontifex, petens ut filium suum mitteret: uolens ille manifestè demõstrare, quod omnẽ penitus iram mente deterserat: Orate, inqt, hæc auferri obstacula, hæc bella extingui, & ego ueniam omnino. Quid anima mitius illa esse possit? Cõfundantur gẽtiles de reliquo, qnimo ne confundantur, sed erudiãtur, & proprium omittentes errorẽ ad christianitatis uirtutem redeant, nostrã à rege, & pontifice docti philosophiã. Non enim hactenus tũc subsistit piissimus rex, sed & postquã ex urbe sacerdos exiuit, & pertransiit mare, misit ad eum quosdã, scisitans & satagens, ne fortè tempus tereretur, & ciuitati uoluptatem dimidiaret extra urbẽ solennitatem peragens. Quis pater mitis tantã de persecutis se contumelia curam egit? Dicam & aliam iusti laudem: his enim expeditis non festinauit, ut alius gloriæ cupidus, ipse literas illã tristitiam, soluentes deferre. Sed quoniam maturius ibat, alium F quendam uelociter equitare doctum mandauit prẽuenire, & bona ciuitati nũcia afferre, ne exreditus sui tardatione tristitiæ prolongaretur. Quod enim ipse quęrebat, solũ erat, non ut ipse ueniret bona hæc deferens, & uoluptatis multæ plena, sed ut ocyus nobis patria respiraret. Quod quidem fecisti, forum coronantes, & lucernas accendentes, & lectos ante officinas componentes, & tãquam nuper ciuitate nata, festum agẽtes. Hoc aliter per omne facite tempus, non floribus, sed uirtute uos coronãtes, lumen per opera in anima uestra accẽdentes, spirituali gaudentes lætitia, & deo continuè pro his omnibus gratias agere non desinamus: nõ tantum quoniã grauia soluit, uerum quoniam & ipsa fieri permisit. Et multũ ipsi nos debere confiteamur. Per utraque.n. nobis ciuitatem ornauit. Hæc autem omnia secundum propheticum eloquium, Filijs uestris annunciate, & filij uestri filijs Ioel.1.a suis & illi rursum generationi posteræ, ut omnes qui usque ad cõsummationem sint, dei humanitatem ciuitati exhibitam discentes, uos quidẽ beatificent tantam nactos beneuolentiam: admirẽtur autem & dominum nostrum, qui sic lapsam ciuitatem releuauit.

G Lucrentur uerò & ipſi,& per talium geſtorum exempla ad pietatem impellantur:non enim nos tantũ, ſi in ipſorum memoria continuè maneamus:uerùm & poſt nos futuros,eorũ quæ nobis euenerunt, narratio maximè iuuare poteſt. Quæ omnia ratiocinãtes, non tantũ in grauium ſolutione,uerũ & in horũ permiſsione ſemper clemẽtiſsimo deo gratias agamus, tum ex diuinis ſcripturis, tum ex nobis accidẽtibus, his præſertim memoratis edocti, quòd omnia ſemper ad utilitatem noſtrã diſpenſat cũ benignitate ſibi ſemper adhærente: qua nos ſemper fruentes, cœlorũ quoq; regnum aſſequi contingat,in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem,& cũ quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, poteſtas & honor, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

CATECHESIS AD ILLVMINANDOS, *& de mulieribus ſe fertis,& auro ornantibus,& de ſectantibus uaticinia,uel ligaturas,uel incantationes:quæ cuncta Chriſtianitati ſunt aliena.*

Homilia XXI.

H PRius dictorum apud charitatem ueſtrã fructus uos repetiturus aduenì: non propterea dicimus, ut tantũ audiatis,uerũ & ut dictorum memoriam ſeruetis, & per opera nobis memoriæ demonſtrationẽ præbeatis, magis uerò non nobis, ſed deo mentis arcana ſcienti. Propterea & catecheſis,id eſt inſtructio dicitur,ut & abſentibus nobis ſermo noſter mentes ueſtras inſtituat. Et ne miremini,ſi decem diebus tantũ tranſactis ſeminum fructus repetituri uenimus. Etenim die ſola licet pariter & ſemina ſpargere,& meſſem facere:non enim propria tãtùm uirtute,uerùm & diuino momẽto roborati, ſic ad certamina uocamur: quicunq; igitur dicta ſuſcepe runt,& per opera impleuerunt, maneant ſe extendentes in anteriora. Quicunq; uerò bonam hanc operationem non attigerunt,iam attingant, ut ex torpore natam damnationem futura promptitudine repellant. Licet enim,licet inquam eum, qui multùm torpuit,poſt hæc promptitudine utentem, præteriti tẽporis omnem reparare iacturam. Idcirco dicitur,Hodie ſi uocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda ueſtra,ſicut in exacerbatione. Hoc aũt dicit admonẽs, & cõſulens nunq; deſperare,ſed donec hic ſimus,bonas habere expectationes, & anteriora apprehendere,& ad brauium ſupernæ dei uocationis ſequi. Hoc igitur faciamus,& magnę huius donationis nomina exquiramus. Sicut.n. dum ignoratur dignitatis magnitudo,ſegniores facit eos qui honorantur:ita ſi no ſcatur,gratos reddit,& magis ſtudioſos efficit. Alioquin & turpe eſſet & ridiculum tãto potientes apud deum honore,nec ſcire quid ipſius tandem nomina ſignificare uelint. Et quid de hoc munere dico? Si.n. commune generis noſtri nomen cogitaueris, maximam ad uirtutem capies diſciplinam & exhortationem. Hoc enim nomen homo, nos non ſecundum alienigenas definimus, ſed ut diuina iuſsit ſcriptura. Nam homo nõ eſt quicunq; ſimpliciter manus habet & pedes humanos,nec quicunq; tantũ rationalis eſt:ſed quicũq; pietatem & uirtutem cũ fiducia exercet. Audi nanq; quid de Iob dicit. Cùm enim dixiſſet, quòd in terra Huſitide homo erat,nõ ex his eum deſcribit terminis, qbus alienigenæ,nec hoc dicit,quòd duos pedes habebat,& ungues latos:ſed indicia pietatis illius præbens dicebat, Simplex & rectus, actimens deum,& recedens à malo. Demonſtrans quòd hoc eſt homo,ſicut ſcilicet & alius inquit, Deũ time, & ipſius mandata cuſtodi, quoniam hoc eſt omnis homo. Si aũt hoc nomen homo, tantam ad uirtutẽ præbet exhortationem, multò magis fidelis. Fidelis enim propterea uocaris, quoniã & credis deo, & ab eo creditam ipſe iuſtitiam habes,ſanctitatem,mundi tiam animæ,in filium adoptionẽ,regnum cœlorum, & hæc tibi commendauit. Tu uicißim ipſi alia uouiſti,eleemoſynam,orationes, modeſtiam & oẽm aliã uirtutem. Et quid dico eleemoſynam? Si uel frigidũ ipſi dederis poculum,nec hoc amittes:uerùm & hoc in illum reſeruat ſedulò diem, & cùm multa reddet ſuperabundantia. Hoc quippe admirabile eſt, quòd nõ tantũ depoſita ſeruat,uerũ & multiplicat retributionibus. Hoc & te ſecũdum potentiam tuam facere iuſſit in his,quæ tibi credita ſunt,ſanctitatẽ,quam accepiſti,intendere,& ex lauacro iuſtitiam reddere clariorem,& gratiam illuſtriorem facere: ſicut utiq; & Paulus fecit,ſequentibus laboribus,& ſtudio,& promptitudine augens omnia quæ accepit bona. Et nota dei prouidentiam,nec tibi totũ hìc dedit,neq; toto priuauit:ſed hæc quidem dedit,hęc aũt promiſit. Et quare non hìc totum dedit? ut tu fidem in ipſum demonſtres, nondũ datis ex ipſius promiſsione ſola credẽs. Quare uerò rurſum nõ omnia illic ſeruauit, ſed dedit & ſpiritus gratiam,& iuſtitiam, & ſanctificationẽ? ut tibi labores leues faciat,& ex iam datis etiam de futuris te bonæ ſpei conſtituat. Propterea& recenter illuminatus uocari debes, quoniam noua lux ſemper tibi,ſi uelis,& nunq; extinguitur. Hanc nempe lucem & uolentibus nobis,& nolentibus nox ſubſequitur. Illũ uerò radium tenebræ non norunt: lux enim in tenebris lucet,& tenebræ eam non cõprehenderunt. Nõ ſic enim mũdus eſt clarus oriente radio, ut anima illuſtratur,& ſplendidior fit à ſpiritu gratiam ſuſcipiẽs. Et diligentius rerũ naturam diſce. Nocte enim terras tenente, & tenebris caligantibus ſæpe funiculũ quis cernens,ſerpentem eſſe putauit,& amicum accedentem tanquam inimicum fugit: ſtrepitum quempiam ſentiens,trepidus factus eſt:facta autem die nihil tale fieret,ſed omnia qualia ſunt apparent: quod & in anima noſtra contingit. Poſtquam enim gratia ueniens mente tenebras expulit,rerũ ueritatẽ diſcimus, & nobis fiunt deſpicabiles res prius tremendæ: nec enim amplius mortẽ timemus, diligenter ex hac ſacra introductione diſcẽtes,quòd mors nõ eſt mors, ſed ſomnus,& dormitio tẽporaria: non pauperiem, non morbum, non aliud quid huiuſmodi timentes, ſcientes quòd ad meliorem tendimus uitam,immortalem & incorruptam,& ab omni tali liberã inæqualitate. Ne igitur amplißad mortalia maneamus hiantes,nec circa menſæ delicias, nec circa ueſtimentorũ ornatum:habes enim maximum indumentũ, habes menſam ſpiritualem,habes gloriam ſupernè, & omnia tibi Chriſtus factus eſt,& menſa,& ueſtimẽtum, & domus,& caput,& radix. Quotquot in Chriſto.n. baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ecce quomodo ueſtimẽtum tibi eſt. Vis diſcere, quomodo & menſa tibi ſit? Qui me comedit,inquit,uiuet ille propter me. Quòd autem domus eſt tibi: Qui comedit carnem meam,in me manet,& ego in eo. Et quòd radix,rurſum inquit:Ego uitis,uos palmites. Et quòd frater,& amicus,& ſponſus: Non amplius uos dicam ſeruos:

Catecheſis quid.

Homo qd

Iob.1.a

Pſa 94. b

Iob.1.d

Eccl.xv.d

Mat.10.c

Gala.3.d

Ioan. 6.f

Ibidem.b

Ioan.15.a

Ibidem.

A &,Vos amici mei eſtis. & Paulus. Deſpondi uos uni uiro uirginem caſtã exhibere Chriſto. & rurſum: Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Non fratres tantũ ipſius,uerum & pueri fiamus. Ecce enim, inquit,ego & pueruli,quos tradidit mihi deus. Non hoc aũt ſolum,uerũ & membra ipſius & corpus eius. Tãquam enim non ſufficerent dicta demonſtrare bene uolentiam & charitatem,quam erga nos exhibet, & aliud his maius,& propius poſuit,ſe caput noſtrũ appellans. Hæc omnia certè ſciens dilecte, ſis gratus erga benefactorem tuum optima conuerſatione,& ſacrificij magnitud.nẽ cogitans,orna corporis tui membra: cogita quid manu capias, nec unquã ullum uerberare audeas, nec tanto decoratum munere plagæ crimine confundas. Cogita quid manu capias,& ipſam ab omni auaritia & rapina liberam conſerua. Reputa,quòd non tantũ manu capias,uerùm & ori admoueas,& linguã cuſtodi à cõtumelioſis mundã, & turpibus uerbis,blaſphemia,periurio,& alijs omnibº huiuſmodi. Etenim perniciоſum eſt, tam tremendis miniſtrantem myſterijs linguam,& ſanguine tali purB puratam, & factam aureum gladium ad conuicia & contumelias,& ſcurrilitates transferre. Reuerere eam honore,quo dominus ipſam honorauit,nec ad peccati uilitatem ipſam deducas: ſed rurſum animaduertens,quòd poſt manum & linguam cor ſuſcipit horrendum illud myſterium:ne unquam in proximũ ſumas dolum,ſed mentem tuam ab omni malitia mũdam conſerua:ſic & oculos,& aures munire poteris. Quomodo enim non eſt abſurdũ poſt myſticam illam uocem è cœlis delatam,à Cherubin dico,meretricijs cantibus, & fractis melodijs aures inquinare? Quomodo uerò nõ extrema pœna dignum eſt, oculis quibus arcana uides & horrenda myſteria, his meretrices ſpectare,& mẽte adulterium exercere? Ad nuptias uocatus es dilecte, ne intres ſordidis indutus ueſtimentis,ſed nuptijs congruam cape ueſtem,Si.n. ad nuptias ſenſibiles homines inuitati, etſi omnium pauperrimi ſint, mutuò ſumentes ſæpe, uel amentes ueſtimentũ mundum, ſic ad ſe uocantes conuenitũt: & tu ad nuptias ſpirituales,& prandia uocatus regalia,conſideres ꝙ dignũ ſit te nuptiale ueſtimentũ cõC parare. Verum enim uero nec opus eſt cõparare, ſed ipſe qui uocat tibi dat gratis,ne uel paupertatem prætendere ualeas. Serues itaq; quod accepiſti ueſtimentum. Si nanq; perdideris,amplius emere non poteris, aut mutuare. Nuſquam enim uenditur tale ueſtimentum. Audiſti quomodo gemuerũt dudum ſacris introducti,& pectus percuſſerunt,eos ſtimulante conſcientia? Conſidera igitur & tu dilecte, ne unquã hoc patiaris. Quomodo aũt nõ patieris,non expulſa prauа malorum cõſuetudine? Propterea & prius dixi,& nunc dico,& dicere non deſiſtam, ſiquis morum uitia nõ correxit,nec ſibi facilem parauit uirtutem, ne baptizetur. Priora nempe crimina lauacrum abluere poteſt: timor aũt non paruus,& periculum non mediocre,ne rurſum ad eadem redeamus, & uulnus nobis fiat de medicina. Quantò nanq; maior gratia,tantò amplior poſtea peccãtibus pœna. Ne igitur ad priſtinum redeamus uomitũ, hinc iam noſipſos erudiamus. Quòd enim oporteat prius pœnituiſſe, & prioribus deſtitiſſe malis,& ſic ad gratiã accedere, audi qd Ioannes dicat, quid uerò ſummus apoſtolorũ baptizati debentibus. Ille nempe dicit, Facite fructũ dignũ pœnitentiæ:& ne incipiatis dicere intra uos, Patrẽ habemus Abraham. Hic aũt interrogantibus rurſus aiebat: Pœnitentiam agite,& baptizetur quiſq; ueſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Pœnitentiam agens aũt non amplius eadem attingat negotia,quorum pœnituit. Propterea& iubemur dicere: Abrenuncio tibi ſatana, ne amplius ad ipſum reuertamur. Sicut igitur in pictoribº accidit,ſic & nunc fiat. Etenim illi tabulas proponẽtes, & albas circũducẽtes lineas, & regias depingentes imagines:priuſquam colorum ueritatem ſuperinducant,cũ omni libertate hæc quidem delent, hęc uerò repingunt,& errata corrigẽtes, & malè ſe habẽtia tranſponentes: poſtq; uerò iam colorem induxerint,non amplius libertatem habẽt rurſum delẽdi & repingendi,quoniam imaginis pulchritudini nocerent,& ſine culpa fieri non poſſet. Hoc tu quoq; fac,puta animam eſſe tibi imaginem. Priuſquã igitur ſupereniat uera ſpiritus tinctura, malè inſitas tibi conſuetudines dele,ſiue iurare,ſiue mentiri, ſiue contumelias inferre,ſiue turpia loqui,ſiue ridicula facere ſolitus es,ſiue quid aliud huiuſmodi nõ licitum faciendi conſuetudinem habes, erue cõſuetudinem, ne poſt baptiſma rurſum ad ipſam regrediaris. Pecta delet lauacrum. Tu cõſuetudinem corrige, ne iam inductis coloribº,& illuſtrata imagine regia, amplius deleas,& uulnera & cicatrices inferas à deo tibi dato decori. Corripe igitur iram, extingue furorẽ, ſiue quis afficiat iniuria,ſiue cõtumelia,lachrymis illum proſequere. Ne indigneris tu,cõdole,ne exacerberis:ne dicas,In anima patior iniuriam. Nemo eſt in anima iniuriã patiens,niſi noſipſos in anima iniuria afficiamus. Et quomodo id ita ſit,iam dicam. Ablata eſt res tua, non paſſus es in anima,ſed in pecunijs:ſi tu uerò mali momentum ſerues,in anima tu teipſum læſiſti. Peccatiæ enim ablatæ nihil animam læſerunt, uerũ & adiuuerunt. Tu uerò non iram dimittẽs, pœnas illic huius ſeruatæ malorum memoriæ dabis. Conuicijs te quiſpiam & contumelijs affecit, te nil in anima læſit, ſed nec in corpore. Tu teipſum in anima læſiſti, uerborum quæ dixiſti,illic pœnas ſubiturus. Et hoc omnium maximè uos certũ ſcire uolo, quòd Chriſtianũ & fidelem in anima poteſt lædere nemo, nec ipſe diabolus. Nec hoc tantũ eſt admirabile, quòd nos deus omnibus incurſibus inexpugnabiles fecit: uerùm & F quòd ad omnem uirtutis operationem nos aptos parauit: & impedimentum nullum eſt, ſi uelimus, licet pauperes ſimus,ſiue corpore imbecilles,ſiue abiecti, ſiue ignobiles,ſiue ſerui. Nec enim paupertas, nec imbecillitas,nec corporis diminutio,non ſeruitus, non aliud talium quippiam,ad uirtutem impedimentum eſſe queat. Et quid dico pauperem,& ſeruũ,& ignobilem? Etiam ſi captiuus ſis,nec hoc tibi ad uirtutẽ impedimentum eſſet. Et quo id modo fit,dicam. Quidam domeſticorum te contriſtauit,& iniuit,ipſi irã remitte. Nunquid tibi ad hoc uincula & paupertas,& ignobilitas impedimentũ afferunt? Et quid dico impedimentum? Potius adiuuant nanq;, & cooperatur ad ſuperbiam cõprimendam. Vidiſti aliũ feliciter agẽtem,ne inuideas:nam nec hìc paupertas impedimentum eſt. Rurſum cùm orare conuenit,ſobria & uigili mente hoc effice,& nec hìc ullum erit obſtaculũ. Benignitatem,manſuetudinem oẽm exhibe, modeſtiã honeſtatem:nec enim iſta exteriorum indigent auxiliorum. Et hoc eſt uirtutis maximum, quòd non diuitijs,non potentia,non gloria, nõ alia quapiam talium rerum opus habet,ſed anima tantũ ſanctificata,

1.Co.11.a
Rom. 8.f
Ioã.17. b
1.Cor. 12.
& Epbe.
1.d
Luc.3.b

G & nil amplius inquirit. Respice uerò & in gratia hoc ipsum fieri, siue quis enim claudicet, & euullis sit oculis, & corpore diminutus, siue in extremam delapsus imbecillitatem, ab horum nullo gratia uenire prohibetur. Animam enim exquirit solam se cũ promptitudine susciptiẽtem, & hæc omnia prętercurrit. Exteriora militum & corporis mensuram, & bonam carnis habitudinem exquirunt ipsos in exercitum deligere debentes. Non hæc aũt sola militaturum oportet habere, uerũ & libertatem. Siquis enim sit seruus, reiicitur. Cœlorũ autẽ ex nihil tale requirit, sed & seruos in exercitum suũ suscipit, senem & iuuenem, & quæcunq; talia. Mansuetum aũt & mitem esse, & his similia, sententiæ nostræ sunt. Et hæc sola à nobis deus exigit, quorum nos domini sumus, & ualde congruè: non enim propter propriam utilitatem, sed propter beneficentiam nos ad sui gratiam uocat. Reges uerò propter ministerium suum: & qui quidem ad bellũ trahũt sensibile, hic aũt ad pugnam spiritualem. Nec in bellis tantum externis, uerũ & in certaminibus eãdem quis rationem uidere posset. In illud enim theaH trum trahi debentes, non prius descendũt in certamina, donec ipsos assumens præco sub omnium oculis circunducat clamans, & dicens: Num quis hunc accusat? Et quidem illic non animæ, sed corporis pugnæ sunt. Quare igitur generositatis rationes requiris? Hic uerò nihil tale, sed totum contrarium: cũ non in manuum collationibus sint nobis certamina, sed in animi disciplina, & mentis uirtute. Contrarium agonotheta noster facit, non ipsum assumens circunducit, & dicit. Num quis hunc accusat: sed clamat: Licèt omnes homines, licèt dæmones cum diabolo constituti ipsum accusent de turpissimis & occultis criminibus, non reiicio, nec abominor, sed ab accusatoribus ipsum liberans, & ab iniquitate absoluens, sic ad certamina duco: nec immerito. Illic enim agonotheta nil certantibus confert ad uictoriam, sed medius constitutus est: hic autem agonotheta pietatis propugnatoribus commilito sit, & auxiliator, cum ipsis contra diabolũ pugnam attingens. Nec hoc tantũ est admirabile, quòd nobis peccata dimittit, uerũ & quòd ipsa non reuelat, nec apparẽtia & manifestata facit, nec
I accedentes cogit in medio patrata edicere, sed sibi soli rationem reddere iubet, & sibi confiteri. Etenim ex alienigenis iudicibus, siquis alicui captorũ latronum, uel furum diceret, ut peccata confiteretur, & à pœna dimitteretur, omni certè promptitudine hoc susciperent, salutis cupiditate pudorem contemnentes. Hic uerò non hoc est, uerũ & peccata dimittit, nec cogit præsentibus quibusdam ipsa enũciari: sed unũ solum exigit, ut ipse remissione fruens, doni magnitudinem discat. Quomodo igitur nõ absurdum, ut in quibus nos ipse beneficio afficit, solo testimonio nostro contentus sit, nos aũt in quibus ipsum colimus, alios testes quæramus, & ad ostẽtationem quicquam faciamus? Ipsius igitur modestiam admirati, naturam ipsi exhibeamus, & ante omnia alia linguæ impetũ refræ
Pro. 10.c nemus, & ne semper loquamur. Ex multiloquio nãq; non effugies peccatum. Si nempe dicenduin utile habes, aperi labia: si nihil sit necessariũ, tace: melius est enim. Artifex manualis es, sedens psalle: sed non uis ore psallere, hoc facias mente. Magnus comes psalmus. Nihil hinc graue sustinebis, sed tanq; in monasterio, in officina sedere poteris. non enim locorum cõmoditas, sed morum probitas quietem nobis prębebit. Paulus enim in officina artem suam tractans, nihil ad propriam uirtutem læsus est. Ne dicas igitur, Act.18.d
Quomodo potero cũ artifex & pauper sim prophetare? Propterea nempe magis poteris prophetare. Nã paupertas diuitijs, & negotiũ otio ad pietatẽ nobis est opportunius, quippe cũ & diuitiæ non aduertenti bus impedimentũ fiant. Cũ enim iã dimittere oporteat, cùm inuidiam extinguere, cùm remittere furorem, cùm orationem offerre, cũ benignitatem & mãsuetudinem, cũ modestiam & charitatem exhibere, ubi paupertas impedimentum esse ualeat? Non enim argentum erogantes hæc oportet obire, sed rectam exhibentes uoluntatem. Eleemosyna maximè pecunijs eget, uerũ & ipsa per paupertatem magis effudit: etenim quæ duos obolos erogauit: omnium hominum erat pauperior, & omnes superauit. Ne magnũ igitur quid diuitias esse putemus, nec luto melius aurum esse cogitemus: Materiæ nanq; pretium non ex natura, sed est ex opinione nostra. Si quis enim diligẽter inquireret, multò magis auro ferrum necessariũ: illud nanq; nullum uitæ confert usum, hoc aũt necessitatis plurimum nobis comparauit, innnmeris artiL bus seruiẽs. Et quid dico auri & ferri comparationẽ? pretiosis enim lapidibus! hi uulgares magis necessarij. ex illis enim nihil utile fieri posset, ex his uerò domus, & muri & urbes constructæ sunt. Tu uerò mihi demonstra, quæ de margaritis utilitas istis, quinimmo, quod non inde fiat damnum? Etenim ut feras unionem innumeri pauperes fame premuntur. Quã igitur ueniam assequeris? Vis ornare faciem, non margaritis, sed modestia & honestate, sicq; uir gratiorem cernet aspectum. Ille nempe ornatus & in zelotypiæ suspicionem iniicere sæpe solet, & in inimicitias, & cõtẽtiones, & pugnas. Nil aũt aspectu suspecto turpius, Eleemosynæ uerò & modestiæ ornatus, oẽm quidẽ improbam suspicionem expellit, omni aũt uinculo firmius coniugem conciliat: nõ enim tam decorum facit formæ natura fieri aspectum, q̃ ipsam spectantis affectus: affectũ uerò nihil sic, ut modestia & honestas inducere solet. Itaq; licèt pulchra sit aliqua, seuir autem in ipsam inimicè habeat, omniũ ipsi turpissima uidebitur. Si uerò non esse pulchram aliquã cõtingat, iucundè tamen in ipsam se uir habeat, omniũ M
ipsi pulcherrima esse uidebitur. Non enim in eorum quæ cernuntur natura, sed in cernentium affectu iudicia fiunt. Aspectum igitur ornes modestia, honestate, eleemosyna, humanirate, charitate, erga uirum dilectione, mansuetudine, benignitate, malorum tolerantia. Hi sunt uirtutis colores, per hos allicies angelos, non homines, per hosipsos habebis deum laudatorem: cũ uerò deus acceptauerit, & uirum omnino tibi placabit. Si enim uiri sapientia faciem illuminat, multò magis uirtus mulieris illuminat aspectũ: si uerò putas esse magnum hunc ornatũ, dic mihi, quę utilitas tibi in die illa de margaritis istis ueniet? Et quid opus diem illam commemorare, cũ liceat & ex præsentibus hæc omnia demõstrare? Cum igitur uisi in regem contumeliam exercuisse, ad tribunal trahebãtur, & periclitabantur de extremis: tunc mulieres & matres monilia aurea, & margaritas deponentes, & ornamentum omne, & uestimenta aurea, uilẽ & abiectam uestem capientes, & cinerem inspergentes sibi, & ante fori ianuas se uolutãtes, sic iudices exorabãt. Si aũt in his iudicijs aurea quidem monilia, & uniones, & uaria uestis, insidiæ & proditio essent: mansue

tudo

A tudo aũt & benignitas, & cinis, & lachrymæ, & uilia uestimenta magis iudicem cõciliant: multò magis in iudicio illo ineuitabili & tremẽdo hoc fiet. Quam. n. rationem dicendam habebis? Quam, dic mihi, excusationem, quando te dominus accusabit de margari
1.Tim.2.c tis istis, & pauperes fame perditos in mediũ aget? propterea Paulus dicebat: Nõ in circunligaturis, & auro, uel margaritis, uel uestimento pretioso. Hinc nempe struentur insidiæ. Si uerò iugiter & ipsis fruemur, tamen omnino per mortem ab ipsis separamur. Ex uirtute uerò securitas omnis, & mutatio, & ruina nulla. Verum & hic nos ea reddit tutiores, & illuc comitatur. Vis margaritas possidere, nec unquã has diuitias deponere? Ornatũ omnem auferẽs in Christi manus per pauperes repone. Ille tibi cunctas custodiet diuitias, postq̃ corpus tuum multa cum claritate resuscitauerit, tunc tibi meliores circũponet diuitias, & ornatum maiorem, quippe cũ sit hic præsens utilis & ridiculus. Cogita nanq; quibus uis placere, & propter quos hunc induis ornatũ, ut funarius, & ærarius, & institor admirentur conspicati. Deinde non confunB deris, & erubescis te illis ostentans, & quos nec appellatione tua dignos censes, propter hos omnia faciẽs? Quomodo igitur hãc omnem uanitatem deridebis? Vocis illius recordetis, quam dum sacris instituereris, emisisti: Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuę, & cultui tuo. Circa margaritarum enim cultũ insania, est pompa satanica. Aurum enim cepisti, non ut corpus uincias, sed ut pauperes soluas, & enutrias. Dic igitur cõtinuẽ, Abrenuncio tibi satana. Nihil hac tutius uoce, si ipsam per opera exhibeamus, hanc & uos initiati debentes discere censeo. Hæc enim uox confœderatio cum domino est. Et sicut nos seruos ementes, ipsos qui uenduntur, prius interrogamus an nobis seruire uelint: ita facit & Christus, quando debet te in seruitutẽ capere, prius interrogat an uelis illum crudelem tyrannũ dimittere, & immitem, & à te fœdera suscipit: non enim coactũ est ipsius imperium. Et benignitatem considera. Nos nempe priusquam pretium erogemus, interrogamus eos qui uenduntur, & cũ didicerimus quod uolunt, tunc pretium erogamus: Christus autem non ita, uerũ & pretium erogaC uit pro omnibus nobis pretiosum sanguinem suum. 1.Cor.6.d Pretio enim, inquit, empti estis magno. & tamen neq; sic cogit sibi seruire nolentes. Sed nisi gratiã habeas, & à teipso & sponte eius uelis dominatui adscribi, nõ cogo, inquit, neq; compello. Et nos quidem improbissimos seruos nõ eligeremus emere. Quòd si quando elegerimus, uolũtate mala emeremus, & tale pretium erogaremus. Christus autẽ ingratos emens seruos, & iniquos, optimi serui pretium erogauit: immo uerò multò maius, ut neq; ratio, neq; mẽs ipsius magnitudinem capiat: non enim cœlum & terrã, & mare dans, sed omnibus his pretiosiorẽ sanguinem suũ effundens, ita nos redemit: & post hæc omnia non testes à nobis, non chirographa exigit, sed sola contentus est uoce: & si dicas ex corde, Abrenũcio tibi satana, & pompæ tuæ, totũ recipit. Hoc igitur dicamus, Abrenuncio tibi satana: tanq̃ illic per diem unũ hanc uocem repetendi, & ipsam custodiamus, ut saluũ tũc reddamus depositũ. Pompa uerò satanica sunt, theatra, circenses, & omne peccatũ, & dierum obseruatio, & præsagia, & omina. Et quid tandem sunt omina? Sæpe domum quis suam egressus hominẽ uidit monoculum, uel claudicantem, & ominatus est. Hæc est pompa satanica: nõ enim hominis occursus malũ facit esse diem, sed in peccatis uiuere. Cũ igitur exieris, D unum solũ custodi, ne occurrat tibi peccatũ, hoc. n. est quod supplantat, præter hoc uerò nec ipse diabolus nos quippiam lædere poterit. Quid dicis? hoiem cernis, & ominaris, nec cernis foueam diabolicã: qũo te illi, qui te nulla affecit iniuria reddit inimicum? qũo te fratri constituit aduersarium ex nulla iusta occasione? Et deus quidem uel inimicos amare nos iussit: tu autem nil lædentem auersaris, nil accusandũ habens. Nec cogitas, quantus risus, quantum dedecus, immo Luc.16.d uerò quantũ periculum? Dicam ne & aliud ridiculosius? Confundor nempe & erubesco, sed cogor, propter salutem uestram dicere. Si uirgini, inquit, occurreris, sterilis dies erit: si uerò meretrici, dextera & bona, & multa mercatione plena. Occultamini, & frontem excutite, & ad terram inclinate: sed non nũc dum dicũtur uerba, sed cũ fiunt opera. Vide nempe quomodo & hic diabolus dolum abscondit, ut modestam quidem auersemur, impudicam uerò gratam habeamus & amemus. Quoniam enim audiuit Christum Mat.5.d dicentem, quòd aspiciens mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam, & uidit multos lasciuia E uinci: uolens rursum per aliam uiam ipsos in peccatũ impellere, per hanc obseruationem meritorijs mulieribus liberter oculos intendere persuasit. Quid uerò diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis utũtur, & de circunligantibus aurea Alexandri Macedonis numismata capiti, uel pedib⁹? dic mihi, hæ ne sunt expectationes nostræ, ut post crucem & mortem dominicam in gentilis regis imagine spem salutis habeamus? Ignoras quãta crux perfecit? Mortem dissoluit, peccatum extinxit, orcũ inanem reddidit, diaboli soluit potentiam, & ad corporis sanitatem præstandam non est fide digna? totum orbem exuscitauit, & tu in ipsa non confidis? Et quid pati dignus non esses? Nõ ligaturas uerò tantũ, sed etiam excantamenta tibi cõducis, uetulas ebrias & titubantes in domum agens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinã: & quod grauius est errore, quando hæc admonemus, & dissuademus, putantes se excusari, dicunt, quòd Christiana est mulier, hæc excantans, & nihil aliud loquitur, quàm dei nomen. Propte F rea nanq; magis ipsam odi & auersare, quòd dei noie ad contumeliam utitur, quòd se dicens esse Christianam gentilium opera facit: etenim & dæmones dei nomen fatebantur, sed tamen erant dæmones, & ita Christo dicebant, Nouimus te quoniam es sanctus Luc.4.f dei: & tamẽ ipsos increpauit, & eiecit. Propterea quippe uobis supplico, ut ab hac sitis fallacia puri, & tanq̃ baculum dei uerbũ habeatis. Et sicut sine calceamẽtis, uel uestimentis uestrum nemo in forum descẽdere eligeret: ita sine uerbo hoc nunq̃ in forũ prodeas, sed cũ es ianuæ uestibula transgressurus, hoc prius loquere uerbum: Abrenuncio tibi satana, & cõiungor tibi Christe. Nec unquam absq; hac uoce exeas: hæc erit tibi baculus, hęc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc uerbo & crucem in fronte imprime: sic enim non tantum homo occurrens, uerùm nec ipse diabolus te quicquam lædere poterit, cum his te cernens armis ubique apparentem. Et hæc teipsum iam hinc doce, ut cùm signum ceperis, sis miles paratus, & contra diabolum trophæum erigens, iustitiæ coronam capias: quam nos assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem,

G & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

IOANNIS INTER PATRES NOSTROS *sancti archiepiscopi Constantinopolitani ieiunatoris de pœnitentia, & continentia, & uirginitate.*

Homilia XXII.

Ibeatus Paulus apostolus gẽtium doctor & S ecclesię constitutus, posteriorum oblitus, & in anteriora se extendens, corpus corruptibi
2. Timo. 4.d le indutus, & incorporeis colluctãs potestatibus: qui
2. Co.11.f cursum cõsummauit, & fidem seruauit: qui in ieiunijs
Rom.15.c perseuerauit, & in periculis probabilis factus est: qui i
fame, & in siti optimus apparuit: qui ab Hierusalem
in circuitu usq; ad Illyricum Christo seruiuit, Chri
stum in seipso habens loquentẽ, terrestris angelus, &
2.Co.12.a cœlestis homo, uocatus apostolus, & sancti spiritus
receptaculum factus: qui usq; ad tertium cœlũ ascen
dit, & ineffabilia illa audiuit uerba: qui in corpore cor
H ruptibili paradisum habitauit, zelo incomparabilis,
charitate magnus, ecclesiarum dei solicitus curator,
orator pietatis, imbecillių deductor, credentiũ pro
nubus, ludæorum redargutio, nostri omnium sage
na, post mortificationẽ doctor, & post mortẽ præco,
qui nobis demonstrauit quomodo in cœlos ascede
re oporteat. Si hic, inquam, tot possidens priuilegia,
1.Co.4.a dicens: Nihil mihiipsi conscius sum, timebat, & dice-
Ibid.9.d bat: Ne fortè dum alijs prædicauero, ipse reprobus
fiam: quid faciemus nos, nullũ ad uirtutẽ incrementũ
adepti? Igitur uigilare oportet, & orare in omni tem
pore, & deum petere, non aurũ, non argentũ, nec om
nino diuitias terrenas, sed solũ cœlorum regnũ & in
domino gaudere. Alij lętentur in diuitijs, alij in sanita
te, alij in doctrina & gloria: uirgo aũt in domino, ut
& ab ipso laudem habeat, dicens deo: Apud te laus
Psal.21.f mea. Nihil turpius, aut informius anima uitijs obno-
Ibid.28.b xia. Vnde animæ pulchritudinem prouidere conue-
nit, & dicere: Domine in uoluntate tua præstitisti de-
Can.4.b cori meo uirtutem, ut & sponsus interiorem tuã spe-
ciem cõspicatus dicat: Tota pulchra es, & macula nõ
I est in te. Sed uide etiam si uirtutem præstiteris, ne ex-
tollaris in specie tua, ne fortè propter superbiam tuã
auertatur deus, & elatio tua redarguatur. Quid enim
condignum his sustinere potes, quæ propter te Chri
stus sustinuit? Humiliauit seipsum ut homo, te pretio-
so sanguine suo redemit: qui dat escam omni carni, ie
iunauit propter te: qui mellis dulcedinem creauit, qui
cœlum stellarũ cœtu coronauit, spinis propter te co-
ronatus est, & usq; ad mortem obediens factus est:
igitur in his non lætari, sed plangere conuenit, & cre-
Psa.4.b dere dicenti: Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubili
bus uestris compungimini: ut quæ in die fecimus, in
nocte meditati gemamus. Ita compunctus Achaab
uestem scidit, & indutus est sacco, & plorauit. & quid
4. Regũ. dominus? Non inducam, inquit, malum eius in dieb⁹
21.g ipsius. Propterea & saluator ait: Beati qui lugent, nõ
Mat.5.a mortuum, non iacturam, sed peccatum: ut dicam, si-
Psal.6.b cut Dauid inquit, Lauabo per singulas noctes lectũ
meum, lachrymis meis stratum meum rigabo, & rur
sum: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nõ
Ibi.118.c custodierunt legem tuam. Ablue lachrymis peccato
rum sordes, frontem uerbera, pulsa pectus, in sensum
ueni eorum, quæ peccasti. Si per oculos captus es, si-
cut olim Dauid malè apertis fenestris: si contra ani- K
mam tuam oculi tui fuerunt, cõclude in gemitu ocu 2.Re.11.a
lum, quem malè in lasciuia reseraſti: peccatorũ enim
consuetudo lapsum in peius trahit. Si purum habes
uestimentum, caues ne pessundes omnino, ne quo-
modo sordidetur. Si primam secundam, & tertiã con
tempseris maculam, iam uelut sordidum habens ue-
stimentum, non graue uidetur, licèt totum fiat lutũ.
Quid igitur? orationibus opus est, nequando offen-
damus ad lapidem pedem nostrum, ut angelus do-
mini in circumitu nostro immittẽs nos liberet, & ita
dicere possis: Angelus eripiens me ab omnibus ma-
lis: ut te quoque uocet angelus, qui uocauit Abrahã. Gen.48.
Amant enim angeli eos, qui dominum suum diligũt. Ibid.17.d
Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iu- Psal.80.a
cundum cũ cithara. Vnum capit & tria ex git, ex tri- 1. Thes.5.
bus enim constituti sumus, ut dicit Paulus: ut inte- d
grum sit corpus, & anima, & spiritus: ut sit tympanũ,
pellem habet mortuam: igitur mortifica corpus, ut
in tympano & choro laudes deum. Christus pro te
dedit corpus ad deludendum. Vide ne dicas, quid uti
litatis in sanguine meo? Quid enim secundum meritũ L
Christi talia pro nobis passi perficere possumus? Sis
igitur planta fructuosa, ut deum laudes, pro uiribus
tuis fructifica. Si non potes perfectum ferre fructum
in centum, saltem dimidium in sexaginta. Si uerò &
hoc tibi graue, uel tertium perfecti, in triginta: tantũ
quòd potes fructifica, ne uelut infructuosus in ignẽ
immittaris. Si uerò habes aurum & argentum, bonas
operationes: & si neq; ligna, fœnum & stipulam, uide
ne tibiipsi columnam statuas, quod odit dominus.
Vide ne stet ratiocinatio tua, tanquam statua in iudi
cij die accusatrix tui facta: ne tunc incipias sine testi-
bus argui, & sine demonstratione confitearis, quę ex
ignorantia fecisti, & locutus es, agnoscens. Luge ante
tempus, ne illic audias: nunc pœnitentiam agis, cùm
non est pœnitentiæ tempus. Donec tẽpus habemus, Gala.6
operemur bonum. Aliud quodque fortè possumus
inuenire: tempus autem si amittamus, aliud inuenire
non possumus: propterea Paulus quoq; commones,
dicti: Donec tempus habemus, operemur bonũ. Lu-
geamus pro his quæ peccauimus, destillemus lachry
mam in genas, & pectus tundamus, ut illic dentium M
stridorem effugiamus. Lugeamus, ut beatificemur,
sicut & Dauid. Non enim tantùm lugebat, uerùm & Psal.6.b
laborabat, & lectum rigabat. Vnã noctem in iniqui-
tate duxit, & per singulas lugebat noctes, penitus ta-
lia confitens: Dedisti mihi oculos, ut uideam lucem 2.Re.12.a
tuã, ego aũt his malè prospexi. Erraui aliquando ma
lè intuitus, malè fenestras aperui, propterea lachry-
mis ipsas abluo. Sic igitur oportet lugere, & oculum
malè conspicatum lauare. Et tu uulnus nosti, agnoui
sti medicinam, animæ tuæ ianuas munire festina. Nõ
oculum tantùm, uerùm & aures, & os. Istę enim sunt
fenestræ, per quas pro sententia uel bona prodeunt,
uel mala. Vide ne mors subeat tibi per fenestras tuas,
sed sint tibi semper in oculis honestatis mandata: in
auribus, dei præceptorum testamenta: in ore, lau-
dum cantica, & antiqui, nouique testamenti medita
tio. Has fenestras deo quidem aperire, sed peccato
occludere debemus. Dic tu quoque secundum illam
sanctam animam: Dixi, ascendam palmam ad te- Cant.7.c
nendum sublimitates eius: rectitudinem amantem,
& mundum habentem cor, & ad cœlestia bona cur-
rentem, nec circa terrena tantùm distractam. Vi-

A dę ne stimulos habeat palma tua contra peccatũ re-
dargutiones. Sermones enim sapientum, tanq; boum
stimuli: at qui his punguntur, corde cõpungantur, &
omni peccato abstineant: sed diligenter ipsius altitu-
dines retine, ut sine ruina permaneas continuè uento
rum incursus ferens insurgenies per tempus tentatio
num. Verſare semper in diuinis scripturis. Sicut enim
uinum dum bibitur, tristitiam sedat, & cor cõmutat
in lætitiam: sic & spirituale uinũ dum bibitur, in læti-
Psa.15.c tiam conuertit animam tuam. Vbiq; dei recordare di
cens: Prouidebam dominũ in cõspectu meo semper,
quoniam à dextris est mihi, ne cõmouear. Scribe ser-
mones hos manibus tuis, & erunt incõcussi præ ocu
lis tuis. Si sic deum honoras, fit à dextris tuis: si uerò
Ibi.108.a ipsum contempseris, diabolus sit tibi dexter. Sic Iudæ
Ibi.144.a contemnenti diuina dicit scriptura: Et diabolus stet à
dextris eius. Per singulas horas glorifica dominum
Ibidem. Christum dicens, Exaltabo te deus meus rex: nõ tan
tùm sermone, uerũ & opere. Sic enim Dauid quoque
deum in seculum, & in seculum seculi exaltat: nõ diẽ,
non mensam, non annum, non lustrum, sed in omni
B uitæ tempore. Sciebat enim quòd quandocunq; lau
1.Co.4.a dat, tunc incipit. Dicis aũt, igitur quale cor esse opor-
Psal.18.d tet quod semper deum exaltet? Quale Paulus habe-
Mat.5.a bat, dicens: Nihil mihi cõscius sum. sic erat & Dauid,
dicens: Ab occultis meis munda me. Quale & saluа-
tor iusśit habere, dicens: Beati mundo corde, quoniã
ipsi deum uidebunt. Sic igitur non peccans, per singu
los dies deum exaltat, non tantũ sermone, uerùm &
opere ipsam rem exhibet nõ contemnendo, siue ęgri
Rom.8.g tudo comprehendat, siue iactura, siue mors, dicens
cum Paulo. Quis nos separabit à charitate Christi? &
reliqua. Non enim temerè in stercore dominus habi-
tat, sed in cœnaculo scopis mũdato. Vt animam tuã
uelut dei habitaculum præpares, memento horrendi
multũ, & tremendi illius diei, in quo oẽs Christi thro
no assistentes, rerum hic gestarũ rationes reddemus,
ante omnium oculos peccata nostra ponẽtur, & rur-
sum reuelabuntur, & ignorantibus ostẽdentur actio
nes, ubi ignis fluuius, & insopitus uermis, ubi omnia
nuda, & præcipitata. Vbi cordium nostrorũ libri ape
rientur, & in medio manifestè legẽtur etiam occulta,
C nocturna, & diurna, ex ignorãtia & obliuione facta,
quæ membris effecimus, quæque nunc latent reuela
buntur. Cogita igitur, quòd omnino nos hinc ad in-
fallibilem migrare iudicem oportet: ubi nõ tantùm
actiones, uerũ & uerba, & cogitata iudicãtur: ubi ter-
ribiles etiam eorum quæ uideatur esse parua, pœnas
dabimus. Hæc semper recordare, & inextinctæ nunq;
obliuiscaris flammæ. Præuide uenientem iudicare ui
uos & mortuos. Cogites angelorum milia, & myria-
das tunc iudici assistentes: nunc auditus uocem tu-
barum, & tremendam illam condemnantis uocem
præueniat. Præuideat oculus hos quidem in exterio-
res mitti tenebras, hos uerò ianuis excludi post mul-
tum uirginitatis laborem. Considera hos quidem ue
lut zizania colligari, & in clibanos proiici, alios mani
bus & pedibus uinctos in exteriores mitti tenebras:
& alios insopito uermi, & luctui, & dentium stridori
traditos: hunc quidem de intempestiuo risu iudicari,
hunc uerò quòd proximum affecit iniuria, uel quod
fratrem scandalizauit: hunc quidem de incertis dam
nari criminibus, hunc uerò de otioso uerbo pœnas
exigi: hunc uerò de mala sententia iudicium subire,
hunc uerò propter conuicium regno excludi: quen-
dam autem propter seruatam iram intolerabilia pa- D
tientem, illum uerò in ignominiam resurgentem æter
nam: hos autem Christi cognitione priuari, & audi-
re, Amen dico uobis, nescio uos: quoniam fecerunt Mat.25.b
quæ Christus prohibuit. His igitur sic se habentibus,
quales non oportet esse, uel quales emittere lachry-
mas, & dicere: Quis dabit capiti meo aquam, & ocu- Hie.9.a
lis meis fontem lachrymarum, & lugebo dies ac no-
ctes? Sed ut expectatam effugiamus pœnam, uenite,
prœoccupemus faciem domini in confessione, & uitę Psa.94.a
diligentia propiciationes domini dei inuocemus. In Ibid.6.b
inferno, nanq; ait, quis confitebitur tibi? Omnia no-
bis duplicia deus dedit, duos oculos, duas aures,
duas manus, duos pedes. Si igitur horum alterum læ
datur, per alterum necessitatem consolamur. Animã
uerò dedit unam nobis: si hanc perdiderimus, qua-
cunq; uiuemus? Huius igitur prouidẽtiam faciamus,
nihil ipsius saluti præferẽtes: quoniam hæc etiam est,
quæ cum corpore iudicatur, & simul defenditur, &
comparet ante Christi tribunal. Si tunc dixeris, pecu-
niæ me allexerunt: dicet tibi iudex, Non audisti, quæ Mat.16.d
utilitas, si quis totum mundũ lucretur, animæ autem E
suæ detrimẽtum patiatur? Si dixeris, diabolus me de- Gene.3.a
cepit: dicet tibi & ipse, quòd nihil profuit Heuæ, quia
dixit, serpens me decepit. Hæc igitur mente tenentes,
uenite, excitemus nosipsos priusquã obumbremur,
priusquàm ueniat dies domini magnus, & appareat,
de quo propheta dicit: Ecce uenit, & quis sustinebit? Mala.3.e
uel quis tolerabit diem aduentus eius? Tremẽda dies
illa tumultus, & tenebrarum. Sed dices, Quomodo
igitur licet prædicta mala effugere? dicam, Non tan-
tùm corpus tuum custodias purum, sed cũ mala pas
sus benefeceris, si accuseris, continens sis & patiens,
cùm ieiunaueris ne glorieris: non enim ciborum ab-
stinentia ieiunium operatur, sed abstinentia peccato
rum. Scrutare enim scriptus. Vide quomodo primũ Ioan.5.f
uirgam nuceam uidet propheta, postea lebetem su-
perardentem, demonstrans quòd non sustinentẽ uir
gæ castigationem ignis suscipit. Sic & per Mosen de- Exod.19.
monstrabat ignis columnam rebus clamãs, quòd le- b.c
gem audiens, uidet lucem: inobediens autem suscipit
ignem. Legite saluatoris scripturas, & discite, quomo-
do nos hinc illuc migrantes adiuuare potest nemo. F
Non frater fratrem redimet ex interminabilibus tor- Psa.48.b
mentis: non amicus amicum, non parentes filios, nõ
filij parentes. Et quid dico homines miserabiles, cùm
neque si Noë ueniat, & Iob, & Daniel, tunc iudicantẽ
exorare possint? Sed dices, Vnde horum demonstra-
tio? Vide non indutum uestę nuptiali ex sponsali do- Mat.22.b
mo expulsum, & neminem pro illo intercedentem,
Vide talentum habentem creditum, & non negotia- Ibi.25.c
tum, & quomodo pro ipso supplicat nemo. Respice Ibidem.a
mihi quinque uirgines exclusas, & æquales, pro ipsis
non deprecatas, quas & stultas Christus nuncupa-
uit: quoniam post calcatas uoluptates, post extinctũ
concupiscentiæ fornacem, post ieiunium, & lectum
humi stratum & uigiliam, tunc stultæ sunt inuentæ,
& meritò quidem: propterea quod seruato magno
uirginitatis munere, mandatum humilitatis paruum
non custodierunt. Vide mihi in iudicij die iudicem
oues à dextris cõstituentem, & infructuosos hœdos Ibidem.c
à sinistris, & à dextris quidem positis dicentem: Ve-
nite benedicti patris mei, accipite paratum uobis
regnum. A sinistris uerò positos in tenebras exte-
riores repellentem, & electis posse succurrere ne-

G minem. Verus.n.sermo dicens: Ecce homo, & opus
eius. Audisti quomodo diues ille nunquam Lazari
Luc.16.c misertus in ultionis loco tostus aquæ stillam sume-
re optauit? Cognouisti quomodo nec ipse Abraham
supplicijs torméta lenire potuit? Quin igitur posthac
nobisipsis succurrentes, priusq; adumbretur, deo glo-
riam damus? Melius hic per ieiunium linguam aresce
re, quàm ipsam humidam seruare, & illic torem con-
cupiscere, & non accipere, & immortaliter torreri. Par
uis hic laboribus magna repellamus tormenta. Cogi
ta quòd trium dierum febrem hic non toleramus. Si
iudicum pœnas cernẽtes obruimur, & hoc uix quin-
quaginta annis obnoxijs damnationi: quale est igi-
tur Christi tribunal, non tantùm in quinquaginta an
nos, sed in infinita protendens secula pœnam? Ingre-
diamur itaq; per angustam portam, ut latam uiam ef
fugiamus, scientes quòd uelut somnium sunt omnia
sensibilia, & generationi suppositasunt, & corruptio-
ni. Licet.n.corporis fortitudinem habeamus, ipsam
deijcit ægritudo, lætitiam excipit tribulatio, pulchri-
tudini succedit senectus. Si mensa lauta fruamur, su-
H peruenies uesper uoluptatem dissoluit. Et quod ge-
neraliter præsentia sint aranea imbecilliora, & somnis
fallaciora, propterea & saluator beatificat tribulatos
ne iucundorum uoluptas fruentes in se retineret. Igi-
Gen.12.a tur sicut audiit Abraham: Exi de terra tua, & exiuit:
exeamus & nos ex affectione consueta, ut mortifica-
tionis meditatione in supernam transmigremus ciui
tatem. Castigemus corpus, & in seruitutem rediga-
mus, ne aia serua fiat diaboli, cõtinua diuinæ scriptu
ræ meditatione fruentes: & in nobis uoluptates tanq;
sylueslres feras sopiamus: ubique domini Iesu mor-
tificationem in corpore circunferentes, recordemur
1.Pet.5.c dicentis: Sobrij estote, & uigilate. Nemo dormiens
coronabitur, neque recumbens, & stertens brauium
capit: sed puluere, & plagis squalens ipse apud agono
thetam prius inuenitur, uulnera gerens, & sangui
nem ostendens defluentem. Vnde postquam expe-
rientia didicimus, quàm sit graue, & difficile diaboli
ministerium (fugit enim uigilantem, & dormientem
Psa.131.a spoliat) ne des somnum oculis tuis, ne palpebris dor
mitationem, ut saluetis, uelut dorcas ex cassibus, &
I uelut auis ex laqueo. Fugiamus, inquam, uitæ huius
laqueos & curas, & uelut mundo abrenunciantes nil
carnale circunferamus: multæ enim diaboli insidiæ.
1.Pet.5.c Aduersarius noster diabolus, inquit, tanquam leo ru
giens circumit quærens, non quem mordeat, uel frã-
gat, sed quẽ deuoret. Fuge diaboli astutias, & dic do-
Psal.17.c mino: In te eripiar à tentatione, & in deo meo trans-
grediar murum. Ne fugias itaq; laborem, ut assequa-
ris coronam. Mercator non deficit, sed sustinet un-
das, ut pecunias inueniat. Decertans athleta genero-
se fert uulnera, respiciens ad coronam. Agricola non
inuenit fasciculos, nisi prius per proprios sudores se-
mina mittat. Similiter in cœlum respicientes nihil pu-
tant tribulationes, bonorum spe roborati. Aduerta-
mus igitur continuè, & obseruemus, quando spõsus
surget à nuptijs, ut ipsius audita uoce promptè con-
surgamus in occursum. Et uos, inquit enim, similes
Luc.12.c hominibus expectantibus dominum suum, qualem
iam dominus beatum censet, dicens: Beatus seruus il
le, quem cùm uenerit dominus eius, inuenerit uigi-
lantem. Sicut autem uigilantem beatificat, ita mise-
rum uocat negligentem, sic inquiens: Si uerò cœperit
dicere malus ille seruus: moratur dominus meus ue-
nire, & inceperit uerberare conseruos suos, comede- K
req; & bibere cum ebrijs, ueniet dominus eius in die
qua non expectet, & in hora, quam nesciat, & per me
dium diuidet eum, & partem ipsius cũ hypocritis po
net. Si autem dicens, moratur dominus meus, per me
dium diuiditur: ueniẽte ipso, qui nec omnino domi-
num suum expectat, qd patietur? Paratos igitur nos es
se, & expeditos ad hinc nauigandum oportet, & di-
cere: Paratum cor meum deus: in bello enim sumus Psal.56.b
et.107.a
in mundo, in circumitu impij ambulant, peccatores Ibid.a.b
intendunt arcum. Hic quidem aures sagittat, ut iucun
dè detractionem audiamus: hic autem oculum in la-
sciuiam excitat, ille uero linguam, ut fratribus conui-
cia inferat: hic autem uentrem in ingluuiem irritat, il-
le uero manum in auaritiam, & rapinam: alius pedes
in malitiam mouere hortatur. Quibus de causis Pau- Ephe.6.d
lus pectus muniens, armis spiritus, scribit assumenda
esse arma fidei, & galeã salutis, quibus posint omnia
maligni tela ignita extingui. Crede igitur uoci prophe Mich.6.d
ticæ dicenti: Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum,
& quid dominus requirat abs re: utique facere iudi-
cium & iustitiam, & amare misericordiã, & solicitum
ambulare cum domino deo tuo. Igitur posteriorum L
obliti, in tempore certemus, ut laborum fructus co-
medentes, in domino delectemur, nec incassum tem
pus omne temerè absumamus, sed tanquam domi-
num bonum habẽtes, legitimam exhibeamus seruí-
tutem: docet enim, cõmonet, protestatur, minatur,
exhortatur, admonet, & mercedem obedientibus, re
gnum largitur. Accingentes igitur lumbos in uerita-
te, domino seruiamus. Cogitemus quãta propter nos
passus est saluator: incarnari, lactari, comedere & bi-
bere, & dormire, tentari, laborare, baptizari, flagella-
ri, & postremò crucifigi, & ita mori. Verè cogitare
oportet tãtam passum pro peccatoribus in se contra
dictionem, & sic ad sanguinem usque resistere pecca-
to repugnantes. Quot autem fecit miracula, morbo-
rum curationes, mortuorum resuscitationes, leproso-
rum emundationes, dæmonum expulsiones, claudo
rum erectiones, & reliqua, quorum non est numerus:
& postremo in cœlum ascensionem nobis largitus;
ut & nos per uirtutem, & bonam uitã ipsum sequa-
mur, cœlestem possidentes cõuersationem. Vbi enim M
adscripti sumus, illic debemus conuersari: hospites 1.Pet.2.b
enim, & peregrinos nos scriptura uocauit, ut præ-
sentia contemnamus. Cani similis est uoluptas, si pel Luc.4.b
las, fugit: si nutrias, permanet. Propterea dicit apos-
tolus, Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Noli expecta-
re finem, ubi pœnitentiæ remedium nihil ualet. Ve-
rum & siquis ibi dentibus fremat, & si linguã habeat
ardentem, digito guttam instillabat nemo: sed audit Luc.16.d
illa, quæ & diues audiuit. Scientes igitur somnium
præsentia, & uelut in diuersorio habitantes, unde
nos exire est necesse: curam agamus uitæ, & ad uitam
ęternam uiaticorum quæ nobis ipsis paremus: indua
mus uestimenta nobiscum uenientia, quæ & Apos- Colos.3.d
tolus nobis consuluit, dicens: Viscera misericordiæ, sua-
uitatem, & reliqua. Non aurum illic uolumus, sed ro-
rem: non folijs illic opus, sed fructibus: non uerbis, Mat.7.c
sed rebus. Non enim omnis dicens mihi, domine do
mine; intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uo-
luntatem patris mei. Ne nos igitur ipsos decipiamus.
Detur enim quod per totã uoluptati uitam nostram
uacauerimus: sed quid ad infinita secula? Hic enim &
bona & mala finem habent, illic autem immortales

A pœnæ. Hic si ardeat corpus, egreditur aĩa: illic uerò
incorrupto resurgente corpore, semper anima com
buritur: & peccatores enim incorrupti resurgũt, nõ
ut honorentur, sed ut immortaliter in tormentis p
maneant. Si itaque balnei uehementiorem uaporẽ
non ferimus, quomodo feremus igneum flumen?
Opus est enim omnes ignem probare, si legitimum
est aurũ: oportet sigillum inqri, ne fortè ablatus fue
rit thesaurus. Oportet probari si talis est latẽs, & nõ
est q effugiat iudicis impetum. Sed omnino dices
mihi, quomodo potest aĩa illic semper comburi?
qũo hic corpus manens in febre accenditur? Et si
enim hìc languente corpore exit anima, illic tamen
non egreditur, sed necessitas est animam comburi.
Est ne igitur aliqs, qui propter somnium uelit sem-
per puniri? Hoc enim prẽsens uita ad futurã. Qualis
enim futurorum comparatio? Si nanque prætereũ-
tia talia, qualia igitur illa stabiliter manẽtia? Dum
igitur tempus habemus, uenite dilecti, aĩæ uulnera
Eccli.34.d lachrymis curemus, & ne cõtra nosipsos manus di-
rigentes, talem pœnam subeamus. Vnus.n.inquit,
B ædificans, & unus destruens, quid aliud cõtulerũt,
quàm labores? Si enim templum ex lapidibus con-
structum Hieremias lugebat euersum, dicẽs: Sinite
me, lugeam amarè, ne conamini me consolari. quã-
tò magis animam deplorare conuenit illo sanctio-
rem, in qua non phiala aurea habens manna, sed
quæ patrem habet, & filium, & spiritũ sanctum, san
ctam trinitatem inhabitantem? Si morientibus cõ-
patimur, quis tam sine misericordia est, qui animã
suam morientem non deploret? Corpus enim uolu
ptatibus fouens, animam suã occidit: animæ uerò
curã gerens, corpus sanum non facit. Vnde nõ pro
mortuis, sed pro nobismetipsis lachrymis deduca-
Ecc.12.d mus. Recordemur fratres, quòd tempꝰ breue est, &
iudicium prę foribus est, quod licèt longinquꝰ es-
set, nec ita tamen confidere oporteret. Nox præces-
Luc.3.b sit, inquit, expergiscamur iam à somniis. etenim iu-
cunda prẽsentia, sed somniis nihilominus fallacia.
Nemo debet dormire Solem cernẽs. Faciamꝰ igitur
fructus pœnitentiæ dignos, sicut scriptum est. Et
sicut est in aqua baptizari facile, sic est facile animã
pœnitere. Nõ habuit opus tempore latro. Martyres
C in momento coronati sunt. Si uerò uenia idigna, &
ad mortem peccauimus, salutares medicinas habẽ
tes ne desperemus. Non enim cecidisse graue est, sed
post lapsum non resurrexisse, satanicum & pnicio-
Hier.8.g sum est. Vnde & bonus deus, & dominus noster cla
mabat: Nunqd resina non est in Galaad? uel medi-
cus non est illic? Postea si corpus patiatur, medicos
uocamus, & herbas inquirimus, oĩa mouemꝰ, ut læ
Mat.10.c sum membrũ curemus: animam uerò uitiis laborã
tem negligimus, & nullam magis propriæ partis ra
tionẽ habemus. Timeamus eum, qui potest & ani-
Psal.50.a mam & corpus in gehẽnam perdere, & ante tormẽ-
torum tempus uenire: proiiciamus nosipsos in ma
re miserationum dei, dicentes: Lauabis me, & super
niuem dealbabor. Stetit enim bonus pastor deꝰ, ut
Eccli.21.a eriperet nos ex ore leonis priusquã ipse nos absor-
Ps.40.b beret, clamat & nũc dicens, Fili peccasti, ne adiicias
ulterius. Nunquid cadens non resurgit? uel auertens
Ioã.12.g non cõuertitur? Cõuertimini filij auersi, & sanabo
Ezc.18.g contritiões uestras. Non mẽtitur Iesus, dicens: Non
ueni ut iudicem mundũ, sed ut saluem mundum.
Tantùm pœnitentiam agamus: non.n.uult mortẽ

peccatoris, quantùm ut conuertatur, & uiuat. Non D
sic insanus amator dilectã suam amat, ut deꝰ pœni-
tentẽ animam: uel reuocans dicit: Et post hæc oĩa
dixi, conuertere ad me. Talis domini clementia, ne
minem ad se currẽtium auersatur, sed manum por-
rigit, dicens: Hodie si uocem meã audieritis, nolite Psa.94.b
obdurare corda uestra. Si enim medicus cõtumelia
affectus ab eo qui curatur, adiumẽta non negligit,
nõ ægrotantẽ ulciscitur: quantò magis aĩarum me
dicus nostrarũ? Solũ ne de nobisipsis desperemus.
Athleta nanque sæpe lapsus, postea uictor effectꝰ ẽ:
& miles uulneratus, & curatus circa finem non uul
neratis probatior apparuit. Mercatorum multi ad ĩ
opiam redacti, rursum effecti sunt diuites: & naufra
giũ passi rursũ post naufragiũ negotiati reuixerũt.
Nunquid enim nobis deus ignem parauit? Non, sed Mat.25.d
diabolo & angelis eius. Tãtùm ne nobisipsis ignẽ
accendamus. Audientes itaq;, ite ad lumẽ ignis ue-
stri, & flammę qua exusti fuistis, nullꝰ est morbus,
quẽ medici remedium sanare non possit. Sed dicis,
pfectam non possum agere pœnitentiam. Si nõ po
tes Sol fieri, fias uel stella duntaxat. Tantũ ascende E
super terram, incipe lucidis æmulari syderibus. Me
liꝰ est te uel pauca habere merita, quã omnino nul-
lum habere. Poculum frigidum tibi Christus cõpu Mat.12.e
tat, infirmum uisitare, & in carcerem simul descẽde
re. Si.n uerborum & cogitationum pœnas damus, Mar.9.f
quantò magis iustificationum mercedem nõ amit
timus? licèt utilissima sint quę fiunt: igitur modicũ
tẽporis laboremus, ne bonis excidamꝰ ęternis. Si.n.
mille mortes sustinere daretur, ut Christũ in gloria
sua uenientẽ, & non amplius per ęnigmata uideremus, sed ipsis regem oculis cõtueremur, quis nõ cẽ
seret eligendũ? Si nanque pulchritudinẽ hìc appa-
rentem, cinerem, puluerem, & uermẽ, ex corruptio
ne, & phlegmate, & rheumate substantiã habentem
uidere quis concupiscet, ęntò magis Christi speciẽ
immaculatã si uideamus? Si Petrus & socij ęndam
tenuẽ ipsius glorię umbrã conspicati dicebant, Bo Matt.7.a
num est nos hic esse, quid nos dicemus ipsum in tre
menda gloria intueri expectantes? Si sic regi assistẽ
tes beatificamus uehiculum cernẽtes aureũ, & pur
puram, & coronam, quales nos esse decet totũ mũ- F
dum iudicare debenti assistentes? Nonne si qs terre
nũ te ad regnum uocaret, & pręcipitia, & scopulos,
& molestiæ uia multum habente, oĩa subires causa
regnandi? Ne dicas, In quibus peccaui, ad dominũ
cõuerti nõ possum. Et Dauid rex cecidit, sed ita sur-
rexit ut & maiorũ suorũ curator fieret. Supplanta
uit nos diabolus, sed nosmet resuscitemus. Suscipit
enim nos Christus occurrẽs, sicut filiũ pater. Cogi
temꝰ, quòd post regnũ & delicias, & omnia peracta Eccles.1.a
Salomon dicebat: Vanitas uanitatũ, & omnia uani &.12.c
tas. Igitur si nos laudare deberẽt in theatro sedẽtes,
quandoque & serui, uel prędones, uel grassatores, &
hoies uilissimi, nõ omnimodo studeremus ut lau-
dem arripemus: ubi uerò angeli & archangeli, & re
liquę potestates, & illorũ omnium, theatrũ nos p-
dicare debet, qd nos pro illo faciemus? Nunqd me-
retrices & publicani nos in regnũ prędecent? Con Mat.21.c
ueniẽtia sunt in diuinis auxilia scripturis. Euaserũt
p hanc medicinam minas Niniuitę per ieiuniũ, me Ionæ.3.e
retrix dominum lachrymis cõciliauit, Paulꝰ pecca- Luc.7.f
tũ cõfitens, pœnitentiũ fit doctor: latro credẽs, pa 1.Ti.1.e
radisi ciuis factus ẽ. Hęc medicamina capiẽtes, uul- Luc.23.e

Gnera noſtra curemus dicentes: Sana me domine, &
Hie.17.b ſanabor. Et ſana aïam meam, quia peccaui tibi. Su-
Pſa.40.a ſpiciens.n. medicus dicet: Ego ſum qui deleo pecca
He.10.d ta tua, nec amplius recordabor. Vides quot tibi me
dicinas medicus parauit? Ipſe elige quã uis. Auxilio
rum tibi uarietatem iuxta uulnerum differentiã de
monſtrauit. Si non potes eleemoſynas facere cõpũ-
gere: ſi non potes ieiunare, ſicut Niniuitæ, ſaltem ut
meretrix peccata lachrymis ablue: ſi ieiunare non
potes, nec peccata tua redimere, eia ad miſericordiã
Pſa.50.a dei confuge cum Dauide dicens: Miſerere mei deus
ſecundum magnam miſericordiam tuã. Non eſt. n.
uiperæ morſus, ut ſuper ipſum medicinã imponã,
nec macula ex luto facta, ut ipſam aqua abluam,
ſed ex diaboli morſu uulnus egens clementiæ tuæ
miſericordia tua. Tantùm accede petens, & oleũ in
Exe.33.c ſtillabit benignus, q dixit: Si cõuertatur ipius à uia
ſua mala, non recordabor iniquitatũ eius, quas cõ
miſit. Tãtùm uulnus reuela, & dic: Miſerere mei deꝰ,
miſerere corporis & aiæ meæ, miſerere mei & hic,
& in futuro ſeculo: miſerere mei & propter naturę i
H firmitatem, & propter tuã bonitatem. Tantùm de-
ſidera curari: ſalutem enim tuam medicus quærit, q
Luc.14.c errantem ouem conuertit, q ad malos & bonos uo
candos in biuia miſit. Ecce & nũc ubi uẽdit regnũ
cœlorum. Si nõ habes obolum unde emas, eme ge-
mitu. Fragmento panis cœlorum regnũ tibi retri-
buit. Ecce clamat propheta dicẽs: Quis uult emere
Pſal.33,c uitam? Quis eſt homo, qui uult uitã, diligit dies ui-
dere bonos? Non habentes, inquit, argentum, abſq;
argento tollite. Quid enim quærit à nobis deus? Nõ
habes, inquit, pecunias? non compunctionẽ, nõ po
tentiam, non luctum, nõ aliud qd eorum quæ quæ
runtur? Prohibe linguã tuã à malo, & labia tua ne
Ibidem. loquantur dolum: & in ſalutẽ tibi ſufficiet. Vide ſi
ieiunaſti, ne altũ ſapias: ſi eleemoſynam exhibuiſti,
ne inaniter glorieris, ſed potius pterito ieiunio cõ-
puta quid ex inedia cõſecutus es, nunqd talis egreſ-
ſus ſis, qualis ingreſſus. Vide quã inde abſtuliſti mẽ
dam, uel in quo teipſo melior factus es, uel quem es
aſſecutꝰ profectũ, uel quem correxeſti defectum, ſi
ab ira deſtitiſti uel cõuicio, ſi fratri nõ detraxiſti, ſi
iurare deſiiſti, uel aliud qd boni es operatus. Si ue
I rò cibis tantũ abſtinuiſti, nec ullum aliud egiſti bo
num, quid non comedendo profeciſti? Fortè. n. di-
cet tibi, Verè nõ potuiſti ieiunare, q̃re inimicis tuis
non reconciliatus es? quare liuorem, & inuidiã ha-
bens pſeueraſti? quid autem & te contriſtanti ſuc-
cenſuiſti? Nec hoc ſolum, uerũ & in malorum me-
moria permãſiſti, quo nullum peius eſt malũ. Qui
nanque corporale peccatum fecit, fecit malum, & ci
tò deſtitit: malorum autem recordans noctẽque &
die, & omni hora peccatum operatur. Si horum me
mineris, nunquam recordaberis contumeliæ. Qua
propter, quia te ille affecit contumelia, tu præcepto
rem deũ ne contumelia afficias. In orbis enim thea
tro hęc omnia reuelabuntur. Vnde priuſquam in p
ditionis lutum cadamus, tãtũ fugiamus ſuppliciũ,
& cogitemꝰ quòd iudiciis nos illis horẽdis eripiet
nemo, non ipſe Noe, non Moſes, non Dauid, non
Abraham qui filios, & hoſpites tantùm dilexit ſup-
plicio ſubtrahet. Cogitemus qd multis obnoxij ſu
Ibi.129.a mus peccatis, & terribilis, & incertis. Si. n. iniquita-
tes obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit?
Et quid de occultis dico: Si manifeſtorum pœnas à
nobis exiges, quã habebimus ueniã? Si in oratioui- K
nibus torpore diſcutias, uel i ieiuniis negligentiã:
& quòd ante ipſum conſtituti non tantũ ipſi iperdi-
mus honorem, quantũ magiſtratibꝰ milites, nec
quantũ amicis amici. Cum quanta nempe attentio
ne amicũ alloquimur? Deum autẽ pro peccatis de-
precantes torpemus, & genibus noſtris humi flexis
exterius cogitatione uerſamur. Si ab his tantũ ince
perit, & rationẽ exigere uoluerit, ubi igitur ſubmer
gi poterimus? Quid uerò, ſi in medium deducat ac
cuſationes, quas alter in alterũ agimus, ſi & ſuper-
fluos aſpectus noſtros examinet, ſi malas inqrat cõ
cupiſcentias, ſi & de conuiciis noſtris rationem exi
gat, nunquid os apire poterimus? Si uerò uanã quo
que gloriam, quam ſuſtinemus orãtes, & ieiunãtes,
& eleemoſynam facientes, poterimúſne in cœlũ reſ-
picere? Si autẽ & dolos, quos alter in alterum ſtu-
mus, & preſentem quidem tanquam amicum alloq
mur, abſenti uero detrahimus: quãtas igitur ſuſtine
bimus pœnas? Si uerò iuramenta quoque, & mẽda
cia, & liuores, & iniuſtas i dignationes: ſi periuria cõ
putet, & triſtitias reſpiciat, quibꝰ malè patientes, in- L
ſultantes afficimus: ſi torporis quoq; in cõcionibꝰ
pœnas repetat, quando ipſe deus p ſcripturas loqui
tur, nos autem ipſum dimittentes cũ noſtris conſer
uis loquimur, quas iã ſubiremus pœnas? Vnde ſem
per ante oculos gehẽnam habeamus. Cùm enim, ſi
etiã gehenna non intenderetur, peccata uitare de-
beremus: quantò magis hac imminente propriorũ
reminiſci peccatorũ debemus? Recordare ęterni iu
dicis. Ecce. n. ultionem tibi prędico, ut periculũ fu-
gias. Si dixerit tibi, ieiunia, prętendis imbecillitatẽ:
ſi tibi dixerit cõpatere, negligẽtiã tibiipſi ſuppõis.
Si tibi dixerit noli iraſci: quid cõtra hoc dicere po-
tes, ubi neque ignorantia, neque negotium uirtu-
tem exercere prohibet? Quomodo igitur cũ uenia
ſis indignus peccati, in cœlũ manꝰ extendere pote
ris? quomodo liguam mouere? quomodo ueniã pe
tere? Iniuria affectus es, re tua priuatus es, malè audi
ſti: magnopere læſus es, expecta pricipis ſententiã. Si
enim cuiuſpiam ſeruũ contumeliatum tibi non ip-
ſum uerberas, ſed ipſius domino offers, q̃tò magis M
erga illum, qui dixit: Mea eſt ultio, & ego retribuã? Deu. 32.d
Ieiunaſti à cibis? uide quod idepeccatũ abſtuliſti, et Ec. 5.d
uel i quo teipſo factus es melior, uel quem acqſiſti et Rom.
profectũ, quẽm ue defectum correxiſti. Sciens itaq; 12.d
quòd ante domini tribunal ſiſtendus es, ubi nihil
liguæ ualet facultas, non auxiliãtur aduocati, tanq̃
anima tua ſit p ignem tranſitura, præmitte rorem,
funde lachrymarum fontes. Habes puteum, ex cor-
dis profundo triſtitiã hauri, geminas cõmoue pu-
pillas, & lachrymarũ profunde fluenta, ſecundum
peccatorũ proportionem ſit tibi lachryma. Si ma-
gnus eſt lapſus tuus, maior lachrymarum tuarum
torrens. Si uerò puritatem quoq; retines, alteri mu-
tua lachrymam, & pro fratre lapſo plora: utinã ue-
rò ſaltẽ pro peccatis lachrymaremus propriis. Vn-
de peccatũ proceſsit, oriatur fons mediciæ. Et priuſ
quàm ianua occludatur, pœnitẽtiam agamus. Vbi
peccatum, illic fiat & ſolutio. Ne hìc ſit peccatũ, &
in cœlo pœnitẽtia. Poteſtatem enim habet ſup ter-
ram peccata dimittendi, qui nos redemit ſaluator:
Vnde q ſtare uidetur, uideat ne cadat. Qui uero iã 1.C.10.
lapſus eſt ſurgat. Qui cecidit, non cõfringatur. Si qs
autem & confractus eſt, adeſt dominus q contritos

A ſanat. Accidit aliquantũ moueri, ut ait ſanctus Da-
Pſal.72.a uid: Penè effuſi ſunt greſſus mei. Si dicebam, inqt,
Ibid.93.c mot⁹eſt pes me⁹, miſericordia tua domine adiuua
Ibi.117.b bat me. Accidit ſubuerti, & nõ cadere. Impulſus. n.
euerſus ſum, ut caderem, & dominus ſuſcepit me.
Hier.8.b Eſt & lapſo remediũ, in ruina non permanere. Nun
Pſ.146.a quid qui cecidit, non reſurgit? Eſt & contrito ſalu-
Ibi.102. tis ſpes. Dominus. n. in quit, ſanat contritos. Sed ui-
b. de ne molleſcas audita dei bonitate. Deus. n. inqt,
iuſtus & fortis, & longanimis, & per ſingulos dies
iram non inducens, utpote. ſi clemens, quia pniam
Pſal.7.c ſuſcipit. Si uerò non conuerſi fueritis, gladium ſuũ
uibrabit. Interim non cædit, uibrat tantùm, ut ſplẽ
dorem conſpicatus, & territus ad pœnã non perue
nias. Non cædit gladius, ſed terret, ut ipſius timor
ad pniam te ſuſcitet. Arcum ſuum tetendit, & para-
uit illum: tetendit, non immiſit ſagittam, ut te for-
ma terreat. Congruus iudex, ne contemnas arcum:
Mat.5.d intentus enim eſt, ne molleſcas: quoniam interim
B ſagittam non cernis, ne negligas propter ipſius lõ-
ganimitatem. Audi ſalutarem illam uocem, Sis be-
Galat.5.c neuolus aduerſario tuo. Quotidie cum aduerſario
iter agis, cuius comitatum effugere non potes. Pau
lus te inſtruit, dicens: Caro concupiſcit aduerſus
ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſi-
bi inuicem aduerſantur. Reſiſtat ſpiritus carni, ſpe
fultus expectata, cõparans concupiſcentiã mundi,
& regnum cœlorũ. Caro. n. ad puluerem declinat,
anima uerò diuinã imaginem imitari ſtudeat. Ita
beneuolus ſis aduerſario tuo, donec es in uia cum
ipſo in hac uita. Cũ. n. uia conſummata fuerit, non
Mat.5.d amplius tibi pniæ tps. Vide ne te tradat aduerſariꝰ
iudici, & iudex ultricibus poteſtatibus, & coniicia
ris in carcerẽ, in tenebras exteriores, donec reddas
ultimum quadrantem, non tantũ de actionibus,
uerùm & de cogitationibus iudicãdus. Hæc igitur
omnia ſcientes, nobiſmet auxiliemur. Tunc. n. co-
gnoſcemus, q̃ ſit amara uoluptas, cùm re ipſa expe-
riemur quãtæ nobis ſit amaritudinis miniſtra. Sciẽ
tes igitur cum quibus nobis ſit certamen, inuoce-
C mus miſericordem deũ, ne dęmonibus tradamur,
Pſ.118.q. dicẽtes' cũ bęato Dauid: Ne tradas me domine per-
ſequentibus me. Ipſi nanq; nos ad peccandũ inci-
tant, & iidem ſunt accuſatores. Non. n. os ſolus con
tra nos diabolus aperiet, uerũ & alii dęmones dicẽ
tes: Nõ nos miniſtri uobis fuimus, ut iraſceremini,
uel uana duceremini gloria, uel in fratrem inuehe
remini? Timeamus fratres diem illũ, in quo noſtræ
cogitatiões iudices fient aduerſus nos acerbiores.
Ne igitur aduerſarios teſtes expectemus, ſed potius
aduocemus dominũ deum. Etſi. n. eſt infirma, qua
induti ſumus, caro: uerũtamẽ magnus eſt q ſuccur
rere põt Chriſtus, & ſaluare i regno ſuo. Igitur ama
re conuenit dominum, & tanquã benefactorem, &
tanquam ſibi legitimè ſeruiẽtes diligentẽ. Etenim
nos quoq; ppea quenq; diligimus, propter hæc tria,
Pſa.44.a uel pp pulchritudinem, uel pp beneficium, uel ſi-
quis nos amet. Quid igitur domino Chriſto pul-
chrius? ſicut Dauid inquit: Spetioſus forma præ fi-
liis hominum. Quis uerò tantus benefactor, ut pa-
1.Co.2.c ret diligẽtibus ſe, q̃ oculus nõ uidit, & auris nõ au-
diuit, quæque in cor hois non aſcenderunt? Quis
Pſa.49.d uerò ſic unquã nos amauit, ut qui tanquam pater
pius clamat, Nũqd obliuiſcitur mulier filios ſuos?
Si autẽ & obliuiſcatur mulier, tamẽ ego te nõ obli

uiſcar, dicit dominus. Hunc amans Dauid conſpi- D
cere cupiebat, dicens: Quando ueniã, & apparebo Pſal.41.e
ante faciem dei,? Non. n. dilationem tolerabat, ſed
hinc migrare ardebat, concupitũ cernere Chriſtũ
feſtinans. O aïæ deum amantis propoſitum, & ad
ſuperiora pennis ſubuectæ. Hunc & tu aïa concupi
ſce, cuncta q̃ uidentur, prætercurrens, & ſemper re-
miniſcẽs æternæ uitæ, & immortalis regni, & ſocia
tæ cũ angelis choreæ incorruptibilis gl̃ię, & ductę
cum domino conuerſationis ab oĩ dolore liberæ.
Cogita qd nihil hẽt uita, niſi lachrymas & oppro-
bria, & conuicia, & triſtitias, & negligẽtias, & labo-
res, & morbos, & ſenectutem, & pctã, & mortem.
Hæc cogitãs Dauid, calũnias, uiduitates, orbitates,
ærumnas, pœnas, lapſus, his cupiens abſolui di-
cebat: Quando ueniã, & apparebo ante faciẽ dei,
ut iã abeã, ubi, pax, lętitia, charitas, lõgãimitas, cla-
ritas ſanctorũ, & oia cętera ſine ſolicitudine bona,
q̃ ſermo nullus exprimere põt? Vnde tu quoq; tan-
tis expectans frui deliciis, ne contemnas uitã tuã.
Si. n. uilis eſſet, aut pauper, q abs te contemnitur, E
aptè dormitares: ſi uerò ſplendidus & gl̃oſus, & to
tius regni dominus qui expectatur xp̃s: luceat lam-
pas quotidie, paratus ſis in ſpõſi occurſum, ut & tu
audias: Intra i gaudiũ domini tui. Vigilare oportet, Mat.25.b
& orare in omni tpe dilecti. Si enim dicẽte deo ad
diabolũ, Nõ opprimes Iob, malignus incubuit pu
tans ſe eũ deiecturum, quãtò magis nos obnoxios Iob.2.b
habens, quærit ſui facere iuris, ſic ut uult? Opus eſt
uigilantia dilecti. Nã & miles dormit non in lecto,
ſed humi. Piſcator non dormiens piſcatur, ſed ſtãs
aliquando pe...git noctẽ. Agricola oẽm exhibet ui
gilantiã, ne domini uinea lædatur. Et paſtor ſub di
uo ſtans noctẽ conſummat, gregem cuſtodiens, ſi-
cut Iacob dicebat: Fui ardẽs ęſtu per diẽ, & gelu p Ge.31.d.
noctẽ, & ſomnus receſſerat ab oculis meis. Et q̃ ip-
ſius uigiliæ ratio? ne ulla ouis ferę captiua fieret. Si
uerò tãta de irrationali pecude cura, quales eẽ de-
cet de rationali aia ſolicitudinẽ gerentes: anima, in
quam oium pretioſiſsima, nec æquialentẽ totum
pariter orbem habente, quæ ſimul nobiſcũ reſur- F
gît, pariterq; defenditur, & diuino tribunali ſimul
aſsiſtit? Propter hanc operarius ille Iacob lapidem
ad caput ſibi poſuit dormiẽs, ut itellectualẽ p ſom
nos lapidẽ uideret. Vnde & ſcalã uidit uſq; ad cœ- Ibid.28.c
los peruenientẽ, & angelos aſcendentes & deſcen-
dentes, referentes à nobis quidẽ orationes, à domi
no uerò gratias deducentes. Non unguẽto ungitur
athleta: eorũ. n. qui iam uicti ſunt, eſt tale ſtudiũ.
Nihil aïa immundius, quando corpus talẽ habet
odoris ſuauitatem. Sed ſicut diſtillationẽ patiẽtes,
& manus & ueſtimenta defluente replent humore:
ſic aïæ fluxus immundus per corporis odoramẽtũ
cognoſcitur. Propterea durã eligere uitam conue-
nit, nec uoluptatibus defluere. Quã uerò lectꝰ ebur
neus utilitatẽ habet, uel argento cõpactus? Super
ſtua potius hæc cura, & ſupernam prouocans irã.
Et alia qdẽ peccata noſtra quampiam habẽt uolu-
ptatem: in lecto autẽ argenteo dormire, quam ha-
bet delectionẽ? Vnde & propheta lectum hũc abo Am.6.b.
minans, dicebat: Væ qui dormiunt in lectis ebur-
neis, & laſciuiunt in ſtratis ſuis. Vis uidere lectum
regium uirtutibus plenum? Reſpice lectũ Dauidis,
in quo tanquam margaritæ ſuper ſubſellium per
ſingulas noctes erant congelatæ prophetæ lachry Pſal.6.b

G me, quę in admonitionē quoq; nostrā scripta sunt, ut uestigia sequentes futurum fugiamus iudicium. Vnde pniam agamus ante iudicium illud: illic.n. non eris amplius pœnitendi domin⁹. Nos esse uult dominus paratos, ppaq; posuit incertum exitum nostrū, ut continuē pugnemus. Si enim in præsentibus iudiciis audita tantùm præconis uoce, q introducuntur, titubant, & timore cōgelātur: quātò magis ante diuinū tribunal sistendi tremere debemus? Sub silentio uehementer plāxistis: semper.n. stimulatur cōscientia, maximē uerò cū de iudicio disserimus. Ergo per sermones bonæ sunt redargutiones. Vtinā.n. diues ille redargueretur, & non illic lingua torreretur. Virginitatē concupisti? serua mandata, & ipsam tibi dominus ministrabit. Si.n. *Psa.16.b.* dicas orans, Custodi me domine, ut pupillā oculi: *Prou.7.a* dicet tibi & ipse, Custodi mandata mea, & uiues: meos aūt sermones, ut pupillas oculorū. Cū.n.sic fueris affecta, solicitudinē tuam sibi uendicās tibi *Zach.2.c* dicit: Qui tangit uos, tanquam qui tangit pupillā H oculi mei. Cū igitur ad aratrum manū miseris, ne ad posteriora conuertaris, ne fias colūna salis: sem p lingua tua de iudicio loquatur, nihil otiosum sonans, aut ex ira, nihil ex tristitia, aut ex ulla alia perturbatiōe, sed potius de illis suppliciis loquatur, ut tremenda timens iudicia, seipsa melior fiat: semper lex eius in ore tuo sit, ut & uerba scdm dei uoluntatem procedant. Legislatorem semper in ore geras, ille tibi comes & socius. Siue.n. quempiam uideris prosperē agentem, uel deliciis uacantem, uel etiam regnantem, nosce quòd tanquam flos fœni uelociter arescet. Ille ferculis gaudeat, tu uerò i domino Christo gaude. Et li mortem aliq uicerunt, tu concupiscentiam uincere nō potes? Oportet te mēbra mortificare, non tantū cōcupiscētiam, uerū & irā, & furorem continere. Lingua tua mēsuras habeat. Vide ne ante tps te conscientia tua condemnet. Venit mors & oia reuelantur. In nullo nunc confusionem pati uolumus. Illic uerò coràm tot millibus ubi abscondemur? Ioannes purus erat, propterea *Ioan.13.c* supra Christi pectus recubit. Anima Christo uolēs *&.21.f* desponsari, puritatē custodiat, ut ex fructu arbor I cognoscatur. Manifestam.n. inquit, fidem annun- *Iacob.3.b* ciatūt iustus: Huius confessionis recordare, & ultimum concipe mente diem. Vide igitur, ne per linguam pereas: lingua.n est, inquit, quæ polluit totū corpus. Corpore uerò maculato mentē quoq; cor- *1.Co.15.d* rumpi necesse est, sicut dictū est: Corrumpunt bo- *2.Ti.3.b.* nos mores colloquia mala. & Paulus inquit, Hoies corrupti mente. Quære Paulum tanquam Thecla, ut audias quæ per ipsum tibi dicūtur. Alis opus est tibi: si non hēs, nec habere festinas, frustra profiteris. Clamet oculus tuus pietatē interius habitātē: deorsum sit aspectus tuus, ut sit mēs sursum. Vigilā *1.Pe.5.b.* tia opus est multa: aduersarius.n. noster uigilat. Eie cit olim ex paradiso, nunc in cœlum regredi non permittit. Vide ne spuale uinum aqua inutile reddas. Habe pro pane diuinarū meditationē scriptu- rarū, & pro uino saluatoris mandata: audi dicētē, *Mat.6.d* Volo uos nō esse solicitos, & nihil curare, nisi de regno. Cū terreno corpore cœlum ascendere cōcupisti? extenua carnes, ut ad ascēsum agilis fias. Equus si multū comedat, non currit. Athleta nō qd uult, *Deu.32.b* comedit. Nisi comedisset Israel, & impinguatus fuisset, non recalcitrasset. Sursum igitur oculū tuū sem per habeas, ubi & tibi concupitus est sponsus: desi K derio ai mot⁹ uice. Oratio & ieiuniū tibi auxiliātur & diuinæ cohortantur scripturæ. Ne sis negligens in coronæ certaminibus. Hinc habes æternæ uitæ & quietis arrabonem. Non pateris uirum ebrium non parturis, non paris, nō luges qd filiⁱ mortuus est, uel morbo laborat: non es solicita, ne uir peregrinatus redire tardet. Absoluta es à pariendo, ab alendo, & educando. Spōsum tuū sequere Christū te in regnum cœlorum ducentem. Sequere scdm illud eloquium, dicens: Si ad me ingredimini rectè, & ego ingrediar uobiscū rectè. Si uerò tortuosi ingredimini, & ego uobiscū ingrediar tortuosē. Semp dominum uenientē expecta. Si.n. qui dicit, tardat dominus meus uenire, ipso ueniente in duo diuidi tur: q nec oino ipsius illustrem expectat præsentiā quid patietur? Si uis itaq; Christo assimilari, ei⁹ ue- *Mat.7.d* stigia sequere: angusta.n. est ianua, & iusti ingrediē *Da.10.a* tur in eam. Audis Danielem dicentē: Ego Daniel eram lugens tres hebdomadas, panē non comedi, L & uinū non intrauit in os meum. Ioannes in deser- *Mat.3.b* tum habitauit, nō habebat uineā, ne seipsum face- *Ioan.5.f* ret terrenum. Lucerna erat, ppea contra uentorum impetus seipsum muniebat. Horū tu quoq; dogma tum recordare. Cœlestē elegisti cōuersationē, certa bonum fidei certamen cernens in certamine uictoriā, in uictoria coronā, agonothetam dominū *He.10.f* Iesum. Tātū firmus sit cursus tuus. Terribile est in dei uiuentis manus incidere. Vidisti unquā imagines, quo hæc quidē sunt personis proceræ, & satis magnæ, & ortatæ: hæ uerò deformes, & ridiculæ? Sic ille cūcta uelut in tabella reuelabit. Fuge igitur dedecus illud maximè horrendū, & lauda, & dic: Custodi me domine, quoniā in te sperani, quoniā *Psa.11.a* bonorū meorū non indiges. Non.n. nostrorum indiget, sed nostram salutē exquirit. Vnde nosipsos illi offeramus sacrificiū uiuēs, rationabile obsequū, *Ma.10.c* non per ignē, sed per longanimitatem. Qui.n. per- *&.14.b.* seuerauerit usq; ad finem, hic saluus erit, inqt. Propterea tranquillam & quietā uitā eligentes, bene currite ut cōprehendatis, sicut scriptū est. Non.n. paruum est periculū, puritatem promissam nō cu- M stodire. Propterea q; linguā tuā corrige, oculum cō *1.Co.6.d* primens, extendens manus tuas in preces, pedem mouens, sicut dominus creauit, in amictu modesta, in occursibus uerecunda, seruans in gressib. stabilitatē, in cibis qd sufficit, in continentia quod laboriosius, qd humile est, misericordiā, fratrum dilectionē, rerum communicationem, fidei sanitatē, nec unquā oino tremendū illud obliuiscere iudicium. Hæc autem oia parua quidem dictu, magna *Ma.25.a* uerò expeditu. Nā simile est, inquit, regnum cœlorum decē uirginibus, non Soli, non Lunæ, non stellis, non ipsis monilibus, non auro, nō argento, nō formæ, tabescenti, nō ipsi cœlo. Quid aliud igitur habet regnū q̄ oibus ditiorem securitatem? de qua pronub. Christi Paulus dicebat, Volo uos sine so- *1.Co.7.f* licitudine esse. Vnde oportet orare, ut siqs ægrotet, sanetur, ut pmaneat possessio. Igitur ora deum, dicens: Septies in die laudē dixi tibi. Nā si bonus ui- *Ps.118.c* ri boni occursus meliorē reddit occurrentē, quan tò magis nocteq; ac die deo colloqui? Quis.n. deū adesse cogitās, peccat? Memento illius dicti, Sine in termissione orate. Oris qdē oratio bona, multò me *1.Th.5.d* lius si per supplicantes in spū tibi sacrificium fit,

apud deum:

A apud deum: præmeditare de moriēdo, mēbra supra *1.The.5.a* terram mortificans. Dies enim domini sicut fur ueni. Si repetentibus animā dicere cœperis, Sinite me pœnitere, ieiunabo, miserebor: dicet tibi domin⁹, *Matt.3.a* No audisti, pœnitentiā agite, appropinquabit.n. re- *Gala.6.c* gnum cœlorum? Et Paulus dicebat: Dum tēpus habemus, operemur bonum. Non enim tempore mul- *Luc.23.f* to opus est saluare se uolenti. Latro enim in momento saluatus est, fidem adeptus, & incorruptū regni thesaurum lucrat⁹ est. Sancti martyres una hora iustificati sunt: illi sanguinē dederunt, tu pro san- *1.Ti.2.b* guine deduc lachrymas. Non mentitur, q uult oēs hoies saluos fieri. Propterea non tantū ex diuinis scripturis instruit, uerūm & alienis nos erudit calamitatib⁹. Nam idcirco medici publicē chirurgiam exercent, & urunt: & magistratus sublimes sup alto sedentes tribunali reos cędūt, ut i alienis malis nos in cōpunctionē ueniamus, unde firmati in scientiā ducamur, à scientia uerò p consequētes uirtutes ad charitatem uenientes, per ipsam ad hæreditatem festinem⁹, fucum autem consuetudinis peccati exua- B mus in oratione perseuerantes. Nullus enim uigilans unquam læsus est. Pastores etiam non præsentibus lupis præsident canes sequūtur, licēt ferę nō adsint. Vnde expedit semper sobriè agere: si etiā nā que laborum nulla sit retributio, nihil tibi nocebit exercitatio. Audi igitur bonos consiliarios, nō secū dum carnem parentes, sed eos qui secundum spūm sunt magis soliciti, infirmioribus compatientes, & *2.Co.11.g* dicentes: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Vnde uerbi medicinā imponere conuenit. Anima nanq; quæ semel peccatum gustauit, & sine tristitia est, multā affert morbo accessionem. Sicut enim scintilla, simateriā apprehendere præoccupauerit, omnia postmodum depascit: sic & peccati natura, postquā animę rationes apprehenderit, & q extinguat sit nemo difficilior iam, & uix superabilis fit sequentium accessione, ad maiorē se cōtemptum extollens. Ita sæpius ab initio flammā quidam non extinguētes, in magnum deuenere naufragium: non habens.n. peccator se ulterius procedere prohibentem, equo similis est, qui frēnū abruperit, & sessorem præcipitauerit. Eteni infirmi donec medicantes admittūt. C multā habent spem sanitatis: postquā uerò in mentis alienationem deciderit, immedicabiles sunt nullo curante, non propter morbi naturā, sed propter curantis absentiam. Oportet igitur peccati corruptionē, uelut equū effrēnē in posteriora repelli. Nā post uitæ finē nec meritorū sunt occasiones: sicut *1.Co.3.c* nec athletis post trāsacta certamina, coronas adipiscendi. Vnde coronæ gloriam optantes, obnoxij calumniatoribus esse fugiamus: si cuius enim opus, i *Eccli.8.a* quit, arserit, detrimētū patietur. Exprobrari de priore dictum est, ut melius comburi uideatur. Si igitur nolum⁹ exprobrari, nec nos quēpiā exprobremus. Nā inquit, Noli exprobrare hominem auertentem se à peccato. Si enim adulter, inquit, cùm captus fuerit, dolores & pœnas suffert, ipsius antē opprobriū *Mat.12.c* nō delebitur: quantò magis in iudicio illo, qd neq; donis, nec ullis aliis reb⁹ soluitur? Igitur api os tuū uerbo dei, & ne otiosè loq̄ris. Si.n. de otioso uerbo pœnas dabimus, quātò magis de negotio non iusta mādatum peracto? Ne igitur uanarum rerum iucunditas nos aliquādo decipiat. Sicut enim umbrā apphendere nō datur, ita nec humana negotia: hęc enim fine resoluuntur, hęc aūt ante finē, & torrente uelocius pterfluunt. Futura uerò non norūt mutationē, senectā nescīunt, nullam habent conuersionē, sed semp uigent, & in speciosa uarietate permanent. Nec pecunias admireris apud possessores nō pmanentes, sed hęc omnia respuere cōuenit: sufficit enim dūtaxat, quod quę non uidentur, ęterna *2.Co.4.d* sunt. Scriptum est: Deus iudex iustus, & fortis, & lō- *Psal.7.c* ganimis. Vigilantia tibi opus est, ut domū tuā à la trone custodias. Aduersarius enim diabolus te sup- *1.Pe.5.b* plantare, quęrit, ne ascēdere possis unde ille cecidit. Multę sunt ipsius artes. Ab ipso fuge, ut dicas: Deus *Psa.90.c* liberauit me de laqueo uenātiū, & à uerbo aspero. Non tantū opus est tibi lucerna, uerùm & lumine sempiterno propter occurentiū insidias. Non potes ambulare, nisi lucernam habeas dei legē. Man⁹ habens nō potes palpare, nisi lux adsit: oculos habēs cernere no potes, nisi lumē appareat. Viā quotidie pgis, opus habes lucerna ne in pcipitiū cadas. Vbiq; *Psa.10.c* sis laqueis superior, clamās: transmigra in mōtem *Ibi.54.b* sicut passer. Et qs dabit mihi pennas, sicut colūbæ, E & uolabo, & requescam? Pupilla appellatur oculⁱ, ut sicut ille duabus palpebris, uelut in quodā concla ui clausus est, ita & uirgo permaneat. Sicut & liguā sub duobus septis, dētibus dico, & labiis deⁱ cōclusit, ut tanquam uerecunda uirgo nil indiscretū loquatur, sed pⁿ cogitās quę sunt iudicij, dicat: Qualis est igneus fluuius? Quales illæ sunt tandē igneæ tenebræ, & exteriores? Qualis tādē stridor dentiū? Hæc mēte cōcipiens stude sponso placere Christo. Absens interim est, ipsi conscientiā custodi, donec *Ibi.118.o* in gloria sua ueniat, psallēs: Anima mea in manib⁹ meis semp, & legem tuam non sum oblita. Quantò superior euadis, in laqueos nō icidis, ut possis dicere ex corde: Aia mea sicut passer erepta de laqueo *Ibi.123.a* uenantium. Vndique iudicem time, & si cum angelis conuersationem nō cupis, saltem cū diabolo non cōuersare. Cauta sis: mors enim tanquā fur uenit, Lucernam tuā accende, ardens sit lāpas tua, ne dormiente te oleum deficere iueniatur. Ne cogites ærumnā, sed libertatem: non flagella, sed honores: non cadentes, sed bene placētes cōputa. Sāctus Stephanus nō lapides considerabat, sed supna brauia. *Actо.7.g* Martyres animas suas dederūt, nos saltem flagellationem offeramus. Dulcis somn⁹ nocte uidetur: sed bene noris, quòd nihil psalmodia dulcius. Sed graue tibi humi cubare, cogita quòd martyres sup carbones iactabātur. At amarius os facit ieiuniū? Christus q mellis dulcedinem creauit, sel propter te gustauit. Sed luges propter teipsam? nūquā sicut Paulus propter aliorū salutem lachrymas fudisti. In his teipsum hortare, ad modicum tēporis labor, & in sęculum sęculi requies: mitiga spe laborē, tribulationem enim lętitia susćipit. Cogita quod quę ad tēp⁹ uidetur uoluptas æternū parat supplicium, & propter tribulationem fuge delectationem, ne mēbris tuis in sagittas cōtra te diabolus utatur oculo, auribus, ore manu, ne tibi gulę sagittam immitat. Noui enim quomodo populus illius tēporis qui cū ieiunio mare transgressus est, ebrietate pcussus, per continentem terram naufragium fecit. Re pice illorum uitium, & ruinam refuge. Si enim naturalibus ramis dominus Christus non pepercit, neque tibi parcet negligenti. Si uerò tota anima, & integra fide pugnaueris, cum omnibus sanctis lætaberis, gratia

& benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritu glia, honor & potestas summa, nunc & semp, & in secula seculorũ, Amen.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS *Chrysostomi Archiepistopi Constãtinopolitani, quòd Christianũ oporteat uitam quoque rectã habere.*

Homilia. XXIII.

Xternæ quidem dignitates, dilectissimi, meritò ex signis itidem extrinsecus circumpositis manifestæ sunt, nostras autem ab anima notas esse decet. Fidelem enim non ex solo munere uideri oportet, uerùm & uitæ nouitate. Fidelem mundi luminare & salem esse congruũ est. Cùm uerò ne tibi quidem ipsi luceas, neque propriam exprimas & exicces putredinem, unde te iã agnoscemus sacris initiatum esse laticibus? At hoc tibi pœnæ sit uiaticum. Honoris enim magnitudo pro honoris dignitate uiuere uolentibus supplicij sit maior accessio. Fidelem enim nõ tantùm ex his quę sumpsit à deo, uerùm & ex his, quę ipse præstet, par est effulgere, & ex omnibus esse partibus manifestum, ex iceſſu, ex aspectu, ex habitu, ex uoce. Hæc autem dixi, non ut ad ostentationem, sed ad uidentium utilitatem nosipsos disponamus. Nũc autem unde te queam agnoscere? A contrariis undique te reperio conspicuo. Nam seu à loco te discere uoluero, in circis & theatris, & iniquitatibus commorantem intueor, in malignantium conciliis, in foro, in hominum conuenticulis perditorum. Seu ab aspectus forma, uideo cachinantem iugiter & dissolutum, uelut recluſam meretricem, & dimissam: siue à uestibus, in scena uersantibus nihilo melius cerno compositum: siue à sequentibus, parasitos & assentatores circunducis: siue à uerbis, nihil sanum, aut necessariũ, aut nostrę cõferens uitę loquẽtẽ audio: siue à mensa, hinc maior apparebit accusatio. Vnde quęso itaq; potero te fidelẽ agnoscere, dictis omnibus contraria protestantibus? Quid uerò fidelem dico? Nec enim es homo, si manifestè possum uidere. Cùm nanque tanquam asinus recalcitres, lasciuias autem ut taurus, tanquã equus uerò post mulieres hinnias, uentri tanquam ursus indulgeas, & ut mulus carnem impigues, & malum memoria teneas uelut camelus: porrò rapias quidem ut lupus, at ut serpens iraſcaris, ferias ut scorpius, sis subdolus ut uulpes nequitiæ uerò tanquã aspis, & uipera uenenũ serues: at sicut ille malignus dęmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus connumerare ualeam, talis in te naturę signa cùm non intueor? Catechumeni nanque differentiam quęrens & fidelis, ne uel hominis feræ differentiam inuenire possim periclitor. Quid enim te nuncupem? Feram: sed uno horum uitio feræ tenentur: tu uerò pariter omnia circunferens, ad maiorem quàm illæ feritatem progrederis. Vel dæmonem? at dæmon neque uentris seruit tyrannidi, neq; pecunias amat. Cùm itaque feris & dæmonibus maiores habeas defectus, quomodo te uocabimus hominem? Si uerò te non licet hominem appellare: quomodo te, quæso, fidelem salutabimus? Et quod est peius, nec tam malè dispositi animę nostrę deformitatẽ cogitamus, nec ipsius animaduertimus turpitudinẽ: sed in tonstrina quidẽ sedens, & tondens cæsariem, accepto speculo criniũ compositionem diligẽter examinas, & adstãtes cõsulis, & ipsum tonsorem, an bene quæ circa frontẽ sunt cõposuerit: Et cum sis plerunque senex, iuuenilibus insanire uanitatibus nõ erubescis: Animę uerò nostrę non tantũ deformitatẽ non aspicimus, uerùm neque bestialem indutam speciẽ, & Scyllam aut chimęram quandã, iuxta Poetarũ fabulas effectam uel paululũ animaduertimus. Quanquam & hic est speciale speculũ illo lògè melius & uirilius: nec enim deformitatem tantũ ostendit, uerũ & in formam incõparabilem, si uelimus, trãsmutat. Hoc autem est bonorũ imitatio uirorũ, & fœlicis eorũ uitę narratio, lectióque scripturarũ, leges à deo traditę. Et si semel tãtùm uelis in illorũ sanctorũ imagines inspicere, & deformitatem mentis tuæ uidebis: & cũ uideris, nil aliud tibi iam opus erit, ut ab huiusmodi deformitate libereris. Ad hoc enim nobis utile speculũ est, & facilem efficit correctionẽ. In brutorum igitur forma remaneat nemo. Nam si seruus patris domum non intrat, cũ & fera tu fias, q̃liter ad illa poteris accedere uestibula? Sed quid dico fera? Feris omnib. est huiusmodi peior. Illæ siquidẽ, licèt sint agrestes, humanã artẽ nactæ, mansuetæ frequenter efficluntur: tu uerò cũ in præternaturalẽ mansuetudinẽ naturalem illarum feritatem mutaueris, quã habebis excusationem, si naturalem tuam mansuetudinem in præternaturalẽ illarum feritatem redegeris? quod natura quidem ferum est, exhibens mite: temetipsum uerò naturã mitem, contra naturã, bestialem constituens, & leonẽ quidẽ mulcẽs, reddẽnsque mansuetum aium uerò tuum leone exhibens sæuiorem. Et illic quidẽ duo sunt obstacula, tum quòd ratione careat bestia, tũ quòd ad iram sit omnium facillima. Veruntamẽ ex sapientię à deo tibi collatę supabundantia naturã quoq; superas. Qui bestias itaq; superas & naturã, qualiter in temetipso cũ natura liberi quoq; bonũ arbitrij corrũpis? Quòd si iussissem, ut & alium hominẽ redderes mansuetũ, nec ita qdẽ uires tuas excedentia demandare uisus fuissem: attamen potuisses excusari, quòd non sis alienę dominus sentẽtię, nec in te totum sit positum: nũc uerò tua est fera, & eius omnino dominus es. Quã itaque nancisceris excusationẽ, nisi naturam cohibeas? Quam autem honestam defensionem prætẽdere poteris, leonem utique faciens hominẽ, temetipsum uerò negligẽs, ex homine leonem euadentem: & illi quidẽ largiẽs & supernaturalia, tibi uerò neque naturalia conseruans? Sed agrestes quidem feras ad nostram contendẽs redigere generositatem, at temetipsum ex regni sede deturbans, & in illarũ impellens furorem. Existima nanque, si libet, iram quoque bestiam esse. Et quantum alij circa leones, tantum studij tu circa temetipsum impende: talémque cogitationẽ mansuetam & mitem esse coge. Hæc difficiles habet tã dentes, quã ungues, & nisi mansuetam reddideris, omnia destruet: nec enim ita leo uel uipera potest dissipare, sicut ira fereris unguibus hoc continuè faciẽs. Nec enim solùm lædit corpus, uerùm & ipsam animi sanitatem corrumpit, deuorãs, dissipans, & omnem eius dilacerans uirtutem, & ad omnia reddẽs inutilem. Cùm enim uermes intestinis nutriens, nec respirare possit, cũ eius omnia consumantur interiora: quomodo nos talem habẽtes serpentem, q̃ cuncta rodit uiscera, irã dico, aliqd generosum parere poterimus? q̃liter hac liberabimur peste? Si poculũ bibam⁹ quod uermes, atq; serpẽtes exitio trahere possit. Dicat aliqs, quòd nam est illud poculũ quod hmõi uirtutem habeat? Pretiosus Christi sanguis, si cum fiducia sumatur. Hic enim omnem extinguere poterit ægritudinẽ, & cum hoc diuinarũ scripturarum diligẽs meditatio, & eleemosyna scripturis addita. Per hæc.n. oia poterunt extingui uitia animam nostram uastantia, & tunc dũtaxat uiuemus, utpote q nunc nihilo melius q̃ mortui nos habeamus. Non enim illis uiuẽtibus etiam nos uiuere datur, sed nos periisse necessariũ est. Nisi nam que præueniamus hic ea necantes, illic oino nos enecabunt. Quinimmo & ante mortẽ illam hic ẽt à nobis pœnas exigent. Nam hmõi uitiorũ unũqd que sęuum & tyrannicum, nosq; per singulos absumens dies nunquã deficit, dentes leonũ dentes eorum, quin & multò peiores. Nam leo quidẽ & satiatur, & à corpore corã se prostrato absistit: hęc ãt uitia neq; saturãtur, neq; donec captum hominem ad diabolum perduxerint, absistunt. Tanta enim eorum potentia, ut seruitutem, quam Christo Paulus exhibebat, pp eum gehennam contemnens & regnum, eandem à captiuis ipsa suis exigant. Nam siue in corporalem amorẽ, siue in pecuniarum, aut gloriæ cupiditatẽ quispiam incidat, iam & gehennam deridet, & regnum cõtemnit, ut eorũ impleat uoluntatẽ. Ne simus igitur increduli Paulo dicẽti, quòd ita Christum dilexit: cùm.n. inueniantur ali qui tantũ uitiis seruientes, quo iam incredibile illud esse uideatur? Nam & ideo Christi desiderium imbecillius est, quoniã ois nostra uis in hunc amorem absumitur. Et rapimus, & supereminere uolumus, & uanæ seruimus gloriæ, qua quid uilius esse ualeat? Licèt enim infinitè sis cõspicuus, ignobilib. nihilo melior eris, uerumetiã pp hoc ipsum ignobilior. Cùm.n. te glorificare uolentes, & splendidũ demõstrare, per hoc ipsum te rideãt, quoniã ab eis gloriam aucupaueris: quo non in contrarium talis studij conatus tibi conuertantur: Res.n. uituperabilis est. Sicut enim si quis adulterari, uel fornicari concupiscentẽ laudet, & assentetur: ex hoc ipso magis eius accusator efficitur, q̃ laudator talia concupiscentis: Sic & gloriæ cupidum cũ laudamus, magis sumus improbatores, q̃ clarificari uolentiũ laudatores. Quid itaq; rem attrahis, ex qua tibi cõtrarium accidere cõsueuit? Si uis enim glorificari, gloriam cõtemnas, & omnium eris clarissimus. Quid pateris qđ patiebatur Nabuchodonosor? Nã & ille statuã erexit ex ligno, & insensibili materia, sibi gloriæ credens augmentum afferre, & uiuẽs ex nõ uiuente splendidior apparere uolebat. Vides demẽtiæ excessum? Existimians.n. semetipsum honorari, maiori se cõtumeliæ faciebat obnoxium. Apparẽs enim re magis inanimata, q̃ seipso, & anima in se uiuente considere, & ideo lignum in tantã erigens eminentiam, quo risu dignus non fuerit, non ex moribus, sed ex lignis ornamentum ascisces? Vt siquis qđ domi gradus, & elegantes scalas habeat, magis quàm hõ sit, gloria dignum esse censeat. Hũc & ex nostris multi sequũtur. Sicut enim ille ex imagine, sic ex uestibus alij: alij aũt ex domibus, & mulis, & curribus, & columnis in domib⁹ erectis admiratione cupiũt haberi. Quoniam.n. amisere quod hoies sint, circumeunt sibi aliũde gloriam multo plenã risu mendicãtes. Sed nó hinc generosi, magniq; dei serui, sed ex qb. maximè decet, ex his effulgebant. Cùm n. captiui forent & serui, noui & peregrini, cunctisq; priuati domesticis, eo, qui oibus his circũdatus erat, tũc multò uenerabiliores apparuere. Et ipsi quidem Nabuchodonosor nõ tanta statua, nõ satrapæ, nõ duces, non exercitus infiniti, nõ ingẽs auri copia, nõ reliqua uanitas sufficit ad cõcupiscẽtiã, utq; magnus uideretur. His aũt oibus illis carentibus sola sufficit sapientia, & coronã & purpuram habẽte, talibusq; circunsulto, nihil horũ habentes reddidit illustriores, tãtò quãtò sol est margarita splendidior. Nã in medio terrarũ orbe ducẽbantur, cũ noui forent, & captiui, & serui: & his uisis, statim rex ex oculis ignẽ emittebat: & duces, & primates, & locorũ principes, & totũ diaboli theatrum circunsteterat: & fistularũ undecunq; uox & turbarum, & ois musices quæ in cœlum ferebatur, illorũ aures circũsonabat, & fornax in altitudinẽ infinitã eleuabatur, & ipsas flamma nubes attingebat, & oia timoris & consternationis erant plena. Sed hos eorũ perterruit nihil: sed tanquã ludentes pueros, deridebant, fortitudinẽ præstantes & manſuetudinem, & illis clariorẽ tubis uocem emittentes dicebant: Notũ sit tibi rex (nam ne tã contumelioso quidem uerbo tyrannũ afficere uolebant, sed solam ostendere religionem: ppea neq; longos protraxére sermones, sed oia breuiter expediũt) est.n. deus in cœlo, q̃ potest nos eripere. Quid nobis multitudinem ostentas? quid fornacem? qd acutos enses, terribilesq; ministros? His oib. superior est dominus noster, atq; potẽtior. Mox cogitantes quòd posset accidere, ut deus uellet eos, atq; comburi permitteret, ne hoc facto falsa dicere uideantur, & hoc addunt dicentes: Quòd si hoc non fiat, notum tibi sit, qd diis tuis non seruiemus. Nam si dixissent, quòd pp peccata non liberat: si non liberauerit, eis non fuisset creditum. propterea hic quidem hoc tacent, sed in fornace commemorant, sursum & deorsum peccata proponentes: Corã rege uerò nihil huiusmodi, sed qđ licèt comburi debeant, pietatẽ nõ produnt. Non.n quæ faciebant, pp retributiones & mercedem agebant: sed ex charitate sola, licèt in captiuitate forent & seruitute, & nullo fruerentur bono. Nam & patria fuerãt, & libertate, cũctisq; bonis expulsi. Nec mihi regalibus in aulis honores referas. Cũ sancti nanq; forent & iusti, longè libẽtius domi mendicare uoluissent, q̃ in regia bonis perfrui. nã ait ille: Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. &, Melior est dies una in atriis domini super milia. Ergo sine cõparatione poti⁹ humiliter domi uiuere uoluissent, q̃ Babylone regnare. Et hoc patet ex ipsis quæ in fornace proferũt, grauiter ferentes illius loci conuersationẽ. Nã licèt ipsi multis fruerentur honoribus, aliorum tamen uidentes ærumnas multũ angebantur: quod est maximè sanctorũ peculiare, ne gloriam, uel honorẽ, nec aliud quicquã proximi præponant saluti. Igitur cõsidera, qualiter in fornace cõstituti, pro toto populo supplicationẽ faciebãt. Nos autem nec in remissione constituti, fratrũ reminiscimur: quin uerò cũ & somnia cõsulebant, non sua quærebant, sed multorũ commoda. Qđ enim mortẽ contemnerẽt, ex multis post hęc ostẽderunt: ubiq; uerò se proferunt deũ placare uolentes. Postq̃ uerò neq; semetipsos sufficere putabant, ad patres cõfugiũt: se uerò nihil amplius, nisi con-

lob.2.b

Dan.3.d

lob.3.b

Psal.83.c

ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

G tritum ſpiritum afferre dixerunt. Hos quidē & nos imitemur. Nam & aurea nunc imago erecta eſt, mā monæ tyrannis. Sed ne tympanis mentē adhibeamus, neq; tibiis, neq; citharis, nec reliquæ diuitiarum uanitati: uerū & ſi ſit opus in paupertatis fornacem decidere, ne refugiamus, ne mammonā adoremus. Et erit ros in medio refrigerās. Ne igitur horreſcamus paupertatis fornacem: nā & tūc quidem in fornacem, qui deciderunt, clariores redditi ſunt: q aūt adorarunt, flammis abſumpti. Sed tūc quidē oia ſimul facta ſunt: nunc autē hęc quidē hic erūt, illa uerò poſtmodū alibi. At quædā tum hic, tum in futura die. Qui nanq; paupertatem quidem eligunt, ne mammonam adorent, tam hic, q̄ illic erūt clariores. Qui uerò diuitias hic habēt iniuſtas, tūc extremas luet pœnas. Ex hac fornace Lazarus quo
Lu. 19 f. que non illis minus ſplendens pueris exiuit. Diues autem in eorum qui ſtatuā adorauerunt ordine poſitus, in gehenna torquebatur. Nā & dicta illorū
H erant expreſsio. Sicut igitur q qdem deciderunt, nihil paſsi ſunt, extra uero ſedentes, multa cum uehemētia correpti: itidē & tunc erit. Sancti qdē p ignis torrentē ambulantes, iniucūdū perferent nihil, uerū & lucidiores apparebunt: qui uerò ſtatuā adorauerint, ignem ſibi uidebunt omni fera ſeuiorē ingruentem, & intra ſe ptrahentem. Itaq; ſiquis gehēnam non credit, hanc conſpicatus fornace, ex preſentibus futura credere diſcat: neq; paupertatis metuat fornacem, ſed peccati. Hæc.n. flamma quidem & dolor: illa uerò ros, atq; remiſsio. Et illi quidem fornaci diabolus adeſt, huic autem angeli flammas excutientes. Hæc audiant diuites paupertatis ſuccēdētes fornacē. Nam illis qdē nihil nocebunt, quibus flamma ros efficietur: ſe uero flāmæ magis corripi faciles exhibebunt, quā propriis accenderint manib. Tūc igitur angelus qdē cum illis pueris ſimul deſcendit: nunc autē nos cū his, qui ſunt in paupertatis fornace ſimul deſcēdamus, & p eleemoſynam rorem opemur, & flammā excutiamus,
Mat. 25. c ut & ipſarū ſimus coronarū participes, & gehennæ
I flammam Chriſti uox extinguat, dicens: Eſurientē me uidiſtis, & pauiſtis. Hæc.n. uox ita dicēs, pro ro re nobis aſsiſtet per mediam ſibilans flammā. Deſcendamus itaq; cū eleemoſyna in egeſtatis caminum. Videamus ſe ſapienter exercentes, ambulātes per eam, & prunas conculcantes: nouū & mirabile uideamus miraculum, hoiem in fornace pſallentē, agentem in igne gratias, extrema compeditum inopia, magnamq; Chriſto benedictionem ferentē. Illis etenim pueris pares redduntur, qui paupertatē cum gratiarū ferunt actione. Nā & igne terribilior paupertas, & magis urere conſueuit, ſed illos non incēdit pueros: ſed poſtq̄ domino gratias egerunt, & eis ſtatim uincula ſoluta ſunt. Ita nūc quoq; ſi cū in paupertē ceciderit, gratias egeris, & uincula ſoluentur, & extinguetur flāma: ſi uerò non extincta fuerit, pro flāma fons, qd eſt mirabilius, efficitur: ſicut & tunc euenit. Nā in media fornace puro rore delectati ſunt: ignē.n. non extinxit, ſed inductos comburi prohibuit. Hoc & in ſapienter uiuētib. cōtingere cernitur, qui utiq; in paupertate liberius, q̄ diuites degunt. Nolimus igitur extra fornacē ſedere imiſericordes pauperibus nos exhibentes, ne patiamur qd illi tunc paſsi ſunt. Nam ſi deſcendens q dem ad eos, cum pueris conſiſtas, nihil ignis infer re tibi poterit: ſi uerò ſurſum ſedens in paupertatis K flāma cōſtitutos contemnas, te flamma coburet. In ignē igitur deſcende, ne ſedeas extra ignē, ne te flamma corripiat. Nam ſi te cū pauperibus quidē uiderit, à te diſcedet: ſi uero ſeparatum ab eis, tibi ſtatim inſiliet, & te corripiet. Ab ipſis itaq; ne recedas iniectis. Sed cùm diabolus aurum non adoran tes in caminum pauptatis immittere minatus fuerit, ne de mittentium, ſed ex miſſorum eſſe uelis numero, ut ex his qui ſaluantur, non ex his qui comburuntur, efficiaris. Maximus enim eſt ros, diuitiarum deſiderio non tene ri, cum pauperibus conuerſari. Hi ſunt omnibus abundantiores, qui diuitiarū
Heb. 11 g peſſundedere cupiditatem: quoniam & illi regem contēnentes, facti ſunt rege clariores. Igitur & ſi tu quoque mundana contemperis, toto eris dignior mundo, iuxta ſanctos illos, quibus dignus non erat mundus. Vt itaque cœlis dignus efficiaris, præſentia derideas: ſic enim & hic eris præclarior, &
L futuris fruere bonis, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD SI CVM VIRTVTE VIuamus, etiam inimicis admirabiles erimus, & de optima conuerſatione, ex Matthæi expoſitione.

Homilia. XXIIII.

Ine offenſione ſimus chariſſimi, iuxta Apo 1. Cor. 10.
ſtoli commonitionē, & Iudæis & gētibus, g.
& eccleſiæ dei, uitā exhibentes Sole clario- 2. Cor. 6
rem. Et ſiquis detrahere uelit, ex detractione nē doleamus, ſed qd iuſtē nobis detrahatur. Nam ſi uitiis in nequitia, licēt ſit qui detrahat nemo, oīum miſerrimi ſumus: ſi uerò uirtutē exerceamus, licēt totus terrarum orbis maledicat, tunc ſumus oīum beatiſsimi, & oēs ſaluari nolentes attrahemus. Nō enim improborum detractionē, ſed uitæ uirtutem intuebuntur. Etenim oī tuba clarior eſt per opera demonſtratio. Et ipſa luce mūdior eſt, & illuſtrior uitæ puritas, licēt innumeri ſint calumniātes. Ita q; M
ſi p̄dicta cūcta habeam⁹, & mites ſim⁹, & humiles, & miſericordes, & mundi ſimul atq; pacifici, contumeliamq; patientes nō referamus, ſed potius lætemur: p hæc non minus, q̄ per ſigna nos cernētes attrahemus, & oēs erga nos ſe ſuauiter exhibebunt, ſiue fera, ſiue dęmon aliqs, ſiue quodcunq; ſit. Siue uerò fuerint & aliqui calumniantes, ne turberis id circo: neq; qd te palā afficiunt cōtumelia, reſpicias: ſed eorū diſcute conſcientiā, & eos inuenies te plauſibus proſequētes, & admiratione, & innumerabili uirtutum catalogo. Aſpice nanq; qūo Nabuchodonoſor in fornace pueros laudat, licēt inimicus eſſet Dan. 3.
ac hoſtis: ſed poſtq̄ uidit generoſe ſtantes, prædicat & coronat, pp nil aliud qdē, niſi quia ſeſe contēpſerunt, & dei legē audierunt. Diabolus enim cū ſe uiderit nihil expedientem, mox abſiſtit, ueritus ne nobis maiorum cauſa coronarum efficiatur. Et illo remoto, licēt ſceleratus ſit aliquis & pditus, ſublatis illis tenebris uirtutē agnoſcet. Qd ſi & hoies decipiantur, à deo laudē habebis, & maiorē admirationem. Ne doleas itaq; nec concidas: quoniā & 2. Cor. 2
apoſtoli his qdē erant odor mortis, his autē odor uitæ. Si nullā ipſe captiuā præbeas anſam, ab oīb. eris liber accuſationibus, quinimo beatior quoq; rēdderis. Fulgeas igitur uita, nec calumniantiū ullam geras curā. Non enim eſt uirtutem curantis

A non multos habere inimicos: ſed nihil hoc ad uirtutis ſtudioſum, p hæc.n. erit longè clarior. Hęc itaque cogitantes, unū curemus duntaxat, ut diligenter uitā noſtrā diſponamus. Sic.n. & in tenebris poſitos ad illā inducemus uitam. Talis.n. eſt huius lucis potentia, ut non tantū hic luceat, uerūm & illuc ſequentes deducat. cùm.n. oia nos præſentia contēnentes uiderint, & ad futura nos præparantes: magis operibus noſtris, q̄ omni prologo perſuadebuntur. Quis.n. tam inſipiens, q paulo antè deliciis affluentem & diuitiis, oia nunc intuens exuentem, & ad famem, & inopiam, & uitę totius aſperitatem, & ad pericula, & ſanguinem, & ad iugulum, ac omnia q̄ uidentur eſſe grauia paratum, inde nō capiat manifeſtam futurorum probationē? Si uerò p̄ſentibus noſipſos implicemus, & ingeramus terrenis: quō ſi bi perſuaderi permittent, quòd ad aliā feſtinemus coloniam? Quæ nobis iam erit excuſatio, cū quantùm apud Græcos humana ualuit ſnia, non tantū
B apud nos dei timor efficiat? Illorum etenim quidā & pecunias abiecerunt, & mortem nihilipenderūt, ut ſe hominibus oſtentarent, & ideo uanæ fuerūt eorum expectationes. Quæ itur nos eruet ratio, cū tantis nobis propoſitis, tantaq; ſapientia nobis apta, nec eadē cū illis efficere poſſumus? Sed & nos, & alios p̄terea perdamus. Nec.n. ita Græcus nocet, & iniqua faciens, quantū Chriſtianus, cū eadem faciat. Et ualde rationabiliter: illorum nanq; ſnia perdita, noſtra uerò per dei gratiā & apud impios honeſta, & clara. Et ideo cū nobis exprobrare p̄cipuè uolunt, & calumniam augere, hoc dicūt, Chriſtianus: quod non dicerent, niſi magnam de dogmate opinionem haberent. Non audiſti quot & quanta xps mandauit? Quando uel unum poteris eorū expedire mandatorum, cū oībus omiſsis circumeas uſuras conquirens, contrahens fœnora, negotia cōponens, ſeruorū cōparans greges, argentea p̄parās uaſa, agros & domos emens, & innumera ſupellectilia? Et utinam hoc ſolum eſſet. Sed cū his importunis ſtudiis addas & iniquitatem, terrā abſcindens,
C auferens domos, paupertatem augēs, augens famē: quando poteris hæc intrare ueſtibula? Sed interdū pauperibus miſericordiam impendis? Et ipſe ſcio. Verū & illic curſum multum eſt detrimentum. Nā uel cū ſuperbia, uel inani gloria facis iſtud, ut nec in bonis ullum lucrum reperias. Quare quiduam eſſe ualeat miſerabilius, cū & in portu naufrageris?
Luc. 6. e Ne hoc itaq; fiat, facto quopiam bono à me ne gratiam quæras, ut deum habeas debitorē. ait.n. Date mutuū his à quibus uos nil recepturos ſperatis. Habes debitorem, qd illo dimiſſo me repetis hoiem pauperem & miſerū? Num.n. debitor indignatur, ſi repetitur? Num.n. pauper eſt? Num.n. erogare recuſat? Non ineffabiles eius uides theſauros? Non inueſtigabilē cernis liberalitatē? Ipſum igitur detine, & repete: & hic n. dum repetitur gaudet. Si autē aliū pro his, quæ ipſe debet, repeti uideat, tanquam affectus cōtumelia ſit, ita ſe geret: nec iam tibi reddet, ſed iuſtē magis tibi quoq; improperabit. Qualem, inquiens, meā ingratitudinem notaſti? Quā in me paupertatem deprehendiſti, quoniā me prætermiſſo ad alios recurris? Alteri fœneraſti, & alterū repetis. Et ſi.n. homo ſuſcepit, attamen dominus eroga re p̄cepit. Et ipſe quoq; pricipalis eſt debitor, & ſpō ſor uult eſſe, innumeras tibi p̄bens occaſiones, ut ab eo ſemper exigas. Itaque ne tantam facil itatem D
omittens & copiam, à me nihil habēte ſumere quæras. Cur.n. te mihi oſtentas, cū pauperis miſereris? Nunqd ego tibi dixi, Da? Nunquid.n. à me audiſti, ut & à me repetas? Ipſe dixit: Qui miſeretur paupis, Pro. 19. c.
fœnerat deo. Deo fœneraſti, ipſi adſcribe. Sed nūc totum non retribuit, & hoc tua facit cauſa. Talis.n. eſt debitor, non ut multi qui ſolùm fœneratū reddere ſtudent: ſed ut datum in tuto collocet, oia ne gotiatur & facit, & propterea hæc quidē hic erogat, hæc autem illic reſeruat. Hæc itaq; ſcientes, multā exhibeamus miſericordiam, multamq; p̄ſtemus humanitatem, & per dicta & per facta. Et ſi quem male patientē uiderimus, & in foro uerberari: ſiue poſſit argentum conferri, ne langueamus: ſiue uerbis exolui, ne torpeamus. Eſt.n. & ſermonis merces, qn & gemituū. Et hoc beatus dicebat Iob: Flebā quo- Iob. 30. d
dam ſuper eo, qui afflictus erat, & cōpatiebatur aīa mea pauperi. Si lachrymarum autem & gemituum merces erit, cū & uerba quoq; & ſtudium aderit, & E
multa alia, conſidera quanta fiet retributio. Nā & nos deo ſuimus inimici, & unigenitus nos reconciliauit, ſe mediū immittens, & uerbera pro nobis & mortem paſſus. Studeamus igitur & nos incidētes uariis eripe malis: non autē, ſicut nūc facimus, inuoluere, cū aliquos cōfligentes uiderimus, & inter ſe contendentes, adſtantes, & aliorum ignominiis gaudentes, & diabolicū cōſtituentes theatrū. Quo quidnā crudelius fieri poſsit? Malè ſibi dicentes uides, ſe diſcerpētes, ſcindentes ueſtimēta, faciē alterum alteri cædentes, & adſtare qetè ſuſtines? Nunqd eſt urſus, q pugnat? nunqd fera uel ſerpens? Hō eſt, in oībus tecum cōmunicās: frater eſt, membrū eſt. Ne ſpectes, ſed diſiunge: ne inſultes, ſed corrige: ne reliquos ad dedecus conuoces, ſed potius collectos diſpelle, & diſſolue. Impudentium.n. eſt, & paraſitorum hmōi calamitatibus gaudere, & piaculorum, & irrationabilium aſinorū. Hoiem uides turpiter agentem, nec te turpiter agere cenſes, nec medius ſubis, & diabolicum agmen nō diſsipas, & humana diſſoluis mala? Inquiet aliqs, ut & ipſe uulnera lucrer, hoc mihi iubes? Primū quidē hęc non patieris: ſed ſi fortaſsis hoc paſsus fueris, martyriū tibi fiet id opus: pp deum.n. patieris. Si uerò uulnera ſuſtinere dubitas, cogita quòd dominus tuus pp te crucem ſubire non dubitauit. Illi nanq; ſunt ebrii quidem & obtenebrati, furore eos ducente & oppriměte. Alicuius autē ſanantis indigēt, & ſibi ſubuenientis, tam q̄ iniuriam infert, q̄ q patitur: hic qdem, ut malè patiens liberetur: ille uerò, ut malefacere deſinat. Procedas igitur, & manū porrigas, qui uigilas, & ſobrius es, ebrio. Eſt.n. & iræ qdam ebrietas, & uini truculentior ebrietate. Nōne uides quātō nauræ ſtudio, cū uiderint aliquos in naufragiū delatos, extentis accedunt uelis opē laturi, ut artis conſortes tempeſtatib⁹ eruant? Quod ſi artiū ſocii tantā exhibent curam, quantò magis naturæ conſortes hæc facere iuſtum eſt? Nā & hic naufragium urget illo difficilius. Nā uel infeſtatus blaſphemauit, & oia perdidit: uel ira percitus peierauit, & rurſum in gehennā delabitur: uel uulnus infert & cōmittit homicidiū, & idem uiciſsim naufragium patitur. Accedas igitur, & malum reprimas, & ſubmergentes eruas, in ipſum pelagus deſcendens tēpeſtatis, & diabolicū diſſoluens ſpectaculum, & ſeorſū

G singulos capiens admone, flammā cōprimāt, & sopiant fluctus. Si uerò maius incendium, & atrocior efficitur fornax, ne timeas: multos. n. habes adiutores, & manū porrigentes, si modò principium præbeas, & super oia pacis deum. Et si primus flammā concusseris, alii quoq; multi subsequentur, & ab illis gestorū ipse capies mercedem. Audi qd Iudæos
Deu. 22.a xps admonuerit humi repentes: Si iumētum, inqt, uideris inimici tui corrues, ne prætereas, sed eleua. atqui pugnantes disiungere, & hoies cōciliare multo leuius est, q̄ iumentum iacēs releuare. Si uerò lapsum inimici iumentum eleuare bonum est, multò magis amicorum aias excitare iacentes oportet, ubi est & ruina longè perniciosior. Hæc siquidem non in cœnū cadunt, sed in gehennæ focū, irę non ferentes sarcinā. Tu uerò fratrem cernens sub onere positum, & insidentem diabolum, & rogū succēdentem, crudeliter & sine misericordia prętercurLuc. 10.f ris, qd nec in bruto facere tutū est. Et Samaritanus
H quidē uulneratum uidens ignotum, & sibi nihil attinentem, adstitit, & super iumentū imposuit, & deduxit in diuersorium, & medicū mercede cōduxit, & argentum tum qdem dedit, tū uerò promisit: tu uero non latronib⁹ oppressum uidens, sed dęmonū caterua, & furoris obsessione, non in deserto, sed in fori medio, nō pecunias erogaturus, neq; cōductus medicos, ne longū iter facturus, sed sola prolaturus uerba: negligis tamē & reiicis, & crudeliter & absq; misericordia ptercurris. Et qūo deū inuocans unquā speras habere propitium? Loquar autem & ad uos publicè turpiter agentes, ad infestantem, & iniuriā inferentem. Plagas intentas, q̄so, & calcitras & mordes, aper ferus & asinus agrestis es factus, nec consunderis, aut erubescis, dū efferaris, & propriā perdis generositatē. Nam etsi pauper es, es tamen liber: etsi manualis artifex, at Christianus, quinimo propter hoc ipsum qd pauper sis, te quiescere oportet. Diuitum. n. est pugnare, non pauperum: diuitū multas habentium bellorum necessitates. Tu uerò
I diuitiarum uoluptatē non habens, diuitiarū mala tibi accumulare non desinis, inimicitias. s. & contēliones, & pugnas: & fratrem suffocas, & angis, & palām oibus uidentibus proturbas. Et non censēs te magis deturpare, cùm brutorum impetus imiteris, imo uerò & illis fias peior? Oia nanq; sunt illis cōmunia: etenim inter sese cōgregantur, & simul ambulant: nobis uerò commune nihil, sed oia confusa, pugnæ, contentiones, & inimicitiæ atq; cōtumeliæ. Neq; cœlum ad quod oēs communiter sumus uocati, reueremur: neq; terram quam oibus communem deus reliquit, non ipsam deniq; naturā, sed oia distrahens furor: & pecuniarum amor bacchaMat. 13.c tur. Non uides illum, qui decem talentorum millia debebat, & post illorum remissionem conseruum pro cētum denariis suffocabat, quanta subierit mala, & qualiter immortali traditus sit supplicio? Nō uereris exemplum? nō times ne eadem & ipse patiaris? Nam & nos domino debemus multa, magnaq; debita: ueruntamen sustinet, & longanimiter agit, nec nos urget sicut ipsi cōseruos nostros, nec āgit, aut suffocat. Atq; si uel minimā eorū partē à nobis exigere uellet, iandudū periissemus. Hęc itaq; considerantes charissimi, humiliemur, & debentib⁹ nobis gratias habeamus. Nobis. n. si sapiēter agamus, maximę remissionis efficiūtur occasio: & si pauca dederimus, multa recipiemus. Quid itaq; p uim repetis, cū sit opus illi ēt dare uolenti cuncta remittere, ut à deo totū recipias? Nunc autem oia facis, cogis, & contendis, ut tuorū tibi dimittatur nihil: & proximū qdē infestare uideris, sed in teipsum ensē acuis, gehennæ supplicia accumulās. Si uerò parūper hac in re sapiēs fueris, mites tibi pœnas parabis. Etenim idcirco nos uult deus à tali exordiri libera litate, ut maiorē nobis plura retribuendi capiat occasionē. Quotquot itaq; debitores habes tam pecuniarum, q̄ pctorum, liberis oibus dimissis, deū exige talis esse magnanimitatis retributorem. Nā donec illi qdē tibi debitores fuerint, deū nō habebis debitorē: si illos uerò dimiseris, deū poteris retinere, & talis sapientię multa cū liberalitate retributionem exigere. Si. n. homo ptereundo uidens te reum detinentē, & illum qdem iubens dimittere, se uerò pro eo spondens tibi rationē redditurum, post dimissionem se nolet ingratū exhibere, utpote qui to L tum in se transtulerit: qūo deus multò, & infinitò plura non reddet, si pp eius pceptum nobis obnoxios, neq; parum, neq; multùm accusatos, absolutos abire dimiserimus? Ne tpalem cōsideremus uoluptatem, q̄ nobis ex repetendis oritur debitis, sed damnum, qd hinc in futurum patiemur, in immortalibus nosipsos lædentes. Oibus itaq; factis sublimiores, his q nobis obnoxij sunt, & pecunias, & peccata cōdonemus, ut nobis mites pœnas reddam⁹: quodq; per aliā uirtutem non potuimus consequi, hoc proximi contumeliā non reminiscendo consequentes, ęternis fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu xpi, cui gloria & imperiū nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE VITA RECTA
Homilia. XXV.

Emo sociatur xpo deliciis uacās, & dormiK n ens, ac recubans, charissimi: nemo lubricā hanc, & solutam degentium uitam, sed qui in tribulatione permanet, & tentatione, hic est illi proximus, q̄ angustam perambulat uitam. Nam & M Luc 8.8 ipse talē perambulauit: & propterea dicebat, Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Itaq; noli dolere q tribulatis, cogitās cui sociaris, & qūo per tentationes expurgeris, quantumq; lucrifacias. Nihil. n. aliud est triste, nisi deum offendere. Quod cùm absit, non tribulationes, non insidiæ, nō quicquam aliud sapientem aīam poterit cōtristare: sed quemadmodum si breuem scintillam in lacū deiceris profundū, statim extinxeris: itidem & oīs tristitiæ superabundantia in bonam missa conscientiam extinguitur, & facilè deletur. Propterea quidē & Paulus semper gaudebat: quoniā interitus scīm deum confidebat, neq; tot malorum capiebat sensum, sed dolebat quidē ut homo, non tamen cadebat. Sic & Abrahā patriarcha erat in delectatione, Gene. 12. & seq. multa passus tristia. Vide q̄so: exciderat patria, difficilia longaq; pertulerat itinera, in alienā profectus terram, nec passum pedis habebat. Hinc rursum fames eū excepit, & migrare coegit, & rursum famem uxoris rapina subsequitur, & mortis timor, sterilitas, & bellum, pericula & insidiæ, & demum certaminum consummatio, unigeniti & legitimi filii iugulatio tristis, & irreparabilis illa. Nō. n. quoniā promptè paruit, existimare debes eū sine dolore talia sustinuisse. Licēt. n. millies iustus fuisset, sicut & erat,

A erat tamen hō, & naturæ iura gerebat. Veruntamē horum nihil eū prostrauit, sed stabat tanquā generosus, & corona nobilis athleta, in his singulis pdicatus. Sic & beatus Paulus tentationū imbres p singulos dies uidens irruentes, tanquā in medio gaudens paradiso, lætabatur & exultabat. Sicut itaque q tali gaudet gaudio, tristitiæ nō est obnoxius: ita q hoc nō arripuit, oibus est expugnabilis, & idē patitur, quale siqs arma gerens putrida, qualibet uulneretur pcussione. Sed non ita undiq; bene munitus: omne nanq; telū ingruens repellit. Nā & oibus armis fortior est delectatio, & hmōi tristem facere potest nihil, sed oia generosè sustinet. Quid enim igne peius? Quid cōtinuis tristius tormētis? Siue qs infinitas amittat possessiones, siue filios, siue quod
Ab. 2.b cunque, hoc est oibus ad doloris rationē imperio sius. Pellem. n. pro pelle, inqt, & oia quæ homo habet, dabit pro anima sua. Et nihil potest esse doloribus grauius. Veruntamen auditu quoq; uix tolerabilia, toleratu facilia fiūt, & desiderabilia p uerā
B in deo uoluptatē. Et si martyrem adhuc Paulū spirantē ex ligno uel sartaginib⁹ tollas, tantam in eo repositā inuenies lætitiam, quanta neq; dici potest. Et qd patior, inqs, quòd nunc martyrii tps non adest? Quid ais? non adest martyrii tps, nūquam profectò hoc abest, sed ante nostros semper est oculos si uigilemus. Nō. n. in ligno suspendi, solū hoc martyrem facit. Nā si sic esset, extra tales coronatos Iob poneretur. Nec. n. ante tribunal fuit cōstitutus, nec iudicis uocē audiuit, non uidit carnificē, neque sustus in ligno, uel sublimis positus circa latera laniatus est, attamē multis martyrib. grauiora passus est. Et illorū succedentiū sibi nūciorū uoces omni plaga sęuius percutiebāt, & eū undiq; pungebant, & innumeris tortorib⁹ acerbius uermium illorum ora eū undiq; corrodebāt. Cui nō itaq; dignus hic sit martyrii cōparari? Innumeris equidē. Etenim p oia pugnabat, & per oia coronabatur, p pecunias, per filios, per corpus, per uxorē, per amicos, per inimicos, per seruos (nam hi in ipsius faciem insp uebant) per famē, per cibos, per dolores, per fœtorē:
C per hæc inquā, nō uni, uel duobus, uel trib⁹, sed in finitis erat martyribus cōparabilis. Nā prēter q̄ dicta sunt, tps quoq; multā eius coronis affert accessionem, quòd. s. ante legem, ante gratiā hæc passus sit, & ad menses quidem multos, & oia cum excessu, & oia simul ei mala ingruerint, & hoc, cùm eorum quodq; per se foret intolerabile. Nā multi qui dem plagas sustinuerunt, pecuniarū uerò iacturā non tulerūt: qui n & pro eis flagris cædi maluerūt, & innumera mala pati, q̄ earum aliqd amittere, & maior eis est uisa plaga pecuniarū iacturæ. Itaque rursum & hic est alius martyrii modus, harū perdi tionem generosè ferenti. Et qualiter, inqet aliquis, generosè perferemus? Si didiceris, quòd plura lucraberis, q̄ amiseris, per unū gratiarum actiōis uerbū. Nam si iacturam audientes non tumultuemur, sed dicam⁹: Benedictus deus, multò plures diuitias inueniemus. Non. n. tātùm lucrabitur in pauperes diuitias distribuens, & circumiēs ut egenos inueniat & sua dispergēs pauperib⁹, quantū ipse per hoc uerbum lucrifacies. Quoniā & ipsum Iob non tātùm indigentibus domum aperientē admiror, quantū pecuniarum rapinam cum gratiarum actione ferentem obstupesco & prędico. Gratias igitur agamus, quoniā ex eorū numero q̄ salui fiunt, censemur: & D quoniā cū ex operibus saluari non potuerimus, ex dei munere saluati sumus. Gratias uerò reddentes, ne uerbis hoc tantū faciamus, uerū & operibus, & actionibus. Hæc est. n. uera gratiarū relatio, cū hęc agamus, unde deus glorificari debeat: cū ea fugiamus, à quibus iam fuimus liberati. Nam si rege cō tumeliis affecto, cū pœnas luere deberemus, honorati fuissem⁹, & mox iterū affecissemus cōtumelia: tanquā ingratitudinis extremę rei, maximā meritò pœnam, & priore multò grauiorē dare deberemus. Nec. n. tam ingratos contumelia prior, q̄ altera post honorem, & multam officiositatē ostendit. Igitur illa fugiamus, à qbus iam fuimus absoluti. Nec ore tantùm gratias reddamus, ne de nobis quoq; dicatur: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū Mat. 15.a longè abest à me. Qūo nanq; nō sit absurdū, cū cœ et Ma. 7. li enarrent gloriam dei, tu ut propter quem cœli b. deum glorificantes facti sunt, talia facias, unde pp Psa. 18.a te blasphemetur, q te fecit deus? Propterea non ille tantùm q blasphemat, uerū etiam tu iam es pœnæ E obnoxius. Non. n. cœli uocem emittentes deū glorificant, sed alios p aspectum ad hoc inducentes, & tamen ipsi dicuntur cœli gloriā enarrare: Sic & uitam p ferētes admirabilem, licēt taceant, deum glorificant, cùm alij pp eos ipm glorificent: nō. n. tam ex cœlo redditur admirabilis, q̄ ex uita pura. Cùm itaq; gentiles alloquimur, non in mediū cœlos adducimus, sed quod hoies feris peius dispositos angelorū æmulatores fieri persuasit. Et hanc dicētes mutationem, eorum obstruimus ora. Nam & cœlo longè melior homo, & potest eius ornatu splendidiorem animam possidere. Hoc nanq; cū ad tantū tps uideatur, nō multum persuasit. Paulus uerò cū modico tpe prędicauerit, totū attraxit terrarum orbem: etenim animam habebat nō minus cœlo trahere cūctos idoneam. Nam nostra quidem, nec terra quidē est digna, illius autem & cœlo comparanda. Hæc nanq; stetit propriū custodiens terminum & regulā. Illius autem aīæ sublimitas oēs cœlos superascendit, & cum ipso Christo conuersatur: & ipF sius species erat talis, ut & Christus eā prædicaret. Stellas autem, cū factæ fuissent, admirati sunt angeli: hūc autē ipse demiratus est: Vas, inquiēs, electionis est mihi iste. Et cœlū quidem nubes frequenter Acto. 9.c. obducunt, aiam uerò Pauli nulla obruit tentatio, sed in tempestatibus firma meridie clarior apparebat: & sīlr, sicut ante nubium clarescebat concursum. Qui nanq; lucebat in eo, Sol non tales emittebat radios, ut tentationū cōcursu obūbrarētur, qn tunc & amplius splēdescebat: ppea quoq; dicebat, Sufficit tibi gratia mea: uirtus. n. in infirmitate pficitur. Ipsum igitur imitemur, & si uoluerimus, nihil erit etiā præ nobis hoc cœlum: nihil sol, nihil ois 2. Co. 12. mundus. Hæc. n. pp nos, nō nos propter hæc. Oste b. damus nos esse dignos, pp quos hæc sunt creata. His enim si nisi fuerimus indigni, qūo digni regno uidebimur? Et si sunt omnes indigni Solē uidere, qui in dei uiuant blasphemiam, indigni creaturis uti deum glorificantibus, ipsum blasphemantes, quoniam filius contumelia patrem afficiens, seruorum ministerio fungi nō est dignus. Et ppea multā quidem hæ nanciscentur gloriā, nos uerò pœnas & ultionē dabim⁹, Quātæ fuerit itaq; miserię, creaturam quidem pp te factam, in libertatem gloriæ

G filiorū dei formari: nos autem factos dei filios, pp multum torporem in perditionē, & gehennā mitti, pp quos creatura illā magnam nanciscetur tranq; litatem? Ne igitur hoc accidat, mundā quidem habentes aiam, talem eam conseruemus: quin & amplius eius nitorem intendamus: habentes uerò sordidā, ne desperemus: ait.n. Si fuerint pctā uestra sicut vermiculꝰ, quasi niuē dealbabo: etsi quasi coccinum, uelut lanā albefaciā. Cū uerò deus promittat, ne dubites, sed illa fac, per q̄ tales attrahere poteris promissiones. Innumera tibi commissa sunt mala, & scelera perpetrata: & qd hoc? Nondum.n. in infernū descendisti, ubi nemo confitebitur: nondum solutum est theatrum tuū, sed adhuc es intra stadium constitutus, & per extremā potes luctam oēs reparare iacturas. Nondū eo deductus es, ubi diues torq̄tur, ut audias, quòd chaos est inter nos & uos. Nondum.n. uenit sponsus, ut aliquis oleum cōmunicare timeat: adhuc emere potes, & reponere. Nec adhuc est q dicat, Ne fortè nō sufficiat & nobis, & uobis: sed sunt q uendāt, multi nudi, esurientes, ægroti, carcere detenti: hos pasce, illos indue, uisita iacentes, & super fontes oleum manabit. Nondum rationis ponendę dies aduenit. Vtere cōueniēter tpe, & debitorum fac remissiones. Et centū debenti cados olei, dicas accipe scriptum tuum, & fac qnquaginta. Et in pecuniis, & in uerbis, & in aliis fac sic, illū imitās uillicū. Et hæc, & tibi & tuis persuade. Adhuc.n. es in potestate dicēdi talia, nondū in necessitate conclusus, pro his alīū rogandi, sed & aliis & tibi cōsulendi facultatē habes: cū autē illo migraueris, horū neutrū utiliter facere poteris. Et meritò: q tantā. n. accepit tpis occasionē, & neq; se, neq; alterū adiuuit, quo iā in manibꝰ iudicis cōstitutus hanc poterit assequi gratiam? Hæc itaq; cū cta colligentes, salutem nostrā instāter oremus, neque p̄sentis uitæ perdamus occasionē. Licet.n. licet inquā, & in extremis uitę momentis deo se gratum reddere, licet & p testamentum probabilē fieri, nō ita qdem sicut uiuētē, licet tamē. Qualiter, & quō? Si cū necessariis tuis eum scribas hæredem, & ipsi quoq; totius hæreditatis partē distribuas. Non eū uiuens pauisti, saltē migrans, cū nō es dominus ultrā, ad tuorū partē. Benignus est, nō subtiliter tecū rationē ponet. Maioris qdē est desiderii, & amplioris p̄mij, si uiuens eū pascas. Sed si hoc ei non exhibuisti saltē ad scdm curre refugiū. Cohæredē eum tuorū institue filiorum. Si autē & hoc negligis, cogita qd pater ipsius te fecit eius cohæredē, & inhumanitatē dissolue. Quā. n. habebis excusationē, si neq; filiorū tuorū consortē facias, q te cœlorū participē fecit, & pp te iugulatus est, & hæc, cū oia q fecit, nō debitum reddens fecerit, sed gratis exhibuerit? Tu uerò post tot beneficia & debitor constitutus es: & tamē his se sic habentibus, tanquā gratiā accipiens, non tanquā debitum repetens, ita te coronat, & hæc cū eius bona sis accepturus. Des igitur ei pecunias tibi iā inutiles, & quarū non es dominus: & tibi regnū cōferet, tibi semper utile futurum, & cū eo simul oia q hic sunt necessaria, largietur. Nā si filiorum cohæres fuerit, ipsis orbitatē releuat, soluit insidias, infestationes repellit, calūnia torū obstruit ora. Et si ipsi testamenta tueri nequerint, ipse tuebitur, nec sinet discidi. Si autem & hoc pmittet, oia tamē p se cum maiori liberalitate ex

Esaiæ. 1.c

Luc. 16.g

Mat. 25.a

Luc. 16.b

pediet conscripta: quoniā semel est, dū scribēretur, honoratus: ipsum igitur hæredem relinque. Ad ipsum.n. es trāsiturus, ipse tibi discutiet oium hic gestorū iudiciū. Sed sunt qdā tā miseri & ærūnosi, q nec filios habentes hoc facere nō sustinent: sed parasitis, & assentatoribꝰ, & illi uel illi sua distribuere malunt, q̄ xp̄o, qui tot sibi beneficia cōtulerit: quibus qd esse possit stolidius? Hoc.n. siqs uel asinis, uel lapidibus comparauerit, nondū tamen aliquid eorum dementia, uel insensibilitate dignum protulerit. Nec ullam qs inuenire possit similitudinem, quę furorem, eorumq; possit insipiētiā exprimere. Quālem.n. ueniam hmōi consequentur, quod eum uiuentes non pauerint, cùm ad deū migraturi, nec expecuniis, quarū non sunt amplius domini, uel minimam ei partem largiri uelint: sed tam hostiliter, & inimicè sese gerant, ut nec ei iam inutilia sibi reddita cōmunicent? Nōne uides quot hoies nec hūc finem assecuti sunt, sed rapti migrauerunt? Te uerò deus & considerandi de congruis, & de rebꝰ loquēdi, & de oibus q̄ domi sunt, disponendi dominum constituit. Quā igitur excusationem habebis, cùm & hanc ab eo gratiam accipiens, beneficiū prodideris, & quodammodo per diametrū fidei tuæ progenitoribus stes oppositus? Illi nanq; uiuentesq; uēdebant oia, & portabant ante pedes apl̄orum: tu uerò nec moriens ullā indigentibꝰ p̄bes portionē. Melius igitur est, & multam p̄bens securitatem, quod uiuus paupertatem corrigas. Sed si id efficere nolis, saltem moriens aliqd fac generosum: non multæ quidē est in xp̄m charitatis, charitatis tamē est. Nā etsi cum agnis p̄sidentiam non habebis, parum tamen non est, uel post illos cōstitui, nec cum hœdis collocari, nec à sinistris. Si uerò nec hoc feceris, q̄ ratio'te liberabit, cùm neq; dei timor, neq; quòd res posthac inutiles tibi futurę sint, nec ut tutelam filiis relinquas, nec ut illic aliquam tibi p̄pares ueniā, humanū te reddere possit? Propterea uos hortor, ut p̄sertim uiuentes indigentibus maiorem uestrorum partem præbeatis: si q uerò tam pusillanimes sint, ut hoc non tolerent, hmōi uel ex necessitate fiant humani. Nā dum uiuebas quidem, tāquā immortalis ita p̄sentia asserebas: nunc uero postq̄ didicisti quòd mortalis es factus, nunc saltē sniam solue, & tanquam mortalis de tuis consulta, uel potius tanquam immortali uitæ perenniter fruendæ destinatus. Nam licèt graue sit, & horrore plenum quod dicendum est, dicere tamen oportet: Annumera seruis tuis dominum. Seruos manumittis, libera & xp̄m a fame, necessitate, unculis & nuditate. Audiens horruisti, igitur horribilius, quādo nec hoc ipsum facis. Et hic te quidem uerbum languere coegit: at cùm eò migraueris, & his audieris multò grauiora, & irreparabilia uideris tormenta, quid dices? Ad quē cōfugies? Quem uocabis auxiliarem & adiutorē? Abrahā? at non audiet. Virgines illas? sed nec ipsæ tibi oleū tradent. Patrē, aut auum? sed nec horū quisquā erit dominus, licèt sanctissimus sit, illā soluendi sniam. His igitur oibus animaduersis, soli domino qui tuū potest delere chirographū & illam extinguere flammam, supplica & exora, & iam pascens redde propitium, & continuè uestiēs: ut & hinc bona cum spe recedas, & eo translatus æternis fruare bonis, quibus utinam detur nobis omnibus potiri, per gratiā & benignitatē dominī

nostri

Actor. 4.b

A nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amē.

QVOD EX MINIMIS INCIPIENDA SIT VIRTVS, *da nobis sit uirtus, et quòd non sit iurandum,* Homilia. XXVI.

Sicut ignis quantò plura corripit ligna, tantò fit uehementior: sic & studium, quantò plures pias rationes excitat, tātò magis aduersus cætera armatur: quale quod dico: Fuerūt in nobis quasi uepres, periuria, mendaciū, simulatio, dolus, maleficium, conuicium, dicacitates, ridiculositates, turpiloqa, scurrilitates: rursum ex alia parte, auaritia, rapina, iniuria, calumnia, insidiæ: rursū mala concupiscētia, immunditia, intēperantia, fornicatio, adulteriū: rursus inuidia, zelotypia, ira, furor, mali memoria, ultio, blasphemię, & mille talia. Si priora correxerimus, nō illa tātū erūt correcta, uerū & sequentia propter p̄cedētia. Fortior.n. iam efficitur ratio ad illorum subuersionē. Puta multū iurans si satanicam hanc cōsuetudinem recideris, ei non hoc solū peractum est, uerū & alia pietas est subintroducta. Non iurantium nanq; nemo, ut arbitror, uolet facilè qppe aliud mali facere, sed uirtutem iam exhibitā reuerebitur. Sicut.n. pulchrū gestans uestimentum, luto seipsum inuoluere cōfunditur: sic & hic. Ex hoc autem ueniet ad id, ne irascatur, neque percutiat, neque contumeliā faciat. Si semel.n. parua p̄stiterit, totum expeditum est. Accidit autem & frequenter tale qd, ut q semel aliquid emenda uerit, rursum ex torpore in eadem decidat præcipitanter, & rem deinceps inexplicabilem constituat. Puta nos iurandi legē nobis constituimus, cauimus tres uel quatuor dies, post illos in necessitatem incidentes collectum omne lucrum dissipauimus: in torporem iā & desperationem incidimꝰ, sed nō oportet abiicere, sed rursum studio contenire: ait.n. Qui ædificauerit, cū postea uiderit destructum ædificiū, segnior erit ad rursus ædificandū: sed nec ita torpere decet, sed adhuc studiū arripe. Nobis itaq; quotidianas ponamus leges. Interim à facilioribus exordiamur, ab ore nostro iurandi frequentiā amputemus, linguę frenum ponamus, deū iuret nemo. Non est hic impendium, non est hic labor, non est hic tpis exercitatio: sufficit uelle, & totum factum est: cōsuetudinis.n. opus est. Precor & supplico studium hoc impēdamus. Dic, inquā, mihi, si pecunias erogare iussissem, nōne p̄optè quisque pro uiribꝰ cōtulissetis? Si in extremo me periculo uidissetis, nōne de carne resecantes, si modò fieri posset, dedissetis? In magno nunc quoque periculo sum, & tali, quòd etsi cum hoc & carcerem habitarem, uel infinitas accipere plagas, uel in metalla relegarer, hoc plus non doluissem. Manum igitur porrigite. Cogitate nanq; quantū sit piculum, nec hoc minimum posse p̄stari: minimū autem dico, quantùm ad laborem spectat. Quid dicā, cùm tūc accusabor? Quare non allocutus es? Quare non mandasti? Quare non statuisti legē? Cur inobedientes nō cohibuisti? Non mihi satis est dicere, quòd admonui: uerùm & acriori, inquet, opus erat increpatiōe. Nā & Heli admonebat (sed absit ut uos illius comparē filiis) & ille inquā admonebat, & dicebat, Nolite filij mei sic facere: nō. n. est bona fama, quā ego de uobis audio. Sed procedens ait scriptura, Eō qd non corripuerit filios suos, eò quòd non acriter, ne

Luc. 34.d

1.Reg.2.e.

Mich.3.c.

que cum increpatione hoc fecerit. Quō. n. absurdū non est, in Iudæorum quidem synagogis tam uidas esse leges, etsi magister p̄cipiat, oia fieri: nos autem hic ita contemni, & abiici? Non est mihi glorię meæ solicitudo (gloria nanq; mea est probitas uestra) sed salutis uestrę. Quotidie clamamus, instruimus, auribꝰ uestris insonantes, & q audiat, nemo, nihilq; uehementius p̄ferimus. Timeo ne huius magnæ, sed inutilis humanitatis in futura die rationē reddere cogamur: & ideo magna & clara uoce p̄dico oibus & protestor, talē operātes p̄uaricationē, q̄ sunt à malo loquentes (iuramentū est hmōi) ne limina qdē ecclīastica tangant. Tps autem p̄finitū uobis p̄sens sit mensis, in quo corrigamini. Ne nanque mihi dicas, quòd negotiorū te necessitas urgeat, quoniam non credo, interim sodales p̄cide: scio quòd multi nos ridebunt, sed melius hic nunc rideri, q̄ tunc lugere. Ridebunt autē, quotquot insaniunt. Quis.n. qso mente non carens, mandatum seruari ridebit? Quod si ridebunt, hmōi non nos, sed xp̄m ridebunt. Horruistis dictū audientes. Sciebā & ego: itaq; si ego quidem hāc legem tulissem, mei foret derisio: si uerò legislator alius est, ad eum pertinet subsannatio. Et xp̄s quondam fuit insputus, & in capite, colloq; pcussus, & colaphis cæsus. Hæc nunc quoq; sustinet: & non immeritò gehenna pp hoc p̄parata est, propterea uermis q non moritur. Ecce iterum dico & protestor: Qui uult, rideat: qui uult, subsannet: ad hoc positi sumꝰ, ut derideamur, & subsannemur, ut oia patiamur: purgamenta mūdi sumus, iuxta beatum Paulum. Siqs hoc mandatum p̄stare negat, uelut tuba quadā per sermonem prohibeo ecclesiæ limina talem ascēdere, licèt princeps, licèt ipse sit diademate redimitus: uel à p̄silatu me deiicite, uel manentē periculis cōcludere nolite. Hanc ascendere cathedram non tolero, nisi magna p̄staturus: nam siqd tale fieri non potest, melius in imo stare. Nā principe, q subditis nil prosit, miserius nihil. Conuertite iā uosmetipsos, & attendite q̄so, & nosipsos simul erigamus, & aliqd oino melius accedet. Ieiunate, orate deū, & nos uobiscū, ut pestiferam hanc euellatis consuetudinē. Nil arduum est uos orbis terrarū fieri p̄ceptores: non est paruum ubiq; diuulgari, quòd in tali ciuitate nullus est, q iurandi consuetudine teneatur. Quod si fiat, non tantū uestrorū accipietis meritorū mercedem. Quod.n. ego sum uobis, hoc uos orbi terrarū efficiemini. Oino & alii uos imitabuntur: oino uos lucerna eritis super candelābrum posita. At inqes, Hoc est ne totum? Hoc non est totum, sed aliorum principium. Qui non iurauerit, & ad reliquā oino pietatē peruenīet & uolens, & inuitus, & erubescēs, & timens. At inquies, non tolerant multi, sed resiliunt. Sed melius est, unum esse q domini uoluntatem faciat, quàm impios mille. Ex hoc.n. oia subuersa sunt, oia confusa, quòd uelut in theatris multitudinem quærimus, nō probatam multitudinē. Quid.n. rogo, turba prodesse poterit? Vis discere, quòd multitudo sancti sunt, non multi? Educite ad bellum centum decena milia, & unum sanctū: uideamus quis plura præstabit. Iesus Naue filius in pugnam descendit, & solus omnia gessit, alii uerò nihil profuerunt. Sed potes si uis uidere, qd multa turba, charissime, cū dei uoluntatem non faciat, nihilo ab his qui nō sunt, differat. Opto igitur, & uo-

Mat. 26. & Mar. 14.g. Mar. 9.g.

1.Cor. 4.c

Ioſue. 11.c

Glo,& libenter ẽt mactari ſuſtinerem, ut multitudine decorarẽ eccl'iam,ſed multitudine probabili. Si uerò neqt hoc fieri, paucos ipſos probabiles eẽ uolo. Nõ uidetis qđ melius eſt, unũ habere p̃cioſum, lapidẽ,q̃ multos obolos? Nonne uidetis, qđ melius oculum habere ſanum,q̃ hoc hebetato multo pinguedine premi? Nõne uidetis, quòd melius eſt ouẽ unam ſanam habere,q̃ decem milia ſcabie repleta? Non cernitis, quod filiorum bonitas cũ paucitate, q̃ filiorum ,multitudo cum malitia melior eſt? Non cernitis, quod in regno quidem pauci, in gehenna uerò multi? Quid mihi cũ multitudine? Quę utilitas? nulla,ſed potius aliis detrimẽtũ. Idẽ.n.eſt,quale ſiqs,cũ liceat incolumes decem habere, uel ægro tantuum decem milia, introducat decem ualentes. Multi nihil boni facientes,qd aliud nobis p̃bebũt, q̃ pœnam,& in p̃ſenti ignobilitatem? Nemo nanq̃, quòd multi ſimus dicet,ſed quòd inutiles, arguet. Hoc ſanè nobis ſemp dicunt,cũ dixerimus,qđ multi ſimus,at mali inqent. Ecce rurſum prohibeo,cla
H raq̃ uoce proclamo,nemo riſum eſſe putet. Arcebo ſiquidem,& prohibebo non obtẽperantes. Et donec in hac ſedebo, cathedra, nullã ipſius iuſtificationẽ omittã. Siqs detraxerit, iã inſons ero: ſed donec obnoxius ſum, deſpicere non poſſum, non pp meam pœnã,ſed pp ſalutem ueſtrã: uehementer.n. ueſtram cupio ſalutem, & pro ea multum affligor & doleo. Sed obedite,ut & in præſenti, & in futuro magnã accipiatis mercedẽ. Eia uerò iã uideamus, qua ex cauſa ſubrepſit iuramentũ,& quã ob rẽ eſſe conceſſum fuit. Dicamus ab initio, repetẽtes ipſius originem,& quãdo ſit ortum,& qualiter,& à qbus. Vobis pro obedientia narrationem retribuamus. Nã correctum qdem audire dignum eſt, & philoſophari neceſſarium. Nondũ uerò mutatum, nec ſermonem audire qdem dignũ eſt. Qui fuerunt Abrahæ tpe multa fecerũt fœdera,uictimasq̃ mactauerunt,& obtulerunt ſacrificia, nec dum erat iuramẽtum. Vnde igitur irrepſit iuramentũ? Cũ mala creuiſſent, cũ ſurſum & deorſum cõfuſio facta fuiſſet,
I cũ ad idolorum ſeruitutem declinaſſent, tunc inq̃, tunc,cùm infideles iã apparerẽt, teſtem inuocabãt deum,tanquã dignũ dãtes dictorum uadem. Hoc enim eſt iuramentum morum infidelium uadimonium,ut niſi cum ſponſore credatur,& ſponſore qdem magno. Propter multam.n. incredulitatẽ non hoiem uolunt ſponſorem,ſed deum. Scdm & idem exigentis iuramentum crimen, ſi de cõmerciis hæſitans deum in ſponſionem trahat, & dicat ſe non abſceſſurum,niſi capiat illũ. O ingentem inſenſibilitatem? ô contumeliam: q uermis es,& terra, cinis & fumus,dominum tuũ citas in uadimonium,& illum trahere cogis? Dic mihi, ſi ſeruis ueſtris inter ſe contendentibus, & ſibi fidem non habentib⁹,diceret conſeruus ſe prius non crediturum, q̃ cõmunẽ dominum ſponſorem acciperet: nõne multa tuliſſet uerbera, didiciſſetq̃ qđ ad alia domino ſit utendum,non ad hmõi? Quid dico conſeruũ? Si nanq̃ uenerabiliorem uirũ elegiſſet, nõne contumeliam id'exiſtimaſſet? Sed ego nolo,dices, & bene. Nec illum itaq̃ cogas, quoniã hoc & in hominib⁹ obſeruatur. Si dixerit,illum do ſponſorem,tu ne toleres. Quid igitur,inqs, datum amittã? Nõ hoc dico,ſed ne deum afficere contumelia toleres. Propterea qđ magis cogens, q̃ iurans ineuitabilem, ſubit pœnã. Siſ & exigente nullo iurans. Et quod peius eſt,pro K
ſingulo quiſq̃ iurans obolo,pro minima acceſſione,pro iniuria,& hæc quidẽ cũ abſint periuria. Qđ ſi,periurium quoq̃ ſubſequatur, oia ſurſum agit & deorſum,tam q cepit,q̃ qui,dedit. Sed aliqua ſunt, inquis,q̃ ignorantur. Et hæc prouidens nihil negligenter agas: ſi uerò negligenter agis, à temetipſum pœnas & mulctam exige. Melius eſt ita damnari,q̃ aliter. Dic mihi, quæſo,trahens hoiem in iuramentum,quid expectas? utrum ut peieret? Sed hoc eſt extremæ dementiæ,& in caput tuum pœna cõuertetur. Meli⁹ eſt te pecunias amittere, q̃ illum perire. Quid hoc cum iactura tua,deiq̃ contumelia facis? Ferè talis eſt aia,& impij uiri. At non peieraturum expectas? Igitur & abſq̃ iuramẽto crede. Sed multi ſunt,inquis, q ſine iuramẽto defraudare uoluerũt: non autem cum iuramento. Teipſum decipis hõ. Homo furari ſolitus, & iniuria proximum afficere, L
neq̃ iuramentum frequenter peſſundare dubitauerit. Quod ſi fuerit in iurando reuerens, & in ferenda iniuria multò magis erit. Sea inuitus id patitur, igitur uenia dignus. Sed qd de talibus loquor iuramentis,forenſita p̃termittens? illic.n. tale nihil dicere potes. Nã pro decem obolis iuramẽta fiunt,atq̃ periuria. Quoniam.n.ſupernè fulmen non uenit, quoniam oia non ſubuertuntur, ſtetiſti continens deum,ut olera emas, & calceamenta, pro modico argento uocans eũ in teſtimonium. Ne tandem, ne ppea quòd nõ punimur, nos ne peccare cogitem⁹. Illud eſt miſericordiæ dei,nõ uirtutis noſtræ. Iura per filium tuum,iura p teipſum: dic, ita non carnifex meis inſtet lateribꝰ: ſed times, lateribꝰ itaq̃ tuis deus eſt ignobilior, capite tuo uilior? dic, ita ne debiliter. Et xp̃s qdem nobis tantũ parcit, ut & p proprium caput iurare ꝓhibeat: nos autem tantùm paruipendimus dei gloriã, ut eum paſsim ꝓtraham⁹. Neſcitis qđ ſit deus, & quali debeat ore uocari? Qđ ſi de quopiam ſtudioſo quidẽ uiro loquamur, dicamus: os tuum ablue, & ita cõmemora: nunc uerò M
nomen ſuper omne nomen uenerandum, in omni terra admirabile, quod audiẽtes dæmones horrẽt, temerariè circunferimus? ô cõſuetudinẽ. Et ex hac factum eſt paruifaciendum. Nempe ſi cui p ſanctã domum iurandi neceſsitatẽ imponas, tanquã horrendum conflaueris iuramentum, ita remanes affectus. Et unde tam horrendum eſſe uideatur, niſi quòd illo quidem paſsim utimur, hoc autem minime? Nonne enim dum deus nominatur, oporteret horrere? At apud Iudæos quidem tam uenerandũ Exod.3.f
erat ipſius nomen,ut in laminis ſcriberetur, & nemini literas ferre liceret, niſi ſacerdotum principi; nunc autem uelut qddam uulgare,ſic ipſius nomẽ circunferimus. Si ſimpl'r deum nominare non eſt fas oĩbus,in teſtimonium etiam eum uocare,quantæ,quæſo,ſit audaciæ? quantæ inſaniæ! Nam ſi cũcta forent abiicienda, nonne oportebat prompt'ẽ dimittere? Ecce dico,& proteſtor: hęc forenſia corrigite iuramenta,ſuperflua,& ad me cuncta perducite. Ecce p̃ſentibus uobis ad ædium ſacrarum cuſtodiam deputatis impero,moneo & iubeo, nemini otioſè iurare licere: imò uerò nec aliter,ſed ut ad me pducatis,quodcunq̃ ſit: quoniã & hæc ad nos uſque peruenire oportet, tanquã ad paruulos pueros (abſit pudor) à quibus adhuc opus habetis diſcere. Ne ſacrã attingere menſam audeas, cùm non

A ſis initiatus: ſed quod ẽt peius eſt, tu initiatus ſacrã audes menſam contingere, quã nec oĩbus fas eſt ſacerdotibus tangere, & ita iurare? Tu uerò nec pueri qdem caput tangeres. Abiens aũt menſam tãgis, & nõ paueſcis? Timuiſti tu? tales ad me perducas, ego iudicabo, & ambos lætos remittam. Quod uultis, facite: legem pono, ne prorſus iuretis. Qualis eſt ſalutis ſpes, nobis oia ſic exhaurientibus? pp hoc ne chirographa, pp hoc ne cõmertia, ut tuã ipſius animam mactes? Quid tantum lucraris, quãtum perdis? Peierauit, & illũ & temetipſum perdidiſti: ſed non peierauit, & ita quoq̃ perdidiſti, mandatũ cogens puaricari. Hũc ex anima morbũ pellamus, interim ex foro ſubmoueamus, ex uenalib⁹ tabernis, & reliqs officinis, & maior erit uobis q̃ſtus. Ne cogitetis uos p diuinarũ legum præuaricationes uitæ neceſſaria comparare. At inquies, non credit. Nam & hoc interdum à nonnullis audiui, niſi mille iura uero ſacramenta, non credit. Tu es horũ cã, q facilè
B iuras: quoniã ſi id non faceres: ſed omnibus cõſtaret, quod non iures, mihi crede dicenti, quòd his q mille deuorant iuramẽta, maiorem ipſe fidem ſolo nutu inuenires. Ecce.n. quæſo, cui magis creditis: an mihi nihil iuranti, an iurantibus? at inquies, Tu princeps & eꝑs es. Quid igitur, ſi probauero quòd nõ pp hoc ſolũm? In ueritate, quæſo, mihi reſpõdete: Si cõtinuè iurarem, & ſemper: nunqd mihi prodeſſet præſulatus? Nequaq̃. Vides quòd non ppea?
1.Co.4.c. Quid uerò prorſus lucreris, dic mihi? Paulus eſuriebat: & tu uelis potius eſurire, q̃ ex dei mandatis aliquod p̃terire. Quid tam incredulus es? Tu igitur eliges cũcta facere & pati ne iures, & ipſe te non remunerabit? Et q periuros & peieratores quidem quotidie paſcit, te fami tradet, quoniã eum audiſti? Omnes ſciant, quoniam in hanc eccleſiam conuenientium q iuret eſt nemo. Et ex hoc fiamus manifeſti, non tantũ à fide: Et hoc à gentilibus, & omnibus nos diſcernẽs habeamus. Capiam⁹ ex cœlis ſignũ. Vt ubiq̃ tãq̃ regius grex appareamus, ab ore & lingua interim dignoſcamur: ſicut barbari, ſicut Græcè loq ſciẽtes, ita differam⁹ à barbaris. ⁋Dic.n.mihi, aues q dicuntur pſittaci, unde noſcũtur? Nonne humano more loquẽdo? Et nos itaq̃ laquendo, ſicut
C apoſtoli, noti fiamus loquẽdo ſicut angeli⁹. Siquis dixerit, Iura: audiat, quod xp̃s prohibuit, ⁋& nõ iuro. Hoc oĩum inducere uirtutẽ idoneum eſt. Quædam eſt pietatis ianua, uia ad religionis ſtudium p ducens, & q̃dam eſt palæſtra. Hæc cuſtodiamus, ut & futura bona conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri ieſu xp̃i, cũ quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DE IVRAMENTORVM ABSTINENTIA. *Homilia.xxvij.*

Sicut in p̃lio ex teſſera & amici & hoſtes diſ cernuntur: ita quidẽ & in nobis fiat chariſsimi. nã & nũc in bello ſumus, ut & proprios agnoſcamus fratres. Quantum.n. boni eſt, hoc eſſe nobis indiciũ, & hic & in aliena religione? Qualis eſt hæc armatura contra diaboli caput? Os enim iurare neſcium, nec cõuiciari nouerit. Tãquã ex aliqua domo, ſic ex lingua hunc ignẽ eiice, ignẽ extrinſecus trahe, ne des illi reſpirationis aliquatulũ, ulcus reddas imbecillius: redde rogo ut & aliã uobis erogem ⁋diſciplinam. Hac.n. nondum expedita ad aliud uenire non audeo. Hoc cũ diligentia D
uobis expediatur, & meriti ſenſum capietis, tũc & alias uobis afferã leges: imò nõ ego, ſed Chriſtus. Hoc bonum in aia ueſtra ⁋plantate, & paulatim eritis paradiſus dei, illo longè melior paradiſo: nec.n. apud uos ſerpẽs, nec arbor letalis, nec aliud hmõi quicq̃. Hanc in profundo conſuetudinem figite. Si hoc factum fuerit, non uos præſentes tantùm utili tatẽ capietis, uerùm & omnes qui ſunt in orbe terrarũ. Nec illi ſoli, uerũ & poſt eos futuri. Bona nãq̃ conſuetudo introducta, & ab oĩbus cuſtodita, in multa prorogabitur tempora. Nec ullum tp̃s eã explodere poterit. Si quidã in ſabbato ligna colligẽs, Nu. 15. d
lapidib. obrutus fuit: q tali collectione multò peiora cõmittit, & peccatorũ colligit ſarcinã (hæc.n. eſt peccatorum copia) quid ſuſtinebit? imò uerò quid non ſuſtinebit? Multum à deo capietis auxilium, ſi hoc uobis fuerit enauatum: ſi dixero, Ne contumeliam inferas, ſtatim iram in mediũ mihi producis: ſi dixero, Ne inuideas, aliã proferes excuſationem. Hic nihil hmõi dicendum habes. Propterea à facilibus incepi, quoniã & in omnibus artibus ita quis E
& ad maiora uenerit, multò prius diſcens faciliora. Scietis q̃ facile ſit hoc, cùm ipm dei gratia perfeceritis, & aliam acceperitis legem. Date mihi cõtra gentiles & Iudæos fiduciã, & ſuper oĩa coràm deo: Ita rogo per charitatem, per paruritionẽ, qua uos parturiui filioli mei. Quod aũt ſequitur, non inferam, quos iterum parturio: nec illud dicam, donec for- Gal. 4.c.
metur xp̃s in uobis: ſed alia uobis dicã, Fratres mei chariſsimi, & deſiderati, gaudium & corona mea: credite.n. mihi, quòd nõ aĩr dicam. Siquis innumeras gemmis contextas coronas regales capite meo nũc impoſuiſſet, non ita lętatus fuiſſem, ſicut profectu ueſtro gratulor: quinimmo nec regẽ ita gaudere reor, ut ego ſup uobis gaudeo. Siquis omnes gẽtes ſecum bellum gerẽtes ſuperans rediſſet, & cũ regali corona plures accepiſſet coronas, & alia diademata uictoriæ ſigna, nõ ipm ita puto gauiſurũ trophæis fuiſſe, ſicut ego profectu ueſtro: tanq̃. n. innumeras in capite gerens coronas, ſic exulto: & meritò. Si nanque dei gratia hæc uobis eſt correpta cõſuetudo, innumera profligaſtis prælia, & illo longè F
difficiliora cõtra dæmonas improbos, aduerſus ſuperbos luctati, & ꝓliati, p linguã, non gladium, ſed per uoluntatẽ. Videte, quanta perfeceritis, ⁋ſi modò expediatis. ⁋Primũ malam exciditis conſuetudinẽ: ſecũdò prauã ſubuertitis cogitationẽ, ex qua ſunt oĩa mala, ne cogitetis eſſe rem indifferentẽ, & nihil nocere: tertiò furorem, anaritiamq̃ compreſſeritis. Hæc.n. oĩa parit iuramentũ. Verùm ex hoc ad alia merita multam capietis occaſionẽ. Sicut.n. puerorum elementa diſcentes, ⁋non illa tantummodo diſcunt, ſed in illis legere paulatim docentur: itidem & uos. Non uos amplius improba fallet cogitatio, neq̃ dices quòd hoc indifferẽs ſit, neq̃ iam ampliꝰ ex cõſuetudine loquemini, ſed aduerſus oĩa generoſè cõſiſtetis. Poſſumus legẽ, imo uerò nõ nos poſſumus, abſit: ait.n. Nolite uocare magiſtrum ſuper M
terrã. Legem tulit xp̃s, nequis iuret. Quid actũ eſt, quæſo, de hac lege? Non.n. de hoc loqui deſinam, 2.Cor.13.
ne fortè cũ rurſus uenero, ſicut Ap̃s, non parcam. Nũqd fuiſtis circa negotiũ ſoliciti? Nũqd curaſtis? Nunqd ullũ nobis eſt exhibitũ ſtudiũ? An rurſum eoſdẽ attingemus ſermones? At potius, ſiue factum

est,siue secus,iisdem utamur sermonibus : ut si nil actũ est,curã geratis:si uerò soliciti fuistis, rursum id stabilius operemini,& alios hortemini. Vnde nobis igitur,unde loquendi sumendũ principiũ? Vultis à testamẽto ueteri? Hoc.n.pudoris est nostri,qđ q̃ sunt in ueteri testamẽto, q̃ transcendere par erat, nec ita custodiamus:nos.n.de his audire nõ oportebat (hæ nanq; sunt Iudaicæ utilitatis denunciationes)sed illa pfecta fuerant audienda. Abiice pecunias,sta generosẽ,& animã expone pro prædicatione,deride cuncta q̃ sunt super terram,nil tibi sit cum psenti uita cõmune. Siquis iniuriam intulerit, benefac:siqs oppresserit, benedic:si blasphemauerit,honora,oibus esto superior. Hęc & hmõi decebat audire. Nunc aũt de iuramento disserimus . Et idem est, ac siquis philosophari debentem ab illis abstrahẽs pceptoribus,syllabas,adhuc, & alphabetum legere cogat. Cogita q̃so,quãta sit ignominia, quempiã hoiem prolixam habentem barbã,& baculum gestantẽ, & exomida indutũ,cum pueris ad pceptores ingredi, & eadem cum illis discere:nõne mult⁹ erit risus? sed maior hic noster. Nõ.n.quãtum est philosophiæ,& literarum interuallum,tantum est Iudaicę conuersationis,& nostrę discrimẽ: sed quantum est angelorũ & hominum. Dic q̃so,si quis angelũ ex cœlo deductum hic stare iuberet, ac nostros audire sermones,tanq̃ ex hoc instituendum:nonne pudor & risus esset? Si uerò de his doceri ridiculum est, at his nec attendere quidẽ:quãtum erit condemnationis,quantus pudor,quòd ẽt xpiani de fugiendo docentur iuramento? Attamen tolerem⁹,ne magis quoq; rideamur. Eia itaq; uobis ex ueteri loquamur hodie testamento:qđ uerò dicit? Iuramento ne assuefacias os tuum, nec nomini
Ecc.23.b. sancto familiaris fias. Quare? Sicut.n.seruus tortus, inquit, cõtinuè à liuore non mũdabitur, ita neque iurans. Vides sapientis huius prudentiã? Non dixit, Iuramento ne tuam assuefacias mentẽ, sed os tuũ: totum.n.est oris,nã facilè corrigi põt . Cõsuetudo enim est,q̃ iam sine uoluntate patratur. Verbi gratia,Multi thermas ingressi, cum primum fores transcenderint,signantur. Hoc nouit manus, uel nullo iubente,ex consuetudine facere. Rursum accẽsa lucerna mẽte frequẽter aliqd aliud operante, manus signum facit . Ita qdem & os nõ cum aia loquitur, sed ex consuetudine. Et in lingua totum est positũ, nec sancto nomini familiaris fias. Magnum qđ insinuauit,Nominationi,inqt,sancti ne consuescas Sicut.n.seruus qui continuè torquetur,à uibice & liuore non purgabitur,ita neq; iurans. Nõ hic periurium dicit,sed iuramẽtum excidit,& ipsi statuit ultionẽ:igitur iurare peccatũ. Nam uerè talis est aia, tantis est confossa uulneribus,tantis liuoribus,sed nõ uides? Hoc aũt est malum : Atqui potes,si uelis, uidere. De⁹ tibi dedit oculos:talib. uidebat prophe
Psal.37.a ta q̃ dicebat,Putruerunt & corrupte sunt cicatrices meę à facie insipientiæ meæ. Deum cõtempsimus, sanctum odimus nomẽ,cõculcauimus xp̃m,pudorem soluimus : Diuini nois cũ reuerentia meminit nemo . Quòd si aliquem etiam ad nomen exurgis, deum uerò tam continuè,tanq̃ nihil uocas? In orationibus uoca,uoca eum ad inimici beneficiũ,uoca ad aiæ tuę salutem:tunc aderit, tunc eum lætificabis,nunc autem iritas . Voca sicut eũ Stephanus
Act. 7.g. inuocauit:qđ dicẽs? Domine ne statuas eis hoc peccatum. Voca,sicut uocauit eũ Helcanę uxor cũ la- K
1. Reg.1.a.b chrymis. Non prohibeo, sed uehementer exhortor. Illũ uoca, sicut & Moses uocauit, & clamabat pro
Exo.32.b eis orans,q eum expulerant. Et tu qdem,si cuius sine honoris ti ulo memineris uenerabilis uiri, cõtumelia facta ẽ: Deũ aũt circũfers opportunè importunè in sermonib.tuis. Non prohibeo deum in mẽte semper habere, imò magis pcor & uolo : tamen non aliter q̃ illi placet,sed laudantem,sed honorantem . Magna nanq; nobis hoc contulit bona , si cũ & apud quos opus est, tantũ eũ uocemus . Quare, queso,sub apostolis qdem uirtutes edebantur, sub nobis uerò nequaq̃,cũ idem sit deus , idem nomẽ? Sed non est par usus. Illi nanq; in illis solis q̃ cõmemoraui,illum duntaxat uocabant:nos autem non in his,sed in alijs . Si uerò non credit, & ideo iuras, dic qdem,crede:ueruntamen si uis,per teipsum iura . Quod non legem xp̃o contrariam ferens dico,
Mat.5.c Abſit:ait.n.Sit in uobis,est est:&,non non:sed uobis condescendens, ut magis in hoc uos inducã, & à tyrannica reducam consuetudine . Quot in alijs probabiles ex his reb.perierunt? Vultis discere,quare priscis iurantibus concedebant? nam nec illi peierare fas erat:quoniã per simulacra iurabant. Non L
confundimini in his legib.pmanere , in quibus indulgebatur illis infirmis? Quoniã nũc quoq; si gentilem accepero, non illi statim hoc iniungo,sed interim scire xp̃m admoneo . Fidelis uero q̃ credidit & audiuit,si debet eandem exigere cum gentili indulgentiã,qd utilitatis? quid emolumenti? Sed consuetudo res difficilis,& uix abstrahi potest . Itaque quoniam est tanta consuetudinis uiolẽtia,eã in alteram transfer consuetudinem. Et qũo,inquies,potest fieri? quod sępius dixi, id nunc quoq; dico. Sint multi cẽsores,sint inqsitores , & probatores multi: dic mihi, Si tegmen inuersum imposuisses , nonne puerũ corrigere iubes,nec ab illo moneri cõfunderis,cũ illud qdem non multum sit dedecus? Hic au
M tẽ in aia detrimentum patiens, ab alio corrigi erubescis. Et circa uestimẽtum qdem ornatũ sustines seruum, & subligantẽ,aiam aũt non sustines ornãtem? Sit & seruus horum magister, sit & filiolus, sit & uxor,& amicus,affinis & uicinus . Sicut.n.sera,q̃ ex omni parte agitur, fugere nõ potest:sic & tot habentem custodes,tot increpantes,cùm undiq; pulsetur,non licet nõ cauere . Et primo quidẽ die hoc ægrẽ feret,& in secundo & tertio:deinceps uerò facillimum erit, & post quartum neque negotiũ hoc existimabit. Experientiã facite,si non creditis,curã geratis quæso. Non est uulgare peccatum, uel meritum:sed utrinq; magnum est,& bonum & malum. Opus est autem periurij detrimentum ex scripturis quoq; ueteri manifestemus. Falx,inquit, uolãs erat longitudine cubitorũ uiginti, latitudine cubitorũ
Zach.5.a decẽ. Volans uelocissimũ ultionis incursum significat iuramenta sequẽtem. Multorũ uerò cubitorũ latitudo & lõgitudo uehementiã indicat, & magnitudinẽ malorũ . At ex cœlo uolare,ex supno tribunali sententiam ferri. Falcata uerò forma ineuitabilem supplicij sortem, Sicut.n.quocunq; falx incurrerit, non solũ secum arripit,uerùm & caput amputat:itidem & pœna iurantibus ingruens est difficillima, nec prius absisteret , q̃ quod suum est obiret: quòd si iurãtes euadimus,ne cõfidam⁹ : ad nostrũ
Act.5.b enim malũ hoc efficitur. Nã qd censetis ? quot post

A Animam & Sapphirã eadem,quæ illi sunt ausi? quo
Acto. 5.a modo igitur eadẽ non sunt passi? Non quoniã ipsis ignotũ sit,sed quoniam maiori differuntur malo. Multa nanque ppetrantes,nec dãtes pœnas , terreri magis & timere debent:augebũtur enim eis supplicia propter impunitatem & dei longanimitatẽ. Ne hoc itaq; uideamus,quòd non punimur, sed ne peccauerimus:si uerò peccantes no pœnas dam⁹,poti⁹ pauere debemus. Dic mihi,si quem habeas seruũ,& illi tantũ mineris , & uerbera non infligis : quando magis timet,quãdo fugit,quado pedibus elabitur, nonne quãdo duntaxat minaris? Vnde & alter alterũ admonemus,non cõtinuè minari,ne timor magis animã conturbet,& plus quã plagę disipet : illic enim ad tẽpus est ultio,hic autem continua. Ne igitur,qđ nũc falcis mala patiatur,nemo , respicias: sed illud cogita,si talia facit,quoniam multa nunc fiunt,qualia in diluuio:sed diluuiũ factũ nõ est:gehenna enim & ultio promissa est. Multi perpetrant, qualia Sodomorũ ciues,sed ignis pluuia nõ descendit:igneus enim parat⁹ est fluuius. Multi Pharaonis
B scelera commiserunt,sed Pharaonis pœnas non derũt:nec in mari rubro sunt submersi,quoniã pelagus eos expectat abysi,ubi nõ cũ in sensibilitate supplicium,nec licet suffocari:sed ampli⁹ est necesse torqueri,assari,strangulari,cõsumi. Multi Israelitica sunt aggressi,sed eos serpentes nõ momorderũt,manet autem eos uermis qui nõ moritur . Multi Giezi peccata ppetrarunt, neque tamen lepra respsi sunt: eos enim manet pro lepra in binas partes secari , & poni cũ hypocritis. Multi quoque iurauerũt & peierauerũt:si uerò fugerunt quoq;,ne cõfidam⁹: immi net enim dentiũ stridor. Et hic quidẽ multa patien tur incõmoda, licẽt nõ confestim,sed post alia peccata,ut & grauior sit ultio. Quoniã & nos frequẽter à minimis occasionem capientes,& pro magnis totũ luimus. Itaque cùm aliquid tibi cõtigisse uideris,illius peccati tui reminiscere:hoc & Iacob filiis accidit. Recordamini fratrum Ioseph, fratrẽ suũ uẽ diderũt,iugulare tentarunt: uel potius ipsa prõptitudine iugulauere,deceperunt, contristarunt senẽ, nihil pluribus post annis passi sunt,tandẽ uerò de
Ge.42.d supremis periclitati sunt,& huius reminiscũtur crimi
C nis. Hoc itaque ualde sapienter efficitur. Nã audi qd dicant: Et meritò,in peccato.n. sumus de fratre nostro. Itidẽ & tu,cùm aliqd acciderit,dicas: Etiam in peccato sumus,quoniã Christum nõ audiuim⁹,
3.R.21.g quoniam iurauimus,iuramentotũ frequẽtia,& per iuria super capnt meũ uenerunt . Cõfitere: nam illi quoque cõfessi sunt,& salui facti. Quid.n. & si non statim ingruit ultio? Nam & Achab propter Nabuthe nõ statim post peccatũ passus est ea quę ptulit: quare autem hoc fit? Dat tibi tẽporis prefinitionẽ, ubi ablui possis:cũ uerò perseueraris,tunc demum pœnam infligit. Vidistis quid patiantur mentiẽtes? Intellexistis quid patiantur peierantes? Intelligite & recedite. Non licet iurantem non peierare,& uolentem,& inuitum,non licet peierantem saluum fieri. Vnum potest periurium omnia consumare, & uniuersam nobis ultionem inferre. Propterea animaduertamus,& nobis caueamus,ut hic ultionem euadentes,dei misericordia digni censeamur , gratia & miserationibus unigeniti eius,cum quo patri simul simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

DE FVGIENDIS IVRAMENTIS, D
& quod deo gratias agere debemus, licet in paupertate degamus.

Homilia.xxviij.super Matthæum ex capite. V.

I regnũ assequi uolumus,dilectissimi, plus
f aliquid antiquis exhibeamus mandatis,qp pe cum non aliter cœlestia consequi liceat. Nam si ad eandem antiquorũ mensuram peruenerimus,extra cœli uestibula remanebim⁹. Nisi enim
Matt.5.c abũdauerit iustitia uestra pl⁹ quã scriharũ aut pharisęorum,non intrabitis in regnum cœlorum. Et tamen licẽt tot minę proposirę sint,sunt qdam,q nõ solùm illam non transcendunt iustitiã , uerũ & ab ea deficiunt. Non.n.solùm iuramenta non fugiunt, uerùm & peierant:non tantùm lasciuum non declinant aspectum,uerũ & in ipsam improbã actionẽ incidunt,& alia reliq̃ prohibita sine doloris aggrediũtur sensu,unum solũ ultionis diem expectãtes, & quãdo supremam patratorũ pœnam dabunt:qđ eorum solũ est , qui in nequitia uitã transegerunt: illos enim oportet desperare,nec aliud qd,quã supE pliciũ iã expectare. Qui enim hic aduc sunt,& pugnare poterũt,& uincere,ac facilè coronari. Ne titubes igitur ô homo,neque bonã soluas prõptitudinem:nec enim grauia sunt quę pręcipiuntur. Quis, queso,labor iuramentũ fugere? Nunqd enim est peccuniarũ impensa? Nunquid sudor & ærumna? satis est tantũmudo uelle,& totum actum est. Si uerò mihi cõsuetudinẽ obiicis:propter hoc ipsum maximè facile meritum esse dico. Si te nanque in aliã trãstuleris cõsuetudinẽ,totum prestitisti . Cogita saltem qđ apud gentiles multi balbutiẽtes,multa meditatione linguam sibi claudicantẽ correxere. Alij autẽ humeros ineptè sẽ motantes & reducentes , iugiter apponẽtes ensem restituerũt. Postquã enim per scripturas uobis nõ potest psuaderi, abexternis monere uos cogor. Hoc & deus apud Iudæos faciebat,di
Hiere.2.c cẽs: Ite ii insulas Cethi,& i Cedar mittite, & cognosci te,si mutauit gen⁹ deos suos,& ipsi nõ sũt dij. Et ad bruta uerò frequẽter mittit,ita dicẽs: Vade ad formicã piger: & uade ad apem. Hoc itaque uobis & ego nunc dicã. Cogitate gentiliũ philosophos, & tunc
Prou.6.a scietis,quanto simus digni supplicio,despiciẽtes di F uinas leges:cũ illi quidẽ pro humana honestate ifinitè laborauerint,uos uerò neq; pro cœlesti regno studiũ par exhibeatis. Si uerò post hęc dicas,qđ est difficile consuetudinẽ non fallere,uehemẽter quoque studẽtes: hoc fateor quidẽ & ego. Veruntamen & illud cũ hoc pariter dico quòd sicut est facile decipi,sic & facile corrigi . Si nanq; domi multos tibi custodes cõstituas,puta seruum,uxorẽ,amicos, abomnibus facilè cõpulsus atq; coactus à mala recedes consuetudine. Et si decem tãtũ diebus id obseruaueris,nõ iam amplius reliquo tẽpore indigebis, sed cum fiducia totum erit tibi repositũ, pulcherrimę consuetudinis firmitate nicissim radicatũ. Cũ igitur hoc corrigere cœpetis,siue semel, siue secundò sine tertiò,siue uigesimò legẽ transcẽderis,ne desperes,sed iterum surge,& studium tuum resume,& omnino uictor eris. Nõ enim uulgare malũ est periurium. Quòd si iurate mali est,peierare quantũ feret ultionis? Laudastis dicta , sed plausib.mihi nõ ẽ opus,neque laudantiũ uocibus & tumultu. Vnum dũtaxat uolo, ut cum quiete & intelligentia audiẽtes,quę dicũtur faciatis. Hoc mihi pro plausu, hoc

G mihi pro laudatione. Si uerò dicta quidē commendes, quę uerò laudas non exequaris, maior qdē pœna maior autem accusatio, & nobis dedecus & deri sio. Nec enim theatro paria sunt presentia, neq; tragœdos spectantes nūc sedetis, ut dūtaxat applaudatis. Hic est spiritalis schola, propterea & quod elaboratur, unū est, ut dicta seruetis, & p opera obedientiā exhibeatis. Tūc enim totum receperimus: sicut nunc utiq;, & iā prohibuimus. Nam & seorsum occurrentes hęc monere non destiti, & uobis publicè cōmemorare, & nihil amplius tamē factū uideo, sed uos adhuc prioribus detineri elementis: qđ multū afferre docendi torporē idoneum est. Vide nāque Paulū quoque propterea succensentem, quòd multum tēporis prioribus disciplinis auditores immo

Heb. 5. c rabantur. Etenim cū deberetis, inquit, magistri esse propter tēpus, rursum indigetis ut uos doceamini, quę sint elementa exordij sermonū dei. Propterea nos quoq; lugemus, & cōquerimur. Et si permanentes uidero, iam uobis interdicā hęc ascendere sacra uestibula, & immortalium particeps fieri mysterio

H rum, sicut fornicatoribus & adulteris, & homicidijs reis. Nam melius est cum duobus, uel tribus dei leges custodientibus solitas offerre preces, quā multitudinē aggregari preuaricantium, & alios corrumpētium. Ne qs mihi diues, ne quis potens hic intumescat, & supercilia cōtrahat. Hęc omnia mihi fabula, umbra, & somnium. Nullus. n. presentium diuitum illic mihi patrocinabitur, cū arguar & accusabor, tanquam dei leges non congrua cū acrimonia asse

1. Reg. 2. c ruerim. Hoc enim, hoc & admirabilem illum senē

Ec. 4. c uitam exhibētem inculpatam perdidit. Sed tamen quoniam dei leges conculcātes neglexit, cum filiis fuit punitus, & attroces pœnas dedit. Si uerò ubi tā ta erat naturę uis, nō cū debita seueritate filiis usus, tam grauem luit ultionem: quam nos habebim⁹ ueniam, & ab illa liberi tyrannide, & per assentationē omnia corrumpentes? Cū itaque pauptate uel morbo pressus fueris, ô homo, si nō aliunde, ex mēdicātib⁹ saltem p angiportos euntibus deo gratias agere disce. Hi nanque totū tempus in mendicando cōterentes non blasphemant, nō indignātur, nō ęgre ferunt, sed totā medicationis narrationem in gratiarum agunt actione, magnum faciētes deū & misericordem. Ille quidem fame periens benignū uocat, tu uerò uiuēs in abūdantia, nisi cūcta simul accipias, crudelē nūcupas: quātò melior est ille? Quomodo nos condemnabit? Cōmunes nobis pceptores, & calamitatum consolationem per terrarū orbem misit deus pauperes. Es aliqd præter uoluntatem passus? sed tale nihil, quale ille. Erutus est oculus tibi? sed illi duo. lōgo morbo laborasti: sed ille icurabili. amisisti filios? sed ille & proprij corporis sanitatē. magna mulctatus es mulcta? sed nōdū ad hoc es redactus, ut alteri⁹ idigeas. Deo gratias age. Illos uides in paupertatis camino, & ab omnibus quidē petentes, à paucis autem accipiētes. Cū orans defessus fueris, & nō accepis, cogita quoties audisti pauperem te uocantem, & non exaudisti, nec tamē ille grauiter tulit, nec affecit te contumelia: & tu qdem hoc ex crudelitate facis, de⁹ aūt ex benignitate quo que facit, ut non audiat. Si igitur ipse conseruū propter crudelitatem non audiens, accusari te dignum non censes: dominum per misericordiam seruū nō audientē accusas? Vides quanta sit inęqualitas, quā

I ta iniustitia? Hæc semp cogitemus, inferiores in ma K ioribus ęrūnis constitutos, et ita deo gratias agere poterimus. Multis talib⁹ exēplis uita referta est. Nō paruā autem uigilans habet disciplinā, et aduertere uolens etiam ex oratorijs ædibus. Propterea. n. et ante ecclesias, et martyrū monumenta pro foribus pauperes sedēt, ut nos ex hmōi spectaculo multum capiamus utilitatis. Cōsidera nanq; quòd nobis terrenas ingrediētibus regias, nihil huiusmodi cernere licet: sed uiri et honesti et splendidi, et diui tes et prudentes passim discurrunt. Ad ueras aūt regias, ecclesiam dico, et oratorias ędes, et martyrum templa, dęmonib. presi, trūcati, pauperes, senes, cęci, membra pferentes obtorta. Quid hoc tandem? Vt tu docearis ex horū spectaculo, primū ut siquē fastum extrinsecus trahēs ingressus es, in illos respiciens, tumore depositō, et contrito corde, sic ingrediaris, et q̄ dicūtur audias. Non. n. potest cum superbia orans audiri: ut cū senem uideris, non in iuuenta altùm sapias, cū et hi nūc senes iam fuerint iuuenes: ut cū in exercitu et potentia regia multū glorieris, cogites quòd ex his aliqui fuerunt in regali- L bus aulis splēdidi: cū in corporis sanitate cōfidas, his uacans sensum tuum corripias. Huc. n. iugiter ingrediens, q sanus quidem est, non altùm sapiet in corporis sanitate: q uerò laborat, nō uulgarē hauriet consolationē. Nec ob hoc solū hic assident, ueruùm et ut te misericordē faciant, et ad misericordiā flexus dei benignitatē admireris. Nam si deus illos nō erubescit, sed in uestibulis suis constituit: multò magis tu ne terrenis ędibus altū sapias, nec erubescas cū à paupe uocaris. Et si accesserit, et genua teneat, ne repellas. Canes. n. quidam sunt admirabiles regiarum cœlestiū: neque contemnēs eos canes uocaui, absit, sed magnopere laudans: regiam. n. custodiunt aulam, eos igitur pasce. Honor enim ad regem trāsit. Illic omnia fastus, in terrenis dico aulis: hic omnia sunt humilitas, quoniā nihil humanū ex ipsis pśertim uestibulis discis. Quòd diuitiis de⁹ nō delectatur, ex ipsis pro foribus sedentibus doceris. Horum enim sedes & collectio tantū non est admonitio ad omnium hominum naturā uocē emittens pręclaram, & dicēs qđ nihil humana sunt, sed M fumus & umbra. Si bonum essent diuitię, ante propria de⁹ uestibula paupes nō collocasset: si uerò diuites quoq; suscipit, ne mireris: nō. n. propterea suscipit, ut diuites maneant, sed ut à tumore liberentur: audi quid eis Christus dicat: Nō potestis deo seruire & māmonę: & rursū, Difficilè diues igreditur regnum cœlorū: & iterum, Facilius est camelū per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cœlorū. Propterea diuites admittit, ut hæc audiant uerba, ut ęternas concupiscant diuitias, ut cœlestib⁹ inhiēt. Et qd miraris, quod ad uestibula sua paupes sedere nō dedignatur? ad suam enim spiritualē mēsam eos uocare, et illud communicare cōuiuiū nō dedignatur. Sed claudus et mutilius, senex & pānosus, sordidus & mucosus, cū iuuene pariter speciosō, et ipso purpuram induto, et i capite diadema gestante futurus mēsę particeps uenit, et spirituale petit. conuiuiū, et iisdem ambo fruuntur, nec ulla est differentia. Et Christus quidē eos ad mensam cum rege simul uocare non dedignatur. Pariter. n. ambo uocantur. Tu uerò fortē uideri dignaris pauperi dans, uel loquens? O superbiam & fastū. Videne

A diuiti prisco similia patiamur. Ille uel cernere Laza

Luc. 16. c rū dedignabatur: nec ei domum uel tectū cōmunicabat, sed extrà iacebat apud ianuam prostrat⁹, sed nec alloqo ab eo dignus fuit existimatus: sed uide quō in necessitate & indigentia constitutus, nullū ab eo cōsecutus est auxilium. Nā si quos Christus non erubescit, nec nos erubescamus. Christū erube scimus, ipsius amicos habentes pudori. Tua replea tur mēsa claudis & debilibus: per hos uenit xps, nō per opulentos. Fortè rides audiens. Itaq; ne putes di

Ubi. 14. d ctum esse meū, ipsum audi xpm asserentem: ne rideas, sed horrescas. Cū facis prādium uel cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos diuites, ne fortè & ipsi te uicissim uocent, & tibi fiat retributio: sed cū facis cōuiuium, uoca pauperes, debiles & claudos, cæcos, & eris beatus: quoniā non habent qd tibi retribuāt, retribuetur aūt tibi in resurrectiōe iustorū. Et gloria maior hinc nascitur, si tantū huius es cupidus:

B ex illis. n. luor & iuidia, accusatiōes & cōtumeliæ, multusq; timor, neqđ pter decorū fiat: & tanquam domino seruus assistis, & si maiores sint, ab eis accusationem & redargutionē timens: in his autem hmōi nihil, sed quæcunq; eis appositeris, cū uoluptate cuncta suscipiunt, & multus plausus, splendidior glia, maius miraculū. Non sic illis applaudūt, sicut his oēs rudientes: si uerò non credis, tenta tu q diues es, q duces & principes uocas, uoca pauperes, & ex his imple cōuiuiū, nisi ab oibus tibi plaudatur, nisi ab oibus ameris, nisi oēs ut patrem habeant. Illorum quidem conuiuiorum emolumentum nullum, pro his uerò cœlū repositū, & quæq; sunt in cœlis bona: quæ nos omnes assequi detur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CONTRA IRASCENTES,

Homilia. xxix Ex actibus Apostolorū.

C n On sic hoīes beneficiis adducuntur, sicut timore castigantur. Admirabiles autem & magni, & deo grati, nullius horū indigent. Talis erat Paulus: non. n. regni, non gehēnæ rationem habebat. Hoc. n. Christum diligere, hoc non esse mercenarium, neq; quęstū pietatem existimare, aut dei uerbum adulterare: sed uirtute ueraciter esse præditum, & pp dei dilectionem omnia facere. Quot itaq; dignum lachrymis, cū tantā debentes mensuram, neq; saltem tanquā institores cœleste regnum curemus? Tanta nobis Christus pollicetur, nec ita dignus censetur audiri. Quid hac peius inimicitia fieri posit? Atqui pecuniarum amore surrentes, licèt inimicos, siue seruos, siue atrocissimos hostes, siue malos oēs iuenerint, si tantū sperēt qđ per eos pecunias acquirere possint, oia faciunt, assentantur & blandiuntur, seq; seruos exhibēt, & se tantū oibus honestiores esse putabunt, ut ab eis aliqđ capiant. Pecuniarum. n. spes horum nihil cogitare permittit. Regnū autem non potuit, quantū pecunia: quinimo nec minimam partem. Non. n. quilibet est qui pollicetur, sed ipso maius habetur regno ab hmōi sumere. Nunc itaq; fit idem, quale si rex suos quidē hęredes, filii uerò cohęredes post alia quoq; innumera beneficia nos cōstituere uolēs contenatur. Latronum uerò princeps, q nos, parentesq; nostros innumeris affecit incōmodis, & infi- D nitis plenus est malis, & nostram cōfudit gloriā & salutē uno tantū obolo ptento à nobis adoratur. Regnum deus pollicetur, & contenitur: gehēnam minist rat diabolus, & honoratur. Hic deus, ille diabolus: sed pceptorū uideamus differentiā. Si nihil enim horū foret, nec hic quidem deus, ille uerò diabolus: nec hic quidē regnū, ille uerò gehennam pberet: ipsa mandatorū natura facilè persuadere potest, ut huic adhæreamus. Quid. n. deus mādat? ea quæ faciunt glorioſos: diabolus q̄ cōfundunt. hic q innumeris inuoluūt ærumnis & ignominiis: ille multā quietem habētia. Nam uide quęso, hic inqt: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde, & inue nietis requiē animabus uestris: at ille. Ferus esto & immitis, & bile tumens, & iracundus, & fera magis, Mat. 11. d q̄ hō. Videamus utrū utilius, qd uerò magis expediat. Ne hoc, inqt, dicas: sed cogita qđ diabol⁹ est. Optimè quidē si illud ostēderetur. Sustinere labores oportet, & uictoriæ præmia uicissim erūt maiora. Non. n. qui facilia pcepit, hic nostri curam gerit, B sed q utilia: quoniā & patres grauia filiis iniungūt, sed ppea sunt patres, & rursum seruis domini: at plagiarij & perditores contraria: ueruntamen qđ & uoluptatem habeant, est inde manifestum. Inter quos. n. eē putas bile percitum? Inter quos uerò tolerantē & mitem? nōne huius aīa quidem solitudini cuidam est similis multam habēti quietem: illi⁹ autem foro & tumultui, mediis q̄ ciuitatibus, ubi multus euntium & redeuntium clamor camelorū, mulorum & asinorū, & accedentiū aures agasoni bus multo replētibus sonitu ne cōculcētur: & rursum argentariis & ærariis utrinq; cudētib. & his qdem molestiam patientibus, his autē inferētibus? At mitis huius mēs cuidā mōtis uertici similis est, auram qdem habenti tenuem, purum uerò radiū, pura fontiū fluenta, multasq; florū amœnitates, uernātiumq; pratorum & hortorum plantis & floribus frondentiū, & aquis uiridantiū irriguis. Siqs autem & sonus immurmuret, dulcem & multam insparget audientibus uoluptatē: uel aues. n. canoræ summis arborū insident frondibus, & cicadæ F ac philomelę, & hirundines concentum quendam cōcorditer efficiunt musicū. Vel Zephyrus arborū foliis sensim aspirans, pinos & piceas susurrantes, & cygnos frequēter imitās, & rosæ ac uiolæ & flores se leniter inclinātes, & uiridantes quasi mare cœruleum blandè fluctuans exhibent: quinimo multas aliqs iuenire posset imagines. Nam cū in rosas quidem respexerit, itidē se uidere putabit: cū uerò uiolas, potum fluctuantē: at cū lilia, cœlū. Nec aspectu uerò tantū, & uisū hmōi tunc delectabitur, uerùm & ipso corpore pratum intuentis, illum magisq; remittit, & respirare facit, ut se magis in cœlo quā in terra esse censeat. Est & alia quædā uox, cū à uertice montis aqua per riuos spotè defluēs, & subiectis lapillis quieto sono sensim imurmurat, & ita membra resoluit per uoluptates, ut statim laxatiuū ocu lus somnū ingerat. Audistis cū delectatione narrationem? Fortè iā & solitudinis amatores estis facti, sed hac solitudine iucundior est multò lōganimis uiri anima. Non. n. ut pratū describeremus, nec ut ad ostentationem uerba produceremus, hāc attigimus similitudinē: sed ut per descriptionem uidentes, quanta sit longanimorum uoluptas, & qđ mul

Gtò magis cum longanimi uiro conuersans qs delectaretur & iuuaretur, q̃ in talibus conuersans locis, hos sectemini. Cũ. n. neq; spiritus uehemens ex hac exeat aia, sed mites quidam sermões, & benigni, ue rè illã Zephyri lenitatem & quietem imitamur: & admonitio nihil quidẽ habens austerum, canoras autem imitans aues: qũo non hoc melius? Non. n. corpori illiditur sermonis aura, sed aios refouet calentes & exæstuantes. Neq; febricitantem medicus hoiem tam citò liberauerit à febre per qualencunque sedulitatem, quàm longanimis homo iratum & ira ardentẽ petens propriorum spiratione sermo num refrigerauit. Et quid dico medicũ? neq; ferrũ ignitum, & aquæ immersum tam citò calorẽ amitteret, q̃ in longanimem mentẽ incidens iracundus. Sicut autẽ si forum ingrediantur aues canoræ, nugæ esse uiderentur, ita quidẽ & monita nostra in iracundas aias incidentia. Iucũdior igitur mansue tudo bile & audacia: sed illud quidẽ deus, hoc aũt diabolus mandauit. Videte qd non temerè dixi, qd etsi non esset diabolus & deus, ipsa per se præcepta
H poterant nos monere. Hic quidẽ & sibi iucũdus, & aliis utilis: ille uerò & iniucũdus sibi, & aliis dãnosus: nihil. n iracundo hoie insuauius, nihil grauius, nihil infestius, turpius nihil: sicut è cõtra, nil nescio irasci iucundius. Feræ potius q̃ iracundo homi cohabitandum est. Nã illa cũ semel mansuefacta fuerit, suam seruat legem: hũc autem quotiescunq; mitigaueris, rursum efferatur, nisi quis in talẽ habitũ ipm induceret. Sicut. n. dies clara & serena, & hyems multæ plena tristitiæ: itidem & irascẽtis animus, & mansueti. Sed nondũ aliis noxia uideamus ingruẽ tia, sed ipsis: atqui & hoc non exiguum damnum, alteri malum aliquod inferre. Veruntamen hoc interim consideremus: Quis tortor ita laniare latera poterat? Quæ ignita tela corpus ita pforarẽt? Quis furor ex naturalibus ita sensib. excedere facit, sicut furor & iræ consternatio? Noui multos ex ira morbos icurrisse, & febriũ difficillimæ pstim hę sunt. Si uerò ita corpora læduntur, aias cogita: nè cogites. n. quod non uides, sed cogita, si malitiam susciI piens ita læditur, quantum patiens patietur detrimentũ. Multi oculos amiserunt, in grauissimum multi morbum inciderunt: generosè quidẽ ferens oia facilè sustinebit. Veruntamen tãlia tanquã gra uia imperat, & horum nobis mercedẽ statuit gehẽ nam, & diabolus est, & nostrę salutis inimicus: & magis huic q̃ Christo paremus, qui saluator est & benefactor, & protector, & talia dicit, quæ iucundiora sunt & honestiora utilioraq;, ac magis expediũt, & nobis & necessariis nostris plurimũ prosunt. Nil iracundia peius. charissimi, nil ira intempestiuius. Non opus est molta dilatione, acutus est morbus. Frequẽter ex ira uerbum aliquis emisit, ad cuius remedium totius indiget uitæ: & aliqd commisit, quod oẽm ipsius uitam subuertit. Hoc enim est difficile quod in breui tpe, & per solam actionẽ & per unum duntaxat uerbum æternis nos frequẽ ter exclusit, & multos euacuauit labores. Itaque uos hortor, ut omnia faciatis, ut hanc feram cohibeatis. Et hæc quidem de mansuetudine & iracundia sint dicta. Siquis uerò sermoni & alia adiiciat, ut auaritiam, & pecuniarum contemptum: inanis gloriæ cupiditatem, & uerã gloriã, lasciuiã, & modestiam, inuidiam & benignitatem, & alterã alteri uicissim opponat, tunc differentiam intelliget. Vi- K detis, qualiter ex præceptis dũtaxat hic qdẽ deus, il le uerò diabol⁹ eẽ mõstratur? Pareamus itaq;, deo, nec in barathra nos pręcipitemus: sed dum tps est, equum cohibeamus, ne sessorem subuertamus: iræ amputemus alas, nec amplius malũ in altitudinẽ extolletur. Acutũ. n. est ira uitium, acutũ & efficax animas nostras furari: propterea pasim oportet ei aditum obstruere: absurdum enim est, feras quidem mansuefacere posse, animam uerò nostram in solescentem despicere. Ignis est uehemens ira, omnia deuorans: nam & corpus perdit, & animam corrumpit, & reddit insuauem, & uisu quenque turpissimum. Quòd si furoris tempore posset irascens sibimetipsi notus fieri, non alia foret opus admonitione. Nihil enim irascentis deformius aspectu. Ebrietas quædam est ira, imò uerò difficilior ebrietate, & dæmone miserabilior: sed si modestè agere meditemur, optimam philosophiæ uiam inueniemus: Propterea Paulus cum ira clamorẽ quoq; sustulit. Pareamus itaq; totius philosophiæ præceptori, & cũ in seruos irascimur, nostra cogitemus peccata, & eorum confundamur mãsuetudine. Nã L cũ tu quidem afficias cõtumelia, ille uerò cõtumeliam tacitè toleret: & tu quidem indigneris, ille uerò philosophetur: hoc pro oi capias admonitione. Etsi nanq; seruus est, hõ tamen, & animam habens immortalem, & iisdem à communi domino donis est honoratus. Si autem in maioribus & spũalibus nobis compar humanam quandã & uilem excellentiam a nobis illata tã æquè fert: qua digni uenia nos essemus. qua tandem excusatione, pp dei timorem philosophari ualẽtes, magis uero nolẽtes, sicut ille pp nostri timorẽ? Hęc igitur oia pẽsantes, & nostra cogitantes peccata, & communẽ humani tatis naturam, ubiq; leniter loq; meditemur, ut humiles facti corde, requiem animabus nostris inueniamus pręsentemq; & futurã: quam ut oẽs assequamur, fiat gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri glia, simul & sctõ spiritui, in sęcula seculorum, Amen.

DE IRA. *Homilia. xxx.*

TSi belli tps non est dilectissimi, fiduciæ M
c tamen tempus semper est? ait enim, Loquebar in conspectu regum, & non confundebar. Si inter medios incidamus gentiles, sic eos ob mutescere faciamus absq; ira, absq; sæuitia. Nam si cum ira hoc facimus, non iam fiducia, sed animi uitium esse uidetur: sed si mansuetè, hęc est uerè fiducia: non. n. simul esse possunt meritum & delictũ. Fiducia, meritum: ira, dictum. Oportet itaq; nos si fiduciam habere cupimus, ab ira mũdos esse, neqs illa cogitet uerba. Etsi iusta dicas cũ ira, cuncta pdidisti, siue fiduciaIiter agas, siue cõmoneas, siue quodlibet geras. Zelus. n. uenia carens, non zelus, sed ira potⁱ⁹ est: & correctio humanitatẽ nõ habẽs, inuidia quædam esse uidetur. Vide beatũ Stephanum non cum furore loquentem (non. n. contumeliosè locutus est) sed eos sermonis prophetici commonuit. Quoniam enim non erat ira, cùm malè patiebatur, tunc pro eis orabat dicens: Ne statuas eis hoc peccatum. Eis iraq; non irascens, sed pro eis dolens & mœrens hæc loquebatur. Quoniam & aspectum ppea dixit, quòd uiderunt faciem, eius, tanquam faciẽ angeli, ut credamus, mundi simus

igitur

A igitur corde. Nõ habitat spiritus sanctus ubi furor: maledictus iracũdus. Nihil sani potest emanare un de procedit ira: sicut. n. in maris tempestate multus tumultus, clamor magnus, nec ibi qs philosophãdi tẽpus habet: ita nec in ira. Si quid philosophicũ animus uel doceri, uel dicere debeat: opus est sit priⁿ in portu. Non uides, quemadmodũ cũ uolumus de q busdã necessariis loq, loca tumultu libera obseruamus, ubi quies, ubi tranqllitas, ne de proposito exturbemur? Sed si exterior disturbat tumultⁱ⁹, multò magis interior turbatio. Siue qs orat, incassum ira uexatⁱ⁹ & cogitationib. orat: siue loquatur, rursum erit obnoxius risui: siue comedat, & ita quoq; : siue nõ comedat, itidẽ lęditur: siue bibat siue nõ bibat, siue sedeat siue stet, siue uadat siue cubet. Nam & i somnis tales concipiũt imagines. Quid. n. horũ nõ fuerit absurdũ? Tristes oculi, os obtortũ, membra mobilia & tumẽtia, lingua polluta, nemini parcẽs, mẽs in excessu posita, indecẽs habitus, tędij multũ. Vide dęmonibus pssorum uultus, ebriorũ & furentiũ. Quid inter se differunt? nónne furoris totũ est? Quid enim si hoc ad tẽpus efficitur? Nam furẽs ad tẽpus pmitur: hoc autẽ qd peius, quod & se nõ confundũtur excusare? Nescìebam, inquit, quid dicerẽ. Et quare nescìebas hoc, cũ sis homo rationalis? Ratione habens, irrationalium opera facis, tanquã effrẽnis equus furore correptus & impetu? Et excusatio quidem est accusatione digna. Vtinam. n. scisses quę dicebas. Iræ sunt, inqt, uerba, nõ mea. Quomodo sunt illius? Certè uires ira non habet, nisi sumat abs te: quale siqs dicat: Manus sunt, nõ mea uulnera. Quid maximè putas ira opⁱ⁹ habere? nõne bellũ & pugnam? Verùm & illic siquid cũ ira fiat oia perdita fuerint & perierint. Pręcipuè nanque pugnãtes irasci nõ oportet, maximè cõtumeliã inferẽtes non oportet irasci. Et quomodo pugnãdũ est? Ratione, mansuetudine. Pugna si quidẽ est ex contrario cõsistere. An non uides & hęc bella, lege, cõpositione, & tẽporibus definita? Ira nanque nil aliud est, quã irrationalis ipetus: irrationali uero rationale fieri po test nihil. Quoniam & hic talia loquebatur, & non irascebatur, & Helias dicebat: quousq; claudicabitis utrisq; poplitibus uestris? & nõ irascebatur. Et Phinees iugulabat, & nõ irascebatur. Nã ira uidere nõ pmittit, sed uelut in pugna nocturna colligans omnia, & oculos, & aures, sic operatur. Ab hoc igitur
C ęmone liberemur, eum corripiamus incipiẽtem, sigillum pectori quasi quoddã frenũ iponam⁹. Cauis est ipudẽs ira, sed legem audire discat. Si fuerit canis i grege tam ferus, ut nõ obediat iubẽti pastori, nec eius uocem agnoscat, oia perdita sunt & corrupta: cũ ouibⁱ⁹ pascitur: sed si oues gustauerit, inutilis est, & iugulatur. Sed si te discit audire, ale canẽ, utilis erit contra lupos, & cõtra piratas, cõtra latronum principem, nõ aduersus oues, nõ aduersus domesticos: si nõ audiat, omnia corrũpit: si cõtemnere didicerit, omnia perdit. In te mansuetudo nõ absumatur, sed ei custodiatur ira, & pinguis reddatur, & in tuto pasci curabit, si scelestas cogitationes & i probas absumat, si diabolũ undique pellat: ita mã suetudo conseruatur, cũ improba nusquã affuerint opa: ita uenerabiles efficimur, cũ impudenter agere non discimus. Nihil enim ita facit impudentẽ, quã mala conscientia. Quare meretrices sunt ipudẽtes? quare uirgines uerecũdę? Nõne illæ ex peccato? nõ

Pugna, quid

3. Re. 18. d
Nũ. 25. b

Psa. 118. f

Act. 7. b

hæc modestia? Nihil enim tam impudentem facit, D
quã peccatum: imò in contrarium, inquit, confundit. Confundit eum quidẽ, qui seipsum condemnauerit: at eum qui frontem pfricuerit, efficit procaciorem. Qui nanq; de seipso desperauit, efficitur audax: dicitur enim, Impius cũ in profundũ malorũ uenerit, contẽnit, Impudens autẽ etiã temerarius fuerit, temerarius autem & audax. Vides quomodo mansuetudo cõsumitur, cùm malæ cogitationes eã corroserint? Propterea talis est, canis multũ latrans. Est funda nobis & lapis, nostis quod dicitur: ẽ & hasta nobis, & mandra, & stabulũ. Cogitatiões innoxias custodiamus. Si canis ouibus qdẽ aduletur, aduersus autẽ externos sæuiat & uigilet: hęc est canis uirtⁱ⁹, & licèt esuriat, ex ouib. nõ gustare: & licèt i saturitate sit, lupis nõparcere. Talis ẽ et ira, siue qs mordeat, ab humanitate nõ recedere: siue quiescat, aduersus malas insurgere cogitationes. Et propriũ quidẽ et proximũ nõ derelinquere, sed agnoscere, alienum autẽ et adulando lędere. Adulatur frequẽ ter diabolus, ut canis. Aduertas qd alienus est: ita nos quoq; uirtuti licèt tristitiã afferat blandiamur: E & à malitia, licèt oblectet auertamur: nec canib. peiores efficiamur, q licèt flagellentur, & angãtur, nõ recedunt: si uerò alienus eos etiã pascat, ita quoq; tamen infestãt. Est utilis ira quandoque, sed cũ ad uersus alienos latrat. Quid ẽ, Qui irascitur fratri suo sine causa? Est hoc, ne teipsum ulciscaris, neq; uidices. Si inimicũ uideas pereuntem, manum porrige: Matt. 5. c Nõ etiã hoc ira est, cũ propria fueris absolutus passione. Cepit Saulem Dauid, nec iratⁱ⁹ ẽ, nec hasta trãsfixit hostẽ captum, sed diabolũ ultus est. Moses cũ 1. R. 24. a alienũ quidem iniuriam inferentem uideret, occidit: cũ uerò proprium, non itidem, sed fratres qdẽ Exo. 2. b conciliabat, illos uerò nequaquã. Mansuetissimus Moses, ut scriptura testatur, uide q̃ solers erat: nos aũt non ita. Sed ubi quidẽ exhibere mansuetudinẽ Nũe. 12. a opus est, oibus feris sęuiores sumus, minimè, prout opus est, in nobis posita disponẽtes. Propterea qdẽ in nullũ meritũ uita nobis est impensa. Et in supellectilibus quidẽ, si qua alius aliter utatur, omnia pdita sunt: si sumpo gladio, ubi eo sit opⁱ⁹ uti & icide re, manu utatur, nihil proficiat: rursum ubi manu F sit utendũ, gladiũ adhibẽs, omnia pdiderit: Sic & medicus, ubi quidem sit incidendũ nõ incidens, incidens autem ubi non incidendũ, omnia corrũpit. Propterea rogo, re pro tempore utamur. Iræ siquidẽ tempus nullum, cùm nobis auxiliamur. Si uerò sit opus alios corrigere, tunc ea pstim oportet uti, ut alios eruamus. Non cernitis dęmonibus pssos, cùm à uexatione requieuerit quàm sint tristes, quã mœsti, quanta sint eorũ facies uerecundia plenæ, quomodo nec è contra respicere audeant? Inconueniẽtiam uide. Illi quidẽ de his quę patiũtur, erubescũt: nos autẽ de his quę gerimus, non confundimur. Illi quidẽ iniuriam patientes, uerecundiã sustinẽt, nos autẽ iniuriam inferentes, non erubescimus: licèt illorum casus nõ pudore sint digni, sed misericordia & fauore ac uenia, & multa admiratione, & inumeris laudibus, cùm taliter impugnantem sustinentes dęmonem omnia æquè ferent: at nostra uerè risu, uerecũdia, accusatione, castigatione, pœna, supmis malis, & gehenna, nec ulla sunt uenia digna. Vides quòd dęmone peius est peccatum? Et illi quidẽ ex his, quæ patiuntur, duplex lucrum lucrantur: unũ

G quidem quòd corriguntur,& modestius agũt:secũ dũ uerò,quòd proprioru hic dãtes peccatorũ pœnas,ad dominũ mũdi transeunt.Pro hoc enim frequenter locuti sumus,quòd hic pœnas luẽtes,cùm quę ferant,peccata multa deponere credẽdũ ẽ.At ex peccatis duplicia sunt mala,unũ quidẽ quòd offendimus:secũdũ uerò qđ peiores euadimus. Aduertite quęso,quod loquor.Nõ hoc solũ ex peccato detrimẽtũ ferim⁹,quòd peccamus: sed & aliud, quòd habitũ anima suscipit,sicut i corpore.Per exẽplũ quod dicitur,redderetur manifesti⁹. Sicut iquã febre correptus, nõ tantũ hanc passus est molestiã, quòd infirmatus est,uerũ & quod post morbũ iã erit imbecillior,licèt ad bonã ualetudinem ex longa redeat ægritudine.Sic qdem in peccato,licèt ualeamus,etiã multa indigemus fortitudine. Age mihi quẽpiã contumeliosum,licèt cõtumeliæ pœnas non dederit,& aliud tamẽ lugendũ est, quod eius anima reddita sit impudentior.Peccatorum.n.quoque,& crimine patrato & transacto,quoddã in anima nostra uenenũ reponitur. Non audis quosdam
H dicentes cũ bene ualeant:nondum aquã audeo bibere?Atqui conualuit quidẽ,sed morbus & hoc intulit detrimẽtũ.Et illi quidẽ malẽ patientes gratias agunt,nos autẽ rebus utẽtes prosperis,blasphemamus deum,& indignamur. Plures.n.in diuitiis & sanitate deprehenderis hoc facientes,quã in paupertate,malaq; ualetudine.Ingruit enim dæmo,q̃si uerè tortor acerrimus multa dicens,tanquã pædagogus quidã intendens lorum, finens nusquã diffundi. Siq uerò nec prorsus uigilãt,nec illi dãt pœnas, parum hoc curandũ,tanquã stulti,tanquam furentes,tanq̃ pueri pœnas nõ exigunt?nemo nanque tã sæuus qui eorum quę geruntur,imprudẽter pœnas unquam exigat.Multo peius itaq; presis dæmonio sumus,qui peccamus,dispositi:sed quoniã non spumamus,nec oculos cõtorquemus,nec man⁹. Vtinã hoc in corpore pateremur,& non in anima.Vis tibi monstrẽ animam spumãtem & immundã? Cogita irascentes & ebrios ex ira.Qua spuma non emittũt immũdiora uerba? Verè uelut fœtidam saliuã emanant.Et sicut illi præsentium norũt neminẽ,ita nec hi,obtenebrata eis mente,& oculis conuersis, non amicũ,non inimicũ,non uenerabilem, non contẽnendum,sed omnes similiter aspiciunt.Nõne uides eos tremẽtes,sicut & illos? At non humi sternũtur, sed eorum aia iacet humi,& palpitans cadit. Si nã que recta stetisset,nõ passa fuisset ea, quę passa ẽ.An non esse tibi uidentur aiæ prostratæ,& propria spoliatę solertia,quæ faciunt & dicunt ebrij ira?Est & alia furoris species difficilior.Qualis autẽ hæc? Cũ nec irã dimittere sustinent.sed propriũ malũ apud se nutriunt,mali memoriam quasi quendã tortorẽ. Ipsos enim primos occidit mali recordatio,ut omittã futura.Quantũ esse putas tormentum homini p̃ cordia percusso,quotidie qualiter inimicũ ulciscatur considerãti?Priorem semetipsum punit & castigat,intra seipsum tumẽs,aduersus se pugnãs & exardescens.Nã necesse semper est apud te ignem accensum esse.Et febrem intantum extẽdẽs nõ sinis desistere.Et illi putans mali quippiam inferre,temetipsum ipse consumis,flagrantem semper & uigentẽ ferens flammã,nec animam permittens requiescere, sed semper fœuiens,& in turbatione mentem habẽs & procella.Quid hoc grauius furore, semp esse tristem,& inflatũ,& semper ardere? Tales enim sunt K
mali memoriam seruantium animę,Cũ eum quem uolunt ulcisci,uiderint,statim cõsternati sunt:si uocem audierint,concidũt,tremunt.Si lecto recubẽt, innumeras sibi fingũt pœnas,suspendẽtes, suumq; torquentes inimicũ:ad hęc uerò, si bene se gerentẽ uiderint.O ultionẽ.Ergo peccatum ei dimitte, & à tormẽto temetipsum absolue. Quid manes semper supplicium sustinebis,ut illum semel punias & ulciscaris? Quid struis,teipsum ægritudine consumẽs? Quid iram aio tuo exolui uolentẽ cohibes?Nec ad Eph.4.f
uesperã usque maneat,inquit Paulus:tanquã n.tabes quędam & tinea,mentis nostræ radicem corrodit.Quam tuis uisceribus ferã includis? Satius est anguem uel uiperã in corde tuo latérequã iram & rancorem.Illa nanque nos repentè relinquunt,hæc aũt semper remanet,dentes infigens,infundens uenenũ,graues adducẽs cogitatiões. Ne me derideat, iquit,ne me contemnat.Homo miser & ærumnose, nõ uis à cõseruo derideri,sed à domino tuo pateris odio haberi:non uis à conseruo contemni,sed dominũ contemnis,& ab eo cõtemni nõ toleras?Deũ L
autẽ ægrè ferre non censẽs, quòd eũ derides,quòd eũ contemnis,ei nolẽs obtemperare? Quòd autem te nũc deridebit,inde manifestum est.Itaque si procedas quidẽ,multũ est risus,cõtemptus multũ pusilli siquidẽ opus est animi.Si uerò dimittas,admiratio multa,magni quippe fuerit hoc animi. Nescit inqt.Sciat deus,ut maius habeas meritũ:ait.n. Facite non ualentibus nobis retribuere. Et ita beneficiũ cõferimus in neq; sentientes se beneficiũ accipere,ne nobis laudẽ uel quodlibet retribuẽtes,nobis mercedem diminuant:cùm.n.ab hominibus nihil acceperimus,tũc à deo maiora recipiem⁹.Quid uerò risũ dignius. Quid aia semper irascente frigidius & euadere uolẽte?Muliebris hęc & puerilis electio. Sicut enim pueri & aduersus inanimata solẽt irasci, & nisi mater pulset pauimentũ,iram non sedãt, ita scilicet & hi,eos q iniuriam intulerunt,uolunt ulcisci.Igitur ipsi risu sunt digni. Ab ira nãq; teneri puerilis est sentẽtiæ,at uincere fortitudinis est.Non itaque deridebimur,cũ philosophabimur,sed illi. Nõ est contemptibilium hominũ ab ira non uinci.Cõ
temptibiliu autem est,ita timere risum extrinsecus, M
ut propterea capiantur, & proprio succũbãt uitio, & deũ offendant,seq; ulciscantur.Hæc uerè risu sũt digna,hęc fugiam⁹.Dicat,qđ infinitis nos afficiẽs iĩ
lis nihil ipse passus est. Et dicat,qđ etsi iterũ nobis conuiciaretur,non aliter uirtutem nostrã prædicaret,Nõ alia quęsisset uerba,si laudare nos uoluisset,quã hæc quæ dicit uituperare se putans. Vtinã oẽs hæc de me dicerent, quòd frigidus homo sum & ignauus.Omnes in eum cõtumelias iactant,ipse uerò patitur:omnes insultãt,at ipse non ulciscitur. Vtinam adderent: Neq; si uelit,potest, ut mihi laus sit à deo,& nõ ex hominibus.Dicat,qđ propter frigiditatem non ulciscitur.Nihil hoc nobis nocet,cũ deus nouerit,sed nostrũ in maiori custodia thesaurũ cõstituit.Sed uelimus ad eos respicere, omnibus excidemus.Non quid dicãt,sed quid nos docet,cõsideremus.Ne me derideant,inqt,& insultẽt aliqui. O dementiã.Nullus mihi,inquit, iniuriã faciẽs me derisit,hoc est euasi.Et ex hoc qdẽ derideri debes. Vnde hæc uerba,quę pudoris sũt & mortis irrepserunt,uitę cõuersationisq; nostræ subuersio?Cõtra-

A ria deo loqueris. Quod deo parẽ facit non ulcisci, hoc risum existimas?Nõ ppea digni sumus, q ridea mur,& à nobismetipsis,& à Gentilibus, cũ ita deo cõtradicamus? Volo qddã apud antiquos gestũ cõ memorare,non de ira,sed de pecuniis.Erat qdã locus thesaurũ habẽs absconditu,cũ hoc nescíret dominus, locum alienauit. Qui emerat,cũ pfoderet, ut agrum plantaret & excoleret,repositum inuenit thesaurum:cumq; uenisset ad uenditorem, ut thesaurum reciperet, cogebat:locũ.n.se dicebat emisse,non thesaurũ. Vicissim ille respuebat donũ, dicens:locũ uendidi,nec ullum in eum ius habeo. in quæstionem uenerunt,unus quidẽ dare uolens, alter uerò contendens ne reciperet.Et quendã cõuenientes uirũ disceptabãt,& postea dicebãt ei. Cui debet attribui thesaurus? Ille uerò sniam non protulit, dixit.n.se quæstionem soluturum & se possessorem futurũ.Cumq; sponte concessissent,innumera postmodum mala sustinuit: & qđ meritò illi abeo discessissẽt,ipa re didicit.Hoc & de ira fieri opor
B tet,& nos cõtẽderet,ne ulciscamur,& iniuriã operatos ut pœnas luant contendere: sed hæc fortè risus quidẽ esse uidentur. Cũ.n.amplius insania dominetur,modesti deridentur,& inter multos furentes non furens furere putatur.Propterea hortor respiscere,& nostri iuris fieri, ut ab hac pernicioſa peste mundati, cœlorum regno digni posimus à deo patre censeri, gratia & miserationibus unigeniti eius filii, cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor,nũc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DE IRA, ET LONGANIMITATE, ET *mansuetudine. Homilia.xxxi.*

Agnum uerè quiddã est,charissimi,genero
m sus & ingens animus. Et ppea promptitudi ne nobis est opus,ardore multo,animo ad mortem expositio : alioqui non licet nisi cruci confixum,regnũ assequi, ne nosmetipsos fallamus. Nã si pugnantes saluos esse non licet, deliciis & q̃stui uacantem,& abutentẽ, & torpentem in hac pugna
C magis oportet periclitari. An nõ esse putatis pugnã Ephe.6.b
oium pugnarum difficillimam ? Non est nobis,inquit,colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ. Nã & prandentibus,& ambulantibus, & nos lauantibus adest hostis,nec ullũ nouit indiciarũ tps, præterq̃ somni solũ : quinimo tunc quoq; frequenter impugnat, & immundas ingerens cogitationes, & ex somniis ipudentiores efficiẽs.Nõ uigilamus, nõ expergiscimur, non respicimus in potestatũ nobis oppositarũ multitudinem,non cogitamus qđ hoc ipsum est maximè infelicitatis nostræ. Tot.n.bellis obsessi,tãquã in pace delectamur.Credite mihi peiora sunt quæ nunc patimur his, quæ Paulus pessus est.Eũ illi lapidib.cædebãt:sed nũc accidit, ut uerbis lapidib. difficiliorib. feriamur. Quid igitur?oportet qđ ille fecit,etiã nos facere. Percutientes non odit,sed eorũ qui traxerant se, rursum ciuitatẽ intrauit,tales operatos iniurias beneficiis affecturus. Si tu quoq; pertuleris contumeliarũ authorem asperum,indignè de te meritũ, & tu lapidatus fueris:ne dicas.n.iniuriam nullam intuli. Quid.n. iniuriæ commisit Paulus ut lapidaretur ? Regnum annũciabat,abducebat ab errore,ad deũ ducebat. Hæc coronis digna sunt, hæc p̃dicatione, hæc inu
meris bonis,nõ lapidib.Veruntamẽ contraria pas- D
sus,contraria faciebat. Hæc.n.splendida uictoria. Act.14.e
Et traxerunt eũ,inquit, & te frequenter trahunt: tu &.21.f.
uerò ne irascaris, sed prædica uerbũ cũ mansuetudine.Affecit te cõtumelia,tace & benedic, si potes. Et p̃dicaueris quoq; uerbũ, humanitatẽ docueris, docueris mansuetudinẽ. Noui multos non ita uulneribus dolentes, sicut uerborũ percussione:illã q dem plagam corpus excipit,istã aia. Sed ne doleamus,imo uerò dolorẽ passi perferamus. Non uidetis pugnantes, q cũ in capite uulnerantur, dentes cõprimentes,ita quietè dolores sustinent?Nõ opus est stridere dentes, non opus mordere. Recordare domini tui,& statim memoriæ medicamẽtũ impo sueris.Recordare Pauli. Cogita qđ tu qui percutere,uicisti, ille uerò q pcussit uictus est : & tu p hoc oino sanatus es. Momentũ est:& totũ illico perfeci sti.Ne simul abducaris,neq; mouearis, & totum extinxeris.Magna consolatio pp Christum aliquid p peti.Non prędicas fidei uerbũ,sed philosophię uerbum prædicas.At,inquies,quãtò maiorem uiderit humanitatẽ,tanto magis urgebit. Igitur ppea do- E
les,quoniã mercedem tibi maiorẽ accumulat ? sed inutilis efficitur,inquies. Hoc est propriè consideratio pusillanimitatis.Et aliter.n.fit inutilis, etiã si ulciscaris.Si deus sciisset,qđ inutiles fiant iniusti,eò qđ ab eis ultio nõ sumatur:non hoc feciisset,sed dixisset,Teipsum ulciscere.Sed nouit,qđ aliter magis proficitur.Noli contrariam deo legẽ sancire, illi pare.Non es tu melior eo qui fecit nos.Ipse dixit, Cõtumeliã patiens æquè feras:tu dicis,cõtumeliã resero,ne fiam iutilis:tu maiorẽ igitur illius curam geris.Hæc uitii sunt,& procacitatis, & supbiæ uerba, quæ deo contraria sanciunt.Nam licèt etiã lędere-
tur,nónne parére oporteret? Cũ qđ deus iubet, ne nos contrariam feramus legẽ. Respõsio, inquit, Prou.15.a
succũbẽs auertit iras nõ aduersans.Si tibi prodest, & illi prodest:si uerò te debentẽ illum corrigere lædit,multò magis illũ.Medice cura teipsum. Maledi Luc.4.d
xit,tu benedic:conuiciatus est,tu lauda:insidiatus ẽ,tu bene merere:cõtraria ei retribue si modò prosus salutis eius prouidentiã geris, neq; iniuriã tuã uis ulciscí. At frequenter,inquis, lõganimitatẽ nactus F
peior factus est:hoc non pp te,sed pp ipsum. Vis discere,qualia passus est deus? Ipsius altaria suffoderunt,prophetas occiderunt,& oia ferebat. Num su Ro. 11.a
pernè fulmẽ emittere poterat?sed postq̃ prophetas misit,& eos occiderunt,tunc misit filium: cùm maiorem aggressi sint impietatem,maioribus eos prosecutus est beneficiis. Et tu cũ uideris exasperatũ, magis cede : maioris enim hic furor indiget remedij.Quantò grauiores infert contumelias, tãtò maioris indiget mansuetudinis.Et sicut febris cùm uehementer ingruerit,tunc eget cedẽte: sic & irascẽs. Bestiam,cũ maximè efferatur, tunc fugimus omnes:sic & irascentem. Hoc ne honorem esse censes, quoniam & bestiam honoramus & furentes, cũ declinamus?Nequaquã. Nota magis hæc est & contumelia:imò uerò neq; nota,neq; contumelia,sed misericordia & humanitas:Nõ cernis nautas, cùm uehemens uentus spirauerit,uela demittentes,ne submergatur nauigiũ?Equos, cũ in cãpum delati sessorẽ abripuerint,à sessore non retrahi, ne uires incassum exhauriat?Ignis ẽ ira, flãma est uelox, indigẽs materiæ.Igni fomitẽ ne p̃beas, & statim malum extinxeris.Nõ habet ex se fortitudiuem ira, nisi sit al

G ter qui nutriat eā. Nulla tibi est excusatio.Ille furore tenetur,& nescit quid agat:tu cōspiciēs eum, cū in eadē incideris:nec ex illo fueris correct⁹, quā ueniam sperabis? Si quem in conuiuio cōstitutus ab initio uideris ebriū & turpiter agentē, nōne multò magis post illū inebriat⁹ uenia fueris indignus? Itidē & hic,quam excusationē eē putamus, dicēdo.S. ego non cœpi:hoc contra nos est, quòd nec illum cōspicati,sumus correcti.Vt siquis dicet, Ego prius non interfeci:ppea nanq; puniri dignus es, quoniā nec exemplum intuitus temetipsum coercuisti. Si uideris uomentem ebrium,distrahi,dissipari,oculos habere distentos, immunditia mensam implere,oēs eum fugere, & postmodū in eadem incidas: num eris magis odiosus? Talis est & irascens, imò uerò uomentis uenas intendit,oculos inflāmat, distrahit intestina, uerba multò illis īmūdiora cibis eructat, indigesta loquitur oia,elaboratum nihil: non.n.ira permittit,sed sicut illic humorū immoderatio stomachum uexans, ut plurimū oia eiicit:
H itidem & hic immodicus feruor, animam uexās ea tegere,q̄ tacere bonū est,non permittit, Sed effabilia dicit,& ineffabilia,nō audientes,sed seipsum de decorans.Sicut igitur à uomētibus fugimus, sic & ab irascentibus,puluerē eorū iniiciamus uomito. Quid agētes?tacētes,canes uocem⁹,ut ipsa deuorēt uomita.Noui, qđ audiētes nauseā patimini:sed cū hæc fieri uidetis,hoc uolo uos tunc pati, non autē sup facto delectari Cane sordidior est contumeliis gaudēs, q reuertitur ad uomitū suū. Nam si postq̄ semel euomuit,destitisset,non esset par illi: si uerò rursum eadem uomit, manifestū est qđ eadem comedit. Quid itaq; tali magis abominabile? Quid autē illo sordidius ore, qđ tales cibos mādducauit? Atqui hoc est opus naturę,illud uerò minimè:imò uerò & hoc p̄ter naturā, & illud.Quō?Non.n.scđm naturam est,temerè contumeliam inferre, sed præter naturam Nihil igitur ut homo loqtur, sed hæc quidem ut fera,hæc autē ut furens. Sicut enim corporum morbus est præter naturā, similiter & hoc.
I Et quoniām præter naturam est, si in eo moratur diu,paulatim moritur:in eo uerò non, quod iuxta naturam est,diu cōmorans non perit.Mallem cum hoie cœnum edente mensam cōmunicare, quā cū talia loquente. Non cernitis porcos stercus mandētes?sic & isti.Quid.n.fœtidius uerbis, quæ contumelios loquūtur?Studiū eis est nihil sanum eloq, mundū nihil,sed siquid turpe,siquid deforme,hoc tam facere q̄ dicere:& quod grauius est,alios se cōfundere putant,cū seipsos dedecore magis afficiāt. Quòd n.sibi dedecus inferant, inde manifestū est. Ne nanque mihi falsa dicētes proponas:sed sit quę piam publica meretrix,uel scenicus alter, & cū aliquo pugnā faciat,huic ille postmodū hęc proferat, & ille rursum filr:quis magis ex uerbis contumeliā passus est?Ille quidē audiuit quę habebat, hic autē quæ non habebat. Igitur illi quidem nil amplius actum ad confusionis sermonem, huic autem multa uerecundiæ accesio. Sed sint negotia quædam rursum occulta,& solus iniuriam inferens nouerit. Postea pridē tacēs cōtumeliā ostētet. Nā & ita maiorē hic passus fuerit contumeliā. Quō? malitiæ factus est pco, nō habētis cōscietiā, infidelis subiēs infamiā, & statim oēs uidebit accusantes. Si enim cędis cōscius esset, oia oportebat exhausisse,& hūc quidem tanqua nec humanitatis participem auer- K
santur,odio habet,ferā esse testantur sæuā & immitem:huic autem magis parcunt,quā illi. Non.n.tātùm odimus habentes uulnera, quàm ea releuare conantes & ostendere.Itidē & hic affecit contume
lia non illum solū, uerū & seipsum,& audientes, & Ephe.4.f
cōmunem hominum naturam: perculit auditorē nec ullo prosecutus est bono:ppea Paulus ait,Siqs sermo bonus ad ædificationē,ut det gratiā audiētibus.Laudatricem linguā habeamus, ut amabiles simus ac desiderabiles. Sed iam ad id malitiæ oia deuenerunt, ut quæ celare oportebat, in his multi glorientur.Quæ nanq; multi minantur, talia sunt. Non possum ferre linguā meę,inquit,uxoris,uerba anus ebriæ se deformantis, eorū qui per forum tra huntur.Ducis nihil his turpius uerbis,ignauius nihil,nihil mulicbri⁹, in lingua potētiā habere in cō uiciis iactandis altū sapere: sicut q cōducuntur in pōpis,sicut mimi,parasiti,& assentatores, porci potius q̄ hoies sunt,quicunq; super his gloriantur, cū
opus esset sub terra se obruere:cùm opus,inquam, L
siqs alius attestatus ista fuisset, fugere testimoniū, tanquam inimicum,neq; uiro dignum. Contumeliarum præco factus es,sed audientē malè nihil offendere poteris.Propterea uos hortor,ut cogitantes,quanta sit malitia,quòd in his gl̄iantur multi, reuigilemus,corrigamus ita furentes:hęc ex ciui tate cōciliabula tollamus, nobis linguā ornemus, & ab oi liberemus detractione:ut à peccatis purificati,supernā posimus allicere beneuolētiam, & diuina digni misericordia censeri,gratia & miseratio nib. ipsius unigeniti,cū quo patri, simul & sancto spiritui gloria,potestas & honor, nūc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DE ELEEMOSYNA ET MISERI-
cordia. Homilia.xxxij.

Pus est ubiq; fide, charissimi. Crucem.n.
o uitæ fontem esse dicunt,qđ mens haud facilè susceperit: attestantur etiā nunc deridentes Gentiles. At cogitationū infirmitatem supe
rās fides id facilè susc̄ipit & retinet. Vnde uerò de⁹ M
ita mundū dilexit?Ex nulla qđē alia re, sed ex charitate sola. Reuereamur eius itaq; charitatē,miserationis excessum erubescamus.Ipse nanq; nec unigenito pepercit pp nos, nos autē & pecuniis parcim⁹ contra nosipsos. Ipse & legitimum pro nobis filiū tradidit:nos uerò nec argentū pp eum contemnimus,sed neq; pp nos. Et qualiter hæc uenia fuerint digna? Verùm si hoiem pro nobis pericula & mortes passum uiderimus, oibus quidem pręponimus, & amicorū primis connumeramus, & ei nostra tradimus oia,& ipsius magis q̄ nostra dicim⁹ esse,nec ita dignā ei retributione nos erogare cēsemus:erga Christum uerò nec hanc gratitudinis mensurā obseruam⁹. Sed ille quidem pro nobis aiam posuit, & pretiosum sanguinē pp nos effudit, qui non eramus amici:nos autē neq; pecunias pp eū effundimus,sed eū despicimus nudū,& peregrinū pro nobis mortuū. Et quis nos à futura pœna liberabit? Nisi nanq; deus,neq; nos,sed nosipsos dānaremus. Nū ego cōtra nosipsos iniam tulimus, nō ergo gehennæ nosmetipsos igni dānauim⁹, eū qui pro nobis animā posuit,despicientes esurientē? Et quid di
co pecunias? Nōne si innumeras haberemus aias, oēs opurtuerat pro eo ponere? Atqui nec ita quicquā beneficio dignum fecissemus. Ipse nanq; prior benefaciens manifestā exhibet bonitatē. At q bene ficium accepit,quicquid retulerit,debitum reddit, non meritū confert:et maximè cùm ille q cepit,inimicis benefecerit:et q retribuit,in benefactorē data cōferat,et ipse rursum eis fruatur. At nos nec ista trahunt:sed oibus ingratiores sumus, seruis quidē et mulis,et equis,torques aureos circūponētes,dominum uerò nudū circumeuntem,et fores ex foribus mutantem, et semp in exitibus morantē,et manus porrigentē despicientes, frequenter autē et tor uo respicientes oculo, licèt et hoc ipsum pp nos patiatur.Libenter.n.esurit,ut tu pascaris:et nudus circumit,ut incorruptionis indumenti tibi p̄beat occasionem : sed nec ita uestrorū aliqd erogatis. Sed uestimentorū hæc qdem iacent tineis esca: hæc autem arcę sarcina,superfluaq; posidentib⁹ cura. Qui uerò ista,cæteraq; dedit oia, nudus errat.Sed in arcam ipsa non reponitis,sed ipsi uos circūamiciētes
B ornamini. Et qđ uobis ex his amplius?ut forensiū turba uos spectet? Et qđ hoc? Non.n.his amictum admirabuntur,sed eum q indigētibus largitur.Itaque si uis in admiratione haberi,alios potius induens,infinitos asseqris applausus.Tūc & ipse deus te cū hoibus laudabit:nunc autē laudabit quidē nemo,at oēs inuidebunt,corpus quidē cernentes ornatū,aiam uerò neglectam habentem. Hic & meritoriis mulierib⁹ est ornatus,at & pretiosiores apud eas frequenter,& pulchriores sunt uestes. Aiæ uerò ornatus penes eos est solos, q cum uirtute uiuunt. Hæc continuè dico,neq; dicere desinam, non tam pauperum, q̄ animarum curam gerens uestrarum. Illis.n. etsi non à uobis, alunde tamen erit aliqua consolatio. Et si nulla præbeatur consolatio, & fame cōsumantur,nō magna fuerit eis iactura. Quid
Lu.16.e. Lazaro nocuit pauptas,& fame tabescere? A gehena uerò uos eruet nemo, nisi à pauperib⁹ auxilium assequamini.Sed eadē diuiti dicemus, q continuò qdem torretur, nunquā autem consolationem nanciscitur. Sed ne accidat, ut qs hæc unquam audiat
C uerba,sed in Abrahæ sinum migremus. Sicut n.spina undecunq; capiatur,tenentem pungit:sic & secularia undecunq; detineas,amplectentē se, uel fouētem cōtristant.Spūalia uero nō eiusmodi,sed margaritæ cuidam similia sunt, unde si aduertas,oculos delectant.Exempli gratia, Fecit aliqs eleemosynam,nō tantū futurorū spe pascitur,uerū & p̄senti
bus bonis exultat,semper confidens,& oia cū multa faciens fiducia,malam superauit concupiscentiā. Et ante regnū iam hic fructum accepit,dum laudatur, dū admirabilis habetur ante cęteros oēs à propria conscientia. Et bonorum operum quodlibet est eiusmodi: sicut uicissim mala & hic ante gehennā conscientiam torquent.Et si futura post p̄tūm mēte conceperis,pauidus & tremēs,licēt nullo puniente apparebis:siue p̄sentia,multos habebis inimicos,& cū suspicione uiues,neq; poteris iniurię iā authores respicere,imò uerò nec immunes iniuriæ. Non.n.tantū ex eis capimus uoluptatis,quantū tristitiæ,cōscientia semper increpante, externis hominibus cōdemnantibus,irascente deo,gehenna nos absorbere parante, cogitationib⁹ nunquā reqescentibus.Graue siqdem,graue inquā, & onerosum est peccatū,& omni plumbo pōderosius. Qui igitur illud senserit, neq; nimium sursum aspicere poterit, licèt multū sit insensatus. Profectò sic & Achab,li- D
cèt esset admodū impi⁹, postq̄ hoc sensit, deorsum 3.R.21.g
inclinatus ambulabat contritus & angustiatus: & ppea saccū induerat,& lachrymarū effundebat fontes.Hoc si nos faciamus,& sicut ille, lugeamus:peccata,sicut Zacchæus,exuemus.Sicut.n.in corpori- Luc.19.b
bus,& in fistulis, nisi prius qs humorē influentem sistat & uulnus tergat, quotquot imposuerit medicamenta,mali fonte nō obstructo, incassum oia facit:itidē & nos,nisi manū auaritiæ cohibeamus,& hanc improbā distillationem corripiamus,licèt demus eleemosynā,nequicquā oia facimus.Curatum enim per se auaritia percurrens dissoluit,& extermi
nat,& peius q̄ prius afficit. Desinamus igitur rapere,& ita misericordiam impendamus. Sed si nos in p̄cipitia ferimur,quō poterimus respirare? Etenim siquis casurum supnè traheret, quod facit eleemosyna:alter autē infernè retraheret, nil erit amplius ex huiusmodi certamine,quàm hoiem distrahi. Ne hoc itaque patiamur,nēue premente nos deorsum E
auaritia,nobis eleemosyna relictis abeat:releuem⁹ nosipsos,& euolemus,ut per malorū fugam, & bonorum operationem consummati,bona consequamur æterna, gratia & benignitate domini nostri Iesu xpi,cum quo patri, simul & spiritui sancto gl̄ia, potestas & honor,maiestas & magnificentia, in secula seculorum, Amen.

QVOD ARS EST ELEEMOSY-
na,& omnium artium quæstuosissima. Homilia.xxxij.

Ia charissimi prius dicta resumamus & ho
e die, & ostendamus qualiter est ars oium artium quæstuosissima eleemosyna. Si.n.artis est proprium ad aliquā utilitatē peruenire,eleemosyna uerò nihil est utilius: clarum est profectò, quòd & ars,& oium est artium optima.Non.n.nobis conficit calceamenta, neq; uestimēta contexit, nec has luteas domos ædificat: uerū & æternā ministrat uitam, ex mortis manib⁹ eripit, & in utraq; uita claros exhibet,& mansiones ædificat in cœlis & æterna parat illa tabernacula.Hæc lampades no F
stras non sinit extingui, nec sordidis indutos uestibus in nuptiis uideri:sed lauat, & niue mundiores reddit.Si n ãq; fuerint p̄tā uestra ut coccinū,quasi nix dealbabūtur.Non sinit nos eò decidere, ubi di Esaie.1.e
ues ille:nec audire uerba tremēda, sed in Abrahę sinus deducit.Et artiū qdē secularium unaquæq; unū habet qđ accepit,meritū.Verbi gratia, Agricultura pascit, textoria uestit, imò uerò nec hoc ulla pōt à semetipsa nobis cōferre. Et si libet, agriculturā examinemus primā. Nā nisi cusoriam habuerit, à qua ligonem,& uomerem,falcem,securim, & alia plura mutuetur:& carpentariā, ut aratrum pangat,& iugū paret & plaustrū,ut spicas excutiat : & coriariā, ut & lorū faciat:& ædificatoriā,ut & antibus tauris stabulū ædificet, & serentibus agricolis domū: & succisoriā,ut ligna secentur: & pistoriā:post hæc oia nusquam apparebit. Similiter & textoria, cùm aliqd faciat,multas secū artes cōuocat,ut propositā secū expediāt : quòd si nō accesserint,& manum porrexerint,hęc quoq; silr ut illa remanebit inops. Et artiū quæq; alterius indiget artis. Cū aūt oporteat misereri,nihil aliud nobis opus est, sed sola uolūtas est necessaria.Qđ si dicas,qđ pecuniis opus est, & habitationib⁹,& uestimētis,& calceamētis:illa le

G ge Christi uerba, q̃ de uidua dixit: & ab anguſtia
Luc.21.a deſiſte, licèt ualde ſis paup, & medicãtib⁹ paupior,
ſi duo minuta contuleris, totũ expleſti. Et ſi des pa
nẽ, eum habens ſolũ, ad perfectionem artis ueniſti.
Hanc itaq; ſuſcipiamus artem & ſcientiam, & obea
mus. Melius.n.eſt hanc ſcire, q̃ eſſe regem, & diade
mate coronari. Non.n.eſt hæc ſola eius præcellen
tia, quòd aliarũ non indiget, uerùm & diuerſarum
rerum eſt expeditoria, & multarũ quidẽ & omni
genarum. Domos.n.ædificat in cœlis ſemp manſu
ras, & qui ſe cõſecuti fuerint, docet quemadmodũ
immortalẽ fugiant mortẽ: & tibi theſauros donat,
qui nunq̃ abſumuntur, ſed omne damnũ effugiũt,
tam à latronib. q̃ à uermibus & tempore. Siquis cir
ca frumentorum cõſeruationem hoc ſolùm te do
ciſſet: qd non reddidiſſes, ut inabſumptũ multos
annos poſſes conſeruare frumentũ? Ecce autẽ hæc
non in frumẽto tantùm, uerũ & in oĩbus docet, &
qũo parta, & aia & corpus indiminuta conſeruen
tur, oſtendit. Et quid opus eſt omnia particulatim
dicere artis huius merita? Hæc nanq; te docet, qũo
H poſsis deo ſimilis fieri, quod eſt oĩum ſumma bo
norum. Vides qũo non unum huius eſt opus, ſed
multa? non alterius indigens artis domos ędificat,
texit ueſtes, inabſumptos parat theſauros, facit ut
mors ſuperetur, diabolum cohibet, deo reddit ſi
miles. Quid igitur hac arte fuerit utilius? Nam aliæ
quidem cũ dictis, & cũ præſenti ſoluuntur uita, &
morbo laborãtibus artificibus nuſquã apparẽt, &
earũ opera durare non poſſunt, & laboris indigẽt,
& tpis multi, & aliorum mille: hæc autẽ cũ mũdus
præterierit maximè tunc apparet: cũ fuerimus mor
tui, maximè tunc coruſcat, & opera monſtrat à ſe
geſta, nec laboris indiget, nec alterius huiuſmo
di cuiuſpiam operationis: uerum & ægrotante te
fructum aſſert, & annis confecto, & ad futuram te
cum uitam emigrat, nec unquã te deſerit. Hæc & ſo
phiſtis & oratoribus te potentiorẽ efficit. Nam illi
quidem in ſitis præcellentes artibus multos habẽt
æmulos, hæc aũt pollẽtes infinitos habet pro ſe o
rantes. Et illi qdem hoium aſsiſtũt tribunalibus,
iniuriã patientib⁹ exhibentes patrociniũ, at & fre
I quenter iniuriã facientib⁹: hęc aũt xp̃i adſtat tribu
nali, non tantùm patrocinans, uerùm & ipſi perſua
dens iudici, ut reo patrociniũ pręſtet, & pro eo ſẽ
tentiam ferat: & licèt millies peccauerit, coronat, &
uictorem promulgat. ait.n. Date eleemoſynam, &
Luc. 11.f oĩa erunt munda. Et quid de futuris loquor? In p̃
ſenti uita ſi homines iterrogemus, quid malint, ſo
phiſtas eſſe magnos & oratores, an eleemoſynarios
& humanos? audies eos ſecundum eligẽtes: & meri
tò. Sublata nanq; dicendi facultate, uita nihil læde
tur. Nam & ante hãc multum ſtetit temporis. Sed ſi
miſericordiã auferas, oĩa tranſibunt & perierint. Et
ſicut mare non poteſt nauigari, portubus & ſtatio
nib⁹ obrutis: ita nec hæc uita conſtare, ſi miſericor
diam & ueniã tollas ac humanitatem. Quamobrẽ
non tantũ eam rationi deus mãdauit, uerũ & mul
tas ipſius partes iſperſit naturę tyrãnidi. Sic & filio
rũ patres miſerentur, ita matres, ita parentum geni
ti. Nec uerò tantũ in hominibus, uerũ in omnibus
brutis: ita fratrũ fratres, & conſanguinei, & neceſſa
rij, ſic hominis homo. Habemus.n. aliquid ad miſe
ricordiam inclinatũ, & à natura. Et propterea pro
patiẽtibus iniuriã indignamur, & iugulatos cernẽ
tes flectimur, & lugẽtes aliquos uidẽtes lachrymas K
impendimus. Quoniã.n. id uult deus præſtari, na
turam ad hoc multũ conferre mandauit, oſtẽdens
quòd hoc eſt ſibi ualde gratũ. Hęc itaq; cogitãtes,
& noſipſos, & filios, & neceſſarios, i eleemoſynę di
ſciplinã ducam⁹. Et hoc ſup oĩa diſcat homo quo
niam & hoc eſt homo. Magnũ.n. homo, & pretio
ſum uir miſericos. Itaque niſi hoc habeat, eũ deſijt
hõ. Hoc ſapientes p̃ſtat. Et qd admiraris, ſi hoc eſt
deus, & hoc homo? Ait.n. Eſtote miſericordes, ſicut Ibid.6.d
pater ueſter. Diſcamus itaque miſericordes eſſe om
nium cauſã, maximè quoniã & nos multæ indige
mus miſericordię, & neq; uiuere putemus p id tem
poris, quo non miſereamur. Eleemoſynã autem dico
ab auaritia purã: nã ſi ſuis contentus: & alijs nõ
impertiens, non eſt miſericors: aliena rapiens qũo
miſericors? Non eſt miſericors profectò, licét infini
ta largiatur. Nã ſi proprijs frui ſimp̃r, eſt inhuma
nitatis multò magis alios expilare. Si qui nullã pa
trarunt iniuriam, quòd non communicauerint, pu
niuntur: multò magis q rapiũt aliena. Ne hoc itaq;
dicas, quòd alius iniuriã paſſus eſt, & alius miſeri- L
cordiã accipit: hoc.n. graue eſt. Oportebat.n. iniu
riam patientem ip̃m eſſe, cui miſericordia præſtare
tur. Nunc autem alios uulnerans, quos nõ uulnera
ſti, curas, cũ illos opus ſanare prius fuiſſet, uel poti⁹
neque uulnerare. Humanus.n.eſt, nõ q uulnerat &
curat, ſed ab alijs pcuſſos fouẽs. Tuis igitur malis,
nõ alienis medere. Vel poti⁹ neq; uulneres, neq; pro
ſternas (hoc.n. ludẽtis ẽ) ſed proſtratos ſuſcita: nec
enim eadẽ miſericordiæ mẽſura põt auaritiæ ma
lum curari. Nã ſi obolũ uſurpaueris, nõ obolo ui
ciſsim opus eſt ad eleemoſynã, ut ex auaritia uuln⁹
tollas, ſed talẽto. Propterea fur cõuict⁹ quadruplũ
erogat. Furãte uerò peior rapiẽs. Sed ſi illũ pendere
quadruplum oportet eorum, q̃ furatus eſt: rapientẽ
opus eſt decuplum, & multiplũ exoluere. Et opta
bile ſic quoq; iniuriã delere poſſe. Nam neque tũc
eleemoſynæ fructũ accipiet. Propterea Zacchæus: Luc.19.b
Reddam, inq̃t, ſi quid aliquem defraudaui, quadru
plum: & dimidium bonorum meorũ dabo paupe
rib⁹. Quòd ſi in lege quadruplũ oportet dare, mul
tò magis in gratia: ſi furantẽ, multò magis rapiẽtẽ. M
Nã prẽter iacturã hic eſt & multũ contumeliæ. Ita
que ſi des & cẽtuplum, nõdum totum erogaueris.
Vides quòd nõ fruſtra dicebã, quòd ſi uel obolum
rapueris, & talentũ reddas, uix ita quoque reſarcis:
ſed ſi hoc faciens uix ſatisfeceris, ordinẽ cõuertens,
& rapta qdem integra ſubſtãtia, pauca quædã exol
uens, nec iiſdẽ q ſunt iniuria affecti, ſed alijs eorum
loco: quã habebis excuſationẽ? quã ueniã? quã ſa
lutis ſpem? Vis noſſe quantũ ita miſerens admittas
peccatum? audi ſcripturã dicentem: Sicut q occidit Ecc.34.d
filium corã patre, ita q offert ſacrificiũ ex pecunijs
pauperum. Hãc itaque cõminationem mẽte ſcribẽ
tes abeamus, hanc in parietibus, hanc in manibus,
hanc in cõſcientia, hãc ubique, ut uel hic timor in
noſtris uigens cordib⁹, manus noſtras à quotidia
nis cohibeat cędib⁹. Cęde nãque peior eſt rapina,
paulatim pauperẽ deuorãs: ut ab hac itaque mũde
mur ægritudine, hęc & in alterutrũ, & itra nos me
ditemur. Sic.n. ad miſericordiã erimus proniores.
Hęc itaque cogitãtes chariſsimi, reſpiciamus tandẽ
quãdoque, & reuigilem⁹. Iã.n. ipe cõfundor ampli⁹
diſſerẽs de eleemoſyna, eò quòd frequenter de hac

A materia uerba fecerim, & nihil dignũ effecerim ad
monitione. Nã factum quidẽ eſt aliqd melius, ſed
non tantũ, quantùm ipſe uolebam. Vos nanq; ſemi
nantes quidẽ uidemus, ſed nõ larga manu: propter
ea timeo, ne & parcè metatis. Quòd.n. parcè ſemina
mus, indagem⁹, ſi placet, utri ſint in ciuitate plures,
pauperes, an diuites: & qui neq; diuites, neq; paupe
res, ſed mediũ habentes locum? Verbi gratia, Deci
ma pars eſt diuitũ, & decima pauperũ nihil penitus
habẽtium, reliqui uerò mediocres ſunt: diuidam⁹
igitur in egenos ciuitatis multitudinẽ, & quantum
opprobrii ſit, uidebitis. Vehementer.n. diuites pau
ci, poſt eos uerò multi pauperes aũt his multò pau
ciores⁹. Veruntamen cũ tot ſint qui pauperes alere
poſsint: multi dormiunt eſurientes, non qd haben
tes eis facilè ſatisfacere nequeãt: ſed propter multã
eorum duritiam & inhumanitatẽ. Nã ſi diuites, &
q̃ ſunt ſequentis ſortis, panes & ueſtes indigentib⁹
impertirent, quinquaginta uel & centum uiris uix
unus ſorte cõtingeret. Et tamẽ in tãta ſubuenire ua
B lentium copia conſtitui quotidie cõqueruntur. Et
ut eorũ diſcas inhumanitatẽ, unius ultimorũ diui
tum, & non ualde locupletũ habens prouentũ ec
cleſia, quot p ſing̃los dies uiduis ſufficiat, quot uir
ginibus, cogita. Nã ad trium milium aſcẽdit nume
rum earũ catalogus, & præter has, quot carcerẽ ha
bitãtibus, quot in xenodochio laborantib⁹, ſanis,
& peregrinis, corpora habẽtibus mutilata, altari aſ
ſidẽtib⁹, & uictus, & ueſtitus cauſa ſimp̃r quotidie
accedentibus, & nihil ei de ſubſtantiis diminutum
eſt. Itaq; ſi decẽ dũtaxat uiri ſic erogare uoluiſſent,
nullus eſſet pauper: at inquntQuid debẽt filii no
ſtri excipere? Sors remanebat, & prouentus rurſum
maior fiebat, cũ theſaurizarentur eis in cœlo poſſeſ
ſiones. Sed nõ uultis ita ſaltẽ ex dimidio, ſiue ex ter
tia parte, ſiue ex quarta, ſiue ex decima. Per dei nan
que gratiã decẽ ciuitatũ pauperes noſtra poſſet ale
re ciuitas. Et ſi uultis, horũ aliquã faciamus ratio
nẽ: imò uerò neq; ratiocinatione opus eſt. Per ſe nã
que patet rei facilitas. Reſpicite igitur in ciuilia mi
niſteria, quantũ ſola domus impendere quandoq;
C nõ dubitauit, ſed nec ad minimũ impendiũ ſenſit:
qd ſi diuitum quiſq; uoluiſſet in pauperes erogare,
breui tpis momẽto cœlũ rapuiſſet. Quæ foret itaq;
uenia. Quæ excuſationis umbra? Cũ nec à quibus
oĩno ſeparari debemus hinc migrantes, hęc indigẽ
tibus cũ tanta cõmunicemus largitate, cum quãta
ſcenicis alij, & hæc cũ tantum ex his lucrari debea
mus? Oportebat.n. & ſi ſemper hic eſſemus, neq; ſic
pulchræ huic impenſæ parcere, cũ autẽ paulò poſt
hinc abducamur, & oĩbus abripiamur nudi: quam
habebimus defenſionem, nec ex prouentibus mi
niſtrantes eſurientibus & laborantibus? Nec.n. co
go te patrimonium diminuere, nõ quòd nolim, ſed
quoniã te ualde torpentem uideo. Non hoc itaque
iubeo, ſed ex fructib⁹ expẽde, nihilq; theſaurizes. Sa
tis eſt tibi, tanquã ex fonte prouẽtibus affluẽtes ha
bere pecunias. Participes fac paupes, & bonus ſis di
ſpẽſator eorum, q̃ à deo tibi data ſunt. Sed tributa,
inq̃t, aliqs, erogo: igitur proptetea negligis, quoniã
hic exigit nemo? Et illi quidem, licèt terra non ferat
accipienti cum neceſsitate, & extorquenti contra
dicere non audes: tam uerò miti, & tunc tãtum cũ
terra fructum tulerit petenti, ne uerbo quidẽ reſpõ
des. Et quis te ſuppliciis intolerabilib⁹ illis eripiet?
Non erit quiſquam. Si.n. quoniã illic non dantem D
oĩno ſequetur difficilis ultio, propterea circa eroga
tionẽ ſtudioſus es: cõſidera qd hic & difficilior, nõ
ligari, nec in carcerẽ coniici, ſed in ignẽ præcipitari
ſempiternum. Hæc igitur ante oĩa ſoluamus tribu
ta, oĩbus ex cauſis. Multa nanq; facilitas eſt, & ma
ior merces, & quæſtus amplior: & ingratos ſe præ
bentib⁹ peius ſuppliciũ. Nã pœna nos excipit finẽ
nõ habens. Si uero milites mihi dicas pro te Barba
ris repugnãtes, ſunt & hic caſtra pauperũ, & bellũ,
in quo pro te paupes pugnant. Cùm.n. ſtipendium
acceperint, orantes tibi deũ faciunt propitiũ: pro
pitiũ autẽ faciẽtes, pro Barbaris dæmonũ inſidias
repellunt: neq; ſinunt uehemẽter infeſtum eſſe mali
gnum, neq; ſemper irruere, ſed ipſius ſoluunt poten
tiam. Hos itaq; conſpiciens milites quotidie pro te
cũ diabolo precib. & orationibus pugnantes, à te
metipſo pulchrũ iſtud tributum exige, illorum ali
menta. Nã cũ ſit hic rex mitis, nõ dedit eos tibi qui
exigerẽt, ſed uult uolentẽ erogare: & ſiue paulatim
eroges, accipit: ſiue per multum tpis indigens, repo E
nas, non habentẽ non urget. Ne uerò longanimita
tẽ eius contẽnamus, ſed theſaurizemus nobis non
trã, ſed ſalutẽ: non mortẽ, ſed uitam: non pœnam &
ultionem, ſed honores & coronas. Nõ eſt hic dare
mercedẽ tranſmiſsiones eorũ q̃ pẽduntur. Non eſt
hic opus res in argentũ redigentes laborare. Si cõfe
ras, in cœlũ ea dominus ipſe tranſportat, ipſe tibi q̃
ſtuoſiorẽ reddit negotiationem. Nõ eſt hic neceſſe
depoſitorũ tranſportatorem inquirere. Tantũ ero
ga, & ſtatim aſcẽdunt, non ut alii milites alãtur, ſed
ut tibi multo cũ lucro maneant. Hic quidẽ quæcũ
que dederis, recipe nõ licet: illic uerò cũ multo rur Prou.19.c
ſum honore recipies, & maiora lucraberis, & ſpiri
tualiora lucra Hęc q̃ hic erogas, illic ſunt repetitio,
mutuũ, & fœnus, & debitũ. Nã chirographa tibi de⁹
fecit. Ait.n. Qui miſeretur inopis, fœnerat deo. Arra
bonẽ tibi dedit & uades, & hæc cũ deus ſit. Quem
arrabonẽ? Præſentis uitę ſenſibilia, ſpũalia futuro
rum primordia. Quid itaq; differs & torpes, cũ iam
tanta receperis, & tot expectes? Quæ nanq; accepi
ſti, ſunt iſta: Corpus tibi formauit, aiam ipſe intu F
lit, honorauit te ratione ſolum ex animalibus terre
nis: oĩum tibi uiſibilium uſum contulit, ſui præſti
tit ſcientiã, pro te tradidit filium, baptiſma tot ple
nũ bonis donauit, ſacram tibi dedit mẽſam, regnũ
promiſit, & arcana bona. Cũ igitur tot accepis, tot
itidẽ accepturus (iterum.n. idem referã) circa per
eũtes pecunias puſillanimiter agis. Et quã habebis
ueniã? Sed filios oĩno ſpectas, & propter hos retro
cedis: quin & illos tales doce quæſtus lucrari. Nã ſi
tibi foret argentũ mutuatum, & uſuras pariens, &
inſup debitor eſſet gratus: multò magis eligeres fi
lio pro auro relinq̃re, ut ei multi prouẽtus adeſſẽt,
neq; cogeretur circumire, & alios quęrere mutuum
accepturos. Et nunc hoc filiis da chirographum, &
deũ relinq̃ debitorẽ. Tu autẽ agros quidẽ non uen
dis & das filiis, ſed pmittis ut reddit⁹ maneat, & pe
cuniarũ ſuperabundantia maior eis hinc fiat. Hoc
aũt chirographũ oĩb⁹ agris & redditib⁹ locupleti⁹,
& tot afferẽs fruct⁹ relinq̃re uereris. Quãtæ uerò fo
ret hoc fatuitatis & demẽtię? & hæc cũ noueris. qd
ſi hoc eis relinq̃s, & ipſũ ipſe rurſũ accipiẽs frueris.
Talia nãq; ſunt ſpũalia, multã habẽt largitatẽ. Ne
mẽdicem⁹, nec ihumanè nos & crudeliter geram⁹,

G sed hanc pulchram exerceamus negotiationē: ut & nos ea recepta migremus, et nostris eam filiis relinquamus, et futura consequamur bona, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

QVOD OPORTET MVLTVM CIRCA *dei desiderium studium habere: & de eleemosyna.*

Homilia.xxxiiij.

Varum es ō hō pecuniarū dispensator, nō minus quàm q ecclesiæ bona dispensat. Si cut igitur ille potestatem nō habet, ea quæ propter pauperes à uobis erogātur, temerè, & ut casu uenit, dispergendi, quoniā in pauperū data sunt alimentum: ita neq; tu tua. Et si nanq; paternam excepisti hæreditatem, & ita posides quæcunq; tibi sunt, ita quoq; tamē dei sunt oia. Postea uerò tu qđ erogasti quidem, tali uis dispensari diligentia: deū uerò sua non censes maiori nos repetiturum uehementia, sed ea simplr passurum pereuntia? Non ita est, nequaquā. Hęc. n. propterea tibi concessit, ut dares illis escam in tempore opportuno, egenis, esurietibus, sicut tu cōseruo dispensanda dedisti, itidem & deus te uult hæc in congrua erogare. Propter ea quoq; cū auferre posset, ea dimisit: ut exhibendę uirtutis occasionē habeas, ut alterū alterius indigentem cōstituens, mutuam charitatē redderet seruentiorem: tu uerò cū acceperis, non tantū nō impendis, uerū & uerberas. Verū si nō dare crimē est, uerberare quā reportabit ueniam? Hoc autē mihi dicere uidetur, contumeliosos & auaros innuēs, et multā aduersus tales significās inuectionē. Cū. n. quos nutrire iussi sunt, præterq; quòd non nutriūt eos, ēt uerberent, digni forent accusari: mihi uero uidetur & hic deliciis uacantes insinuare. Nā & deliciis magna reposita est ultio: ait. n. Comedit & bibit cum ebriis: gastr. margiā significans. non. n ad hoc accepisti, ut in delicias absumeres, sed ut i eleemosynam eroges. Nūquid. n. tua posides? Res pauperum tibi sunt creditæ, siue ex laboribꝰ iustis, siue ex hæreditate paterna posideas. Nunquid. n. non potuit tibi deus hęc auferre? Verū hoc non facit, in potestate tua ponens liberā in pauperes liberalitatem. Tu uerò, quæso, considera qūo per oēs parabolas non suis congruè pecuniis utētes punit. Nec enim uirgines aliena rapuerant, sed propria non derūt. Neq; q talentum in terram defodit, iniustum usum sibi uendicauit, sed qa nō geminauit: nec esu rientē despicientes quòd aliena rapuerint puniuntur, sed quoniā sua nō disperserūt, sicut & hic seruꝰ. Audiamus itaq; quotquot uēturi indulgemꝰ, quot quot in opiparas cœnas expēdimus diuitias', nihil nobis pertinētes, sed indigētibꝰ debitas: nō. n. quoniā ex benignitate multa de tuis erogare iussus es, hæc ideo putes esse tua. Tibi mutuauit, ut laudabilis fieri possēs: ne tua igitur esse putes, ei sua pbens: nec. n si cui tu mutuasses, ut abiēs aliquas posset q stuū occasiones inuenire, illius pecunias esse diceres. Igitur & tibi deꝰ tradidit, ut cœlū lucrari possēs: ergo benignitatis excessum ne facias igratitudinis mareriā. Cogita quātis dignū uotis posse post baptisma uiā inuenire pctā lauantem, nisi dixisset, Da eleemosynā: quot dixissent, Vtinam posset fieri, ut pecuniæ darentur, & futuris malis absolueremur? Sed quoniā hoc posibile factū est, rursum redditi sunt supini. Sed erogo, inqs. Et qd hoc? Nōdum. n. tantū exoluisti, quātū q̄ duos obolos erogauit: immo uerò neq; dimidiū, nec minimā illius partē, sed plura in impēsas inutiles expendis, in conuiuia, & ebrietatē, & extremā prodigalitatē: nūc qdē uocās, nūc uerò uocantē sequēs: nūc qdē expendens, nūc autē alios cogens expēdere, ut & duplex tibi fiat ultio, ex hisq; q̄ ipse facis, & ex his ad quæ cæteros inducis. Et hoc. n. seruo uide uitio datū: ait. n. Come dit & bibit cū ebriis. Nō. n solos punit ebrios, uerùm & cū illis cōuersantes: & meritò: quoniā præter propriā perditionē & proximorum neglexere salutem. Deū uerò nihil sic exacerbat, q̄ ad proximū attinentia despicere. Et ppea demonstrare uolens indignationem, eū mediū diuidi iussit: & ideo charitatem suorum dixit esse discipulorum indicium, quoniā necesse prorsus est diligentē dilecti curā habere. Hanc itaq; uiā teneamus: hęc. n. est q̄ maximè reducit ad deum, quæ xp̄i facit imitatores, & quoad fieri potest, deo similes reddit. Intuere quoq; uirtutes has esse magis necessarias, q̄ secus hanc uiam cōmorantur, & libet, earum examinationem faciamus, & ex dei sṅia feramus iudiciū. Sint igitur duæ optimæ uiuendi uiæ: & earum quidem una bonū faciat obeuntem, altera uerò & proximum. Videamus utra probabilior, & ad uirtutis culmē nos magis perducit. Igitur ille quidē, q̄ sua duntaxat q̄rit, à Paulo mille accusationes accipiet: (Cū uerò Paulum dixero, xp̄m significauero) hic autē laudes & coronas. Hoc unde manifestū? audi qd huic quidē dicat, & qd illi. Nemo quod suum est quęrat, sed qđ proximi quisq;. Vides qualiter illud quidem eiecit, hoc autem introduxit? Et iterū. Vnusquisq; uestrū proximo placeat in bonum ad ædificationem. Tū subditur & ineffabilis laus cum admonitione: etenim xp̄s sibiipsi non placuit. ut autem & ex superabundanti hoc fieret, uideamus qđ quidem bonorum operum circa nos sistat, & qđ à nobis ad alios quoq; pertranseat. Ieiunare quidem, & humi cubare, & exercere uirginitatem, & temperanter agere, solis hæc obeuntibus, utilitatē afferunt: q̄ uerò proximis à nobis exhibētur, ut eleemosyna, doctrina, & charitas: hæc & nobsipsis, & proximis ad quos à nobis transeunt, prosunt. Et hic itaq; Paulū audi dicentē: Et si dedero oēm substantiā meā in cibos pauperū, & si tradidero corpus meū, ut ardeā: charitatem autem nō habeā, nihil mihi prodest. Per se splendidē pdicatam, si lubet, & ex tertio comprobemus. Et hic qdē ieiunet, & modestiā pferat, & martyrium præstet, & ardeat: alter uerò martyrium pp proximi differat ædificationē, nec solū differat, uerùm & absq; martyrio migret: uter erit postq̄ hinc transierit probabilior? Non nobis hic multis opus est uerbis, & ambagibꝰ longis. Adest n. beatus Paulus sṅiam ferens & dicens: Resolui, & esse cum xp̄o melius: remanere autem in carne, magis necessariū propter uos: & ad Christum transitui proximi prætēdit ædificationem. Hoc. n præcipuum est esse cū Christo, ipsius uoluntatem obire. Nihil uerò tā est uoluntas eius, q̄ quod proximo sit utile. Vis & quantam horum rationem referam? Petre si diligis me, inquit, pasce oues meas: & ter eū percontatus s, hoc amicitię signū esse testatꝰ est. Nec solis hoc dictū e sacerdotib. sed unicuiq; nostrū, cui uel pusillꝰ ē creditus grex. Ne nanq; quoniā pusillus est, contēnas: pater. n. meus, inqt, sibi cōplacuit in eis. Habet oūe

A unusquisq; nostrū, hanc ad congrua ducat pascua. Et cū uir è strato surrexerit, nil aliud quęrat, q̄ quo aliquid faciat aut dicat, unde totā faciat domū religiosiorem. Mulier uero sit qdem domus custos, sed ante curā hanc magis necessariam habeat solicitudinem, qūo cœlestia, tota domus operetur. Nam si in secularibus ante domesticorum prousionē publica obire munia studemus, ne propter exhibitā in his ingratitudinem uinciamur, & in forū trahamur, & innumeras patiamur ignominias: multò magis in spūalibus hoc agendum est, q̄ regis oium dei sunt, prius pṡoluenda, ne ueniamus ubi stridor dētium. Has qramus uirtutes, q̄ prēter salutem nostrā proximis quoque pluimum prodesse possint: tale Act.10.a qd est eleemosyna, tale oratio, quin potius & hæc ab alia fit potens & eleuatur: ait. n. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coràm deo: nec uero solùm oratio, uerū & ieiunium hinc neruos habet. Et si absq; eleemosyna ieiunes, nec bonum opus ieiunium censetur, sed crapulante, & ebrio peior est hmōi, & tanto peior, quātò deliciis crudelitas grauior. Et qd dico ieiunium? Et si nanq; continens degas, siue uirginitatē serues charitatem non habens, extra sponsi thalamum remanes. Et qd par uirginitati, q̄ nec in nouo testamēto propter excellentiā sub legis uenit necessitatem? Et tamen expellitur, si eleemosynā non habeat. Si uerò uirgines excluduntur, eo quod hanc cōgrua nō habuerint cū largitate, quis absq; ea ueniā assequi poterit? Nemo, sed hanc nō habentem oīno perire, necessariū est. Si. n. in secularibus sibi uiuit nemo, uerùm & artifex, & miles, & agricola, & mercator, ad communem & proximorū utilitatem oēs operā tur: multò magis in spiritualibus oportet hoc facere: hoc. n. est maximè uiuere. Qui nanq; sibi uiuit soli, & oēs negligit, superfluus est, & nec homo, nec generis nostri. at inquies, Quid igitur, meāne despiciam, inquirens aliena? Non est necessariū aliena q̄ rentem sua negligere. Qui. n. aliena curat, tristificat neminē, sed oium miseretur, pro uiribus prodest: neminem diripiet, opprimet neminē, nō furabitur, C non falsum dicet testimoniū, ab omni abstinebit malitia, oēm apprehendet uirtutē, pro inimicis orabit, & insidiantibus benefaciet, nec ulli cōuicium ingeret, neq; maledicet, licèt innumera ei mala dicā tur: quin & pṡentes labores maximorum nobis prę Gen.29.e miorum sunt ministri, & pericula coronas pariūt. Nam si Iob propter Rachelis desiderium, tanquam dies paucos septem annorū spacium putabat: multò magis beatus Paulus nihil oia ducebat, in deū desiderio semel accēsus, & pp xp̄m quem diligebat, oia sustinens. Studeamus igitur, quæso, nos quoq; xp̄m amare: nihil. n. aliud, inquit, xp̄s quærit à te, q̄ ut tu diligas eum ex toto corde, & facias mandata eius. Nam qui diligit deum, patet quòd & eius mādata festinat obire. Quum. n. quis erga quempiam generosè disposítus est, oia facere studet, ut dilectū in sui desiderium allicere possit. Et nos itaq; si legitimè dominum dilexerimus, ipsius quoq; mādata poterimus implere: nec eorum quicquam admittere, q̄ dilectum iritare possint: hoc est regnum cœlorum, hoc bonorum fruitio, hoc infinita continere bona dignū censeri, siqs legitimè, & quemadmodū oportet deum diligat: si per purā in eum charitatē, & in conseruos multam exhibeamus dilectionem: ait. n. His duobꝰ pceptis lex & prophetæ depēdent: D in hoc, Diliges dominū deum tuum ex toto corde Mat.22.a tuo, & proximum tuū sicut teipsum. Hæc est uirtutum summa, hoc fundamentum: cū dei nanq; charitate simul intrat & in proximū dilectio. Nā q deū diligit, fratrem non despiciet, nec pponet pecunias, sed multam pferet largitatem, eius memor, qui dixit: Quod feciſtis uni ex his minimis, mihi feciſtis. Ibid.25.d Et cogitans quòd p obsequium in c onseruū, ipse est q beneficia sibi uendicat: oīa multa cū promptitudine operabitur, & multam in largiendo eleemosynas liberalitatem exhibebit, nō ad apparentis respiciens ulitatē, sed ad eius q se in eum collatā sibi uendicaturum promisit magnitudinē. Ne simplr, q so, aiarum nostrarum pertranseamus emolumentum, nostrorū medicinam uulnerum. Hoc. n. medicamen, hoc maximè tantū nobis pstabit remediū, & tantùm aiarum nostrarū uulnera delebit, ut neque uestigium, neq; cicatrix relinquatur: qd in corporalibus fieri non potest uulneribus. Sed licèt infinita qs medicorū imponat remedia, cicatricē in corpore remanere necessariū est, & merito: corpus E enim est quod curatur. Hic uero quoniā est aia, cū propriam præ se tulerit gratitudinem, ualidā susciB pit in melius mutationem: & sic oia tolluntur ulcera, sicut uento puluis excitatus uehemēti. Et his omnibus exemplis plenæ sunt nobis scripturæ. Ita beatus Paulus ex psecutore factus est apls, & q priº eccl'iam uastabat, ipse factus est ipsius postea doctor. Vidisti summā mutationē? sic & latro infinitas opatus cædes, breui tpis momento paucis illis uerbis sic oia diluit peccata, ut audiret à domino: Hodie mecum eris in paradiso. Sic & publicanus, q pe- Luc.23.ff ctus percutiebat, & propria confitebatur crimina, Ibid.18.e descendit iustificatus super pharisæū: sed horū qsque qdem animi gratitudinē pstans, & priores confessus errores, ita ueniā assecutus est. Videamus aūt & huius uim mandati, & quantā potentiæ supabūdantiā habeat liberalis eleemosyna, ut lucrū ex ea nobis conflatū agnoscētes, eā prōptè transigamus. Nā fortè tanta est ipsius facultas, ut nō tantū pctā F detergat, uerū & ipsam effuget mortem. At inquies, Quis eleemosynā exhibēs, morte supior factus est? oēs. n. uidemus sub mortis imperio positos. Ne tumultueris amice, sed ipsis ex rebus disce, qūo eleemosynæ uirtus & huius superauit imperiū. Tabi- Actо.9.g tha qdam mulier fuit, q̄ Dorcas dicitur interpretata, hæc opus faciebat per singulos dies, ut eleemosynæ copiā colligeret: & uestiebat, inqt, uiduas, & aliud omne ministeriū eis impendebat. Factum est autem, ut ipsa infirmaretur & moreretur. Sed uide qūo beneficium assecutæ, & ab ea tectæ corpora, beneficium in tpe reddūt, circunstantes apl'm, ostēdebant (inquit) uestes, quas sibi fecerat dum uiueret Dorcas. Et altricē inquirebāt, & fortè spargebāt lachymas, & in misericordiā apl'm trahebāt. Quid beatus itaq; Petrus? Positis, inqt, genibus orauit, & conuersus ad corpus dixit: Tabitha surge. Illa uerò aperuit oculos suos, & uidēs Petrū resedit. Dans autē ei manū, suscitauit eā. Et cū uocasset sanctos, & uiduas, præstitit illā uiuentē. Vidisti uirtutē apli? uidisti quanta sit erga uiduas beneficij retributio & in pṡenti? quid. n. quæso tantū hæc uidua prębuit, quantum ei ipsæ retribuerunt? Vestimenta prębuit ipsis, & cibos: illę uerò eā ad uitā reduxerūt, & mor

Gtem uerterunt in fugã: uel potius nõ ipſę, ſed pp prę
ſtitam eis opem miſericors dominus. Vidiſti medi-
caminis uirtutẽ? hoc oẽs nobis comparemus: nec
enim pretioſum eſt, licèt tantã habeat potentiam,
ſed ualde uili uenale, nec multa opus habet impen
ſa. Nã eleemoſynæ magnitudo nõ in pecuniarum
Mar. 9.f. multitudine iudicatur, ſed in dantiũ promptitudi
Ibid.12.d ne. Et propterea q calicẽ aq̃ frigidæ dederit factus
eſt acceptabilis: & q̃ duo minuta erogauit: ut diſca
mus quòd ubiq; mẽtem dominus inquirit. Licet &
habentem pauca magnã exhibere largitatem, cùm
efficax fuerit promptitudo, & multa poſsidẽtẽ pau
ca habentibus inferiorem uideri pp mentis puſil-
lanimitatem. Effundamus igitur bona, q̃ſo, ſuper
hoies in neceſsitate poſitos, larga mẽte, ex his quæ
dominus nobis largit⁹ eſt, & ab ipſo data uiciſsim
ei reddamus, ut ita rurſum cum acceſsione noſtra
fiant. Eius.n.eſt tanta liberalitas, ut et ex his q̃ de-
dit accipiens, ſe priora non cenſeat accipe: ſed mul
ta cũ largitate nobis ea reddere polliceatur. Tan-
H tũ nos q̃ nobis attinent exhibere uelimus, & ea tan
quã dei cõmendantes manui, ita pauperib⁹ ea mi
niſtremus, ſcientes qd q̃ manus illa ſuſceperit, non
ipſa tantũ præbet, ſed datis multò plura nobis illa
rurſum facta largitur, propriã per oia p̃ferens libe-
ralitatem. Et qd̃ dico qd̃ ea multiplicãs illa manus
p̃bet? Non.n.ea ſolùm, uerùm & cum his regnũ do
nat cœlorũ, & p̃dicat, & coronat, & infinita largi-
tur bona, ſiqd ex rebus ab eo datis paruũ erogare
uelimus. Nunqd.n.graue quippiam, & oneroſum à
nobis inquirit? Neceſsitatẽ excedentia uult nos fa-
cere neceſsaria, & q̃ nequicquam & inutiliter repo-
ſita ſunt, hæc uult bene diſtribui, ut hic occaſione
ſumpta nos coronet: feſtinat.n.& properat, & oia
facit, ut nos his q̃ pollicitus eſt, dignos conſtituat.
Ne nos itaq; tot bonis priuemus. Nã ſi circa terram
laborantes horrea exhaurientes, terræ ſemina man
dant, & congregata diſpergunt, & hoc faciunt cum
uoluptate, ſe ampliorũ ſpe conſolantes: & hęc cùm
ſciant, qd̃ frequenter & aeris inæqualitas, & ſterili-
I tas terræ, & alii multi incurſus, uel locuſtarũ exerci
tus, uel rubiginis impetus ab expectatiõe decidere
facit, bonis tamẽ ſe paſcẽtes expectationib⁹, in hor
reis congregata terræ cõmittunt: multò magis nos
inaniter repoſita in cibos pauperũ diſpergere con-
gruũ eſt, ubi nunquã accidit aberrare, nec infortu-
Pſ. 111.b. niũ, qd̃ in terra fit, uereri: ait.n.Diſperſit dedit pau-
peribus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Breui
tpe diſtributionem fecit, & perenni æuo permanet
eius iuſtitia. Quid hoc unquã poſsit eſſe beatius?
Propterea cohortor, per eleemoſynã attrahamus iu
ſtitiam, ut & de nobis hoc dicatur: Diſperſit dedit
pauperibus. Poſtq̃ n.dixit, Diſperſit, ne putares qd̃
diſperſa periiſſent, ppea ſtatim intulit, Iuſtitia eius
manet in ſeculũ ſeculi. Ex illis, inquit, diſperſis in-
conſumpta manet iuſtitia, cum oibus pariter ſecu-
lis extenſa. Et cũ eleemoſyna, reliquarũ quoq; uir-
tutum multã geramus curam, & carnis uitia corri-
gamus, & ex noſtra relegemus aia concupiſcentiã
oẽm uitioſam, omnem malam cogitationem, irã,
indignationẽ, inuidiam: & aiæ ſpeciem per oia or-
nemus, ut pulchritudinem eius claram reddentes,
cœlorum alliciamus dominum. Vbi nanq; uiderit
aiæ pulchritudinem, ſtatim adeſt. Ipſe.n.dicit: Sup
Eſa.66.a quem reſpiciam, niſi ſuper mitem, & quietũ, & tre-
mentẽ ſermones meos? Vidiſti, quo nos oẽs docuit K
colores, quibus aiæ pulchritudinem lætam facere
poſsimus? Super mitem & quietum, inqt, & humi-
lem: deinde oium comparatiuum intulit, Et tremẽ
Pro 28.d tem ſermones meos, obedientiam per opera implẽ
tem. Quod & alibi dicit. Beatus homo q̃ ſemper eſt
pauidus. Nã ſi nos cùm ſeruum noſtrum mandata
noſtra ſtrenuiter implere uiderimus, & cum maio-
ri timore, maiorem erga deum beneuolentiam ex-
hibemus: multò magis bonus dominus propterea
dicebat: ſuper illum reſpiciam tremẽtem ſermones
meos. Igitur tremiſcamus, exhortor, & cum multo
timore ipſius impleamus mãdata: ipſius.n.ſermo
nes ſunt. Et cũ didicerimus, quæ placeant ei, & quę
ſuſcipiat, illa tractemus: & tales eſſe ſtudeamus, ut
quietam, mãſuetudinem, & humilitatem multam
exhibeamus, & oia ipſius cum reuerentia obeamus
p̃cepta, ut noſtræ mentis affectum ſuſcipiens, & no
ſtra delectatus obedientia, ſupra nos quoq; dignetur aſpicere. Et ſi nobis hoc contigerit, in oi erimus
ſecuritate. Reſpiciam.n.dicit, pro faciam prouiden L
tia dignum, manum porrigam, ſuſcipiam, in oibus
gratias meas cum largitate p̃gebebo. Hęc igitur oia
exerceamus, ut ſuper nos dominus reſpiciat, & hic
præſentem uitã ſine triſtitia, expedire poſsimus, &
futura conſequi bona, gratia & benignitate domi-
ni noſtri Ieſu xp̃i, cũ quo patri, ſimul & ſpiritu ſan
cto gloria, poteſtas & honor, nunc et ſemper, et in
ſecula ſeculorum, Amen.

DE ELEEMOSYNA ET MISE-ricordia. Homilia.xxxv.

Mabile ſanctorũ omne genus, chariſsimi, Coloſ.3.d
a proptereaq; Paulus dicebat: Induite uos er
go ſicut electi dei ſancti & dilecti uiſcera
miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ. Vides uerbi
uirtutem, & quo nos ſemper uult eſſe miſericordes?
Non.n.dixit, Miſeremini ſimp̃r, ſed induite uos: ut
ſicut ueſtimentum ſemper nobiſcum eſt, ſic et elee
moſyna. Nec ſimp̃r dixit, miſericordiam: ſed, uiſce-
ra miſericordiæ: ut naturalem imitemur amorem.
At nos contraria facimus, et ſiqs unum quidem pe M
tens obolum accedat, contumeliis et cõuiciis infe-
ctamur, ac impoſtorẽ uocamus. Non horres homo
et erubeſcis, impoſtorem pp panem uocans? Si ue-
rò talis et impoſturam facit, ppea cui miſericordia
tribuatur dignus eſt, quòd ita fame premitur, ut ta
lem ſubeat perſonã. Quin hoc et noſtræ crudelita-
tis eſt redargutio. Nam quoniã facilè dare nõ ſuſti-
nemus, innumeras cogũtur artes excogitare, ut in-
humanitatẽ noſtrã fallere poſsint, et emollire ſæui
tiam. Alioquin uerò ſi aurum quidẽ et argentum
peteret, ſuſpicionis poſſet habere rationẽ: ſed cũ ne
ceſſarij cauſa nutrimenti petat, qd̃ intẽpeſtiuè phi-
loſopharis, & ſuperſtuã cum diligentia ratione ſup
putas, ignauiã exprobrãs & torporem? Nã ſi forent
iſta dicenda, nõ aliis, ſed, nobiſipſis dicere cõgruũ
eſſet. Cùm igitur ad deum accedis peccatorum pe-
tens ueniam, horum reminiſcere uerborũ, & intelli
ges quòd ipſe hæc à deo iuſtius audies, q̃ pauper à
te. Nec tamen unquã hęc deus tibi uerba dixit, Ab-
ſcede. ſ.es.n.impoſtor: & in meam quidem iugiter
intrans eccleſiam, et leges meas audiens: at in foro
aurum et amicitiam, et concupiſcentiam, et oia ge-
neraliter meis præponens mandatis. Et nunc qui-
dem humilis es, ſed poſt orationem audax & cru-

A delis, & inhuman⁹. Abeas igitur hinc, nec amplius
accedas: hęc.n.& his plura digni ſum⁹ audire. Sed
tamẽ nunq̃ hmõi quicquã exprobrauit, ſed longa-
nimiter agit, & à ſeipſo oia præſtat, & plura q̃ peti-
mus, indulget. Hæc itaq; cogitãtes, indigentib⁹ inopiam ſoluamus, licèt impoſturam faciant, ne rem
tam ad uiuum reſecemus. Talis.n.& nos ſalutis in-
digemus, cùm uenia, cum clementia, cũ multa mi-
ſericordia. Non eſt.n.non noſtrum, licèt pro uirib⁹
diligenter inquirentium unquam ſaluari, ſed om-
nino puniri neceſſarium eſt, & perire. Ne ſimus ita-
que reliquorum amari iudices, ne nos quoque pœ-
nas acres repetamur: nam peccata omni uenia ma-
iora habemus. Itaq; magis illorũ miſereamur, q̃ nul
la uenia digna peccauerũt, ut & talẽ nobis miſeri-
cordiã p̃paremus. Nã quantũcunq; largiamur, nun
quã talem conferre poterimus humanitatem, qua-
li nos apud dei clementiam egemus. Itaq; quo non
abſurdum eſt, nos in tantis conſtitutos neceſsitati
B bus erga conſeruos noſtros ſeueram ponere ratio-
nem, & aduerſus noſipſos omnia facere? Non.n.tã
illum tuo mõſtrabis indignum beneficio, q̃ te dei
clementia. Qui nanque ſeuerus eſt in conſeruum
exactor, multò magis deũ hoc faciẽtẽ habebit. Ne
contra nos itaq; loquamur, ſed ſiue p ignauiã, ſiue
per torporem acceſſerint, nos p̃beamus. Nã & nos
multa per negligentiã peccamus, nec ſtatim à no-
bis deus pœnas exigit, ſed nobis pœnitentię tps tri
buit, per ſingulos nutriens dies, erudiens, docens,
oia ſubminiſtrans cętera ut & nos hãc ipſius imite
mur miſericordiã. Hãc itaq; crudelitatẽ ſoluamus,
eiiciamus feritatem, tanquã noſipſos magis q̃ alios
promerentes. His.n.argentum quidem erogamus,
& panẽ, et ueſtimentum, nobis autem ipſis magnã
præparamus gloriam, et quam ſermone non poſſu
mus exprimere: immortalia nanq; recipientes cor-
pora, cum xp̃o glorificamur et conregnamus. Hoc
autem quantum ſit, hinc ſciemus: immo uerò ne-
quaq̃ manifeſtè nunc ſcire poterimus. Vt autem ex
noſtris bonis eleuati, aliquã ſaltem paruã eius co-
C gitationem capiamus, quãoptimè potero, dictum
explicare conabor. Nam dic mihi, ſiqs te ſenio con
fectum, et uiuentẽ in paupertate ſubitò iuuenem ſe
facturum promiſiſſet, et in ip̃m ætatis florem redu
cturum, et ſuper oẽs præualidum, et ſpecioſum red
diturum eſſe, et regnum in mille daturũ annos, re-
gnum inquam, pacem firmiſsimam poſsidẽs: quid
pro hac promiſsione non eligeres tã facere, q̃ pati?
Ecce igitur xp̃s non hæc, ſed his multò maiora pro
mittit. Non.n.quantum eſt ſenectutis & iuuentute
medium, tantum eſt corruptionis & incorruptio-
nis interuallum: neq; quantum eſt regni & pauper-
tatis, tantũ eſt gloriæ præſentis & futuræ: ſed quan
tum ſomniorum & ueritatis, quinimmo nec adhuc
quicquã dixi. Nec.n.eſt ſermo q̃ poſsit differentiæ
magnitudinem exprimere, q̃ eſt inter futura & præ
ſentia: tpis uerò ratione neq; penitus cogitari diffe-
rentia poteſt. Qũo.n.præſentibus aliquis uitã com
paret ſine carentem? Pacis autem illius tantum eſt
medium ad pręſentem, quantum pacis & belli di-
ſcrimẽ: & incorruptionis, quãtò gleba lutea melior
munda margarita. Imò uerò quantũcunq; quiſpiã
dixerit, nihil par exprimere poterit. Nam & ſi ſolari
cõpono lumini futurorũ pulchritudinẽ corporũ,
ſiue ſplendidiſtimo fulgur: nõdum quicquam illa
claritate dignum dico. Propter hæc itaq; quæ pecu D
niæ, uel corpora non ſunt impendendæ? Imò uerò
quot animas exponere dignum nõ fuerit? Nunc ue
rò ſiquis te quidem in regiam deduxit, & ut omni-
bus pręſentibus regem alloquereris effecit, & illi te
reddidit commenſalem & conuiuã, omnium te di-
cis eſſe beatiſsimum. In cœlum autem aſcẽſurus, &
oium regi aſsiſtere, & perennem cum angelis habe
re ſplendorem, & illa frui ineffabili gloria: dubitas
an erogare pecunias oporteat, cùm opus eſſet, etiã
ſi uita fuiſſet exuenda, geſtire & exultare, & per uo-
luptatem efferri? Tu uerò quò magiſtratum quidẽ
acquiras, qui furtorũ tibi præbeat occaſiones (nõ
enim ego tale quid lucrum dixerim) etiam q̃ poſsi-
des, erogas, & aliena mutuatus, etiã ſi ſit opus, uxo
rem & liberos obnoxios conſtituere non torpes:
at regno cœlorum propoſito, principatu nullũ ha
benti ſucceſſorem, cũ deus præcipiat non terrę par
tem, & angulum, ſed totũ accipere cœlum, torpes
& hæſitas, & ſolis inhias pecunijs: & non cogitas,
cùm cœli partes nobis obiectę tam pulchrę ſint &
amœnæ, qualia ſint ſuperiora, & cœlum cœli? Sed E
quoniam corporis interim oculis hæc cernere non
licet, aſcẽdas mente, & ſup hoc cœlum cõſtitutus,
illud huic ſuperpoſitũ reſpice cœlum in altitudinẽ
immenſam, in lucem admirationẽ plenam, in ange
lorum cateruas, in archangelorũ gentes infinitas,
in alias incorporeas uirtutes. Et rurſum inde deſcẽ
dens imaginem noſtram reſume, & q̃ ſunt apud re-
gem terrenum, deſcribe, uiros. ſ. auro micãtes, & al-
borum iuga mulorum aureis inſignitorum orna-
mentis, & uehicula gemmis ornata, & niueum ſtra
tum, & bracteas uehicula circũſonantes, & dracо-
nes in ſericis ueſtib. effictos, & clypeos aureis um-
bonib⁹ coruſcãtes, & ex his lora p multas gẽmas à
ſuperioribus curuaturis extenta, & equos auro cõ-
ptos, & aurea frena: ſed cũ iam regẽ uiderimus, ni-
hil iam horũ aſpicimus. Ille nãq; nos ſolus in ſe cõ-
uertit, purpureaq; ueſtimẽta, & diadema, & ſoliũ, &
baltheus, & calceamenta, magnus oculorũ fulgor.
Cũ hęc igitur oia diligẽter collegeris, rurſum ad ſu
periora mentẽ tranſmitte, & illã diem tremendam
qua Chriſtus ueniet. Non.n.tũc mulorum iuga ui- F
debis, nõ aureos currus, neq; dracones & ſcuta, ſed
q̃ multo plena ſunt horrore, & tantum inferũt ſtu-
porẽ, ut & uirtutes ipſę cœleſtes cõſternendæ ſint:
ait.n. Virtutes cœlorum mouebũtur. Tunc.n.totũ Luc.21.c
quidem cœlum aperitur, & orbium illorum fores
reſerantur. Deſcendet autem unigenitus dei fili⁹, nõ
uiginti, neq; centum uiris ei miniſtrantibus, ſed mi
lium milibus angelorum, archãgelorũ, Cherubin,
Seraphin, & aliarum uirtutum: & oia erunt timore
& tremore plena, hiante terra, hominibus q̃ quan-
docunque fuerunt, ex quo factus fuit Adam ad diẽ
illã uſq;, de terra aſcendentibus, & oibus in aera ra
piendis, ipſo cum tanta apparente gloria, quòd &
Sol, & luna, & omne lumẽ abſcõdetur, ab illo ſplẽ
dore perluſtratum. Quis illã ſermo beatitudinẽ ex
primet, claritatem, & gloriam? Heu mihi anima,
etenim lachrymare nunc mihi ſuccurrit, & altùm
ſuſpirare, cogitanti quib⁹ bonis excidimus, qua ſu-
mus expulſi beatitudine: ſaltem quod meum eſt
interim dico, cùm nihil magnum operemur & ad-
mirabile. Nequis igitur mihi gehennam hic dicat.
Gehenna nanq; peius eſt omni hac excidere gloria,

G & innumeris peius est pœnis,illa sorte priuari:& tamẽ adhuc ꝑsentib⁹ inhiamus,neq; diaboli uersutiã cogitamus, q per parua magnis nos spoliat:& lutũ præbet,ut aurũ rapiat,imò magis ut auferat cœlũ. Et umbram ꝓtendit,ut ueritate nos extrudat, & in somnijs phantasias ostendit (hoc.n.sunt ꝓsentes diuitiæ)ut cùm illuxerit, oibus pauperiores exhibeat.Hæc itaq; cogitantes, tãdem dolum quãdoq; fugiamus,& ad futura transeamus. Nõ.n. licebit dicere, Ignorauimus ꝓsentis uitæ corruptibilitatẽ,rebus quotidie clamantibus tuba clarius præsentiũ uilitatẽ,risum, pudorem,pericula,ꝓcipitia.Quã igitur habebimus excusationẽ,periculosa quidem, & opprobrij plena multo sectantes studio:tuta uerò, nosq; reddentia glorioſos fugiẽtes, & nos pecuniarum tyrannidi totos tradentes?etenim omni tyrannide peior est horum seruitus,& id norunt, quotquot ab ea liberari meruerunt. Vt itaq; uos quoq; pulchram hãc discatis libertatẽ, diruptis uinculis ex laqueo prosilite,& non reponatur aurum uobis in domo. Sed qd innumeris est ꝓtiosius pecunijs?

H Eleemosyna,& humanitas pro auro.Nam hæc uobis apud deũ fiduciã prębet:illud uerò multũ cõtra nos effundit dedecus,& ueheme nter spirare facit aduersum nos diabolum. Quid igitur inimicũ tuũ armas,& reddis fortiorẽ? Arma dexterã tuã aduersus eũ : & totam domus pulchritudinem in animam introducas, & oẽs in mente diuitias repone. Aurũ uice loculi & domus cœlũ custodiat, & omnia nostra nos erogemus. Nos nãq; parietib⁹ multò meliores,& pauimẽto uenerabiliores. Quid igitur nosipsos deserentes, in illa studium omne cõsumimus,q migrantes habere non possumus,& frequenter nec hic manentes retinere, cũ ita locupletari liceat,ut nõ tantũ hic, uerùm & illic ditissimi uideamur? Qui nanq; loca,domus,& aurum in aĩa circũfert, ut ubicunq; uisus fuerit,cum his uidetur diuitijs.At inquies, Qũo potest hoc fieri? Potest & cum maiori facilitate.Nam si in cœlum ea transtuleris p pauperum manus,in aĩa tua reposueris oĩa:& licẽt iã mors ingruat, illis te nemo priuabit,sed trãsibis
Actor.9.g & illic locuples. Talem habebat & Tabitha thesaurum:ppea non domus eam prædicabat,neq; parietes,neq; lapides,neque columnæ,sed induta uidua rũ corpora,& manãtes lachrymę,& fugitiua mors, uitaq; refloreſcẽs. Talia nobis quoq; comparemus horrea,tales domus ædificemus. Et ita deũ habebimus cooperatorem, & ipsi eius cooperatores erimus.Ipse nãq; pauperes cùm nõ essent,produxit:tu uerò productos & factos,fame,& reliqs ærũnis tabescere nõ sinis,subeniens,corrigens, undiq; dei tẽplum habens:cui quid unquã æquale fuerit, & ad utilitatis,& ad dignitatis rationẽ? Si uerò nõ dũ apte didicisti,quali te decorauit ornamento,paupertatem subleuare iubens, illud intra te computa. Si tibi talem dedisset potestatem, ut labens cœlum sustinere posses,nõne id opus honorẽ te multo maiorẽ existimasses? En igitur,maiori te dignum fecit honore.Quod.n.cœlis est dignius, hoc tibi refouẽdum cõmisit:apud deum.n.uisibilium nihil hominẽ par.Nam & cœlum,& terram, & mare pp eum fecit, & in eo magis q̃ in cœlo delectatur inhabitãs: & tamen nos & hæc scientes nullam dei templorũ curam gerimus, aut prouidentiam, sed eos negle-
I ctum iri sinentes, nobis magnas & splendidas domos paramus. Et ideo cũctis priuati sumus bonis, K & ualde pauperib. pauperiores:quoniam has ornamus ædes,quas hinc migrantes asportare non possumus:& illas omittimus, quas nobiscũ possumus simul ducere. Dissoluta nãq; pauperũ corpora,omnino resurgent, & his productis,qui hęc imperauit deus, eos qui curam ipsorum gesserint,laudabit,& admirabiles reddet,quod eos iam casuros,nunc quidem præ fame, nunc uerò prę nuditate & gelu omnibus modis refocillarunt. Veruntamen & tot nobis laudibus propositis,adhuc cessamus, & ad hãc
Luc.9.f pulchram torpemus curam. Et Christus quidẽ nõ habet ubi caput suum reclinet, sed circũit peregrinus,& nudus,& esuriens:tu uerò suburbana, thermas,& porticus,innumerosq; paras thalamos incassum & frustra. At Christo nec exiguum communicas tectum, coruis autẽ & miluis fastigia exornas. Quid hac peius stupiditate? quid insania grauius? Insania siqdem hęc sunt extrema. Quin potius qcquid aliqs dixerit, dignum protulerit nihil. Veruntamen si uolumus, ægritudinem licẽt grauẽ,repellere possumus. Nec solùm fieri potest, sed & facilẽ: L nec facilẽ simpliciter, uerũ & multò facilẽ ab hac peste liberari,quàm à corporalibus morbis,quantò maior est & medicus. Eum igitur alliciamus, & ut adiuuet rogemus, & à nobisipsis debita conferamus, uoluntatẽ dico & promptitudinem. Nihil.n. aliud exiget:sed si hæc accipiat solũ, à seipso cũcta depromet.Impendamus itaq; nostra, ut & hic purã assequamur sanitatem, & ad futura perueniamus bõa, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cum quo patri simul et sancto spiritui gloria,imperium,honor,et adoratio nunc et semper,et in secula seculorum, Amen.

QVOD MAGNVM EST BONVM IN *nos peccantibus peccata dimittere, & de eleemosyna. Homilia. xxxvi.*

Icut diuitum liberi monilia circa collũ au
s rea gestant,nec unquã ea deponunt, sed tãquã nobilitatis insigne circunferunt:sic & eleemosynam charissimi nosipsos semper oportet induamus, ostẽdentes quòd misericordis patris sumus filij, q facit hũc Solẽ oriri sup bonos & malos. Sed non credunt infideles? Igitur per hęc credẽt, si nos hęc operemur, si uideant quòd oĩum misereamur,& illum inscriptũ habeamus ꝓceptorẽ, scient quòd illũ imitãtes hoc facimus. Eleemosyna,inq̃t, & fides uerè.Bene ait,uerè nõ ex rapina, non ex furto.Hoc.n. non est fides,non ueritas. Nam furãtem mentiri necessarium est, & pierare oportet:tu uerò non ita,sed cum eleemosyna fidem habeas. Circũdemur hoc ornamento,torquẽ collo faciamus aureum,eleemosynam dico,donec hic moramur: cũ enim hęc ætas trãsierit: non amplius hac utemur, Quo?non ibi sunt pauperes,non pecuniæ,non mẽdicitias. Donec sumus pueri, ne nos hoc exuamus monili. Sicut.n.circa pueros geritur, ut cùm uiri facti fuerint,hæc auferantur, & ad alium traducãtur ornatum:sic & circa nos. Non amplius p pecunias eleemosyna remanebit, sed altera quædam multò maior. Itaq; ne nos hac priuemus, curemus animã apparere speciosam. Magnum est & pulchrum, & pretiosum eleemosyna: donum est magnum, immo uerò magnum bonum: si pecunias contemnere discamus, alia quoque discemus. Hinc enim

intuere

A intuere quot bona pariantur. Dans eleemosynam,
Acto. 5.a sicut oportet dare,discit aspernari diuitias:q pecunias dicidit,aspnari,malorũ radicẽ excidit: itaque non minus accipit,quã præstat beneficium, nõ eõ solũ quòd debitum & retributio sit eleemosynæ ꝓposita,uerũ et quòd anima sapiẽs et alta fiat, et dines. Qui dat eleemosynã,discit non admirari pecunias,neque aurũ.Hoc autem instructa mente,maximum in cœlum ascendendi principiũ accepit,& in numeras contẽtionis, & litis, & inuidię,ac tristitiæ sustulit occasiones. Nostis.n nostis & uos, quòd oĩa propter pecunias, & infinita propter pecunias bella:qui autẽ has contemnere didicit,semetipsum in tranquillitate constituit, nõ amplius iacturã formidat,hoc enim docuit eleemosyna: non amplius res proximi cõcupiscit. Quomodo nanq; q sua dispergit,& largitur?Non ultra locupleti inuidet:quomodo nanq; cũ uelit pauper fieri?Sue purgat oculũ ani
Mat.25.a mę.Et hęc quidẽ in hoc seculo,quę uerò sunt in illo,nec dicere licet quanta cõsequetur bona.Nõ extrinsecus cum fatuis manebit uirginib⁹,sed cũ prudentibus ingredietur cũ sponso,ardentes habẽs lãpadas,& in uirginitate tabefactis, q nec illos quidẽ gustauit labores,erit melior. Tãta uis est eleemosynæ,cũ multa fiducia suos introducit alumnos :est enim cœli nota ianitoribus, spõsalis thalami fores obseruantib⁹:quin & uenerabilis,& quos sui culto
res agnouerit,cũ multa introducet libertate,& contradicet nemo,sed omnes cedent.Nã si deũ in terrã deduxit,& hominẽ fieri psuasit,multò magis in cœlum hominẽ poterit reducere: magna.n.est ipsius potẽtia. Si igitur ex misericordia & clementia deus
Ibidem. homo factus est,& ut seruus fieret,psuasum: multò magis seruos in ipsius inducet domũ. Hãc amem⁹, hanc diligamus,non uno die uel altero, sed ĩ omni tẽpore,ut nos agnoscat.Si ipsa nos agnouerit,& dominus agnoscet:si non agnouerit ipsã,ignorabit & domin⁹,& dicet:Nescio uos ait enim:Magna res homo,& ꝑciosa uir misericors. Hæc maior est gratia, quã mortuos resuscitare.Multò nanque maius est, quã in nomine Iesu mortuos suscitare, esurientem
C pascere Christum.Nam hic quidẽ tu de Christo bene mereris,illic autem ipse de te.At merces est in bene gerendo,non in bene patiendo:Hic. n.in signis inquã,ipse deo debes,in eleemosyna uerò deum habes debitorẽ.Est autem eleemosyna,cùm promptè præstatur cũ largitate: cum non dare, sed accipere te putaueris:cũ tãquam beneficiũ accipiens.& quę stum faciens,non autẽ iacturam, quoniã hoc neq; gratia:oportet enim alteri misericordiam impendẽ
tem gaudere,non indignari,Nã quomodo non absurdum, si soluens alterius tristitiã ipse tristeris?Nõ enim amplius eã esse finis eleemosynam. Nã si mœres quòd aliũ à mœrore liberaueris,extremæ ꝑfers crudelitatis & inhumanitatis significationẽ.Satius enim est nõ liberare,quã hoc modo liberare. Quid uerò tandẽ homo tristaris?Nunquid ne tibi minuatur aurũ?Si talem habes uoluntatem,nec oĩno desi nõ cõfidis quòd in cœlis tibi multiplicatur,ne ꝑbeas.Sed hic retributionẽ quęris? q̃re sinas eleemosynam esse,& non quęstũ. Multi quidem & hic receperunt,sed non hoc recepere modo, sed nõ ideo plus habituri nihil hic recipientibus.Sed quidã hotũ tanquã infirmiores,quoniam illic repositis non satis trahebãtur.Et sicut gulosi,insolentes,expertes

honestatis,& uẽtris serui,ad regale uocati cõuiuiũ, D nec congruã horam expectantes,paruulorũ infantum more suam corrũpunt lætitiam,preuenientes, & uiliorib.seipsos cibis saturantes : ita scilicet & hi mercedẽ hic exquirentes,& accipientes, futurã diminuunt.Et fœnerans quidem post multos annos sortẽ recipere concupiscis, cũ periculo neque sortẽ recipiẽdi, ut mora maius accipias fœnus:hic uerò statim repetis,& hęc cũ non hic semper,sed illic cõtinuè sis mansurus: nõ hic iudicari,sed illic pœnas subire debeas.Et siquis tibi qdẽ domos ubi manere nõ debeas parasset,magnũ existimares detrimẽtũ id factum:nunc autem hic uis locupletari, unde frequenter & ante uesperã es migraturus. Nescis qd in aliena regione moramur tanquã hospites & peregrini?Nescis quòd peregrinoru, est expelli,cũ nec expectauerint, neque sperauerint?quod & nos patimur:propterea quicquid cõparauerim⁹, hic dimit- 1.Pet.2.b
timus.Non enim permittit dominus migrantes ea simul auferre,siue domos ædificauerimus,siue coemerim⁹ agros,siue seruos,siue supellectilia, siue qd aliud huiusmodi.Nec tantũ non permittit abeũtes E quicquã asportare,sed neque tibi mercedem computat.Tibi nanque prędixit,quòd non ędificabis, nec ĩpendens aliena,sed tua. Quid igitur tua dimittens alienis operaris,& erogas,ut & laborẽ, & mercedẽ amittas,& extremã subeas ultionem?Ne quęso sic agas,sed postquã natura sumus peregrini,simus & uoluntate,ne pegrini fiam⁹ illic ignobiles & abiecti.Nam si ciues hic fieri uoluerimus,neque hic erimus,neq; illic:si uerò peregrini, sicut sumus permaneamus:& ita degam⁹, sicut peregrinos degere pares est,ciuiũ & hic & illic capiemus fiduciã.Iustus.n.& nihil habens,& hic,& ubique tanquam in suis conuersabitur,& in cœlum reuersus,sua uidebit æterna tabernacula.Et neque hic aliquid patietur infestum:nec enim eum quispiã exulem facere poterit, terram omnem patriam habentem:& suã recipiens patriam ueras uidebit diuitias. Vt igitur utraque lucremur, & præsentia,& futura,congruè substantiis utamur: sic enim erimus cœlorum ciues, & multã assequemur fiduciam. Quoniam ubi, quæso,utilis erit qui eleemosynã non facit? Ieiunas quotidiẽ?ue
F rùm & tunc uirgines illæ, sed nihil eis profuit.Ator as,et quid hoc? Absq; eleemosyna sterilis oratio, omnia immũda absque hac,omnia inutilia,maioruirtutis pars est amputata.Qui non diligit fratrem
Ioan.4.d suum,inquit,deũ non nouit:tu uerò quomodo diligis, neque parua hæc,& uilia uolens ei cõmunicare?Dic mihi,temperanter agis? Qua de causa? nõne quia pœnã timuisti? Nequaquã ex uirtute, sed à natura negotiũ obis.Quoniã si moderatè uiuis pœnam ueritus,& tantam sustines uiolentiam,tanquã tyrãnidem:multò magis eleemosynas facere fuerat opus.Non enim par est corporum uincere cõcupiscẽtiam,& pecuniarũ, sed maior illic est labor. Cur tãdem? quoniã uoluptas quidẽ naturalis est, & corpori nostro insita & ingenita,pecuniarũ autẽ cura nequaquã.hoc est id,quo deo possumus adęquari, miserari,& misericordiam exhibere.Cũ hoc itaque non habeamus,toto sumus priuati.nõ dixit,Si ieiunetis,similes eritis patri uestro:neq; dixit,Si supplices oraueritis,siles eritis patri uestro,neq;,Si uirginitatẽ illęsã seruaueritis,similes eritis patri uestro. Nihil enim horũ est circa deũ,nec horũ quicquam

G deus operatur.Sed qd?Estote misericordes, sicut & Luce.6.c pater uester qui in cœlis est.Hoc dei est op⁹. Hoc si non habeas,qd habes?Misericordiam uolo,inqt, & Ose.6.b non sacrificiū. Fecit cœlum deus,fecit terram,mare:magna hęc,& ipsius digna sapiētia.Sed horū nullo tantū humanam attraxit naturam, quantum misericordia & clementia.ait enim:Hoc quidē opus sapienrię & potentię,& bonitatis,multò magis autē quòd seruus factus est.Nōne magis in hoc eum admiramur?Non in hoc magis acceptamur? Nihil ita deum attrahit,sicut misericordia.Et multa de hoc passim omnes prophetę loquūtur. Misericordiā autem dico,non cum auaritia,non enim hæc est misericordia:nō enim spinæ radix unquā oleum parit, sed oliuę.Sicut nec auaritię radix misericordiā: nec iniustitię,neq; rapinę,neq; calumnię trades eleemosynā,nec eam facias ab omnibus accusari.Nā si propterea sapis ut miserearis,nihil hac peius eleemosyna. Cū.n.ex rapina nascatur,hoc eleemosyna nō ē: ſeuitia quædā est,& crudelitas,hoc est in deū contumelia.Si suorū deteriora. Cain offerens sic offendit,aliena offerens qūo non offendit? Oblatio non H aliud est quā sacrificium,non immūditia. Et sordidis quidem manibus orare non audes:sordem aūt & immunditiam offerens ex rapina nil mali censes? Ipsas manus sordibus & immūditia non finis impleri:sed prius purificatas,ita postmodū eas offers. Et talis sordes nullum habet peccatū,illa uerò accusatione digna,atque calumnia.Ne solū igitur hoc cōsiderem⁹,quomodo puras offeramus man⁹ orātes, uerū & ut quę offerūtur pura sint:quoniam hoc risus est,quemadmodū si quis tabulam ablutam immūdis munerib⁹ oneret:nōne subsannatio hoc est, & risus? Sint manus puræ.Nō eas tantū aqua abluamus,uerū & iustitia prius:hæc est manū expiatio. Si uerò sim⁹ iniustitia pleni,si millies etiā eas laues, Esai.1.d. nullū est emolumentum.ait enim ,Lauammi,mundi estote.Quid igitur,nunquid dixit, Ite ad fontes, Ibidem.c. ite ad balnea,uel flumina?Nihil horum. Sed quid? Auferte iniqtates uestras ab oculis meis, hoc ē mūdari,hoc est ab inqnamēto liberari, hæc ē uere mūditia.Nā illa quidē parū profuerit,hęc autem apud deum fiduciā nobis largitur.Et illā adulteri quoq; & fures,& homicidæ possunt habere, & molles, & dissoluti uiri,& fornicarij,& scortatores,& hi pśertū. I Hi nanq; sunt qui corporis munditiā omnium maximè curāt,iugiter olentes unguenta,sepulchrū abstergentes (sepulchrum enim eis corpus est) aiam intus habētes mortuam.Igitur huius quidē purita tis & illi possint esse participes,iterioris uerò nequaquam.Nihil magnū est,si corpus abluas : Iudaica ē ista purgatio,inutilis & expediens,cū interior desit. Sit aliquis habens putredinē,& ulcera corpus depascētia,circumlauet corp⁹, quis exitus? quod lucrū? Si uerò corporis tabem nihil lenire poterit,cum superficies exterior obruatur,& struatur, cùm in anima fuerit tabes,quid nobis proderit corporis puritas?Nihil.Puris est nobis op⁹ orationib.Orationes autē purę non esse possunt,cū fœda sit anima quæ parit eas.Nihil enim animam ita fœdā reddit, sicut auaritia atque rapina.Sed sunt quidā innumera per diem operati mala,qui circa uesperā se lauantes,ecclesiā ingrediuntur,cum multa manus extollentes fiducia,tanquam omnia per aquarum piscinam deposuerint.Si sic esset,magis foret emolumētū quotidie lauari : si sic esset,nec ipse balneā frequentare K morarer,si mundos redderent,& à peccatis absolueret.Risus ista sunt,& nugę,ludicra,& puerorū ioca. Nō auersatur deus corporis sordes,sed aiæ pollutiō nē:eum enim audi dicentem,Beati mundo:nunqd Mat.5.a corpore?Nequaquā:sed,corde mundi, quoniā ipsi deum uidebūt.Propheta uerò quid ait? Cor mūdū Psa.50.c crea in me deus.& iterum:Ablue à malitia cor tuū. Magnū est bonum in consuetudine bonorum esse. Hier.4.d Vide quomodo parua sint hęc, & inutilia.Et postq; anima consuetudine prœoccupata fuerit,non absce dit:neque priusquā ea peregerit,ad orationem accedere sustinet.Puta in consuetudine nos constituimus lauandi & orādi,nec illotum hoc facere datur. Ideo libenter non oramus,si non lotis hoc manib⁹ faciamus tanquā deum offensuri,& sub nequā constituti conscientia . Si parū hoc tātam uim habet, & omnino quotidie pficitur:si nos in eleemosynæ consuetudine constituissem⁹,& hoc decreuissemus semp implere,ne manibus uacuis unquā orationis domum ingrederemus,res iam perfecta fuisset. Cōsuetudiuis enim uis & in bonis,& in malis magna: L ipsa nos trahente,laboris iā nō indigebimus. Multi sunt in se signandi consuetudine confirmati,nec iā cōmonente opus habent: quin & mēte frequenter aliò uagāte, tanquā à quodam animato prœcepto re manus spōtè trahitur ad signum faciendū.In cō suetudine quidā se constituerunt ne iurent, & hoc neq; uolētes,nec iuiti patiētur. Igitur & in hac eleemosynę nosipsos consuetudine costituamus.Quot opus erat nobis laboribus,ut hoc iueniretur remediū? Dic enim mihi,nisi foret eleemosyuę subsidiū, cū multis criminib⁹ admissis,nos ultionis reos statuissemus,nonne multū doleremus? nonne diceremus,utinā,per pecunias à peccatis ablui liceret, & oia daremus? Vtinam pecuniis dei liceret iram expellere,neque rebus ullis parceremus. Nam si hoc ægritudine facimus,& in morte dicim⁹.Si mors redimi posset,ille oia sua dedisset,multò magis hoc. Et uide quanta sit dei misericordia,temporalem redimere mortē tibi nō cōcessit, sed cōcessit æternā mortem.Ne breuem,inquit, emas uitam hanc, sed uitam illam æternam:illam tibi uendo,non hanc, M non illudo tibi.Hanc & si ceperis, cepis nihil .Ego noui qd illa magna ē,sed nō ita caupones ,& secula res quæstus sectantes faciunt.Illis.enim si liceat iludere quibus uelint,pro magno parūm exhibēt:ip se uerò nō ita,nos autem ita.Dic mihi, Si ad aliquē profectus mercatorū duob⁹ propositis lapillis,hoc quidē falso,hoc autē precioso,et diuitiarum multum trahente,illius parui preciū deponens,magnū accipisses:nunquid illū incusasses?Nequaquam,sed potius fuisses admirat⁹.Itidē & nūc propositę sunt duæ uitæ,tēporalis,et ęterna:ipsas autem uenūdat deus.Sed hanc nobis,non illam uēdit.Qui insipiētum more puerorum tristamur,quòd pciosam acceperimus? Potest igitur, inquies,pecuniis uita redimi? Potest,si nostra,& non aliena erogemus:si non faciamus impostura. At inquies . Mea post rapinam sunt.Non tua,imò sunt illius:aliena sunt,licèt eorū millies sis dominus.Nec enim si depositū acceperis,tempore quo depositor pegrinatur,hęc tua sunt,licèt apud te iaceant.Si igitur quę à uolentib⁹, & gratias habentibus in depositum accepim⁹, nostra non sunt,nec illo tempore quo tenem⁹:multò magis hæc,quæ inuitis & nolentibus rapimus,proximi sunt : ille eorum est dominus, licèt millies ea retineas . Illa uero nostra est uirtus . Pecuniæ uerò ne nostræ quidem,nostræ sunt,nedum alienæ.Sed nunc quidem nostrum est, cras uerò non iam nostrum.Virtutis autem bona sunt nostra: non enim hæc sicut illa iacturam facit, sed omnibus tota præsens adest.Hanc itaq; posideamus, & contemnamus pecunias ; ut uera consequi bona possimus : quæ nos utinam omnes mereamur, gratia & misericordia domini, nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritu gloria , potestas,& honor,nunc & semper,& in secula seculorū, Amen.

A

DE ELEEMOSYNA ET misericordia, Homilia. XXXVII.

Ad Corinthios prima.

Vm hominē diligat dominus, charissimi,
B c multam prœceptis suis immiscuit lenitatē, ut non solùm ex præcepto uerū & ex propria mente multa faciamus. Poterat.n.nisi hoc uoluisset,præcepta magis intendere, & dicere:Qui nō semper ieiunat,puniatur:qui uirginitatē nō seruat, in eum animaduertatur:qui pśentia non exuit oia, supremam exoluat pœnam.Sed hoc non fecit tibi, si uelis,largitatem exhibendi præbens occasionē. Et ppea cū de uirginitate loqueretur,dicebat: Qui Mat.19.b potest capere capiat. Et ad diuitē hæc quidem præ cepit,hæc autē suæ potestati dimisit. Non.n dixit, Ibidem.c Vende quæ habes:sed,si uis pfectus esse,uēde. Nos autem non tantū non largitatem præferimus, neq; præcepta trāscendimus , uerū & à iustorū mensura multū difficimus.Et Paulus quidem esuriebat , ne impedimentū daret euangelio:nos uerò neq; reposita nobis tangere audemus , innumeras uidentes animas subuerti:dicimus.n.Rodat tinea,& non comedat pauper:absumat uermis,& nudus nō iduatur:oia tpe consumantur, & Christus nō pascatur,
C licèt esuriat.At inquies:Quis hoc dixit?Hoc est autem ideo ualde malum,qd non uerbis, sed operib. ista dicuntur.Minus.n.esset mali si diceretur in uerbis,quā dum agitur in factis . Nonne quotidie ista proclamat inhumana,& crudelis,& tyrānica uanitas captiuis suis ? Proponuntur & calumniatorib⁹, & latronibus,& insidiatoribus ad escā nostra,non autē esurientibus , neq; indigentibus alimentum. Nonne uos.n.facitis latrones? nónne uos inuidorum igni fomitē præbetis? nónne uos facitis fugiti uos & insidiatores,uelut escam uestras proponētes diuitias? Quis furor autē est iste?Furor.n.est, & manifesta dementia, uestibus quidē arcas parare , ad dei uerò factum imaginem & similitudinē , nudū & trementem præ gelu, uixq; stātem rectum negligere.At inqes : Simulat tremorem & infirmitatem. Nō times ne fulmē ab hoc uerbo cœlitus accēsum in te feratur?Disrumpor.n.ab indignatione , parcite. Tu quidem uentre tumens & pinguis, & ad profundam potum producens uesperam, & mollibus calescens stragulis,non te dignū dare pœnas cēses, cū tam iniquē dei muneribus utaris : (nec enim ut inebriemur est unum:nec ut crapulemur,esca fuit facta:nec ut uentrem disrumpamus,cibi) pauperē uerò miserū,nihilo melius mortuo dispositū exqsitas exigis ratiōes? Nec Christi times tribunal illud horrendū & terribile?Nam & si simulat,ex necessitate tuā simulat,& egestate,pp sęuitiam & inhumanitatem tuā,quę talibus personis supplicantibus ad misericordiā non flectitur.Quis.n.tam miser & crumnosus,ut nulla permente necessitate,pro solo pane uelit ita deturpari & plāgere, talemq; pœnam sustinere ? Igitur illius simulatio fertur inhumanitatis tuæ præco . Quoniā.n.supplicans & deprecans , & miserabilia fundens uerba,gemens & lachrymans, totum circumiens diem , neq; necessarium inuenie bat alimentū,fortè ad hanc artem excogitauit, nō sibi tantum, quātum tibi dedecoris & accusatiōis inferentem.Nam ille quidem misericordiā inuenire dignus est,quòd tātā deuenit necessitatem : nos autem innumeris digni suppliciis , quòd pauperes talia pati cogimus. Si nāq; de facili flecteremur,nū quam ille talia subire maluisset. Et quid dico nuditatem & tremorem?Hoc.n.horribilius dicā , quòd & liberos immaturam agentes ætatem quidā excę care sunt coacti, ut nostram penetrarent insensatā duriciem. Postq̄.n.uidentes, nudiq; circumeuntes, E nec ab ætate,nec ab ærumna crudeles flectere potuerunt, his tot malis aliam grauiorem adicere tragœdiā,ut famē soluerent,leuius esse putantes , hoc cōmuni lumine priuari, & splendore oībus concesso carere , quā cum fame cōtinuam habere pugnā, & miserrimam mortem sustinere . Quoniam enim paupertatis misereri non didicistis,sed gaudetis calamitatibus , uestram implēt improbam libidinē, & sibi & uobis gehennæ flammam acriorē accēdē tes.Et ut sciatis,quòd ppea talia fiunt, signum uobis dicam manifestū,cui nemo contradicere poterit.Sunt alii pauperes leues, & mēte sublimes,& ne scii famem pati,sed potius oia q̄ hanc sustinentes: hi uobis frequenter & habitibus, & uerbis miserabilibus occurrentes,postq̄ nihil profecerunt, omissis supplicationib. illis, prestigiatores iā nobis adduxerunt:hi quidē calceamentorū pelles elaboratorum mādentes , hi uerò capiti acutos circūfigentes clauos. Alii glacie cōcretis aquis nudo uētre ad hærentes, alii uerò his alia sustinentes absurdiora, F ut improbū statuant spectaculū. Tu uerò dum hęc fiunt,assistis ridens & admirans , & alienis insultās malis, dum cōmunis natura dedecoratur . Et quid his maius faciat sæuus dæmō?postmodū ut promptius hæc faciat, copiosius præbes argētū. Et orāti quidem,& deum uocanti, & accedenti cū humanitate,neq; respondere dignaris,neq; respicere . Quin & grauia illa loqueris uerba , cū iugiter ifestauerit: Hūc oportēt ne uiuere?an oīno respirere,uel Solem hūc cernere?In illos aūt & hilaris & liberalis,tāquā sis pmii propositor, & editor scurrilis , & satanicæ turpitudinis illius.Et ppea rationabilius hęc ponē tibus certamina,& nihil erogantibus , donec alios cruciari uideāt,hæc uerba dicerētur : Viuere decet hos?respiraréne penitus, uel Solē hūc cernere in cō munem peccantes naturā, in deū immittentes cōtumeliam? Cū.n.deus dicat:Da eleemosynā , & do tibi cœleste regnū ,nō audisti . Diabolo aūt caput Luc.11.f cōfixū clauis ostendēte , repētè factus es liberalis. &.12.d Et plus potuit flectere maligni dæmōis adinuētio tantū habens nocumentū , q̄ dei promissio , bona ferens innumera. Cū opus fuerit,si fuisset etiā erogandū aurum,ne talia fierent, aut fieri uiderentur, oia facere,aut pati,ut hęc multa tolleretur insania: uos autem ut fiant,& fieri spectentur , oia facitis &

G negotiamini. Adhuc igitur interrogas, quæso, quã ob rem gehẽna? Sed ne amplius hoc interroges, sed qũo sola una sit gehenna. Quot.n.hi pœnis digni sunt, qui sęuum hoc & immite conuocantes spectaculum, & ridentes in quibus opus erat lugere, tam illos quã nosipsos, imò uerò uos talia subire deformia compellũt? At inquies: Nõ cogo. Dic mihi, qũo non cogis, humilioribus quidem & plorãtibus, & deum protestantibus nec intẽdere sustinẽs, his aũt & largè præbens argentũ, & multos circunsistens admirantes? Absistemús ne, inquies, miserentes eorum? Tunc hoc imperas? Non hoc est, hõ, misereri, tantã pro paucis obolis pœnã exigere, iubere ut pp necessarium sẽ percutiat alimentum, & in multa capitis cutem secare tam amarè & miserabiliter. Bene dic, inquies: non.n.nos sumus capita configentes illa. Vtinam tu, nec esset malum tam graue. Qui nãque iugulat aliquem, iubẽte seipsum iugulare multò peiora facit: quod qdẽ & in his accidit. Acutiores .n.sustinent dolores, cũ ipsi quoq; ministri malorum fieri iubentur præceptorum huiusmodi. Et
Act. 11.d H hæc Antiochiæ, ubi primũ appellati sunt Christiani, ubi fuerũt oĩbus hominibus mitiores, ubi multus apud antiquos eleemosynæ fructꝰ uigebat. Nec enim tantũ præsentibus, uerũ & longinquis mittebant per magnũ interuallum, & hæc cũ fames expectaretur. Quid igitur, inqes, oportet facere? Hanc quidem feritatem supprimere, oĩbus autem egenis persuadere, quòd hæc quidem agentes, nihil accipient: manſuetè uerò petentes, multam inuenient liberalitatem. Et si hæc didicerint, licèt sint oĩum miserrimi, non amplius eligent cruciari. Ego uadimonium præsto: quin & gratias uobis habebunt, quòd ipsos à risu liberastis, & illo dolere. Nũc aũt pro aurigis qdẽ & liberos uestros traderetis, & pro saltatoribus ipsas proderetis aĩas: pro Christo aũt esuriente neq; minimã substantiæ partem erogatis, sed si parum argenti dederitis, tanquã totum exolueritis, ita uos geritis: nescientes quòd non dare, sed cũ copia dare, pſertim hoc est eleemosyna. Propterea q; propheta non dantes simplr prædicat & beatificat, sed copioſè præbentes. Nec enim simplr
I Pſ. 111.b. dixit, dedit: sed qũo? Disperſit, dedit paupib. Quid enim utilitatis, cùm tantùm abundãs dederis, quã tùm siquis ex mari cyathum hauserit, & neque generosum uiduæ mulieris animũ imitatus sis? Quo
Ibi.50.a uerò dices: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meã? Cũ scdm eius misericordiam ipse non misereris, fortè uerò neq; scdm paruam. Etenim multùm confundor, cùm multos uideo diuites equis cum frænis aureis insidentes, & post se trahentes seruos auro micantes, & lectos habentes argẽteos, & aliam maiorẽ iactantiam: & cũ pauperi dandum fuerit, pauperrimis pauperiores redditos. Sed frequẽs eorũ sermo habet, cõmune bonũ ecclesiæ. Et quid hoc ad te? Nec.n.si ego dedero, ſaluaberis ipse: neq; si ecclesia præbuerit, tu peccata tua deleueris. Nam si propterea non erogas, qd egenis ecclesia dare debeat: quoniã orant sacerdotes, tu nũquã orabis? Et quo niam alii ieiunant, iugiter ebrius eris? Nescis qd nõ tam pp pauperes eleemosynam deus, q̃ propter ipsos impendentes instituit? Sed sacerdotem habes suspectum, & grauissimum quidem & hoc peccatum, tamen nõ subtiliter exquiro. Omnia per teip- K sum perage, & ita duplicẽ lucraberis mercedem. Nã quæ nos de eleemosyna dicimus, non ut nobis offeras dicimus, sed ut ipse per teipm ministres. Mihi nanq; deferẽs fortaſsis, & inani gl'ia capieris; frequẽter aũt & scandalizatus recedes, eò qd mala suspiceris. Si uerò per uosmetipsos oĩa faciatis, & à scandalis absoluemini, & ab inepta suspiciõe, maiorq; uobis erit merces. Non itaq; uos huc cogens conferre pecunias, hæc dico: neq; pro sacerdotibus qb. detrahitis, zelum præferens. Nã si fuerat indignandũ & dolẽdũ, pro uobis oportebat dolere, q malè dicitis. Nam malè quidẽ audientibus incassum & sine causa maior erit merces: dicentibus autẽ, iudicium & ultio grauior. Non itaq; pp eos hæc dico, sed uestri curã gerens, & solicitudinem. Quid.n.mirũ, si
Act.6.c quidem in generatione nostra suspecti sunt, cùm inter sanctos illos angelorum imitatores, nihil prorium possidentes, apostolos dico, murmuratio fo ret in ministerio uiduarũ, qd despicerentur pauperes, cũ nemo quipiam suorũ proprium esse diceret, sed essent illis oĩa cõmunia? Ne has itaq; præ L tendamus purgationes, nec excusationem eẽ creda mus, qd ecclesia multa possideat. Cũ.n. ipsius substantię magnitudinẽ uideris, & pauperum in ea descriptorum greges cogita, ægrotorum cateruas, innumerorũ occasiones ministeriorum scrutare, in uestiga curioſè. Qui prohibeat nemo. Quin & rationẽ uobis reddere sumus parati: uerũ dilationẽ uolo. Cũ nanq; rationes dederimus, & nõ minorẽ esse prouentu demonstrauerimus impẽsam, quin & interdum maiorem: libenter à uobis illud interrogarẽ, cũ illo migrabimus, & Christũ audiemus
Matt.25.f dicentẽ: Esurietẽ me uidistis, & nõ pauistis: nudũ, & non induistis. Quid dicemus? quid uerò respõdebimus? Illũ & illũ in mediũ agemus q talia negligunt, an sacerdotũ quoſdã suspectos? Et quid hoc ad te? Nã ego tibi obiicio q̃ ipse peccasti: horũ autẽ purgatio, propria diluere crimina, non alios ostẽdere paria peccasse. Nam & ecclesia pp pusillanimitatem uestram ea cogitur habere, quæ nunc habet. Quippe si scdm apostolicas leges oĩa fierent, ipsius M prouentum esse mentem uestrã oportebat: quod penu eẽt tutissimũ, & incõsumptus thesaurus. Nũc autẽ quãdo uos thesaurizatis super terrã, & in uestris oĩa penibus recluditis: hæc autem impendere cogitur uiduarũ collegiis, uirginum choris, hoſpitum uisitationibus, peregrinantium ærumnis, cõpeditorum calamitatibus, malè ualentium necessitatibus, & mutilatorum, aliisq; talib. causis: quid agendũ est? Nunquid opus est hos hoies auerſari, totq; suffodere portus? Et quis occurrentibus sufficeret naufragiis, gemitibus, luctꝰ, & eiulatib. undiq; concurrentibus? Ne temerè igitur à casu loquamur: nunc.n. quod præueniens dixi, & rationes qdem uobis reddere parati sumus. Si uerò contrariũ quoq; foret, & perditos haberetis doctores, omniáq; diripientes, & auaros: nec ita defensio uestra foret illorũ nequitia. Clementissimus.n. & sapientissimus unigenitus dei filius, oĩa uidens, & sciens qd multos tpis longitudine, & tam magno terrarũ orbe sacerdotes accidit esse corruptos, ne subditorum torpor per illorum negligentiam augeatur, omnem tollẽs torporis excusationem: Super cathedram, inquit, Mosi sederunt scribæ & phariſæi: Matt.23.a
omnia

A omnia quæcunque uobis dicũt ut faciatis, facite: secundum autem opera eorum nolite facere. ostendens quòd licèt pręceptorem habeas malum, nihil hoc tibi obesse poterit, cùm dictis intendas. Nõ.n. ex his quæ sacerdos egit, sed quæ audita neglexisti, ex his tibi deus sententiam feret. Itaque si præcepta quidem facias, cum multa tunc adstabis fiducia: si uerò quæ dicuntur neglexeris, etiam si mille perditos ostenderis sacerdotes, nihil hoc tibi proderit. Quoniam & Iudas apostolus erat, uerũtamẽ nihil hoc pro sacrilegis & auaris unquam in defensionẽ proponetur. Nemo poterit accusatus dicere, quòd & apostolus fur erat, & sacrilegus, ac proditor: sed hoc ipsum nos maximè puniet, & condemnabit, quòd nec aliorum malis correcti sum⁹. Nam & pp hoc illa scripta sunt, ut eorũ æmulationẽ fugiam⁹. Quapropter illũ & illũ sinentes, nobisipsis, caueamus: nam quisq; nostrum pro se deo dabit rationẽ. Igitur ut rationem hanc cum bona reddamus purgatione, nostram instituamus uitam, & largam ege
B nis dexterã extendamus: scientes quòd hæc sola nobis est excusatio, si nosipsos ostendamus mandata peregisse, nulla uerò præteriisse. Et si hanc præferre poterimus, intolerabiles illos gehẽnę dolores effugiemus, & futura consequemur bona: quę nos utinam omnes assequamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, honor & imperiũ, cum sancto & uiuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE HVMILITATE ET QVIETE, *Homilia. XXXVIII.*

E altùm sapiamus ô homines, nec iflemur,
n cùm terra simus & cinis, fumus & umbra.

Dic nanque mihi, cur altùm sapis? Eleemosynam dedisti, & exhausisti pecunias. Et quid hoc, cogita, nisi te deus diuitem facere uoluisset? cogita pauperes, quinimo cogita quot & corpora tradiderunt, & postquàm tradiderunt se molestè gerentes, miseros millies censuerũt. Tu propter teipsum erogasti, Christus propter te: tu debitum rediisti, tiRom.11.c bi Christus non debebat. Futurorum incertitudinem respice, nec altùm sapias, sed time: ne superbia
C uirtutem diminuas. Vis uerè magnum aliquid operari? nunquam te suspiceris tanquã magnorum meritorũ. Sed es uirgo? Verùm & illę uirgines fuerunt: Humilitatis radix bono omniam. sed propter sæuitiam & inhumanitatem, nihil eis uirginitas profuit. Humilitati nihil æquale, hæc est bonorum mater & radix, altrix & occasio, simul & uinculum: hac semota, abominabiles & scelesti sumus, & immundi. Sit enim, quæso, mortuos aliquis suscitans, & sanãs claudos, & leprosos emundans cum insolẽtia, nihil hoc sceleratius, magis impium nihil, nihil prophanius, nihil esse te putes. Verbum habes & docendi gratiã, ne propterea putes te plus
Luc.7.g aliis aliquid habere. Propterea maximè debes humiliari, quòd pluribus donis præditus es. Cui nanque plus dimissum est, plus diliget. Igitur oportet & humiliari, quòd alios prætergressus in te deus inclinauit. Frequenter enim & hoc tibi perditionis causa fuerit, nisi uigilaueris. Quid altùm sapis, quoniam p uerba doces? sed hoc facile uerbis medicari. Doce me per uitam tuam, hęc est optima doctrina. Dicis quòd opus est modestiam sequi, & longũ sup hoc trahis sermonem, & inoffensè fluens, dicẽdi copiã ostentas. Sed te melior ille q per opera hoc me docet. Non.n. disciplinæ tam à uerbis, quàm à fa- D ctis aiæ solent intromitti. Quoniam si non habueris opera, nõ tantũ loquens non profuisti, sed & potius lesisti. Melius est tacere. Quare? quoniã op⁹ mihi reddis impossibile. Cogita nanque quòd si tu tã ta disserens non efficis, multò magis ego uenia dignus. Propterea propheta dicit: Peccatori aũt dixit Pſa.49.c deus, quare tu enarras iustitias meas? Maius .n. hoc damnum, cum aliqs bene uerbis docens p operã doctrinã impugnat. Hoc fuit multorũ in ecclesiis malorũ causa. Propterea parcite quæso, si uobis in hac indignatione sermo prolixior habetur, Multæ multi faciũt, ut in medio constituti, longã extẽdãe orationẽ: & si plausus qdẽ à multitudine consequãtur, hoc eis regno simile factũ est: si uerò cũ silẽtio sermonem finierint, silentij tristitia sit illis gehennæ molestior. Hoc ecclesias subuertit, quoniã neq; uos sermonẽ audire quæritis cõpunctiuum: sed qui delectare sono ualeat, & uerborũ cõpositione tãquã citharœdos & citharistas audientes. Et nos segniter & ærumnosè facientes, uestras sequimur cõcupiscẽtias, cũ sit opus eas excidere. Et idẽ fit, ac siqs pater E frigido, & plus debito molli filio, licèt egrotãti placentã offerat, & aquã frigidã, & quęcunq; duntaxat delectare solẽt, utilium uerò nullã gerat curã: postmodũ à medicis incusatus, se purget dicẽs: Quid faciã? nõ sustineo flẽtẽ puerũ cernere. Miser & infœlix, & proditor: nec.n. huiusmodi patrẽ dixeri: Et quanto melius est breui cõtristatũ semper incolumẽ reddere, quã momentaneã hanc lætitiã continuæ mœstitiæ materiã facere? Hæc & nos patimur, uerborũ fucos cõquærentes, & cõpositiones, & elegantẽ iunctũrã, ut delectemus, nõ prosimus. Consideramus quomodo uideamur admirabiles, non qũo mores componamus. Credite mihi, non aliter dico, dum mihi applauditur dicenti. Per ipsum quidẽ tẽpus, humanũ aliquid patior (cur enim non, siqs uerũ dixerit?) & gestio, & exulto. Postquã domũ ingressus, plausores nihil adiutos esse cogitauero: & si qd profecisse debebãt, per plausum & laudes amisisse, doleo, gemo, & lugeo: & tãquã oĩa temerè dixerim, sic afficior, & mihimetipsi dico, Quę mihi surdorũ utilitas, cũ auditores ex sermonib. nostris lucrari nihil F uelint? Et frequẽter legẽ ponere cogitaui, quæ plausus prohiberet, & cũ silentiio, cõgruaq; tranqllitate nos audire pſuaderet. Sed tolerate queſo, & obedite mihi: & si uidetur hanc sanciamus legẽ, iam audientium nemini licere cuiquã, interdicendũ applaudere: sed si uelit admirari, cũ silẽtio miretur, prohibet nemo. Omne uerò studium & prõptitudo ad dicta pstetur suscipiẽda. Quamobrẽ applausistis? De hoc legẽ profero. Vos autẽ nec audire toleratis. Hoc erit multorũ causa bonorũ, & philosophiæ doctrina. Exteriores quoq; philosophos audimus dicẽtes, & null⁹ unquã plausus eos seqtur. Et apostolis sermonẽ habentibus ad populum, nusquam hoc addiderunt, quòd illis dicẽtibus in medio dicentẽ plausibus auditores interrũperẽt. Magnum hoc nobis lucrũ, sed hoc sanciamus: Omnia cũ quiete audiam⁹ omnes, & dicamus. Nam si post plausus qdẽ abiremus, habẽtes quæ audiuimus, maximè qdẽ nec ita laus utilis foret: sed non admodũ iurassem, ne quis me fortè rusticiatis argueret. Sed q̃ndo nil amplius efficitur, nisi detrimentũ, soluamus uinculũ, tollamus exultationes, aiæ lasciuias excidam⁹. Christus Matt.5.a

G in mõte prędicauit,sed nemo qquam dixit,donec sermonẽ impleuit.Non priuo uolẽtes plausibus excipi,sed magis mirabiles reddo.Multò meli⁹ tacitè audientẽ per memoriam in omni tẽpore plaudere, & domi,& in foro,quã omnibus perditis domum inanem redire, plausuum non habentem materiã. Quomodo nanq; nõ deridẽdus auditor,& assentator magis & simulator putabitur? quod bene qdẽ dixit doctor pronunciãs. Quid uerò dixerit,demõstrare nõ sum idoneus?Hoc assentationis est.Nã citharœdos quidem audiẽs & tragœdos hoc iure paretur,utpote qui dictionẽ silter proferre nesciant. Vbi uerò non cantus est ostẽtatio, neq; uocis, sed sententiarũ & philosophiæ facultas, cuiq; dicere & enũciare facillimum est. Qũo non igitur accusatio ne dignũ est,si quis laudans,causam nequeat dicere,qua dicentẽ laudauit?Nihil ecclesiç tã congruũ, quã silentium & trãquillitas. Theatris conuenit tumultus,& balneis,& põpis,& foris:ubi uerò de talibus dogmatis doctrina,tranquillitas,& qes,& philosophia,& multa pax esse debet.Hæc pcor & supplico. Circumeo nanq; loca quęrẽs,qb⁹ uestris prodesse ualeam animis, nec hic paruus mihi modus esse uidetur, q non tantũ uobis proderit, uerũ neq; nos prẽcipitari permittet,neq; laudũ & gloriæ capi cupidine,neq; delectãtia dicere,sed quę prosũt:neq; circa compositiones,& uerborũ fucos,sed circa sententiarũ uirtutem omne temporis occupare momẽtum. Officinam intra pictoriã & ibi magnum inuenies silentiũ:sit igitur & hic.nam & hic regias pingimus imagines,nullam uerò priuatã per uirtutis colores. Quid mihi rursum i hoc applauditis?Nõ hoc est facile.Sed quid,nisi multa consuetudine cõparari possit?Stylus aũt nobis est ligua, artifex uerò spiritus sanctus.Dic mihi, nunqd ullus est i mysteriis tumult⁹?nunqd ulla turbatio? Cũ baptizamur, cũ alia cuncta facimus, nónne qete & silentio cuncta sunt ornata?Hoc in cœlo disseminatũ est ornamentum.Propter hoc & à gẽtilibus accusamur, tanquã ad ostentationem & ambitionẽ omnia faciẽtes. Ne igitur in meritis altũ sapiamus,ò homines sed cogitantes domini progenitores,omnẽ euacuemus tumorẽ.Sic enim & pharisæus publicano fast⁹ est posterior.Si uerò uis magnũ ostendere meritum, noli altũ sapere,& tunc hoc magis ostenderis. Ne te putes aliqd effecisse,& totum feceris.Nam cùm simus peccatores,hoc nos esse quod sumus cogitãtes, efficimur iusti,sicut & publicanus:quantò magis si cũ iusti simus,peccatores esse nos putem⁹?Nã si iustos ex peccatorib⁹ facit, humilia de se sentire, licèt hoc non humilitatis,sed sanũ sit iudiciũ.Si igitur i peccatoribus sanum tantũ potest iudiciũ, quantũ humilitas in iustis poterit,collige. Ne uelis itaq; labores corrũpere,neq; sudores succidas, nec in uacuũ curras,post innumera certamina totum euacuãs laborem:te nanque melius merita tua domin⁹nouit. Vel si calicẽ aquæ frigidę dederis, nec hoc despicit: siue obolum erogaueris, siue gemueris dũtaxat, oia cũ ingenti suscipit beneuolẽtia,& reminiscitur, et magnas eis reponit mercedes. Quam autẽ ob rẽ tua cõtinuè cõmemoras,et nobis in medium profers? Nescis quòd temetipsum laudaueris, non iã te deus laudabit?sicut è contra,si te miserũ uocaueris non desinet apud omnes te prædicare. Nec.n uult labores tuos diminui. Quid dico diminui? Oia nẽ-

I Ma.18.c.

Mar.9.f

pe facit et satagit, ut ex minimis te coronet, et circuit occasiones quęrẽs,qbus à gehenna possis liberari. Propterea si uel undecimã opereris horã diei, ĩtegram erogat mercedem:si uel unam salutis occasionẽ habeas,ait. Propter me facio,ne nomen meũ polluatur. Si uel gemueris tantũ, uel fleueris, hæc oia statim arripit ipse in tuæ salutis occasionẽ.Nolim⁹igitur extolli,sed & nos dicam⁹ inutiles, ut utiles efficiamur.Nam si te quidem dixeris probabilẽ, licèt probabilis existas,inutilis factus es:si uerò te nominaueris inutilẽ,fact⁹es utilis,licèt sis ĩprobandus:propterea meritorum obliuiſci necessariũ est. At inquies:Quomodo possum⁹ hęc nescire,quę scimus?Quid ais?cõtinuè dominum offendens lętaris & rides,et nescis quidem quòd peccasti,cũ obliuioni cuncta tradideris:meritorum uerò memoriã extrudere nõ potes,licèt res sit fortior met⁹.Nos autem cõtrarium facimus:nam quotidie quidẽ offendentes,nec animaduertimus:si uerò pauperi modicũ arguẽti dederimus,sursum et deorsum circũuoluimus: qd est extremę clemẽtię,et maxima colligẽtis iactura.Tutus enim meritorũ pen⁹, obliuio me ritorum,Et sicut cũ uestes et aurum in foro quidẽ exponimus,multos prouocamus insidiatores:si uerò domi reponamus,et celemus, in tuto reposueri mus oia:Ita profectò et merita,si iugiter mẽte gestemus dominũ iritamus,armamus inimicũ, ad furtũ uocamus:si uerò sciat ipsa nemo,sed quẽ scire solũ oportet,in tuto iacebũt.Itaq; noli iugiter circunferre,ne qs auferat ea:neq; quod pharisæus passus ẽ,& ipse patiaris,qui lingua circũferebat ipsa, unde diabolus ea rapuit,licèt eorum cum gratiarũ actione memoriã ageret,et deo totũ attribueret:sed nec hoc ei suffecit.Nõ.n.aliis exprobrare gratiarũ est actio, coràm multis gloriari, in puaricatos insurgere. Nã si deo gratias agis,id solum tibi satis sit,nec i homines inueharis,neque cõdemnes proximum.Vis gratiarum actionis rationẽ discere? tres audi pueros dicentes:Peccauimus,iniquitatem fecimus.Iust⁹es domine in omnibus quę fecisti nobis,quoniã in uero iudicio omnia iduxisti.Itaq; propria cõfiteri peccata,hoc est deo gratias agere confitentem. Qui se quidem infinitorum ostendit esse reum,nec à se dignã exigi pœnã:hic est qui maximè gratias agit. Cauea mus igitur aliquid de nobis dicere:hoc.n.et hominibus odiosos,et deo reddit abominabiles. Propte rea quantò maiora prętitimus,tãto minora de nobis dicamus:sic.n.gloriam assequamur maximã,et apud homines,et apud deũ,quinimo neque gloriã tantũ apud deum,uerùm et mercedem,et magnam retributionẽ. Ne mercedem itaq; reputes,ut capias mercedem:gratia consitere saluari,ut ipse tibi se debitorem confiteatur,nõ modò meritorum uerũ & talis gratitudinis.Nam cùm bene quidẽ gesserim⁹, benefactorũ duntaxat habemus debitorem: cũ uerò nihil nos meruisse putauerimus, ipsius quoq; dispositionis huiusmodi magis quam illorũ,ut æqui ualens sit hæc meritorũ.Si non igitur hoc adsit,nec illa magna uidebũtur.Nam & nos seruos habẽtes, maximè tunc eos acceptos habemus,cùm postquã omnia beneuolè ministrauerint,nihil magnũ fecisse se cẽsent.Itaq; si tu quoq; magna uis reddere merita tua,ea ne magna esse putes.& magna tũc erũt.Sic & Cẽturio dicebat:Nõ sum dignus ut intres sub tectum meũ:et propterea dignus factus ẽ,& admira-

Luc.5.b

Ma.3.c.et Marc.1.a

E Ez.36.b

L

M

Dani.9.b

Mat.8.d

A tioni super oẽs ludęos habitus.Sic & Paulus dicẽs: Non sum dignus uocari apostolus:& pp hoc oium primus factus.Itidem & Ioannes: Non sum dignus soluere corigiam calceamenti eius: & ideo amicus quoq; fuit sponsi.Et manũ quam esse calceamento dixit indignam, hanc super caput suum Christus attraxit.Sic & Petrus dicebat:Exi à me, quia peccator homo sum domine:& idcirco factus ẽ ecclesiæ fundamentũ.Nihil.n.deo tam gratum, quã cũ extremis peccatoribus semetipsum cõnumerare.Hoc est totius sapientiæ principium. Sic.n.humiliatus, & contritus,non inani gloria uentilabitur,non irascetur,non inuidebit proximo,nõ ullum aliud uitium admittet.Nec.n.contritam manum, licèt millies contendamus,in altitudinẽ tollere poterimus. Si igitur & animam itidem conteramus: licèt innumeri tumefacientes morbi eam extollant,neq; tantillum eleuari poterit.Nam siquis de rebus lugens secularibus oẽs animi depellit ægritudines: multò magis qui pro peccatis hoc facit,sapiẽtiam assequetur.At inquies, Quis ita poterit cor suum cõterere? Audi Dauid maximè per hoc illustratum, & ipsius animi contritionem intelliges.Post innumera siqdem merita,debens & patria,& domo, & ipsa excidere uita,secus ipsum calamitatis tps uilem & abiectum militem tpe suo cernens insultãtem, & conuiciantem:non tantũ conuicium tulit,sed & ex militibus quendã illum interficere uolentẽ prohibuit, dicens:Sinite,eum quoniã dominus mandauit illi. Et rursum sacerdotibus arcam cum eo circunferre petentibus,non assensus est:sed quid ait?In templo collocabo, & si liberauerit me præsentibus malis deus, uidebo decorẽ ei⁹:si uerò mihi dixerit,Nolui te:ecce ego,faciat mihi quod placitũ est in conspectu eius.Quòd aũt erga Saulẽ & semel,& bis,& sæpe factũ est,qualem philosophiæ non ostendit excessum?Etenim & antiquã legem trãscendit,& apostolicis factum est præceptis propinquum.Propter hoc oia diligebat à domino missa,non de his quæ fiebant, iudicans:sed unum solũ elaborans, ut in oibus obediret,& leges ab eo positas sequeretur:& post tot sua cernens merita tyrãnum, parricidã,sacrificidam,contumeliosum,furentem, pro se suũ habentẽ regnũ,nec ita scãdalizabatur: sed si deo hęc uidentur,inquit,me quidẽ pelli,& fugere, illum autẽ eẽ in honore, amo, & suscipio, & gratias habeo de innumeris ipsis malis. Non ut multi impudẽtes & temerarii,nec minimam meritorum eius partem assecuti, si quos in prosperitatib. positos uiderint, se uerò minimã sustinuisse tristitiã, innumeris suas perdunt animas blasphemiis.Sed non talis Dauid, sed oẽm exhubebat mansuetudinẽ. Propterea cępit deus:Inueni Dauid Iesse,uirũ secdm cor meũ. Talem & nos animam habeamus, & quicquid fuerimus passi, facilè feremus:& ante regnum hic humilitatis prouentũ colligemus.Ait.n. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Vt igitur & hic, & illic qẽ fruamur, magno cũ studio oium matrem uirtutum,humilitate dico,in aiabus nostris plantemus: sic.n. & hoc uitæ pelagus absq; fluctibus transire poterimus,& in tranquillum cœlestem illum nauigare portũ, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

1.Co.15.b

Ma.3.c.et Marc.1.a

Luc.5.b

C

2.Re.16.c

Ibid.15.f

2.Re.24.b.

2.Re.16.c et Act.13.d.

Ma.11.d.

Tomus quintus

DE HVMILITATE, ET QVOD PRAESENTIA QUASI NON SINT OPORTET CONTEMNERE.

D

Homilia.XXXIX.

Lemens dominus noster, charissimi, cùm nos præsentia despicientes uiderit, & hæc cum largitate præbet, & futura nobis seruat fruenda: & hoc & in pecuniis, & in gloria seculi præsentis, & in omnibus caducis rebus fieri cernere licet. Præsentes itaq; contẽnamus diuitias, ut ueras inuenire diuitias ualeamus. Inanem hanc despiciamus gloriam,ut illa uera fruamur & stabili. Præsentem derideamus tranquillitatem, ut ineffabilia illa consequamur bona. Nihil præsentia ducamus,ut ad futurorum posimus excitari desiderium. Nec enim præsentibus affixus,illorum unquam potest arcanorum bonorum admittere desiderium: tanquam lippitudine quadam corporeis oculis imposita, sic præsentium concupiscentia, rationem obtenebrante, nihilq; permittente congruum uidere.Neque rursus in contrarium circa illa desideriũ habens immota stabiliaq; bona, quãpiam horum corruptibilium, & priusquã appareãt tabescentium cõcupiscentiam capere prodest. Pio nanque erga deum desiderio uulneratus, & futurorum nactus cupiditatem, præsentium statum aliis cernit oculis:& nouit quòd est figura tota uita præsens,& fallacia,& à somniis nihil distat:& ppea beatus quoque Paulus dicebat scribens: Prẽterit enim figura mundi huius. ostendens qd humanorũ qdlibet in figura tantũ est, & uelut umbra,& somniũ prætereabitur, nihil habẽs uerũ, nihil stabile. Qũo non igitur puerilis sit mentis circa umbras attonitos esse, & in somniis altũ sapere, & in his tabescere, quæ paulò pòst transeunt? ait.n. Præterit figura mundi huius.Cùm igitur audieris quòd trãsit, qd amplius iam quæris? Cũ audieris quòd figura tantũ sunt oia humana,ueritate carentia: quare sponte deceptionem sustines, nec eorũ mutabilitatẽ cogitans & in stabilitatem, hæc qdẽ prætercurris: ad illa uerò desiderium non trãsfers in æternũ manẽtia,immota,stabilia, mutationem non admittẽtia. Nam ut doctoris gentium prudentiã discas, ipsum uide rursum alibi uolentem oium in præsenti uita felicium uilitatem ostẽdere, qua sit usus dictiõe: cũ dixit: Nã quæ uidentur, tparia sunt. Nam siue diutiarum dixeris copiã siue gloriam, siue claritatem, siue principatum, siue potestatẽ, siue regnũ ipsum,& diademate redimitum, & sublimẽ thronũ: omnia hæc quæ uidentur,tparia sunt, breui tpe pmanentiam præstantia, nec multum nobis fructũ exhibentia. Quæ nos itaq; uis inquirere, si oia sunt ad tps?Illa inquit,quæ non uidentur,non hæc quę cernuntur, sed illa quæ corporis non conspiciuntur oculis.Et quis hoc consilium præberet,ut uisibilibus prætermiss is,inquirantur inuisibilia? Ipsa nos,inquit,rerum natura doceat,qd hæc quidẽ licèt uideantur,breui tamẽ ẽterfluunt:illa uerò,quã nunc cernere nõ possumus,æterna tamẽ sunt, perennem habent statum, sinẽ ignorant, terminũ non admittunt,nesciũt mutationẽ,cũ stabilia sint & immota.Fortè iam & molestus eẽ uideor,quotidie frustra cohortans.Sed quid faciã? Multa malitiæ uastatio,magna pecuniarũ tyrãnis,magna uirtutis penuria. Propterea uel admonitiõis cõtinuatione morbum uincere uellẽ, & ad incolumitatem

E

F

2. Co.5.d

G huc congregatos reuocare. Nam ppea scripturarū
expositiones facere studemus, & iustorum in me-
dium uirtutem producimus, & eadē inculcare nō
desinimus, ut p oia uos ad sanctorū posimus imi
tationem inducere. Tandem igitur uel tardè pro-
prię salutis prouidentiā agamus, & tpe nobis ad ui
tæ prefinitionem concesso, cūuenienter utamur, &
dum adhuc tps est, ad pœnitētiam & peccatorum
correctionem festinemus, & pecuniarum supera-
bundantia ad nostram utamur animarū utilitatē,
& superflua pauperibus impēdamus. Quam.n.ob
causam, quęso, permittis aurum & argentū à rubigi
nē consumi, cū opus sit in pauperum uētres exhau
riri, ut in tuto reponens cellario, in tpe opportuno
cū maximè præsentis uitæ subsidio egebis auxiliū
inde nanciscaris: & hic abs te nutriti per illum diē
fiduciæ tibi portas aperiant, teq; suscipiant in æter
na tabernacula? Sed neq; uestes à tineis absumi si-
namus, & i arcis sine fructu marcescere, cū tot sint
indigentes, & nudi circumeuntes: sed tineis nudū
H ambulantem Christū præferamus, & pp nos salu-
temq; nostram nudum circumire sustinentem in-
duamus, ut ipsum induere meriti, iudicij audiam⁹
Mat.25.d die: Nudus erā, & operuistis me. Nunquid.n.grauia
sunt præcepta, nunquid prægrandia? Pereuntia, in
quit, marcescentia, quæq; incassum & sine usu cōsu
muntur, hæc utiliter dispensare studeas, ut & ex læ
sione damnū effugias, & de eis maximū tibi lucrū
accumules. Multæ siquidē est, & excedētis inhuma
nitatis, post tantā spiritualiū delectationem, arcis,
& parietibus includere superflua: neq; sustinere co-
gnatorum egestatem consolari, sed eligere potius à
tineis & ęrugine consumi, & latronū manib. obno
xia esse, & pro eis pœnas luere, quā hæc congruè di
spensantes, pro his retributione reportare. Verū &
cū nos humiliauerimus, à dignitate nostra ne nos
decidere putemus. Tunc.n. magis exaltamur meri-
tò, maximæ tunc admirationi licet esse. Quod.n.
altus humilis sit, humilis autē altus, sufficit quidē
& hoc asserens Christi sententia: ueruntamem & ip
I sam rē indagemus. Quid est humiliari? nōne uitu-
perari? nō accusari? calumniam pati? Exaltari uerò,
honorari, laudari, glorificari? Videamus igitur hoc
Esa.14.d quō fiat. Angel⁹ erat satanas, semetipsum exaltauit.
Quid ergo? nōne plus oibus humiliatus est? nōne
locum habet terram? nōne ab oībus accusatur &
arguitur? Homo cū esset Paulus, semetipsum humi-
liauit. Quid ergo? non admirabilis habetur? nōne
cōmendatur? nō laudatur? nō est xpi amicus? nōne
maiora q̄ Christus fecit? nōne diabolo frequenter
imperauit tanquā seruo? nonne tanquā lictorem
circunducebat? nonne deridebat eum? nonne illu
debat? nōne cōtritum eius caput sub pedibus suis
habebat? nōne hoc & aliis multū fidēs precabatur?
Quid dico? Extulerat se Absalon, se Dauid humilia
uerat, uter exaltatus ē? Quis gloriosus factus? Quid
enim his uerbis humili⁹, q̄ de Semei beatus hic pro
2.Re.16. pheta protulit, dicens: Sinite eū maledicere, domi-
b. nus.n. præcepit illi? At & in ipsis, si libet, factis ex-
aminemus. Humiliauit se publicanus, licēt nec hu
miliatis factū id erat, sed iustē quodāmodo se diiu
Luc.18.c dicauit. Exaltauit semeipm pharisæus, Quid ergo?
Examinemus & facta. Sint duo diuites utriq; & ho
nore multo prediti, & in sapientia, potētiaq;, & aliis
secularibus excellentiis altum sapientes: posto mo-
dum ille quidē & ab oībus honores quærat, & nō K
accipiēs irascatur, & plus q̄ oportet exigat, & semet-
ipsum exaltet: hic autē hmōi contemnat, in nemi-
nem pp hoc indignetur, & datum repellat honorē.
Nonne hic priori longè sublimior? Gloriam enim
aliter assequi non licet, nisi gloriā fugiendo. Nam
donec quidem eā sectemur, nos fugit: cū autem eā
fugimus, nos ipsa sequitur. Si uis esse glorioſus, noli
gloriam concupiscere. Si uis esse sublimis, ne te su-
blimem facias. Et alioqui quidē honores non quæ
rentem oēs honorant, ambientē uerò aspernātur.
Solet enim humanum genus esse quodammodo
contentiosum, & peruicax. Gloriam itaq; contem-
namus: sic.n. humiles esse poterimus, uel potius al
ti. Noli temetipsum extollere, & ab aliis extolleris.
Qui semetipsum extollit, ab altero non extollitur.
Qui p semetipsum humiliatur, ab aliis nō humilia
tur. Magnū est elationis malū: stultū esse meli⁹ est, q̄
insolentē. Illic.n. stultia tantū est, mētisq; tarditas:
hic autem stultitia peior est, & fatuitas cum furore.
Stultus sibimetipsi malum est, elatus & aliis pestis, L
ex amentia hoc uitium nascitur. Non potest esse
superbus, q fatuus non sit. Stultitia uerò plenus est Pro.26.b
superbus. Audi quendā sapientē, qui dicit: Vidi ho
minem apparentē esse prudentē apud seipsum, spē
autē habet magis insipiens eo. Vides quod non te Ro.12.d
merè dicebā esse malū fatuitate peius? Spē.n. inqt,
habet magis insipiens eo. Propterea Paulus quoq;
dicebat: Nolite prudentes esse apud uosmetipsos.
In corporib⁹, q̄lia q̄so ualere, dicim⁹ multúmne ha
bētia tumorem, & multo spiritu intus, & aqua ple-
na: an cōpressa, & humiliatā habentia superficiem?
planum est quòd hæc. Igitur & in anima æstuans,
& tumēs peiorem habet ueterno morbū, correpta
uerò ab oi morbo libera est. Quot igitur bona no
bis parit humilitas? Quid uis, tolerantiā, lenitatem
iræ nesciam, humanitatem, uigilantiā, solertiā? hęc
oia ex humilitate ueniunt bona: contraria uerò, ex
superbia. Opus est supbū & contume liosum esse,
percussorem & iracundū, & amarum, & tristē, ma-
gis feram q̄ hominem. Fortis es, & altū sapis, nónne M
ppea magis humiliari debes? Quare sapis alt ùm in
re uilissima? Nam & leo te est audacior, & aper for-
tior, nec es ad eos culex. At & latrōes, & fures, & gla
diatores, & serui tui, & fortasis ingratiores te for-
tiores sunt: hoc igitur laude dignū? Et in hoc altū
sapiens, nō hianti terra te condis. Sed pulcher es &
spetiosus. Cornicū ostentatio: non es pauone pul-
chrior, neq; pp florem, neque propter alas. In auib⁹
est pennis uictoria. Te multùm coma præstat & flo
re. Verùm & cygnus ualde pulcher est & aliæ aues
multæ: quibus si fueris comparatus, temetipsum
aspicies nihil. Frequenter autē & uiles pueri, & innu
ptæ uirgines, & meritoriæ mulieres, & molles uiri,
gl'iam hāc habuerunt. Hoc itaq; dignum ut extolla
ris? At es locuples. Vnde? quid possidēs? Aurū, argē-
tum, lapides pretiosos: hęc est & latronū ac homici
darum, & metalla scrutātiū gloria. Reorum labor
hæc tibi gl'ia. Sed ornaris & comeris? Verū & equos
cōptos uidere licet, & apud Persas camelos quoq;
uideres ornatos, hominum uerò scenicos omnes.
Non confunderis in his alta sapiens, in qbus bruta
tecū sociantur, & serui, & homicidæ, & molles, & la
trōes, & fures? Sed splēdidas erigis ędes? & qd hoc?
Multæ cornices splēdidius habitāt, & honestiora

A tenent diuersoria. An nō uides hos circa pecunias
furentes, q in agris, solitariisq; locis ędes ędificaue
runt cornicum habitacula? Sed pp uocem altū sa-
pis? Cygno, lusciniaue nunq̄ tu suauius canere po-
teris. At in artis uarietate? & quid ape in hoc sapien
tius? Quis phrygio, qs pictor, quis geometres, huius
opera poterit imitari? Sed in uestis subtilitate? uerū
hic araneę tibi pstant. At in pedum uelocitate? rur-
sum prima fuerūt bruta, lepus & dorcas, & quęcū-
que iumēta pedū uelocitate nō sunt inferiora. Cę-
terū peregrinaris? sed nō plus uolatilibus: hęc.n. fa
cilius obeunt peregrinationē, neq; uiaticis opus ha
bent, non iumētis, sed eis ad oia sufficit ala. Hoc &
nauis, hoc & iumentum, hoc & uehiculum, hoc &
uentus: & quicqd hmōi quis dixerit. Sed acutè cer
nis? tamen non sicut dorcas, nec ut aquila. At audi
tum habes acutum? sed asinus acutiorem. At olfa-
ctum? Verū canis te precedere nō sinit. At quęstuo
sus es? sed formicę cedis. Sed aurum gestas? non ita
tamē, ut indicę formicę. Sanitatis autē intuitu, mul-
tò se melius nobis habent bruta, & bonę habitudi
B nis, & onera ferendi. Illa pauperiem nō timēt: ait.n.
Mat.6.d. Respice uolatilia cœli, qa non seminant, neque me
tunt, neque cōgregant in horrea. Igitur, inquies, no
bis meliora deus bruta creauit. Vides quantū insit
incircūspectum, quātum indiscussum? Vides quan
tum nobis rerū examinatio cōferat? Oibus homi
nibus altiora sapiens etiam brutis uilior inuentus
est. Sed nobisipsis parcamus, nec tales imitemur.
Neq; quoniā natura nostra sensit altius, hoīem sub
brutorū gradum subducētes deseramus: sed eū il-
linc suscitemus nō pp ipm (nam ipse qdem dignus
est talia pati) sed ut dei clementia demonstretur, &
erga nos honor. Sunt.n. quędam, in quibus nil ha-
bent bruta nobiscū cōmune. Quæ uerò sunt hæc?
pietas, & secūdum uirtutē uita. Hic ponere non po
teris meretrices & molles, aut homicidas: ab eis nā
que diuisi sumus. Quid autē hoc est? Deū nouimus,
ipsius agnoscimus prouidētiā, de imortalitate phi-
losophamur. Prętereāt hinc bruta, de hoc non con
tendāt. Modestē uiuimus, nihil hæc habēt bruta cō
mune: ab eis in reliqs superati, pp hoc eis domina
C mur. Horum.n. maior principatus, quoniā eis infe-
riores super ipsa regnamus: ut discas quòd tu non
horū es causa, sed q te fecit deus, & rationem dona
uit. Retia, uenabulaq; eis opponimus, & capimus.
Modestia nanq; nobis est, humanitas, māsuetudo,
pecuniarūmq; cōtemptus. Sed quoniam & qui ela-
torū aliqs es, horum nihil habes: meritò uel homi
nib⁹ maiora sapis, uel brutis humilius. Talis.n. est
demētia, & audacia, uel ultra debitū extollitur, uel
uicissim nondū humiliatur, nusquā custodiēs me-
diocritatem. Angelis in hoc similes sumus: Regnū
nobis promissum est, cū xpo chorea. Homo flagel-
latur, & nō succumbit: homo mortem contemnit,
non tremit, non formidat, nō plus cōcupiscit. Itaq;
quotquot tales nō sunt, sunt peiores brutis. Cū.n.
in corporeis supereris, animi uerò pstantijs careas,
quo brutis non es inferior? Produc.n. aliquē in ma
litia uigentium, & irrationalium, uiuētium in deli-
tijs & auaritia: equus ē ipso bellacior, fortior aper,
lepus uelocior, speciosior pauo, cygnus dulcisonā-
tior, maior elephas, aquila uisus acutioris, ditiores
cunctę uolucres. Vnde dignus igitur es brutis im-
perare? Ex ratione. Sed non inest: cùm enim ea, non
ut debet, utatur, etiā illis peior est. Nam cū ratione D
habens sed illis irrationabilior: melius erat, si nec
ab initio rationalis factus fuisset. Non enim par est
principatum acceptum prodere, & ad tempus non
accipere. Nam & qui regnat & satellitib. peior est,
ei melius esset si neque purpuram induisset: ita pro
fectò & hic. Scientes itaque quòd & brutis sumus
peiores, si uirtute careamus, hanc exerceamus, ut ef
ficiamur homines, quin poti⁹ angeli promissaque
bona consequamur: quæ nobis omnibus detur as
seq, gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri-
sti, cum quo patri, simul & sancto spiritui, gloria,
imperium & honor, nunc & semper, & in secula se-
culorum, Amen.

DE POENITENTIA ET QVOD NON *oporteat de seipso lapsum desperare, uel torpescere.*

Homilia. xl. Ex actibus Apostolorum.

Agna pœnitentię remedia fratres, igitur de
m seipso desperet nemo. Is uerè dignus est de-
speratione, q de seipso desperat: ille nō iam
salutem, neque spem habet. Nō in malorum uenis-
se profundū, est graue, dilectissimi: sed postq; uene- E
ris, ibi iacere. Non in profunda cecidisse malorum,
est impij: sed postq; ceciderit, cōtemnere: propterea
debet semp esse solicitus. Dic mihi: Propterea nē cō
temnis, quòd uulnera tot habeas incurabilia? Sed
nullum est aiæ uulnus incurabile. In corpore qui-
dem multa sunt talia, in anima uerò nullū: & pro
illis quidem laborare non desinimus, pro his uerò
torpemus. Nonne uides latronem, quàm breui tē-
pore curatus est? Non intueris martyres, quàm bre
ui totum peregerunt? At non est nūc martyrij tem-
pus, certaminum tamen est tempus. quod frequen-
ter dixi. Ait enim: Volentes piè uiuere in Christo Ie 2.Tim.3.
su, persecutionem patientur. Qui piè uiuunt, semp c.
persecutionem patiuntur: etsi non ab hominibus,
tamen à dęmonibus: quæ quidem grauior est per-
secutio. Et ex prima prefertim remissione hoc pa-
tiuntur, qui non uigilant. An paruam credis psecu-
tionem in remissione uersari? Hoc est omnium gra
uissimum, hoc & persecutione peius: tanq̄. n. fluen
tem instuens remissio animam emollit. Et qd estas
est & hyems, hoc est persecutio & remissio. Vt autē F
uobis ostendam, quòd hæc est peior persecutio, au
di: Somnum. n. infundit animę, multum hiatum &
torporem, undique uitia suscitat, armat iram, furo-
rem armat, armat uoluptatem, inuidiam, inanē glo
riam, æmulationem. Sed in persecutione nil horum
uexare solet. Sed timor ingressus, tanq̄ flagello quo
dam latrantem canem acriter percutiēs, has oēs pe
stes ne clamare quidem permittit. Quis in persecu-
tione inuanum gloriari poterit? qs uoluptatē am-
plecti? nemo, sed tremor magnus, & timor multam
faciēs tranquillitatem, quietum portum cōparans,
animam faciens reuerentem. Audiui quandoq; pa-
tres nostros dicentes (apud nos.n. nō fiat. Iubemur
enim non petere tentationem) quòd in antiqua p-
secutione uiros uerè Christianos uidere licebat. Ne Ecc.18.et
mo pecuniarum curam gerebat, uxoris nemo, ne- 1.Cor.10
mo filiorum, domus nemo, nemo patriæ. Vnū om c.
nibus erat studium animam suam saluare. Hi qui-
dem in monumentis & sepulchris, hi uerò in deser-
tis latitabāt, mulieres teneræ ac delicatæ continua
fame detinebātur. Itaq; cōsidera, si q̄ tūc ptiosi sum
ptus, siqua delitiarū erat delectatio. Subūtne con-

G cupiscentia unquã mulierem in sepulchro latentẽ, & expectantem ancillulam, ut ueniat prãdium affe rens: & ne fortè deprehensa sit, trepidantem, & in ti more tanquam in fornace iacentẽ? Nunqd cogitat delicias unquã fuisse, uel mundum penitus esse? Vi des quòd nũc est persecutio, uitijs tanquã feris undiq; nos urgẽtibus. Nunc est persecutio grauis, nec esse psecutio putatur. Nã & hoc malũ habet, quòd cũ sit bellũ, eẽ pax existimatur: ut nec aduersus eã armemur, nec insurgamus. Nemo formidat, nemo pauet & tremit. Si uerò non creditis, gentiles interrogate persequentes, quãdo Christianorum mores integriores, quãdo cũcti probabiliores. Ad exiguũ quidẽ redacta tunc erat multitudo, sed ad magnas uirtutis diuitias. Quæ nã precor, utilitas, multum esse fœnum potius q̃ paucos lapides ptiosos? Nõ in numeri multitudine, sed in uirtutis probitate mul titudo consistit. Helias unus erat, sed totus mũdus non erat dignus, q rependeretur ipsi. Et mundus q dem innumera milia sunt, sed non sunt milia, cùm nec ad unius mensurã perueniant. Melior est unus
H dei faciens uoluntatem, q̃ decem peccatorum milia: nam decem milia nondum ad unũ peruenerũt. Ne filiorum capias inutiliũ multitudinẽ, hi deo po tius & blasphemiam ingerunt, q̃ si nõ essent Chri stiani. Quid mihi multitudine sit opus? Maior est igni fames, hoc & in corpore quispiã uideat, quod melior est mediocris cũ sanitate cibus, q̃ cum afflictione uitulus. Hoc amplior est ille cibus: ille cib⁹, hic morb⁹: hoc & in bello quispiã posit ituri. Melius est esse decẽ peritos & generosos milites, q̃ decem inexpertorum milia: hi pręter id quòd nihil ef ficiunt, ẽt operantes impediunt. Hoc in naui qs uideat. Melius est duos esse peritos nautas, q̃ innume ram multitudinem inexpertorum: hi nanq; nauem submergerent. Hęc dico, non quòd in uestri multi tudinem inimicus sim, sed quòd oẽs probatos esse uelim, nec multitudine confidere. Multò sunt pẽs gehennã ingredientes, sed maius est dei regnũ, licèt habeat paucos. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed unus saluauit eos. Vn⁹ erat Moses, & om nibus plura potuit. Vnus erat Iesus, sed unus sexcen
I tis milib⁹ plus potuit. Ne satagamus hoc, ut multi duntaxat fiant: sed ante hoc, ut probabiles: cũ hoc comparatum fuerit, tũc & illud. Nemo domũ speciosam prius uult facere, sed prius firmã, & probatam, & tunc speciosam. Nemo fundamenta iacit, ut derideatur: prius hoc q̃ramus, & tunc illud cũ hoc fuerit, & illud erit facile. Cũ autem illud non sit, licèt hoc sit, utilitas nulla. Cũ.n. sint, qui posint in ecclesia fulgere, uelociter erit & multitudo: cũ huiusmodi uerò desinit, multitudo nunq; erit probabilis. Quot esse putatis in ciuitate nostra, qui salui fiãt? infestũ qdem est, qd dicturus sum, dicã tamen: non possunt in tot milibus centũ inueniri, qui saluentur: quin & de his dubito. Quãta.n. in iuuenibus, qso, malitia? quantus in senibus torpor? filij curã gerit nemo, nemo zelum habet, ut senem respi ciens imitetur: exẽplaria deleta sunt, propterea neque iuuenes euadunt laudabiles. Ne mihi dicas id quòd turba sumus, hoc signũ est hoium: & coràm hominibus quidem hoc congruè dici posset, at co ràm deo, qui nostri non indiget, nequaq̃: quòd aũt & ibi frigidum est dictum, audi: Multos habẽs seruos, si corruptos habeat, quot mala patietur? Apud eum qdem q nihil habet, hoc esse graue uidetur, qd K ei non ministratur: q uerò malos habet, & seipsum insuper pdit, & maior est iactura. Multò grauius. n. est, cum aliis quoq; pugnare, & bellum susc ipere, q̃ sibimetipsi ministrare. Hæc dico, neq; ecclesiã pp multitudinem admiretur, sed ut ipsam probatam reddere studeamus: ut proprij quisq; membri curã gerat, non amicorum, non cognatorum: quod sẽm per dico, neque uicinorum tantùm, uerùm & exter nos attrahite. Verbi gratia, Celebratur oratio, omnes iacent segnes, iuuenes & senes, piacula magis q̃ iuuenes, ridentes, cachinnantes, colloquentes (nã & hoc factum audiui) & alijs detrahentes, super ge nua positi. Tu iuuenis ades, uel senex, increpa: cùm uideris, accusa uehementius. Si nõ tolerat, diaconũ uoca, minare, q̃ tua sunt exhibe: & siqd aduersum te fuerit ausus facere, oẽs prorsus habebis cõspiran tes. Quis.n. tam irrationalis, qui te uidens de talib⁹ arguentẽ, & illos redargui, nõ adhæreat parti tuę? Abi capiẽs orationis mercedem in ede dominica. Seruorum hos censemus beneuolentiores, qui nul lam supellectilem confusè iacentem despiciãt. Dic L enim mihi, si domi uas argenteũ uideris foris proie ctum: licèt ipse non sis deputatus, tamẽ hoc nõ su scipies, & in domũ feres? Si uestimẽtũ temerè proie ctum, licèt hãc curã nõ habeas, & præpositi sis ini micus, pp domini tamen beneuolentiam non hoc bene collocabis? Ita nũc quoque hæc uasa sunt, si uideres inordinatè iacentia, compone, ad me ueni, nõ recuso: dic mihi, redde manifestum: oĩa cernere non possum, parcite. Videte quanta malitia terrarũ orbem occupat. Nunquid temerè dicebã, qd multitudo sumus fœni, inordinatũ mare? Non dico qd illi talia faciũt, sed dico, quòd tãtus est somn⁹ in intrantes effusus, ut nec ista corrigant. Video rursum & alios loquẽtes rectos, dũ oratio celebratur: eorũ uerò leuiores nõ solũ dum oratio perficitur, uerũ & dum sacerdos benedicit. O rem horrendam, quã do salus erit? quãdo deũ placare poterimus? Ad lu dum procedunt militares hoies, & omnes compositè uidebis incedentes, & neglectũ nihil. Sed sicut in uario ornatu, et pictura copositorũ, ex singulorũ ordinatione, magna quędã reẽptè redditur harmonia, et consonantia: itidem & hic unum scutũ, unum caput habemus oẽs. Si uel minimum quid M neglectum fuerit, totum est neglectum atque corru ptũ, & multorũ ordini solius nocet dissolutio. Et id profectò tremendum est, qd huc nõ uenis ludũ aut choreã obiturus, & tamen stas incõpositè. Nescis, quòd cũ angelis constitisti? cũ illis cãtas, cùm illis deum laudas, & stas ridens? Quòd fulmẽ non torquetur non tantũ in istos, uerũ & in nos, nõne mirãdũ? Sunt.n. ista fulmine digna. Adest rex, exercitum recenset, tu sub illius oculis stas ridens, & risum despicis: quousq; accusamus? quousq; redargui mus? nõne tãquã noxios? nõne tanquã recorrupto res? nõnne tanquã pernicios os, & perditos tales, & innumeris plẽos malis ex ecclesia decebat expelli? Quando isti ridere desinent, qui in horroris hora rident? quando à nugis abstinebũt, q in orationis tpe loquuntur: Non adstantes reuerenter, non deũ timent. An non sufficit, nobis mentis negligentia, neq; qd orantes aliò circumagimur, uerùm & subre pere risum oportet, & ingentem cachinnum? Nunqd theatrũ sunt præsentia? sed puto theatra faciũt

A hoc, infrẽnes nobis iuuenes constituunt & incõpositos. Quæ hic ædificantur, illic subuertuntur: nec hoc solũ, sed ẽt alia necessarium est ipsos immũdi tia repleri. Et idẽ accidit, perinde ac siqs expurgare locum uelit, in quẽ fons superpositus cœnũ supernè dimittat. Nã quantuncunq; purgaueris, rursum aliud influit: idem & hic accidit. Cùm ingressos, à theatris immunditiã reportantes expiauerimus, eò rursum abeuntes maiorẽ suscipiunt sordẽ tãquam cõsultò propterea uiuentes, ut stercora nobis inge rant, Et identidem ueniant multũ in moribus ster cus ferẽtes, in moribus, in uerbis, in risu, in negligẽ tia. Mox rursum nos sarcinas denuò, tanquã cõsultò propterea purgantes, ut cũ eos mũdos dimiserimus, rursum eos sordes cõgregasse uideamus. Propterea uobis protestor sanis, quòd iudicium uobis
B erit, & cõdemnatio: & uos deo iã trado, siqs tumul tuantem uidens, uel loquentẽ, in illo pstim tpe, non significet, nec corrigat. Hoc est oratione me lius, orationẽ omittens illum increpa, ut & illi pro sis, & tu lucreris, & ita possimus oẽs saluari. Igitur in malitia constitutũ negligat nemo, nemo uirtute
Iuuer. 3. a. prædituș dormitet, neque cõfidat hmõi. Frequẽter enim eum meretrix pcedet, nec ille desperet: potest enim & primos anteire. Audi qd deus ad Hierusalẽ dicat: Dixi postq̃ fornicata est in oibus his, ad me reuertere: & nõ est reuersa. Quum igitur in uehemẽ tem dei charitatem reuerterimus, nõ meminit prio rum: nõ est sicut homo deus, nec.n. exprobrat præ terita, neq; dicit, quare tantum tpis distulisti? si pœ nitentiam agamus: sed cùm accesserimus, diligit, &
2. Paralip. 30. b. cùm ipsius timore carnes nostras cõfixerimus. Hu iusmodi negotia non tantũ in nouo gesta sunt te
3. Reg. 11. a. stamento, uerùm & in ueteri. Quid.n. Manasse dete rius? Deum tamen habere propitium potuit. Quid Salomone beatius? Sed quia dormitauit, cecidit.
Luc. 6. c. Rom. 1. b Mat. 9. a. Quin potius & in uno utraque gesta possum osten dere, in huius patre: etenim & bonus et malus idẽ fuit. Quid Iuda fœlicius? sed proditor factus est. Quid Paulo miserius? sed factus est euangelii pco. Quid Matthæo deterius? at cõstitut⁹ est apls. Quid
Actor. 8. d. C inuidiosius Simone? & ipse tamen factus est oium miserrimus. Quot tales alias uis uidere mutatiões, & quondam gestas, & quotidie nunc occurrentes?
Ezech. 16. c. Hier. 8. b Propterea quidem dico, neq; scenicus desperet, nec ecclesiam excolens confidat. Nam ad hũc quidem ait: Qui stat, uideat ne cadat: ad illũ uerò, Nũquid qui cadit, non resurget? Et remissas manus, & disso luta genua roborate: rursum ait ad hos: Vigilate:
Mat. 24. d Ephe. 5. e ad illos autem, Surge q dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te xps. Nam hi quidẽ qd habent, cu stodire debent: illi uerò qd non sunt, fieri: hi sanita tem conseruare, illi ab ęgritudine liberari. Laborãt enim, & quoniã laborantium multi conualescũt, & ualentium torpefacti frequenter ægrescunt: ad il
Ioan. 5. a. Ibidẽ. b. los quidem iterũ ait, Ecce sanus factus es, amplius noli peccare, neqd peius tibi fiat: ad hos uerò, Vis sanus fieri? Surgens tolle grabatum tuum, & am bula. Grauis⁹. n. grauis iquam paralysis est pctũm: quinimo non tantũ paralysis est, uerũ & aliud qp piam grauius. Non.n. est hmõi tantùm in bonorũ omissione, uerũ & in malorũ operatione. Veruntamen ẽt si sis ita dispositus, & parumper exurgere ue lis, oĩa mala soluuntur: licèt annos octo & triginta habeas, si modò sanus fieri studueris, prohibet ne-
mo. Adest & nunc xps, & dicit, Tolle grabatũ tuũ: D tantùm uelis exurgere, ne desperes: non habes ho minem, at habes deum. Non habes: qui te mittat in natatoriam: at habes qui te natatoriæ non sinit in digere. Non habes, q te illuc proiiciat: at habes, qui te iubeat grabatũ tuum tollere. Non potes dicere, Dum ego uado, alius ante me descendit: nam si uo lueris in fontẽ descendere, nemo prohibet, nõ ab sumitur, nõ minuitur gratia. Fons quidem est pen niter emanãs: ex illius abundantia cũcti sanamur, tam aia q̃ corpore. Accedamus igitur & nunc: nam & Raab meretrix erat, sed saluata fuit: & latro fue- Iosue. 6. g & Heb 11. f. rat homicida, sed paradisi ciuis factus est. Et Iudas quidem cũ esset cum pceptore, periit: at latro disci pulus in cruce factus est. Hæc sunt dei mirabilia: Luc. 23. f ita Magi probabiles habiti sunt, ita publican⁹ euã Ma. 27. a gelista factus est, ita blasphemus apls: hæc intuere, nec unquam desperes, sed confide semper, & temet ipsum excita. Attinge tantũ uiam eò ferentẽ, & ce leriter prog: redere, ne fores claudas, ne aditum ob struas. Breue tps præsens, modicus labor: quod si E multus ẽt esset, nec ita congruũ esset recusare. Nam etiam si circa pulcherrimũ hunc laborem non de sudes, qui circa pœnitentiũ uirtutem est, & in mũ do, oino uel aliter laborabis: sed si labor & hic, & illic, quare nõ hunc eligimus multũ habentem fru ctum, & magnã retributionem, licèt nec idem sit la bor hic & illic? Nã in secularibus quidem & conti nua pericula, & aliq̃ post alias iacturę, & spes incer ta, & seruilitas multa, & pecuniarũ, & corporum, & aiæ cõsumptio, & tunc fructuũ retributio spe non parũ inferior, si ẽt germinabit: nec.n. semper fructũ affert secularium sudor negotiorũ, ueruntamen & quando nõ ceciderit, sed uel multũ protulerit pro uentum, breui tpe permanet. Cùm.n. senueris, nec amplius sensum delectationis capacẽ habeas, tunc tibi labor affert retributiones: & labor quidem in uigenti corpore, fructus autem & deliciæ in senio confecto & remisso, cũ iam tempus & sensum ma cerauerit, & nisi macerauerit, finis expectatio gau dere non permittat: illic autem non ita, sed labor q F dam in corruptione, & moriente corpore: at coro na in senectutis nescio, immortaliq̃, nec finẽ habẽ te: & labor quidem & prior & breuis, at retributio posterior & infinita, ut deinceps cum securitate re quiescat, iniucundũ expectans nihil. Non.n. est cur amplius mutatio timeatur, aut ruina, quemadmo dũ hic. Qualia igitur hæc bona, neq; tuta, & breuia & terrena, & priusq̃ appareãt, euanescẽtia, q̃ multis acquiruntur laboribus? Qualia uerò sunt illorum æqualia, immobiliũ, nunquam senescentium, nul lum habentium laborem, & in certaminũ tempo re coronas tibi ferentium? Pecunias.n. contẽnens, & hic iam mercedẽ accipit, dum à cura liberatur, inuidia, calumnia & insidiis. Temperãs, & honestè uiuens, & anteq̃ hinc transeat coronatur, & gaudet, utpote qui à turpitudine, risu, periculis, accusatiõe, & oĩbus aliis absoluitur molestiis. Aliæ uerò simili ter oẽs uirtutis partes hic iã nobis retributionẽ af ferunt. Vt igitur & præsentia, & futura cõsequamur bona, fugiamus malitiã, & uirtutẽ sectemur. Sic.n. & hic delectabimur, & futura bona capiemus: ad q̃ nos oẽs peruenire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu xpi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

DE POENITENTIA, ET QVOD MAgnum est bonum propria agnoscere peccata. Homilia. XLI.

Bradamus quæso, fratres, pctorum nostrorum senectutē, dum tps habemus. Lauacro quidem non possumus, possumus autē hic a pnia: siquid in nobis uetustū est, abiiciamus: siqua ruga, siqua macula, siqs næuus, abluamus: nos reddamus pulchros, ut concupiscat rex speciē nostrā. Licèt & ad extremam delapsum fœditatē, illam recuperare speciem, quam innuit Dauid dicēs: Audi P*sa.44.c* filia & uide, et inclina aurem tuā, et obliuiscere populum tuum, et domū patris tui, & cōcupiscet rex decorem tuum: siqdem & obliuio pulchritudinē facit, aiæ. s. pulchritudinem. Quæ tamen obliuio? peccatorum. Ecclesiam. n. gentibus alloquitur, admonens eam, ne paternorū meminerit, id est, simulacris sacrificantium: ex talibus. n. est congregata: neq; dixit, Ne tractes ea, sed quod fortius, nec in mē *Ibid.15.b* tem suscipias. Quod & alibi dicit: Nec memor ero *Ibi.16.b.* nominum eorū per labia mea: & iterum: Vt non loH quatur os meum opera hoium. Nondum hoc magna uirtus est, magna quidem, sed non talis: illic. n. quid ait? non dixit, Ne loquaris opera hoium, neq; dixeris gesta patrum: sed, nec eorum sis memor, neque mente concipias. Vides, quanto nō interuallo à malitia distare pcipit? nam qui nō meminerit, nō ratiocinabitur: qui uerò nō ratiocinabitur, neque loquitur. q non loquitur autē, nec aget. Vides quot nobis uias obstruxit, quantis nos interuallis & amplius elongauit? Audiamus igitur & nos, & nostrorum obliuiscamur malorum, non nobis admissorum inquam: ait. n. Recordare tu prior, & ego non *Esa.43.d* recordabor. Quale qd dico: Rapinæ non amplius recordemur, qn & peiora restituamus, hoc est malitiam obliuisci, & rapacitatis cogitatum expellere, nec eū unquā admittere, uerū et iā patrata delere. Vnde uerò nobis nequitię cōtingit obliuio? Ex bonorum memoria, ex dei recordatione, si dei semper meminerimus, & illorū meminisse non possumus: *Psa.62.a* ait. n. Si memor fui tui super stratū meum, in matutinis meditabor in te. Itaq; semper quidē: maximè uerò tūc dei meminisse oportet, cū in quiete fuerit I ratio, cū per illā recordationem semetipsum poterit condemnare, cū in memoria contineri. Nam in die quidem si recordemur, aliæ curę subrepentes & tumultuātes rursum eā expellūt: in nocte uerò sem per recordari possumus, cū in trāquillitate & reqe *Psal. 4.b* fuerit aia, cùm in portu, cū in serenitate. Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris cōpungimini, inquit. Opus quidē fuerat, & per idem hāc habere memoriā: quoniā uerò soliciti semper estis, & in secularibus distrahimini, saltem tunc dei me- *Ibi.62.b.* mores sitis super stratum, in matutinis meditamini in eo. Si in matutinis hæc meditemur, cū multa fiducia procedemus ad opera, si deū prius propitiū fecerimus occursu & supplicatione, nihil habebimus inimicum: quod habes deridebis, propitiū habens deū. Bellum est in foro, pugnam quotidianā exhibent negotia, tempestas & procella. Armis itaq; nobis opus est, magna uerò armatura oratio: opus est uētis à puppi, opus oia discere, ut diei spacium absq; naufragiis & uulneribꝰ trāsimus. Multi nanque per singulos dies scopuli, & frequēter illiditur scapha, atque submergitur: ppea nobis opꝰ est oratiōe matutina, pstertim & nocturna. Olympia mul K ti uestrum frequenter spectauerūt, neque spectauetantū, uerùm & fautores & admiratores certantiū fuerunt: & hic quidem huius, illius autem ille. Scitis itaque, qūo per certaminum dies & noctes nihil aliud præco nocte tota satagit, nihil aliud curat, ni si ne prodiens pugil turpe quicquā agat. Illi nāque tubicini assidentes spondent nec aliquem alloqui, ne spiritus qui consumitur, risum mereatur. Si igitur corā hominibus pugnaturus tantam gerit prouidentiam: multò magis nos decet semper esse soli citos, & curare, quibꝰ tota uita certamen est. Oīs igitur nox sit pernox, & cogitemus qūo diē transgressi, risum non mereamur, & utinam risum solū. Nūc autem in dextra patris sedet agonotheta, diligēter auscultans neqd absonum loquamur, nequid ineptum: non. n. operum tantummodo, sed et uerborum est iudex. Pernoctemus dilectissimi, habemus & nos fautores, si uelimus, angeli cuiq; nostrum assident: nos autem tota nocte stertimus, & utinam L hoc solū esset damnabile. Multi uerò lasciuias quo que sectantur, hi quidem ad ipsos fornices euntes, hi uerò domos reddentes lupanaria, meretrices illuc ducēdo: nec mirandū, non. n. bonā agunt pugnādi curam. Alij inebriantur, & inepta loquūtur, tumultuantur alii, alii malè pernoctant, & dormiē tibus peius operantur, dolos texentes: alii numerā tes usuras, curis alii coquuntur, & oia potius faciūt q̄ quæ certanti conueniunt. Propterea uos hortor, oīa dimittentes, unū intueamur, qūo brauium accipiamus, coronam reportemus: agamus oīa, quibꝰ promissa bona consequi possimus. Vis autem perfe ctā discere pniam? audi post negationem Petri pœ- *Mat. 26.f* nitudinem. Narrans. n. quæ gesta sunt ab eo nobis euangelista dicit: Egressus fleuit amarè. Propterea dimissum est ei tale peccatum, quoniā quemadmodum oportebat, pniam egit, licèt nondum hostia fuisset oblata, nondum uictima sacrificata, nondū esset suspensum peccatum, sed adhuc dominaretur & tyrannidem exerceret. Et ut discas, quòd non tātum negligentiæ fuit negatio, quantum absentiæ dei, docentis eum humanas nosse mēsuras: nec his quæ à ꝑceptore dicebantur, contradicere, nec aliis M altiora sapere, sed scire quòd absque deo nihil fieri *Psal.126.a.* potest: & quòd nisi dominus ædificauerit domū, in uanum laborāt qui ædificant eam. Propter hoc *Luc.22.d* etiam ad ipsum Christus solū dixit: Exquisiuit satanas cribrare te sicut triticum, & non dimisi, ut non deficiat fides tua. Quoniam n. par erat, eum altum sapere, sibi conscium quod plus aliis Christū diligeret, propterea flevit amarè: & cætera, quæ ftum sequuntur, similia fecit. Quid. n. fecit? innume ris semetipsum post hæc periculis obiecit, per multa suam ostendens fortitudinem, & animi constantiam. Pœnitentiam egit & Iudas, sed malè: strangulatus enim est. Pœnitentiam egit & Esau, quod sæ- *Psal.6.b* pe dixi, uel potius hūc neque pœnituit. Nam lahrymæ non erant pœnitentiæ, sed calumniæ magis, & furoris: quod & ostendunt sequentia. Pniam exhibuit beatus Dauid ita dicens, Lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum meū rigabo. Et olim patratū peccatum, post tot annos, post tot generatiōes, quasi nup accidisset, lugebat. Pœnitentē irasci non oportet, neque sequire, sed conteri: tanquā condemnatum, tanquam nō habentē fiduciam,

A fiduciā, tanquam iudicatum reum, tanquā ex sola saluari misericordia debentem, tanquā ingratū erga benefactorē redargutum, tanquā iniucundum & reprobum, tāquam innumeris dignū supplicijs. Si hæc cogitet, non irascetur, nō indignabitur: sed lugebit, flebit, gemet, & cōqueretur noctem & diē. Pœnitentem nunquā oportet obliuioni peccatum tradere, sed deū quidē rogare, ne eius meminerit, ipsum uerò nunquā ipsius obliuiscetur. Si nos eius nō recordemur, deus ipsius non obliuiscetur: si nos eius meminerimꝰ, deꝰ obliuiscetur: à nobis ipsis ultionē sumamus, nosipsos accusemus, ita placabimus iudicē. Pctūm. n. dum aperitur, minus efficitur: si uerò tegatur, peius. Nā si sibi pctūm impudentiam & ignorantiā ascisat, qūo penitus cauere poterit, ne rursum in eadē incidat, q prius se peccasse nescit? Néue negemus igitur, qso, nec impudenter agamus ne uel inuiti pœnas luamus. Audiuit Cain a deo: *Gen. 4.b* ubi est Abel frater tuus? Et dixit, Nescio, nunqd custos sum fratris mei? Vides, qūo grauius pctūm fecit: Sed non ita pater ipsius. Sed qd? Cùm audisset, *Ibid.3.b.* B Adam ubi es? inqt: Audiui uocem tuam, & timui, qa nudus sum, & abscondi me. Magnum est bonū agnoscere pctā, & eorum semper meminisse. Nil ita corrigit peccatum, sicut perennis memoria, nihil tā segnem facit hoiem ad malum. Scio quòd resilit cō scientia, nec à malorum memoria uellet flagellari: sed aiam comprime, & ei chamū impone. Tanquā infrenis equus indignatur, nec quòd peccauerit sibi uult persuadere: hoc autem totum est satanicū. Sed nos ei quòd peccauit, persuadeamus, ut & pœniteat, ut post pœnitudinem à pœnis absoluatur. Qūo dignum, qso, censes, ueniam assequi peccatorum, q̄ nunquam confessus es? Ille penitus est misericordia dignus, & clementia, q peccasse cōfitetur: tu uerò nondū tibi persuadens, qūo misericordiā petis, uel de his tantā exhibens impudentiā? Nobis ipsis persuadeamus, quòd peccauimus, neq; tantū lingua proferamus, uerū & ex corde: non tantùm nos uocemus peccatores, uerū et peccata compute mus singula, per species recensentes. Non tibi dico, *Pro.16.a.* ostēta teipsū, nec apud alios accusa: sed obedi pro- C phetæ dicenti: Reuela domino uiam tuā, ea corām deo confitere, corā iudice confitere peccata tua de precās: et si non lingua, saltē memoria, et ita pete ti bi misericordiam exhiberi. Si peccata iugiter habes in memoria, nunquā in proximū iræ memoriā seruabis: non dico, si tibi persuaseris te peccatorē esse. Non ita potest hoc aiam humiliare, sicut ipsa per se peccata, & per species ruminata. Nō eris mali memor, hæc semp in memoria gerēs, nō irasceris, non conuiciaberis, non altū sapies, nō rursum in eadem cades, eris ad bona fortior. Vides quot ex pctōrum memoria nascātur bona? Scribamus igitur in mēti bus nostris. Scio quòd aia tā amarā non æquè fert memoriam, sed cogamus eam, & cōstringamus. Melius est nūc eam ipsā morderi memoria, q̄ per illud tps supplicio. Si nunc eorū sis memor, & ea cōtinuè deo proferas, & pro ipsis depreceris, ea citò delebis: si nunc uerò fueris oblitus, tunc & inuitus corām omni mundo eorū commonefies, ipsis in medium se ferentibus, & corām oībus ostentantibus, & amiis & inimicis, & angelis. Non. n. ad solū quidē Da- *2.Reg.12.c* uid dicebat: Quæ tu fecisti occultò, ego faciā omnibus manifesta: uerū & ad nos oēs. Timuisti hoies, inquit, & ueritus es plus q̄ deum, & deum uidētem D nō curasti, sed hoies reueritus es: dicet. n. Oculi hominum, hi timor eorum. Propterea corām hisipsis pœnas lues. Redarguā enim te, sub omnium oculis tua ponens peccata. Quod. n. nisi nunc ea iugi memoria deleuerimus, hoc est uerū, & illo die nostra cunctorum peccata propalantur: uide qūo palàm arguitur crudelitas & inhumanitas: ait. n. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Quando dicun- *Mat.25.g* tur ista? nunquid in angulo? nunquid in absconditō? Nequaquam. Sed quando? Cū uenerit filius hominis in gloria sua, & oēs gentes congregauerit, cū seperauerit hos & illos, tunc oībus dicet audientibus, à dextris & sinistris constituti: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Vide rursum & quinque uirgines corā oībus sibi dici audiētes, Nescio uos. Quinq;. n. & quinque non numerū significant nunquē solū, uerū & improbas & crudeles, & inhumanas uirgines, & non tales. Ita quoque q solum defo- *Mat.25.a* dit talentū, audiebat corām oībus, & is q quinque, & is q duo protulerunt: Serue nequam & piger: nec solis uerò uerbis, uerū & operibus tunc eos redarguit, sicut & euangelista significat: Videbūt, in quē E transfixerunt. Simul erit orum resurrectio, tam pec- *Apoc. 1.b* catorum, quā iustorum, & simul oībus aderit iudicans. Itaq; cogita, qui tunc erunt in tristitia, qui in dolore, qui in ignem trahentur, aliis coronam accipientibus. Venite, ait, benedicti patris mei, hæredi- *Mat. 25.e* tate possidete paratum uobis regnum à cōstitutione mundi: & rursum: Discedite à me in ignem para- *Ibidem.* tum diabolo, & angelis eius. Ne uerba simplr audiamus, sed ea subscribamus & oculis, et nunc eū adesse censamus: & hæc dicere, et nos in illū ignē abiicere, qualem habebimus aium? quam consolationē? Quid uerò, cū in duas partes diuidemur? Quid, cū de rapina accusabimur? Quam habebimus excusationem, quam dicamus? quā honestam rationem? Nullam: sed erit necesse, uinctos, deorsum uergētes, ad fornacem ora pertrahi, ad ignis flumen, ad tenebras, ad immortalia tormenta, & neminē orare: ait enim, Non licet hinc & illuc transire, chaos. n. ma- *Luc.16.b* gnum est inter nos & uos, & neq; uolentibꝰ transire licet, & manū porrigere. Sed est necesse semp in F cendi, succurrente nobis nemine, siue sit pater, siue mater, siue qcunq;, licèt multā habeat apud deū fiducia. Frater. n. inquit, nō redimit, redimet homo. Quoniā igitur in altero salutis spem habere non licet, *Psa.48.d* sed in semetipso post dei misericordiā: oia, quæ so, faciamus, ut uita nobis munda, & optima cōuersatio, nec à principio ullam admittamus maculā: sin autem minus, post maculam saltem ne dormiamus: sed semper maculā abluentes, mundi permaneamus per pniam, per lachrymas, per orationes, per eleemosynas. Quid ergo, si nō possum eleemosynā erogare? dicet aliquis. Sed aq̄ frigidæ calicē habes, quantūcunq; sis paup: sed habes duo minuta, quā uis in pauptate uerseris: sed habes pedes, ut infirmos uisites, ut carcerē petas: sed tectū habes, ut hospitē susципias. Nullā nāq;, nulla uenia est eleemosynā nō exhibēti. Hęc uobis cōtinuè dicimꝰ ut ex assiduitate modi cū qd efficiamꝰ: hęc dicemꝰ, nō accipiētiū, sicut uestri curā gerētes: illis. n. terrena ꝓbetis, uicissim uerò recipitis cœlestia: q̄ nos oēs assequi contingat in xꝓo Iesu domino nostro, cū quo patri, gl'ia simul & sācto spūi, nūc & semp, & in sc̄la sc̄lorū, Amē.

QVOMODO PROPRIAE ANIMAE *curam oportet habere, et quòd plurimum nocturna prodest oratio: & de pœnitentia.*

Homilia. XLII.

Agnũ est malũ fratres, ignorare scripturas: ex quibus.n. oportet adiuuari, ex his lædimur. Sic.n. & medicamenta curatiuam habentia uirtutem, propter utentium imperitiam corrumpunt frequenter, & perdunt: & siqs arma custodire idonea tractare nesciat, ab eis pditur. Est autẽ causa, quòd potius aliena q̃rimus, q̃ nobis utilia. Et in re quidem familiari conferens quærimus, neque domum ueterascentẽ cernere pateremur, neq; ruentem, neq; procellis labantem: aiæ uerò ratiõ nulla, sed licèt eius fundamenta uideamus marcescentia, siue fabricam & tectum, nulla nobis habetur ratio. Rursum iumenta si habeamus, eorũ quærimus uti litatem, & equisones, et ueterinarios accersimus, & eorũ per nos curam gerimus, & deputatos admonemus, ne temerè, nec ut accidit, agant, neq; farcinas imponant, neq; noctib. reducant intempestiuè, nec alimenta cõmutent. Et multæ rationes de iumẽtorũ utilitate nobis adsũt, aiæ uerò nulla ratio. Quid autem de brutis loquor nobis utilibus? sunt multi q̃ passeres habent nihil afferentes utilitatis, sed tantũ simplr delectantes: & multæ de illis quoq; leges, & neglectum est nihil, inordinatum nihil, & oium maiorem q̃ nostri ipsorum gerimus curã, ita sumus oibus uiliores. Et siqs conuiciando quidem nobis dixerit, Canis, dolemus: nobis autẽ ipsis ipsi contumeliam inferentes non uerbo, sed opere: nec tantã impendentes aiæ curam, quantam canibus, nihil graue nos pati putamus. Videtis quantis sint oia tenebris plena? Quòd canum curã habent, ne plus q̃ expedit, impleantur, ut ueloces sint, et uenatici, dũ fame premuntur & esurie: sẽ uerò nõ curant, ne crapulentur: et bruta quidem temperanter agere docent, ipsi uerò ad brutorum feritatem deducũtur? Aenigma est hos factum, inquies, & ubi bruta temperanter agunt? An queso, nõ tibi uidetur opus esse temperantiæ, cũ carnis fami moderetur, qui postq̃ uenatus aliqd ceperit, a psenti se continet esca: et apositam cernens mensam, licèt urgente fame, domiñ expectat? Reuteremini uosmetipsos, uestros docete uentres ita philosophari: nõ est uobis excusatio, cũ irrationali naturæ nõ loquenti, neq; rõnem audienti tantã inserere philosophiã posis: multò magis tibimetipsi non poteris? quòd.n hoc humanæ sit curæ, nõ naturæ, patet, alioquin oẽs hos habere canes oportebat. Sitis igitur canib⁹ nõ inferiores. Vos me cogitis illinc extra sumere, nã ex cœlestibus quidẽ oportebat. Sed quoniã si dixero, uos dicitis qd illi magni fuerũt: ppea dico cœlestiũ nihil. Quòd si Paulũ cõmemorauero, dicitis quòd ille fuit apls: propterea Paulum taceo. Sin hoiem dixero, dicitis quòd ille potuit: propterea nec hoiem refero, sed bestiam, et bestiã hoc à natura non habentẽ, ne respondeatis qd naturaliter, et non uolũtariè hoc effecit. Et qd admiratione dignum, uolũtate non propria, sed cura tua. Non qd fatigatus sit, non quòd cursu distractus, nõ quòd propriis cepit laborib⁹, computat: sed his oibus posthabitis, domini pceptũ custodit, et uentre superior efficitur. Nec id ulli dubiũ: expectat.n. laudari, expectat maiorem asseq̃ mensam. Dic itaq; tibimetipsi: Canis futuræ uoluptatis spe præsentẽ cõtemnit, tu uerò nõ uis futurorum bonorum spe præsentia contemnere. Sed ille quidem nouit, quòd si intempestiuè, et præterq̃ domino uidetur, illum cibum gustauerit, & ipso priuabitur, et statutum non accipiet, uerbera pro cibo sumpturus. Tu uerò nec hoc intelligere potes: et quod ex consuetudine didicit ille, hoc ex ratione tu non perficis. Canes imitemur, hoc et accipitres et aquilæ facere dicuntur: qđ in quadrupedibus et dorcadib⁹ illi, hoc in auib⁹ hi, et hi uerò rursum ex humana disciplina. Hæc nos possunt condemnare, hæc nos capere. Dicã et aliud: Equos syluestres & immãsuetos, calcitrantes et mordẽtes cũ ceperint periti, sic breui tpe docent, ut nullo iã ostendente gressus compositi deliciis sessor delectetur: aiæ uerò ne gligenter ambulantis curam suscipit nemo, sed saltat quidẽ, et calcitrat, & humi trahitur tanquã puerulus, et infinita subit dedecora: et nullus ei repagula imponit, nullus tricas et fræna, nullus peritũ inducit sessorẽ, xp̃m dico: propter hoc oia confusa sunt. Cũ.n. et uentrem canes continere doceas, et iram domes in leone, et in eqs procaciam, in auibus autẽ linguę gratiam ponas: quõ non absurdum, in brutis naturaliter quidem rationalia præstare officia, rationalib⁹ uerò brutorum inducere uitia? Nulla nobis, nulla profectò uenia. Oẽs nos accusant qui se correxerunt, fideles et infideles: nam et infideles hoc pstiterunt, et feræ et canes, nedum hoies: et ipsi nosipsos accusabimus, cũ uolumus quidẽ, assequentes: cũ uerò torpemus, repentes. Nã et in magna constituti malitia multi fruẽtur uolentes mutati sunt. Quòd autẽ dixi, quòd circumimus aliena, q̃rentes utilia, nõ nostra. Si domũ ædificaueris splendidã, domus utilitatẽ uidisti non tuam: si uestimentũ acceperis, corporis, non tuam: si bonũ equum, silr. Nemo quõ bona sit aia considerat, licèt cũ hæc bona sit, illorum nihil sit opus: cùm uerò non sit, nulla sit illorũ utilitas. Sicut.n. in sponsa, licèt thalami sint uelis aureis operti, licèt mulierum adsint pulcherrimarũ, & speciosarum chori, licèt roseę, licèt coronæ, licèt spõsis sit formosus, licèt ancillæ, licèt amicę, licèt oẽs sint decori: illa uerò si sit deformis, utilitas est nulla: sicut è cõtra, si sit pulchra, nullũ ex his accidit nocumẽtum. ſ. contrarium. Ex illis quidem si sit turpis, uidebitur & turpior: ex his uerò si sit formosa, nõ formosior fiet: Ita quidẽ & aia, cùm sit decora, non tãtùm non indiget horum, sed hæc potius eius obũbrant pulchritudinem. Philosophum.n nõ tam in diuitiis, quàm in paupertate fulgere uidebimus. Illic enim ex pecuniis multi cẽsent eum pecuniis nõ esse superiorem. Cùm autem in paupertate degat, & p omnia coruscet, & turpe nihil agere cogitetur, nullus iam alius cũ eo diuidet in philosophiæ laude coronam. Hanc igitur ornemus, si uolumus esse diuites. Quid utilitatis, cùm mulæ quidem albæ fuerint, & ingentes, & habitudine bona præditæ: tu uerò insidens macilentus sis, & scabiosus, atque deformis? Quod uerò lucrum, cùm stragulę tenues sint & molles, & multa uarietate spectabiles & arte: aia uerò sit tota pannosa, nudaque & turpis? Quid autem emoluměti, cùm equus quidem composite gradiatur, & choream agenti similior quàm ambulanti, & pter gressum sponsali decoratus mundo: insidens autẽ plus claudis succutiatur, & ebriis & furentibus magis sit manibus & pedib⁹ diuaricatus? Dic mihi, siqs tibi bonũ dedisset equũ, & corpus puertisset, qd utilitatis? Nunc uerò peruersam habes animã, & nihil est tibi curę. Curam nostri tandem ipsorum geramus, quæso, ne nos ſ. ipsos omnium ignobilissimos constituamus. Quod siqs uerbo q̃dem mordeat, angimur & dolemus: nos aũt ipsos facto contumelia afficientes, non curamus. Tandẽ excitemur quãdoq;, ut & animæ multã gerentes curam, & uirtutem arripientes, ęterna consequi bona posimus. Nanque non pp hoc est facta & nox, ut semper dormiamus, & cessemus. Et hoc testantur manuales operarij, agasones, mercatores. Dei ecclesia medijs cõsurgens noctib⁹, surge & tu. Vide stellarum choreã, altum silentium, multã quietẽ, dominiq; tui dispensationẽ admirare. Anima tunc est purior, leuior & subtilior, magis sublimis & agilis. Ipsę tenebræ, multúmq; silentium ad cõpunctionẽ inducere possunt. Si uerò cœlum respexeris, syderibus tanq̃ innumeris qbusdam oculis distinctũ: si cogitaueris quòd interdiu clamãtes, ridentes, lasciuientes, salientes, inferentes iniuriã, opprimẽtes, minantes, intentantes innumera mala, nunc hi nil à mortuis differũt, oẽm humanã damnabis insolentiam. Subrepsit somn⁹, & naturã redarguit, mortis est imago. Si declinaueris in uicũ, nec unã quidem audies uocẽ. Si domum respexeris, oẽs tanq̃ in sepulchro uidebis iacẽtes. Hęc oia possunt animam excitare, & in consummationis cogitationẽ inducere. Hic mihi sermo & ad uiros, & ad mulieres. Flecte genua, geme, dominum tuum ora tibi fieri propitiũ. Plus nocturnis placatur orationib⁹, cũ quietis tps tu luctuum tps facis. Regis memẽto, qualia uerba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Quantuncunq; sis delicatus, nõ es illo delicator, quantuncũq; sis diues, non es ditior Dauide, q rursum dicebat: Media nocte surgebã ad cõfitẽdum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Tũc inanis gloria non interrũpit. Qualiter.n. oibus dormientibus, & nõ cernentibus? Tunc torpor & oscitatio non premit. Nam quõ, cùm anima tot rebus excitetur? Post tales pernoctationes somni suaues, & mirę reuelationes. Hoc fac tu quoque uir, nedũ mulier. Ecclesia sit domus ex uiris & mulieribus. cõstituta: non.n. quòd tu solus sis uir, neque qđ hæc sola sit mulier, obstaculũ esse putes: ait enim, Vbi sunt duo in noie meo congregati, ibi sum in medio eorũ. Vbi Christus est medius, ibi magna multitudo. Vbi Christus, ibi necessariũ est & angelos esse, necessariũ & archangelos, & alias uirtutes. Nõ igitur es tis soli, oium habẽtes dominum: & rursus audi prophetã dicentem: Melior unus faciens uolutatẽ domini, q̃ decẽ milia iniquorũ. Nihil imbecillius multis peccatoribus, nil uno secundum dei legem uiuente fortius. Si tibi sint & filij, per oẽs in nocte fiat ecclesia. Si uerò molles sint, & uigiliã nõ ferant, usq; ad unã orationem uel alteram excita & colloca. Tantùm excitare, tãtùm in consuetudine temetipsum institue. Nil illo melius penu, tales orationes suscipiẽte, audi prophetã dicentẽ: Si memor fui tui sup stratum meum, in matutinis meditabar in te. At inquies, laboraui p diem multũ, & nõ possum. Prętextus & occasio ista sunt. Nã quãtuncunq; laboraueris, non laborabis quantùm ęrarius malleum tam graue ex tanta dimittens altitudine, scintillas & fumũ toto suscipiens corpore, & tamẽ maiorẽ noctis partem in hoc absumit. Scitis & mulieres, siquãdo uobis in agrũ ire fuit necesse, uel ad pernoctationẽ procedere, quo per totam noctem uigilant? Igitur & tibi sit ęraria spiritalis, nõ ut ollas facias, aut lebetes: sed ut tuam pficias animam, quod & ęrario, & aurifice multò melio⁹ est. Factã peccatis uetustã age in fornacẽ cõfessionis, ex multa altitudine malleum infer, hoc est, uerborũ damnationẽ, spiritus ignẽ accende, multò maiorẽ habes artem. Non aurea uasa cõponis, sed aiam omni auro pretiosiorẽ, sicut uas cõflat ęrarius. Nõ corporale uas aliqd conflas, sed animam ab omni liberas seculari uanitate. Apponatur tibi lucerna, non ista q̃ ardet: ait enim, Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Accẽ de p orationẽ aiam. Si se bene uideris habẽtẽ, eductam in quacunq; uelis, forma. Crede mihi, non ita rubiginẽ ignis excoquere solet, sicut oratio nocturna nostrorum rubiginem peccatorũ. Reuereamur, si nil aliud, nocturnos custodes. Illi pp humanã legem in gelu circũeunt uehementer clamantes, & p uicos ambulantes, madidi frequenter, glaciati pp te tuamq; salutẽ, & tuarum pecuniarum custodiã. Ille uerò pro pecunijs tuis tantã gerit curam, tu neque pro anima tua? Et te qdem ipe sub dio circũire non cogo, sicut ille: neq; uociferari, & dissumpi: sed in ipsa pmanẽs cella, in ipso cubiculo flecte genua, dominum ora. Quare xps ipse in mõte pnoctabat? nõne ut nobis forma fieret? Tunc plantę respirant, in nocte dico, tũc & anima maximè rorem & plus illis suscipit. Quę p diem sol exusit, hęc nocte refrigerantur. Omni rore magis noctis lachrymę cõtra concupiscentias, & aduersus oẽm ardorem, & æstũ demittũtur, nec aliqd tale pati pmittunt. Sin aũt illo rore non fruãtur, p diem cõburentur. Sed absit. Verũ refrigeratos, & dei gratiã nactos oẽs liberari contingat à pctorum farcina. Incredulum etenim est hoium genus, & multę indigens curę, maioriq; q̃ plantæ. Nam illic qdem natura corporũ est & terræ, agricolarum manibus cedens: hic uerò uoluntas multas admittens mutationes, & nunc quidem hoc, nunc autem illud eligens: uelociter.n. ad uitiũ inclinatur. Quapp undiq; cauere necessarium est, nequando dormitemus: ait.n. Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel: &, Ne des in commotionem pedem tuum: nõ dixit, ne commoueris: sed, ne des. Igitur in nobis est dare, non in ullo altero. Nam si stare uelimus stabiles, & immoti, nõ commouebimur. Quid igitur, in deo nihil est? Omnia quidem in deo, sed non ita, ut liberum in nobis arbitrium uioletur. Si igitur in deo sunt, inquit, cur nos accusat? Propterea dixi, ne liberum in nobis arbitriũ uioletur. In nobis igitur & i deo sunt. Oportet.n nos prius eligere bona, & ille sua tunc inducit. Nostras nõ puenit uoluntates, ne nostram temeret libertatem. Cùm uerò nos elegerimus, tunc magnum nobis affert subsidium. Igitur qũo Paulus dicit, Non uolentis (si & in nobis est) neque currentis, sed miserentis dei? Primum qdem nõ tanq̃ propriam introduxit sententiã, sed ex propositio sibi collegit, & ex pmisso. Postq̃.n. dixit scriptum est: Miserebor, cuius misereor: & miserabor, quem miseror. At igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis dei. Dices ergo mihi, quid ad-

Psal. 6.b.

Psal. 118.b.

Matt. 18.c

Psal. 16.a

Ps. 62.b.

Ibi. 118.o

Psal. 120.a

Ibid.

Rom. 9.c.

Exo. 33.d

G huc accusat? Secundum uerò dici pōt illud, quòd cuius est amplius, totum esse dicit: nostrum.n. est eligere & uelle, dei uerò expedire, & ad exitū deducere. Quoniā illius itaq; plus est, totum illius esse testatur, secūdum humanā locutus consuetudinem. Nā & nos ita facimus. Quale qđ dico: Domum ędificatā bene uidemus, & dicimus: totū est artificis, licèt non totū ipsius sit, uerū & operariorum, & domini, qui materiam suppeditauit, aliorúmque multorum: attamen quoniā plus contulit, illius totum esse dicimus: ita profectò & hic. Et rursum in multitudine, ubi multi sunt, oēs esse dicimus: ubi pauci, neminem. Ita & Paulus ait: Non uolentis nēq; currētis, sed miserentis dei. Duò uerò magna hic facit: unū qdem, ne extollamur: siue curras, siue festines, inqt, ne tuum esse putes meritū. Nisi nanq; supnum assequaris fauorem, oia nequicquam: tamen quòd optatum assequeris, clarū est, donec curras, donec uelis. Non hoc itaq; dixit, quòd in uanum currim⁹: sed quòd in uanum currimus, si totum nostrū esse putamus, nisi deo plus assignemus. Nec.n. totū de⁹
H suum esse uoluit, ne sine causa nos coronare uideatur: neq; rursus nostrum, ne in arrogantiam dilaberemur. Nam si minorum habētes partem altum sapimus, quid si totius authores essemus? Multa nanque deus fecit, ut nostrā succideret superbiā. Et adhuc manus alta quot nos morbis inuoluit, ut nostram truncaret insolentiā? quot feris circundedit. Etenim cum qdam dicant, quid hoc, ad quid hoc? Hęc inqt, pter id quod deo uidetur, in tāto te metu constituit, & nec ita humiliter sentis: sed si quando uel paruā assequaris prosperitatē, ad ipm sensū cœlum peruenis. Propterea celerrimæ mutationes & lapsus, & nec ita corrigimur: ppea continuæ mortes, & pmaturę. Nos autem de nobis tanquam immortalibus sentimus, quasi nunq; morituri, ita rapimus. Sic usurpamus aliena, quasi rationem nunq; daturi: sic ędificamus, tanq; hic semper manentes. Nec ipm nos dei uerbū quotidie nobis inculcatū, nec ipsa negotia corrigunt. Nō potest dies proferri, non hora, in qua continuos nō liceat casus uidere. Sed in uanū omnia, & duritiē nostrā nil penetrat,
I nec in alienis calamitatib⁹ meliores fieri possum⁹: quinimmo nec uolumus, sed cū ipsi soli lugeam⁹, tunc corripimur: & si manū deus remittat, rursum nos manū extollim⁹. Vnusquisq; sapit humana, terrena contemnit nemo, cœlū respicit nullus: sed tanq; sues ad uentrē inclinantes deorsum uergunt, cœno se conuoluentes: itidem & horum multi difficillimo se cœno polluentes, nō sentiunt. Melius.n. est luto fœdo q; peccatis contaminari. Illinc nanq; fœdatus, breui se tpe lauerit, & similis est illis, qui nec ab initio in illud ceciderint cœnum. At in peccati barathrum delapsus, pollutionem admisit, q̄ non aqua purgatur, sed multi tpis indiget, acrisq; pniæ, lachrymarū, & maioris ardentiorisq; luctus, q̄ quē charissimis exhibetis. Illa nanque sordes extrinsec⁹ nobis accidit, quapp & eā citò deponimus: illa uerò pariter interius, ideoq; uix eam abluentes mun-
Mat.15.b damur: ait enim: Ex corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia:
Psal.50.c quamobrem & propheta dicebat: Cor mūdū crea
Hiere.4.d. in me deus: alter uero: Ablue à malitia cor tuum Hierusalem. Vides quòd est & nostrum, & dei? & ite
Mat.5.a. rum: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uide

K bunt. Efficiamur mundi pro uiribus nostris, pecca ta nostra detergamus. Quo uerò detergenda sunt, propheta docet inquiens: Lauamini, mundi estote, *Esa.1.d* auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quid est, coram oculis meis? Quoniā aliq; uidentur esse boni, sed hoibus: sed deo sunt manifesti sepulchra esse dealbata: ppea dicit: Sic auferte, si cut ego uideo. Discite benefacere, exquirite iudiciū, *Ibid.e* humilē & pauperē iustificate. Et uenite, & disputemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata uestra sicut purpura, sicut niuē dealbabo: & si fuerint tanq; coccinū, quasi lanā albefaciā. Vides quòd priores nosipsos oportet mūdare, & tum deus emūdat? Cū enim pri⁹ dixisset: Lauamini, mūdi estote: tūc subdidit, Ego dealbabo. In extremā itaq; lapsorum neq; tiam nemo de se desperet. Etsi nāq; in habitum uenisti, & quasi in ipsius naturā uitij, ne timeas. Propterea nāq; colores nō euanidos, sed subiectis ferè consubstantiatos in cōtrariū dixit statū uenturos. Non.n. simplr lauare dixit: sed, tanq; lanam, & quasi niuē dealbare, ut bonā nobis spem suggerat: ergo magna uis pnię: siquidē ut niuē nos reddit, & ut la L nā albefacit, licèt pręueniēs peccatū nostras infecerit aias. Studeamus itaq; mūdi fieri: graue nihil imperauit, Iudicate pupillo, & defendite uiduā. Vides *Psal.81.a* ubiq; quo multa deo misericordia sit, & iniuriā patientiū tutelæ mentio? Hæc officia sectemur, & dei gratia poterimus & futura consequi bona: quibus nos omnes dignos censeri contingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE VANA GLORIA, ET *ambitione*, Homilia xliij.

Vemadmodū sæui qdem uenti in tranq-
q lum mare delati, totū ab imo subruunt, ut & arena cum undis misceatur: sic & ambitio, & turpis q̄stus aiam subeūtes oia subuertūt. Excęcat mentis intuitū, pśertim glorię furor: nā pecunias qdem cōtemnere uolenti satis est facile: honorē aūt à multis collatū despicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicę cuiusdam aię ipsum cœlestis testudinis uerticē tāgentis. Nō est. n. M non est inquam, uitium ita tyrannicū, & ubiq; dominans ex maiori qdem, uel ex minori parte, attamē ubique. Ipsum itaque quo uinceremus, etsi nō ad expurgationem, saltem ex minima parte? In cœlum si respiciamus, si deum ante oculos habeam⁹, si de terrenis maiorē capiamus cogitationem. Cogita, cùm gloriā cōcupiscis, quòd eā sis assecutus, & disce finem, & nihil inuenies. Cogita quantā ea res habeat iactyrā, quot & qualibus bonis priuet. Labores qdem sustinebit atq; pericula, fructib. autem priuabitur, & certaminū pmijs. Cogita, quòd multa sunt pericula, & eorum gloriā cōtemne: qualia sint, singula recēse, & rem risu plenā uidebis. Videbis quòd dedecus magis est q̄ gloria, & post hęc ad cœleste spectaculū referas cogitationē. Cū aliquid boni facies cogites, qđ & hominib. oportet ostendere, & aliquos facti spectatores q̄as, & solicit⁹ sis ut uideatur: cogita quòd deus uidet, & oēm illam exting ues concupiscentiā. De terra recede, ad illud cœleste respicias theatrū. Hoies licèt laudauerint, mox tamē accusant, uel iuidēt, uel carpūt: sed hoc si nō fecerint, nihil oīno tamē laudato prosūt: de⁹ autem

A autem non ita, sed gaudet nostra laudās merita. Dixisti rectè, plaususq; cōsequut⁹ es? Et qd emolumēti? Si enim adiuti quidē sunt plaudentes, & mutati, & meliores effecti prioribus abstinuere malis, ue rè gaudendū est, non iam collatis laudibus, sed bona mirabilique mutatione: si uerò laudantes qdē, & tumultuātes pseuerant, & plaudentes, nullū autē ex plausibus fructum reportāt, dolendū magis est, quoniam hæc eis in iudicium cedunt, & damnatione. Sed in pietate gloriā habes? Si uerè quidem sis pius, & tibi nihil cōscius sis mali, oportet gaude re: nō quoniam uideris, sed quoniam es. Si cùm sis. multorum quidē gloriam cōcupiscis, cogita quòd non hi nobis iudices erunt in illa die: sed q̄ latentia perfectè nouit. Si uerò tibi peccatorū cōscius, apud omnes mūdus esse suspicaris, non tantùm gaudere non oportet, uerùm & dolere, & amarè gemere, diē continuè cogitantem, in quo omnia reuelantur, in quo absconditā tenebrarum illuminātur. Honore
B delectaris? hunc repelle, sciens quòd te debitorē cō stituit. Honorem tibi prębet nemo, & in hoc gaudē dum est. Non enim cum aliis & hoc tibi deus iproperabit, quòd honore delectatus es. An non uides, quòd cum aliis beneficiis & hoc deus per prophetā *Iool.2.g* ait: Accepi ex filiis uestris in prophetas, & ex iuueni bus uestris in sanctificationem? Hoc igitur saltē lucraris, quòd maiori supplicio nō eris obnoxius. Nā qui nō honoratur in pręsenti uita, sed cōtemnitur, nec ullam est assecutus æstimationem: sed cōtumeliam patitur, & respuitur: & si nō aliud, hoc saltem lucratur, quod non & huius est reus, quòd nō à cō seruis honoratur, & multa propter alia gaudet, contrahitur, humiliatur: neq; si uelit, unquam altū sapiet, si sibi magis attendat. Qui nanque multum ac quisiuit honorem, præterquā quòd & magnorum reus est debitorum, & in arrogantiā exrollitur, & inanem gloriam, & fit hominum seruus, postmodū hoc crescēte dominatu, multa quæ nollet, facere cogitur. Tanquā itaque scientes, quòd hoc est melius quàm illud, honores ne queram⁹, & oblatos recuse mus, abiiciamus à nobis, hanc extinguam⁹ cōcupi scētiā. Hæc & ad principes & subditos nobis dicta
C sunt. Anima nanque cupiens honorē & glorificari, *Matt.5.g* non uidebit regnū cœlorum. Non meus est hic ser- *6.a.&.c* mo, neque mea recito uerba, sed spiritus sancti. Nō *Rom.2.d* uidebit, licēt uirtutē operetur: ait enim, Receperūt mercedem suam. Itaque qui mercedem non accipit, quomodo cœlorum regnū uidebit? Non prohibeo gloriā optare, sed ueram uolo gloriam, quę ē à deo: cuius laus est, inquit, nō ex hominib. sed ex deo. In absconditō simus pij, non multo circūdati fastu, & ostētatione, & simulatione. Ouis pellē abiiciamus, sed potius oues efficiamur. Nihil hominū gloria uilius. Dic enim mihi, si paruorū uideas puerorū multitudinem, lactentium dico, nunquid ab eis gloriā concupiscēs? sic erga cunctos hoies disponaris propter gloriam. Idcirco cenodoxia dicitur. Nonne uides personas, quas in scena uersantes induūtur, quā sint pulchræ quidē, quàm uerò splendidæ, quā ad extremam pulchritudinis perfectionē efficę? Potes mihi talem aspectum in ueritate monstrare? Nequa quā. Nunquid unquā earum amore captus es? Nō. Quare? Quia uacuæ sunt, & imitantur pulchritudi ne: pulchritudo tamē non sunt. Similiter & gloria manis est, & gloriam quidem imitatur: nō est tamē

Κενοδοξία gloria.

gloria. Illa sola maneat, quę naturalis ē, quę intrinsecus. Hęc autē quę exterius superinducitur, occultat quidem sæpe deformitatem, occultat autē apud homines, & usque ad uesperam: dimisso autē theatro, sublatisque psonis, unusquisque quòd ē, hoc apparet. Itaque ne tanquam in scena, & simulatione ueritatē obeamus. Dic.n. mihi, quid habet boni, à multis circunspici? Inanis est gloria, nec quicquā aliud. Nam domū reuertere, & solus esto, & totum illico desluxerit: in forū processisti: pręsentes in te cōuertisti, & quid amplius? Nihil, extinctū est, & euanuit tanquā fumus diffusus: sic igitur ea quæ non subsistūt. Quātæ sunt hæc, quæso, stoliditatis? quātæ dementiæ? Ad unū itaque solum spectem⁹, quomodo deus nos laudet. Si hoc consideremus, nunquā ab hoibus propria quęremus: & si contigerint, contēnemus, deridebimus, respuemus: tāquā aurum quidem optantes, lutū uerò recipientes, sic afficiamur. Non laudet ille, nihil enim profuerit: & si uituperet, nihil nocebit. In deo autē hæc utraque habent aliqd lucri, uel iacturæ: at apud homines oia uana. Et in hoc æquamur deo, quòd ab hominib. ille nō E gloriæ indigeat: ait enim, Gloriā ab hominibus nō *Ioan.8.f.* capio. Parúmne igitur hoc? Cùm nolis gloriā contemnere, dic, deo par fio si contempsero: & stati cō temnes. Non enim potest glorię seruus homo, non omniū seruus esse, & ipsis seruilior mancipiis. Non enim talia nostris prącipim⁹ seruis, qualia captiuis suis illa: turpia & dedecore plena negotia loq facit & pati, & maximè cū obsequentes uiderit, imperia magis intendit. Fugiamus itaque fugiamus inquā hanc seruitutē. Inquiet aliquis, Qualiter itaq; poteri mus? Si philosophemur de terrenis, si uideamus qđ psentia somniū & umbra sunt, & nihil aliud, ipsam facilè uicerim⁹, & nec i paruis, nec in magnis capiemur: quòd si contemnamus in minimis, & in maximis facilè cadem⁹. Procul igitur eius fontes restrigamus: hi autem stultitia sunt, & humilē animum habent. Itaque si sublimem sensum capiam⁹, poterim⁹ & à multis collatum honorē contemnere & in cœlum dirigere cogitationem. Nam sicut est modestię principiū ieiunium, id est, fundamentum & constitutio: sic & peccati superbia, & ab ea omne peccatū inchoatur, & ab ea congregatur: quòd enim quęcū F que bona facimus, uitium ea pmanere nō sinit, qn corruant, sed tanquā radix est quædā non commoueri non permittens, illinc manifestū est. Vide quā ta pharisæus fecerat, sed hæc omnibus nocuit, radice manente. Ex superbia nascitur pauperum despectus, pecuniarum concupiscētia, amor principat⁹, multę desiderium glorię. Ad contumeliā ultor est huiusmodi. Elatus.n. nec à maiorib. nedū ab iferio ribus contumeliā pati sustinet: qui uerò cōtumelia non tolerat affici, neq; malē pati sustinebit. Vides qūo peccati principium elatio, quomodo uerò superbiæ principiū, nescire dominū? Et meritò. Qui nanque dominū nouit, sicut oportet intelligere: q nouit quòd dei filius se tantū humiliauit, nō extollitur. Qui autē hæc ignorat, extollitur. Elatio uerò præparat ad insolentiā. Dic etenim mihi, unde isti impugnātes ecclesiā deum ignorare dicuntur? nōn ne ex insolētia? Ecce dominū ignorare, i quod eos prącipitiū proiecit. Nam si deus contritū diligit spiritū, ē contra superbis resistit, humilib⁹ aūt dat gra *Iaco.4.b* tiā: nullum itaq; malum par elationi, hominem red

dit dæmonem, contumeliatorem, blasphemum, periurum, cædes facit & homicidia cupere. Elatus semp in doloribus uiuit, semp indignatur, semp mœret. Nihil est quod eius possit explere libidinem, si uel regem uiderit supplicantem & adorantem, non est satiatus, sed magis accensus. Sicut.n. auari quantò plura ceperint, tantò pluribus egent: itidē & superbi, quantò maiori fungātur honore, tantò plus cōcupiscunt. Crescit.n. in eis morbus: morbus enim est: morbus autē finem nescit, sed cū habentem occiderit, tunc demum sistit. Nonne uides ebriosos, qđ semper sitiunt? morbus.n. est, non naturæ cupiditas, sed ægritudo peruersa. Nonne uides quos uocant bulimos, quòd semper esuriūt. morbus.n. est, ut medicorum pueri testantur. Iam naturæ terminos transcenderunt curiosi, & superflua satagentes quantuncunq; passi fuerint, nō sistunt: morbus.n. est, & finem ignorat. Fornicationibus gaudentes rursum nec ipsi sistunt. Homini, inquit, fornicario ois panis suauis: non desinet, donec absorbeatur, morbus.n. est: & morbi qdē sunt, nō tamen incurabiles, sed admittentes medecinam, & multò magis quā corporales. Si nanq; uelimus, possumus eos extingere. Igitur qūo superbiam extinguere possum⁹? Si deum agnoscamus. Nam si ex ignorantia dei nascitur, cùm ipsum agnouerimus, expellitur omnis insolētia. Cogita gehennā, cogita multò meliores te: cogita, quod deo pœnas debeas: si talia cogitaueris, ocyus mentem contraxeris, ocyus eam compresseris. Sed nō potes ista facere, es imbecillior, cogita præsentia, ipsam humanā naturam, quā nihil sit hō. Cùm uideris in foro' mortuū efferri, orphanos sequentes filios, uxorem uiduam plangentem, plorantes seruos, amicos mœrētes, præsentiū rerū uilitatē cogita, & quòd ab umbra somnisq; nihil differunt. Sed non uis hoc: at cogita prædiuites in bellis temerè pereūtes: magnatū & illustriū domos considera nunc solo prostratas, considera quantū potuerunt, & nunc eorum quidem memoria remanet. Per singulos enim dies, si uelis, horum exēpla reperies, magistratuū successiones, proscriptiones diuitum. Multi tyranni confederunt humi, nō existimatus autē gestauit diadema. Hæc nónne quoti die fiunt? Nōne nostra rotæ cuidam similia sunt? Lege si uelis, & quæ sunt apud nos, & exteriora. Nā & illa his exēplis referta. Si nostra contēnis, & hoc ex insolentia: si philosophica miraris, & his accede. Illi quoq; te docebūt antiquas recēsentes ęrūnas, & Poetę, & oratores, aq; sophistæ, sermonumq; scriptores uniuersi. Exēpla, si uelis, ubiq; reperies. Si uerò nihil horū uelis, ipsam pēsa naturā nostrā, ex qbus cōstat, & quò definit. Cogita cū dormis, quo sis dignus: nónne uel minima bestia te posset interimere? Multis.n. à tecto frequēter illata breuis bestiola uel oculū eruit, uel alicuius alterius piculi cām attulit. Hæc igitur poterūt nos à tali proposito abstrahere, sicq; uitam agemus laudabilē i Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Βουλιμία siue Βουλιμος magna fames, morbus quo labōrātes etiā post cibū esuriūt. Ecc. 23.c

H Qui dicātur me dicorum pueri, uide supra fol. 123.L

DE LIVORE ET INVIDIA, Homilia. XLIIII.

Icut furentes sæpenumero gladios in se cōuertunt, itidem & inuidi, solam inuisi pmiciem intuentes, propriā negligūt salutem: hi feris quoq; peiores. Nam illæ quidem escæ indigentes, uel priusquā à nobis irritentur, aduersus nos armantur: hi uero beneficiis quoq; frequenter allecti, bene meritos malefi ciis prosecuti sunt. Hi qdē peiores feris, dæmonibus aūt pares, fortè uerò peiores & istis. Hi nanq; contra nos bellū exercent impacatum, consortibus autem generis non insidiantur. Vnde Iudæis quoq; Christus os occlusit, cū eū in Beelzebub eiicere dęmonia calumniarentur. Hi uerò neq; naturæ cōmunionem reueriti sunt, neq; sibi pepercerūt. Nā antequam inuisos, animas suas pœnis afficiunt, tumultus ois & ignobilitatis eas frustra & incassum implent. Cur.n. doles, ò homo, proximi bonis? Dolere nos oportebat his quæ patimur malis, nō in qb. alios probabiles haberi uidemus. Propterea oi uenia caret istud pctūm. Nā fornicator qdem concupiscentiam prætendere pōt, fur paupertatem, homicida furore, frigidas, quidē & irrationabiles, habent tamen quas ptendant excusationes. Tu uero quā dices causam, rogo? Nullam penitus, nisi tantū intensam nequitiam. Si.n. inimicos diligere iubemur, cū & diligentes oderimus, quā pœnam luemus? Nam si diligēs diligētes nihilo getub. melius affectus est: nihil iniurię opatos infestans, quā habebit ueniam: quā excusationā? audi qd Paul⁹ d. cat: Si tradidero corpus meū, ut ardeam: charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest. Quod autem ubi liuor & inuidia, charitatis opera sublata sint, cuiq; patet. Hoc uitium & fornicatione peius est, & adulterio. Hoc.n. in operato tantū sistit: inuidiæ uerò uis totam subuertit ecclesiam, & toti nocet terrarum orbi. Hæc homicidii mater ē: ita fratrē Cain occidit, ita Iacob Esau, ita Ioseph fratres, ita cūctos hoies diabolus. Sed tu nunc no occidis, sed multa cæde facis grauiora, fratrē optans confundi, laqueos undiq; tendens, sumptos pro uirtute dissoluens labores, dolēs qd mūdi placent domino. Non illū itaq;, sed ab eo cultū impugnans. Illū afficis contūmelia, tuum illius pręponens honori, & quod est oium grauissimum, indifferens peccatum esse uidetur, cùm oium sit atrocissimum. Siue miserearis, siue ugiles, oium es scelestissimus, cū inuideas fratri, & hoc illinc est manifestum. Quidam olim apud Corinthios fornicat⁹ est, sed accusatus fuit, & breui correct⁹. Abeli Cain inuidit, sed sanatus nō ē: quin & deo statim ipsius ulceri curā afferēte, magis intumescebat, & fluctuabatur, & ad cædē properabat. Ita hoc uitiū illo peius est, nec medicinæ; quancunq; adhibuerimus, facilè cedit. Funditus igitur eam undiq; euellamus, illud pensantes, qđ quēadmodum offendimus deū alienis tabescentes bonis, ita placemus gratulātes, & nosmetipsos participes facimus bonorū beneme rēti repositorū. Et ppe a Paulus dicit: Gaudete cū gaudentibus, & flete cum flentibus. Vtrinque magnum lucremur emolumentum. Cogitantes itaq; qđ licèt nō laboremus, si laborāti cōdelectemur, illius coronarum efficimur participes: oēm eiiciamus inuidiā, & in aiabus nostris charitatem plantemus: sed quod dixi, graue qd inuidia, graue, & simulatione plenū. Hoc mundū innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo utib. plena sunt tribunalia, ex hoc liuores, & pecuniarū, amor, ambitio, et inanis gloria. Hic urbes obsidētur, et mare, piratas habet, hinc per orbē cędes, hinc genus nostrū dissipa

I

K

L

M

Ma. 15.d

Ibidem

Gen. 4.d

Rom. 12.d

A tum est. Quodcunq; malum uideris, ex hac rādice producitur: iam.n. & in ecclesias debacchata est, & prius innumera patrauit mala. Hoc auaritiā parit, uitium oia confundens, & iustitiam corrumpens. Dona.n. excæcant oculos sapientum, & tanquam frænū ori auertunt argumenta. Hoc pro liberis seruos facit, de hoc p singulos loqmur dies, & nil amplius efficitur: bestiis exhibemur peiores, orphāos diripimus, spoliamus uiduas, odio pauperes habemus. Vę sup uę nascitur. Hei mihi qa periit pius de terra, & iam nostrum est lugere, & per singulos hoc dicere dies: Orationibus nil efficimus, consiliis & admonitionibus nihil. Relinquitur iā lachrymas

Luc. 19.f fundere. Hoc & Christus fecit, cū multa eos q' Hierosolymis erant, montissēt, postq; illi nihil lucrifecerūt, ipsorum defleuit calamitatē. Hoc & prophetæ fecerunt, hoc & nos facimus nunc. Luctus iam tps est, & lachrymarū & gemitus. Et nunc oppor-

B tunum est dicere: Vocate lugētes, & ad peritos mittite, & loquātur. Ita fortasse poterimus eiicere morbum, domos erigentium splendidas, agros ex rapina comparantium. Lugere nunc opportunū. Sed uos quoq; mihi coiungimini, iniuriam passi, spolia ti. Adhærete mihi, lugete, & deducite lachrymas meas: sed lugētes, nō nosipsos, sed illos lugeamus. Nō iniuria uos affecerunt, sed ęipsos pdiderūt. Nā

Esa. 5.b uos quidem habetis regnū cœlorū pro iniuria: illi uerò gehennam pro lucro: ppea melius est iniuriā pati, & non inferre. Defleamus eos fletu non uulgari, sed de sacris scripturis, quē prophetæ defleuerunt. Defleamus cū Esaia, ita dicentes: Væ qui coiungitis domū ad domū, & agrū ad agrū propinquatis, ut aliquid proximo auferatis. Nunqd habi-

Hie. 22.d tabitis soli super terrā? Domus speciosæ & magnæ, & non erunt qui inhabitent in eis. Defleamus cū

Luc. 6.d Naum, & cū eo dicamus: Væ qui ædificat in altitudinem domū suā. Immo uerò defleamus eos, xp̄m sequentes dicentē: Væ qui diuites estis, quoniam recepistis mercedē uestram & consolationem. De-

Hie. 22.d fleamus, & ne cessemus: quin & nisi turpe sit plangamus, dicamus quod propheta: Nolite flere mor-

C tuū, sed deflete raptorem, alienorū usurpatorem, auarum, insatiabilem. Quare mortuos deflemus, in quibus iam nihil expediri pōt? Lugeamus hos, in q bus est & mutatio. Sed nobis lugentibus illi forte rident: & hoc luctibus dignū, quod ridēt, ubi lugē dum erat. Nam siqd ex deploratiōibus nostris passi fuissent, deploratores regescere decebat, tanquā se correcturos: sed postq; insensibiliter se gerunt, pmaneamus, nos flentes: nō simplr locupletes, sed auaros, usurpatores, raptores. Nam & congruē diuitiis uti licèt, cū in egenos erogemus: auaris autē crimen & accusatio sunt, & opprobriū. Lugeamus itaq; nō hos tantū, uerū & inuidos: grauis.n. & hic ualde morbus est. Nec aberrauerit quis hanc diaboli filiam appellans, & post hæc inanis glorię fructum, quin autē & radicem. Hæc.n. utraque mala

1.Re.18.b in alterutrum sese producere solent. Sic certè tunc quoq; Saul inuidebat, quādo dicebant: Percussit Saul mille, & Dauid decē milia. quo qd esse posit irrationabilius? Quid.n. q̄so, inuides? Quòd ille laudauit? Atqui gaudere decebat: alioq; neq; nosti, uerā ne sit laus. Aut ppea doles, quòd cū non esset admirabilis, laudatus est? At potius oportebat misere ri. Quamobrem si bonus quidem sit, laudato non opus est inuidere, sed potius eū laudare cū benedicentibus: si uerò talis nō sit, utilitas nulla, sed & dānum. Quid igitur in teipsum ensem agis, qđ hominibus mirabilis esse uidetur, qui hodie qdē sunt, cras autem nō erunt? Sed qđ gloria fruitur? Quali, dic mihi? De quá ne prophęta dicit, qđ flos ê fœni? Esa. 40.b Propterea igitur inuides, quoniā onera baiulat, & fœni tales circunfert sarcinas? Si uerò tibi talis dignus iuidia uidetur honor, & lignicidæ p singulos dies onera ferētes, & urbē igredientes. Nihilo.n. melius hoc est onus, sed grauius: illud.n. corpus tantū premit, hoc autē & animam plerunq; læsit, & uoluptate maiorem intulit anxietatem. Nā etsi & dicēs comprobatur, maiorē habet lætitia timorē: quin potius hanc quidem breuē, illum uerò cōtinuum: & si præpolleat apud principes, & illic inuidia rursus & periculū. Quod.n. tu pateris apud eū, hoc & alii plures. Sed cotinuè laudatur & exultat? Hoc amarum facit seruitus: non.n. liberè pro sententia facere quicquā audebit, ne se glorificātes offendat. Grauia nanq; sunt ei uincula claritas. Itaq; quantò sit pluribus notior, tantò plures habet dominos: & seruitutis ei iuga grauantur, ipsius undiq; dominis apparētibus. Et domini qdē aspectu cū liberatus fuerit seruus, respirat, & est in oi libertate: hic autem undiq; dominos quærit. Omnium enim est seruus in foro apparentium: siue qd urgeat necessarium, in forum prodire non audet, & sequentibus seruis, & equitatu, & oi reliqua uanitate conueniente, ne domini condemnent. Et si quem legitimum uideat amicum, eū indifferēter alloqui nō audet: dominos.n. ueretur, ne se detrahant à glia. Itaque quantò illustrior est, tantò magis mancipatus est. Et si quid molesti patiatur, granior est contumelia, quantò plures habet testes. Et prēter dignitatem res esse uidetur: nec tantū uerò contumelia, sed & calamitas, multos.n. habet insultātes: sicut etiam siquo fruatur bono, plures habet iuidētes, & ægrefentes, & cupientes auferre. Hoc igitur, q̄so, bonum? hoc gloria? Nequaquā. sed ignobilitas, seruitus, & uincula, & quicquid graue quis dixerit. Si uerò sic quoq; tibi diligitur ex hominibus glia, & ille multorum excipiens plausum te conturbat uehementer: cùm plausibus fruentem uideris, ad futurum mente seculum, & illam gloriam transi: Et sicut ingruentem fugiens feram, et domum ingrediens, fores claudis: sic & nunc ad futuram confuge uitam, et illam ineffabilem gloriam: ita enim & hanc conculcabis, & illam faciliter apprehendes, et uera frueris libertate, æternisque bonis: quæ nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

D

E

F

DE INVIDIA ET LIuore, Homilia. XLV.

Vm beneuolū deū habuerimus, dilectissimi, licèt in solitudine simus, i ciuitatib. degētib. tutius cōuersabimur. Maximū nanq; munime, et iexpugnabilis murus ē diuinus fauor. Et ut discas qūo qui moratur in solitudinibus, in mediis uersante ciuitatibus, & humanū habente multū auxiliū tutior est, et potētior, uideam⁹, qūo Dauid quidem ex locis loca permutans, et degens tanquā profugus, à supna manu muniebatur: Saul

G

G autem in mediis positus urbibus, & tot agens exercitus,& tot habens satellites & custodes, per singulos dies hostiũ icursum timebat & tremiscebat. Et ille qdẽ cũ unus esset,& secũ haberet neminẽ, humani non indigebat subsidii: diademate uerò redimitus,& ornatus purpura,ipsius egebat auxilio. Et rex pastoris indigebat: & priuati, coronã gestans. Sed si uultis,altiùs sermonis seriẽ repetam⁹,ut oẽm ipsius historiã in mediũ agẽtes, discamus,qd diuina ope munito fortius nihil,& nihil imbecillius ea distituto, licèt innumeris exercitib. circũualletur. Hic itaq; Dauid cũ eẽt ualde iuuenis, & pp ætatem immaturã in paterna domo degeret: postq; tps exigebat,ut huius fieret uirtus manifesta, à patre cohortatus ut fratres suos uiseret, ad eos mittebatur: ad horum itaq; uisitationem profectus, ut bellum uidit conflatum alienigenæ Goliath, & totũ cum Saule populũ expauefactum, & ipsum regem in periculo de summa rerũ constitutum, interim spectator eẽ uolebat, & ibat uisurus nouũ atq; mirabile, quòd unus hõ contra tot milia insurgeret. Sed fratres cogitatus nõ ferentes fortitudinẽ, in inuidiam H
1.Re.17.d commoti sunt,& ad eũ inquiunt: Propter nil aliud uenisti,q; ut bellum uideres: nec.n. uisitationis nostræ gratia uenisti. Sed huius uide prudentiã & mã suetudinem multam. Procax nihil & aspe rum eis respondet,sed eorum sedans ardorẽ, & demulcens inuidiam,ait: Nõne uerbum est? Non.n. inquit, arma me uidistis tractantem. Nunquid.n. conspexistis pugnantẽ? Simplr uidere uolui,& intelligere unde sit huic tanti furoris excessus. Quis.n. inquit,est hic alienigena,exprobrans castra dei uiuẽtis? Mox & multam eius audiens magniloquentiam & ineffabilem cũ Saule profectorũ timiditatẽ,ait: Quid erit homini, huius caput amputanti? & per hæc uerba magnam animi uirtutem ostẽdebat,oẽs trahẽs
Ibid. in admirationem. Hæc ubi Saul intellexit, accersit iuuenẽ præter pasturã nihil doctũ: præterea & ipsius conspicatus staturã,paruipendit. Postmodũ cũ ab eo didicisset, qualiter ursos confecisset, cùm greges inuasissent. (Hæc.n. narrare coactus fuit ad mirabilis hic,non inanem gloriam quærere uolẽs, sed in necessitate constitutus,& ut illi fiduciã afferret,ne ad apparẽtis respiceret uilitatẽ, sed ad fidem interius latentem, & supernum auxilium, pp quod uiris fortior erat inuenis,& inermis armatis,& mili I tibus pastor.) Mox cũ ipsius sententiæ finem rex uidisset, propria arma uolebat eũ induere: ipse uerò cũ hæc induisset,neq; poterat sustinere. Hoc autem agebatur,ut nuda dei uirtus appareret,quæ per eũ operabatur, ne armis gesta tribuerent: postquã.n. his indutus claudicabat, arma deposuit, & peram sumens pastoralẽ,& lapides, sic in illam carneam turrim prodibat. Sed uide rursum & alienigenam ad staturæ uilitatẽ respicientem, hinc iustũ flocci pendere, & tanquam in uilẽ puerulum uerbis insurgere. Postq; .n. uidit eum cum pastorali pera con
1.Re.17.f tra sẽ prorumpentem, & solos habentem lapides, tantum num ad eũ dicebat: Putasti te rursum ouibus instare, & quosdam canes expellere,& ppea tãquam aliquem acturus canẽ cũ istis instrumentis mecum pugnam aggressus es? Iã te docebit experiẽtia,quòd nõ cũ quolibet est tibi certamen,& multam præferens audaciam festinabat,& urgebat, & totam mouebat armaturam, armaq; prætendebat: K sed ille quidem armorũ uirtute fretus, pugnã adoriebatur: hic aũt fide, supernoq; munitus auxilio, & cũ prius uerbis alienigenæ petulantiam deiecisset, & ad eum dixisset: Tu uenis ad me cũ armis & hasta,& propria uirtute sperans uincere: ego autem in noie domini dei. Cùm hæc,inquam,dixisset, ex pastorali pera lapidem tollens, quasi uerè canem quendam gregi ingruentem expulsurus, sic funda iaculatus,in fronte statim alienigenam percutiens prostrauit:& festinans,& ipsius strigens ensem,ipso caput amputatũ ita regi reportauit, & bello finem imposuit. Et per illũ rexq; salutem inuenit, & oĩs ipsius respirauit exercitus. Et cernere dabatur res mirabiles,atq; stupendas,armatum ab inermi prostratum:& in bellicis peritum, ab eo qui nihil pter pastoralem nouerat artẽ, deiectũ. Quamobrẽ, & qua de causa? quoniã hic quidem supernũ habebat auxiliũ sibi conferens: ille uerò hoc destitutus, sub huius manib. ponitur. Sed uide iã hic inuidię mor bum,quantã operatus est cõuenientiam. Postquã enim uidit rex multa laude fruentẽ hunc iustũ, & Ibi.18.b
mulieres in choro clamãtes: Vicit Saul mille, & Da L uid decẽ milia: non æquè ferens de ipso dicta, licèt sẽdm iusti rationem ipsi potius quã Dauid gratum faciebant, ab inuidia uictus iam benefactorẽ contrariis prosequebatur: & quẽ oportebat saluatorẽ & benefactorẽ inscribi, hũc iterficere moliebatur: O furoris excessus,ò stupiditatis intẽtio, eũ q sibi uitã donauit,& totum exercit ũ ab alienigenę furia liberauit, tanquã hostem iam intuebatur: & neq; recens beneficium morbũ uincebat, sed tanquam ab ebrietate quadã,inuidia cõtenebratã habẽs mẽtis rationẽ, benefactorem tanquam hostem respiciebat. Talis.n. est huius uitii malitia, ut prius separientẽ offendat. Et sicut uermis de ligno nascẽs, ipsum prius absumit: sic & inuidia illã prius quæ se peperit, aiam corrũpit, & inuisum contrariis ac uellet afficit. Nam ne mihi consideres inuisorum pro œmia, sed finem respice, & intellige quòd hæc inuidentium malitia inuisos ad maiorem perducit claritatẽ. Nã hi quidem & deum in auxilium attrahunt,& cœlesti fruuntur fauore: hoc uerò carẽs, M
oĩbus tedditur expugnabilis: & antequam ab externis hostibus, ab ipso obsessus uitio tantum nõ consumitur:& tanquam occultis depastus dentibus,ita clãculũ,ut ita dicam, absumptus remanet. Quòd sciẽtes,huius quæso utii pestẽ fugiamus, & totis uiribus ex nostris relegemus animis. Oĩum enim uitiorum hoc est perniciosissimum, & ipsam salutem nostrã supra oia uastat,improbi nanq; diaboli est inuentum. Et ppea sapiens quidam dicebat: Inuidia uerò diaboli introiuit mors in orbẽ terrarũ. Postq;.n. uidit hæc improba bestia factum immortalẽ protoplastum, per propriam nequitiã eum in mandati præuaricationẽ induxit, & per eã fecit,ut mortis pœnã attraheret. Itaque inuidia deceptionẽ fecit,obediẽtiam deceptio, mortem inobedientia: ppea ergo dicit, Inuidia diaboli mors intrauit in mundũ. Vidisti quãta sit uitii pnicies? immortalitate decoratũ morti subiecit. Sed nostræ q dem salutis inimicus propriã mouens inuidiã, immortalem protoplastum morte fecit dãnari. Curator autẽ & misericors dominus per propriã mortẽ rursum nobis immortalitatẽ donauit:& his q pdi dim⁹, inuenim⁹ maiora. De paradiso proiecit, & in cœlum

A cœlum nos reduxit. Vt morti dãnaremur, effecit,& immortalitatẽ nobis largitus est: paradisi priuauit delicijs,& nobis regnũ parauit cœlorũ: Vides indu striam domini tui,& quo à diaboli inuidia contra nostrã facta salutẽ, in ipsius rursum caput conuer-
Luc.10.e tit? Non.n. tantũ nos maioribus dignos effecit, sed & eundẽ illum nobis subditum dedit, cũ dixit: Dedit uobis potestatẽ ambulandi super serpentes & scorpios,& omnem uirtutẽ inimici. Hæc igitur omnia cogitantes,& inuidiã ex nostris exterminemus animis,& à deo beneuolẽtiam allicere studeamus. Hoc.n. scutum est nostrum inexpugnabile, hęc maximè nobis diuitiæ. Quot patiebatur Dauid iniurias? quot aũt inferebat Saul? Quis ergo fortior factus est atq; beatior? Quis uerò miserior & misera-
1.Re 17.e bilior? nõne qui fecit iniuriã? Considera uero: prosperat Saul,si Dauid alienigenam prosterneret, ipsum generũ accepturũ,& multa cũ gratia filiam ip si daturum: prostrauit alienigenã, ille fœdera trãsgressus est, nec modò non dabat, uerũ & auferre conabatur. Quis ergo factus est clarior? nõne ille qui B dem à dolore suffocabatur, & malo dæmone: hic aũt super Solem triumphis & dei beneuolentia coruscabat? Rursum in mulierũ choro nõ ille quidẽ angebatur inuidia, hic aũt tacite cuncta ferens om-
Ibi. 24.a nes capiebat,& sibi colligabat: postquã & eum ipse in manus cepit,et pepercit, uter rursum beat⁹, uter miser, uter aũt imbecillior, uter potẽtior? nõne hic qui neque iuste grassatus est? & ualde merito. Ille nã que milites armatos, hic autem iustitiam innumeris exercitibus fortiorem auxiliarem habebat,& adiutricem: propterea iniustas passus insidias, nec iuste uoluit occidere. Ex superioribus nãque sciebat, quòd non male facere,sed male pati, reddit potentiores: hoc & in corporibus efficitur, hoc in arbori-
Gen. 31.e bus. Quid autem Iacob? Nõne à Labã iniuriam sustinuit,& male passus est? qs itaq; fuit fortior? Qui cepit eum in manibus, nec ausus contingere, sed timens & tremens: an non hic sine armis & militib⁹, innumeris regibus ipsi factus terribilior? Vt aũt & alteram hac maiorem uobis probationẽ afferã dictorum, in ipso rursum Dauid p cõtrariũ sermonẽ C habeamus. Hic.n. iniuriã passus corroboratus, po-
2.Reg.11 b.c stea uicissim iniuriam operat⁹, infirmior factus est. Cũ igitur Vriam affecit iniuria, mutatus rursum est ordo,& infirmitas quidem ad eum, qui patrauit iniuriam: uirtus autem ad iniuriam passum trãsiuit. Mortuus.n. ciuitatem populabatur,& ipse quidẽ licet rex esset &uiuus, poterat nihil: ille uero miles tã tũ & iugulatus oia illius subuertit. Vultis,& aliunde, quòd dico, faciam manifestius? Indagemus & iuste se ulciscentes. Nam iniuriam quidem inferentes, quòd omniũ uilissimi sunt, animã suam impugnãtes, omnibus quodammodo manifestũ est. Sed inquies, quis iuste uindicauit,& innumera succendit mala,& seipsum multis infixit ęrumnis atq; dolori bus? Dauidis exercitus: hic etenim bellũ graue conflauit,& infinita passus est mala, quorũ nec unũ qdem fuisset,si sapienter agere sciuisset. Hoc itaq; pec-
Matt.22.c catũ fugiamus,& neque uerbis neq; factis iniuriam proximis inferamus. Nec.n. dixit, Si maledixeris, & iudicium constitueris: sed simpliciter, Si maledixeris,& per teipsum,& ita supremũ dabis suppliciũ, licet dictum sit uerum: tu uero ne pſuasus dixeris, & sic honoraberis. Nõ.n. ex his, quę gessit ille: sed ex

his,quæ dixisti tu,deus feret sententiã: ait enim, Ex D
uerbis tuis condẽnaberis. Non audis quòd & pha Mat.12.e
risęus uera locutus est? & oĩbus dixit manifesta,nõ Luc.18.b
latentia reuelauit,extremã tamen dedit pœnam. Si uero de manifestis arguere non licet,multo magis de dubijs: habet.n. iudicem qui peccauit. Ne rapias itaq; dignitatẽ unigeniti, illi iudicij sedes seruata ẽ. Sed uis iudicare? ẽ tibi tribunal multũ habẽs emolumentũ,& nullã referens accusationem. Cõstitue super conscientia iudicantem rationẽ,& in mediũ omnia tibi patrata propone,aiæ tu æ peccata scrutare,& pœnas exige diligẽter, & dic: Quamobrem hoc & hoc ausa es? Et si hæc quidem fugiat, aliena uero discutiat, dic ad eam: Non de his te iudico,nõ pro his uenisti te purgatura. Quid.n. si ille malus? Quare tu hoc & hoc admisisti? Respondẽ, noli accusare,tua cõsideres,nõ aliena,& eã in hãc agas anxietatẽ cõtinue. Postea si nihil,quod dicat,habeat, sed refugiat: dilania flagellans eã quasi quandã ariE
cillam insolentem,& fornicantem: & quotidie iudiciũ hmõi constitue,& ignis flumẽ deligna, ueneni ferũ uermẽ,tormenta reliqua: nec eam amplius sinas diabolo copulari, nec impudẽter loquentẽ toleres. Ille uenit ad me, ipse mihi tendit insidias, ipse me tentat: sed dic ei, Nisi tu uelis, illa oia superflua. Quòd si rursum dicat, Corpori cõnexa sum, carnẽ induta, mundũ habito, in terra commoror: dic ad ipsam, Hæc oia sunt excusationes & ptextus. Nã & ille carnem erat indutus,& ille mundũ habitans,& in terra conuersans probabilis fuit: quin & tu ipsa, cũ bene te gesseris, carne circundata id facis. Quòd si doleat hęc audiens, ne tollas manum: nõ.n. morietur,si pcusseris,sed eam ex morte erues. At si rursum dixerit, quòd ille exacerbauit: ei respõde, sed tibi licebat nõ exacerbari. Certe frequẽter irã cõpressisti. Si dixerit, quòd illius species me subleuauit: dicas ei, sed poteras cõtinere, propone uictos, propo-
Gene. 3.c ne primã mulierẽ, q dixit: Serpens decepit me, nec à crimine libera eã. Cũ autem hęc examinaueris, adsit nemo, nemo tumultuetur: sed sicut iudices sub uelis iudicãt sedentes, sic & tu pro uelis, qetis tps & locum inquire. Et cũ cœnatus surrexeris,& sis recubiturus, ista tunc discerne. Hoc tibi tps idoneũ: locus aũt lectus & cubiculũ. Hoc & propheta iusit, F
dicẽs. Quę dicitis in cordibus uestris, in cubilibus
Psal. 4.e uestris cũpungimini. Et paruorũ magnas exige pœnas, ne magnis unquã approximes. Si per singulos hoc feceris dies, cũ fiducia stabis ante tremẽdum illud tribunal. Paulus ita purus est factus,& ppea dicebat: Si n. nosipsos iudicaremus, nõ iudicaremur.
1.co. 11.g Ita filios Iob expiabat: nã qui pro incertis sacrificia
Iob.1.b offerebat, multo magis certorũ pœnas exigebat: sed nos nõ ita facimus, sed omne cõtrariũ. Nam simul atq; reclinati sumus, oia uersamus secularia: & hi q dem immundas inferunt cogitationes, hi uerò fœnora & cõmercia,& corruptibiles curas, Et filiã qui dem habentes uirginitati seruientẽ, diligẽter custodimus: quę uero nobis est filia charior, aiam forni cari permittimus,& pollui, innumeras inducẽtes in eã improbas cogitationes. Nã siue auaritię cupido, siue deliciarũ, siue splendidorũ corporũ, siue furoris, siue quis alius ingredi uelit, aptis foribus trahimus atq; uocamus,& cũ fiducia misceri cũ ea sinimus: quo qd eẽ possit magis barbaricũ, q̃ aiam omniũ nobis charissimãtot adulteris ludibrio habitã

G despicere,& tantum congredientem,quoad illi fuerint satiati? quod nunquam erit. Quapropter, cùm somnus occupauerit,tunc tantũ abscedunt:immo uerò neque tunc.Nã & somnia,& uisa,eadem inferũt illi simulacra.Vnde facta die talia cõcipiẽs anima,& in illarum phantasiarum opus plerunq; ceci dit.Tu uero nunquam oculorũ qdẽ pupillam modicum aliquẽ finis puluerẽ ingredi, aiam uero tot malorum sarcinã attrahentẽ despicaris:Igitur quãdo sordẽ hanc exhaurire poterimus,quam per singulos reponimus dies? Quãdo spinas excidere? quãdo semina spargere? Nescis,quòd iam messis igruit tps,nos uero nodum proscidimus arua? Si uenerit igitur agricola,nósque accusauerit, quid dicemus? qd respondebimus? Quòd semina dedit nemo? sed profecto quotidie hæc erogantur:sed nemo spinas excidit,& p singulos quidẽ dies falcẽ acuimus . At seculares distrahunt necessitates.Et quare temetip sum mundo nõ crucifixisti? Nam si qui solũ reddidit datũ,improbus, quoniã non duplicauit:qui & mat:22.b hoc corruperit,qd audiet? Si ligatus ille eiectus est, H ubi stridor est dentiũ? quid nos patiemur, cũ innumera nos ad uirtutem trahãt,refugientes & torpẽtes? Quid.n.te cohortari non potest? Nõne uides seculi ulitatẽ,incertitudinẽ uitæ, circa præsentia laborem & sudorẽ? Nunquid.n.uirtutem quidem cũ labore,malitiam uero sine laboribus obire possumus? Itaq; si hic quidẽ,& illic labor:quare nõ hanc capis multũ habentẽ lucrũ ? Quinimmo sunt q̃dã in uirtute,q̃ neque laborem habent.Quis.n labor, non detrahere,neque mentiri,non iurare,iram proximo dimittere? E cõtrario quidẽ hęc facere laboriosum est,& multum afferens curæ.Igitur q̃ nobis erit excusatio,q̃ uenia,hęc non pstantibus ? Ex his enim manifestũ est,quòd & magis laboriosa est uirtute,quę torpore nos fugit & pigritia.Quæ cuncta cogitantes,malitiã fugiamus,capiamus uirtutẽ, ut & psentia bona consequamur & futura,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi , cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen .

QVOD OPORTET SEMPER PECCATORVM *memoriam habere : & de iudicio .*
Homilia . XLVI.

I I corporis morbũ patiamur clarissimi , oia
S facimus & tractamus,ut a molestia liberemur:aia uero nostra male habente tardamus,& differimus,ppea nec à peccatis liberamur . Quoniã necessaria nobis,superflua sunt,supflua uero necessaria:&malorũ fontem omittentes,riuulos expurgare uolumus. Quòd.n.malorum in corpore Ioan.5.a causa sit animę nequitia,& ille octo & trigita dissolutus annis,& p tectũ demissus,& prius uero Cain Marc.2.a signi ficauit,& ex multis alijs patrib⁹ hoc aliqs animaduertit. Auferamus itaq; malorũ fontem, & omnia morborũ sistent fluenta. Non.n.solutũ esse dũ taxat est morbus,uerum & peccare:& hoc magis q̃ illud,quãto melior est aia corpore. Accedamus igitur ad deũ,& nũc oremus,ut animam nostram cõstringat resolutam:& omnia relinquẽtes secularia, spiritualiũ tantummodo curam geramus: si uero & hęc uẽdicas,post illam curam agas ipsorum.Ne, quòd peccans nõ doles, paruipendas : sed pp hoc saltem maxime gemas,quoniam peccatorum dolorem non sentis.Nõ.n.hoc prouenit, quòd peccatũ K nõ mordeat,sed quòd aia peccans sit insensata.Itaque cogita eos,qui propria sentiunt peccata,qualiter his qui secãtur &urũtur,amarius ululant.Quot agunt,quot patiũtur,quantũ lugent & lamẽtãtur, ut à mala liberentur conscientia? qđ non fecissent, nisi uehementer aia doleret . Melius igitur est,nec omnino peccare:scđm aũt est,sentire peccatum,& corrigere.Sed si non hoc habeamus,qũo supplicabimus deo,& peccatorum ueniã petemus,cũ nullã peccatorum rationẽ facimus? Cũ.n.tu ipse qui peccasti,nec hoc ipsum quidem quòd peccasti scire uelis,pro quibus peccatis deum orabis ? pro hisne q̃ nescis? Et qũo scies beneficij magnitudinẽ? Dic itaque tua per species peccata, ut quorum capias ueniã,intelligas,ut erga benefactorẽ ita gratus efficiaris. Tu uero hominem quidem exacerbans, & amicos & uicinos & ianitores rogas, & pecunias impẽdis,& multos absumis dies accedẽs & supplicãs:& siue semel,siue bis,siue millies te repulerit iritatus, nõ recedis,sed magis cõtẽdẽs maiorẽ affers supplicationẽ. Deo aũt omniũ exacerbato,oscitamus & L recedimus,& delicijs & ebrietati uacam⁹, & omnia pro consuetudine facimus:& eum quãdo propitiũ facere poterimus? quomodo uero non ex hoc ipso magis eũ iritamus? Nã peccantes nõ dolere,magis eũ indignari facit & irasci, q̃ peccare . Quapropter ipsam iam dignũ est terram subire , nec hunc Solẽ intueri,neq; penitus spirare,quòd tã facilem habẽtes dominũ,& eum exasperamus,& exasperãtes pœnitẽtiam nõ agimus:licet ipse neq; cũ irascitur,exosus hoc & auersatus facit,sed ut uel ita nos ad se trahat.Nã si contumeliam patiens te continuis prosequatur beneficijs,magis eũ contẽpseris.Ne hoc ita que fiat,ad modicũ auertitur, ut secũ te semper habeat.Ipsius itaq; misericordia cõfidamus,& solicitã exhibeamus pœnitentiam,priusquã ingruat hora, q̃ nos ex hoc lucrari nõ permittat. Nam nunc quidem in nobis totũ est positum, tunc uero iudicãs solus est snię dominus.Prœoccupemus itaq; faciem Psa.94.d eius in cõfessione,ploremus & lugeamus . Si nanq; dominũ orare possumus ante rationis diẽ peccata nobis remittere,nec ingressu iam erit opus.Sicut ui M cissim,nisi hoc fiat,palã psente terrarũ orbe,nostrũ unusquisq; introducetur,&nulla iam nobis supererit ueniæ spes.Nullus.n. eorũ qui hic peccata nõ dissoluerit,illuc migrãs,eorum pœnas effugere poterit:sed sicut ex terrenis carceribus cũ catenis ad tribunal adducũtur:sic oẽs aiæ cũ hinc migrauerint uarijs peccatorũ catenis circundatæ,ad tremendũ agũtur tribunal:nec.n.præsens uita carcere melior est,sed sicut illud ingressi domi ciliũ omnes uidemus catenis obductos:sic & nũc si nos ab exteriori phantasia separantes cuiusq; uitam intrauerimus,animam cuiusq; uinculis ferro fœuioribꝰ uinctam intuebimur,& maximè si diuitum aias ingrediaris.Nã quanto pluribus induti fuerint,tanto magis sunt cõpediti.Sicut igitur captiuũ,cũ & dorso uideris,& manibus,& quãdoque pedibus ferro depressum,propterea maxime miserum uocas:Sic & diuitem,cũ infinitis rebus circundatũ uideris, non propterea locupletem:sed pp hæc ipsa quidẽ miserum esse puta.Nã & præter hęc uincula custodem etiam habet infestissimum, pecuniarum amorem,qui prohibet hunc egredi carcerem:sed innu-

A meras ei parat pedicas,& custodes,& fores , & obices & i interiorẽ coniiciens custodiam,etiã his uinculis gaudere persuadet,ita ut nec ullã inueniat spẽ ab ingruentibus malis liberari. Et si cogitatione illius animã reuelaueris, nõ uinctã tantũ , uerũm & squalentẽ & sordidã,& pediculis plenã uidebis.Nã nihilo sunt illius meliores deliciarũ uoluptates,qn & abominabiles magis,& maius ipsum corpus lædũt & aiam , & utriq; mille morborũ inferunt flagella.Propter hæc igitur oia aiarum nostrarum redemptorem deprecemur, ut & uincula dirũ pat , & hunc infestum custodem nostrum arceat,& ab illa rũ absoluens ferrearum pondere catenarũ,pẽnis leuiorem sensum nobis efficiat . Semper qdẽ timere peccantes oportet,maximè uerò cũ graue patimur nihil. Cũ enim particulares pœnas deus exigit,leuẽ nobis facit ex his retributionẽ: cùm autẽ in singulis peccatorũ lõganimiter agit , ad magnam nos in B talibus permanetes ultionẽ seruat.Nam si bene uiuentibus necessariũ est tribulari,multò magis peccantibus. Vide saltem, quantã nactus Pharao lõga nimitatem,extremas de oibus dedit pœnas. Quantum Nabuchodonosor præuaricatus, demum oia persoluit. Et diues postq̃ hic graue nihil est passus, propter hoc ipsum maximè factus ẽ miser : quoniã præsenti uita delectatus, illuc migrauit omniũ pœnas daturus, ubi nullam poterat mali cõsolationẽ inuenire. Attamẽ sunt quidam ita frigidi & insensati,ut præsentia tantũ semper inquirant, & illa ridicula dicãt uerba:Omnibus interim fruar psentib⁹, & tunc de incertis cõsiderabo.Indulgebo uẽtri,uo Hier. 5.c luptatibus inseruiam.Hodiernũ mihi cõcede, & sume tu crastinũ. O dementiæ excessus:& qd ab hircis & suibus ista dicẽtes differunt? Nam si proximi cõiugi adhinnientes , nec hoies censeri,propheta p mittit:quis non arguet hos hircos & sues , & asinis stolidiores noians,q uisibilib. manifestiora,dubia esse putant? Nã si non ob aliud credis, crede dæmonibus,qui flagellantur , ad perniciem nostram oia dicere & facere meditatis.Non enim ad hoc cõtradices,quòd oia faciunt, ut nostrũ augeant torpo- C rem,& gehennæ timorem dissoluant,neque tribunalia futura credãtur:& tamẽ ista suadẽtes, frequẽter ululantes & clamantes, illa prædicãt tormenta. Hæc igitur unde dicunt,& eorũ quæ uolunt, contraria loquuntur? Nulla alia de causa, nisi qd maiorem sustinent necessitatẽ . Non enim uellent spõtè confiteri,neq; qđ hominibus mortuis torquentur, nec omnino qđ aliquid graue patiantur . Ad quid igitur hæc mihi dicta sunt? Quoniam dæmones gehennam cõfitentur,qui uellent nõ credi gehennã: tu uerò tali fruens honore, & ineffabiliũ particeps factus mysteriorũ, nec illos imitaris , uerũm & his quoq; factus es ingratior. Et qs,inquies, ex infernis uenit,& ista renunciauit ? Num de cœlis quidẽ aliquis uenit,& dixit qđ deus est , qui cuncta creauit? Quòd autem aiam habeamus, unde manifestum? Nam si uisibilibus quidẽ credere debes, & de deo, et de angelis,& de mente,& de aia dubitabis ? Itaq; te destituẽt oia ueritatis dogmata. Atqui si uis credere manifestis,inuisibilibus magis quã uisibilib. oportet credere:licèt dictũ sit admirabile , attamẽ est uerũ, & apud mentem habentes ualde certum. Nam oculi quidem multum falluntur, non in inuisibilibus tantùm,nam nec illa norunt:uerùm & in

his,quę sibi cernere uidentur,& interuallo,& aere, D & mẽte aliò cõuersa,& ira & solicitudine, & inumeris ipsorũ aciẽ impedientibus . Animæ uerò ratio, si diuinarum ascisĉat scripturarũ lucem, diligẽtius erit & infallibile rerum examen.Ne nos temerè decipiamus,neq; præter uitæ torporẽ per talia nascentem dogmata , insuper & pro ipsis dogmatibus infestiorem nobis ignẽ aggregemus . Nam si iudiciũ non est , neq; gestorũ pœnas dabimus , neq; laborum præmia recipiemus:cogita qualis sit blasphemia talis,cũ iusțum dicatis deũ.& misericordẽ,tot labores atq; sudores negligere:& qũo rationẽ hæc habeant? Nam si non aliunde,saltem ex domesticis tuis hæc collige,& tunc absurditatem uidebis. Nã etsi sis ipse millies sæuus & inhumanus,& ipsis immitior feris,seruũ beneuolũ moriẽs inhonoratũ relinquere non sustineres, uerũ & libertatem & pecuniarum conferres donationem . Et postq̃ ipse iam abiẽs boni nihil ipsi cõferre potes, futuris rerũ tuarum hæredibus eũ commendas,supplicans, rogãs, & oia faciens,ne remaneat inhonoratus retributio ne carens.Dein tu quidẽ malus cũ sis, in seruum te E tam bonum & humanũ exhibes: deus autem infinita bonitas,benignitas ineffabilis,tanta suauitas seruos suos Petrũ & Paulum,Iacobum & Ioãnẽ , & alios huiusmodi quotidie pp eum famem passos, obiectos bestiis,uinctos,flagellatos , submersos in mare,mortuos,tãta passos quãta neq; numerari possunt,incoronatos despiciet ? Et certaminum qdem editor in olympiis uictorem pdicat atq; coronat. Et seruum dominus,& rex militem : & quisq; generaliter cultorem suũ,quibus potest remunerat bonis.Deus aũt solus post tot sudores & labores neq; paruum neq; magnum eis bonum reddi ? Sed iusti & pii illi, & oẽm obeuntes uirtutem in iisdem iacebunt cum adulteris & parcidis, & homicidis,& sacrilegis? Et ubi hæc rationem haberent? Nã si nihil est post hunc obitũ , sed usque ad præsentem uitã sunt nostra , in iisdẽ illi cũ istis , immo uerò nec in his ipsis.Nã etsi post præsentia,iuxta sermonẽ tuũ, in iisdem sint: sed huc hi quidem in remissione, illi aũt in pœna toto fuerunt tpe.Et quis hoc tyrãnus, quis crudelis & immitis hõ de suis unquam seruis, & subditis ita consuluit ? Vides absurditatis excessum , & quorsum tendit ista ratio ? Igitur et si non aliũde uis,ex his saltẽ rationibus eruditus , ab hac F improba suspiciõe liberaberis:& fuge malitiã, pro uirtute uerò labores suscipe, & tũc manifestè scies, qđ non ad psentẽ usque uitam tantũ nostra subsistunt.Et siquis interroget,quis ueniens illa nuncia uit? Dic ei,hominũ quidẽ nullus : alioqui plerunque nec ei creditum fuisset,tanquã glorianti , & factum ostentanti. sed angelorũ dominus omnia diligenter illa nunciauit.Quid itaque nobis opus est hoie,cũ pœnas à nobis exacturus quotidie clamet qđ & gehennam parauit,& regnum constituit,horũmq; nobis manifestas pbeat probatiões ? Nã nisi iudicaturus fuisset,nõ hic pœnas exegisset.Etenim hoc ipsum qũo rationẽ haberet , ex improbis hos quidem punire, hos autẽ impunitos sineres ? Nam Acto. 10.c si personarum acceptor deus non est,qđ certè non est:quid tandem ab hoc quidẽ pœnas exigit, hũc aũt permisit impunitum abire ? Nã rursum hoc est & superiori magis dubitandũ.Sed si uultis rursum cum gratitudine quæ dicuntur audire,& hãc solue

G mus dubitatiõē. Quæ igitur est solutio? nec ab oīb. hīc pœnas exigit, ne resurrectionē desperes, & iudicium desinas expectare: quasi oēs hic reddāt rationem. Nec oēs rursum abire permittit impunitos, nec rursum omnia prouidētia carere putes: uerum & punit, & non punit. Et inquantū punit, ostēdit qđ hīc punitos illic rationē exposcet: inquantū autē non punit, facit ut credas qđ est aliquod post p̄sentem peregrinationem tremendum tribunal. Si uerò priora penitus omisisset, nec ullos hic castigasset, neq; benefecisset: nunc autem ipsum propter te uides & cœlū extendisse, & accendisse Solem, & terram fundasse, pontū diffudisse, aerem explicuisse, constituisse cursum, & anni temporibus immotas statuisse leges, & alia oīa suum ipsius nutu diligenter obeūtia cursum. Natura nanque nostra, brutorum, reptantium, ambulantium, uolantium, natantium in paludib⁹, in fontibus, in fluuiis, in mōtibus, in pratis, in domibus, in aere, & in campestribus degentium: & plantę & semina, & arbores tam syluestres, quàm domesticæ, fructuosæq;, & simpliH citer omnes ab indefessa illa manu motæ nostram dispensant uitam, non tantùm ad necessitatem, uerùm & ad largitatem, ex se ministerium nobis exhibentes. Tantum igitur intuens ordinem, quippe cuius neque minimam dixi particulam, audes dicere, quòd tot & tanta propter te operatus in opportunitatibus te deseret, & cum asinis & suibus ia cere mortuum dimittet? & tanto te pietatis munere decoratum, quo fecit & angelis parē, post infinitos despiciet labores, atque sudores? Et hęc quomodo rationem haberent? Hæc enim licèt nos fileamus, saxa loquentur, tam manifesta sunt & clara, & ipsa luce lucidiora. Hæc itaq; cuncta cogitantes, & nostræ persuadentes animæ, quòd post hanc peregrinationē & tremēdo sistemur tribunali, & oīum gestorum rationem dabimus, & pœnas luemus, & ultionem subibimus, si perseueremus peccantes: & coronis, arcanisq; fruemur bonis, si parū nobis cauere uelimus: & his contradicentes obmutescere faciamus, & ipsi uirtutis uiā eligamus: ut cū congrua fiducia ad illud transeuntes iudiciū, bona nobis promissa cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in scła sęculorum, Amen.

QVOD SVPPLICIO PEIVS EST *dei regno priuari, & de iudicio.*

Homilia. XLVII.

Vlti hominum, charissimi, gehennā tantū
m formidant, ego autē illius gloriæ amissionem gehenna multò amariorē esse dico: si uerò sermone probari non potest, nihil mirādum. Nec enim illorū nouimus bonorū beatitudinem. ut & miseriam ex eorum priuatione manifestè scia mus. Quoniā Paulus q ista manifestè nouerat, sciebat qđ à Christi gloria decidere, oīum est grauissimum. Et nos quoque tunc sciemus, cùm in eādem uenerimus experientiam. Nunquā autem hoc patiamur, ô unigenite dei fili, nec ullā unquā capiamus experientiam huius irreparabilis pœnæ. Quātum enim malū sit ab illis excidere bōis, manifestè qdē dici non potest. Quoad tamen potero, conabor & contendam id uobis per exemplū, uel sensim facere manifestum. Supponamus enim puerum esse mirabilem, & cū uirtute terrarum orbis imperiū habere, & ita semper esse facilem, ut oēs in spiritualis K affectus charitate sibi deuincire possit: qd igitur huius patrem nō libenter passurū putatis, ne ab ip sius excidat conuersatione? Quod uerò siue paruū siue magnum malū non passurū, ut ipsum cernere possit & frui? Hoc igitur & in illa gloria cogitemus. Non enim patri filius, licèt millies uirtute sit prædi tus, ita desiderabilis ē & amabilis: sicut illorū sors bonorū, & dissolui & esse cū Christo. Intolerabilis *Ma. 25.d* & gehēna, & illa pœna: tamen licèt quis innumeras *Ibidem.d* ponat gehennas, tale nil dicet, quale illa fœlici excidere gloria, à xp̄o odio haberi: audire, Nescio uos: accusari, qđ eū uidentes esurientem non pauimus. Etenim infinita satius est fulmina sustinere, quàm illam mitem faciem nos auersantem uidere, & trāquillū oculū in nos respicere non sufferentem. Nā si me, cū essem inimicus, & eū odissem & auersarer, ipse sic suscepit, ut neq; sibi parceret, sed ad mortē se ipsum traderet: cū post hæc oīa, ne pane qdem ipsum esurientem dignatus fuero, quibus iam oculis ipsum aspiciam? Cosidera uerò ipsius & hic clemētiam. Nec. n. beneficia recensет, nec in mediū hæc L oīa promit: puta, me qui tantū profui, contempsisti: q tecū non esses, ut esses produxi, animam inspiraui, & oībus quæ sunt, suppositi: propter te terram, & cœlū, & mare, & aerem, & omnia quæ sunt, feci: à te neglectum, & diabolo uiliorē usum, nec ita separatū respexi: qui infinita post hæc excogitaui, esse seruus elegi: tu colaphis cæsum, sputis illitū, iugulatum, morte turpissima mortuū, & pro te surgnū offerentē, pollicentem talia, uolentē esse caput tuū, & spōsum & indumentū & domū atque radicē, & cibū & potū, & pastorem ac regem, fratrem & filium, hæredem ac cohæredem, te diligentem, de tenebris in lucis participiū educentē spreuisti. Hęc *Ma. 25.d* enim & his plura dicere cū posset, nil horum dicit. Sed quid? solū ipsum peccatū. Et hīc uerò dilectionem, & desiderium erga te suū ostendit. non enim ait, Ite in ignē paratū uobis: sed, diabolo. Et prius dicit, quas iniurias cōmiserunt. Nec ita sustinet oīa M dicere, sed pauca. Et prius illos uocat bene meritos, ut & hinc probetur iustè redarguere. Itaq; quāta pœna nō sunt hæc uerba grauiora? Nam siqs hominum esurientem cerneret benefactorem, non despiceret: si autē & despiceret, improperatus mallet terra obrui, q̄ corā duobus uel tribus amicis hæc audire. quid nos patiemur, corā toto terrarum orbe hęc audientes? Quæ nūquā tūc dixisset, nisi pro suis excusationē proferre studuisset. Quòd. n. non improperās, sed excusans ista proferebat: & ut ostēderet, qđ non frustra, nec incassum ad eos dicebat, Ite à me, patet ex ineffabilib. beneficiis. Si. n. exprobrare uoluisset, oīa in medium illa protulisset: nec uerò quæ passus est, tantūmodo dicit. Timeamus itaq; charissimi hæc audire uerba. Non est ludus uita, quinimo præsens qdem uita ludus, futura uerò non ludicra. Fortè uerò neq; tantū ludus est uita, uerū & peius quid: non. n. in risum desinit, uerùm & sua diligēter disponere nolentibus multū affert nocumentū. Quid. n. à pueris, quæso, differimus ludentibus, & domos ædificātibus, nos splēdidas erigentes domos? Quid autē à prandentibus illis nos delicatè uescentes, nihil, nisi qđ & cum pœna nos hæc facimus. Si uerò nondū rerum uilitatem con-

A spicimus, mirandum non est: nondum. n. uiri facti sumus: cū autem facti fuerimus, sciemus quòd hęc sunt puerilia, quoniā & illa uiri euadentes dimittimus. Cū autem pueri sumus, seria esse putamus, & testas & lutū coagmentātes, non minus magna erigentibus sępta solliciti sumus, ueruntamē statim peunt, & collabuntur: & neq; si starent, usquā nobis utilia forent, sicut ne istæ splendidæ domus. Cœli nanq; ciuē admittere non possunt, neque cœlestē habēs patriā in his morari sustineret. Sed quemadmodum nos hæc pedibus destruimus, itidē & ille iudicio subuertit. Et sicut nos pueros in subuersione ludentes ridemus: sic & cœlites nos hęc ingemiscentes, nō tantū rident, uerū & dęflent: quoniā & misericordia sunt ipsorū uiscera, & hinc multū est damnū. Efficiamur itaque uiri. Quousq; solo repta mus, in lapidibus & lignis altū sapientes? Quousq; ludimus? & utinā tantummodo luderemus. Nunc autē & nostram prodimus salutē. Et sicut pueruli cū in his studiū agunt literis neglectis, multa sustiB nent uerbera: sic & nos in his omne studiū impendentes, dū spiritales exigemur disciplinas, tunc peropera, nec quas p̄stemus, habebimus, extremā dabimus ultionē: nec ullus erit q nos eruat, siue pater siue frater, siue quicunq;. Sed hæc oīa quidē transibunt, ex his autē oriens tortura manet immortalis atq; continua. Quod & in pueris accidit, pueriles q dem ludos pp ipsorum torporē, patre funditus destruente, ipsos autem in continuo luctu constituēte. Et ut discas, quod hęc talia sunt, quod oīum maximè perquiri uidetur diuitias in mediū agamus, & eis animi quacunq; uelis uirtutem opponamus, & tunc ipsarum p̄cipuè uilitatem uidebis. Ponam⁹ itaque duos hoies esse, & nondum de auaritia loquor, sed interim de iusto diuite. Et horum duorū hic quidem congreget pecunias, mare nauiget, terrā colat, & multos alios inueniat quæstus modos: licèt nesciā, an hæc faciens iustè lucrari possit. Sed concedatur, & fingatur iusta lucra cōquirere, & emere agros & seruos & quæcunque talia, & nulla his adsit iniuria: alter autem tāta possidens, agros C uendat, uendat domos, & aurea uasa & argentea, & indigentibus præbeat, pauperib⁹ suppeditet, curet languētes, in necessitate positos soluat, educat uinctos, in metallis relegatos liberet, deducat illaquea tos, captiuos de calamitate educat: cuius itaq; partis esse uelletis? Et nondū futura, sed interim p̄sentia diximus. Cuius, inquā, esse uelletis, aurū cōgregantis, an soluētis ærūnas: agros ementis, an se portū reddentis hoium naturæ: multo circundati auro, uel innumeris benedictionib⁹ coronati? Nónne hic quidē angelo cuidā est similis, cœlitus ad reliquorū hoium liberationē delapso: ille uerò nec hominī, sed puerulo cuipiā incassum, & temerè cūcta congreganti? Si uerò iustè locupletari tā ridiculū est, & extremæ dementiæ, cū nec iustè fiat. qūo nō est oīum miserrimus hmōi? Si uerò risus est tantus, cū & gehenna iungatur & regni iactura: quātis sit lachrymis dignus & uiuens & mortuus? Verùm & alteram, si uis, partem uirtutis tractemus. Igitur rursum alium producamus hoiem in potentia cōstitutum, oībus imperantem, magna suffultum potestate, præconem præclarum habentem, & zonam lictores & multum famulatus cœtum: nónne magnum hoc esse uidetur & beatum existimandum?

Eia igitur & alterum huic rursum opponamus pa- D
tientē, & mitem, & humilem, & longanimē: & contumeliis afficiatur, percutiatur, & æquè ferat, & talia faciētibus benedicat. Vter igitur, qso, mirabilis, inflatus & ardens, an correctus & humilis? Nónne rursum hic quidē cœlestib⁹ similis est uirtutibus, multā habentibus impassibilitatem: ille autē folli contrahitur, uel homini ueternū patienti, & multū ardorem? Et hic quidē spiritali medico, ille autem puero ridiculosē tumtētes habenti maxillas? Quid enim altū sapis homo quoniā sublimis in curru ueheris? quòd te mulorū trahit iugū? & qd hoc? Hoc enim & in lignis, & in lapidib. fieri quis uiderit. Sed quòd pulchris indutus es uestibus? Sed intuere uirtute pro uestibus indutum, & te qdem fœno marcescenti simile deprehendes, illū autē arbori mirabilem fructū ferenti, & multam spectantibus delectationē præbenti. Tu quidem uermium & tinearum escā circunfers, q̄ si te inuadāt, breui te hoc nudum ornatu reddent. Etenim & uestes & aurum & argentū, hęc quidem sunt uermium pensa: hęc aūt E & terra & puluis, & iterū terra & amplius nihil. Virtutem autem indutus, talē habet uestem, quā non tantum tineæ, uerū & mors ipsa lædere nequit: & meritò. Non. n. hæ animi uirtutes ex terra originem trahunt, sed spiritus sunt fructus. Propterea neque tinearū dentibus obnoxiæ sunt. In cœlo nanq; hæ *Matt. 6.c* uestes texuntur, ubi neq; tinea, neq; uermis, neque aliud hmōi quicquam. Quid igitur, quęso, melius: diuitem, an pauperē esse: in potentia, an in ignobilitate: in deliciis, an in fame? Planū est, quòd in honore, diuitiis atq; deliciis. Igitur si rex exigunt, licet aliter noīa, terrā deserens atq; terrena, in cœlū trās- *Ibi. 24 c.* gredere. Ipse nanq; dicit dominus: Descēdet de cœlo in iussu, in uoce angelorū, ut resuscitatos quidē colligant angeli, collectos autē rapiāt in nubes. Et hęc oīa fiunt in momento, in ictu oculi. Non. n. supius manēs eos uocat, sed ipse uenit in tuba. Quid sibi tubæ uolunt, & sonus? ad excitationē, ad delectationē, ad significationē eorum q̄ fient admirationis, ad deficientiū dolorē. Heu mihi ab illa die tremenda: oporteret nos gaudere, cū hæc audimus sed magis dolemus & mœsti sumus. An ego solus F hæc patior? Vos autē hæc audiēdo gaudetis, si qui dem mihi, dū hęc dicūtur, horror qđā subrepit, & amarè gemo, & ex profundissimo corde suspiro. Horū. n. nihil ad me. Sed illa post hæc, ad uirgines dicta, ad eū qui talentum, qđ acceperat, infodit, ad nequam seruum. Propterea desteo, ex quanta debemus excidere gloria, quanta spe bonorū, & hoc iugiter, & in sempiternū, ne parum curemus. Si labor quidē esset magnus, & lex grauis, oportebat & ita quidē oīa facere: ueruntamen excusationē aliquā habere uiderētur multi torpētes, frigidā quidem, uiderentur tamen habere mandatorū magnitudinem. & quia magnus esset labor, & infinitum tempus, & importabilis sarcina. Nunc uerò nihil huiusmodi potest prætendi, quòd nos non minus gehēna corrodere debet per illud tēpus: cū propter breue momentum, & exiguum sudorē, cœlum & arca na bona nos amisisse uiderimus. Tēpus. n. est breue, & modicus labor, & tamē resoluti sumus & recidimus, In terrā decertas, & in cœlo corona: ab hoībus puniris, & honoraris à deo. Duobus curris diebus, & in infinitis p̄nia sęculis: in corruptibili cor

G pore lucta, & honores in incorrupto. Præter hęc au
tē & illud cogita, qđ nisi pp xp̄m eligim⁹ tristia pa
ti, necessarium est oino & aliter ipsa sustinere. Nec
enim, nisi propter Christum moriaris, es immorta
lis, neq; nisi propter xp̄m pecunias eroges, illas te
cum portans migrabis. Hæc abs te repetit, q̄ uel nō
repetente dabis: quoniam es mortalis. Hæc te uult
uoluntariè gerere, q̄ per necessitatem oportet te fa
cere. Tantū autem solū adesse petit, ut propter ip
sum fiat: quoniā ut accidat hæc præterire, q̄ ex na
turali fiunt necessitate. Vidisti, q̄ sit facile certamē?
Quæ prorsus, inqt, necessarium est pati, propter me
pati malis. Hoc duntaxat propositū sit, & sufficiē
tē habeo obedientiā. Quod alteri fœnori daturus
es argentū, hoc mihi mutua: & maiore stipendio,
maiori securitate, qđ alterius militię corpus addice
re debes, mihi mereat. Retributionibus. n. trāscen
do labores ex magna superabundātia. Tu uerò in
cæteris quidē plurā præbentē præponis, & in mu
tuis, & in emptione, & in militia: Christū autē solū
plus, & infinito plus oibus præbentē non susc̄ipis?
H Et quod tantū est bellum? q̄ tanta inimicitia? Vn
de iam ueniā & excusationem habebis, cùm nec ex
quibus hoīes hominibus pręfers, ex his deū homi
nibus præferre patiaris? Quid terræ credis thesau
rum? Da manibus meis, inquit. Non tibi uidetur es
se, q̄ terra fide dignior terræ dominus? Illa conditū
reddit, plerunque uerò nec hoc: ipse uerò custodię
quoq; mercedes tibi reddit, nos. n. uehemēter amat.
Propterea siue fœnerare uelis, est paratus: siue semi
nare, ipse susc̄ipit: si ue uelis ædificare, ad seipsum
te trahit, in meis, inquiens, ædifica. Cur non curris
ad eum, & ad hoīes pauperes, pro paruis p̄miis ma
gna tibi prębentes negotia? Veruntamen neque to
leramus hæc audiētes, sed ubi pugnæ sunt, & lites,
& calumniæ, eò properamus. Non igitur iustè nos
auersatur, & punit, cū ad oia se nobis præstet, nos
autem resistamus? Qūo non iustè? Siue igitur orna
ri uelis, inqt, ornatum meum accipe: siue armari, ar
ma mea: siue indui, uestimenta mea: siue uesci, mē
sam meā: siue ambulare, uiam meā: siue hæreditatem petere, hæreditatem meā: siue patriā ingredi,
I ciuitatem cuius ego sum artifex & creator: siue do
mū ædificare, in tabernaculis meis: eorū. n. q̄ ipse
præbeo, mercedē non exigo: uerùm & huius ipsius
mercedem tibi debeo, si meis oibus uti uolueris.
Quid huic æquale sit largitati? Ego pater, ego fra
ter, ego sp̄ōsus, ego domus, ego alitor, ego uestimē
tū, ego radix, ego fundamentū. Quicquid uis, ego,
Mat. 20 d. nullius indigeas. Ego quoq; seruiā. Nam ueni mini
strare, nō ministrari Ego & amicus, ac mēbrū, ca
put, & frater, & soror, & mater, oia ego. Tantū mihi
te familiarē exhibeas. Ego propter te pauper, & pe
regrinus propter te: in cruce propter te, propter te
in monumēto. Sursum pro te penes patrē interce
do, deorsum pro te legatus à patre descēdi. Omnia
mihi tu, & frater, & cohęres, & amicus, & membrū.
Quid uis amplius? Quid amantē auersaris? Quid
in mundo fatigaris? Quid in perforatū hauris do
iū? hoc. n. in præsentē uitam laborare. Quid ignē
lodis? quid aerē percutis? cur in uanū curris? nōne
Eccl. 1.a. & .12.c. squelibet ars finē habet? Sed non habes, quod uani
tas uanitatū, oia uanitas? Eamus ad sepulchrum,
ostende mihi patrē, ostende uxorem. Vbi aureis in
dutus uestimētis, in curru sedens habens exercitus
zonam & præcones: q̄ hos quidem occidebat, hos K
autem in carcerem coniiciebat: q̄ quos uellet, inter
ficiebat, & uicissim, quos uellet absoluebat: nihil
uideo præter ossa, uermes, & araneas. Illa oia sunt
terra, oia fabulæ, oia somniū & umbra, uel narra
tio tenuis, & pictura: imò uerò neq; pictura. Pictu
ram. n. uel in imagine cernimus, hic autē nec imagi
nem, & utinā hactenus grauia. Nunc autē honores
quidem, & deliciæ, & claritas ad umbrā usque &
uerba. Ex eis autē procedentia, nec usq; ad umbrā
& uerba: sed manent, & illuc nobiscū migrabunt,
& oibus erunt manifesta, rapinæ, expilationes, for
nicationes, adulteria, & inumera hmōi grauia nō
in imagine, nec in fauilla, sed sursum scripta tā uer
ba q̄ opera. Quibus ergo Christū oculis cernemus?
Nā si patrē quidā sibi peccati conscius respicere in
hunc non audebat: quo tunc in ipsum patre mul
tò benigniorem respiciemus? quo feremus? Assiste
mur. n. tribunali Christi, & oium erit acris exami
natio. Siquis uerò futurum non credit iudicium, q̄
sunt hic uideat, in uinculis positos, in metallis, in
stercoribus, dæmonibus obsessos, errantes, incura L
bilibus laborantes morbis, cum continua certan
tes, paupertate, in fame uiuentes, irreparabilib⁹ cō
sternatos luctibus, in captiuitate positos. Non. n.
hi nunc pasi essent, nisi & oēs alios, qui talia pecca
runt, ultio maneret, atq; supplicium. Si uerò reliqui
nihil hic pasi sunt, hoc ipsum ergo te signū opor
tet facere, quod oino sit aliquid post nostrū hinc
obitum. Non. n. cùm sit oium idem deus, hos qui
dem punisset, hos autē dimisisset impunitos, cùm
eadem admiserint, uel grauiora, nisi quā eis ultio
nem illic esset illaturus. Ex his itaque rationibus &
exemplis nosipsos humiliemus. Et de iudicio non
credentes, iā credant, & fiant meliores: ut cū hic di
gne regno uixerimus, & futuras effugiam⁹ pœnas,
& æterna bona cōsequamur, gratia & benignitate
domini nostri Iesu xp̄i, cui gloria, imperiū atq; ma
gnificentia cum patre principij nesc̄io, sanctisimo
que ac uiuifico spiritu, in uniuersa secula seculorū,
Amen.

DE TREMENDA IVDI-
cij die, & de dei dilectione, M
Homilia. XLVIII.

Nusquisq; uestrū charissimi, suā ingressus
u conscientiā, & peccata reputans, diligenter
à semetipso pœnas exigat, ne quando cū
orbe terrarū condēmnemur. Tremendum. n. illud Psa.48.d.
subsellium, horrendū tribunal, tremore plena iudi
cia, ignis funditur fluuius, frater non redimit, redi
met homo. Recordare siquidē eorū q̄ dicuntur in Mat. 24.
euangelio, circuncurrentiū angelorū, sponsalis tha c. & 25.
lami clausi, extinctarū lampadū, potestatū in for
naces detrahentium. Et illud pensa, quòd si cuius
ex nobis factum occultū in medium hodie coràm
sola produceretur ecclesia: quo non perire, & sibi
terrā hiscere precaretur, potius q̄ tot malitiæ testes
habere? Quid tunc ergo patiemur, cū in medium
corā mundo cuncta promentur, in theatro tā cla
ro & illustri, & nobis notis & incognitis oia spectā
tibus? Sed heu mihi, cur uos terrere cogor ex hoim
opinione, cùm sit opus ex dei timore, & ipsius dā
nationis hoc agere? Quales. n. quæso, tunc erimus,
cùm ligati cum stridore dentium in exteriores te
nebras proiiciemur? Immo uerò quid agemus (qđ

A & oium est terribilissimum) cùm deum offenderi
mus? Siquis. n. sensum habet, & mentem, iam & ge
hennam sustinuit, postq̄ ex dei conspectu recessit:
sed postq̄ hoc non dolet, propterea ignis intētatus
est. Oportebat. n. non quādo punimur, dolere: sed
quando peccamus. Audias itaq; Paulum gementē,
& pro peccatis deflentē, quorū non erat pœnas da
1.Co.15.b turus. Non. n. inquit, sum dignus uocari apostolus,
quoniā persecutus sum ecclesiam dei. Audias & Da
uid à pœna qdem absolutum: sed quoniā se deū
offendisse timebat, pœnam aduersum se uocātē, &
3.Re.24. dicentē: Fiat manus domini in me, & in domū pa
8. tris mei. Deum. n. offendisse quā puniri grauius est.
Nunc uerò tam miserè nos habemus, quòd nisi ge
hennæ timor esset, non eligeremus boni quid face
re. Propterea si nō ex quoquā alio, ex hoc certè ge
henna digni essemus, gehennā plus q̄ deum timen
tes. Sed non ita beatus Paulus, sed in contrariū: sed
quoniā nos aliter, propterea gehennę damnamur.
Quippe si xp̄m diligeremus, sicut oportet diligere,
cognoscerem⁹ quòd gehēna grauius est dilectum
B offendere: quoniā autem non diligimus, huius pœ
næ nescimus magnitudinē. Et hoc est, qđ maximè
cōqueror, & defleo. Et qđ. n. deus non fecit, ut à no
bis diligeretur? Quid uerò non adinuenit? qđ aūt
omisit? Ipm iniuriæ nihil operatū cōtumelijs affe
cimus, qn & infinitis, & ineffabilib⁹ bonis nos pro
secutum. Vocantem auersati sumus, & undiq; nos
attrahentē, nec ita nos puniuit, sed accurrit ipse, &
fugientes cohibuit, & excusi sumus, & ad diabolū
resiliuimus: & nec ita recessit, sed innumeros misit
rursum cōsolantes, prophetas, angelos, & patriar
chas: nos autem non modò legationem nō susc̄epi
mus, uerū & uenientes affecimus contumelia. Ille
uerò neq; post hæc nos aspnatus est, sed sicut ama
tores ardentissimi, q̄ cōtemnūtur, circūibat, oibus
occurrēs, cœlo, terra, Hieremię, Micheę: non ut gra
uaret, sed ut se spernētes excusaret, & cū prophetis
ad ipsos accedebat se auersantes, pœnas pēdere pa
ratus, & ad reddendā rationē descēdere dignatus.
Bibl.6.a Et ad oia surdos factos ad colloquiū secū trahens.
C Ait. n. Populę me⁹, qd tibi feci? uel, qd te cōtristaui?
respōnde mihi. Post hęc oia, prophetas occidimus,
lapidauim⁹ infinitis alijs insecuti sumus molestijs.
Quid ergo pro his? Nō amplius prophetas, non an
gelos, non patriarchas: sed ipm misit filium. Et ipse
ueniens, occisus est: neq; sic amorē extinxit, sed ma
gis accendit, & perma net obsecrans: & postq̄ ipsius
interfectus est filius, & supplicans, & oia agens, ut
ad se conuertat. Et clamat Paulus, dicens: pro xp̄o
itaq; legatione fungimur, tanq̄ deo per nos exhor
tante, ut conciliemini deo. sed horum nos nihil cō
ciliauit. Ille uerò nec ita nos deseruit, sed pseuerat,
& gehennam minitans, & regnum pollicens, ut uel
ita nos attrahat: nos aūt immotos adhuc nos exhi
bemus. Quid hac feritate seuius esse posit? Si. n. ho
2.Co.5.d mo hæc fecisset, nōne facti sæpius ei serui essemus?
Deum autem auersamur creatorē. O ignauiā, ô in
gratitudinē: qui semper qdem in peccatis & nequi
tijs uiuimus, si quod nonnunquā exiguum gerim⁹
bonum, secundum ingratos seruos, multum quæ
stum exigimus, & de retributione subtil⁹ computa
mus, si quā modò mercedē res habet. Et maior q
dem merces, si nō mercedis spe facias. Hæc. n. dice
re, & diligenter rationem supputare, mercenarij ma
gis uerba sūt, q̄ grati serui. Opus est. n. propter xp̄m D
omnia facere, non propter mercedem, sed propter
ipsum. Nam & propterea gehennam minatus est, &
regnum pollicitus, ut à nobis diligatur. Diligamus
igitur eū, sicut oportet diligere. Hæc. n. magna mer
ces, hoc regnū & uoluptas, hæ delitiæ, gloria & ho
nor, hæc lux, & magna beatitudo, quā sermo decla
rare non potest, non mens comprehendere. Sed ne
scio qualiter in hos descēdi sermones, hoibus neq;
principatū, neq; præsentem contemnentibus glo
riam, propter xp̄m iubens regnum contemnere: li
cèt illi generosi, magniq; uiri ad hanc claritatis mē
suram peruenerint. Audias itaque, qūo Petrus ipsi⁹
flagrat desiderio, & animæ, & uitæ, ac oibus ipsum
præponens: quando uerò negauit eū, non propter
pœnam flebat, sed quoniā quē desiderabat, nega
uit, quòd ipsi cūctis erat pœnis amarius. Et hæc o
mnia ante xp̄i gratiam exhibebat, & iugiter insta
bat, dicēs: Quo uadis? Et ante hoc, Ad quē ibim⁹?
Et iterū: Sequar te, quocūque ieris. Ipse. n. eis erat Ioan.13.d
oia, neq; cœlum, neque cœleste regnū ante deside Ioan.6.d
ratum ducebant. Ait. n. Tu mihi cuncta illa. Et qđ Ibi. 13.d.
miraris, si Petrus erat talis? Nam audi qđ & prophe E
ta dixerit: Quid. n. mihi est in cœlo, & a te qđ uolu Psa. 72.d
sup terram? Quod autem dicit, est huiusmodi: Non
cœlestia, non terrena, non aliud cupio, nisi te solū.
Hoc est amor, hoc charitas. Si sic amemus, nō præ
sentia tantùm, uerùm & futura nihil ad amorem il
lum censebimus. Et hinc regnū lucrabimur, ipsius
charitate fruētes. Et qualiter, iquies, hoc erit? Cogi
temus, quoties eū affecimus cōtumelia post infini
ta bona, ipse uerò perstitit rogans: quoties ipm ne
gleximus, ipse uerò nō despicit: sed occurrit, & alli
cit, & ad seipsum trahit. Nam si hęc & hmōi cogite
mus, hoc poterimus accēdere desiderium. Si. n. ho
mo uilis esset, qui sic diligeret: rex autem qui ita di
ligeretur, non esset reuerētia habita dilectionis ma
gnitudo? Multum profectò. Cū uerò contrariū sit,
& ineffabilis quidem pulchritudo sit, et gloria nos
diligentis, ac diuitiæ: nostra uerò uilitas maxima:
qūo nō sumus infinita digni pœna, tā uiles et abie
cti à tam magno et mirabili cū omni excessu dile
cti, et in ipsius dilectionē procaciter agētes? Ille no
strorū non indiget, nec ita desistit nos diligere: nos F
autem eo plurimū egemus, et nec ita ipsius uēdica
mus charitatē: sed ipsi pecunias præferimus, et ho
minum amicitias, corporisq; remissionē, potentiā,
& gloriam illi, qui nobis præfert nihil. Vnum. n. ha
bebat filium unigenitū atq; legitimū, nec huic pro
pter nos pepercit. Nos autē ei multa præponimus.
Non igitur meritò foret gehēna & pœna, etiā si du
pla foret ac tripla, milliēsque tanta? Quid. n. dicere
possemus, cū satanæ præcepta xp̄i legibus præfera
mus, & nostram negligamus salutem, ut nequitiæ
p̄ponamus opera ei, q̄ pro nobis omnia passus est?
Quali uenia sunt hæc digna? Quali excusatiōe? nul
la. Stemus itaq; tandem p̄ cipitia delati, & reuigile
mus, hæc omnia recogitātes, & ipsi p opera gloriā
reddemus: non. n. per uerba satis est. Quoniā ipse
rursum ad nos secunda uenit presentia. Nam nos
trahēs, & ita postq̄ accepit, abit, & hoc honoris ma
ximi. Nā si ad inimicos uenit, multò magis ad ami
cos redditos. Non angelis hoc mandat, neque ser
uis, sed ipse nos ad suas uenit regias uocaturus. Ra
piemur & nos in nubib. eū honorātes. Quis igitur

G tunc inuenietur fidelis seruus & prudẽs? Qui digni tantis cẽsendi sunt bonis? q̃ miserabiles excidẽtes? Nam si toto tempore fleuissemus, aliquídne dignũ tanto fecissemus honore? Nam si mille dixeris gehẽnas, nihil illius par dices dóloris, quẽ sustinet aía, dum totus terrarũ orbis conuoluitur, canentibus tubis, angelis præcurrentibus primis, tum secũdis, mox tertus, demũ innumeris ordinibus in terram se fundentibus, insuper autẽ & Cherubin. Multa uerò sunt hæc & infinita, & Seraphin, in illa ineffabili gloria ipso ueniente, occurrentibus his q̃ uenerint, ut in mediũ electos agant. Paulo cũ sociis oibus, & quicunq; probabiles apud eũ fuerũt, coronas, prẽconia, & honores à rege suscipientibus coràm toto cœlesti exercitu. Nã si neq; gehenna censeatur, hos quidẽ honorari, illos uerò cõtemni, quantum est? Intolerabilis gehenna, confiteor, & multũ intolerabilis: tamen intolerabilior hæc regni amissio: hoc cogitate. Siquis rex, uel regis filius profectus, & bellis innumerabilib⁹ expeditis admirationi habitus, & uniuersum habẽs exercitũ, aliquã ascẽderet ciuitatẽ curru, cũ trophęis, cũ innumeris ordinibus, cũ aureis clypeis circa se ministris occurrẽtibus, & coronata tota ciuitas esset, & omnes orbis principes cum eo: ipm autem omnis alienigenarum gẽtium captiuarum ętas, retro sequeretur, mox duces, satrapas, & ciues pręsentibus cũctis magistratibus, cum omni illo splendore occurrẽtes susciperet, & oscula ret:ur, manum porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam: & oibus adstantibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret oẽm illam uiam se propter eos feciss̃e, & in regias deduceret, & cum eis cõmunicaret: licẽt alij non punirentur, quãtæ pœnę est horũ priuatio comparanda? Si uerò corã hominib⁹ tam amarũ est ab hac excidere gloria, multò magis corã deo, cùm supernę uirtutes omnes aderunt cum rege cùm uincti dęmones, & deorsum inclinati, & ipse diabolus agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cũ uirtutes cœlorũ, cũ ipe ueniet in nubib⁹. Credite mihi, ex dolore, q̃ detinet aíam meã, ab hac narratione neq; sermonẽ expedire possum. Cogitemus quanta priuamur gloria, cũ liceat non priuari. Hoc.n. graue est, quod cùm domini simus, ne hoc patiamur, patimur, cũ hos qdem suscipiat, & ad patrẽ in cœlos pducat: hos aũt relinquat, & captos angeli quidem inuitos trahãt, & lachrymis perfusos, & deorsum tuentes in gehennæ flãmam, prius corã toto terrarum orbe ad dedecus productos: quantum dolorem esse putas? Festinemus itaque dum tps est, & multã salutis nostræ curam geramus. Quot talia dicemus, qualia diues? puta siqs nunc permitteret, utilium consultaremus aliquid, sed indulget nemo. Et qd dicemus, nõ tantũ ex illi⁹ uerbis, uerũ & ex pluribus alijs est manifestum. Et ut discas, quot in febre fuerunt, & dixerunt: Si nosmetipsos reparauerimus, nõ ampli⁹ iisdem incurremus. Multa tũc dicemus hmõi, sed audiemus, q̃ diues, quod chaos itercedit, quòd hic accepimus bona. Gemamus itaq; pcor amarè, qn uerò non tantũ gemamus, uerũ & uirtutem obeamus, lugeam⁹ nũc ad salutem, ne tunc frustra lugeamus. Ploremus, & nõ plorabimus tũc sup malo. Hic est uirtutis ploratus, ille cogitationis inutilis, Nosipsos nũc tribulemus, ne rũc tribulemur. Nõ est idẽ hic & illic cõteri. Hic ad breue tps est cõtritio, qn uerò neq; cõtritionis sensum capis, sciens quòd ad bonũ tribulãris: illic autem molestior tribulatio, quoniam non est in spe, neque in aliquo transitu, sed in infinitũ, & semper. Fiat autem, ut omnes liberati, remissionẽ assequamur: sed oremus, & studeamus, ut remissionem consequamur, studeamus oro. Nam si studeamus, orãtes expedimus. Si prolixè oremus, dat de⁹ optata: si uerò nec eum petamus, nec aliqd operemur huiusmodi, neque laboremus, quomodo potest unquam quicquam à dormientibus expediri? Nullo modo credibile est currentes, & se extendentes, & ipsius morti cõformantes (sicut ait Paulus) assequi non posse, si quo modo peruenia̅m inquit. Si uerò Paulus ait, si quo modo p:ueniam, quid nos dicemus? nedum dormientes. Dormiens enim ne temporalia quidem, nec spiritualia negotia posset unquam obire. Dormientes, nec ab amicis accipere possunt, nedum à deo. Dormientes neque parentes honorant, nedum deum: paulùm laborem⁹, ut semp requiescamus. Tribulari prorsus oportet: & nisi tribulemur hic, illic nos sæuior manet tribulatio. Quare non eligimus hic tribulari, ut illic requiescamus, & bona consequamur ineffabilia? In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE IVDICIO ET AVARITIA, QVAE *non ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur. Et de his qui gehennalem pœnam non credunt.* Homilia. XLIX.

Sicut corpus nostrum nõ semel cibatum totius uitę substantiam habet, sed quotidiano habet opus nutrimento: ita profectò & in pietate per singulos dies ex operibus indigemus adiumenti. Multa nãque nobis opus est misericordia: propter peccata nanque nostra clemens deus illa facit omnia, nihil eorum quidem indigens, sed omnia propter nos faciens. Propterea nanque nobis omnia dixit, & enarrauit: nec solùm narrauit, sed & per opera confirmat. Dignus quidem erat fide, uel ex solis uerbis: attamen ne quis excessus, aut comminationis solius esse putet uerba, & per opera certitudinem addit, & cõmuniter & priuatò pœnas inferens. Et ut per ipsa discas opera, nunc quidem Pharaonem ultus est, & nunc aquarum induxit diluuium, & illam generalẽ cladem, nunc autẽ ignis. Et nunc qdem multos puniri uidemus malorum, & pœnas pendentes, quę sunt gehennę probationes. Nã ne dormiamus, néue torpeamus, neu uerborum obliuiscamur, per opa nos cõmonet, & excitat, hic ostendens iudicia, tribunalia, pœnas. Et apud hoies qdem tanta iusti cura: apud deum aũt q hęc quoque sanciuit, horũ nulla ratio? Et qũo fidem hæc haberent? Nam & domi, & in foro possumus, & ubiq; iudicia uidere. Domi nanq; dominus seruos per singulos iudicat dies, & peccatorum ab eis pœnas exigit: & hęc qdem punit, hæc autẽ ignoscit. In agris rursum agricola, & terram quotidie iudicat. In nauigijs nonne iudicat gubernator? In castris milites impator. Et multa qs ueniret iudicia, in artib⁹ magister iudicat discipulũ. Et priuatim igitur & communiter oẽs alterutrum iudicãt. Et nullã iustũ negligi quispiã cerneret, sed omnes ubiq; luentes. Tum hic quidem ita p ciuitates & domos, & apud unumquenque iusti quæstio dispersa fuerit: illic aũt ubi iustitiæ plena est dextera dei, & iustitia ip-

A stitia ipsius ut montes dei, illic putas nulla iusti ratio? Et qũo deus iudex & iustus, & fortis, & patiens sustinet, & pœnas hic nõ exigit? Habes causam. Lõganimis, inquit, est. Longanimiter autẽ agit, ad pœnitentiam te trahens: si uerò permaneas, scdm duritiã tuã, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã. Igitur si iustus est, quod dignũ est reddit, nec inultos despicit malè patientes. Si fortis, & post mortẽ reddit (hoc.n. est fortitudinis) & in resurrectione. Et patiens, ingt: si saptiens est ne tumultuemur, neque dicamus: quare nõ hic inuehitur? Nã si factum hoc fuisset, genus humanũ iam esset preptũ, si per singula à nobis peccata pœnas exigeret. Nõ est.n. nõ est dies à peccato pura, sed uel magnum, uel paruum qd offendimus. Itaq; nec ad uigesimũ annũ ullus ex nobis peruenir̃et, nisi multa foret ipsius lõganimitas & bonitas: multũ nobis pniæ pfiniens spacium, ut peccata iam exuamus. Igitur unusquisque cum conscientia recta, ingrediens facta sua, & oẽm suam in medium agens uitam: si non infinitis dignus est suppliciis & pœnis, cõsideret. Et cũ indignetur, cur Ille multa cõmittens mala pœnas non exoluat, sua cogitet, & ab indignatione desistet. Illa nanq; uidentur magna, quoniã in magnis fiunt & manifestis: si uerò sua exqreret, fortè plura repiret. Rapere.n. & usurpare simile est, siue in argẽto siue fiat in auro. Ex eadem.n. mente nascuntur utraq;. Et qui parum subripuit, nec magnũ subripere recusabit, Si uerò non adest, non pp illum hoc factum est, sed propter rei euentum. Qui pauperiorem affecit iniuria, pauper, neq; si posset, diuitem omitteret: sed infirmitatis, nõ illius uolũtatis iam est opus. Ille dominatur, inqs, & subditorum bona diripit: tu uerò, qs̃o, non rapis? Ne nanq; mihi dicas, quod ille auri talẽta, tu uerò decẽ obolos. Quoniã & in eleemosyna, hi quidẽ aurũ conijciebant, illa uerò duo minuta, & nihil illis minus cõtulit: quare? Volũtas enim iudicatur, & non datũ. Postmodũ in eleemosyna quidẽ ita deũ censes iudicare, & nihil minus propter paupertatẽ referri, si duo minuta conferas, q̃ qui mille auri talenta erogant: in usurpatione uerò non ita. Et qũo rationem habet? Sicut illa duobus erogatis minutis ex uolũtate nihil illis minus intulit: itidem & tu duobus raptis minutis, nihilo melius affectus es. Sed si mirabile qd dicere licet, plus illis usurpas. Sicut.n. siue qs regis uxorem poluat, siue paupis, siue serui, sit̃ est adulter: cũ peccatum non ex personarũ differentia iudicetur, sed exausi uolũtatis improbitate: ita. s.& hic. Etenim ego magis adulterum dixerim in quamlibet adulteriũ patrantem, quã in ipsam reginam. Hic.n. & diuitiæ sunt, & species, et multa quæ alliciant, illic uerò nihil. Itaq; magis hic adulter fuerit. Rursus ebriũ magis dixerim malo uino abutentem: sic et auarũ neque minimam respuentem. Nam q multa rapit, parua fortasse contemneret: q uerò parua subripit, magna nunquã contemneret: igitur hic magis fur est. Qui.n. argentum non spernit, aurum qũo aspernabitur? Itaq; cũ magistratus criminamur, nostra ipsorum cogitemus, & nos inueniemus illis amplius furantes et rapientes: nõ ex facto, sed uoluntate hæc iudicamus, sicut et iudicare iustũ est. Dic.n. mihi, si qs produceretur, q pauperis bona usurpasset: alter autem, qui diuitis: nonne similem ambo pœnam exoluunt: Quid autem homicida? nõne sit̃ est homicida, siue cæcum & pauperum, siue pulchrũ & diuitem occidat? Cũ itaq; dicimus, quòd ille illius agrum rapuit, nostra cogitemus, & ita nec alios cõdenabimus, & dei patiẽtiã admirabimur. Nec indignabimur, qd nõ ueniat iudiciũ sup eos, & nos ad malorũ operationẽ tardiores erimus. Quam igitur excusationem habebunt digni putati, & tantã nacti donationem, & terrenorũ facti cupidi, & ad terram recidentes? Multos.n. audio dicentes hæc ridiculosa uerba: Hodiernã mihi da, tu uerò sume crastinã. Nã si talia sunt illic, inqt, qualia dicitis, unum pro uno factum est: si uerò nihil oino sit, duo pro nullo. Quid his iniqus uerbis? qd uerò uanius? Nos de cœlo disserimus, & illis ineffabilib⁹ bonis, et tu ludos curules nobis agis in mediũ? nec erubescis, nec absc̃deris talia loquens, q̃ uacillantium sunt? non pudet terræ tantũ affigi, nõ desines desipere, mentęq; excedere, et in iuuẽtute nugari? Et Græcos qdẽ hæc dicere nil est mirandũ. Fideles autẽ hoies talia garrire, qualẽ habet ueniã? Non.n. in dubio ponis spes illas immortales? oino putas hęc esse dubia, & hæc qũo uenia sunt digna? At inquies? Quis uenit, & q̃ sunt illic annunciat? Hoim quidem: nemo, sed deus oium fide dignissimus hæc manifestauit. Sed illa uerò uides. Nec.n. deũ uides: igitur deum non esse putabis, quoniã eum nõ uides? Imò esse penitus credo, inqt. Siquis igitur infidelium te interrogauerit, qs uenit de cœlo, & hæc renunciauit? qd dices? Vnde nosti, quòd deus est? Ex his quę uidentur, inqes, ex ordine, q est in tota creatura, ex eo quòd oibus hoc est manifestũ. Non igitur & de iudicio sermonẽ ita suscipis? Qũo, inqs? Interrogabo te, tu uerò responde: Iustus est hic deus, & pro merito cuiq; retribuit: an in contrariũ, iniustos qui dem uult esse tranquillos, & gaudere, bonos autem in oppositis esse? Nequaquã inqs, nec.n. hoc homo pateretur. Vbi igitur qui hic bona fecerunt bonis fruentur, ubi uerò mali contrariis, nisi quippiã esse uitæ deberet post hęc & retributionis? Vides quòd unum pro uno interim, & non duo pro uno. Ego uerò progressus tibi demonstrabo, qd nec unũ pro uno, sed duo pro uno erũt iustis: peccatorib⁹ autẽ & hic gaudentib⁹ omne contrarium. Hic.n. gauisi, nec unũ pro uno acceperũt: in uirtute uerò degentes, duo pro nullo. Qui nanq; sunt in quiete, p̃senti uita abruẽtes, an sapienter instituti? Tuquidẽ illos fortè dices, ego autẽ hos: & testes illos ipsos in præsentib⁹ delectatos produco. Nec erubescẽt ad ea q̃ dicturus sum: etenim sponsas frequẽter concupierunt, & die qua iuncti sunt thalami, non matrimonio iunctos uocauere beatos. Multi uero iuuenum & paratas sibi nuptias nõ ob aliud recusauerunt, q̃ propter rei põdus. Et hæc dico nõ nuptias accusãs (uenerabiles.n. sunt) sed eos q abutuntur. Si uerò in nuptiis conuersati uitã non uitalem frequenter existimarunt, qd de proiectis in meretricias uoragines dixerimus, & omni captiuo seruilius, & miserius affectis: de his q in deliciis contabuerunt, & in numeros inuexerunt corpori morbos? Sed in gl'ia esse iucundũ, imò nihil hac amarius seruitute: oib⁹ enim seruis magis est seruus gloriæ cupidus, & qui buslibet placere uolens. Hanc uerò pessundans oibus est superior, ab aliis gloriam dari non curans. Sed habere pecunias, amabile. At sæpius ostẽdim⁹, qd in maiori sunt abũdantia & quiete, ab his abso-

Universidad de Deusto Biblioteca

G luti,& nihil habẽtes. Sed inebriari,uoluptuosum: & qs hoc dixerit? Igitur carcere diuitiis iucũdius, q̃ habere diuitias: uxore carcere, q̃ cõiugio uinctum esse: & inani gloria liberũ esse, q̃ uentosam captare gloriolam: & delicias fugere, q̃ deliciis immergi. Et hic plus habent præsentib⁹ no affixi. Et nondũ dico, quòd ille quidem, licèt innumeris distendatur tormentis, bonã habet spem se portantẽ: hic autẽ licèt plurima fruatur delectatione, futurorũ timorem habet uoluptatem suã turbantem & confundentem. Nã & hic non paruus pœnæ modus, sicut oppositus, deliciarũ & quietis. Et tertius uerò post hunc est modus. Qualis autẽ iste? quòd seculares q dem deliciæ, neq; cũ apparent, sunt, cùm natura redarguãtur & tpe. Illa uerò non modò sunt, uerùm & immota manent. Vides quòd non duo pro nullo tantũ, uerùm & tria, et quinq;, et decẽ, et uigniti, & decem milia pro nullo ponere poterimus? Vt autem & per silitudinem hoc discas: diues, & Lazarus,
H ille quidẽ p̃sentibus, hic uerò futuris fruebatur. Nũ quid igitur esse tibi uidetur unum & unũ in omni tpe puniri, & breui hora esurire? In corruptibili corpore, et in mortali grauiter torreri, deinde coronari, & post breuem illũ languorem immortalib⁹ frui deliciis: an è contra post breuẽ p̃sentium delectationẽ, in infinitũ torqueri? Et qs ista dixerit? Quid enim uolumus? quantitatem? qualitatem? ordinem dei? circa utrunq; sniam? Quousq; scarabeorũ uerba loquimini, se continuò simo inuoluentiũ? Nec enim ista sunt hoium ratione pollentiũ, aïam tam preciosam ita pro nihilo prodere, cũ liceat paruo labore, cœlos capere. Vis & aliunde te doceã, qđ illic tremendum iudicium? aperi conscientiæ tuę fores, & uide sedentem in mente tua iudicem. Si uerò tu temetipsum cõdemnas, licet amicus tui sis, & nõ iustum proferre iudiciũ non toleras: nonne multò magis deus multã iusti geret curã, & ineuitabilem de oibus feret sniam, sed simplr, & temere cuncta ferri permittet? Et quis hæc dixerit? Nemo q dicat.
I Verũ & Græci, & Barbari, & Poetę, et philosophi, & omne genus hoium nobis consentiunt, etsi non si militer. Et aiunt esse quædam apud inferos iudicia tam manifestũ, & certum est factum. Et cur, inqes, hic non punit? ut suam ostendat patientiam, & expnia nobis salutem præbeat, & neq; genus nostrũ inereptum permittat, & ex optima mutatione potẽtes saluari saluti non præripiat. Si nanq; statim post peccata punisset, & iteremisset, quo saluatus fuisset Paulus? quo Petrus? qui sunt summi terrarũ orbis doctores. Quo Dauid ex pnia salutem comparasset? Quo Galatæ? Quo plures alij? Propterea quidẽ nec hic oẽs exigit pœnas, sed ex oibus quosdã, nec illic oẽs: sed hunc quidem hic, hunc autem illic: ut & multum insensatos per eos quos punit, excitet: & faciat, ut expectent futura, per eos quos nõ castigat. An non uides hic quosdam puniri, sicut turri oppressos, sicut illos quorum cruorem Pilatus cõmiscuit, ut qui præmatura morte apud Corinthios rapti sunt, eò quod indignè mysteriorũ se fecissent participes: sicut Pharaonem, sicut Iudæos à barbaris iugulatos, sicut alios multos, & tunc et nunc, et semper? Et alii uerò postq̃ multùm peccauerũt, abire, nullam hic adentes pœnam: sicut diues Lazari, sicut alii multi. Hæc autem facit tum futura nõ credentes excitans, tum credentes & segnes faciens alacriores. Deus.n. iudex iustus, fortis & patiẽs, nec irã K
inducens per singulos dies. Si uerò patientia nos *Psal.7.b*
abutamur, erit tempus, cùm nec breue quid irã sustinebit, sed statim inferet ultionem. Itaq; ne ut solum deliciarũ habeamus momentũ (hoc.n. est præsens uita) infinitorũ attrahamus seculorũ tormenta: sed momento laboremus, ut perenniter coronemur. Nõne uidetis, quòd & in secularib⁹ hoim plures ita faciunt, & pro longa quiete breuẽ capiunt laborẽ: quanquã illis contrariũ euenit? Hic.n. laborũ quidẽ, & lucri par est portio: frequenter autẽ & in cõtrarium labor quidẽ est infinitus, fructus autẽ exiguus, uel plerunq; nec exiguus qdẽ: in regno autẽ è cõtra, modicus qdẽ labor, multa uerò uoluptas & immensa. Cõsidera nanq;, agricola per totũ laborat annũ, & in ipo fine frequẽter à spe decidit, & multorũ fructu laborũ. Nauis gubernator, rursũ & miles, ad ætatẽ usq; nouissimã in pliis, & laboribus: & frequẽter uterq; remanet, ille qdẽ diuitiarũ onerib⁹ amissis, hic autẽ uictoria cũ ipsa uita. Quã L
igitur habebimus, q̃so, excusationẽ, in secularib⁹ qdẽ laborioſa ꝓponentes, ut paululum reqescamus, uel neq; paululũ: (est.n spes incerta) in spũalib⁹ autẽ è contra facientes, & ineffabilẽ attrahentes uindictã per exiguũ torporẽ? Propterea uos oẽs exhortor, ex tali tãdẽ demẽtia refugere. In illo nanq; tpe nemo nos eruet, nõ pater, non frater, nõ filius, nõ amicus, nõ uicinus, non alius quisquã. Sed si fuerimus ab operib⁹ proditi, oia transibũt, & nos oino peribimus. Quãtũ ille diues plorauit, & patriarchã obsecrauit, & petiit Lazarũ mitti? sed audi quid ad eum Abraham dicebat: Chaos magnũ firmatum *Luc.16.d*
est inter nos & uos: itaq; nec uolentibus illuc licet transire. Quantũ rogauere uirgines illæ coẽtaneas pro modico oleo? Sed audi quid & illæ dicant: Ne fortè nõ sufficiat nobis & uobis. Et in nuptialẽ eas thalamũ potuit introducere nemo. Hæc nos quoq; *Matt.25.b*
cogitantes, nostrę curã uitę geramus. Quotquot.n. duxeris labores, & quotquot supplicia pertuleris, hæc oia nihil erunt ad futura bona. Pone igitur, si M
libet, ignẽ, ferrũ, & bestias, & siqd his difficilius: at tamen nec umbra quidẽ sunt hæc ad illa tormẽta. Nã hæc quidẽ cũ uehementius incubuerint, tunc maximè leuia fiunt, celerẽ afferentia liberationẽ, corpore nõ sufficiẽte, & ad uehemẽtia, & ad pœnæ longitudinẽ. Illic uerò nõ ita, sed ambo cõueniũt, & prolixitas, & excessus tã in iucũdis, q̃ in tristib⁹. Dum itaq; tps est, præoccupemus faciẽ eius in confessione, ut mitẽ eum tunc uideamus, atq; trãquillum, ut minaces illas uirtutes effugiamus. Nõne uidemus terrenos milites principib⁹ seruientes, quo criminosos trahunt, quomodo ligant, quomodo flagellant, quo perfodiunt costas, quomodo faces tormentis adhibent? Sed hæc oia ludicra, & risus ad illa supplicia. Nã & tẽporaneæ sunt hæ pœnę, illic uerò neq; uermis moritur, nec ignis extinguitur *Mar.9.b*
Etenim corpus est incorruptibile oium tunc resurgentium. Sed absit, ut hæc unquã per experientiã discamus. sed ultra uerba terror nobis non ingruat, neq; tortoribus illis tradamur, sed hic emendemur. Quanta tunc dicemus, nosmetipsos accusantes? quantum ingemiscemus? quantum eiulabimus? sed nulla iam erit utilitas. Quoniam neq; nautę resoluto iam & submerso nauigio quippiam possunt prodesse, neq; medici defuncto ægrotãte. Sed dicẽt

A quidẽ frequenter, hoc & illud oportebat agere: sed oia nequicquã & frustra. Donec.n. ex correctione spes supersit, & omnia dicere oportet ac facere: cũ uerò nullius adhuc domini sumus, omnib. corruptis incassum oia dicuntur & fiunt. Nam & Iudæi
Mat.21.a tunc dicẽt: Benedictus q uenit in nomine domini: sed nihil eis hęc uox prodesse poterit, ut pœnam effugiant: cũ.n. opus erat dicere, nõ dixerunt. Ne nos igitur quoq; hoc in conuersatione patiamur, iã hic immutemur, ut ante xp̃i tribunal cum omni fiducia: quam nos omnes assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & sancto spiritui, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

DE HIS QVI GEHENNALES POENAS *credere nolunt. Et de iudicio, Homilia* L.

Idus est præsens uita, charissimi, ex festucis
n & luto coagmentatus: licèt mihi magnas ędes ostẽdas, siue regias ipsas auro multo
fulgentes & gẽmis, nihil ab hirundinum nido differre censẽbo. hyeme siquidem instante, oia sponte
B corruent. hyemem uerò diem illum uoco, nõ omnibus hyemem: quoniam & deus noctem simul & diem uocat: illud qdem quãtũ ad peccatores, hoc autem quantùm ad iustos. Itidem & ego nunc hyemem ipsum uoco, si non in æstate bene alamur, ut uolare possimus instante hyeme. Non nos matres suscipient, sed esurie sinent perire, uel nido ruente perdi. Tanquam enim nidum, quinimmo & facilius q̃ nidum, omnia deus tunc destruet, delens & transmutans omnia. Volatu uerò carẽtes, & ipsi nõ ualentes occurrere in aera: sed ita uulgariter nutriti, ne leues habeant pennas, ea quæ pati tales est uerisimile, patientur. Hirundinum itaque pulli, cùm ceciderint, statim pereunt: nos uerò nõ morimur, sed continuè punimur. Hyems erit illud tempus, quinimmo hyeme difficilius. Non.n. aquæ torrentes profluunt, sed ignis flumina: non ex nubibus tenebrę cõflantur, sed insolubiles, & omni luce carẽtes tenebræ, ut neq; cœlũ uideatur, nec aer: sed plus quã terra obruti, comprimãtur. Frequenter hęc dicimus, sed qbusdam nõ psuademus, & nil mirum:
C si nos hoies utiq; uiles hęc patimur, etiã de his differentes: quippe & prophetę talia patiebantur, non tantùm de talibus loquẽtes rebus, uerũ & de bello, & captiuitate. Et Sedechias ab Hiere. redarguebatur, & non confundebatur. Propterea prophetæ dicebant: Væ q dicitis, appropinquet in celeritate, ut uideamus quæ faciat deus, & ueniat uolũtas sancti Israel ut cognoscamus. Ne hoc admiremur: nec.n. qui arcam fabrefieri uidebãt, crediderunt: sed tunc credidere demum cũ fidei lucrũ erat nullum. Neq; Sodomorum habitatores expectauerũt, uerũ & ip si crediderunt, cũ ipsis nihil profuit. Et qd dico futura? quis hæc unquã expectauit, q nunc per diuersa fiunt loca, urbium terremotus, & destructiones? Et hęc qdẽ sunt illis magis credibilia, arca dico. Vn de patet? Quoniã illi quidẽ nõ habebant in quod aliud exemplũ respicerẽt, neq; scripturas audierãt: hic autẽ infinita sunt gesta, tum annis nostris, tum prisc̃is. Sed unde taliũ infidelitas? ex aïæ mollicie. Bibebant & comedebant, & non credebant ꝓpea. Quæ enim quisꝑiam uult, hæc & existimat, hæc & expectat, contradicẽtes uerò nugæ sunt: sed ne nos idem patiamur. Non.n. diluuium iam erit, nec ad
mortẽ usq; supplicium: sed pœnarum initiũ mors, D
non credentibus fore iudiciũ. At inqet aliqs, Quis illinc aduenit, & hęc annũciauit? Si iocãs qdem dicis, nec ita bene: nec.n. in hmõi ludendum est. Non enim in ludicris, sed periculosè ludimus: si uerò sic seriò sentis, & post hęc nihil esse putas, qũo te dicis esse Christianum? Nulla nanque mihi est alienorũ cura. Quare baptismũ suscipis? Cur ecclesiã ingrederis? nunqd enim principatus pollicetur? omnis nobis spes in futuris. Quid igitur accedis, si scriptu
ris fidem non habes, si Christo nõ credis? Nunq̃ talem Christianum dixerim, absit, sed potius & gentilibus peiorem. In quo? In hoc quòd xp̃m putans eẽ deum, ei non credit tanquam deo: impietas.n. illa quandam habet consequentiam. Qui nanque xp̃m deum esse non credit, hunc nec illi credere necessarium est. Hęc autem impietas neque consequentiã habet, deum confiteri, & in his quæ dicit eũ fide dignum nõ censere. Ebrietatis hęc uerba, lasciuiæ, luxuriæ, Comedamus & bibamus, cras.n. morimur. *1.Co.15.c*
non postridie. Sed cũ hęc dicitis, mortui iam estis.
Nihil igitur à porcis differem⁹, nihil ab asinis, q̃so? E
Nam si neq; iudiciũ est, neq; retributio, neq; tribunal: qua de causa tali sum⁹ munere decorati, rõne, & habemus oia subiecta? quare nos quidem domi
namur, illa uerò subdita sunt? Vide qualiter undiq; diabolus, ut dei donum ignoremus, persuadere festinat. Seruos dominis commiscet, tanq̃ mancipiũ quoddam, & ingratus seruus. Liberum in eandẽ cũ eo qui offendit, uilitatem inducere nititur: & iudicium quidem duntaxat tollere uidetur, tollit autẽ esse deum: talis enim semper est diabolus. Omnia cum arte, non ex directo ptendit, ne caueamus. Si non est iudiciũ, deus non est iustus, scdm hominẽ dico: si iustus non est, neq; deus: si deus non est, oia temerè feruntur: Nihil uirtus, nihil uitium, sed horum nihil apertè dicit. Vidisti sataniçe cauillatiõis cogitatũ? qualiter ex hominib. bruta nos facere studet, imò uerò feras, quin potius dæmonas? Itaq; ne credamus: est.n. iudiciũ ò miser & infelix. Noui & unde uenias ad istos sermões. Multa tibi pctã sunt, lapsus es, fiduciã non habes. Rationes tuas & rerũ sequi naturam existimas, interim, inquis, gehennæ F
expectatione aïam non conficiã. Licèt gehenna sit, ei psuadebo gehennam nõ esse, interim hic gaudebo. Quare peccata peccatis accumulas, si puaricaris, gehennã tamen esse credideris, peccatorũ dũta xat pœnas luẽs abibis. Si uerò & istã addideris, impietatem, & impietatis & cogitationis huius extremas dabis pœnas: & frigida breui facta tibi cõsolatio, pennis erit ultionis materia. Esto, peccasti: qd & alios hortaris peccare, non esse dicẽs gehennam? Quid simpliciores decipis? qd populi resoluis manus? Tota pars tua subuersa ẽ, neq; studiosi studiosiores erũt, sed segnes, neq; mali recedent à malitia. Nunqd.n. si reliquos corrumpamus, peccatorũ habemus ueniã? None uides diabolum, qualiter Adã adgressus est prosternere? Nunqd hoc ei ueniẽ fuit cã? Imò maioris occasio supplicij, ut nõ tantùm de proprijs, uerum & de alienis criminib. torqueatur. Ne putemus, quod alios in eandẽ nobiscũ perditionem præcipitare, mitius nobis paret iudiciũ, qnim
mo grauius hoc faciet. Quid nosipsos p̃cipitamus & pdimus? hoc totũ diabolicum est. Homo peccasti, misericordẽ habes dominũ, ora, supplica, luge,

geme,& alios terre, & posce ne amplius in eadē cadas. Dic mihi q̄so,siqs esset domi seruus, q postquā peccasset, filio suo diceret: Fili,ego dominum offendi,tu stude placare,ne patiaris hæc eadē: nō habet aliqd uenię,non franget dominū,& flectet? Si uerò dimittens hæc uerba,dicat illa: Quod putas dominum habere consiliū, ut unicuiq; pro merito reddat? quòd nō temerè sunt oīa confusa tā bona quā mala? Nō est gratitudo in hac domo: nōnne maiores peccatorū pœnas exoluet? & meritò. Nā illic qdem affectus aliquā posset excusationem inuenire, licèt ægrè: hic uerò nihil. Si neminē igitur, aliū, saltem imitare diuitē, in gehenna dicentē: Pater Abraham mitte ad cognatos meos, ne ueniant in locum hunc. Quoniā ipse proficisci non poterat, nè in eadem & illi corruerent. Ab istis recedamus diabolicis uerbis. Quid igitur cū nos gentiles interrogāt: nō uis illos curare, sed in superbiā Chtistianū impellere: sub gentilis curandi ptextu, uis dogma confirmare satanicū? Nam quoniā ipse solus aiam alloH quens hęc psuadere non potest, alios uis testes producere. Si uerò gentilē oportet alloq, non hinc sit loquendi principium. Sed si deus xp̄s, & dei filius: si dæmones illorū dei, si hæc probata fuerint, oīa reliqua sequuntur. Priusq; principium ponatur, de fine disputare stultum est: priusq; prima discantur elementa, superfluū est & inutile circa finem uersari. Incredulus est gentilis iudicio, & ipse tecū idem patitur: quoniā habet & ipse multos de his philosophatos, q licèt corpus diuiserint, & hoc aiæ dixerint: attamen tribunal cōstituerunt, & tanta est rei claritas, ut nemo ferè hoc ignoret. Verū & poetę, & oēs sibi consentiunt, & de tribunali, et de iudicio. Itaq; nec ille suis credit principib⁹. Neque ludæus de his dubitat, & ois homo. Quid ita nosipsos sēducimus? Ecce hæc mihi dicis. Quid deo dices, q finPsa.32.e xit sigillatim corda nostra, q nouit oīa quæ sunt in mente uiuēti, & efficaci, & penetrāti super oēm gladium ancipitem? Dic.n.mihi cū uirtute, tu temetipsum non damnas? Et quo spontè tantum sapiētiæ innatum est, ut ipse peccator semetipsum condemI net? Hoc.n.est magnæ sapiētiæ, tu temetipsum cōdemnas. Qui uerò talē tibi dat cogitationē, oīa temerè fieri permittet? Regula hæc est uniuersalis, et determinatio. In uirtute uiuentiū nemo iudicii sermonem negat, siue gētilis, siue sit hęreticus: in multa uiuentiū malitia nemo, præter paucos, resurrePsal.9.e ctionis sermonē admittit. Et hoc ait psalmista: Au1.Co.15.d feruntur iudicia tua à facie eius. Quare? quoniā inquinatæ sunt uiæ illius in omni tpe. Ait.n.Comedamus et bibamus, cras.n.morimur. Vides quòd abiectorū est ista dicere, ex comedendo et bibēdo ista sunt uerba resurrectionis cōfutatiua. Nō sustinet.n.aīa peccatrix, non sustinet conscientiæ tribunal. Et idē fit, quale si homicida cū prius pręsuppo suit se non captum iri, sic cædem committat. Quoniā conscientia ipsum iudicante non facilè ad faci nus uenisset. Et nouit igitur, et nosse dissimulat, ne cōscientia torqueatur et timore, alioqn.n.ad ausū infirmior fuisset. Itidē et q peccāt, et quotidie in iisdem malis uersantur, uidere nolūt, licèt eos arguēte conscientia. Sed illis ne nos attendamus. Erit.n. oīno iudicium et resurrectio, neq; tanta deus opa temerè permittet. Propterea suadeo, ut uitiis abstinētes, uirtutem retineamus, ut uerum suscipiamus sermonem in xp̄o Iesu domino nostro. Et quid faciK lius resurrectionis uerbum admittere, an de facto? Illud iniustitiæ plenū, dementiæ, crudelitatis & inhumanitatis? hoc autē iustitię, pro meritis distribuLuc.16.g tiū, & ipsum tamē nō admittūt. Causa uerò segnities, quoniā nemo mentē habens illud suscipit. Nā & in Græcis q uoluptatē definientes, finem esse dicunt, ipsum illi suscepерunt, q uerò uirtutis amorē sectati sunt, nequaquā: sed detecerunt tanquā irrationale. Si autē hoc in Græcis, multo magis sīr & in ipsa de resurrectione sīa. Intuere uerò mihi cōtrarium, qūo duo contraria intulit: si uirtutem qdem negligamus, necessitatem diabolus intulit, ut & dæmonas promptè colamus: & pro duo contraria persuasit. Quam itaq; oportebat rationem reddere, q rei tam admirabili non credit, & illa nugantibus fidē p̄stat? Itaq; nec ista te consolatio pascat, quòd ueniā sis assecuturus: sed nos conuertentes ad uirtutem excitemus, & uerè deo uiuamus: ait.n. Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā conse Matth.5.d quentur. Nā si hoies talium misserentur, multò magis deus. Nō miserentium uerò nequaquā. Sine misericordia.n.iudicium illi, qui non fecit misericordiam. Bona res est. Cur igitur eā aliis non p̄stitisti? uis peccatorum ueniā concedi? Cur igitur ipse peccanti non ignouisti. Sed ad deum quidem accedis regnum petens cœlorū, ipse uerò petitus argētum nō dedisti? Propterea non accipimus misericordiā, quoniā non miseremur. Quare, inquies, quare, quæso: non & hoc est misericordiæ, immisericordium misereri? Nā q crudeli, & immiti, quiq; plurima proximo mala intulit, humanitatē exhibet, qūo misericors fuerit? Quid igitur inqes, lauacrū, nonne nos infinita operatos mala saluabit? Ab illis liberauit, nō ut iterū ea faciamus, sed ne deinceps patremus. Ait.n. Si mortui sūmus peccato, qūo adhuc uiuemus in eo? Quid igitur, peccabimus quoniā nō sumus sub lege? Absit. Ab illis te propterea liberauit, ut ad illā ignominiam amplius nō recurreres. Quoniam et medici febricitantes ab ardore liberāt, nō ut sanitate ad afflictionē & dissolutionem abutanM tur. Nam ægrotare melius foret, siqs propterea conualescere deberet, ut lecto rursum semetipsum affigeret. Sed ut ex morbo mala scientes, amplius in ea nō incidant, ut sanitatē cautius retineant, ut oīa faciant ad hāc cōferentia. Vbi igitur, inqs, dei misericordia, siquidē malos saluaturus non est? Frequenter.n.& hoc dicentes multos audio, qđ misericors est, & oēs oīno saluabit. Ne nos itaq; frustra seducamus (nam & memini me talē uobis promisisse materiam) eia sermonem hunc hodie moueamus. De gehenna uobis antea disserui, & de dei misericordia distuli sermonem. Hunc hodie bonū est redde re. Quòd igitur erit qdē gehenna, satis, ut arbitror, hoc probauimus, diluuiū in mediū proferentes, & priora mala: & dicentes, quòd q fecit ea, dimittere præsentes inultos est impossibile. Si sic.n.ante legē peccantes puniuit, maiora mala post gratiā operatos impunitos non relinquet. Quærebatur itaque, qūo bonus, qūo misericors, & sermonem distuli mus, ne multitudine uestras obtunderē aures. Eia reddamus id hodie qūo bonus deus, & unde bonus, siqdem puniat. Nam & ad hæreticos nobis hic sermo cōuenit, ut sedulò aduertamus. Nihili de nobis indigens deus nos fecit: quòd autē nullius idi-

geret,

A geret, ex eo quod postea fecit manifestauit. Nā si indiguisset, iāpridē fecisset, sed si sine nobis ipse fuit, nos aūt in posterioribus seculis facti fuimus, nostri nō indiges nos fecit, fecit cœlum, terram, mare, q̄que sunt omnia pp nos. Hæc quæso, nōne sunt bo
Matt.5.g nitatis? & multa quispiā dicere posset: Sed ut sermonem contrahamus: Oriri facit Solem sup malos & bonos, pluit super iustos & iniustos. Hoc nōne bonitatis est? Non, inqt, aliquis. Etenim quōdam cuidam Marcionistæ dicebā, an nō essent hæc bonita te digna? Et dixit, quòd si peccatorū rationem non exigeret, bonitatis esset: si uero repetit, nō bonitatis. Ille quidē nunc nō adest. Age uero tunc dicta diB camus, & his plura. Ex superabundanti nanq; probo, quòd nisi rationē exigeret, bonus non esset: sed quoniā exigit, ppea bonus est. Dic.n. mihi, nisi rationē exigeret, nūquid uita staret humana? Nonne in feras erupissemus? Nā si timoribus & pœnis imminētibus, & tribunalibus, pisces supauimus alter alterū comedētes: leones & lupos absc̄dimus, alie na alter alterius rapientes: nisi rationē à nobis exigeret, & hoc essemus passi, quanta turbatione plena foret uita? Quid iam foret qui fabulis celebratur labyrinthus ad mundi confusionem? Nōne uides in finitos tumultus, & absurditates? Quis patrē fuisset reueritus? Quis uero matri pepcisset? Quis aūt ullā uoluptatē, ullum uitiū omisisset? Et quòd hæc ita se habeant, ex sola domo tibi psuadere conabor. Si uobis hęc interrogantibus, & seruos habētib⁹, manifestū his facia: quòd licet dominatum corrūpāt, & in dominorū corpus contumelientur: licet oīa distrahant, & superiora reddant inferiora, & hostiliter eos afficiant: nō minātur, non castigant, nō punient, & ne uerbo quidē contristabūt: nūquid hęc bonitatis esse uidentur? At ego probo quòd extremæ sunt crudelitatis, non tantū uxorem & filios p hanc ineptā bonitatem prodere, uerū & hos ipsos prius quā illos perire. Ebrij siquidē & dissoluti, procaces, & contumelioſi, & oibus feris erunt brutiores. Hoc ergo, q̄so, bonitatis, animi generositatē cōculcare, & seipsos perdere? Vides, quod pœnas exige re, hoc est multæ bonitatis? Et quid dico seruos ad
C hæc peccata promptius ruentes? Sed aliquis filios habeat, illos oia permittat audere, neq; puniat: igitur quo, quæso, nō erunt peiores? Postmodū in hominibus quidem punire bonū est, non aūt punire, sæuum: in deo uero nō itidem? Itaq; quoniā bonus est, ideo gehennam pparauit. Vultis & aliam cōmorem dei bonitatem? Non hoc duntaxat, uerùm quòd & bonos fieri malos nō permittit. Nam si deBsal.17.b berent eadem assequi, oēs essent mali. Nūc aūt hoc non parum bonos consolatur, nam audi prophetā dicentem: Lætabitur iustus cū uiderit uindictā impii, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Nō insultans, absit: sed timens, ne eadē patiatur, purio rem suam efficiat uitam. Hoc multæ est prouidētię. Est, inqt, sed oportebat tantūmodo minari, non tamen punire. Si punit, & dicis quòd comminatio res est, & ppea negligentior efficeris: si uerba dūtaxat essent minæ, nōne segnior esses? Niniuitæ si sciuissent, quòd negotium minæ forent, pœnitentiā nō egissent, usq; ad uerba minas statuissent. Vis id esse minas? Ipse dominus est facti. Melior efficere, & ad minas tātū progreditur: si uero, quod absit, minas contempseris, uenies ad experientiam. Qui dilu-

uij tpe fuerunt, si minas timuissent, periculū non su D stinuissent. Et nos si minas timuerimus, periculum non subibimus. Nec id accidat, sed præstet clementissimus deus nos oēs hic iam expiatos illis ineffabilibus potiri bonis: quibus omnes utinam digni censeamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE CONCORDIA ET CHARITATE, *& de bene faciendo calumniantibus.*

Homilia. LI.

Oncordię nihil æquale, charissimi, nihil cō
c sentientiū paci. Vnus.n. minimus est. Si uero sint unanimes, duo uel decem, nō unus iam unus est, sed decuplus eorū quisq; fit, & in decē unum inuenies, & in uno decem: siue inimicū habeat, unum offendens, tanquā decem offenderit, capitur: non.n.ab uno duntaxat ore petitur, sed à decem. Indiguit unus, sed nó est in egestate. Maiori siquidem.i.nouem abundat, & pars indigens obūbratur, minus autem p maius abundans, Horū q̄sq; E uiginti manus habet, & oculos uiginti, & totidē pedes. Non.n.suis tantū oculis intuetur, uerū & alienis: non suis tantū, uerū & illorum manibus operatur. Animas habet decē: non.n. ipse tantummodo pro se, uerū & illę pro eo curam gerunt. Si uero sint & centum, idem erit similiter, & potentia producetur. Vidisti charitatis excellentiā, qualiter unū inexpugnabilē reddit, & multiplicat, qualiter unus & multis in locis esse potest, idē & in Perside, & Romæ: & qd natura non potest, potest charitas. Nam eius hoc quidem hic erit, hoc aūt illic: quin potius integer hic, & integer illic. Itaq; si mille habeat amicos, uel duo milia, perpēde quò rursum potentia p ueniet. Vides qūo charitas sit res augmentatiua. Hoc.n.est mirabile, quòd unū facit millenum. Cur itaque non hanc comparamus potentiam, & nosipsos in tuto constituimus? Hoc est omnibus diuitijs melius, hoc sanitate maius, & ipsa luce. Hoc lęti tię materia. Quouisq; in unum uel duos charitatem concludimus? Discę negotium & à cōtrario. Sit aliquis nullum habens amicum, quod est extremę dementię. Fatuus.n. dicet, Nō est mihi amicus. Huiusmodi qualem uiuet uitam? licet.n. milies sit diues, F licet in opib⁹ & delicijs, licet infinita possideat bona, omnib⁹ est priuatus & nudus. In amicis uero nō ita, uerū licet fuerint pauperes, diuitib⁹ sunt opulētiores: & q̄ ipse pro seipso dicere nō aggreditur, hęc amicus dicet: & q̄cunque sibi nō potest indulgere, per alium poterit, & multò plura, & ois erit nobis materia delectationis & cautelæ. Non enim malè pati potest, qui tot satellitibus custoditur: nec.n. hmōi sunt regii corpis custodes seduli, quales isti. Illi nanq; metu uel necessitate custodiam exhibēt, isti uerò beneuolentia, non autem necessitate: hęc aūt multo metu potentior est. Et ille quidem custodes suos timet, hic autem his plus q̄ sibimetipsi cōfidit, & pp hos insidiantium timet neminem. Negociemur itaq; negociationem istam: pauper, ut habeat pauptatis cōsolationē: diues, ut diuitias in tuto possideat: princeps, ut cū securitate dominetur: subditus, ut beneuolos hēat principes. Hoc māsuetudinis occasio, hoc benignitatis materia. Quoniā & in feris illæ sunt maximè crudeles, & imāsuetę, q̄

G non gregatim iunguntur. Propter hoc & urbes habitamus,& fora frequẽtamus,ut simul inter nos cõ
Heb.10.c uersemur.Hoc & Paulus iusſit,dicẽs : Nõ deſerẽtes collectionẽ noſtrã.Nihil.n.tam malum,quã ſolitudo,& ſtatᵘ incõciliabilis & inacceſſus.Quid igitur, inquiet aliqs,monachi,quiq; montium uertices cõprehenderunt:nec illi carent amicis,ſed forenſes qdem tumultus fugerunt:multos aũt concordes habent,& inter ſeſe intime colligatos, & ut hoc conſe querentur,ſeceſſerunt.Nam quoniam rerum cõtẽtio multas iducit lites,ppea de medio ſublati,multa cũ diligentia charitatẽ excolunt. Quid igitur ſi quis ſolus eſſet?inumeros & ille amicos habet.Ego quidẽ uolo,ſi fieri põt,& ſimul conuerſari ſcire:ſin uero minus,interim amicitiæ manent immota fœdera.Non.n.amicos locus efficit.multos quidẽ habent admiratores,qui non admirarentur,niſi diligerent.Et ipſi rurſum pro toto terrarũ orbe precantur:quod eſt maximum amicitiæ ſignũ. Propterea & in myſterijs alter alterũ amplectitur,ut unũ multi fiamus,& ſuper non ſacratis cões facimus preces,
H pro ægrotantibus orantes,& mũdi fructibus tam terræ,q̃ maris.Vides oẽm charitatis potẽtiã in orationibus,in myſterijs,in admonitionib?hæc oĩum cauſa bonorũ:ſi hanc habeamus pfectionẽ,& bene pſentia diſponemus,& regnũ aſſequemur.Quoniã uero maiori,pfectioriq; doctrina digni ſumus habiti,nõ amplius p prophetas,ſed per filium deo nobis loquẽte in nouiſſimis dieb? iſtis,multo maiorẽ & honore dignã cõuerſationẽ oportet exhibere.Abſurdũ.n.ipſum tantũ deſcendiſſe, ut non amplius p ſeruos,ſed p ſeipſum nos alloqui uellet:nos uero prioribus nihil amplius exhibere. Nã Iudæi q dem Moſen,nos aũt pro Moſe dominũ præceptorẽ habemus.Hoc igitur honore dignã pſtemus cõuerſationem,& cũ terra cõe nihil habeamus.Propterea ſuperne nobis de cœlis doctrinam attulit, ut eò mentẽ transferremus,& præceptoris fieremus imitatores pro uiribus noſtris.Quo uero licet Chriſti imitatores fieri?ſi ad cõem utilitatẽ oĩa faciamus,
Rom.15.a quæ noſtra ſunt non quærentes:ait.n.Chriſtus nõ
Pſal.68.b ſibijpſi complacuit,ſed(ſicut ſcriptum eſt)opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt ſuper me. Nemo quod ſuum eſt,quẽrat. Sic tamẽ quiſpiã quod ſuũ
Rom.12.b eſt quẽrit,ſi id quod eſt proximi,cõſideret. Res.n. illorum,noſtræ ſunt:corpus unum ſumus, & alter alterius partes & membra.Itaq; ne tanquã diſipati diſponamur,nemo dicat:ille mihi nõ eſt amicus, neq; cognatus,neq; uicinus,nec cõe cũ eo quicquã habeo, Quo accedam?quo alloquar? quanquã .n. neq; cognatus eſt,nec amicus,homo tamẽ eſt, eiuſdẽ tecum naturæ particeps,eundem habens dominum,conſeruus,& contubernalis: in eodem nanq; natus eſt mũdo.Si uero & eiuſdẽ eſt fidei particeps ecce tibi mẽbrum quoq; factus eſt.Quæ nãque poſſet amicitia tantã unionẽ operari,quantã fidei cognatio?Non.n.quantã amicis amicos exhibere neceſsitudinẽ decet,tantam oportet nos in alterutrũ unionẽ præſtare:ſed quantam membrũ membro.
Hoc.n.amicitiæ charitatiſq; modo maiorẽ nullam neceſsitudinem quis unquã inuenit.Sicut itaq; nõ poſſes dicere,unde mihi cũ eo neceſsitudo,& propinquitas?(hoc.n.ridiculum eſt) ita neq; de fratre
1.Co.12.b poteris hoc dicere.Ait .n. Omnes in unum corpus baptizati ſumus.Quid eſt,in unum corpus? ne diſtrahatur,ſed mutua inter ſe cõiunctione & amici K
tia corporis unius conſequentiã cõſeruet, ne nos alterutrũ contẽnamus,ne noſipſos deſpiciamus. Nemo.n.unquam carnem ſuam odio habuit,ſed enu- Ephe.5.f
trit,& fouet eam.Propterea domũ unam nobis dedit,mundum,oĩbus unum Solem accendit,unũ extendit tectum,unã appoſuit mẽſam,terrã.Dedit & aliam hac multo maiorem menſam, uerũ & hãc unam,myſteriorum conſortes norunt qd dicitur. Vnum oĩbus generationis modum eſt largitus, ſpiritualem:unã cũctis patria,quæ eſt in cœlis.Ex eodem oẽs calice bibimus,nõ diuiti quidẽ amplius & precioſius,pauperi uero uilius &minus indulſit, ſed oẽs æqualiter uocauit.Carnalia pari ſunt honore,ſpiritualia ſimiliter p̃buit.Vnde magna uitę inæqualitas?Ex diuitũ auaritia ſimul &ſuperbia.Sed ne, fratres,amplius iſta fiãt:nec uniuerſalibus,&neceſſarijs nos in idem congregantibus,ã terrenis & uilibus diuidamur,diuitijs inquã,& pauptate, & carnali cognatione,uel inimicitia, & amicitia . Hęc.n. oĩa ſunt umbra,& umbra uiliora ſupnę charitatis L
uinculũ habẽtibus.Hoc ergo ſeruemus indiruptũ, & malorum nullũ uitiorũ unitatẽ diuidentiũ ſubrepere poterit.Nihil uero rurſum ita deũ reddit propitiũ,ſicut inimicos diligere, & calũniantibus benefacere. Cũ igitur aliquis infeſtat,ipſum ne reſpicias,ſed dęmonẽ inſtigantẽ,& oẽm in illum irã eſſum de:ipſius autẽ & miſerere,q monetur ab eo.Nam ſi mendacium ã diabolo,et iraſci temere multo magis ab ipſo.Cũ mordentẽ uideris conſidera quòd eſt diabolus qui eũ inſtigat.Nõ.n. Chriſtianorum ſunt cõmata.Nam cui ꝓcipitur lugere, & cui dicitur,Vęqui ridetis:& poſtmodũ exprobrat,& mordet,& accenditur:non qui cõuicium ã nobis patiatur,ſed qui deploretur eſt dignus: quoniã & Chriſtus turbatus eſt,cũ Iudã cogitaſſet. Hęc igitur oĩa Ioan.13.
cogitemus in operibus.Nã ſi hęc nõ obierimus,ne quicquã & incaſſum in mũdũ uenimus,uel potius ad malum.Non.n.per ſe fides in regnũ introducere poteſt,ſed potius habet unde malum degẽtes uitã condẽnet.Qui nouit.n.uolũtatẽ domini ſui,& nõ Luc.12.
facit,plagis uapulabit multis.Et iterũ:Niſi uenieſſẽ, Ioan.15.f
inquit,& locutus eis fuiſſem,peccatũ nõ haberent. M
Quã igitur excuſationem habebimus,in regijs cõſtituti,& in adyta uocati,& liberãtium faẽti myſteriorum participes,ſi gẽtilibus,q nihil horũ habuerũt,peiores inueniamur?Si.n.illi pp inanem gloriã, tantam oſtẽdere ſapiẽtiã:multo magis,ut deo placeamus,oẽm obire uirtutem oportet.Nũc uero neque pecunias cõtẽnimus.Illi uero ſuã quoq; frequẽter animam deſpexerũt,& in bellis filios dæmonũ tradidere furori,& pp dæmonas naturã cõtemp ſere:nos uero pp Chriſtũ,nec argentum,nec iram pp dei beneplacitum cõtemnimus,ſed excãdeſcimus, & febricitantibus peius diſponimur.Sicut illi q malo detinẽtur,ardẽtes ſunt:ſic nos,tãquam ab igne quodã angamur,cõcupiſcentiã ſiſtere nuſquã poſſumus,& iram augẽtes ac auaritiã.Propterea cõſumor,& cõſternor:apud gentiles quidẽ pecunias uidẽs contemni,apud nos aũt oẽs inſanire.Nam & ſi quos has inuenerimus deſpicientes,alijs capiũtur, ira,uel inuidia.Et eſt res difficilis,purã inuenire cõ uerſationẽ. Cauſa uero quòd ex ſcripturis remedia ſumere nõ curamus,nec eis cũ compunctione,dolore & gemitu uacamus : ſed negligenter, ſi non-

A nũquam otium agamus.Propterea cũ multus rerũ ſecularium tumultus ingruerit,oĩa ſubmergit: & ſi quod lucrum fuerat comparatũ,perit.Nec enim ſiqs uulnus habẽs , & ſuperimponens medicamẽtũ, non diligẽter alligauerit: ſed & aquam , & puluerẽ, & ſqualorem, & alia mille uulnus ſiũ atterere ualẽtia permiſerit incidere, ęquã amplius ab eo poterit efficiſ:ſed non pp medicaminum infirmitatem, ſed pp proprium torporẽ. Hoc & nobis accidere ſolet,cũ diuinis ſermonib. parum intẽdamus, nos uero penitus & ſemper ſecularibus addicamus : ſic enim totũ ſuffocatur,& oĩa fiunt infructuoſa. Hoc itaque ne fiat,parumper uigilemus, & in cœlum re ſpiciamus , & oculos declinemus monumenta , & defunctorum tumulos . Nã & nos hic idem manet finis , & eadem tranſitus neceſsitas ante ueſperam
plerunq; nobis inſtabit. Ad hunc igitur exitũ præparemur:multis.n.nobis opus eſt uiaticis , quoniã
& multᵘ illicẽ eſtus,multa ſiccitas,multa ſolitudo.
Mat.25.a Non iam licet in diuerſorio requieſcere,non eſt qd
B ematur ab eo,qui non hic oĩa ſumpſerit. Audi certè quid dicant uirgines:Ite potius ad uendẽtes: ſed
Luc.16.f profectæ nõ inuenerunt. Audi quid dicat Abrahã:
Exe.14.c Quoniam chaſma eſt inter nos & uos.Audi qd Ezechiel dicat de die illo : Quia Noe,Iob , & Daniel filios ſuos nõ liberabũt.Sed abſit,ut nos hæc uerba audiamus.Sed uiatica ſumẽtes hic æternæ uitæ ſufficiẽtia,uideamᵘ cũ fiducia dominũ noſtrũ Ieſum xpm,cũ quo patri,ſimul & ſpirituſanctο glia,potęſtas,& honor,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorũ, Amen.

QVOD IN MANSVETVDINE CHRI

Stum oportet imitari , & de malorum oblitione .
Et quòd in uirtute poſitũ lędere põt nihil .

Homilia. LII. Ex Matthæo .

Ntea qdẽ uobis dicebã , chariſsimi , quòd
a manus ẽ lingua noſtra dei pedes apprehẽdens. Nunc autẽ magis dico , quòd lingua eſt lingua noſtra, Chriſti linguã imitans, ſi cõgruã exhibeat diligẽtiã:ſi loquamur ea,q̃ uult ipſe. Quæ
Rom.8.f. uero ſunt,q̃ nos loq uult ille? Quę ſunt humanita-
Mat.28.d. tis plena , & manſuetudinis uerba . Sic.ſ.& ipſe loB quebatur, dicẽs ſe cõtumelia proſequẽtibus : Ego dæmonium non habeo.Et iterũ:Si malè quidẽ locutus ſum,teſtimoniũ perhibe de malo.Si tu quoq; ſic dixeris, ſi loquaris ad proximorũ emẽdationẽ, linguam illi ſimilẽ habebis.Et hæc ipſe deus teſta-
Exo.23.d tur : Qui.n educit dignũ ab indigno , ſicut os meũ erit . Cũ itaq; lingua tua tanquã Chriſti lingua ſit, & os tuũ , quaſi patris os ſiat , & ſancti ſis ſpiritus templũ:quis iam huic fuerit equalis honor?Nec.n. ſi tuũ ex auro foret os cõpoſitum , aut ex pretioſis lapidibus,ita fulgere deberet,ut nunc mũdo manſuetudinis illuſtratum.Quid ore,qd contumeliam proferre neſciat , ſed ſemp benedicere meditemur, deſiderabilius?Si uerò maledicenti benedicere nõ pores,tace:hoc interim elabora,& paulatim procedẽs,&(ut decet)ſtudens,ad illud quoq; puenies,& os habebis tale,quale diximus.Nec audax eẽ dictũ exiſtimes. Benignus.n.eſt dominus , & bonitas eiᵘ donũ efficitur. Audacis eſt,os diabolo ſiſ poſſidere,& linguã maligni dęmonis habere ſimilem, quã habere non oportet xpi manſuetudinis ſectatorẽ: præſertim taliũ participem myſteriorũ , & ipſi dominicæ carni cõmunicantem. Hæc itaque reputãs,

illi fias pro tuis uiribus ſimilis . Te iam talẽ effectũ D
diabolus ne cõtra quidẽ reſpicere poterit . Regiam enim impreſsionẽ agnoſcit,Chriſti nouit arma qb. fuit ſupatus. Quæ uerò ſunt hæc? Benignitas, & mã
Mat.4.b ſuetudo. Etenim cũ in monte eum irruentem confregit,atq; proſtrauit,non innoteſcens qđ eſſet xps: ſed his eum uerbis illaqueauit , manſuetudine cepit,benignitate fugauit . Hoc tu quoq; facias:ſi uideris hominem diabolũ factum,et ad te uenientẽ, ita et tu uince.Dedit tibi xps poteſtatem,ut ipſi ſimilis pro tuis uiribus efficiare. Hoc audiens ne trepides, timor eſt non ipſi ſimilem eſſe . Scdm igitur illum loquere , et in hoc factus es talis,qualis ille, quantũ hõ fieri poteſt . Propterea maior eſt ita loquens q̃ prophetans: illud quidẽ donum eſt totũ, hic autem et labor tuus,et ſudor , animam docere, os tibi formare Chriſti ori ſimile. Poteſt.n.talia facere,ſi uelit:ætẽ nouit,niſi negligẽs ſit. Et qũo tale formabitur os,inqt aliquis,qbus coloribus? qua materia? Coloribus quidẽ et materia nulla, ſed uir
tute ſola,manſuetudine q; ac humilitate.Videamus et qũo formetur os diaboli, ne unquã illud cõpare
mus.Qualiter itaq; fingitur?per imprecationes, per E
contumelias, per inuidiam et periurium: cùm.n.il lius uerba quis loqtur, illius linguam ſumit . Quã igitur habebimus ueniã? uel potius quã nõ ſubibimus pœnam cũ linguam, qua carnẽ guſtare domi nicã digni ſumus habiti,negligamus, diabolica loquentẽ?Ne negligamus, qſo,ſed utamur omni ſtudio,ut eam,doceamus ſuũ imitari dominũ. Si.n.eã docuerimus , hoc nos cum multa fiducia ante xpi tribunal conſtituet. Niſi quis ita loqui ſciuerit,neq; iudex eum audiet . Sicut enim cùm euenit Romanum eſſe iudicem,non audiet ſe defendentẽ ita lo-
Ioã.12.c. qui neſciẽtem,itidem et Chriſtus,niſi ſecũdum ip-
Mat.26.c ſiᵘ morem loquaris, te non audiet,nec intẽdet. Diſcamus igitur ita loqui , ſicut audire rex noſter cõſueuit,illã imitari linguã ſtudeamus. Qđ ſi in luctũ inciderís,conſidera,ne triſtitię tyrannis os tuũ ſub uertat:ſed loquaris tanquam Chriſtus, plorauit.n. et ipſe Lazarum et ludam . Si ceciderís in metũ , ita rurſum ut Chriſtus loqui quære .Nam et ipſe propter te in timorẽ cecidit iuxta diſpenſationis ratio
Ibidẽ. d. nem.Dic et tu,Veruntamẽ non ſicut ego uolo, ſed F
ut tu:Et ſi lugeas,quietè lugeto,ſicut et ipſe.Et ſi in
Ibidẽ. & inſidias,et triſtitiã incideris, et hic ut xps afficiaris.
Ma.14.d Etenim & iſidias paſſus eſt,et triſtitiã,et ait: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ . Et oĩa ſibi exempla præbuit,ut eaſdem cuſtodias menſuras, et datas tibi regulas ne corrũpas.Ita potius os habere illiᵘ ori conſimile.Ita ſuper terrã ambulans ſurſum ſedẽtis linguã nobis oſtendens ſimilem, in triſtitia mẽſuras,in ira,luctu,in anxietate cõſeruans.Quot ex uobis ſunt,qui cupiant illius formã intueri?Ecce non tantùm uidere,uerũ et ſcdm eum fieri poſſumus,ſi ſtudeamus:itaq; ne differamus. Non ita prophetarum os ampleꝯtitur,ſicut mitium et manſuetorum
Mat. 7.c. hominum.Multi nanq; dicent,mihi , inqt : Nõnne in nomine tuo prophetauimus? et dicã eis : Neſcio
No. 12.a uos.Moſen uero,quoniã humanus erat et mitis(ait enim: Moſes hõ mitiſsimus ſuper oẽs homines qui ſunt ſuper terram) ita cõplectebatur , et diligebat, ut præſenti pſens ſuã diceret uoluntatem , et facie ad faciẽ loqueretur,tanquã amicus ad amicũ ſuũ.
Exo. 33.c Non impabis dæmonibus nũc,ſed gehennæ:tunc

G igni impabis, si Christi simile ori os habeas, ignis
p̃cipies abysso,& dices: Tace, obmutesce: multaq;
cũ fiducia cœlos ascẽdes,& regno potieris. Cũ hęc
igitur habeam⁹ exẽpla, nõ dico uobis, pro inimicis
moriamur, nã & hoc qdẽ op⁹ fuerat: sed quoniã nos
infirmiores, illud interim dico, saltẽ amicis nõ inui
deamus, ne benefaciẽtes liuore prosequamur. Non
adhuc dico, malefaciẽtib. benefaciam⁹. Cupio qdẽ
& hoc, sed quoniã nos pigriores, ne saltẽ ulciscami
ni: nõ.n. fabulæ sunt nostra & simulatio. Quare tã-
dem per diametrũ aduersus negotia sistitis? Non te
merè scripta sunt & alia, quęq; circa crucẽ ipsam ge
sta sunt, q̃ possent ipsos reuocare: sed ut bonitatem
Ma. 26.c imiteris, ut benignitatem æmuleris. Eos n. supinos
et Io.18.b prostrauit, & seruũ restituit auriculã, & cũ mãsuetu
Luc. 23.f dine locutus est: & cũ suspensus esset, magna mon-
strauit miracula, radios auertẽs, frangẽs lapides, de
functos excitans, iudicis uxorẽ terrẽs p somnia, om
nem in ipso præ se ferens iudicio mansuetudinem,
q̃ non minus eos, q̃ miracula possent attrahere: infi
nita prædicens corã tribunali, in ipsa clamans cru-
Ibidem.c ce: Pater dimitte illis peccatũ. Sepultus uerò quãta
H ad illorũ ostendit salutẽ? Resuscitatus autẽ nõ sta-
tim Iudæos uocauit? non dedit peccatorũ remissio
nem? nõ innumera cõtulit bona: Quid hoc mirabi
lius? q crucifixerũt, & occiderũt, postq̃ crucifixerũt
facti sunt dei filij. Quid huic par prouidẽtię? His au
ditis absc̃damur, qd ab hoc tantũ distamus, quẽ
imitari iubemur. Videamus quantũ sit discriminis,
ut uel ita nos condemnemus, his bellũ inferentes,
pro quibus animã xp̃s impendit: nec uolentes cõ-
ciliari, quos ut cõciliaret, neq; iugulari recusauit, ni
si fortasis & hoc dispendiũ aliqd est, & pecuniarũ
erogatio, qd in eleemosyna p̃tenditis. Cogita quan
torum sis reus, & nõ tantũ ad eorũ qui te affecerũt
iniuria, dimissionẽ nõ retrocedes: uerũ & curres ad
eos q te cõtristarũt, ut tibi sit dimissionis occasio,
ut propriorũ inuenias malorũ lenimen. Gentiliũ fi
lii nihil expectãtes i hoc plerũq; philosophati sunt:
& tu cũ tali spe migraturus retraheris, & torpes? Et
quod tp̃s facit, hoc pp dei legem ante tp̃s facere nõ
sustines, & sine mercede potius q̃ cũ mercede uis
I tibi uitium extingui? Nec enim si per tp̃s hoc tibi
fiat, erit tibi quicquam amplius: uerùm & multa
potius pœna, quoniã quod tp̃s effecit, hoc facere
dei lex non persuasit. Si uerò dicis, qd excandescis
tuæ recordatus cõtumeliæ: reminiscere, siqd boni
collatum tibi fuit ab eo q cõtristauit, & qd tu ma-
lis alios affecisti. Malè tibi dixit, & te cõfudit: cogi-
ta qd a liis tu quoq; dixisti. Qũo ueniam igitur asse
queris, quam aliis non cõcessisti? Sed nulli maledi-
xisti? At audisti dicẽtes, & suscepisti, nec hoc reatu
caret. Vis discere, quantũ mali sit, malorũ meminis
se, et qualiter hoc maximè deũ irritat? Insultãtes his
q ab ipso iustè puniuntur, punit: licèt iustè castigẽ
tur, tamen te non oportebat gaudere. Et propheta
Am. 6.b. postq̃ multa impropauit, et hoc subiecit: Nihil pa-
Mich. 1.c tiebãtur sup cõtritiõe Ioseph. Et iterũ? Nõ est egres-
sa q̃ habitat Euam, plangere domũ cõtiguam suæ.
Licèt et Ioseph, id est tribus ab eo procedẽtes, & ui-
cini scdm dei sentẽtiam puniebantur, attamẽ uult
cum his nos dolere. Nam si nos cùm mali simus,
quando seruũ castigamus, si quem seruorũ uideri-
mus ridentem, & irritamur, & in ipsum iram trãs fe-
rimus: multò magis deus punitis insultãtes ulcisce-
K tur. Si uerò his q à deo puniũtur, non insultare, sed
potius oportet misereri: multò magis eorũ q̃ cõtra
nos peccarunt. Hoc.n. charitatis est indiciũ, hanc
deus proponit. Sicut in regali prætexta, illi flores &
colores pretiosi sunt q̃ hanc cõficiunt chlamydẽ:
itidẽ & hic illæ sunt pretiosæ uirtutes, quæ charita
tẽ contineant. Nihil autem ita conseruat charitatẽ
sicut in nos patrata nõ meminisse. Nunquid.n. & al
terius patris curam deus non gessit? Nunquid iniu
riã operatũ ad iniuriam passum nõ deduxit? Nũqd
eũ ab altari ad illum non mittet, & post recõciliationes ad mensam reuocat? Ne tamen illum ppea,
ut ad te ueniat, expectes, alioquin oia perdideris.
Nam tibi propter hoc maximè mercedem ineffabi
lem definit, ut illum præuenias: quippe si rogatus
recõcilieris, nõ iam dei p̃cepto facta fuit amicitia,
sed illi⁹ studio. Et ppea sine corona recedis, illo p̃-
mia capiente. Quid ais? Inimicũ habes, & nõ erube
scis? Nõne satis est nobis diabolus, qd & cõsanguineos superducimus? Vtinam nec ille nobiscũ bellũ
gerere uellet, utinã nec ille diabol⁹ esset. Nonne scis,
quanta sit post reconciliationes uoluptas? Quid.n.
& si in inimicitia nõ multũ apparet? Quòd.n. infe- L
rentẽ iniuriam diligere sit iucundus quàm odisse,
postq̃ inimicitia fuerit soluta, bene tũc dicere pote-
ris. Quid itaq; furẽtes imitamur, alter alterũ corro-
dẽtes, propriã impugnãtes carnẽ? Audi certè, quãt⁹ Leu.19.d
& in ueteri testamento fuerit de hmõi sermo. Væ
mala reminiscentiũ in mortem. Homo homini irã
seruat, & à deo quærit sanitatem. At cõcessit oculũ Le.24.g
pro oculo, et dentẽ pro dente: qũo igitur accusat? De.19.d
Quoniam et illa concessit, non ut in alterutrũ illa
faciamus, sed ut patiendi timore peccare caueam⁹?
alioquin autẽ illa cuiusdam sunt tpalis iræ, iniuriã
uerò reminisci est animæ nequitiam meditantis. At
malè passus es? Sed nunquã eum tanto, quanto te-
metipsum afficies malo, seruãs iniuriæ recordatio-
nem. Alioquin autẽ fieri non põt, ut bonus uir qc-
quã mali patiatur. Esto.n. aliquis filios habens et
uxorem, et philosophetur: habeat autẽ nocumẽti
multas occasiones, et pecuniarũ copiã, et principa-
tus potentiam, atq; cõplures amicos, et honore po
tiatur, tamẽ philosophetur (hoc.n. oportet accede-
re) et illi sermõe flagella inferamus, et aliquis mal⁹
uir aggressus, iacturam inducat: qd igitur ad homi M
nem, pecunias nihil esse cẽsentẽ? Filios occidat, qd
ad eũ qui de resurrectione confidit? Vxorem iugu-
let, et quid hoc ad istitutũ dormiẽtes non lugere?
Inuoluat ignominia: et quid hoc ad eum, qui pẽn
tia fœni florẽ existimat? Si uis, et corpus torqueat,
et intrudat in carcerẽ: qui tandẽ ad doctum dice- 2. Cha.
re, Etsi exterior noster hõ corrũpitur, sed interior Rom.
renouatur: et, Tribulatio patientiã, patientia autẽ
probationẽ operatur? Equidem ipse nihil iri lęsũm
promisi, progressus autẽ sermo probauit, qd et adiu
uatur, dũ renouatur, et efficitur probabili. Ne alios
igitur dolore nos afficere putem⁹, dum nobisipsis
iniuriã inferimus, et infirmã reddimus aiam. Non
enim tantũ est proximorũ ultio, quãtũ miseria no
stra dolor. Propterea siqs contumeliã inferat, luge-
mus, et contrahimur: siqd diripiat, idem patimur,
illorũ more paruulorum infantium, quos astutio-
res coętanei pro nihilo irritãt sed ex minimis cõtri
stantes occasionib. Veruntamen et illos si ægrè fer
re uiderint, mordere pgũt: si uerò ridẽtes, absistũt.

At

A At nos & his stolidiores sumus: pro qbus oportebat
ridere, pro his lamẽtamur. Propterea supplico pueri-
lem hanc omittentes sententiã, cœlos petamus. Nos
1.Co.14.d etenim esse uiros uult Christus perfectos. Itidem &
Paulus præcepit, dicẽs: Fratres, nolite esse paruuli sen
sibus, sed malitia paruuli estote. Quòd ad malitiam
itaq; spectat, pueruli simus, & nequitiam fugiẽtes, uir
tutẽ apprehendamus: ut & æternis potiamur bonis,
gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui
gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

DE CHARITATE SECVNDVM DEVM, *& quòd inuidus deo repugnat, & inimicus est. Homilia. LIII.*

Voniam prẽter dei gratiam, charissimi, per
q quam iustificati sumus, opus est & conuersa
tione studiũ dono dignũ exhibeamus: exhi
bebimus autẽ, si bonorum matrẽ multo studio con-
serues charitatẽ. Charitas est non in solis uerbis, nec
B penitus in salutatiõibus, sed cura, & in ipsis rebus of-
ficiũ: puta, pauptatem soluere, ægrotãtibus subueni-
re, eruere periculis, in necessitatibus assistere, flere cum
flentibus, & gaudere cũ gaudentibus, nã & hoc cha-
ritatis est. Et q̃is paruum esse uideatur gaudentibus
gratulari, tamen ualde magnũ est, & exercitatæ men
tis opus habens. Et multos quidẽ inueniemus, quod
acerbius qdem est, pręstantes, ad hoc autẽ infirmos.
Nã multi flẽt quidem cũ flentibus, cum gaudẽtibus
autẽ non etiam gaudent: sed gaudẽtibus alijs, ipsi lu-
gent: qd est liuor, & inuidia. Non itaq; paruũ est me-
titum gaudente fratre gaudere, uerũ & altero maius:
fortasse uero non tantum, q̃ cum flentibus flere, ue-
rum & q̃ in periculis assistere maius. Nã multi qdem
cum periclitantibus periclitantur, claritatẽ uero con
sequentibus cõpuncti sunt, tanta uis est inuidię: licet
illud quidẽ laborum sit & sudorum, hoc autẽ uolun-
tatis dũtaxat sententiæ. Et tamen multi, qd grauius
est, ppe si, facilius non expedierunt: sed tabescunt &
C pereunt, cũ alios se præclarè gerentes, cũ omnem ec
clesiam uel uerbo, uel quopiã alio modo adiuuari
uiderint, quo qd peius esse possit? Nec.n. iam fratri,
sed & dei talis repugnat uoluntati. Hoc itaq; consi-
derans ab ęgritudine desistas, & si proximũ non uis, te
saltẽ ab inumeris malis erue. Quid mẽti tuę bellum
indicis? Quid aiam imples tumultu? Quid hyemẽ pa
ras? Cur supiora deorsum statuis? Qũo poteris ita di-
sposĩtus peccatorũ poscere ueniam? Nã si in se patra
ta nõ dimittẽtibus, nec ipse peccata dimittit, qualem
dabit remissionem? Hoc.n. est extremę probatio ma
litiæ. Cum diabolo tales ecclesiam impugnant, for-
tasis autẽ & diabolo peius. Nam ab hoc quidem ca-
ueri potest, illi uero dilectionis induẽtes personam,
clanculum ignem accendũt, sæpius in fornacem im-
mittentes, & morbo laborantes: qui non solũ haberi
misericordiæ possit, ueũ multũ habeat risum. Quid
enim, quæso, palles, & tremis, & trepidus factus es?
Quid mali factum est, quòd splendidus frater & illu
stris est, & probabilis? Non itaq; coronari fuit opus,
& gaudere, atque deum glorificare, quòd mẽbrum
tuum est splẽdidum & illustre? sed doles, quòd deus
glorificatur? Vides quò tendat impugnatio? Sed non
quòd deus, inqt, sed quòd frater clarificatur. At per
hunc ad deum gloria redũdat, igitur & impugnatio
tua. Verum hoc, inquit, me nõ contristat, sed per me
deum uellem glorificari. Gaudeas igitur se glorio- D
sum exhibente fratre, & per te rursum deus clarifica-
bitur, & oẽs dicent: Benedictus deus, qui tales habet
seruos ab omni liberatos inuidia, mutuis congaudẽ-
tes bonis. Et quid dico fratrẽ? Nam licet hostis es-
set, & inimicus: si tamẽ per hunc deus glorificaretur,
amicũ fieri propter hoc oporteret: tu uero amicũ fa-
cis inimicum, quoniam propter illius prosperitatem
deus inglorificatur. Siquis corpus tuũ malè se habẽs
curauerit, licet sit inimicus, ipsum iã de primis amico
rum esse censebis: Christi uero corpus ornantem, id
est ecclesiã, & amicum ducis inimicum: & qũo con-
tra Christum pugnã aliter præ te tulisses? Propterea
siue quis signa faciat, siue uirginitatẽ, siue ieiunium,
sine humi stratũ excolat, siue ipsos angelos uirtute
præueniat, oium erit scelestissimus, hunc habẽs defe
ctum, & adultero, lenone, & latrone, ac fure iniqor.
Et nequis sermonis excessum redarguat, illud à uo-
bis libẽter interrogauerim: Siquis ignẽ sumẽs, & fos-
soriũ, hanc destruxisset domum, & incẽdisset, & hoc
suffodisset altare: nõne quilibet eũ lapidibus obrue
ret, tanq̃ prophanum & impiũ? Quid igitur siquis uo E
raciorem hoc igne flãmam inferat, inuidiã dico, non
lapidum ædificia destruentẽ, nec aureum suffodien-
tem altare: sed qd parietibus, & altari multo precio-
sius est, doctorum ædificationẽ subuertentẽ, & cor-
rumpentẽ, quali uenia dignus esset? Nemo nanq; mi-
hi dicat, quod frequenter aggressus nõ ualuit: ex uo-
luntate enim negotia iudicantur. quoniã & Saul Da-
uidem occidit, licet uotum nõ impleuerit. Non ani-
maduertis, queso, quòd Christi ouibus insidiaris, im
pugnãs pastorem: ouibus inq̃, pro quibus & sangui-
nem Christus effudit, & oia facere ac pati præcepit?
Nũ reminiscẽris, quòd dominus quidẽ tuam quæsi-
uit gloriã, non autem suã: tu uero non dominicam,
sed tuã exquiris? alioquin autẽ tunc & tuam assecutus
fuisses, nunc autẽ tuam quęrẽs ante domini gloriam,
nec hac unq̃ potieris. Quod igitur erit huius reme-
dium? Cõuniter omnes oremus, & unã pro talibus
uocem emittamus, tanq̃ pro energumenis: nã & ip-
sis hi miseriores sunt, quantũ & uoluntarius est fu-
ror. Orationis.n. indiget huiusmodi morbus, & plu-
rimæ supplicationis. Nã si fratrem non diligens, siue F
pecunias eroget, siue martyrio fulgeat, nihil amplius
efficit: qui nullã quoq; persequitur operatũ iniuriam,
quanta sit dignus ultione, cõsidera. Hic & gentilibus
est peior. Nam si diligentes diligere nihil amplius il-
lis nos habere pmittit, amantibus inuidẽs ubi (quæ-
so) statuetur? Nã & inuidere peius est, quàm bellum
inferre. Qui enim bellum gerit, soluta causa, propter
quam bellum gerebatur, inimicitiã quoq; dissoluit:
inuidus autem nũquam efficitur amicus. Et ille qui-
dem apertã ostendit pugnam, hic autem obumbra-
tam: & ille quidem legitimam habet, quã dicat im-
pugnandi causam plerunque, hic autem nihil aliud
præter inuidiam & diabolicam mentem. Itaque cui
talem aliquis animam comparauerit? Cui uiperæ?
cui aspidi? cui uermi? cui scarabẽo? nihil enim huius-
modi scelestius aia, peius nihil: hoc enim hoc eccle-
sias subuertit, hoc hæreses peperit, hoc fraternã ma-
nũ armauit, & fecit ut dextra pio tingeretur cruore,
& naturæ leges abstulit, & morti fores aperuit, & in
opus illã deduxit maledictionem: & neq; partuũ, ne-
que parentũ, nec ullius alterius illũ permisit miserum
reminisci, sed eũ ita furiauit, & in tantum egit furo-

rem,ut & deo se commonente,atque dicente:Sub te
Gen.4.d erit appetitus eius, & tu dominaberis illi: nec ita acquiesceret,licer & à crimine eũ absoluerit,& subdidit fratrẽ:attamen tam insanabilis est iste morbus, ut & inumeris medicaminibus superpositis propriã sanet tabẽ. Qua nanq; de causa doles ô tu omnium infœliciſsime, quoniã honoratus est deus? sed hoc est diabolicæ mẽtis. At quoniam frater te factus est probabilior?sed & te uicissim præcurrere licet. Itaq; si uincere cupis, ne iugulaueris, nec occideris, sed manere sinas,ut certaminũ conseruetur occasio,& uince uiuentẽ:sic.n. tibi splẽdida paratur corona. Nunc uero cũ occideris,maiorem iacturæ sententiam aduersus temetipsum profers, sed nihil horũ nouit inuidia. Qua uero de causa gloriã, & in tanta diligis solitudine? Hi nãque soli tunc terram habitabant, sed neq; hoc eum cohibuit:sed omnibus ex animo proiectis,cũ diabolo stetit,& opposuit aciẽ. Etenim erat ille tũc cum Cain malitiæ dux. Quoniã enim ei non erat satis hominem factum esse mortalem,& mortis genere maiorẽ facere luctum aggrediebatur,& ut fieret fratricida psuadebat. Festinabat.n.& cupiebat ui
H dere sententiam in opus prodire, qui nostris nunq; malis exatiatur:quẽadmodum siquis captiuum habens inimicum,& prolata uidẽs damnatum sententia,priusq; urbem exeat, properet & intus iugulatum uidere, neq; congruũ tempus expectet:ita tum quo-
Gene 3.d que diabolus licet audisset, quòd in terrã homo reuersurus esset, optabat & aliquid maius cernere, coràm patre filiũ morientem,& germanũ interimẽtem germanũ,& prematuram uiolentamq; necem. Vides quãtis fuit ministra malis inuidia? qualiter insatiabilem diaboli mentem impleuit,& ei tantam apposuit mensam,quantã islcernere cõcupiuit? Fugiamus itaque pestẽ. Non enim licet illum ignem euadere diabolo paratum, ab hoc malo nõ liberatos. Liberabimur autẽ, si cogitemus quo Christus & nos dilexit, & alterutrum amare præcepit. At quo nos itaq; dilexit? Preciosum sanguinem dedit pro nobis, qui eramus inimici, & multũ peccaueramus, hoc fac ẽt pro
Ioan.13.d fratre. Nam propterea dicit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos: immo uero nec ita mẽsuram statuit. Nam ipse pro ini-
I micis hoc fecit: at non uis tuũ pro fratre sanguinem effundere. Quid igitur illius sanguinẽ fundis, ex oppositio mandatũ impugnans?Et ipse quidẽ quod fecit,nõ ex debito fecit: tu uero si facis, debitũ soluis.
Mat.18.d Quoniã ille qui decem milia talentorum accepit, & centũ exegit denarios:non propter hoc tantum puniebatur,quòd exigeret,uerũ & quoniã ex beneficio nõ est melior factus, nec incipientẽ dominum secutus est, nec debitũ reddidit: iã enim erat & debitum qd à seruo factum fuit, si modo factũ fuisset. Etenim
Luc.17.c oia quæ facimus,agimus,debitũ implentes: propter hoc & ipse dicebat:Cũ omnia feceritis,dicite, qa inutiles serui sumus:quæ.n. debebamus facere, fecimus. Igitur siue charitatẽ exhibuerimus, siue dederimus pecunias egenis,debitũ implemus:non tantum quoniam à beneficijs ipse cepit, uerũ & quoniam ipsius bona distribuimus,si cũcta erogemus. Quid igitur illis te spolias,quorũ ipse te uult esse dominũ? Propterea te iussit alteri ea dare, ut ea ipse retineas. Nã donec ipse solus ea detines, nec ipse quidẽ habes: cũ alteri uero dederis,tũc & ipse cepisti. Quid huic par sit amicitiæ pignori? Ipse pro inimicis sanguinẽ effudit, nos autem neq; pro benefactore pecunias: ipse pre-K ciosum sanguinẽ suum, nos uero neq; pecunias non nostras: ipse ante nos, nos neq; post ipsum: ipse pro salute nostra, nos neq; pro nostra quidem utilitate. Nec.n.ipsi quicquam amplius ex nostra fit humanitate,sed totum in nostrũ cedit emolumentum. Propter hoc.n.& ipsa dare iubemur,ne nos ex ipsis excidamus: quẽadmodum enim si quis argẽtum paruo dederit puerulo, & retinere propensius impetet, uel & seruo dare custodiendum,ne uolẽti rapere liceat. Mat.19.c Itidem & deus agit:ait enim, Da indigenti,nequis tibi rapiat:puta uel sycophanta,uel accusator,uel fur, uel nouissimè mors.Nã donec ipse retines, nõ habes in tuto:si uero per pauperes mihi dederis, oĩa tibi diligenter ipse præsto, & in tẽpore congruo cum multa accessione restituã. Non enim ut auferam sumo, sed ut plura efficiam,ut custodiam diligentius, ut ea tibi conseruem in illud tẽpus,in quo qui mutuet nemo,nemo qui misereatur. Quid igitur nobis crudelius fuerit,qui post tot promissiones ei mutuare non sustinemus?Inopes.n.& nudi transimus ad eũ,credita non habẽtes:quoniam ea diligentissimè super oẽs
L custodienti non cõmendamus: ideoq; & extremam luemus pœnã. Quid enim dum accusabimur dicere poterimus?Quam perditionis nostræ prætẽdere excusationem? Quã defensionem? Cur enim non dedisti? Non credis,quòd iterũ recipies? Et quomodo rationem hoc habeat? Qui nãq; non dãu dat,quomodo non multo magis,postq; acceperit, dabit? sed eorum te delectat aspectus, igitur propterea magis erogа, ut illic te magis delectet, cum ea surripiet nemo: sicut ecõtra nunc retinens inumera patieris incommoda. Tanq; enim canis, ita diabolus diuitibus insilit,tanq; buccellam, uel placentam tenẽti puerulo uolens auellere. Demus igitur ea patri. Et si diabolus factum hoc uiderit, omnino recedet: cũ uero recesserit,tunc ea pater omnia dabit in tuto, cũ ille non poterit infestare in futuro seculo. Nũc enim à paruis infantibus qui à canibus uexantur, nihil diuites differunt,oĩbus circa eos latrantibus,laniantibus,trahentibus,nõ hominibus tantum,uerum & illiberalibus passionibus, ingluuie uẽtris, ebrietate, assentatione, & omni intẽperantia. Et si fœnerare quidẽ suppetat, multũ dantes conquirimus, & gratos cõsideramus: M hic autem contrarium facimus. Gratẽ susciptentem deum, & non centesimã partem, sed centuplũ præbentem dimittimus:at ne forte quidem nobis reddituros quærimus. Quid.n.nobis uẽter reddet,qui plurima cõsumit?stercus & corruptionem. Quid autem inanis gloria?liuorẽ, & inuidiã. Quid uero auaritia? curam & solicitudinem. Quid intemperantia?gehennam,& ueneniferum uermem. Hi nanque sunt diuitum debitores, has sorti iungentes usuras, præsentia mala,pœnasq; futuras. His igitur quæso, ad tantam mutuabimus ultionem, & nostra Christo nõ credemus,cœlũ prætendenti,æternam uitã, & arcana bona? Et quã inueniemus excusationem? Cur enim non das illi, qui proculdubio daturus est, & plura daturus: fortasse ne,quoniã post multum dat tẽporis? At- Mat.6.d qui & hic præbet. Nõ mentitur enim qui dicit: Quærite regnũ dei, & hæc omnia apponentur uobis. Vidisti liberalitatis magnitudinẽ? illa tibi seruata sunt, inquit, & nõ diminuũtur: præsentia uero in adiectionis,& supabundantiæ loco tibi largior. Præterea uero post lõgum recipere tempus,tibi talentum multi-

A plicat:fœnus.n. efficitur maius. Nam & in mutuantibus hoc facientes uidemus fœneratores,post multũ tpis redimentibus libentius fœnerantes. Qui nanq; statim totum reddit,usuræ cursum interrumpit: qui uerò diu retinet, maiorem fecit & operationem. Itaq; in hominibus quidem dilationem nõ ægrè ferimus, uerùm & studemus,ut maior efficiatur: apud deum uerò tam pusillanimiter nos gerimus,ut propter hoc corpeamus,& retrocedamus. Et quidem,sicut dixi, hìc quoq; præbet dictam causam, & aliud quiddam maius dispensans, illic totũ seruetur. Eorum n. quæ dantur magnitudo, & illius donationis decor præsentis uitæ transgreditur utilitatem. Nec.n.in corruptibili,& caduco corpore illas immarcesibiles fas est accipere coronas,nec in presenti tumultuosa,plenaq; turbationis conuersatione multas habente mutationes,immotam illam & imperturbatam sortem acquirere. Et siquis aurũ quidem tibi debens,in aliena mo
B ranti regione,nec habenti seruos,neq; domum reportare pualẽti mutuũ se dare promitteret, etiam ac etiã rogares,ne tibi pegrè,sed domi potius id erogaret. Illa uerò spualia,& ineffabilia uis hìc acciperet? & quantæ sunt ista dementię? Nam si hìc quidẽ ceperis,oĩno corruptibilia recipies:si uerò tps illud expectes,incorrupta tibi reddet,& immortalia. Si recipis hic plumbũ recepisti:si uerò illic,probatũ aurũ,uerũtamẽneq; Mat.19.d presentibus te priuauit. Cũ illa nanq; promissione, & alterã posuit,ita dicẽs,quòd ois q cœlestia diligit,cẽtuplũ accipiet in hoc seculo,& uitã æternã possidebit. Si uerò cẽtuplũ non capiamus:nos authores,q tantũ reddere ualenti nõ mutuamus. Quoniam oẽs qui derũt,tanta receperũt, licèt pauca dederint. Quid.n. magnum,quæso,Petrus erogauit?Nónne rete fractũ, & calamum,& hamũ duntaxat?ueruntamen ei deus orbis terrarum domos reserauit, & terram explicuit, Actо.4.g & mare. Et omnes eum ad sua uocabãt, quin potius & sua uendentes ad ipsorum pedes pretia deferebãt, nec in manus quidem immittentes, non.n.audebãt. tantum eis & cum largitate tribuebãt honorem. Sed ille Petrus erat, inquies: & quid hoc? homo. Non.n. hæc soli Petro promisit,neq; dixit, Tu uerò Petre centuplum accipies solus:sed,quicũq; reliquerit domos,
C uel fratres:centuplum accipiet. Non.n.personarum dixit differẽtiam,sed rerum merita. At,inquies,infantum me cœtus circũstat, & illos diuites relinquere cupio. Quam igitur ob rem eos facimus pauperes? Nã si ipsis quidẽ omnia dimittas, periculosæ rursum custodiæ tua cuncta commendasti. Si uerò deum eis relinquas hæredem & tutorẽ, innumeros reliquisti thesauros. Sicut cùm nosipsos ulciscimur, deus nos non defendit:cùm autem ipsi cõcedimus,plus q̃ expectamus, efficitur: Sic & in pecunijs, si nos earum curam gerimus, ab earum ille prouidentia recedet:si uerò totum in eum proijciamus,& eas,& filios in omni securitate constituet. Et quid mirum,si hoc apud deum contingit,cùm & in hominibus hoc ipsum euenire uidere possumus? Nam si necessariorum neminem ad liberorum tutelam aduocaueris,confunditur & erubescit frequenter,& qui spontè uolebat his acriter ingruere. Si curam igitur in eum proijcias,tanq; magno decoratus honore, maximam & ipse reddet retributionẽ. Si uis itaq; multas filijs diuitias relinquere,deo relinque tutelam. Qui.n.te nihil operato,& animam dedit,& corpus plasmauit, & gratiam donauit, cùm tantam liberalitatem uiderit exhibentem,& res illo-

rum sibi cum illis distribuentem:quomodo non om D
nes eis aperiet diuitias?Si.n.Helias modica pastus farina,postq; uidit mulierem illam se filijs prætulisse,in- 3. Re.17.
deficientes areas, & torcularia in uiduæ domo præ- b.& Lu.
stitit: considera quantam Heliæ dominus ostendit 4.d
charitatem. Hoc itaq; ne consideremus,quomodo filios diuites relinquamus,sed quomodo uirtute præditos. Nam si diuitijs confidant, nihil aliud curabunt habentes,unde morum malitiam obumbrent pecuniarum abundantia. Si uerò se uiderint illarũ esse consolatione destitutos,omnia facient,ut aliquam paupertatis releuationem per uirtutem inueniant. Ne diuitias itaq; relinquas,ut relinquas uirtutem: extremæ nanq; stoliditatis est,uiuentes quidem eos non facere omnium dominos:mortuos autem multam iuuẽ tutis facilitate præbere licentiam. At qui uiuentes quidem,& pœnas exigere poterimus, & malè rebus utẽtes cohibere,& refrænare. Si uerò morientes pter orbi tatem,& iuuentam diuitiarum quoq; potentiam prę beamus,in mille præcipitia miseros impellemus & infelices illos,ignem igni adijcientes,& atroci oleum in stillantes fornaci. Itaq; si uis diuites in tuto reliquere, E
deum ipsis relinque debitorem, & hoc eis chirographum trade. Nam si pecunias quidem ipsi ceperint, neq; cui dent,norunt: sed in multos incident calumniatores,& ingratos. Si uerò præueniẽs ea deo fœneraueris, indireptus iam manebit thesaurus, & erit cũ multa copia retributio. Etenim gratiam habet & debens, & erogans nobis deus, & fœneratores suos nõ fœneratis iucundius intuẽtur. Et quibus maximè debet,hos maximè diligit. Itaq; si uis eum semper amicum habere,multorum constitue debitorem. Nec.n. ita fœnerator debitores habẽs gaudet,sicut deus creditores habens delectatur. Et quibus quidẽ nihil debet,hos refugit:q̃bus uerò debet,ad hos accurrit. Igitur omnia faciamus,ut ipsum habeamus debitorem. Hoc.n.fœnorum tẽpus est,& nunc in necessitate cõstitutus est:nisi igitur nunc ei dederis,postq; hinc migraueris,tui non indigebit: hic.n.sitit,hic esurit: sitit autem,postq̃ tuam sitit salutem. Et propterea quoq; mendicat, & nudus circumit tibi negocians uitam immortalem. Eum itaq; ne desperis. Non.n.uult cibari,sed cibare:nõ indui,sed induere,& aureum illud F
tibi parare indumentum,& regalem stolam. Nónne uides & medicorum studiosiores, cùm ægrotos lauant,& se,licet nihil indigentes,lauare? sic & ipse,propter te laborantem omnia facit. Propter hoc neq; tecum uiolentia repetit, ut tibi magnam det retributionem:ut discas,quòd non opus habens exigit,sed tuã implens utilitatem: propter hoc & in uili te petit habitu,& dexteram extendens:neq; si dederis obolum, auersatur:neque si etiam spreueris,abscedit, sed ad te rursum accedit:uehementer.n.amat inq̃ salutem nostram. Pecunias itaq; contemnamus:ne à Christo cõdemnemur,contemnamus pecunias. Si.n.eas hic cũstodimus,eas omnino perdemus & hic,& illic. Si uerò multa cum largitate dispensamus,multam in utraque uita felicitatem assequemur. Qui uult itaque diues fieri,fiat pauper,ut diues euadat: expendat ut colligat:dispergat,ut congreget. Si autem hæc noua uidentur,& mirabilia,seminantem animaduerte,& cõsidera quòd nec ille posset aliter plura colligere, nisi quæ habet dispergeret,& parata præmitteret. Semine mus igitur & nos cœlũ, ut cũ multa metamus opulẽtia, & æternis potiamur bonis, gratia & benignitate

G domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD NON DATVR PARITER SECVNDVM DEVM, & SECVNDVM MVNDVM GAVDERE. Et contra eos, qui ebrietati uacant, & delicijs.

Hom. liiij. Ex actibus apostolorum.

Ala res est ubiq; remissio charissime, & propterea ab initio Adę dictū est: In sudore uultus tui uiseris pane tuo. & ut ex afflictione multa ad requiem pueniētes, deo gratias agant. Magnum.n. bonum est tribulatio, audi nanq; prophetā dicentem: Bonum mihi domini, quia humiliasti me. Si uerò magnis, & mirabilibus uiris magnum qd est tribulatio, multo magis nobis. Si uerò uultis & ipsam per se tribulationē inquiramus. Sit aliquis ualde gaudens, & lætus, & effusus, quid turpius? quid hoc stolidius? Sit aliquis dolens, & mœstus, quid hoc est sapiētius? Melius est.n. inquit, in domū luctus ire, q̄ in domum risus. Fortasse quidem & quæ dicuntur, repellitis: tamen uideamus qualis Adam fuerit in paradiso, & qualis postmodū: qualis ante Cain, & postea qualis. Non.n. firma stat anima sede, sed tanq̄ à quodam flumine tollitur, & eleuatur à uoluptate, nihil habēs stabile: & ad repromissiones facilis, prōpta ad pollicitationes, & multa cogitationum fluctuatio, intempestiuus risus, hilaritas ratione carens, multa uerborum & superflua nugacitas. Et quid alios commemorem sanctos? Vnum proferamus, & intueamur, quis in uoluptate quidem, quis autem esset in tristitia. Vultis ipsum Dauid uideamus, cùm in uoluptate foret, & lætitia, propter multa trophæa, propter uictoriam & coronas, propter delicias, & fiduciam: uide qualia & dixit, & fecit: Ego autem dixi, in abundantia mea, inq̄t, nōmouebor in æternum. Postq̄ autem in tribulatione constitutus est, audi quid dicat: Si autem dixerit, mihi non places, pręstò sum, faciat qd bonum est coram se. Quid hisce uerbis modestius? ait enim: Quōcunq; deo gratum est, ita fit. Et iterum ad Saulem ait: Si dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium tuum. Et tunc quidem cùm in tribulatione foret, & inimicis parcebat: post hæc uerò nec amicis, nec his qui nullā intulerant iniuriam. Rursum Iacob cū in tribulatione fuit, dicebat: Si dederit mi dominꝰ panē ad uescendum, & uestimentū ad induendum. Quoniā & Noe filius ante hunc quidē nihil tale fecit, postq̄ uerò de salute confidit, qualis factus est contumeliæ patrator. Et Ezech. quidem cùm esset in tribulatione, uide qualia pro salute faciebat, & sacco induebatur, & quæcunq; talia: postq̄ uerò uoluptatem incurrit, de cordis sui cecidit altitudine: ait. n. Cùm comederis, & biberis, & fueris impletus, attende, tibimetipsi: præceps enim est locus deliciarū. Attende, inquit, tibimetipsi. Cū tribulabātur Israelitæ, tantò plures fiebant: postq̄ autem eos dimiserunt, tunc omnes perierunt. Et quid antiquorum exempla commemoro? Nunc uideamus si placet, nónne cùm in secundis rebus sunt plures, efficiuntur inflati, omnibus inimici, iracundi, cùm adest potentia: cùm uerò fuerit ablata, mansueti sunt homines, & humiles, & in propriæ naturæ cogitationem ueniunt? Ideo inquit: Tenuit eos supbia, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū. Hęc mihi dicta sunt, ut non oibus modis lætitiam exquiramus. Quid ergo Paulus ait: Gaudete semper? Non simpliciter dixit, gaudete: sed addidit, in domino. Hęc maxima lætitia, quali gaudebant apostoli, ex carceribus scilicet, flagellis, persecutionibus, maledictis, ex oibus tristibus principiū habēs, & radicem, atq; materiam, unde & ad bonum puenit exitum: quæ uerò mundi est, in contrariū incipit qdem suauibus, at in mala desinit. Nec ego secundū dominum gaudere prohibeo, immo uehemēter exhortor. Flagellabātur apostoli, & gaudebāt: uinciebantur, & gratias agebant: lapidabantur, & prædicabāt. Hanc & ego quæro lætitiam, ex nulla re corporali principiū habentē, sed ex spiritualibus. Non licet secundum mundum gaudentem pariter & secundum deum gaudere. Quo.n. qui secundum mundum gaudet, gaudet in diuitijs, in delicijs, in gloria, atq; potentia, & elatione: qui uerò secūdum deum in ignominia, propter eum in paupertate, in ieiunio, in modestia. Vides, quòd contrariæ sunt occasiones: quotquot hic citra sunt, & citra tristitiam; quotquot citra tristitiam hic sunt, & citra uoluptatem. Et hæc reuera sunt, quæ ueram faciunt lætitiam: quoniam illa lætitię tantū nomen habent, cum omnia sint in tristitia. Quantam habet tristitiam superbus? quo cruciatur, dum extollitur, innumeras sibi cōtumelias inferens, multum odij, multum inimicitiæ, luoris multum, multum inuidię. Quòd si à maioribus condemnatur, dolet: si non super omnes insurgat, roditur. Humilis autem est i multa uoluptate, honorem epectans à nemine, si fortasse quidem honoretur: gaudet: si uerò nō honoretur, nec dolet: gratum.n. habet, quòd honoratus nō fuerit, ipsum autē præsertim afficit cōtumelia nemo. Igitur ex eo quòd honorem, & honorari non requiramus, magna uoluptas: illic autem contrarium, & quęrit honorem, & non honoratur: non autem æqualiter honore lætatur, & q quærit eum, & qui non quærit. Ille quantuncunq; ceperit, se nihil accepisse putat: hic uel si parum exhibueris, quasi totū acceperit, suscipit. Rursum, qui delicijs uacat, innumeras habet molestias: licèt de facili, & tanq̄ ex fontibus ipsi prouentus affluant, ex delicijs nascentia patitur mala, & futurorum incertitudinem. Hic autem in securitate semper est, & in uoluptate, qui uictus tenuitati semetipsum assuefecit. Non enim ita semetipsum miserū uocat, quoniam opiparę mensæ particeps non est: sicut gaudet, futurorū non metuens incertitudinem. Ex delicijs uerò quāta sint mala, nemo nescit. Necessarium autem & nunc dicere, quòd duplex bellū: & animæ, & corporis: duplex tempestas, duplex & morbus. Nec hoc tantùm, uerū & insanabilis: & magnas afferēs calamitates. Sed nō tale qd est tenuitas, sed duplex est sanitas, duplex bonū. Somnus sanitatis, inquit, in homine parco. Nam mensura quidem semp est desiderabilis, immo destia uerò nequaq̄. Modicæ scintillæ multam lignorum pyram superpone, iam non ardentem uidebis ignem, sed multū insuauem fumum. Viro ualde forti, & magno onus impone uires excedens, & cum onere uidebis humi iacentē & proiectum. Multum onus ingere nauigio, & graue feceris naufragiū: quale quidem & hoc est. Sicut insup plenis nauigijs multus est tumultus nautarum, gubernatoris, proretæ, & remigum, q superiora quidem in mare iaciunt, inferiora uerò & se ipsos perdentes pereunt: & quod omnium est turpissimū, os posteriorum partium assumit usum, & illud fit ignobilius. Si uerò in ore tanta turpitudo, cogita quanta sit in aia. Nam & illic oia tenebræ, oia tempestas, omnia caligo, multus cogitationū clamor, dum

Gene. 3. d

Psa. 118. e

Eccle. 7. a

Psa. 29. b

2. Re. 15. f

1. Re. 18. c

Ge. 28. d

4. Re. 20 & Esaiæ 38. a

Eccle. 31. c

Psal. 27. a

Phil. 4. a

premuntur, & tribulantur, ipsa calumniam anima proclamante, oibus sese accusantibus, aduocātibus, supplicantibus interiorem simum alicubi reponi: & postq̄ eiectus fuerit, nec ita sedatur tępestas, uerū & febris, & ægritudines. At, inquies, qūo licet hos cernere delicijs uacātes, bene ualentes, qui super equos uehūtur? Quid, inqs, temerè nugaris ęgritudines nobis dicens: Ego quidē ægroto, & distrahor, & deturpor: ego qui non habeo, quid comedā? Hei mihi, lachrymis.n. digna sunt ista uerba. Pedibus uero dolentes, qui uehiculis gestantur, cōpeditos unde, quęso, uidebimus? Et nisi rem contumeliam putarēt, & uerba improperatoria cēferent, iam & nominatim eos protulissem. Sed sunt quidā, qui bene ualēt: quoniā non solis uacant delicijs, uerū & laboribus, Nam da mihi hominē semper se pinguefacientē, sine dolore iacētem, curantem nihil: licet infinitorum cōcurrat medicorum multitudo, ab ægritudinibus eum eruere non poterit: nec enim ita se habet rei natura. Medicinalem enim uobis sermonem cōmemorabo. Ex his, quæ mittuntur in uentrē, non solum alimentum efficitur: quoniam nec in ipsa nutrimēti natura totum est nutritiuum, sed eius quidē aliquid in secessum dissoluitur, hoc autem in nutrimentum. Igitur si perfectè qdem cōficiatur, hoc efficitur, & proprium acceperit locum: & sanum quidem & bonum in proprium currit locum, superfluum autem & inutile descendit, & excernitur. Si uero nimium ingeratur, & qd ex eo nutritiuum est, noxiū efficitur. Et ut exempli gratia loquar, quò res uobis reddatur manifestior. Tritici quidē hoc est siligo, hoc farina, hoc furfur: igitur si mola quidē fit idonea molere, hæc omnia separauerit: si uero plus ingesseris, cōfuderis oia: itidē & uinum, si congruā cocturam, & temporum assequatur tēperiem, quoniam citra quidē hoc omnia confusa sunt: post hæc uero hoc quidē in fecem subsidet, hoc aūt in spumā exilit, hoc uero in gustantium usum: & hoc est bonū, quod nunquam facilè subuertetur. Quod uero dicunt tropiā, neq; uinum est, neq; fæx, omnibus commistis. Hoc & in flumine quispiam uiderit, cū aquarum uortex efficitur. Sicut tunc mortuos uidemus pisces adnātes, & simi crassitudine oculis captos: itidē & in nobis efficitur, cum multus ingluuiei supernè fluxerit imber, postq̄ omnia commouerit, mortuas adnare facit cogitationes pridem sanas, & in puro uiuētes. Postq̄ igitur ex multis est exemplis dāni magnitudo nobis probata, hos beatos uocare desinamus in his, quibus miseros uocare decebat: deflere uero, in quibus beatos oportebat appellare, & mediocritatē diligamus. An nō auditis & medicos dicentes, egestas sanitatis est mater? Ego uero non tantū corporalis matrē sanitatis egestatem dico, uerum & aiæ, hæcq; Paulus uerè medicus clamat, inqens: Habentes aūt uictū, & uestitum, his cōtenti simus. Pareamus igitur ei, ut in bona ualetudine quę facere decet, agamus. Dic enim mihi, si quis tibi cicutā dedisset bibendam, nónne prēter naturā foret? siqs lapides & ligna, nónne auersatus fuisses? Verisimiliter, & merito: prēter naturā.n. est. Tale quid sunt & deliciæ. Sicut.n. hostibus urbem subeuntibus, & obsidione facta & perturbatione, multus efficitur tumultus: ita fit & in aia, subrepēte uino cum delicijs. Cui uæ? cui tumultus? cui molestiæ, contētiones, & rumores? Cuius oculi liuidi? nónne uino indulgētibus? Sed enim quæcunque dixerimus in delicijs occupatos non separabimus, nisi passionem aliā oppoſuerimus. Et primū quidē nobis ad mulieres sit sermo, nihil muliere delicijs dedita turpius, ebria fœdius nihil, ipsius aspectu flos deletur, oculorum tranquillitas, & mansuetudo turbatur: quasi nebula quadam radios subeūte solares. Opus liberale, ac seruile, omniq; plenū ignauia. Quàm est iniucunda fœtēs uti nū, olens putrefactum, mulier carnium corrupt arū succū eructans, grauata, nec surgere ualēs, plus æquo rubēs, oscitatione plena, multaq; caligine? At nō eiusmodi quæ delicijs abstinet, sed speciosior, & modestior: etenim corpori multū affert decorem aiæ compositio: ne tātùm. n. ex corporalibus formis hunc effici censeas. Da speciosam puellā, turbatam, loquacē, iurgiosam, ebriā, ornatā, nónne turpissima quaq; fœdior est? si uerò uerecunda, si taceat, si erubescere discat, si moderatè loq, ieiunijs uacare, duplex pulchritudo, species maior, desiderabilior aspectꝰ, modestia plenus & ornatu. Vis iam & de uiris dicamus? Quid ebrio turpius? familiarib. derisibilis, derisibilis inimicis, apud amicos miserabilis, infinita dignus dānatione, fera magis est q̄ hó. Multa nanq; uoracitas pardaleos, & leonis est, & ursæ: & meritò: non.n. habent rationalem animā. Et tamen & illa si plus necessitate, & mēsura ipsis à natura definita comederint, totum corpus corrūpunt: quantò nos aūt magis? Propterea nobis in breue uentrem deus coarctauit, propterea breuē statuit cibi mensuram, ut aiæ curam gerere doceret. Ipsam nostri cōpositionem discamus, & unam in nobis partē hanc operationē habere uidebimus. Os nobis & lingua ad laudes est assignata diuinas, guttur ad uocem. Et ppea nos naturæ necessitas cōstrinxit, ut nec inuiti cadamus in nimiam occupationē. Itaq; nisi deliciæ labores haberent, & ęgritudines, & infirmitates, esset fortè tolerandum: nunc uerò tibi naturæ terminos posuit, ut neq; uolens transgrediaris. Nō uoluptatem quæris dilecte? hanc ab eo quod satis est, inuenies. Nónne sanitatem? & hanc. nōne securitatem? & hanc. nōne libertatem? nónne corporis robur? nōne bonam habitudinem, & animi solertiā? nōne uegetationem? ista sunt hic omnia bona: in illa uerò contraria, iniucunditas, mala habitudo, ægritudo, illiberalitas, impensa. Vnde igitur, inquit, omnes ad hanc concurrimus? ex morbo. Dic.n. mihi, quare quod lædit ęgrotus inquirit? nōne & hoc ipsum ęgrotare signum est? Quare claudus rectè non ambulat, cū hoc ipsum non ex torpore fit, nec eò quòd ad medicum ire nolit? Rerum enim hæ quidem temporariam habēt uoluptatem, pœnam autem perpetuam: hæ uerò contrarium, patientiam quidem temporaneā, delectationem uerò continuam. Itaq; tam mollis & ignauus, ut pro futuris præsentia non despiciat, statim capitur. Dic.n. mihi, unde captus est Esau, unde præsentem uoluptatem futuro præposuit honori? ex segnitie & mollitie. Hoc autē ipsum, inquit, unde? Ex nobisipsis. Et inde patet, cū uolumꝰ, nosipsos excitamus, & tolerantes efficimur: siquando itaq; necessitas uenerit, frequenter autem, & contendentes dūtaxat utile cognoscimus. Cū igitur deliciis uacaturus es, considera uoluptatis mometaneū, & damnū (uere siquidem damnum est cum propria pernicie tot absumere pecunias) ægritudines, infirmitates, & cōtēne delicias. Quot tibi uis enumerē ex deliciis malа ppessos? Noe factus est ebrius, & denudatus: & uide quot ex hoc orta sunt mala. Esau pinguuiē pri-

Tropia.

2. Tim. 3. b

Eccle. 31. c

Gene. 9. c

Ibid. 25. d

mogenita perdidit, & ad fratricidium animũ dedit.
Exo.32.d Populus Israel sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, & propterea dicitur. Cùm manducaueris, & biberis, memento domini dei tui. In præcipitiũ
1.Tim.5.a enim ceciderunt, in delicias delapsi. Vidua illa delicijs uacans, uiua mortua est. Et iterum: Impinguatus est,
Deu.32.b & incrassatus, & recalcitrauit dilectus. Et iterũ Apo-
Rom.13.d stolus ait: Curam carnis ne feceritis ad concupiscentias. Non promulgo ieiunũ, nec enim est qui audiat: sed tollo luxum, præcido delicias propter utilitatem uestram: tanquam enim torrens, omnia deliciæ subuertũt, nihil est quod eas coerceat: eiiciunt ex regno. Quid amplius? uis frui delicijs? da pauperi, uoca Christum, ut & postquã mensa remota fuerit, habeas quibus fruare delicijs. Nam nunc quidẽ nõ habes, & meritò: tũc aũt habebis. Vis deliciari? animam pasce, trade ipsi cibos, quorum cõsuetudinem habet, eam ne fame perimas. Tempus belli, tẽpus certaminis, tu uerò sedes in delicijs. Nõne uides & regijs præpositos in exterioribus castris tenuiter uiuentes? Non est nobis
Ephe.6.b luctа aduersus sanguinem & carnem, tu uerò luctatu
H rus temetipsum impinguas: Stat stridens dẽtibus aduersarius, tu uerò diffunderis, & mensis uacas. Noui
Luc.8.a me nequicquam hæc dicere, sed non omnibus. Qui habet aures audiendi audiat. Christus fame tabescit, tu uerò uoracitate temetipsum distendis: duæ immo destiæ. Quid enim mali non faciunt deliciæ? sibiipsis contrariæ sunt. Vnde nescio, quomodo nomen hoc habeant: sed sicut gloria, cũ ignominia sit: & diuitiæ, eùm sit paupertas, uocatæ sunt: sic & deliciæ, cũ miuncditas sit. Nunquid enim mactandi sumus, quoniã nosipsos saginamus? Quid lautam uermibus mẽsam apponis? quid maiorem agis saniem? quid fœtẽtes sudorũ fontes reponis? quid ad omnia temetipsum reddis inutilem? Vis oculum fortem fieri? fac corpus robustum. Nam & in chordis crassa quidem, & immunda ad cantus suauitatem inutilis est: undiq; uerò rasa, intensa est, & consonantissima. Quid animam obruis? quid parietem facis crassiorem? quid multũ fumum & nebulam, cũ uapores, tanquam caligo quædam, undique reddantur? Si non alius quisquã, te saltem athletæ doceant: quoniam gracilius corpus est,
I & fortius, & anima fortior aurigæ similis est & equo. Sed illic uides, sicut in his qui delicijs uacant, & carnosis: sic & equos carne fluentes motus esse difficilis, & multos aurigis labores præbentes. Optabile est, facilem & expeditũ agentem equum brauium accipere: cùm aũt eum auriga trahere cogitur, & frequentissimè cadentem stimulans, nec ita quidem excitare potest, licèt ipse sit ualde peritus, uictoria priuabitur. Ne nostram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientem: uerũ & illam faciamus perspicaciorem, alas ei leues nectamus, molliora uincula, rationibus eam pascamus. Satis est, quantum ut ualeat corpus duntaxat, tantũ ut sit robustum, gaudeat & non doleat: ut cũ ita bene nostra disposuerimus, summam posimus uirtutẽ apprehendere, & æternis potiri bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CONTRA LVXVRIANTES, ET deditos delicijs: & de præsenti seculi consummatione.

Homilia L V.

K On tam uehementer fluuialium aquarũ cursus ripas corrodere, & submittere solet, sicut
n deliciæ & luxus omnia ualetudinis nostræ fir-
mamenta facilè subruere. Siue nanq; medicinalẽ ingrediaris officinam, & accedens interrogaueris, omnes ferè morborum causas illinc inuenies esse. Vilis enim, tenuisq; mensa sanitatis mater est, & eam propterea medicorum pueri ita nominauerunt, nõ satiurari quidem uocantes sanitatem (cibi nanq; penuria sanitas est) minus uesci, sanitatis matrem appellãtes. Si uerò mater est sanitatis egestas, patet quòd saturitas ęgritudinis mater est, & infirmitatis, morbosq; parit, ipsorum quoq; medicorum artẽ transgredientes: pedum enim dolores, & capitis grauedines, & uertigines, & manuũ cruciatus, & tremores, & remissiones, & arquatus, & lõgæ febres & æstuosę, & alia his multò plura (non enim omnia percurrere uacat) nõ ex indigentia, parcoq; uictu, sed ex crapula & saturitate nasci solent. Si uerò uis animi morbos inde nascentes uidere, auaritiæ, mollitiæ, melancholiæ, ignauiæ, intemperantiæ, omnis ignorãtia, hinc habent principium. L
Nihilo nanq; fiunt asinis meliores animi taliũ mensarum delicias sectantes, tot feris distracti. Dicã & quot tristitias & molestias habeant delicijs inhærẽtes. Omnes quidem recensere nõ possumus, at uno capite totum reddam manifestum. Hanc enim ipsam lautam mensam cum uoluptate nunquam attingũt. Egestas enim sicut sanitatis, sic & uoluptatis est mater. Saturitas autem sicut morborũ, itidem & fastidij fons atq; radix est. Vbi nanq; satietas fuerit, non potest esse cupiditas: absente uerò cupiditate quomodo posit adesse uoluptas? Propterea non tantùm pauperes diuitibus prudentiores inuenimus, uerùm & maiorem assequentes delectationem. Quibus omnibus animaduersis, ebrietatem fugiamus atq; delicias: nõ tantùm in mensis, uerùm & in omnibus secularibus negotijs, & pro illis recipiamus ex spiritualibus uoluptatem, & iuxta prophetam delectemur in domino: ait enim, Delectare in domino, & dabit tibi petitiones Psal.36
cordis tui. Sicut autem domum pulchram, cũ aër appropinquauerit, splendidam ostendit: itidem & aspectum speciosum hilaritas animæ meliorem exhibet. M
Si uerò sit in tristitia, & doloribus, deformior redditur. Mœstitiam uerò morbi faciunt, & cruciatus: porrò morbos corporis mollities ex multis constata delicijs. Igitur & propter hoc, si mihi parebitis, fugietis delicias. Sed uoluptatem, inquies, habet delicijs frui: at non tantã, quantas infestationes. Nam uoluptas quidem ad guttur usq; peruenit, & linguã, remota nanq; mensa, uel uorato cibo, similis est illi qui non gustauit, immo lõgè peior, onera inde ferens, & capitis grauedinem, & somnum morti similem: frequenter autẽ & insomniã ex crapula & spiritus præclusione, & eructatione. Et innumera uentri imprecatus es, quę magis erant imprecanda immodestiæ. Ne corpus itaque Rom.13
saginemus, sed Paulum audiamus dicentẽ curam carnis ne feceritis in cõcupiscentiã. Sicut.n. si quis in cloacam cibos deiiciat, ita quoq; qui mittit in uentrẽ. imo uerò non ita, sed multo peius. Hic nanq; cloacam mulis afficit malis, illic aũt & innũmeros parit morbos. Quod enim nutrit tantum, est mediocritas, quod & confici potest: quod uerò supra necessitatem effluit, non modò non nutrit, uerùm & illud corrumpit, sed hæc nemo uidet ex quadã intempestiua uoluptate &

A temeritate. Vis corpus alere? tolle superfluũ, da quod satis est, & quantum concoquere potest, ne aggraues ipsum, ut non submergas. Quod satis est, est cibus & uoluptas: nihil enim ita uoluptatem parit, sicut cibus bene digestus: nihil ita sanitatem, nihil ita sensuũ uelocitatem, ita nihil est quod morbos expellat. Sufficiens enim modus & uoluptas est, & alimentũ, & sanitas: plus aũt pernicies, & fastidiũ, & ægritudo. Quæ nanq; facit fames, hæc & saturitas facit: immo uerò grauiora. Nam illa quidem paucis absoluit diebus, & hominem liberat: hæc aũt corpus absumens, & tabe faciens, diuturnæ tradit ægritudini, & morti demum atrocissimæ. Nos uerò famẽ certè rem abominandã censemus, sed ad saturitatẽ hac peiorẽ currimus. Vnde igitur hæc ægritudo? unde hic furor? non dico, ut nos absumamus: sed tantũ comedamus quod & uoluptatem habeat, q̃ uerè uoluptas sit, & corpus alere possit, & ordinatũ, & nobis ad animæ congruũ actiones, & bene firmatum, & cõpositum reddere. Cũ uerò delicijs superabundauerit, clauos ipsos, ut ita dicã,
B & iuncturas ex undatione cõtinere non potest cõpactas: subrepens enim æstuatio totũ dissoluit, atq; diffundit. Carnis itaq; prouidentiã ne feceritis ad concupiscẽtias, bene dixit: deliciæ nãq; sunt absurdarũ occasio cupiditatũ. Licèt omnium sit sapientissimus, qui delicijs uacat, aliquid ipsum pati necessarium est: aliquo, cibis, necesse distendi, necesse maiorẽ flammã sustinere: hinc fornicationes, hinc adulteria. Non.n. uẽter esuriẽs amorem parere potest, uel potius parsimoniæ dedꝰtus. Qui uerò malas parit cupiditates, est ille qui delicijs, languet, & uelut multũ humida terra uermes gignit, & humefactus fimus, & multũ habẽs humore. Ab illa uerò liberatus humiditate multos affert fructus, cũ nimium non habeat humorẽ: licèt nõ excolatur, herbam producit: si uerò colatur, fructus. Ne carnem itaq; reddamus inutilem, neq; segnẽ, & noxiam: sed utiles si uctus in ea plantemus, & ligna fructifera, nec ea delicijs soluamus. Et enim & illa uermes pro fructibus emittunt, cũ marcuerint: sic & ingenita cupiditas, si eam irrigaueris, malas parit uoluptates, & q̃ absurdissimas. Et propterea de gehẽna iugiter audiamus, ut ex huius minis & timore multũ emolumẽti capiamus. Nam si deus peccãtes in eam deiecturus
C huius minas nõ præmisisset, in eam multi cecidissent. Si nunc.n. timore animas nostras concutiente, sunt aliqui tam facilè peccãtes, tanq̃ nec ipsa sit, si nihil horum dictũ fuisset, neq; intentatum, quid mali nõ fecissemus? Itaq; quod semper dico, gehenna nõ minus, q̃ regnum, dei circa nos curam ostendit. Gehẽna nanq; cum regno cooperatur ad ipsum homines timore cõpellens: ne fœuitiæ, neq; crudelitatis rem esse censeamus, sed misericordiæ, multæq; benignitatis, & curę, & dulcis erga nos amoris. Nisi per Ionam subuersio denunciata fuisset, nõ fuisset prohibita subuersio. Nisi dixisset, quòd subuertetur Niniue, Niniue nõ stetisset: nisi fuisset intentata gehẽna, in gehennam oẽs cecidissemus: nisi prænunciatus ignis fuisset, ignẽ fugisset nemo. Eorum quæ facere uult cõtraria dicit: ut q̃ uult faciat. Non uult mortẽ peccatoris: & dicit morte peccatoris, ne mittat in mortẽ. Nec uerbo tantũ testatur, uerũ & factis ostendit, ut fugiamus. Nequis uerò minas hoc esse solum existimet, uerũ & esse re uera, ex his quæ hic facta sunt, patet. An non tibi uidetur gehennæ signum esse diluuium uniuersalis, & omnibus perniciosæ pluuiæ? sicut enim ait, In tempore nõ

erunt nubentes & nuptui tradentes: ita tunc quoque D
prædixit ante multũ temporis, & nunc prædicit ante annos quadringentos, & plures: sed nemo, qui attendat. Oẽs fabulam rem esse putãt, oẽs risum, timor habet neminem, nemo luget, nemo pectus tundit. Ignis, exæstuat fluuius, flamma succẽditur, & nos ridemus, & delicias amplectimur, & licentiosè peccamus. Nullus unquam in mentem illũ diem admittit, nullus cogitat, quòd præsentia prętereunt, quod hæc sunt temporanea, licèt ipsis rebus quotidie clamãtibus, & uocem emittentibus. Præmaturæ mortes, rerũ nostrarũ mutationes nobis etiam uiuẽtibus factæ nos nõ corrigunt, non languores, & reliqui morbi. Nec solũ aũt in corporibus nostris mutationes, uerũ & in ipsis elementis quispiam uidebit: & in ætatibus per singulos dies mortẽ meditemur, & in omnibus semper instabilitas per opera designatur. Nunquam hyems remã sit, nunquam ęstas, nunquam uer, nec autumnus: sed omnia currunt, & auolãt, & fluunt. Sed quid dixerim flores? sed quid uis? dignitates, reges, qui sunt hodie, cras aũt nõ erunt? Sed diuites, sed ædificia splendida, sed noctem & diem, sed Solem, sed lunam: an non & E
ipsa decrescit, ipse uerò Sol non frequenter deficit, nõ obtenebratur, non eum nubes abscondit? Nunquid uisibilium quippiam semper manet? Nihil, sed anima sola omnium quæ sunt in nobis, & hanc negligimus: eorum quidem, quæ uariantur, tanq̃ permanentium multam gerentes curam: manentis aũt semper, tanq̃ transeuntis nullam habẽtes rationem. Ille magna potest, sed in crastinũ usq; post hæc uerò peribit. Et hoc manifestum est ex his qui maiora ualuerunt, & nunc nusquam apparent. Fabula quædam est, & somnium uita: sicut enim in scena aulæo sublato uarietates dissoluuntur, & omnia coruscante luce somnia auolãt: ita nunc quoq;, consummatione ueniente tam communi, q̃ uniuscuiusq;, omnia dissoluuntur & euanescunt. Et lignum quidem quod plãtasti, manet: & domus quam ędificas, & ipsa manet: faber aũt & agricola abducuntur & pereunt. Et cũ hæc fiant, nec ita uereмur: sed tanquam immortales hæc omnia comparamus, delicijs, & luxui uacantes. Igitur audi, quid Salomon dicat, qui præsentium experientiam rebus ipsis cepit. Aedificaui mihi domos, inquit, plantaui hor F
tos & uiridaria, uineas, natatorias aquarum, argentũ, Eccle.2.a
& aurum factum est mihi, feci mihi cãtores & cantatrices, greges & armenta. Nemo nanq; fuit ita deliciosus, nemo tam gloriosus, nemo tam sapiens, tantum dominans nemo, nemo tantũ ad uota sibi uidit omnia succesisse. quid igitur? nullam ex his cepit utilitatem. Sed quid ait post hæc omnia? Vanitas uanitatũ, omnia uanitas. Non simpliciter uanitas, sed per excel- Ibidẽ.1.a
lentiam. Et, quæso, credamus, & res appreliẽdamus, & 12.c
in quibus non est uanitas, ubi ueritas, ubi cuncta firma sunt, atque stabilia, ubi sunt omnia supra petram ædificata: ubi senectus non est, neque transitus: ubi florent omnia, omnia uigent, ubi nihil ueteraſcens, senescens nihil, nihil perditioni proximum. Generosẽ, quæso, deum desideremus, non gehennæ metu, sed regni desiderio. Quid enim rogo Christi par uisioni? nihil est. Quid illorum æquale bonorum gaudio? nihil. Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit 1.Cor.2.c
deus diligentibus eum. Illa consequi studeamus, ista contemnamus: nõnne frequenter ea damnamus, quoniam nihil est humana uita? Quid circa nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

G laboras? Splendida respicis ædificia, & horũ te fallit aspectus, statim in cœlũ respice. A lapidibus & columnis ad illũ decorem oculos reflecte, & uidebis quòd hæc formicarũ sint & culicũ opera. Contemplare spectaculum, ascende ad cœlestia, illinc ædificiorũ discе splendorẽ, esse nihil inuenies: sed paruulorũ ludibria puerorũ. Vides quantò subtilior, quantò leuior, quantò purior sit aër, atq; lucidior, quantò magis alta conscendis? Illic qui præstant eleemosynã, domos habẽt & tabernacula. Hæc in resurrectione resoluũtur, quin potius & ante resurrectionẽ superueniẽs tempus corrupit, perdidit, atq; dissoluit: & ante tempus aũt in ipso plerũq; uigore & flore, uel terræmotus prostrauit, uel etiam incendiũ omnia frequenter uastauit. Nõ. n. in solis hominũ ætatibus, uerũ & in ædificijs præmaturæ sunt clades: & frequenter marcida quidem tpe facta, concussa terra, manserunt immota: coruscãtia uerò, fixaq;, & recenter constructa solo tonitru concussa perierunt. Et hoc disponẽte deo fieri censeo, ne in ædificijs altũ sapiamus. Vis & aliter non dolere? ad cõmunia ueni ędificia, quorum æquè particeps es & H tu. Non. n. est domus, licèt sit ualde splendida, cœlestibus splendidior ædificijs. Ibi quantumuis temporis immorare, tua sunt illa, tua sunt cũ alijs, communia sunt, & nõ propria. Sed non delectant: primũ quidem consuetudinis est, secundũ aũt auaritiæ: igitur quod delectat est auaritia, non pulchritudo. Igitur auaritia delectatio est, & quæ sunt omnium, uelle sibi uendicare. Quouscq; his erimus affixi? Adhæsimus terrę, tanquam uermes, in cœno uolutamur. Corpus de terra nobis deus contulit, ut ipsum & in cœlũ reuehamus, non ut animam per ipsum ad terrã detrahamus. Terrenum est, sed si uelimus, efficitur cœleste. Vide, quãtò nos honore prosecutus est, tale nobis opus præcipiens. Feci, inquit, ego cœlũ & terrã, do tibi quoque
Gen 1.a creationẽ. Fac terram cœlũ, nam potes. Qui facit omnia & mutat, de deo dictũ est: hanc & hominibus potestatẽ dedit. Sicut aliquis pater charitate plenus pingens, non ipse solos, sed & filiũ ad patrum disciplinã perducere studet. Feci, inquit, ego speciosum corpus, do tibi melioris creationẽ, tu bonam fac animam. Di
Ibidem.b xi ego, Germinet terra herbam uirentem, & omne li-
I gnum pomiferũ: dic & tu, producat ipsa terra fructũ proprium, & exibit quicquid facere uelis. Facio æstatem & nebulã, firmo tonitru, & creo spiritũ, formaui draconẽ ad illudendũ ei, hoc est diabolum, nec hanc inuidi tibi potestatẽ: illud tu quoq;, si uis: potes enim eum ut passerem uincire. Facio orin Solem super bo-
Matt.5.g nos & malos. Imitare tu quoq;, communica quę tua sunt & bonis, & malis. Cõtumelias patiens tolero, cõtumelias q; parantes beneficijs prosequor. Imitare etiã tu. Nec ita benefacias propter retributionẽ, neq; propter gratiarum actionem. Accẽdi luminaria in cœlo, his splendidiora tu quoq; fac accendas: potes enim. Eos qui sunt in errore, illumina: maius est illud beneficium, q; Solem intueri, me agnoscere. Hominẽ facere non potes, sed iustũ facere potes, & deo gratum. Ego substantiam creaui, tu uolũtatem exorna. Vide, quomodo te diligam, & in maioribus tibi uirtutem dederim. Videtis dilectissimi, qualiter honorati sumus, & ex irrationalibus & ingratis quidem dicunt: Quare uolũtatis domini sumus? hæc omnia quæcũq; percurrimus, in quibus deũ possumus imitari, nisi liberũ esset arbitrium, sectari minimè possemus. Domi nor, inquit, angelis ego, & tu per principium. In thro-

no regali sedeo, & tu consides per primitias. Conresu K
scitauit, inquit, & consedere nos fecit in cœlestibus. Ephes.
Adorant te Cherubin, Seraphin, omnis angelica uirtus, principatus, potestates, throni, dominationes p primitias. Noli corpus accusare, quod tãto fruitur honore, quod & incorporeæ tremunt uirtutes. Sed quid dixerim? Non his tantũ amorem ostendo, uerũ & his, quæ passus sum: propter te cõsputus sum, colaphis cę sus, gloriam exinaniui, patrem reliqui, & ad te ueni, q me oderas, & auersabaris, neq; nomen meum audire uolebas. Secutus sum, & accurri, ut te cõprehenderẽ: te mihimet uniui, & copulaui. Manduca me dixi, bibe me, & te sursum habeo, & deorsum tibi cõnector. Nõ satis est tibi, quòd tui primitias sursum habeo? Hoc non tuum satiat desideriũ. Et deorsum rursus descendi, nec simpliciter tibi cõmisceor: sed cõnector, mã du cor, paulatim attenuor, ut magna fiat tẽperies, commistio, & unio. Nã q̃ uniuntur, in proprijs permanent terminis, ego uerò tecũ contexor. Nolo deinceps esse quicquam interualli: unũ utraq; esse uolo. Hęc itaque scientes, & multam eius sentientes curã, agamus, omnia, quæ nos magnis ipsius donis nõ indignos ostendere posiint: quæ utinam oẽs assequamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto, gloria, imperium, honor in secula seculorum, Amen. L

DE MONACHORVM VI-
ta, & quòd quæ uidetur eorum grauis esse uita, dulcior est ea, quæ facilis esse uidetur.
Homilia LVI.

Vm maiore libertate dilectissimi, hodie uos
C alloqui uolo, sed sustinete, ut discatis, quòd hęc monachorum uita & crucifixorum, quę grauis esse putatur, & onerosa, hac quæ facilis & mollior esse uidetur, multò dulcior est, atq; concupiscibilior. Et huius uosipsi testes, qui frequẽter in ærũnis & mœroribus uos circũuenientibus mortẽ postulatis: & illos uocatis beatos, qui in montibus & spelũcis habitantes coniugiũ non attigerũt, & uitam degũt tranquillam: cũ uos in arcibus, uel in castris, uel temerè uiuatis & frustra, & in scena diẽ & orchestris agatis. Nã M
licèt inde multæ uoluptates scaturire uideantur, & lętitiæ fontes, innumeræ tamen acerbiores oriuntur, sagittę. Siquis enim puellæ cuiusquã illic saltantiũ amore captus fuerit, super omnẽ militiã, super innumeras peregrinationes grauius sustinebit tormentũ, omni ciuitate circunsessa se miserius habens. Verũtamen ne hæc interim exquiramus, ipsa captorũ relinquentes consciẽtiæ, de multorũ agitè uita loquamur: & tantum utriusq; uitæ reperiemus interuallũ, quantũ est portus & pelagi, qđ continuis frangitur uentis, discrimẽ. Ex ipsis aũt diuersorijs statim trãquillitatis procę mia cõtemplare. Fora nanq; fugientes & ciuitates, & medios tumultus, in mõtibus uitã elegerunt cũ præsenti cõe nihil habentem, nihil sustinentẽ humanum, non secularem tristitiam, non dolorem, nõ curam tã tam, non pericula, non insidias, non inuidiam, nõ zelotypiam, non absurdos amores, non aliud quicquã hmõi. Hiciam quæ sunt regni meditantur in saltibus conuersantes, & montibus, & speluncis, & quiete, ac solitudine multa, & super hæc omnia cũ deo. Et ab omni quidẽ eis munda tumultu domũcula, omni uerò uitio ac morbo libera anima, subtilis & leuis, &

aere

A aere subtilissimo lũgè purior. Opus autẽ eis, quod erat & Adæ ab initio, & ante peccatum cũ erat gloriã indutus, & deo cũ fiducia colloquebatur: & locum illũ multa felicitate plenum habitabat, & cũ ante puaricationẽ ad colendũ paradisum positus fuit. Quid. n. deterius hi sunt illo dispositi? nec una quidem ei cura secularis erat, at nec his. Deo cũ pura loquebatur cõscientia, hoc & hi faciunt: qnimo multo maiorẽ illo fiduciam habent, quantò maio rẽ quoque cõsecuti sunt gratiã per spiritus ministerium. Igitur oportebat quidẽ oculis nos hæc hauire. At postq̃ renuitis, & in tumultib⁹, & foris cõmoramini, uel sermone uos doceamus, unã eorum cõ uersationis partem assumentes: non. n. omnis eorũ uita potest recenseri. Hæc orbis terrarũ luminaria, quando Sol oritur, quin potius multò ante aurorã ex lectulo surgẽtes incolumes, & solertes, & sobrii: (nec. n. ulla tristitia uel solicitudo, non capitis grauedo, negotiorũmue labores, non turba, uel hmõi
B quicquam aliud eos disturbat, sed tanquã angeli degunt in cœlo) surgentes itaq; statim ex cubili hi lares & læti, chorumq; constituẽtes in alacri cõsci
entia, consonãter oẽs tanquã ex uno ore hymnos oium deo concinunt, eũ uenerãtes, & ei gratias de oibus agentes, tam propriis q̃ communibus beneficiis. Itaq; si uidetur Adam omittentes, interroge-
Luc.2.b mus quid ab angelis differat hic chorus super terram canentium, & dicẽtiũ: Gloria in altissimis deo & in terra pax, in hoibus bona uoluntas. Vestis autem eis fortitudine digna, non. n. caudatis utentes uestibus, iuxta eneruatos & molles induuntur, sed iuxta beatos illos angelos, Heliã, Helisæũ, Ioannẽ, sedm apostolos: cũ uestimẽta sint ipsis parata, his
4.Reg.1.b quidem ex caprarũ pilis, his autem ex pilis camelo
Matt.3.a rum. Sunt autem & quibus solæ sufficiunt pelles, & hæ iandudum cõfectæ. Mox ut illa dixerint cã tica, flexis genibus laudatũ deũ pro negotiis inuocant, in quorũ congregationẽ quidam nec statim ueniunt. Petunt. n. præsentium quidẽ nihil (eis. n.
C horum nulla ratio) sed ut cũ fiducia stent corã illo tremendo tribunali, cũ ueniet uiuos iudicaturus, & mortuos unigenitus dei filius, & nullus illã au-
Mat.25.a diat horrendã uocem dicentẽ, Nescio uos. Et ut cũ pura cõscientia, multisq; meritis hanc laboriosam trãsigant, uitã, & secundo uẽto difficile nauigẽt pelagus. Præcedit ante eos in oratione pater pẽlatus, deinde surgentes perfectis illis sanctis & continuis precibus, orto iã Sole uadunt ad opus quisq; suũ, multũ hinc prouentũ egentibus cumulantes. Vbi nunc sunt se choris dedentis diabolicis, & meretriciis cantibus, & in theatris sedentes? Pudet. n. illorũ meminisse, tamen pp infirmitatẽ uestram opus
Rom.6.a est & hoc facere. Paulus. n. ait: Sicut igitur exhibuistis mẽbra uestra seruire immunditiæ, sic nũc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Igitur & nos ex fornicantibus fœminis, & iuuenibus scortantib⁹ in scena constitutũ chorũ inquiramus, & horũ beatorũ ad uoluptatis rõnem, qua præsertim multi socordes iuuenũ capiuntur illarũ laqueis: tantũ. n. discrimen inueniemus, quantum siqs angelorum in cœlo canentium illã consonantissimam audisset melodiã, & canes in fimo defossos & latrantes. Per hæc. n. ora Christus, per illã uerò linguam diabolus resonat. Et illis quidẽ fistulæ non articulata cosonat uoce, buccis interim eis tumescentibus, & se distrahentibus neruis in suaui spectaculo: sed hic spiritus insonat gratia, pro tibia cithara, & fistula, sanctorũ usa labiis. Quia uerò q̃cunq; dixerimus uoluptas explicari nõ potest, propter istos luto affixos, & operi lateritio? & propterea uellẽ horũ aliquẽ circa tali furentium suscipere, & eò perducere, horumq; sanctorũ ostendere chorum, neq; mihi iã uerbis opus fuisset. Veruntamen licèt ad terrenos loquamur, sermone uel modium eos ex cœno & paludib⁹ extrahere conemur. Nã illinc qdẽ auditor absurdi statim amoris ignẽ cõcipit: tanquam. n. non satis sit meretricis aspectus ad mentẽ succendendã, & uocis pestẽ adiunxerunt: hic uerò siquid habet aia tale, statim deponit. Neq; porrò uox & aspectus, uerũ & harum uestes magis spectantes conturbant. Et siqs sit pauper crassorũ & neglectorũ, ex aspectu plurimũ indignabitur, & frequenter ad semetipsum dicet: meretrix quidẽ & leno, & coquorũ & coriariorũ filij, & plerunque ser
uorũ in tantis uiuunt deliciis: ego uerò liber & ex E
liberis, iustos sequẽs labores, ne per somniũ qdem hęc cõcipere possum, & ita succensus mœrore discedit. Apud monachos autẽ nihil hmõi, sed oia contraria. Cùm. n. diuitum filios & generosis progeni toribus ortos talia uiderit indutos uestimẽta, qualia neque pauperũ extremos, & ad hæc gaudentes: considerate, quantã paupertatis consolationem capiens abit: siue sit diues, correctus recedit, melior effectus. Rursum cũ theatro quidẽ aurea meretricẽ indutam uiderint, pauper quidẽ ingemiscet & flebit, suã uidens uxorem hmõi nihil habere: diuites autem uidebunt, & ex hoc spectaculo suas asperna buntur consortes. Cùm. n. habitum, & aspectum, & uocem, & gressum, & oia uidentibus, illa præferat mollia: accẽsi recedunt, & iã captiui suas petũt domos. Hinc iniuriæ, & contumeliæ, hinc inimicitię, bella & quotidianę mortes, hinc captis uita minimè uitalis, & iã ingrata coniux, & filii non equè desiderabiles, & oia domi confusa, & ab ipsa iã lu-
ce uexari se putant: sed ex his cœtib⁹ nulla talis mo F
lestia, sed mansuetũ & mitẽ uirũ uxor suscipiet, ab omni liberatũ mala uoluptate, & eo facilius q̃ antea utetur. Talia qdẽ ille chorus parit mala, hic autem bona: ille quidẽ ex ouibus lupos faciens, hic autẽ ex lupis agnos cõstituens. Sed nihil adhuc ferè nobis de uoluptate dictũ est. Et qd posit esse iucundius, q̃ nõ tumultuari, neque mente tristari, neque dolere, & gemere? Verũ & altius sermonẽ prouehamus, & utriusque cantus, atque spectaculi fructũ indagemus: & illum quidẽ ad uesperam usque manentẽ uidebimus, donec in theatro sedeat spectator, post hęc aũt omni stimulo grauius eũ cõtristante: hunc aũt spectatorum animis cõtinuè uigẽtem. Nã & uirorum formam, & loci iucunditatem, & conuersationis dulcedinẽ, ac uitæ puritatem, & pulcherrimi, spiritualisq; cãtus gratiã sibi semp habent insidentem. His itaque portubus potientes, quasi quandã deinceps procellam fugiunt multorum tumultus. Neque uerò canentes tantũ, & orantes, uerũ & libris affixi, iucundum sunt uidentibus spectaculum. Cùm. n. chorum dissoluerint, hic quidem Esaiam sumens, cũ illo loquitur: hic autẽ cũ apostolis cõuersatur, alius ab aliis elaborata pcurrit: & de hoc uniuerso philosophatur, de deo, de uisibilib⁹, de itelligibilib⁹, de uitę psentis utilitate, de

G futurorũ beatitudine:& optimo cibo pascũtur nõ brutorũ carnes elixatas habẽtes appositas,sed elo quia dei super mel & fauũ,mel admirabile,& mul-
Mat.3.et Marc.1.a tò melius,q̃ quod Ioannes per desertum olim degu stabat.Hoc.n. mel non sylvestres quępiã apes flori bus insidentes colligũt neq; rorẽ maturantes aluea ribus immittunt:sed spiritus gratia cõstruens, pro fauis,& aluearib⁹,& fistulis,in sanctorũ animis re-
ponit,ut uolenti liceat cum libertate iugiter uesci. Has igitur apes & ipsi imitantes,sanctorũ uolumi-
nũ fauos circũuolant,magnã decerpẽtes uoluptatẽ.Et si uis illorũ discere mensam, accede propius, & eos experieris talia eructantes.Oia mitia & iucũ-
da,& spirituali odoris suauitate plena. Nullũ turpe uerbũ illa possunt ora emittere,nihil scurrile,nihil
H asperum, sed oia cœlis digna . Nullus aberrauerit, ora multorum,q̃ per fora trahuntur,& circa secula ria rabiem exercent,cœni cuiuspiã riuis cõparans: horum autẽ ora fontibus melle manãtibus,& pu-
Psal.13.e ra fundentibus fluenta.Siqs uerò,quòd multorum ora cœni riuis assimilauerim, indignetur, sciat qđ
Ibid.5.e. multũ ignoscens locutus sum. Scriptura nanq; nec hac utitur mẽsura,sed altero longè grauiori exem-
plo,ait.n.Venenũ aspidũ sub labiis eorũ:et, sepulchrum patens guttur eorũ. At illorum non sunt talia,sed multę sunt plena fragrãtiæ, & pśentia quidẽ hmõi, futura uerò qualis sermo nobis explicuerit? Quæ mens concipiet angelicã sortem,beatitudinẽ ineffabilia, arcanaq; bona?Fortè multi nunc inca-
luistis, & in huius pulchrę cecidistis desideriũ con uersationis. Sed qđ emolumẽti,si dũ hic estis, hũc ignẽ habetis:egresi⁹ uerò flammã extinguitis,&hic ardor contabescit? Qualiter igitur agendũ, ut hoc non accidat? Dũ est tibi feruens hic amor, ad ipsos abeas angelos illos,eũ magis accende.Non.n.ita te poterit sermo noster accẽdere, sicut rerũ aspectus.
3.R.19.d Ne dicas:alloquar prius uxorẽ, & res dissoluã:tor-
Matt.8.c poris initium est hmõi dilatio.Audi, qđ quidã cũ domesticis suis pacisci uoluit,neq; propheta permi
I sit.& quid dico pacisci ? Patrem sepelire discipulus uoluit,et nec istud xps concesit: licèt quid tam ne cessarium uideatur esse,q̃ patris sepultura , attamẽ nec hoc concesit.Cur tandem? quoniã acer instat diabolus ingressum aliquẽ capere uolẽs,si uel bre-
uem arripuerit uacationem,et dilationem, magnũ
Eccl.5.b. inducit torporem . Propterea quidẽ admonet, ne
Mat.6.d differas de die in diẽ : sic.n plura perficere poteris, sic & domestica tibi bene disponentur:ait.n. Quæ rite regnũ dei,& hæc oia apponentur uobis. Si nã-
que sua despicientes , & nostrorum curã pferentes, in multa nos constituimus tranqllitate: multò ma gis deus etiam sine his curã gerens,& prouidẽs. Ne cures itaque tua,sed ea deo dimitte.Nam si satagas tanquam homo satagis:si uerò dimittas,deus pro-
uidebit.Ea tu ne curaueris, maiora dimittens,quo niam ipse multũ eis non prouidebit.Vt igitur eorũ magnam gerat prouidentiam,ipsi soli oia commit tẽ. Si uero & ipse spiritu alibus omissis ea tractaua-
ris,non multam eorum ipse curam geret . Vt igitur & hæc tibi bene disponantur,& omni cura libere-
ris,spiritualia tene,contemne secularia : sic.n.& cũ cœlis terram habebis, et futura consequeris bona, gratia,& clementia domini nostri Iesu Christi, cui glo ia,et imperium,cũ patre, sanctóque spiritu , in sęc..la seculorum, Amen.

DE MONACHORVM VITA ET DE E
solita ab eis fieri post mensam gratia-rum actione,& de iudicio.
Homilia.lvij.

Vrsum ad deserta proficiscar, et iterum eos r dem attingã sermones:quoniã cum maio-ri uoluptate uos audientes uideo . Videa-mus igitur & hodie spũalia castra , uideamus à ti-more purã uoluptatẽ. Non.n.cum hastis sunt in tẽ toriis,sicut milites(hic.n. antea sermonẽ dissolui) neque cum clypeis & thoracibus: sed his oibus nu dos uidebis,& talia facientes, qualia neq; cũ armis illi.Et cõscius esse potes,ueni, et mihi manũ porri-ge,et eamus ambo in hanc expeditionem,& instru ctas acies uideamus.Hi nanq; per singulos dies bel. lum gerunt,et iugulant aduersarios,et oẽs cõcupi-scentias nobis inlidiãtes superant, & has sõlo pro-stratas uidebimus,& apũcum illud rebus exhibitũ dicens:Qui uerò sunt xpi , carnem suã crucifixerũt Gala.ult
cum uitiis et concupiscentiis . Vidisti mortuorum L
multitudinẽ iacentium , spiritus gladio iugulato-rum? Propterea non est illic ebrietas , neq; crapula, & ostendit id mensa, et trophæũ in ea statutũ . Nã ebrietas quidẽ et crapula iacet mortua per aq̃ po-tum in fugã cõuersa, multiformis hęc et multiceps bestia.Sicut.n.in Scylla fabulis decãtata, & Hydra. itidem et in ebrietate multa possunt capita reperi-ri,hinc fornicatio,illinc ira,aliunde mollicies, aliũ de amores nefarii nascentes : sed hæc oia sublata sunt. Et oẽs illi exercitus , licèt innumera profliga-uerint bella,ab his capiuntur.Et nec arma,nec ha-stę,nec quiẽquã aliud aduersus has acies stare põt: sed ipsos gigantes,strenuos,multa p̃clara gerentes, absq; uinculis inuenias uinctos,somno,et ebrieta-te,sine cæde,atq; uulneribus tanquã uulneratos ia centes, quinimò et multò crudelius.Nã illi qdẽ uel palpitant,hi uerò nec hoc qdẽ, sed statim decidũt. Vides,qđ maior hic exercitus et mirabilior? hostes enim interficit,q̃ superant illos , uolẽdo duntaxat. Sic.n.illam oium malorum matrẽ infirmã faciunt, M
ut iam non infestet.Iacẽte uerò duce, et sublato ca pite,reliquum quoq; corpus quiescit,et illic manẽ-tium quenque uideas hanc obeuntem uictoriam. Non.n quemadmodũ in his hostibus , siqs ab ali-quo uulnus accipiat , iã alteri nõ est infestus,cũ se-mel ceciderit, sed oẽs est opus hanc ferã percutere. Et qui non percusserit eã,atque prostrauerit , oino uexatur. Vidisti splendidã uictoriam ? quale siqui-dem exercitus undique simul congregati trophæũ erigere non possent,hoc eorũ quilibet erigit.Et ibi destructa sunt oia furiosa , rationẽ non sequentia, insanię uerba,morbiq; furẽtes, et iniucundi fastus, et oia quotquot ab ebrietate armantur,et suũ imi-tantur dominũ : quem admirãs scriptura,dicebat: Ps.103.d
De torrẽte in uia bibit , propterea exaltabit caput. Vultis et aliunde mortuorũ uidere multitudinẽ? Videamus ex deliciis cõcupiscentias,ex lixis,ex co-quis,pincernis,placentariis: confundor.n.oia qui-dem dicere,ueruntamẽ dicã,phasianas aues,fercu-la affluenter mixta,humidos, et aridos cibos,leges super his positas.Velut.n.quandã habitantes citi-tatem,et exercitus instruentes : sic et hi qđ primũ, et quid scdm sanciunt,et statuunt. Et hi quidẽ pri-mùm aues ad prunas tostas, intus piscibus refertas intro ducunt. Alij uerò faciũt aliunde illegitimorũ

A horum conuiuiorum principia . Et multum de his certamẽ,& de qualitate,& de ordine,& de multitu dine,& in quibus cõfundi decebat, gloriãtur:hi qdẽ quòd diei dimidiũ absumpserũt, hi uerò qđ to tũ diem:alii porrò qđ & noctẽ addiderunt,dicẽtes Vide miser uentris mensuram,& de immodico stu-dio cõfundere.Sed nihil hmõi penes angelos illos, uerũ & oẽs hæ concupiscentiæ sunt mortuæ. Non enim ad saturitatem , & delicias, sed ad necessitatẽ eis nutrimentũ.Non auium ibi uenatores, neq; pi-scium,sed panis & aqua. Hæc aũt confusio , atque tumultus oino sunt illinc procul:& ex cellula,& ex corpore tranquillus portus , apud hos uerò multa tempestas.Scindas igitur mente uentrẽ talibus ue-scentium,et multã uidebis ingluuiẽ , & immundã cloacam,et dealbatum sepulchrũ. Quę uerò sequũ tur,& dicere pudet , molestas eructationes,ex supe riori parte uomitus, ex inferiori excrementa . Vade uerò,& has illic quoq; cõcupiscentias uide, et ardẽ tiores in his amores,uenereos dico: nã hos oẽs ui-debis prostratos cũ equis,& impedimẽtis,impedi-
B mentum.n.et arma,& equus,turpis actionis est tur pe uerbum.equum pariter uidebis & ascensorẽ ta-lem,et arma iacentia : hic autẽ omne contrarium, et corpora uulnerata,et aias iacentes mortuas. Nec in mensa uerò tantũ splẽdida sanctis est illis uicto ria,uerũm et in aliis,in pecuniis , in gloria,in inui-dia,in oibus morbis.Nunqd tibi uidentur hæc il-lis esse castris fortiora, et meliora mensa? Et qs con tradicet? nemo,nec ullus quidẽ illorũ ipsorũ , licèt mult⁹ insaniat.Hæc.n.in cœlũ transmittit,illa ue-rò trahit in gehennã:hanc diabolus instruit, illam uerò xps:hanc luxus fancit, et immodestia,illã ue-rò philosophia et modestia. Hucxps uenit,illuc ue rò diabolus:ubi siquidem ebrietas, ibi diabolus: Luc.16.c ubi turpia uerba,ubi saturitas,illic dæmones cho-reas agunt. Talẽ habebat mensam diues ille , ppea ne guttæ quidẽ aquæ dominus fuit : at hi nõ talẽ, sed iam angelica meditantur.Non nubunt , neque ducũt uxores,neque multũ dormiũt , neq; deliciis uacant , sed p̃ter pauca quædã , ut incorporei facti sunt . Quis est igitur inimicos tã facilè uincens , ut
C prandens trophæũ erigat ? pp hoc & propheta di-Ps.22.b cit:Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos q̃ tribulant me.Non.n. quisquã errauerit, & de hac mensa dictũ illud pronuncians . Nihil.n.sic aiam angit,sicut concupiscentia mala,et luxus , et ex his orientia mala.Et hoc bene norunt,q̃ experientiam ceperunt.Si uerò discas, et unde hæc colligitur mẽ sa,et unde illa,tunc utriusque differentiã bene uide bis.Igitur hæc unde colligitur? ex inumeris lachry mis,ex uiduarũ oppressione,orphanorũ rapina:il-la uerò ex iustis laborib⁹.Et hæc quidẽ mensa simi lis est pulchræ ac speciosæ mulieri, nihil exteriorũ indigenti,sed naturalẽ habenti pulchritudinem:il la uerò meretrici cuipiã turpi,atque deformi, mul-tos quidẽ habenti fucos , neque tamẽ turpitudinẽ obumbrare ualenti : sed quãtò qs propius accesse-rit,magis redargutioni obnoxiæ.Nã et hęc cũ acce denti propior fuerit , tunc magis turpitudinẽ ostẽ dit. Illa nanque simul accũbentes nihil turpe,tanq̃ libera, dicere permittit : hæc autẽ tanquã meretrix et cõtempta nihil honestũ . Illa quærit utile secum conuersantis,hæc damnũ : et illa quidẽ deũ offen-dere non sinit, hæc autẽ non sinit non offendere.

Migremus igitur ad illos,inde sciemus,quot uincu D
lis simus inuoluti,inde sciemus mẽsam apponi bo nis plenã innumerabilibus,sua uisimã,nunquã de ficientẽ,à solicitudine liberam,inuidiæ,luoris , et oĩs pestis immunem , et bona spe refertã , et multa statuentem trophæa . Non est illic tumultus , non morbus,non ira,oĩa tranquillitas, oĩa pax . Nec.n. milii dicas ministrantium in diuitũ ædibus silen-tium,sed prandentium clamorẽ, non alterius ad al terum dico(nã et hic quidem deridendus est)sed interiorem in aia magnam inferentem captiuitatẽ, cogitationum tumultus,tempestatẽ, caliginẽ,pro-cellam,per q̃,oĩa miscentur et cõfunduntur,et no-cturnæ cuidã pugnæ similia sunt.At non in mona chorum tabernaculis talia, sed multa trãquillitas, quies multa.Et illã quidem mensam somnus mor-ti simillimus excipit,hanc uerò sobrietas et uigilia. Et ppea hos præsertim laudo et admiror, tum pp alia,tum propter hanc dictionem.Illi nanque post q̃ pransi fuerint,imò uerò post cœnam : nunquam enim prandium norunt,scientes,qđ præsens tps est est luctus, et ieiunii . Itaque post cœnã deo quotidã E
gratiarum hymnos dicentes, et huius uocis remini scuntur :Et si uultis et ipsos hymnos audire , ut et uos continuè dicatis,illum oẽm sacrum uobis cã-tum recensebo . Ipsius itaque uerba se sic habent: Benedictus deus,q̃ pascis me à iuuentute mea. Qui *Monacho-*
das escã omni carni , imple gaudio et lętitia corda *rũ gratia-*
nostra,ut oẽm sufficientiam habentes, abũdemus *rũ actio-*
in omne opus bonũ , in Christo Iesu domino no- *nes.*
stro,cũ quo tibi gloria honor, & imperiũ,cum san cto spiritu,in secula,Amẽ . Gloria tibi domine,glo ria tibi sanẽte,gloria tibi rex:quoniã dedisti nobis cibos in lætitiã, imple nos spũ sancto , ut inueniamur in cõspectu tuo beneplacentes, nõ erubescen tes,quãdo reddes unicuique scdm opera sua. Oẽm hunc quidẽ hymnũ admirari dignum est , pśertim autem hunc finẽ.Quoniã.n. mensa et cibus diffun dere consuetuit,atq; grauare,aiæ quasi frænũ quod dam hanc dictionẽ apponũt,circa remissionis tps, iudicii tpis eam commonefacientes. Didicerunt.n. Deu.32.b
quid passus fuerit Israel ex lauta mẽsa:ait.n. Come F
dit,et impinguatus est, & recalcitrauit dilectus . Et Ibid.6.e.
propterea Moses dicebat:Cũ comederis,& biberis, & fueris repletus, recordare domini dei tui.Post il-lam.n.mensam patrata sunt ipsis illa nefaria scele-ra.Considera igitur et tu, nequid huiusmodi patia ris:quanuis. n. lapidi non sacrifices , nec immoles auro pecudes et uitulos, aliter tamen immolas.Ca ue furori sacrifices aiam tuam, ne fornicationi tuã macẽtes salutem,nec aliis huiusmodi uitiis.Propter hoc enim et illi talia timentes præcipitia,potiti mẽ sa,uel potius ieiunio (nam eorum et mẽsa ieiuniũ est) tremendi tribunalis et illius diei memoriam sibimetipsis faciunt . Si uerò illi ieiuniis et humi stratis cubilibus,uigiliis,et sacco , et innumeris se-metipsos modis domantes , etiam huius indigent commonitionis : quando nos unquam mansuetè poterimus uiuere , qui mensas apponimus infinita ferentes naufragia , nec unquam penitus oramus, nec in principio,nec in fine? Propterea ut hæc nau-fragia soluamus , hymnum illum , quem in mediũ protulimus,totum replicemus , ut ex ipso uidentes utilitatem,ipsum cõtinuè post mensam canamus, & uentris comprimamus petulantias , & illorum

G mores angelorum, & leges in domos noſtras intro
ducamus. Nã oportebat qdem nos illuc eũtes hæc
lucrari. At poſtq̃ nõ uultis, uel p ſermones noſtros
ſpiritualem hanc melodiam audite, & unuſquiſq̃
ueſtrum poſt menſam hæc uerba dicat, hoc inci-
piens modo: Benedictus deus. Apoſtolicam. n. le-
Coloſ. 3.c gem ſtatim implent dicentem: Quicquid facim⁹ in
ſermone uel ope, in nomine domini noſtri Ieſu xp̃i
faciamus, gratias agẽtes deo & patri p eũ. Mox gra-
tiarum actio nõ pro uno tantũ illo die, ſed pro to-
ta uita exhibetur. Ait. n. Qui paſcis me à iuuentute
mea. Et hinc ſapientię doctrina, deo ſiqdem paſcẽ
te, non eſt opus nos eſſe ſolicitos. Nã ſi rege pollici
to quotidianum uictum ex proprijs cellarijs ſe tibi
præbiturum, iam in futurũ confidis: multò magis
cũ deus p̃beat, & omnia tibi tanquã ex fonte fluãt,
ab omni ſolicitudine congruum eſt abſolui. Pro-
pter hoc. n. & talia dicunt, ut & ſibimetipſis, & à ſe
diſcentibus perſuadeant omnem exuere ſecularem
ſolicitudinẽ. Poſtmodum ne putes, quòd pro ſe ſo
lis hãc reddant gratiarũ actionẽ, ſubdunt dicẽtes:
H Qui das eſcam omni carni, pro toto gratias agẽtes
Pſ. 135.c. mundo: & tanquã totius terrarum orbis patres, ita
deo pro oibus laudes referunt, & ſemetipſos ad ue-
ram hortãtur fraternitatem. Nec. n. illos odiſſe poſ-
ſunt, pro quibus, quòd paſcantur, deo gratias agũt.
Vidiſti charitatẽ quoque per gratiarũ actionẽ in-
troduci, & eiici ſeculare uitam, & per anteriora, & p
hæc? Si. n. omnem paſcit carnem, multò magis ſibi
dicatos. Si nanque ſecularib. deditos curis, multò
magis ab his abſolutos. hoc & xp̃s confirmans di-
Mat. 10. cebat: Quot paſſeribus meliores eſtis uos? Hæc aũt
d. dicebat, inſtruens non eſſe confidendum diuitijs,
& terræ, uel ſeminib⁹. Non. n. iſta ſunt quę nutriũt,
ſed uerbum dei. Ex his & Manichæos & Valentini
ſectatores, & oẽs cum illis ſentientes obmuteſcere
faciunt. Non n malus eſt hic, qui ſua omnibus pro
ponit & blaſphemantibus eum Poſtmodum & pe
titio: Imple gaudio & lętitia corda noſtra. Quali di
cit gaudio? Nũquid ſecularia? abſit. Hoc. n. ſi uellẽt,
montium cacumina non petiiſſent, & ſolitudines,
neque ſaccum induerentur. Sed illud dicunt gau-
diũ, cũ preſenti uita nihil habẽs cõmune, angeli-
cũ, cœleſte. Neq; ſimplr illud petunt, ſed multa cũ
ſuperabundantia Non. n. dicunt, Da: ſed, imple. ne
que dicunt, nos: ſed, corda noſtra. Hoc. n. preſertim
eſt cordis gaudiũ. Fructus. n. ſpiritus, charitas, gau-
dium, pax. Poſtq̃ n. peccatum triſtitiam intulit, pe-
Gala. 5.d tunt ſibi per gaudium iuſtitiam inſeri. Non. n ali-
ter gaudium inueniretur. Vt ſemp omnem ſufficiẽ
tiam habẽtes abundemus in omne opus bonum.
Vide dictionem euangelicam impleri, dicentẽ: Pa-
Mat. 6. b. nem noſtrũ ſubſtantialem da nobis hodie. Et hũc
& Luc. ipſum uerò quærentes propter ſpiritualia: aiunt. n.
11. a. Vt abundemus in omne opus bonum: non dicũt,
ut ſolum qd debemus faciamus, uerũ & plura man
datis. Hoc. n. eſt ſuperabundemus, & à deo quidem
ſufficientiã expoſcunt in neceſſarijs: ipſi uerò non
tantũ cum ſufficientia obedire uolunt, uerùm cũ
ſuperabundantia multa, & in omnibus. Hoc ſeruo
rum eſt gratorum, hoc uirorum ſapientium, ſemp
& in oibus abundare. Poſtea rurſum ſe propriæ cõ
monentes imbecillitatis, & quòd nihil abſque ſup
no fauore generoſum fieri poteſt, poſtq̃ dixerint,
Vt abundemus in omne opus bonum: ſubdunt, in
xp̃o Ieſu domino noſtro, cũ quo tibi gloria, honor K
& imperiũ in ſecula, Amẽ. Aequalis principio finis
p gratiarum texitur actionem. Mox rurſum à prin-
cipio qdem incipere uidentur, eundem autem con
tinuant ſermonem. Sicut & Paulus in epiſtolæ pri- Galat. 1.
mordio, cùm in glorificationem terminaſſet, atq̃
dixiſſet: Secundum uoluntatẽ dei & patris, cui glo
ria in ſecula, Amen. Rurſum incipit materiam, de
qua ſcribebat. Et iterum alibi, cùm dixiſſet: Colue Rom. 1.
runt & ſeruierunt, creaturæ omiſſo creatore, qui eſt
benedictus in ſecula, Amen. non conſummauit ſer
monem, ſed rurſus incipit. Nec hos itaque redar-
guamus angelos, tanq̃ inordinatè facientes, quòd
ſermonẽ in glorificationem terminantes, denuò ſa
cros incipiunt hymnos. Apoſtolicas. n. ſequuntur
conſuetudines, incipiẽtes à glorificatione, & in ean
dem deſinentes, & poſt finem iteratò hæc exordiũ
tur, dicẽtes: Gloria tibi domine, gloria tibi ſanctę,
gloria tibi rex, quoniã dediſti nobis cibos i lętitiã.
Nec. n. pro magnis tantũ, ſed etiam pro paruis age-
re gratias oportet: gratias autem & pro his agunt,
Manichæorũ confundentes hæreſim, & quotquot L
præſentem uitam eſſe malam aſſerunt. Nam neqd
propter ſummam uirtutem, & uentris cõtemptum
de ipſis tanquam cibos abominantib⁹, quale de il-
lis ſemetipſos ſuffocantibus ſuſpicareris, per oratio
nem te docent, quòd non dei creaturas deteſtãtes
pluribus abſtinent, ſed uirtutem exercẽtes. Et uide
qũo poſt gratiarum actionem de datis, & de maio
ribus ſupplicant, neque circa ſecularia morantur,
ſed ſup cœlos aſcendũt, & dicũt: Imple nos ſpiritu
ſancto. Nec. n. bene nos gerere poſſumus, ut opor-
tet, niſi gratia ſimus illa repleti: ſicut nemo poteſt
quicq̃ generoſum, uel magnum facere niſi xpi po-
tiatur auxilio. Sicut itaq; poſtq̃ dixerunt, Vt abũde
mus in omne opus bonum: ſubdiderunt, in xp̃o Ie
ſu. Itidem & hic dicunt: Imple nos ſpiritu ſancto, ut
inueniamur in conſpectu tuo beneplacentes, & nõ
erubeſcentes. Non. n. inquiũt, nobis eſt cura de ho
minum confuſione, ſed quicquid homines de no-
bis improperantes dixerint, ridentes, minimè cura
mus: omne uerò nobis certamẽ eſt, ne tũc cõfunda M
mur. Cũ autẽ hęc dixerint, & ignis fluuium introducũt, & p̃mia certaminis, & brauia. Non dixerũt,
Ne puniamur: ſed, ne confundamur. Hoc. n. nobis
gehenna multò terribilius eſt, ab illa decidere glo-
ria, dominũ offendere. Sed quoniã multos & craſ-
ſiores hoc non terret, ſubdunt? quãdo reddes uni-
cuiq; ſecũdum opa ſua. Vides, quantũ hi nobis ex-
terni & peregrini profuerunt, eremi ciues, imò uerò
ciues cœlorum: nos qdem cœlorum hoſpites, terrę
uerò ciues, hi uerò è contra. Poſt hunc aũt hymnũ
multi repleti cõpunctione, & feruentibus lachry-
mis, ſic ad ſomnũ ſe conferunt, tantũ dormientes,
ut parum reqeſcant. Et rurſum noctes dies faciunt,
in gratiarũ actionibus & hymnodijs degentes. Nec
uerò uiri tantũ, ſed & mulieres hanc exercent phi-
loſophiam, naturæ infirmitatem promptitudinis
abũdantia ſuperantes. Illarum itaq; ſtudiũ nos uiri
reuereamur, & preſentib. inhiare tabeſcẽtes deſina
mus, umbræ. ſ. ſomnijs & fumo. Etenim maior uitę
noſtræ pars in inſenſibilitate. Nam & ætas prima
multæ plena eſt demẽtiæ: q̃ uerò rurſus ad ſenectu
tem tendit, oẽm in nobis ſenſum cõtabeſcit: & pa-
rum eſt mediũ, quod cum ſenſu delitijs uti ualeat.

Quinimmo

A Quinimo nec illud has purè poteſt guſtare, cũ mul-
tæ ſolicitudines, & labores illi noceãt. Propterea ſup
plico, imota quæramus, & imortalia bona, & uitam
nulli ſenio deinceps obnoxiã. Poteſt enim & urbem
habitãs monachorum ſapientiam imitari, poteſt &
uxorem habẽs, & domi cõuerſans orare, ieiunare &
compungi. Quoniã & in principio ab apoſtolis in-
ſtructi ciuitates quidem habitabãt, & ſolitudines pe
Actor. 18. tentium pietatem exhibebant. Alij uero rurſum offi
a. g. cinis præpoſiti, ut Priſcilla, & Aquila. Et omnes pro-
phetæ, & uxores habebant, & domos: ut Eſaias, Eze
chiel, & magnus Moſes, & inde nil ad uirtutem lędebantur. Hos igitur & nos imitari, ſemper deo gratias
agamus, ſemper eum laudemus, & modeſtiæ, cæte-
rarumq; uirtutum curam geramus, & uigentẽ in de-
ſertis conuerſationem in urbes introducamus, ut &
deo grati, & hominibus probabiles uideamur, & fu
tura conſequamur bona, gratia & humanitate do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo deo
B & patri gloria, honor, & magnificentia, ſimul cũ ſan-
cto & uiuifico ſpiritu, nunc & ſemper, & infinita ſecu
la ſeculorum, Amen.

DE VITA MONACHORVM, ET *quòd ſcripturarum lectio eſt medicinalis officina*, Homilia. LVIII.

Vltis dilectiſsimi, rurſum ad uirtutis ciuita-
tẽ eamus, ſanctorũ tabernacula dico mon-
tes & ſaltus: illic. n. hanc humilitatis uidebi-
mus altitudinem. Homines. n. hi quidem exterio-
ribus dignitatibus, hi uero pecunijs olim ſplẽdidi, un-
diq; ſemetipſos corripiunt. Veſte, domo, miniſte-
rijs, & tanq̃ in literis per oſa ſcribunt humilitatem: &
quæ ſunt ſuperbiæ fomenta, bene ueſtiri, & ſplendi-
dè ædificare, & multos habere miniſtros, quæ fre-
quenter & inuitos in ſuperbiã agunt, hæc illic oia ſub
lata ſunt. Et ignẽ ipſimet accendunt, ipſi ligna com-
minuũt, ipſi coquũt, uenientibus miniſtrãt ipſi. Non
poteſt illic quiſq̃ audiri contumeliam inferẽs, uel pa-
tiens: nec imperans, nec cui imperetur: ſed omnes ex
miniſtrantium ſunt numero, & hoſpitum quiſq; pe-
des abluit, & multa de hoc cõtentio: & hoc facit non
examinans, quis ille ſit: nec utrum liber ſit an ſeruus,
ſed unicuiq; miniſterium hoc exhibet. Nullus ibi ma
gnus, nullus paruus. Quid igitur? Confuſio? abſit, ſed
perfectiſsimus ordo: licet enim quis paruus ſit, ma-
gnus hoc nõ reſpicit, ſed & illo ſe rurſum inferiorem
exiſtimat eſſe, & ita maior efficitur. Vna menſa & mi
niſtrum ſuſcipientibus & exhibentibus, eadem fercu
la, eadem indumenta, habitacula eadem, eadẽ uita.
Magnus illic uilius opus arripiens. Non eſt ibi, Meum
& Tuũ, ſed hoc uerbum eliminatũ eſt infinitorum
cauſa bellorum. Et quid miraris, quòd una ſit oibus
diæta, ueſtis & menſa: quippe cum oibus ſit una ani
ma, non tantũ quoad ſubſtantiam (hoc. n. & in om-
nibus) uerum & quo ad charitatem? Qualiter igitur
hæc unq̃ contra ſeipſam inſurgeret? Non eſt ibi pau-
pertas & diuitiæ, gloria, & ignobilitas: qualiter igitur
aditum inueniret arrogantia, uel ſuperbia? Nam ſunt
quidem & parui, & magni ſecundum uirtutis ratio-
nem, ſed quod dixi, nullus hoc intuetur. Paruus non
dolet quaſi contẽnatur, nec ullus eſt qui cõtemnat:
quòd ſiquis tamẽ aſpernetur, hoc maximè docentur
contemni, reſpui, & uilipẽdi per uerba, per opera, &
cum mendicis & debilitatis conuerſantur. Et ipſis D
menſæ talibus ſunt plenæ cõuiuis: & propterea cœlis
quoq; ſunt digni. Et hic quidẽ uulnera uirus habẽtia
curat, hic autem cæcum manu ducit, hic uero crure
portat debilẽ. Non eſt illic aſſentatorum multitudo,
neq; paraſitorum, imò uero neque quid tandem aſ-
ſentatio ſit, norunt. Vnde igitur unquam extolleren
tur? Apud eos enim eſt æqualitas multa, & propterea
multa uirtutis facilitas. Etenim his inferiores magis
docentur, q̃ ſi per principatus eis cedere cogerentur.
Sicut enim audacem percuſſus, & cedens corrigit: iti
dem & ambitioſum gloriam nõ uendicans, ſed con
temnens: hoc aũt illic cum largitate faciunt. Et quan
ta penes nos eſt pugna primas partes aſſequendi, tan
tum apud illos certamẽ, ne conſequantur, ſed repel-
lant. Et multũ eſt ſtudium, quis magis præcellat, con
temptum patiens, non honorẽ admittens. Alioquin
autem & ipſa opera modeſtè ſe gerere docent, & ex-
cãdeſcere non permittũt. Quis enim, quæſo, terram
fodiẽs, & irrigans, plantans: ac ſportellas, aut ſaccum
texens, uel alia quædã huiuſmodi tractans, unquam
altũ ſapiet? Quis autem in paupertate uiuens, & pu-
gnans cum fame, tali morbo laboret? Nemo, pro- E
pterea facilis eſt illis humilitas. Et ſicut hic eſt difficile modeſtè ſe gerere, propter plaudentiũ multitudi-
nem & admirantiũ: ſimiliter illic perq̃ facile. Etenim
ille tantum ſolitudini uacat, & aues uidet uolãtes, &
arbores concuti, & flantem Zephyrum, & riuos per
ualles deferri. Igitur unde tali uiues in ſolitudine ex-
tollatur? Non tamẽ propterea nos excuſationem ha-
bebimus, quoniã in medio conuerſantes altum ſapi-
mus. Nam & Abraham cũ eſſet inter Chananæos, di
cebat: Ego uero ſum terra & cinis. Et Dauid in me- Gen. 18 d
dijs caſtris. Ego aũt ſum uermis, & non hõ. Et Apo- Pſal. 21. b
ſtolus in medio terrarũ orbe: Non ſum dignus uoca 1. Co. 15. b
ri apoſtolus. Quæ nobis igitur erit cõſolatio: quę ue
ro purgatio, cum neq; tot habentes exempla mode-
ſtè nos geramus? Sicut euim illi ſunt inumeris digni
coronis, primi uirtutis uiam perambulantes, ita nos
infinitis ultionibus obnoxij, qui neq; poſt illos præ-
greſſos, & in literis poſitos, neque poſt hos uiuẽtes,
& admiratione per facta dignos, ad parem trahimur
æmulationem. Quid enim dicere poſsis, ſi non corri
garis? Neſcis literas, nec ad ſcripturas declinaſti, ut uir F
tutes antiquorum diſceres: hoc quoq; præcipue qui-
dem crimẽ eſt, cum eccleſia continuè ſit aperta, non
ingredi, & illos latices optimos haurire. Verũtamen
ſi defunctos per ſcripturas non agnouiſti, hos uiuen
tes cernere licebit. Sed nullus eſt qui deducat. Veni
ad me, & ego tibi ſanctorũ iſtorum oſtẽdam taber-
nacula: ueni, & ab eis diſce quippiam utile. Lucernæ
ſunt hi lucentes ubiq; terrarũ, muri ſunt urbibus cir-
cunſedentes. Propterea ſolitudines petierant, ut & te
doceãt populares contemnere tumultus. Nã ipſi qui
dem, utpote qui fortes ſint, ẽt in medio turbine frui
poſſunt trãquillitate: tibi uero penitus exhauſto ges
eſt neceſſaria, & ab aſſiduis fluctibus aliquantulũ re
ſpirare. Illuc itaq; frequenter uade, ut continuam di-
luas maculam, precibus eorũ & monitionibus. Dic
enim mihi, cũ ſeruis noſtris febricitantibus medi-
cos accerſimus, & domum ſeparamus, & illic cogi-
mus artis legibus obedire: & ignauiter ſe gerentibus
difficiles ſumus, & cuſtodes adhibemus qui ne uo-
lentes quidẽ eos ſuas implere concupiſcentias pmit-
tant. Et ſi dixerint eorum curam gerentes, opus eſſe

G medicamenta comparari preciosa, cedimus, qcquid præceperint paremus, & eis horum præceptorũ prẽmia soluimus. Cũ uero nos laboramus (at uero non est tẽpus, quo non laboremus) neq; medicum accersimus, neq; impẽdimus pecunias: sed tanquã aliquo carnifice, uel inimico & hoste iacẽte, ita nullam animæ curã gerimus. Et hæc dico, non circa seruos obsequium dãnans, sed suadens uel tantam animæ nostræ curã gerere. Et qualiter, inquit, faciemus? Eam ostende Paulo languentem, introduc Matthẽũ, adhibe Ioannem, ab ipsis audi, quid oporteat agere laborantẽ, dicent omnino, neq; celabunt. Nec enim mortui sunt, sed uiuunt, atq; loquũtur. Sed febre detenta nõ attendit. Coge tu eam & ipsius rationem excita, accersi prophetas. Non est opus his medicis erogare pecunias, nec enim ipsi pro eis pecunias exigũt, neq; pro medicamentis, quæ componunt, in impendij te mittunt necessitatẽ, præter eleemosynam. In alijs autem & erogãt, ut quando modestè uiuere præcipiũt, intempestiuis & absurdis te liberant impensis, quum ab ebrietate abstinere, opulentiorẽ te faciunt. Vidisti

H medicorum artem cum sanitate pecunias quoq; tribuentiũ? eis igitur assides, & ægritudinis tuæ naturam ab eis disce. Puta, pecunias & auaritiã amas frequenter, sicut febricitãtes frigida: igitur audi quid admoneant: tanquã medicus enim tibi dicit, Si indulgeas cõcupiscentiæ, pisti, & hoc & illud sustinebis. Itidem
1.Tim.6b & Paulus, Qui uolũt diuites fieri, incidunt in tẽtationem, & desideria inutilia & damuosa, quæ demergunt homines in perditionem & mortem. Sed impa
Heb.10 c tiens es, ipsum audi dicentem: Adhuc modicum, ueniens ueniet, & non morabitur. Dominus propè est,
1.Cor.7.f nihil soliciti sitis. Et iterũ: Præterit figura mundi huius. Nec enim solũ imperat, uerũ & consolatur, tanquam medicus. Et sicut illi pro frigidis alia quædam excogitant, ita & hic concupiscentiam transfert: ait enim, Vis diues fieri? fias in operibus bonis, cupis thesaurizare? nõ prohibeo, sed in cœlis tantum. Et sicut medicus dicit, quòd frigida nocẽt dentibus, neruis, ossibus: itidem & ipse, breuius quidẽ tanquam breui tatem affectans, multo tamen manifestius, & efficacius. Radix.n. omnium malorũ est auaritia. Quid igi
1.Tim.6b tur tenẽdum est? & hoc dicit: Sufficientia pro auaritia: ait.n. Quæstus magnus sufficientia cum pietate.
Ibidem.c Si uero ægrẽ fers, & plura concupiscis, necdum omnia supflua proiicere sustines, & huiusmodi, dicit infirmo, & qualiter his utendum sit, ut qui gaudent in
1.Cor.7.e possessionibus, tanquã non gaudentes: & habentes, tanq; non habentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Vidisti qualia præcepit? Vis & aliũ post hunc medicũ adducam? Mihi certè placet, nec.n. sunt me dici, sicut corporũ, qui frequenter sibi æmulantes infirmũ demerserunt. At non hi. nam ad laborantium sanitatem, non ad propriam respiciunt ambitionẽ: igitur eorũ ne timueris multitudinem, unus in omnibus loquitur magister Christus. Aliam igitur uide rursum ingredientẽ, & grauia de hac ægritudine dicentem, imò uero magistrum per eũ: Non
Mat.6.d potestis deo seruire, & mammonæ. Ita est, inquit aliquis, & qualiter hæc erunt? Quomodo concupiscentiam relinquamus? hinc & hoc dicere licet. Et quomodo sciemus? audi eũ & hoc dicentem: Nolite thesaurizare uobis thesauros super terrã, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures pfodiunt & furantur. Vi-
Ibidem. des qualiter à loco, & à nocẽtibus, nos ab eorũ quæ sunt hic, concupiscentia deterrer, & affigit cœlo, ubi K
sunt omnia incõsumpta? Si diuitias enim illuc trãsuleritis, ubi nec ærugo, neq; tinea, neq; fures effodiunt & furantur, & hunc morbũ repelletis, & animam in magna cõstitutis opulentia. Præter dicta uero exemplum quoque in medium agit, quod te modestũ faciat. Et sicut medicus ægrotũ terrens ait, Ille frigida usus mortuus est: sic & ipse diuitem introducit laborantẽ quidem, & uitam, sanitatẽq; concupiscentem, sed uoti minimè cõpotem, eo quòd auaritiam sectatus fuisset, sed inanem repulsum. Et post hunc alium
Ibidem.a tibi rursum alius ostẽdit euãgelista, qui torretur, neq; guttã aquæ potest habere: mox ostẽdens, quòd facilia sunt mandata, ait: Respicite uolatilia cœli. cũ beMat.10.b niguus sit, neq; diuites despare permittit. Quæ nanq; sunt apud homines impossibilia, possibilia sunt apud deum, inquit. Quanuis enim diues sis, te medicus curare potest. Nec.n. occidunt diuitiæ, sed esse diuitiarum seruum, & auaritiæ amatorem. Et quomodo dives saluari potest, qui indigentibus cõmunia possidet? qualis erat Iob, & ex anima pluriũ eliminat cupiditatem, nec ullo pacto necessarium usum excedit: L
Luc.16.b ad hæc tibi demonstrat & hunc ipsum publicanum, qui auaritiæ uehementi febre detinebatur, citò liberatum. Quid.n. publicano dolosius? attamen homo factus est pauper, quòd medici legibus paruit. Tales etenim habuit discipulos his morbis laborantes, quibus & nos, & statim sanatũ eorũ quẽq; nobis ostendit, ne desperemus. Vide igitur hunc publicanũ, qui quadruplum quidẽ pro his quæ rapuit, reddere promisit, & oĩum quæ possidebat, dimidiũ, ut Iesum susciperet: at tu succenderis, & ardenter pecunias cõcupiscis. Habe quę sunt oĩum pro tuis, & his quæ quæris plus tibi do, inquit, tibi per orbẽ diuitum referans
Mat.19.d domos. Qui nanq; reliquerit patrẽ, uel matrem, uel agros, uel domũ, centuplum accipiet. Ita non modò plurium delectationem, uerũ & infestam hanc sitim penitus auferes, & oĩa facilè sustinebis: non tantum plura non cupiens, uerum neq; necessaria plerunque: ita Paulus esuriit, & magis gloriabatur, q̃ cum ducaret. Quoniam & athleta cũ certat & coronatur, discedere & in uoluptate esse non eligeret. Vel mercator maris uias aggressus in otio iam esse non mallet. M
Et nos itaq; si spirituales fructus, ut par est, gustauerimus, nil iã præsentem uitam existimabimus, ueluti quadã optima ebrietate, futurorum capti desiderio. Gustemus igitur, ut & presentiũ liberemur tumultu, & futuris bonis potiamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DE BENEFICIO, QVOD A NOBIS INDIGENTIBUS EXHIBETUR. ET DE VITA MONACHORUM, HOMILIA. LIX.

m Agna merces est dilectissimi, quòd aliqs & aliena dispensare possit. Non aũt tantũ dandi merces est, uerum & bene dispẽsandi quæ
Act.6.a dantur. Quare tu mercedem non arripis? Quòd.n. & hoc merces sit, audi. Statuerũt apostoli Stephanum cũ alijs in uiduarum ministeriũ. Vt tu sis tuorum dispẽsator, ipse te dei timor eligit & humanitas. Hoc & ab inani gloria liberatũ est, & animis requiẽ præstat, hoc manus sanctificãt, sensum humiliat & philosophiã docet, promptiorẽq; reddit, hoc te benedictiones accipe facit. Abit caput tuum oẽs à uiduis susci-

A piens benedictiones, in orationibus promptior efficieris. Exquire sanctos quoq; uiros, & uerè sanctos in desertis sedentes, qui medicare non possunt, deo uacantes. Vade longam uiam, eroga p temetipsum: multùm nanque per teipsum proficere poteris, si des. Vides tabernaculũ & tugurium, uides desertum, uides solitudinem? Frequenter pecunias daturus accedens totã animam dedisti, & detentus es, & illius captiuita
Eccle 7.a tis particeps factus, cum mundo simul peregrinatus es. Magnum opus est & pauperes uidere: ait enim, Bonum est in domum luctus intrare, q̃ in domum risus. Hinc excandescis, nam si pariter ridere suppetat, ad lasciuiam stimulũ accepisti: si uerò non suppetat, hausisti tristitiam. In luctus autem domo nihil huiusmodi, uerùm siue delicias non habeas, non doleueris: siue habeas, corripieris. Verè lugendi domus est monasterium, ubi saccus & cinis, & solitudo, ubi risus non est, neq; secularium turbela negociorum. Vbi ieiunium, & stratum humi cubile, omnia pura à nidore, cruoribus, tumultu, perturbatione & uexatione, portus est
B tranquillus, sunt tanq; faces ab excelso loco procul adu enientibus trahentes, in portu sedentes, & omnes ad suam habentes tranquillitatem, neq; sinentes fieri naufragia ad se respicientibus, eò contuentes in tenebris non permittentibus uersari. Ad eos abi, hospitare, accede, sanctos tãge pedes. Multo nanq; honestius est illorum pedes tangere, q̃ aliorum caput. Dic.n. mihi, siquidem statuarum pedes apprehendunt, quoniã tantum regiam habent figuram: tu ipsum habentem in seipso Christũ non pedibus tenebis, & saluus eris?
1.Ti.5.b Sancti sunt pedes, licèt uiles sint, inquinatorum uerò neq; caput uenerandum est. Sanctorum nanq; pedes magna potuerunt, quamobrem & ulciscuntur, cùm pedibus puluerem excusserint. Cùm sanctus sit apud nos, nihil eius nos confundat. Sancti uerò sunt oẽs, quotquot cum uita rectam fidem habent: licèt signa non faciant, licèt dæmonas non eijciant, sancti sunt. Si sanctorum, inq̃t, pedes lauit: Sicut.n. à terra in cœlum, sic est ad uiri sancti confugere monasterium. Non illic ea uides, quæ domi. Ab omnibus est mundus ille locus, silentium, & quies multa: Meum & tuũ
C ibi non est. Si uerò unum uel alterum ibi diem manseris, tunc plus senties uoluptatis. Dies lucescit, immo uerò ante diem gallus cantauit, & nõ sicut domi, sterunt serui, ianuæ clausæ, omnes mortuis similes sunt dormientes, mulio tintinabula cõcutit. Illic huiusmodi nihil, sed omnes statim cum reuerentia somnum deponentes exurgunt, excitante eos prælato, & consistunt sanctum constituentes chorum, & statim manus extendentes, sacros hymnos decantant. Non.n. sicut nos, multis egent horis, ut somnum excutiant, & grauedinẽ capitis. Nos.n. simul ac excitati sumus, & multùm sedemus nos distendentes, ad necessitatẽ abimus, mox faciem abluimus & manus, post hæc indumenta sumimus & calceamenta, & multum absumitur temporis. Illic uerò tale nihil, nemo seruum uocat, sibi quisq; sufficit, non multis eget indumentis, non opus est somnum excuti, sed simul ac oculos aperuit, illi qui iandudum excitatus fuit, similis est propter sobrietatem. Cùm.n. cor cibis minimè grauatum non deorsum mergatur, non indiget multi tẽporis, ut se referat: sed statim est in solertia, mundæ manus, somnus.n. est ordinatus. Nullus ibi stertentes audit, ut anhelantes. Nullus se per somnum uertentem uidet, nullus se denudantem, sed dormiunt, uigilantibus iacentes honestius. Hoc autem totum D
ex animæ compositione procedit. Hi uerè sancti, & inter homines angeli. Multus.n. dei timor in profundum mergi somnum non sinit, & animam obruere, sed in superficie accedit ipsos tantùm requiescere faciens. Talia ipsorũ & somnia non phantasijs & monstris plena: sed, ut dixi, post quam gallus cantauit, statim ueniens prælatus, & pede solũ simpliciter cædẽs, omnes excitauit: nec enim nudos illic fas est dormire. Mox statim surgentes stant hymnos cantãtes propheticos multa cum uocis cõsonantia, cum aptè cõpositis concentibus. Neq; cithara, neq; fistulæ, nec ullum aliud musicum instrumentum talem emittit uocem, qualem audire licet in profunda quiete & solitudine, sanctis cantantibus illis. At & ipsa cantica commoda, & in deum charitate plena. In noctibus, inqt, Psa.133.a extollite manus uestras ad deum. Et de nocte uigilabit spiritus meus ad te deus, quoniã lux præcepta tua super terram. Et Dauitica cantica multos mouentia fontes lachrymarum. Quippe cũ cantet, dicens: Labo- 1bid.6.b rauai in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. E
Et iterum: Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterũ: Quid est homo, quia innotuisti ei: aut 1bi.101.b
filius hominis, qa reputas eum? Homo uanitati simi- 1bi.143.a
lis factus est, & dies eius sicut umbra prætereunt: &, 1bi.48.d
Ne timueris cũ diues factus fuerit homo, uel cũ multiplicata fuerit gloria domus eius. Et rursum: Qui ha- 1bi.67.a
bitare facit unius moris ĩ domo. &, Septies in die laudaui te super iudicia iustitiæ tuæ. Et iterũ: Media no- 1bi.118.x
cte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iusti- 1bidem.b
tiæ tuæ. &, Deus redimet animam meam de manu in 1bi.84.d
feri. &, Si ambulauero in medio umbrę mortis nõ ti- 1bi.22.a
mebo mala: quoniã tu mecũ es, Et iterum: Non timebis à timore nocturno, à sagitta uolãte in die, à negocio perambulãte in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano: &, Aestimati sumus tanquã oues occisionis. 1bi.90.a
Quoniã & cum angelis cantant: nam & angeli tunc 1bi.43.d
canũt, Laudate dominum de cœlis: nobis hiantibus, 1b.148.a
& nos scalpentibus, stertentibusq;, uel supinis negligẽter iacentibus, & innumeras cogitantibus fallacias. Quanti est eos in hoc totã noctem insumere? Cũ uerò dies iam lucerere debet, tum requiescunt: & cùm F
nos incipimus opera, illi tempus habẽt quietis. Facto autem die quisq; nostrum alterum uocat, egressorũ rõnem agit, in forum educit, assistit magistratui, tremiscit, & pœnas metuit. Alius in tabernaculo, ad suũ alius opus. Illi uerò cũ rursum matutinas orationes celebrauerint & hymnos, ad scripturarũ lectionem conuertuntur. Sunt aũt & qui libros transcribere docti, assignatum quisq; sumẽs habitaculũ, semper agit quietẽ, nugante nemine, nemine quicq̃ dicente. Tertiam, sextã, nonam & uesptinas orationes celebrant. Et in quatuor partes diẽ dispartiti, dũ singulæ partes implẽtur, psalmodijs & hymnis deũ uenerãtur. Omnibus aũt prandentibus, ridentibus, lugentibus, & in gluuie se disrumpentibus, hymnis hi uacant. Nusquã mensæ tẽpus, nusquam sensibilium horum. Rursum post prandium eadem continuantur, postq̃ se prius somno dederint. Itaq; mũdani quidẽ & die dormiũt, illi uerò & nocte uigilãt, uerè lucis filij sunt. Tum illi multo circa somnum tempore consumpto, grauati procedũt: hi uerò sunt adhuc sobrij, sine cibo manentes, & hymnis uacantes. Vespere rursum facto, illi quidem balnea petũt, & remissiones: hi uerò se labo-

G ribus absoluentes tunc mensam petunt, non seruorũ excitantes multitudinem, neq; domum circuncursantes, neq; tumultuantes, neq; lautos apponentes cibos, & nidorem exhalantes: sed hi quidem cum sale panem, hi uerò & oleum adiungentes. At alij quicunque sunt infirmiores, olera quoq; habent atq; legumina. Deinde parum sedentes, uel potius hymnis omnia concludentes, in suo quisq; lectulo requiescunt, ad solum somnum, non delicias comparato. Nõ est principũ illic metus, non est dominorum insolentia, non est seruorũ timor, non mulierum tumulrus, non est puerorum pturbatio, non arcularum multitudo, neq; superflua uestium repositio, non aurum, non argentum, non sunt custodię, non cellarium, non aliud quicq̃ huiusmodi: sed omnia sunt oratione plena, hymnis omnia, omnia spirituali fragrantia, nihil ibi carnale. Latronum non timent insidias, nec.n. habent quo spolientur, pecuniæ nõ adsunt: corpus est & anima, si hac priuentur, iacturam non faciunt, sed proficiunt. Mihi nanq; uiuere Christus, inquit, & mori lucrum. Sic.n. uerè uinculis absoluuntur, Vox exultatio
H nis in tabernaculis iustorum. Nunquam illic ululatus
Phili.1.c audiri potest, nunquam deploratio, mundum est ab
Psa.117.b huiusmodi molestijs tectum, ab hoc purum clamore. Moriuntur quidem & ex eis aliqui, non.n. sunt immortales corpore, sed morientes nesciunt mortem: hymnis defunctos prosequuntur, honorẽ hoc appellant, nõ funus. Et si nunciatum fuerit, quòd ille mortuus est, multum ubique lætitię, uoluptatis multum: quin uerò nec ullus audet dicere, ille mortuus est: sed, ille consummatus est. Tum gratiarũ actio, lętitia, gloria multa, unoquoq; talem habere finem orante, ita certamen hoc exire, à laboribus & certaminibus quiescere, uidere Christum. Et siquis ægrotat, non lachrymæ, non luctus, sed rursum orationes, non medicorum manus, sed sola frequenter fides ægrotum liberauit: si uerò medicis opus sit, multa & hic modestia, tolerantia multa. Non adstat mulier crines soluens, neq; pueruli nondum factam orbitatem deplorantes, neq; serui expirantem deprecantes, ut in tuto cuipiam se commendet: sed ab omnibus his anima liberata, duntaxat extremã considerat expirationem,
I ut deo migret amica. Si uerò morbus accidat, ex ingluuie non accidit, nec ex capitis grauedine. Quin & hæ morborum causæ sunt laudibus plenę, non accusatione, sicut illæ. Nam uel uigilię, uel ieiunij nimietas, uel aliquid hmõi morbos inducit, ex quibus & facilè liberantur. Satis.n. est non amplius similiter laboran
tem omnibus esse molestijs liberatum. Quid dicis igi
1. Ti.5.b tur, inquit, mihi? Si sanctorum pedes lauit, licet & in ecclesijs tales inuenire. Non.n. quoniam illorum uitã enarrauimus, ecclesiasticos contemnimus. Multi plerunque tales & in medijs sunt ecclesijs, sed in secreto. Non.n. quoniam domos circumeunt, neq; quoniam in forum se conferunt, neq; quoniam prędident, ipsos contemnimus, & hoc deus præcepit: ait.n. Iudicate
Psal.81.a pupillo, & defendite uiduam. Multæ uirtutis semitæ, sicut & multa margaritarum differẽtia, cùm omnes margaritę uocentur: sed hæc quidem est lucida, & undiq; rotunda, alia uerò hanc quidem non habet pulchritudinem, sed alteram. Quam autem hanc? Sicut ex quadam arte corallium productam habet lineam & angulos tornatos, & alium alibi coloris amœniorem: hæc autem rursum uiridem omni uiriditate gratiorem, alia sanguinis floridum ruborẽ exhibet, alia mari magis cœrulea, alia purpura coruscantior, alios K
multos flores & Solis colores quispiam inueniret: tales & sancti, hi quidẽ semetipsos exercent, hi uerò & ecclesias curant. Si sanctorum, inquit, pedes lauit, si tribulatis subministrauit. Curamus ad opus, ut illic gloriari possimus, quòd sanctorum lauimus pedes. Si pedes ipsorum oportet lauare, multò magis & de manu pecunias eis erogare. Nesciat, inquit, sinistra tua, quid agat dextera tua. Quid innumeros testes assu-
Matth.6.b mis? neq; seruus sciat, si fieri potest, nec uxor. Multa fraudulenti scandala, frequenter quæ nihil unq̃ impediuit, tunc impedit, uel ex inani gloria, uel alia re qua piam. Quoniam & Abraham licèt admirabilem haberet uxorem, filium oblaturus latuit, quanuis futurum ignoraret, sed omnino se credens occisurũ. Quid igitur dixisset, si fuisset unus de multis? Quis est hic talia faciens? Nõne crudelitatis & rusticitatis eum accusasset? Neq; suum uidere filium uxor habita digna est, neq; supremam uocem audire, neq; palpitantem conspicari, sed tanq̃ captiuum sumens sic abducebat. Sed horum nihil ille iustus excogitauit, ebrius desiderio: nihil.n. aliud intuebatur, nisi quo mandatum implereret. Neq; filius illic erat, nec uxor, immo uerò nec ipse futurum sciebat. Ita per omnia purum offerre sacrificium studebat, non lachrymis, non contradictione polluere. Et ait ad eum Isaac: Ecce ligna & ignis, ubi
Gen.22.d est uictima holocausti? Quid itaq; pater? Deus prouidebit sibi uictimam in holocaustum fili. Dicitur quidem hoc & prophetia, quòd filium prouidebit sibi in haulocaustum, & simul & tunc euasit. Quid & ipsum celas? Dic immolandũ. Profecto, inquit, timeo, ne langueat, timeo ne non dignus inueniatur. Videsqualiter omnia cum diligentia gerebat? ut dicit scriptura, Nesciat sinistra tua, qd faciat dextera tua: hoc est, licèt tanq̃ proprium membrum aliquem habeamus, ipsi monstrare ne studeamus, nisi necesse sit: nã hinc multa nascuntur mala. Ad inanem gloriam quis tollitur, plerunq; fit impendimentum. Et nosipsos si fieri põt, lateamus, ut promissa bona consequamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor, & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. M

DE SVMENTIBVS INDIGNE DIVINA *& sancta mysteria. Hom. lx. Ex Matthæo.*

Sicut ad perfectionem nostram, dilectissimi,
ſ promptitudo nostra nõ sufficit, nisi superno potiamur fauore: ita nihil à superno lucrabitur auxilio, si promptitudo defuerit: & hæc utraq; ludas ostendit & Petrus. Ille nanq; multo potitus adiutorio, nihil profecit, quoniam noluit, neq; quod suũ erat, exhibuit: hic autem & ualde promptus, postq̃ nullum nactus est auxilium, cecidit. Ex his duobus enim uirtus texitur. Quamobrem exhortor, ut neq; totum deo dimittentes dormiamus, neq; studentes nos proprijs laboribus totum efficere putemus. Nec enim nos esse supinos uult deus, propterea non ipse totum operatur: nec uult esse superbos, & ideo totum nobis non concesit: sed utriusq; tollens nocumentum, nobis utile reliquit. Propterea & apostolorum principem cadere pmisit, eum ita demissum reddens, & deinceps ad maiorem præparãs charitatem. Cui nanq; plus, inquit, dimissum fuerit, magis amabit. In omnibus itaq; deo pareamus, neq; contradi-
Luc.7.b camus.

A camus: licet cogitationibus nostris aduersari uideatur & oculis, qd dicitur: sed sit & cogitationibus & ui su dignior ipsius sermo, sic & in mysterijs agamus. Nec solũ prę oculis posita respiciamus, sed ipsius uerba cõtineamus. Ipsius enim sermo infallibilis, sensus autem noster seduci facilis: ille nunq̃ decidit, hic autem ut plurimum errat. Quoniam igitur uerbum dicit, Hoc est corpus meũ: & pareamus & credamus, &
Mat.26.c intellectualibus ipsum oculis intueamur. Nihil enim
Mar.14. sensibile nobis Christus tradidit, sed res qdem sensi-
& Luce. biles, omnes autem intelligibiles. Itidem & in baptis-
22.b mate, per rem nempe sensibilem aquam, donũ confertur: intelligibile uero, quod pficitur, generatio & renouatio. Si.n. incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona: sed quoniã anima corpori conserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet. Quod nũc dicunt, uellem ipsius formam aspicere, figuram, uestimẽta, calceamenta. Ecce eum uides, ipsum tangis, ipsum manducas. Et tu quidẽ uestimenta uidere cupis. Ipse uero tibi concedit, non tantum
B uidere, uerum & mãducare, & tangere, & intra te su-
Exo.12.b scipere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, oẽs accensi, omnes feruentes & excitati. Nam si Iudæi stantes, & calceamenta manibus gestãtes & baculos: agnũ cum festinatione comedebãt: te multo magis oportet esse solertem. Nã illi quidem in Palæstinam erant prodituri, & propterea uiatorũ figuram habebãt: tu uero debes in cœlum migrare, qua propter in oibus oportet te uigilare. Nec enim parua pœna proponitur indignè sumentibus. Considera quantum aduersus proditorẽ indignaris, cõtra eos, qui crucifixerunt: itaque considera, ne tu quoque sis reus corporis & sanguinis Christi. Illi sanctissimum corpus iugularunt, tu uero polluta suscipis aĩa post tot beneficia. Nec.n. satis fuit, homo fieri, colaphis cędi, & iugulari: uerũ & semetipsum nobis cõmiscet, & nõ fide tantum, uerũ & ipsa re nos suum efficit corpus. Quo nõ oportet igitur esse puriorem, tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorẽ manum, carnem hanc diuidentem: os quod igne spirituali repletur, linguam quæ tremendo nimis sanguine rubescit. Cogita, quali sis insignitus honore, qua-
C li mensa fruaris: quod angeli uidentes horrescũt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde
Psa.103a splendorẽ, hoc nos pascimur, huic nos unimur, & sancti sumus unum Christi corpus, & una caro. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor? matres multæ sunt, quæ post partus dolores, filios alijs tradunt nutricibus: hoc aut ip se nõ est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per oĩa nos sibi coaugmentat. Et qd bene considerandũ est, natis inde nostra substãtia. At nihil hoc ad singulos, inquiũt, licet ad oẽs. Nam si ad nostram
1. Cor.12. uenisset naturã, clarum est, quòd ad omnes: si uero ad omnes, & ad unumquenque. Et qũo non omnes lucrati sunt hoc lucrum? inquiet aliquis. Hoc nõ propter eũ, qui hoc pro omnibus cepit, sed propter nolentes. Vnicuique fideliũ semetipsum per mysterium cõmiscet, & quos genuit, per semetipsum enutrit, nec alteri tradit, & hoc tibi rursum persuadens, quòd carnem tuã assumpsit. Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati. Nonne uidetis ẽta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia uberibus infigunt: accedamus cum tanta nos quoque ad hanc mensam, & uber spiritualis poculi: D
quinimo cum lõgè maiori trahamus tãquam infantes lactanei, spiritus gratiam, & unus sit nobis dolor hac esca priuari. Non sunt humanę uirtutis opa proposita: qui tunc ipsa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoq; facit. Nos ministrorum tenemus locũ: qui uero sanctificat ea, & imutat, ipse est. Nullus itaque Iudas adsistat, nullus auarus. Siquis est discipulus, adsit. Nam tales mensa non suscipit: ait enim, Cum discipulis meis facio pascha. Hæc est illa mensa, & minus *Mat.26.b*
nihil habet. Nõ enim illam quidem Christus, hãc autem homo perficit, uerum & hanc ipse quoque. Hoc illud cœnaculum, ubi tunc erant. Hinc in oliuarum montem illi prodierũt, prodeamus & nos ad manus pauperũ. Hic enim mons oliuarum locus: oliuę sunt etenim plãtatæ in domo dei, pauperum multitudo, destillantes oleum illic nobis utile, quod quinq; uir-
Ibid.25.c gines habuerunt: aliæ uero hic non capientes, perierunt. Hoc sumẽtes introeamus, ut luminosis lampadibus sponso occurramus, hoc sumentes hinc exeamus. Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo prorsus imundus, hæc ad communicantes dico, & ad uos ministrantes. Nam & ad E
uos sermonem conuertere necessarium est, ut multo cum studio hæc dona distribuatis. Nõ parua uobis imminet ultio, si quẽ cuiuspiam conscium nequitiæ, huius mẽsæ participem esse concedatis, sanguis eius de manibus uestris exquiretur. Siue quis dux militię, siue pfectus, siue princeps diademate coronatus: indignè autẽ accedat, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Tu uero si tibi quidem aquæ fons traditus fuisset purus gregi custodiendus, & pecudẽ multum ore fimum habentem uidisses, deorsum inclinari non permisisses, & fluentũ turbare: nunc uero non aquę, sed sanguinis, & spiritus fontem habens creditum, & cœno fœdius habẽtes peccatum uidẽs accedentes, non indignaris, nec arces, & quam cõsequeris ueniam? Propterea uos deus hoc insigniuit honore, ut talia discernatis. Hoc uestra dignitas est, hoc securitas, hoc omnis corona, non ut albam & splendentem tunicam circumeatis induti. Et unde, inquit, noui illum & illum? Non de ignotis, sed de notis loquor. Dicam aliquid terribilius. Non tam gra- F
ue, energumenos intus eẽ, quàm istos, ut ait Paulus, *Heb.10c*
ut Christũ conculcent, & sanguinem testamẽti communem existiment, & gratiam spiritus afficiant contumelia. Dæmoniũ enim patiẽte peior est, qui postquàm peccauit, accedit. Verum & tu laice, cum sacerdotem uideris offerentem, ne ut sacerdotem esse putes hoc faciẽtem, sed Christi manum inuisibiliter extensam. Sicut enim cum baptizaris, ipse te non baptizat, sed deus est, qui tuum caput inuisibili potentia continet, & nec angelus, nec archangelus, nec ullus alius accedere & tangere audet: ita nunc quoque cum deus regenerat, ipsius est solius donum. Nõne uides eos, qui fiunt hic filij, quomodo non seruis opus demãdant, sed ipsi adstant baptisterio? Itidem & deus non angelis munus mãdauit, sed ipse iubens adest & dicens: Nolite uocare patrem super terram: non ut parentes honore priuet, sed omnibus illum *Mat.23.b*
præponẽs, qui te fecit, & inter suos conscripsit filios. Qui nanq; plus dedit, hoc est, seipsum apposuit: multo magis & corpus tibi tradere nõ dedignabitur. Audiamus igitur & sacerdotes & subditi, quali esca facti sumus digni: audiam⁹ & horreamus, sanctis carnibus

G suis nos dedit impleri, semetipsum appositum immolatum. Quæ nam igitur erit nobis excusatio, cum talibus pasti talia peccemus, cum lupi fiamus agnũ comedentes, cum tãquam oues pasti, more leonum diripiamus? Hoc enim mysterũ non à rapina tantum, uerum & ab omni uel tenui inimicitia purũ esse penitus iubet: est enim pacis. Mysterũ hoc pecunias acquirere non pmittit, si enim ipse sibi propter nos nõ pepercit, quid meremur pecunijs parcentes, & aiam negligentes, pro qua ille sibi non pepercit? Itaque ludæis quidem annuatim propriorum monumẽta beneficiorũ solennitates deus alligauit: tibi uero (ut ita dicam) per singulos dies, per hęc mysteria. Itaque ne crucem erubescas: hęc enim sunt insignia nostra, hęc nostra mysteria, hoc ornamur dono, hoc decoramur. Et si dixero, quòd cœlũ extendit, & terram explicuit & mare, prophetas & angelos misit, nihil æquale dicã: hoc est enim bonorũ caput, quoniam filio suo non pepcit, ut seruos alienatos saluaret. Nullus itaq; ludas hanc mensam petat, nullus Simon. Hi nanq; duo propter auaritiã petierunt: hoc igitur baH rathrũ fugiamus. Neque satis nobis esse existimemus ad salutem, si uiduis & pupillis expilatis aureum calicem & gemmatum mensę offeramus. Si uis enim honorare sacrificiũ, offer animam, propter quam & immolatus est, hãc fac auream: si uero plũbo maneat & testa deterior, uas autem aureum, quid utilitatis? Itaq; ne hoc consideremus, ut aurea uasa dũtaxat offeramus, sed ẽt ut ex iustis laboribus: hæc enim sunt & aureis preciosiora, quæ auaritia carent. Nec enim aurificina est, aut argetaria officina ecclesia, sed angelorum concio, propterea nobis opus est animis. Nam & hæc deus propter animas acceptat. Nõ erat illa mensa tunc ex argento, nec aureus calix, ex quo sanguinem proprium Christus suis dedit discipulis: preciosa tamẽ erant illa omnia & tremẽda, quoniam erant spiritu plena. Vis Christi corpus honorare, ne nudum eum despicias: nec eũ hic quidem sericis honores uestibus, extra uero gelu & nuditate pereuntem contemnas: Qui nanque dixit, Hoc est corpus Mat.26.c meũ, & uerbo factum confirmauit: hic & dixit, Esu Ibid.25.c rientẽ me uidistis, & non pauistis me. Et inquantum I non feciſtis huic ex his minimis, neq; mihi feciſtis. Hic quidẽ non eget uestimentis, sed anima munda, illud autem magna diligentia. Discamus itaq; philosophari, & Christũ, prout ipse uult, uenerari. Honorato nanq; iucũdissimus honor, quem ipse uult, nõ quem nos putamus. Nam & se Petrus eum honorare putabat, cum sibi pedes eum lauare prohiberet, Sed non erat honor, quòd agebat, sed contrariũ: itidem & tu hoc eũ honore, quem statuit prosequere, diuitias expendens in pauperes. Nec.n. aureis uasis deus eget, sed aureis animabus. Et hæc dico, non prohibẽs huiusmodi oblationes fieri, suadens aũt, cum his & ante has eleemosynã exhiberi. Siquidem & hęc suscipit, sed illã multo gratius. Nam hic quidẽ offerens solus utilitatem capit, illic autem & accipiens. Hic opus esse uidetur & ambitionis occasio, illic autẽ eleemosyna totũ, & humanitas est. Quæ nam utilitas est cum ipsi mẽsa sit aureis calicibus plena, ipse uero fame dispereat? Ipsum satura prius exurientẽ, & tunc ex abundantia ipsius quoq; mensam orna. Aureum facis calicem, nec frigidæ aquæ calicẽ porrigis: & quid utilitatis aurea pallia mensæ parare, ipsi uero ne necessarium qdem indumẽtum præbere? Quod ex hoc lucrum est? Dic enim mihi, si quem necessario cõspicatus egere nutrimẽto, famem ipsi soluere prætermittens, argento mensam operire tantũ studuisses, nunquid tibi gratias habuisset, non magis uero fuisset indignatus? Quid uero si pãnis indutum conspiciens, & gelu fixum, omittens ei dare uestimentum, aureas comparasses columnas, in eius dicẽs honorem fieri: nónne te dixisset ironicè loqui, & hanc extremã putasset contumeliam? Hoc & in Christo cogita, cũ uagus & peregrinus indigens tecti circumeat, tu uero prætermittens eũ suscipere pauimentum & parietes ornas, & colũnarum capita. Et argenteas quidem catenas ad lucernas suspendis, ipsum autem in carcere uinctũ ne uis quidem uisere. Et hæc dico, non prohibẽs in his gloriari: sed hæc cum illis, quin potius ante illa cõmonens fieri: de his nanque non factis accusatus unquã est nemo, pro illis autem & gehenna intẽtata est, & ignis inextinctus, & cum dæmonibus ultio. Noli itaq; domum exornans fratris angustiam despicere, hic enim est illius templum uerius: & has quidem possessiones & infideles reges & tyrãni & latrones auferre potẽrũt, quotquot autem in fratrem L contuleris esurientẽ, uel peregrinantem, & nudum, Mat.25.d neq; diabolus tollere potent, sed in thesauro reponẽtur intemerato. Quid igitur ipse dicit. Paupes semper habetis uobiscum, me autẽ non semper habetis? Propterea nãq; præsertim oportet misereri, quoniam eum non semper habemus esurientem, sed in præsenti duntaxat uita. Si uero uis & oẽm dicti sententiam intelligere, audi quòd nõ hoc ad discipulos dictum est, licet ita uideatur, sed ad mulieris infirmitatẽ. Quoniam enim adhuc imperfectius erat affecta, ipsam autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat. Et Ibid.26.d quòd eam consolans hæc dixit, clarum est ex eo, qd statim intulit: Quid molesti estis huic mulieri? Quoniam quòd & ipsum semper nobiscum habeamus, uide quid dicat: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ex quibus omnibus patet, quòd nõ ob aliud hęc dicebantur, nisi ut mulieris fidẽ tunc germinantẽ discipulorum increpatio nõ tabefaceret. Ne nũc igitur hæc in M mediũ proferamus, quæ propter quãdam dicta sunt dispensationem. Sed omnes leges tam noui, q̃ ueteris testamẽti de eleemosyna ab ipso promulgatas legentes, multum huius rei studiũ geramus. Hoc enim Luc.xij & peccata purgat: ait enim, Date eleemosynã, & om Ose.6.b nia uobis erunt munda. Hoc sacrificio maius est. Mi Act.10.d sericordiam enim uolo, & non sacrificium: hoc cœlos apit. Orationes.n. tuæ & eleemosynæ tuę ascenderunt in memoriam in cõspectu dei. Hoc uirginitate magis necessarium. Sic enim ex nuptiali thalamo Mat.25.d iectæ fuerũt illæ, sic ingressæ sunt aliæ: quæ conside rantes omnia, largè seminemus, ut cum maiori metamus abundãtia, & futuris fruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

DE SACRORVM PARTICIPATIONE *mysteriorum: & quòd communicare nolens, nec orationi dignus est interesse.* Homilia. LXI. *ex Ioannis euangelio.*

n Ec essariũ est dilectissimi mysteriorũ discere miraculũ, quid tandẽ sit, & quare sit datum, & quæ rei utilitas. Vnũ corpus sumus Ephes.4.d

A & mẽbra, ex carne eius, & ex ossibus eius. Sequamur autem initiati, quæ dicũtur. Vt itaq; non tantùm per charitatem hoc fiamus, uerùm & ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis, uolens ostendere desideriũ, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, ut unum quid efficiamur, tanq̃ corpus capiti coaptatum: ardenter.n. amantium hoc est. Hoc itaq; Iob insinuans dicebat Iob. 31. d de seruis, quibus erat supra modum desiderabilis, qd desiderium ostendentes dicebant: Quis dederit nobis ex carnibus eius impleri? Propterea quidẽ & Christus id fecit, in maiorum nos inducẽs charitatem, & suum erga nos ostendens desiderium, non tantùm se præbens cupientibus uidendum: sed & palpãdum & comedendum, & carni dentes infigere, & coimplicari, & omne desiderium implere. Tanq̃ leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrum mente reuoluentes, & charitatem, quam nobis exhibuit. Nam parentes qui dem alijs sæpe filios tradunt alendos: ego autem, inB quit, non ita, sed carnibus meis alo, meipsum uobis appono, uos omnes generosos esse uolens, & bonas uobis prætendens de futuris expectationes: quippe qui uobis hìc meipsum trado, multò magis in futuro. Volui frater esse uester, carnem pp uos & sanguinem assumpsi. Vobis uicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus uester factus sum, trado. Hic sanguis floridam nobis reddit regiam imaginem hic decus indelebile, hic animæ generositatem tabescere non permittit, eam irrigans iugiter, & nutriens. Nam ex cibis quidem sanguis in nobis nascens, non statim hoc efficitur, sed aliud quiddã: hic aũt nõ ita, sed statim aiam irrigat & magnam inducit quãdam uirtutem. Hic mysticus sanguis dæmonas quidẽ expellit, & procul esse facit: ad nos autẽ angelos uocat, & angelorum dominum. Vbi nanq; dominicum uiderint sanguinem, dęmones quidem fugiunt, cõcurrunt autem angeli. Hic sanguis effusus omnem terraHebr. 9. & seq. rũ orbem abluit. Multa de hoc sanguine beatus Paulus in epist. ad Heb. sapiẽter disseruit. Hic sanguis adyta mundauit & sancta sanctorũ. Si uerò figura ipsius C tantam habuit uirtutem & in Hebræorum templo, Exo.12.d & in Aegypti medio superliminaribus inunctis: multò magis ueritas. Hic sanguis aureum altare sanctificauit, sine hoc pontifex adyta non audebat intrare. Leu.16.c Hic sanguis sacerdotes creabat, hic in figuris peccata purgabat. Si uerò tantam habebat uim in figuris, si mors umbram ita perhorrebat: quomodo ueritatẽ ipsam, quæso, non timuerit? Hic est salus animarũ nostrarum, hoc abluitur anima, hoc adornatur, hoc inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendidiorem, hic auro clariorem animam facit. Hic sanguis effusus est, & cœlum fecit accessibile, horrẽda. s. ecclesiæ mysteria, horrendum altare, Ascendebat ex paradiso fons fluuios emittẽs sensibiles. Ex hac mensa fons ascendit, spirituales emittẽs fluuios. Apud hũc fontem plantatæ nõ infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cœlum peruenientes, fructũ habentes semper maturum, & immarcescibilem. Siquis æstuat, ad hunc ueniat fontem, & æstum refrigeret: nam & siccitates resoluit, & cuncta refouet inflammata, non à Sole, sed iaculis ignitis: supernè enim principium habet, & inde radicem unde & deriuatur. Multi fontis huius riui, quos emittit paracletus, & mediator filius

efficitur, non ligonem habens, & uiam præparans, D sed nostrũ aperiens affectũ. Hic fons est, ueritatis radios effundẽs, fons luminis. Huic & supernæ potestates assistunt, in fluentorum respiciẽtes decorem: quoniã & illæ nobis manifestius propositorum uirtutem speculantur, & inaccessibiles admirantur splendores. Sicut.n. auro liquescente, siue manum, siue linguam aliquis immittat, eam statim auream reddit: ita & hìc proposita pretiosam reddunt animam. Efferuet quidem fluuius & igne uehementius, sed non comburit sed tantùm baptizat, quicquid acceperit. Hic sanguis antea semper præsignabatur in sacrificijs, in iustorũ cædibus. Hic terrarũ orbis est pretium, hoc Christus emit ecclesiam, hoc eam omnem adornauit. Sicut.n. homo seruos emens aurum erogat, & rursum eos ornare uolens, id auro fecit: sic & Christus, & sanguine nos emit, & ornauit sanguine. Huius sanguine participes cum angelis & archangelis, & supernis manent uirtutibus, ipsam Christi regiam induti stolam, & arma gerentes spiritualia. Sed nondum quicquam dixi, ipsum.n. induti sunt regem. Sed sicut est magnum & admirabile, ita si cum puritate quidem accesseris, ad E salutem accesisti: si uerò cum mala conscientia, ad pœnam & ultionem. Qui.n. manducat, & bibit indi- 1.Co.11.g gnè, iudicium sibi manducat, & bibit. Nam si regiam cõtaminantes purpuram similiter puniuntur, sicut & discindentes: nõ est uero dissimile, domini corpus impura mẽte susci pientes, eandẽ subire uindictam cum his, qui clauis ipsum discid erunt. Vide certè, q̃ terribilem Paulus ultionem ostendit, dicens: Irritam quis sa ciens legem Mosi, absq; miserationibus coràm duo- Heb.10.c bus uel tribus testibus moritur: quãtò peiori putatis dignus censebitur ultione, qui filium dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Attẽdamus itaq; nobisipsis dilectissimi, talibus fruẽtes bonis: & cùm aliquid turpe dicere uoluerimus, uel nos ab ira corripi uiderimus, uel alio quopiam hmõi uitio, cogitemus quibus facti sumus digni, & sit irrationalium nobis motuum correctio, talis cogitatio. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur, quotquot sanguinẽ degustamus, cogitemus, quòd illum sursum sedẽtem, qui ab angelis adoratur, incorruptibili uicinus uirtuti, hunc F degustamus. Hei mihi, quot ad salutẽ nobis uiæ? Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, & horũ nos nihil à malis auertit. O tenebras, & profunditatẽ magnam. O indolentiam. Quæ sursum Coloss.3.a sunt, inquit, sapite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Et post hæc omnia quidam pecuniarum curã gerũt, quidam gloriam ambiunt, ab alijs alij capiuntur cupiditatibus. Nõne uidetis, quòd & in corpore nostro quęcunq; quidem inutilia sunt & superflua, re secantur & præcidũtur? Et nihil prodest, quòd ex corpore sint, cum debilitata, cùm mortua, cùm tabefacta sint, & reliquo noceãt. Ne cõfidamus itaq;, quòd semel ex corpore facti simus: si uerò corpus cùm naturale sit, tamen præciditur, nisi uoluntatis opera mã serint: quid graue non patietur, cùm huius nutrimenti partẽ non capiat corpus? cũ uiæ fuerint obstructę, tunc mortificatur: cũ fistulæ, tunc debilitatur: itidem & nos, cũ aures obturauerimus, caro nostra debilitatur: cùm spirituale nutrimentum non hauriamus, cũ nequitiæ q̃dam pro corruptis succis nos uastent, hęc omnia morbum pariũt, morbum grauem, morbum tabem gignentem. Et iam illius ignis indigebit, per

G medium opus habebit diuidi. Non enim cũ tali corpore Christus in nuptialẽ thalamũ ingredi patitur: si sordidas uestes indutũ abduxit & eiecit, corpori sordes aggregãtem quo non afficiet? quid non inferet? Multos uideo domini corporis participationẽ temerè sumẽtes, ut à cæsu, & consuetudine potius & lege, q̃ cogitatu & mente. Si superueniet, inquit, sanctæ tempus quadragesimæ, qualiscunq; sit aliquis, mysteria sumit. Si superuenerit Epiphaniorum dies, licèt tempus aduentus, uel epiphania, uel quadragesimæ, dignos accedere nõ facit: sed aiæ synceritas, & puritas. Cum hac igitur semper accede, sine hac nunq̃. Ait.n.

1.Co.11.f Quotiescunq; hoc feceritis, mortem domini annunciabitis: hoc est, facietis commemorationem salutis uestræ, beneficij mei. Cogita qui sacrificij participes ueteris erant, quanta utebantur continentia, quid nõ faciebant, quid non agebant? semper expiabantur. Tu uerò petens sacrificium, quod horrent & angeli, temporum circulis rem definis. Et quomodo Christi assistes tribunali, scelestis manibus & labijs ipm corpus impetẽs? Et fœtente quidem ore tuo regem oscu

H lari non eligeres: regem uerò cœli fœtẽte anima deoscularis? Factũ hoc est contumelia. Dic mihi immundisne manibus ad sacrificium eligeres accedere? Non (ut ipse puto) sed nec omnino malles accedere, q̃ manibus illotis. Ita in paruo quidem es tam reuerens: sordidam aũt habens animam, accedis, & audes tangere? Atqui sub manibus quidem ad tempus detinetur, in illam autem totum resoluitur. Quid uerò non cernis uasa tantum undiq; tersa, sic refulgentia? his nobis aias oportet esse puriores, his sanctiores & splendidiores. Quare uerò tandem? quoniam illa propter nos talia fiunt, illa non eius qui inest, partem capiũt, nec sentiunt: nos autem certè: sed nunc sordido quidem uti uase non eligeres, anima uerò sordida accedis. Multam uideo rerum inæqualitatem. In alijs quidem temporibus cùm puri frequenter sitis, non accedi-
tis: in Pascha uerò, licèt sit aliquid à uobis patratũ, acceditis. O consuetudinem, ô præsumptionẽ, sacrificium frustra quotidianũ. Incassum assistimus altari, nullus qui communicetur. Hæc non ut temerè communicemini, dico, sed ut uos dignos reddatis. Nõ es

I hostia dignus, uel communione, igitur nec oratione. Adstantem audis præconem, atq; dicentem: Quotquot estis in pœnitentia, omnes orate. Quicunq; nõ participes fiunt, in pœnitentia sunt. Quid stas, si es in pœnitentia? sumere non debes: qui nanq; non communicat, est ex pœnitentibus. Cur itaq; dicit: Abite qui non potestis orare? Tu uerò stas impudens. At ex his non es, sed ex his, q̃ possunt esse participes, & nihil curas, aut magnum opus censes. Cõsidera, quęso, mẽsa regalis est apposita, angeli mẽsæ ministrantes, ipse rex adest, & tu adstas oscitans. Sordescunt tibi ue
stimẽta, & nihil est tibi curæ. At pura sunt, igitur adora, & communica. Per singulos dies uenit discumben tes uisurus, omnes alloquitur. Et nunc in conscientia dicet: Socij, qũo adestis hic, non habentes uestem nu
Mat.2.b prialem? Non dixit: quare discubuistis? Sed ante reclinationem & ingressum semetipsum indignum esse fa tetur. Non.n. dixit: Quare recubuisti? sed, quid intrasti? Hæc etiam nunc nobis omnibus loquitur, impudenter & procaciter adstantibus. Omnis.n. qui mysteriorum participio non fruitur, impudens & procax est, si adstat. Propterea q̃ sunt in peccatis, priores ejiciuntur. Sicut.n. ad mensam ueniente domino, ser

K uos qui dominum offenderunt, adesse non oportet, sed procul arcentur: ita scilicet & hìc dum profertur sacrificiũ, & Christus immolatur, & ouis dominica: cùm audieris, oremus omnes communiter: cũ uela uideris retrahi, tunc supnè cœlum aperiri cogita, & angelos descendere. Sicut itaq; prophanorum fas est adesse neminem, ita nec ullum sacratorum quidem, ac sordidorum. Dic mihi, siquis in conuiuium uocatus, manus ablueret, & recumberet, & mensę paratus adesset, postmodum nihil gustaret, non afficit contumelia uocantem? Nonne melius huiusmodi nec uenisse? Ita.s. & tu, uenisti, cecinisti deo laudem, cum omnibus es confessus de dignis esse, cum indignis non secedendo: quomodo mansisti, neq; participas de mẽsa? Indignus sum, inquit, igitur & illa quæ per preces fit communione. Non.n. per prolixa tantùm, uerùm per illa cantica spiritus semper descendit. Nonne uides ministrum spongia mensam circunlinientem, & expurgantẽ domum, & tabellas ponentem? Hoc per preces efficitur, p̃ præconis uocem. Sicut spongia circunlinimus ecclesiã, ut in ecclesia munda proponantur oia, nequa sit macula, nequa ruga. Indigni sunt & L
oculi peccatorum hisce spectaculis, indignæ sunt & Exo.12.b
aures. Si.n. bestia, inquit, tangat montem, lapidabitur. Ita nec ascensu digni fuerunt, licèt post hæc & accesserint, & uiderint ubi deus constiterat: post hęc accedere licet, & uidere. Cũ adest quidem, abi: non tibi magis adstare licet, q̃ catechumeno. Alioqui par non est, nondũ attigisse mysteria: & postq̃ attigeris, offendisse, contempsisse, & se gratia indignum constituisse. Poterãt & plura, terribiliora; commemorari, sed ne mentem uestram grauemus, hæc quoque sufficiant. Qui enim his non emẽdantur, neq; pluribus. Ne maius itaq; uobis iudicium faciamus, uos exhortamur, non ut accedatis, sed ut præsentia uos, & accessu dignos constituatis. Dic mihi, siquis rex statuisset, atq; dixisset: Siquis hoc facit, mensæ meæ sit particeps: Nonne propter hoc omnia fecissetis? In cœlum uos uocauit, ad magni regis mensam & admirabilis, & retrocedimus, & cessamus, & nõ festinamus, nec ad rẽ accurrimus, & quæ nobis est salutis spes? Non uacat imbecillitatem accusare, non naturam, sola nos ne-
gligentia facit indignos. Hæc quidem à nobis dicta M
sunt. Qui uerò corda compungit, qui compunctionis dat spiritum, corda nostra compungat, & in profundo semina ponat, ut ab ipso timore concipiat, &
pariat spiritum salutis, & cum fiducia accedat: ait.n. Psal.27.a
Filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mẽsæ tuæ. Nihil uetus: immite nihil, nihil crudele: tales.n. nouellæ sunt ad fructum idoneæ, fructum mirabilem oliuę dico. Et fortes, ita ut omnes fiant in circuitu mensæ. Et nec temerè, nec à casu huc cõueniant, sed cum metu & timore. Sicut autem cibus cũ sit nutritiuus, si à crudo sumatur, omnia perdit & corrumpit, & fit morbi causa: ita.s. & horrenda mysteria. Mensa spirituali frueris, mensa regia, & rursum luto corpus contaminas, ungis unguento, & fœtore rursum imples. Dic mihi, quæso, post annum cõmunionem sumens, quadragintàne dies ad totius temporis peccatorum purificationem tibi satis esse putas? & hebdomade la psa rursum ad priora reuerteris. Dic enim mihi, si post longam ægritudinem quadraginta dies ualens, rursus temetipsum illis cibis morbum inducentibus traderes, nónne pristinum amisisses laborem? Nam si naturalia transferuntur, multò magis quæ in uolun-

A tate consistunt. Quale quid dico: Naturaliter uidemus, & sanos habemus, oculos per naturam, sed frequenter ex habitudine mala, uisiua uirtus nostra lædi-
tur: itaq; si naturalia transeunt, multo magis uolun
taria. Quadraginta diebus aiæ sanitatem assignas, fortè uero neq; quadraginta diebus, & deum habere propitium expectas. Ludisne, quæso? Hæc dico non uno, & annuo uos prohibẽs accessu, sed uos semper ad sancta uolens accedere: propter hoc & diaconus acclamat tunc sanctos uocans, & per hanc uocem oium taxãs maculas. Sicut.n. in grege, ubi multæ quidem sunt oues sanæ, multę uero lepra squalidę, opus est has à ualentibus arcere: itidẽ & in ecclesia, quoniam & hæ quidẽ oues sanæ sunt, hę uero morbidę, per hanc excitat uocẽ, & has ab illis diuidit, passim
1.Co.2.c circũiens sacerdos per illum clamorẽ mimis horrendum, & oẽs uocans sanctos, & trahens. Quoniam.n. homo proximi res scire non potest (quis.n. inquit, hominũ scit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo?) hanc uocẽ emittit, postquam consummatum est omne sacrificiũ, ut nemo temerè, & à ca-
B su ad spiritualẽ ueniat fontem. Etenim in grege (nihil eadem rursum uti similitudine prohibet) morbidas quidẽ intus claudimus, & in tenebris detinemus, & alia pascimus esca, nec aeris puri, nec herbę synceræ, nec exterioris sinentes fontis participes esse: & hic igitur hæc uox pro quodã est uinculo. Non potes dicere, Nesciebã, ignorabam, quòd esset in re periculum. Igitur manifestè quidem Paulus hoc testatus est. Sed dices, Nesciui: hoc nõ est purgatio, sed potius accusatio. Per singulos dies ecclesiam ingrederis, & adhuc hoc ignoras? Tamẽ ne uel hoc prætendas, propterea sublimis constitutus, magna uoce, terribili clamore, quasi quidã præco, manum in altitudinẽ tollens, stãs erectus, omnibus apparens, & magnũ in illa tremenda quiete exclamans, hos quidem uocat, hos aũt arcet, non hoc manu faciẽs, sed per linguam quàm per manum efficacius. Illa nanque uox in aures incidens nostras, tãquam manus, hos quidem pellit & eiicit, hos autem introducit & assistit. Dic mihi, quæso, in Olympiacis certaminibus, nónne adstat præco magnum clamans & altum? Num aliquis hunc accusat
C dicens: nónne fur est, & seruus? nónne prauorum est morum? cum tamen illa certamina non aię sint, neq; bonorum morum, sed roboris, & corporis. Si igitur, ubi corporũ est exercitatio, multa fit uoluntatis inquisitio: multo magis, ubi totũ anima decertat. Stat igitur apud nos & nunc præco, non capite quęq; tenens & producens, sed omnes pariter interiori detinens capite. Nõ apponit illis alios accusatores, sed ipsis semetipsos. Non enim dicit, Nunqd aliquis hunc accusat? sed qd? siquis seipsum accusat. Cum enim dixerit: Sancta sanctorum, hoc dicit, siquis nõ est sanctus nõ accedat: non simpliciter dicit, à peccatis purus, sed sanctus. Non peccatorũ tantum liberatio, ue
rum & spiritus præsentia sanctum facit, & bonorum
Deut.1.d operũ diuitiæ. Non uolo tãtum, inquit, à cœno uos esse liberatos, uerũ & candidos, ac speciosos. Nam si rex Babylonius ex captiuitate deligens adolescentes pulchros specie, & decoros aspectu sumpsit: multo magis & nos sanctæ mensæ assistentes regiæ, specie pulchros esse decet, aureum aiæ mundum habẽtes, uestem purã, calceamenta regia, decorum aiæ multum, aureũ ipsius ornatũ, esse indutos cingulũ uerita
tis: talis accedat, & regios tangat calices. Siquis ue-

rò pannis indutus, sordidus, squalẽs regalẽ uelit men D
sam petere, uideat quãta patietur, nõ ualentibus quadraginta diebus in omni tpe patrata abluere. Nam si gehenna non sufficit, cùm sit sempiterna: multò minus hoc breue tempus. Nec enim ualidã exhibemus pniam, sed infirmam. Eunuchos præsertim regi decet assistere, eunuchos dico mente, candidos, nullam habentes maculam, mente sublimes, hilarem habentes animæ oculum, & acutè uidentem, uolubilem, & uelocem: non aũt somnolentum, non supinum, multa plenum libertate, ab impudentia remotum & procacia, uigilantẽ, sanum, nec austerum nimis & tristem, neq; diffusum, & lubricum. Hunc nos possumus oculum efficere & acutum, & honestum reddere. Cùm enim eum ad fumum non agamus, nec ad puluerem (tales.n. sunt omnes humanæ res) sed ad tenuem auram, ad leuẽ aerem, ad sublimia, & alta, & multæ plena quietis, & mũditiæ, & multæ iucunditatis, statim eum reparabimus, & corroborabimus, tali nos oble
ctãtes spectaculo. Vidisti præstantiã, & diuitias multas, ne deducas illuc oculum. Lutũ id est, est fumus, uapor uitiosus, caligo & anxietas multa, & curę sufE
focatio. Vidisti hoiem iustitiam exercentem, suis contentũ, & multam habẽtem remissionis latitudinem, nihil curantem, nihil de præsentibus satagentem, temetipsum illic statue, & modifica, & lõgè melior fies, & clarior: nó terræ, sed uirtutũ epulans floribus, modestia, humanitate, & omnibus alijs. Nil.n. oculum ita perturbat, sicut mala cõscientia. Turbatus est, in- Psal. 6.b
quit, à furore oculus meus. nihil tãtũ obtenebrat: ab hoc te libera supplicio, lætũ & fortem semper bonis epulãtem expectationibus. Detur aũt, ut nos omnes & hãc, & alias animæ constituamus actiones, quales uult Christus, ut facti supposito nobis capite digni, quò uult migremus. Ait.n. Volo ubi sum ego, ut & illi Ioã7.d
sint mecũ, ut gloriam meam uideant: quam utinam oẽs assequamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

QVOD VTILES SINT MODERATAE *tentationes ad omnes: & deo seruiens tribulationem expectare debet.* F

Homilia. L XIIII.

Sicut corpus tritũ laboribus, & ærumnis con-
f fectum, amori non uult uacare, non indulge re uentri, sed requiescere, & quietè iacére: sic & anima plurimis obsita malis, ad requiem & quietũ statum festinat. Quæ uerò in remissione stupuit, & tumultuata est, & elata: hæc autẽ nihil habens, quod hiet, quod diffluat: & hæc quidem uirilior, illa uerò puerilior est: hæc quidem grauior, illa leuior: sicut in aqua multa leue quidpiã superueniẽs concutitur, sic in multam lapsa lætitiã anima. Et ex multa uoluptate maxima nobis oriri peccata quispiam uiderit. Et si uultis, duas domos describamus: hanc quidem nubẽtium, hanc uerò lugentium: mente utranq; ingrediamur, uideamus utra melior. Inuenietur enim lugubris, sapientiæ plena, nuptialis autem plena confusionis. Nam uide turpia uerba, incompositos risus, incompositiores locutiones, & uestis, & incessus defor mitate plenus. Verba multæ fatuitatis, & stultitię plena, & aliud omnino nihil, risus omnia, & derisio, quę sunt illic: non nuptias dico, absit, sed q̃ sunt in nuptijs,

G tunc natura debacchatur,bruta pro hominibus fiũt
præsentes:hi quidem,ut equi hinniunt,hi aũt, ut asi-
ni calcitrant.Multa effusio, nihil studiosum , genero-
sum nihil.Diaboli pompa,cymbala & tibiæ,& cantica
fornicationis & adulterij plena.At non ita illic,ubi
luctus,omnia composita,multa requies,silentiũ mul
tum,correctio multa,inordinatũ nihil,nihil incõposi
tum: siquis aliquid locutus fuerit , omnia sunt uerba
philosophiæ plena.Et id quidem mirabile, quòd per
illud tempus nõ modò uiri,uerũ & familiares & mu
lieres sapienter agunt:talis enim est luctus natura , &
uidentur quidem lugentẽ consolari, plurima uerò to
tius philosophię plena loquuntur.Orationes statim,
ut hactenus sistant,& uiri graues laborantem conso
lantes,& enumerationes talia lugentium innumeræ.
Quid enim est homo ? Nostræ examinatio naturæ.
Quid igitur est homo? Vitæ & utilitatis ipsius accusa-
tio,futurarũ rerum expectatio,cõmemoratio iudicij.
Quisq; domum redit,à nuptijs quidem mestus,quo-
niam ipse non est in prosperis:à luctu uerò remissus,
quoniam nõ ipse talia passus est,& oẽm extinxit ęstũ.
H Sed quid uis? Vis carceres,& theatra perquiramus?Ille
quidem tribulationis,hic aũt uoluptatis locus est.In-
dagemus iterum.Illic philosophiæ multũ : ubi nanq;
tristitia , prorsus & ibi philosophia . Qui antea dies
erat,& multũ tumidus , post luctum quenlibet se su-
stinebit alloquentem:postquã timor & tristitia,qua-
si quidam acrior ignis in ipsius inciderit animam , &
duritiam emollierit,tunc humilis fit,tũc exorabilior,
tunc mundanam sentit mutationem,tunc ad omnia
patiens erit.In theatro aũt omnia contraria, risus,ine
ptitudo,diabolicus fastus,effusio , temporis impen-
dium,& superflua dierum consumptio,malæ cupidi-
tatis inductio,adulterij meditatio,fornicationis gym
nasium,intemperantiæ schola, turpitudinis exhorta-
tio,risus materia,inhonestatis exempla.At in carcere
nõ ita,sed illic humilitas,supplicatio, philosophię pro
fectus, secularium contemptus , omnia conculcata,
sunt,& contempta:& tanq; infanti pædagogus adest
timor,ad omnia congrua dirigens eũ . Vis aũt & alia
rursum loca scrutemur? Te uellem occurrere homini
de theatro redeunti,& alteri de carcere egresso: uide-
I res utiq; illius animam pauidam,tumultuantẽ,& ue-
rè ligatam:huius aũt liberam,solutam,& pennatam.
Nam ille quidem ex theatro recedit mulierũ,q; sunt il-
lic,aspectibus ligatus,uincula ferẽs omni chalybe gra
uiora,loca scilicet illa, uerba & formas : hic aũt è cu-
stodia penitus remissus , non ultra se quid graue pas-
surũ putabit,alienis sua cõparans, quod nõ est adhuc
compeditus,gratias habebit:iam res humanas despi
ciet,cũ multos ibi diuites in ærũnis uiderit , qui mul-
ta,magnaq; poterant, & tamen ibi uinctos : etiam si
quid iniustè patiatur,& in hoc patiẽs erit. Nam & hu
ius multa sunt illic exempla:in futuri ueniet iudicij re-
cordationem,& eius typos hic cernens perhorrescet:
quasi nanq; sit hic in carcere cõclusus , sic erit & illic,
& ante futuri diem iudicij in uxorẽ, in filios,in seruos
humanior.At ex theatro nõ ita,sed iniucundius uxo
rem uidebit,& in familiares erit difficilis, in filios exa
cerbabitur,efferabitur in omnes . Magna ciuitatibus
mala ferunt theatra,magna , nec hoc uidemus quòd
magna.Vultis & alia risus loca perlustrem, cõuicia di
co,ubi parasiti & assentatores,& multæ deliciæ: & lo
ca rursum,ubi claudi & debiles? Igitur illic qdẽ ebrie-
tas & deliciæ & effusio,hic aũt contrarium.Vide & in
corpore,cùm æstuat,cùm bene se habet,celerrimam K
habet in ægritudinem ruinam:cũ autem pressum fue
rit,non ita.Manifestiorem itaq; uobis reddam sermo
nem.Sit corpus multum habens sanguinis, & carnes
multas,& urgens : hoc ex quacunq; mutatione febrẽ
parere poterit,si simpliciter otietur:sit aũt aliud cum
fame potius pugnans & afflictione, hoc est captu dif
ficile,& ad infirmitatem inexpugnabile . Sãguis enim
licèt in nobis sit sanus, multitudine frequenter mor-
bum inducit:si uerò sit modicus,licèt non sanus,faci
lius curari potest. Ita quidem & in anima,ueloces ha
bet ad peccata motus. Talis enim est iuxta superbiã,
& uoluptatem,& inanem gloriam,& inuidiam,& in-
sidias, & sycophantias . Ecce quanta ciuitas est hæc
magna nobis. Vnde nascuntur mala? nónne à diuiti
bus? nónne à gaudentibus? Qui in iudicia trahũt,qui
facultates distrahunt:ærumnosi & abiecti , aut mul-
tum inflati,& gaudẽtes? Nõ est animæ contritæ quic
quam mali facere:ipsius lucrũ Paulus nouit,propter- R.om.5.d
ea dicit: Tribulatio patientiã operatur , patientia ue-
rò probationem,probatio spem,spes aũt non cõfun
dit.Ne cadamus igitur in tribulationibus , sed in om- L
nibus agamus gratias,ut aliquid magni lucremur,ut
apud deũ inueniamur probabiles , qui tribulationes
permittit.Magnum est bonũ tribulatio, & hoc ex no
stris discimus filijs.Nam absq; tribulatione nihil utile
discerent,nos aũt plus illis afflictionis indigemus . Si
enim illic passionibus quiescentibus illos muniunt,
multò magis nos,& præsertim tantis detẽtos:sed nos
potius pędagogos oportebit habere.A puerilis enim
nunquam magna cõmittuntur peccata , à nobis ue-
rò magna nimis : pædagogus autẽ noster tribulatio.
Nec hanc itaq; alliciamus,& præsentem semper gene
rosè feramus, cũ sit infinitorum causa bonorum , ut
& dei fauorem assequamur. Etenim certamen est ui-
ta præsens: est igitur opus pugnare, bellum est & pu-
gna.In bello remissionem quærit nemo , nemo deli-
cias,nemo pecuniarum curam gerit, nemo de uxore
solicitus est:sed unum duntaxat intuetur, quomodo
superet inimicos.hoc & nos curemus . Si uicerimus,
& cum uictoria redierimus,nobis deus omnia confe
ret.Hoc nobis quæratur,quomodo diabolum supe-
mus:quinimmo nõ nostri studij opus est,sed dei gra M
tiæ totũ.Vnũ nobis curetur,ut eius gratiam assequa- Rom.5.f
mur,ut monumentũ illud ad nos trahamus: Si deus
pro nobis,quis contra nos? Vnum id elaboremus,ne
nobis fiat inimicus,ne nobis aduersetur.Non tribula
ri malum est, sed malum est peccare : graues deliciæ
sunt ex hoc,etiam si uiuamus in delicijs: nõ in futura
dico uita,uerũ & in præsenti.Nam quomodo putatis
uestram morderi conscientiam? quo non esse peiorẽ
tormento? Vellem in malis uiuentes diligenter inter-
rogare , nunquámne ueniant in suorum memoriam
peccatorum? nunquid tremant,nunquid formident,
nunquid doleant,nunquid beatos uocent in ieiunio
positos,in montibus,in uirtute multa? Vis illic remis-
sionẽ inuenire, hìc propter Christum tribulare , huic
remissioni par nihil.Gaudebant Apostoli,cũ flagella Actor.5.
rentur.Paulus hoc admonet,dicens: Gaudete in do- Philip.3.
mino. Et quomodo gaudete licet , ubi sunt uincula, 4.d
ubi tormenta,ubi iudicia? Hic maximè gaudere licet.
Quomodo uerò licet,ubi non hæc? Qui nanque sibi
nullius magnæ rei conscius est, quomodo delectabi
tur? Itaque quantò maiorem dixeris tribulationem,
tantò maiorem dicis uoluptatem. Qui mille uulnera

A miles excepit,nónne cum magna reuertetur lætitia,li
libertatis habens claritatem,& gloriæ materiam uul-
nera? Et tu si poteris,erumpe uocem illam, quã Pau-
Gal.6.g lus:Stigmata Iesu porto.magnus & illustris,atq; pro-
babilis fieri poteris.At non est persecutio? Sta aduer-
sus gloriam,& siquid aliquis contrarium dixerit,ne ti
meas malè propter Christũ audire. Sta contra super-
biæ tyrannidem,sta contra pugnã iræ,contra concu
piscentiæ tormentũ,& hæc stigmata sunt, & hæc tor
menta.Dic enim mihi,quid tormentis grauius? nónne
cùm anima dolet,& uritur? Nam illic quidem corpus
secatur,hic aũt totum est ipsius animæ . Circa ipsam
est dolor,cũ irascitur,cũ inuidet , cum aliquid hmõi
facit,uel potius patitur.Non enim hoc est facere , sed
pati,irasci,inuidere:propterea & animæ passiones ap
pellantur,& uulnera, & cicatrices . Verè enim passio
est,& passione grauior.Cogitate qui irascimini,quo-
niam has facitis passiones.Ergo non irascentes , neq;
patiuntur.Vides quòd cui fit contumelia,nõ patitur:
sed qui cõtumeliam facit,sicut iam dixi. Quòd enim
patiatur,patet quidẽ & ex hoc,quòd passio uocatur:
B manifestatur aũt & ex corpore. Hæ nãq; ægritudines
ex ira nascũtur,uisus hebetudo,cõsternatio, & hmõi
mille.Sed filium,inquis,affecit contumelia,sed agri-
colam.Ne imbecillitatem esse putes , quòd & ipse nõ
hoc facias.Dic enim mihi,hócne benefactũ est ? Nõ,
inquies.Ergo ne facias quod non bene fit. Scio qua-
les in talibus iræ patiuntur.Quid igitur inquis, si con
temnat? Argue,increpa,hortare.Mansuetudine solui-
tur ira,accedens accusa.Nam pro his quidem quę in
nos geruntur,non opus est hoc facere , pro alijs autẽ
hoc facere necessarium est.Ne propriam putes contu
meliam,si filius sit affectus contumelia : licet pro eo
doleas,non tanquam ipse passus contumeliam.Non
enim quoniam filius malè passus est,tu cõtumelia es
affectus,sed qui malè fecit.Extingue gladium acutũ,
in theca reponatur:si nudũ eum habeamus, frequen
ter & cũ non sit tempus,utemur. ab ipso perimus . Si
Mat.26.e uerò celatus sit, si etiam opus fuerit,dum quærimus
& Ioan. tegere,extinguetur ira . Pro se Christus nos non uult
18.b irasci:audi nanq; quid dicat ad Petrũ , Mitte gladium
tuum in uaginam : & tu pro filio irasceris ? Doce filiũ
C quoq; philosophari.Dic tu quoq; tuas ipsi molestias,
Ioan.15.c tuum imitare præceptorem.Cũ & discipuli contume
lias essent passuri,non dixit ulciscar: uerũ & hæc mihi
fecerunt,inquit,ferte generosè:non enim uos melio-
res.Hæc & tu dic ad filium & puerũ. Non es domino
tuo melior,sed nugæ uidẽtur esse uerba philosophię.
Heu mihi,quòd non ita uerbis asserere licet,sicut ipsa
potest experientia doceri. Et ut discas,cõsidera , si in
medio duorum statutus pugnantium,sis partis iniu-
riam patientium,nõ aũt inferentium , nisi uictoriam
apud te uideris,nisi præclaras reportes coronas . Vi-
Gene.4.b de quomodo Christus afficitur contumelia, & quo-
modo respõdet,q; mansuetè.Vbi est,inquit,Abel fra-
ter tuus? Et quid ait ille? Nunquid custos ego sum fra
tris mei? Quid hoc insolentius , si etiam à fratre quis
hæc audiat? nam si à fratre,nõne contumeliam id exi
stimasset? Quid igitur? Vide quomodo rursum man-
suete deus respõdet: Vox sanguinis fratris tui,inquit,
clamat ad me . At deus , inquit , est ira superior. Sed
propterea dei filius descendit,ut te deum faciat,quã-
tum humana capit uirtus. An non possum,inquit, cũ
homo sim.Eia ergo tibi homines producamus, neq;
me Paulum credas dicturum,neq; Petrum, sed quos-
dam de minoribus,& longè inferioribus . Heli Annã D
dei isit dicens:Digere uinum tuum. Quid hoc contu
meliosius? Quid hæc igitur dixit mulier? In aspera die 1.Reg.1.c
ego sum.Nihil uerè tribulationi par,philosophiæ ma
ter est.Eadem aũt hæc & suam habens æmulam,nõ
est eam contumelia persecuta.Sed quid? ad deũ con-
fugit.Et orans nec eius meminit,neq; dicit:quoniam
illa mihi improperat,defende me:tam sapiẽs erat mu
lier.erubescamus uiri.Et quidem scitis,quòd zelo ni-
hil comparatur.Publicanus à pharisęo contumeliam
passus,contumeliam non reddidit : licèt si uoluisset,
utique potuisset,sed æquè tulit dicens:Propitius esto
mihi peccatori.Miphiboseth à seruo accusatus, & pas Luc.18.c
sus calumniam,nihil dixit,aut fecit in eum mali,neq;
coràm rege suo. Vis & meretricis audire sapientiam ? 2.Regũ.
Audi Christum dicentem,cũ pedes ipsius capillis ex- 19.d.e
tersit:Publicani & meretrices præcepẽt uos in regno, Mat.21.b
Vidisti eam stantem & confidentẽ,& propria abluen
tem peccata? Vide quomodo pharisęo non est irata,
cũ improperaretur: ait enim, Si sciret , quia peccatrix Luc.7.f
est hęc mulier,non eam dimisisset. Nec ad eum dixit:
Quid enim quæso,tu mundus es à peccatis, sed plus E
patiebatur,plus gemebat,feruidiores effundebat la-
chrymas.Si uerò mulieres & meretrices & publicani
philosophantur,& hoc ante gratiam : qua fumus di-
gni uenia,si post tantã gratiam efficimur bestijs ferio
res,mordentes & calcitrantes? Nihil ira turpius , nihil
ignobilius,grauius nihil,nihil iniucũdius,damnosius
nihil.Hæc dico,ut non tantũ erga uiros mites simus,
uerùm & ut licèt uxor sit loquax,sustineas, sit tibi con
iux palæstra & gymnasium.Quomodo nanque non
absurdum gymnasia quidem admitti nullum haben
tia lucrum ubi corpus atterimus,domi uerò gymna-
sia non facere,coronam & ante certamina nobis pre
bentia? Contumeliam facit uxor ? ne sit uxor tibi. Est
enim muliebre contumeliam facere,morbus est ani-
mæ,defectus est.Ne rem indignam esse credas , cùm
uxor contumeliam infert.Indignum cũ tu quidẽ con
tumeliam facias, ipsa uerò sapienter ferat,tunc deho
nestaris,tunc uerè contumelia es affectus:si uerò pas
sus æquè feras,fortitudinis tuæ magnum est argumẽ
tum.Non ad contumelias mulieres inducens, hęc di
co,absit,sed si quando contigerit per satanicam cir- F
cũuentionem,uirorum est fortium ferre imbecilles:
etiam si seruus contradixerit,tu philosophare. Ne qd
ille dignus est audire,dixeris, aut feceris : sed quod te
decet tam facere,q; dicere. Nunquam cõtumelia puel
lam afficiens,turpe uerbum emittas,nunquã seruum
appelles sceleratum:non enim ille,sed tu contumelia
fueris affectus.Non potest iratus in seipso manere,si-
cut in fluctus surgens mare:ita commiscẽtur omnia,
& tãquam fons purus immisso turbatur cœno,& su-
periora fiunt inferiora.Siue percusseris , siue tunicam
diffregeris,tu maius damnum sustinuisti. Illi nanque
circa corpus & uestem hæret uulnus , tibi uerò circa
animam . Illam dissecuisti, illam uulneraſti . Deiecisti
deorsum ab equis aurigam,trahi supinum fecisti , &
est idem,ac si alteri succensens auriga trahi mallet.Si-
ue increpes , siue commoneas , siue quicquid facias,
absque ira fiat & furore . Si enim increpans medicus
patiens est , quomodo poterit alium curare , qui se
prius afflixit , semetipsum non sanans ? Siquis medi-
cus alterum curaturus accederet, prius habens suam
manum uulneratam , ita quæso , curationem obi-
bit ? absit.Similiter & tu,siue increpes, siue commo-

Gneas,pura uideant oculi tui, ne mentem conturbes: alioqui quomodo fit curatio? Non potest in eadem esse tranquillitate carens ira & iracundus. Cur præceptorem de sede deturbans,ita humi iacẽtem alloqueris? Nõne uides iudicantes,qui cũ iudicare debent, super throno sedent in habitu cõgruo? Itidem & tu animam tuam ueste iudiciali exorna:hæc aũt est humanitas. At non timebit, inquis : immo magis timebit. Tunc aũt, etiam si iusta dicas, furori seruus imputabit:si uerò cum mansuetudine, seipsum condemnabit. Quod aũt est principale,te deus suscipit, & ita poteris æterna consequi bona,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria,imperium & honor,nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD OB AMOREM CHRISTI OMnem oportet afflictionem sufferre, neque rerum mutationes timeri debent.

Homilia LXIII.

H Icut est,dilectissimi, nunc quidem nox, nũc autem dies:& interdum quidẽ æstas, interdũ autem hyems:sic & in nobis, nunc quidẽ tristitia,nunc aũt uoluptas:& nunc quidem ægritudo, nunc uerò sanitas. Itaq; ne admiremur, cùm ægrotamus,alioquin & cũ ualemus,admirandum esset. Neq; tumultuemur,cùm dolemus:alioquin & cùm gaudemus,opus esset tumultuari. Omnia nanq; secundum naturam fiunt,& secundum consequentiam: & quid admiraris,si hæc in te? Nam & sanctis illis hoc accidit se quispiam uiderit. Et ut hoc discas, eia quam maximæ uoluptatis plenam esse uitam existimas, & à molestijs absolutam,hanc in medium agamus. Vis Abrahæ uitam ab exordijs inquiramus? quid igitur hic statim audiuit? Exi de terra tua, & de cognatione tua. Vi- Gen.12.a
des rem molestam imperari,uerũ & lætam uide subsequentem: Et ueni in terram, quã monstrauero tibi, Ibidem.
& faciam te in gentem magnam. Quid ergo, postquã uenit in terram,& portũ attigit,infesta detulerunt? Nequaquam,sed & rursum alia prioribus grauiora sunt subsecuta, fames & peregrinatio,uxorisque rapina,& I
post hæc alia bona successerũt ei: Pharaonis plaga & dimissio,honor,& illa multa dona, & ad propria reditus,& omnia sequentia talem habent seriem ex lætis & tristibus textam. Et apostolis similia contigerunt, propter quod & Paulus dicebat: Qui consolatur nos 2.Cor.1.a
in omni tribulatione,ut & nos possimus cõsolari positos in omni tribulatione, Quid igitur, inquit, ad me semper in tristitijs cõstitutum? Ne sis ingratus, & gratiæ immemor. Nec enim quis potest esse semper in molestijs,nec enim natura sufficit. Sed quoniam in lętitia semper esse uolumus, propterea nos in tristitijs semp esse putamus,neq; propter hoc tantũ,uerùm quoniã lætorum quidem & bonorum statim obliuiscimur, tristium autem semper recordamur. Idcirco nos semper in tristitijs dicimus. Nec enim fieri potest, ut homo sit semper in ærumnis:& si uultis,& uitam in delicijs positam indagemus,mollem & diffluentem, & grauem & onerosam & flebilem. Et hanc enim ostendemus uobis tristitias habẽtem,illam uerò remissiones,sed ne tumultuemini. Proponatur autem in medium homo captiuus,& alius iuuenis orphanus magnæ succedens hæreditati. Proponatur autem & quidam mercenarius per totam laborans diem, & alter delicijs continuè uacans. Vis illius, qui delicijs affluit, K
molestias prius cõmemoremus? Cogita quomodo par est ipsius mentem uexari, cũ gloriam se supergredientem appetat,cũ à seruis contemnatur, cùm à minoribus contumeliæ habeatur, cũ innumeros patiatur opulentiam suam accusantes,pariter & calũniantes,& alia quæcunq; in diuitijs accidere credendũ est. Neq; dicere licet, inimicitias,offensiones, accusationes,iacturas,inuidentium insidias: qui postquàm ipsius diuitias ad se transferre non potuerint,detrahũt, undiq; laniant adolescentem,innumeras ei tempestates concitant. Vis & huius mercenarij uoluptatem recenseam? Ab his omnibus est absolutus, quòd siquis eum affecerit contumelia,non dolet,se nanq; maiorẽ putat nemine:non pro pecunijs timet, cum uoluptate manducat,cum multa dormit lætitia. Non ita delectantur uinũ bibentes Thasium,sicut ille petens fontes,& illis potiens fluentis: at illius nequaquam talia. Si uerò dicta tibi non sufficiunt, ut maiorem faciam uictoriam,eia regem & captiuum comparemus,& uidebis hunc quidem in uoluptate frequenter uersantem,ridentem & ludentem,atq; saltantem:illum autẽ L
in diademate & purpura,mœstum,timẽtem, & innumeris pressum solicitudinibus,& præ timore mortuũ. Nullius.n.uita sine tristitia prorsus inueniri potest,sed neq; uoluptatis expers,neq; enim nostra sufficisset natura,sicut prædixi. Si uerò hic quidem magis gaudet, hic autem amplius dolet:hoc euenit ex ipso dolente, cùm pusilli sit animi, non ex ipsa negotiorum qualitate. Nam si iugiter gaudere uelimus, multas habemus occasiones. Nam si uirturem arripuerimus, nil iam erit,quod nos contristet:hæc enim se possidentibus bonas prætendit expectationes:& deo gratos & apud homines reddit probabiles, & ineffabilẽ affert uoluptatem. Licèt enim in obeundo uirtus laboris aliquid habeat,multa tamen conscientiam implet delectatione:& tantam intrinsecus affert uoluptatẽ, quãtam sermo nullus exprimere posset. Quid enim tibi de præsentibus iucundum esse uidetur? Nonne lauta mensa,& corporis sanitas,& gloria ac diuitiæ? Sed hæc suauia,si illi cõpares uoluptati sunt omnibus amaria ad eam collata. Nihil enim bona suauius conscientia,& bona spe. Et si uultis hoc discere,hinc migraturum interrogemus,uel senio confectum,& cõmonefacientes eum lautæ mensæ,qua quondam oblectabatur,& honoris & gloriæ & bonorum operum:quę unquam fecit:rogemus,in quibus magis exultat. Et M
in illis quidem uidebimus erubescentem, & se celantem:in his uerò gestientem,& exultantem. Sic & Ezechias,cũ ægrotauit,non gloriæ,non regni,nõ opiparæ meminit mensæ,sed iustitiæ:ait enim, Memẽto domine,quo ambulauerim in conspectu tuo, in uia recta. Vide & Paulum ex his exultantem, & dicentem: 2.Tim.4.b
Bonum certamen certaui,cursum consummaui, fidẽ seruaui. At inquis, Quid hic habebat, quod diceret? Multa & plura q̃ diuites:& honores, quibus honoratus fuit:& ministerium,quo potitus est,& multũ obsequium. An non audis ipsum dicentem: Tanquã angelum dei suscepistis me,tanquam Christũ Iesum:&, Gal.4.b
si posset fieri,oculos uestros eruẽtes, dedissetis mihi. &,quòd pro anima ipsius ceruicem supposuerũt: Sed Rom.16.b
nihil eorum in medium agit, sed ipsos labores & pericula, & pro his coronas, & ualde quidem iustè. Hic enim ista relinquuntur, illa uerò nobiscum migrant. Et istorum quidem rationem dabimus, horum

A rum autem præmia repetemus. Non nostris in nouissima die, quomodo peccata animam conuoluunt? qualiter ab imo cor mouent? Tunc itaq; cũ ista fiũt, bonorum assistens operum memoria,tanq̃ in tempestate serenitas animam consolatur tumultuantem. Si nanq; uigilemus,& uiuentibus nobis hic semper motus aderit:sed quoniam sensu carere uidemur,cũ hinc iii cimur, adstabit omnino: siquidẽ & reus tunc maximè dolet,cũ ipsum ad tribunal eduxerint:tunc maximè cõtremiscit,cũ tribunali uicinus est, cũ sit opus pœnas dare. Propterea nanq; multorum timores tũc audire licet narrantium,& aspectus terribiles: quorũ spectaculum non amplius ferentes qui moriuntur, lectum ipsum multa cũ perturbatione concutiunt iacẽtes,& præsentes toruum aspiciunt,anima se intro cõpellente,& corpus erumpere differente,nec angelorũ
B uenientium præsentiam ferente. Nam si tremendos homines non uidentes expauescimus:angelos minãtes, & potestates sęuas accedentes cũ uidebimus,qd nõ patiemur,cũ anima de corpore nobis extrahetur, & ui rapietur,& multum incassum & frustra lamenta Luc.16.f
bitur? Nam & diues ille postquã hinc migrauit, mul- 2.Tim.2.b
tum defleuit,sed nihil profecit. Propterea suadeo,oia faciamus,ne à rãta decidamus gloria, futura scilicet. Nihil enim difficile,si uelimus:nihil graue,si attendamus. Nam si patimur, & conregnabimus. Quid est, patimur? si tribulationes ferimus & persecutiones, si uiam ambulemus angustam. Nam angusta quidem
2.Co.4.d à natura est laboriosa, uoluntate uerò nostra leuior efficitur, propter spem futurorum. Momentaneum enim & leue tribulationis per excellentiam in excellentiam æternum pondus gloriæ operatur:non considerantibus nobis quæ uidentur,sed quę non uidentur. Transferamus igitur oculos in cœlũ, & illud cogitemus semper,& spectemus. Si enim in illis semper immoremur, nihil circa quæ sunt hic iucunda patiemur, non tristitia ægrè feremus. Verũ & hæc & similia deridebimus,& nos aut extollere, aut mancipare nihil poterit, si modò desideriũ illuc intendamus, si respiciamus ad illam charitatem. Et quid dico? non dolebimus malis præsentibus? nec enim iam ea cernere uidebimur, tale quid enim est amor. Certè no-
C bis nõ præsentes,sed absentes,at desideratos per dies singulos cogitamus. Magna nanq; uis est charitatis, Rom.8.g
ab omnibus separat,& amato animã alligat. Si Christũ ita dilexerimus, omnia præsentia umbra, omnia imago uidebũtur & somnium. dicemus & nos, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia? Non dixit, pecuniæ, an diuitiæ, an ornatus: hæc enim ualde uilia,& deridenda: sed quæ uidentur esse grauia posuit,Fames,persecutiones, mortes:& ille q-
dem & hæc,tanq̃ nihil essent, contempsit:nos autem propter pecunias à uita nostra separamur, & à lumine abscindimur. Et Paulus quidẽ non mortem, non uitam,non præsentia, non futura,non aliam creaturam,eius charitati præponit: nos aũt si modicũ auri uiderimus, accendimur,& ipsius pessundamus leges. Si uerò non hęc cũ dicuntur,tolerabilia,multò magis cùm fiunt. Hoc enim est graue quod audientes quidẽ horrescimus,facientes aũt non horremus. quin & iuramus leuiter,& peieramus, & rapimus, & exigimus usuras,& nullam modestiæ gerimus curam,& à diligentissima recedimus oratione,& mandatorum plura præuaricamur:& propter pecunias nullã nostrorũ agimus membrorum rationem. Qui nanq; pecunias diligit,& innumera proximo mala patrabit,& sibi pa- D
riter cum illo. Nam & facilè irascetur,& cõuiciabitur, uocabit stultũ,& iurabit,ac peierabit,& nec antiquæ legis seruabit mensuras: non enim diliget proximũ, Leui.19.e
qui diligit aurum,cũ nos & inimicos diligere propter Mat.5.g
regnum iubeamur. Nam si prisca obeuntes præcepta ad cœlorũ regna peruenire non poterimus,nisi superabundet iustitia nostra magis q̃ illorum:& illa præ- Ibidem.c
ricantes,quam assequemur excusationem? Qui pecunias amat,non tantũ inimicos non diliget,uerùm & amicis tanquam inimicis utetur. Et quid amicos dico? Nam & frequenter ipsam ignorauere naturã, qui pecuniarum amore sunt capti. Talis consanguinitatẽ non nouit,familiaritatis non reminiscitur, non reueretur ætatem, amicum habet neminẽ: sed in omnes se geret inimicè,ante omnes alios in semetipsum, nõ eò tãtùm quòd animam suam perimat, uerùm & innumeris semetipsum affligat solicitudinibus, laboribus,& tristitijs. Nam & peregrinationes & inimicitias & pericula & insidias,& quodlibet sustinebit,tantùm ut omnium maiorũ penes se radicem habeat, & multum auri connumeret. Quid igitur hac peste grauius E
esse possit? Nam & delicijs & omni uoluptate, propter quam multa peccãt homines,& gloria & honore caret. Qui nanq; pecunias diligit,innumeros habet suspectos,& multos accusatores,inuidos, & calũniatores,& insidiantes. Qui nanque patiuntur iniuriam, oderunt tanquàm malè habiti: nondum uerò passi, timentes ne patiantur,& passis cõdolentes idem indicunt bellum. Maiores aũt & potentiores dolentes, & ægreferentes pro humilioribus,insuper & inuidentes,similiter inimici sunt,& oderũt. Et quid homines dico,cùm & deum aliquis habeat hostem? Quæ iam huic spes supererit? quæ consolatio,quæ refrigeratio? Qui pecunias diligit,nunquam eis uti poterit, sed seruus erit & custos, non dominus semper:plures enim efficere studens,nequaquam impendere uolet:semet ipsum autem cruciabit,& omnium pauperum parcissimè uiuet,nullum faciens cupiditatis terminum: cũ pecuniæ sint,non ut custodiamus, sed ut utamur. Si uerò defodere debeamus alijs, quid nobis possit esse miserius,qui circuncursamus aliena comprehendere quærentes,ut intus includamus, & communem præ F
cidamus usum? Est autem & alia pestis hac non inferior. Nam hi quidem in terram infodiunt, hi autem inuentrem & uoluptatem & ebrietatem cum iniuria,& ex intemperantia pœnam sibi ferentes: & hi quidem parasitis & assentatoribus, hi uerò aleis & meretricibus,& alijs huiusmodi suppeditant impensas: innumeras sibi secantes uias ad gehennam ferentes, rectã & sanctam deferentes in cœlum ducentem: cùm nõ modò lucrum, sed etiam uoluptatem dictis maiorẽ habeat. Nam qui meretricibus erogat, ridendus erit & turpis,& multa feret bella,& modicam uoluptatẽ, immo uerò neque modicam:quotquot enim fornicantibus dederit mulieribus,ei nullam habebunt gratiam. Dolium enim perforatum est aliena domus: alioquin autem impudens est huiusmodi genus, & inferno similem esse ipsius amorem Salomon comparans dixit. Et tunc tantùm desistit, cùm omnibus Pro.30.
nudatum amatorem esse uiderit: quinimmo neque tunc cohibetur. sed magis furatur, & insultat iacenti, & multum in eum commouet risum: & tantis eũ malis afficit, quanta neque sermone possunt recenseri. Sed saluatorum non est talis uoluptas: nec enim hic

Grialem quispiam habet,sed oēs gaudent & exultant, & prosperè agentes,& intuentes. Nō furor,non mœstitia,non dedecus,& opprobriū huius animam obsidet:sed multa quidem conscientiæ lætitia, multa uerò spes futurorum: porrò præclara gloria, & claritas multa,& quod est omniū maximum, dei beneuolentia & protectio,& nullum præcipitiū,aut suspicio:sed quietus portus, atq; tranquillitas. Hæc igitur omnia cogitantes, & uoluptati uoluptatem comparantes, eligamus meliora:ut & futuris fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

QVOD MAXIMVM EST LVCRVM *in tribulationibus gratiarum actio.* Homilia LXIIII.

Nihil tam præclarum,dilectissimi,ad gloriæ ra
n tionem & fiduciæ,q̄ à deo diligi, & ipsum di
ligentē tanq̄ deum diligere. Hoc angelos splē
H didos facit, hoc principatus & potestates, hoc reges maiores:propterea & Paulus hoc ante regnū posuit: propterea & incorporeas uirtutes beatas existimo, quod eum diligūt,& in oibus parent. Hinc & prophe
Psa.202. d ta eas admirabatur,dicens: Potentes uirtute facientes
Esa.6.a uerbū eius. Hinc & Seraphim Esaias prædicabat,magnam eorū uirtutem ostendens,& ex eo quòd stent apud gloriā illā: quod maximæ charitatis est signū. Imitemur & nos itaq; supernas uirtutes: neq; tantùm iuxta thronū stare studeamus,uerū & inhabitantem eum habere in throno sedentē. Nam ille quidē & exos
Mat.5.g sos dilexit,& diligens perseuerat. Nam & Solem oriri facit super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. Tu uerò diligentem ama,diligit enim. Et quō diligens,inquit, gehennam & pœnā & ultionem minatus est? Propterea diligit: etenim tuam mutilās ultionem,& tanū fræno quodam timore in peiora cohibēs impetū,omnia facit & tractat, tam per suauia, quā per tristia ab ulteriori ad inferiora decursu te reprimens,& ad se reducēs, & ab omni soluēs malitia, quæ gehēna peior est. Si uerò rides dicta,& multò potius in nequitia uiuere uis,q̄ solo die puniri,nihil mirā
I dum. Nam & hoc est sniæ tuæ uilis indicium, ebrietatis & insanabilis morbi. Quoniā & infantes parui cū medicum uiderint,ignē uel sectionem inferentem, fugiunt,& ululantes resiliunt,& plangentes: & malunt continua corporis tabe consumi,q̄ temporalem sustinentes dolorem futura sanitate potiri. Mentē autem habentes,norent quòd ægrotare q̄ secari grauius est: sicut & malum esse peius est q̄ puniri. Nam curari quidem,est & cōualescere:perire uerò, & in cōtinua esse ægritudine. Quòd aūt sanitas infirmitate melior est, cuique manifestū:& quoniam & latrones nō quādo latera fodiuntur,lugere dignum est,sed cùm parietes perfodiunt,& cædem patrāt. Nam si corpore melior est anima,sicut certè melior est. hac pereunte magis dolendū est,& conquerēdum:si uerò non sentiat, & ita magis oportet eum flere. Nā & lasciuo captos amore magis,q̄ grauiter febricitantes dignum est miserari:& ebrios amplius,q̄ eos qui torquentur. Sed si hæc,inquit,grauiora,quare potius hęc eligimus? quoniam multis hominū,iuxta prouerbium, peiora placent,& hæc eligunt, omittentes meliora: quod & in serculis uideri potest,& in conuersationibus, & in uitæ imitationibus,& uoluptatis delectatione, in uxoK ribus,& in seruis,& agris, & in omnibus alijs fieri. Et licèt naturalia præternaturalibus iucundiora sint: attamen multi sunt,qui deridenda,& iniucunda, & pœnam habētia,tanq̄ iucunda sectantur. At illis,inquit, hæc esse uidentur iucūda: sed propter hoc ipsum qui dem sunt miseri,quòd non uoluptuosa, uoluptuosa esse putāt: sic & peccati pœnam peccato peiorem cēsent,non est tamen,sed contrarium omnino. Si enim esset malum peccantibus castigari, malis mala deus non adiunxisset,nec eos peiores facere uoluisset. Qui enim omnia facit,ut extinguatur malitia,nō eam auxisset. Non itaque peccati malum est castigari,sed ita perseuerantem non corrigi:sicut ægrotū non curari. Nihil enim tam malum,q̄ mala cupiditas:malam aūt cùm dico,& deliciarum dico,& intemperstiuæ glorię, & potentiæ,& omnium generaliter ultra necessitate rerum cupidinem. Talis enim lubricam, & dissolutā uiuens uitam,omnibus quidem beatior esse uidetur: omnium tamen est miserrimus,suæ superinducēs animæ graues dominos & tyrānos. Propterea deus præ
L sentem uitam nobis fecit laboriosam, ut ab illa nos absoluat seruitute,& ad puram libertatem perducat. Propterea pœnam quoq; minatus est,& uitæ nostræ
Esa.5.c labores constituit,lasciuiam reprimēs. Ita quidem & Iudæi dum luto fuerunt & lateritio operi alligati, mites erant,& continuè deū uocabant: postquam uerò libertate potiti sunt,murmurabant, & deum exacerbauerunt,& se malis infixerunt innumeris. Quid igitur,inquit,de his dices, qui frequenter à tribulatione subuersi sunt? Quòd non tribulationis opus subuersio,sed illorū imbecillitatis. Nec enim siquis infirmū habens stomachum,amaram non admittat medicinam ipsum curare ualentem,sed potius atteratur: medicinam nos accusabimus,sed membri infirmitatē, sicut & hic mentis facilitatem. Etenim à tribulatione subuersus,multò magis hoc à remissione pateretur: nam si ligatus cadit, hoc enim est tribulatio, multò magis lasciuè uiuens. Et qualiter, inquit, potero nō à tribulatione subuerti? Si cogitaueris, quòd siue uelis, siue nolis,illatum patieris:sed si gratè quidem, maxima lucraberis:si uerò ægreferens,superbiens,& blasphemās,neq; calamitatem ita minorem facies, & ma
M iorem reddes procellam. Hæc itaq; cogitantes, quod necessitatis est,hoc nostræ uoluntatis esse faciamus. Quale quod dico: Filiū aliquis amisit legitimū, alter totam rem: si cogitaueris, quòd factum quidē solui non potest,potest autem ex insanabili calamitate aliquid decerpi,casum generosè ferendo,& pro blasphemis uerbis domino benedictionē referendo: ita mala non uoluntariè illata,tibi fient liberæ merita uolū-
Iob.1.d tatis. Vidisti filium ante tempus raptum,dic: Dominus dedit, dominus abstulit. Vidisti diuitias exhaustas,dic. Nudus exiui de uentre matris meę,nudus & illuc reuertar. Vidisti malos prosperis utētes, & iustos aduersis laborantes,& innumera patientes mala, nescis aūt rerum,quæ fuerit,causam inuenire,dic: Vt iu-
Psal.72.d mentum factus sum apud te,& ego semper tecum. Si uerò & causam quæris,cogita,quòd constituit diem, quo iudicaturus est terrarum orbem, & omnem expelles dubitationem: pro meritis enim tunc quisq; re-
Luc.16.d cipiet,sicut Lazarus & diues. Reminiscere Apostolorum. Nam & cùm flagellarentur,pellerentur, & innumera sustinerent tormenta, gaudebant, quòd digni
Act.5.b fuissent habiti pro nomine Christi cōtumeliam pati.

A Igitur & tu si fueris ægritudine correptus,fer generose,& deo gratias age, & eandem cum illis mercedem accipies. Quomodo uerò in ęgritudine positus & doloribus,deo gratias habere poteris? Si eum legitimè diligas. Nam si pueri tres in caminū proiecti, & alij in carceribus,& in alijs innumeris constituti malis agere gratias non desinebant,: multò magis in ægritudinibus positi, grauibus oppressi morbis hoc facere poterunt. Nihil enim est quod non superet amor cū desiderio. Cū autem & dei sit desiderium, omniū est altissimum,& neq; ignis,neq; ferrum,neq; paupertas, nō infirmitas,non mors,nec aliud quid huiusmodi grauę uidebitur talem amorem possidenti: sed omnia deridens,ad cœlū uolabit, & illic morantibus nihilo se geret indignius, aliud intuens nihil,non cœlū,non terram,non mare:sed ad unam tantū pulchritudinē intentus illius gloriæ: & nec eum præsentis uitæ tristia humiliabant,nec extollere & inflare suauia poterūt, & uoluptatem habentia. Capiamur igitur hoc amore:huic enim par nihil & propter præsentia, & propter futura. Quin insuper propter ipsam amoris naturam
B liberabimur & à præsentis uitæ,& à futuri seculi supplicijs,& regno fruemur. Veruntamen neq; gehennæ absolutio,neq; regni delectatio magnū aliquid est ad id,quod est dicendum. Hoc enim omnium est maximum,Christum amatū, simul & amatorem habere. Si enim hoc in hominibus cōtingens omni uoluptate superius est,cum hæc utraq; circa deum euenerint, quis sermo,quæ mens exprimere poterit huiꝰ animæ beatitudinem? Nulla profectò,sed experiētia sola. Vt itaq; per experientiam discamus hanc spiritualem lætitiam,& beatam uitam,& mille bonorum thesaurū, omnia dimittētes,illam charitatem retineamus. Hæc igitur audientes,nūquam in tribulationibus abominationem patiamur,neque cogitationes proprias sequentes indignemur:sed multam exhibentes toleran
Act.14.d tiam, spe pascamur nostri scientes facilitatē, & quòd nos nō despiciens, tristium experientiam capere permittit,sed nos uolens certantes præclaram reportare coronam:sic omnes sancti probabiles apparuerunt.
C propter hoc & apostoli dicebant: Per multas tribulationes oportet nos in regnū dei introire. Et ipse Chri
Iob.16.& 2.Tim.3.c stus discipulis dicebat: In mundo tribulationem habebitis. Ne tristemur itaq; propter tribulationes, sed Paulum audiamus dicentem, Quòd uolentes piè uiuere in Christo Iesu,persecutionem patientur. Et neque consternemur, aut ægrè feramus: sed cum omni uirtute in gruentia feramus,non ad tribulationes:sed ad lucrum respicientes, hinc nobis proueniens: hæc enim est spiritualis mercatura. Et sicut pecunias colligere uolentes:& hanc secularem exercentes mercaturam,non aliter propriam rem augere possent, nisi multa terræ,mariq; pericula sustinerent: necessarium enim est & latronū insidias,& piratarum incursus sufferre,& prorsus omnia cū magna subeunt promptitudine,propter lucri expectationem,nullū capiētes tristium sensum: eodem & nos modo diuitias hic nobis confluentes & spirituale cogitantes mercaturā,
2.Cor.4.d gaudere decet & exultare:nec quæ uidentur,sed quæ uideri non possunt,considerare. sicut & Paulus monet,dicens: Non considerantibus nobis quæ uidentur. Hoc enim fides est,cū corporeis duntaxat oculis non sumus contenti, sed mentis obtutibus inuisibilia cogitamus. Illa nanq; præsertim his quę corporeis cernuntur oculis,credibiliora cēsere nos oportet. Ita patriarcha fuit illustris & gratus,quoniam dei credi- D
Gen.15.b & Rom. 4. & Gala.4.a & Iaco.2.g dit promissioni:& natura factus altior & humanis rationibus,quamobrem & reputatū est ei in iustitiam. Cogita quòd est iustitia his,quæ dicuntur à deo, credere. Cū ille quid promiserit,ne mihi res secundū humanam exigas cōsequentiā: sed talibus sublimior cogitationibus,pollicentis uirtute confidas. Ita iustorū quisq; probabilis fuit: sic & admirabilis Ioseph tot me
Gen. 41.c dijs post somnia factis obstaculis, nō est cogitatione turbatus,nō tumultuatus:sed corroborato sensu generosè cuncta ferebat,sciens quòd dei decreta cadere non possunt. Quapropter & post seruitutem,& carcerem, & tantam calumniam,totius Aegypti principatum accepit. Hæc igitur omnia cogitantes,ingruentibus fortiter occurramus,clementiæ diuinæ pro omnibus agentes gratias, & ab eo protectionem expectantes:qua nos omnes frui concedatur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria,imperiū & honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

QVOD DEO GRATIAS AGERE DE- E *bemus,qui commensurata nobis certamina largitus est,nihil autem graue præcepit.* Homilia LXV.

Nihil diabolo scelestius aut peius,dilectissimi:
n semper enim inutilibus suos inuoluit laboribus,& distrahit:neq; modò brauia consequi non permittit, sed & supplicij reos facere consueuit. Non tantū prædicationē,uerū & ieiunium,& uirginitatem eis sancit,nō modò præmijs primaturus, uerū & magnum malū ea exercētibus illaturus. de quibus dicitur. Cauteriatam habentiū cōscientiam suā. Quapropter exhortor,pro omnibus deo gratias agamus, 2.Tim.4.a quòd nobis & labores releuauit,& auxit prēmia. Qui bus enim apud nos modestè nubētes potiuntur mercedibus, apud hæreticos uirginitatem seruantes non potiuntur,sed fornicantiū pœnæ facti sunt rei. Totū aūt est,eò quòd recta nihil faciant intentione, sed in accusatione dei creaturarū,& ineffabilis dei sapientię. Ne torpeamus itaq;,nobis deus mensurata dedit certamina nullū habentia laborē, ne propter hoc tamē contemnamus. Si enim hęretici se laboribus, intēdūt inutilibus: quæ nobis erit excusatio, neq; minores, & maiorem afferentes mercedē sustinere nolentibus? Quid enim graue, quidve molestū in Christi præceptis? Non potes uirginitatē seruare, licet tibi nubere: nō potes te tuis omnibus priuare, licet tibi de tuis ministrare. Vestra superabundantia illorū inopiam suppleat. Hæc enim uidentur esse grauia:qualia uerò? Pecunias dico contemnere, corporalem uincere concupiscentiam:reliqua uerò nullius indigent impēsæ, nullius uiolentiæ. Quæ enim quæso, uiolentia nō detrahere,neq; temerè calumniari? Quæ uerò uiolentia nō alienis inuidere bonis,uel gloria non capi? Torqueri & ferre,tolerantiæ sunt: philosophiam exercere, tolerantiæ: ferre paupertatē,tolerantiæ: fame impugnari & siti,tolerantiæ. Cū uerò nihil adsit hmōi, sed suis liceat utentē,ut Christianum decet, alienis nō inuidere:quæ uiolentia? Inuidia non aliunde,q̄ ex nimia præ
F sentium cura,quinimmo omnia mala. Nā si pecunias nihil esse putares, & huius mundi gloriā habentibus nō inuideres:sed quoniā eis inhias & admiraris,& attonitus cōcupiscis,pp hoc & inuidia te pulsat propter

G hoc & inanis gloria, & omnia nascuntur ex rerum uitæ præsentis admiratiõe. Inuides quòd ille diues est? At potius misericordia dignus est, & lachrymis huiusmodi. Sed statim ridens dices: Ego lachrymis dignus, non ille. Lachrymis dignus & tu, nõ quoniam pauper es, sed quoniã te miserabilem existimas. Nullum. n. malum habentes, & ægrè ferentes deflemus: non quoniã malum aliquod habeant, sed quoniam non habẽtes habere se putant: sicut siquis febre liberatus mœreat, & ualẽs uersetur in lecto positus, nõne febricitãte magis est deplorandus? non quoniam febre laboret, sed quoniã nihil habens graue, se putat habere. Et tu propterea lachrymis dignus es, quoniam te putas miserabilẽ, non propter paupertatem. Paupertatis. n. ratione beatus es existimandus. Quid inuides diuiti? quoniã se maiorum curarum reũ constituit, quoniã grauiori seruitio, & infinitis mœroribus, quasi quidã canis suis alligatus est pecunijs. Præoccupauit uespa, præoccupauit nox, & hic getis tempus habet tumultus occasionem, & amaritudinis, & tristitiæ, ac solicitudinis. Sonus factus est, statim exiH liit. Ille spoliatus est, maiorẽ habet illo solicitudinem, qui perdidit: ille enim semel perdidit, & contristatus curam deposuit, hic autem eam habet continuè. Superuenit nox nostrorũ portus malorum, nostrarum lenimen ærumnarum, uulnerum medicina. Nam & aliquo dolore detenti, amicis quidem & consanguineis, & familiaribus, frequenter autẽ & patribus non cessere consolantibus, nec paruerunt: uerum & ad ipsa uerba sunt indignati: somno uero qescere iubenti, neq; contra aspicere ualuerunt. Doloris enim amaritudo magis omni æstu nostras affligit animas. Sicut igitur corpus exæstuãs, & ardentioribus radijs fatigatum demulcet diuersoriũ, multos fontes & ab aura tenui consolationem habens, ita nox somno nostram tradit animã. Sed potius tamen neq; nox, neque somnus hoc operatur, sed deus hoc ærũnosum intuens genus, hæc oia fecit. At nostri nosipsi nõ miseremur, sed tanq; nobis inimici simus, maiorem excogitauimus naturali necessitate, & requie tyrannidem, ex diuitijs uigilãdi solicitudinem: ait. n. Cura di uitiarum amouet somnum. Et uide quãta sit dei cura. Non proposito requiem permisit, sed naturalibus eam uinxit necessitatibus, ut & inuiti beneficio fruamur. Nam dormire naturæ est, nos autem quasi nos multum exosi, tanquam alios impugnantes & affligentes, hac naturali necessitate maiorem excogitauimus tyrannidem ex pecunijs. Dies illuxit, & huiusmodi sycophantas timet. Nox comprehendit, tremit latrones. Mors adest, magis q̃ morte mordetur quòd illa fiunt aliena. Filium habuit, maior cupiditas, & tũc pauper esse sibi uidetur. Non habuit, magis doluit. Hunc ergo beatũ uocas, qui nulla ex parte lætari potest? Huic inuides naufraganti, in tranquillo paupertatis portu constitutus. Et hic uerè est humanæ defectus naturę, bona generosè nõ accipere, & in beneficia cõtumeliosum se gerere. Et hæc quidẽ hic, cum autem illuc migrauerimus, audi qd diues loquatur, qui fuerat innumerorũ, ut ipse dicis, bonorũ dominus. Nam ego non hæc bona dixerim, sed indifferentia. Hic igitur infinitorum dominus bonorum quid dicat, audi, & in cuius rei sit inopia cõstitutus: Pater, inquit, Abrahã mitte Lazarum, ut summo digito instillet aquã linguæ meæ, quoniam torreor. Nã si nihil eorum quæ dixi, pateretur ille diues, si in libertate sine cura totam egisset uitam: & quid dico totã egisK set uitam? unum illud momentum, momẽtum enim est: ait enim, Quasi unũ momẽtum tota ætas nostra ad infiniti seculi comparationem. Si igitur ei pro uotis omnia successissent, nõnne miserabilis est ex hisce uerbis, imò uerò factis? Nõne uino exundabat mẽsa tua? nũc uerò nec guttæ laticis es dominus, & hæc in multa necessitate constitutus. Nõne pauperem ulceratum despiciebas? nunc autem rogas eum uidere, & nemo præbet. Pro foribus tuis adstabat, nunc aũt in Abrahę sinibus. Sub magnis tu recubabas tectis, nũc in igne gehennæ. Hæc audiant diuites, imò uerò non diuites, sed misericordia carentes. Non. n. quoniam diues fuerat, puniebatur: sed quoniam misericordiã non exhibuit. Potest enim fieri, ut locuples & miserẽs omne bonum assequatur. Et propterea nullum aliũ uidet, nisi illũ sui indigentem: ut discat, quòd hæc iustè patiatur, in memoriam eorum uenies q̃ gerebat. Num non erant innumeri diuites iusti? Sed ad eius ianuã iacens hic ipsi occurrit: ipsum & nos docẽs, quantũ sit bonum in pecunijs non confidere. Nihil i llum L læsit pauptas ad regnũ acquirendum, nihil huic profuerunt diuitiæ ad fugiendam gehennam. Quousq; pauperes, quousq; mendici? Non est pauper, qui nihil habet, sed q multa cõcupiscit. Non est diues, qui multa possidet, sed qui nullius indiget. Quid. n. utilitatis omnem terrarum orbem possidere quidem, & in maiori uiuere miseria, q̃ qui nihil habet? Voluntates & diuites faciunt & pauperes, nõ pecuniarum copia, nec egestas. Vis fieri diues tu pauper? licèt tibi, si uelis, & est qui prohibeat nemo. Cõtemne mundi pecunias, nihil esse cogita, sicut & sunt: elimina pecuniarũ amorẽ, & diues factus es. Hic est diues, qui diues esse non uult: qui paup esse renuit, hic est qui pauper est. Sicut enim ęgrotus est ille, qui & in sanitate mœstus est: no ille qui morbum omni sanitate fert leuius: Itidem & pauper est, qui paupertatem ferre nõ potest, sed in diuitijs se pauperibus pauperiorẽ esse putat: nõ ille qui pauperiem, q̃ diuites opulentiam fert lætius, hic. n. est ditior. Cur enim quæso, pertimescis paupertatẽ? quare contremiscis? Nõne propter famem? nõne propter sitim? nõne propter frigus? an non pp hæc? Sed est nemo, qui de his unquã dubitauerit. Nã respicite in M antiquas generationes, & uidete quis credidit domino, & derelictus est: uel quis sperauit in eum, & confusus est. & iterum, Respicite uolatilia cœli, quòd non seminant, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit ea. Neminem facilè quis haberet, quem fame uel frigore mortuum ostenderet: cur ergo paupertatem formides, non potest dicere. Si necessarijs. n. abundas, quid tandem. n. tremis? qd non est tibi seruorum multitudo, hoc est à dominis esse liberum, hoc perennis beatitudo, hoc à solicitudine libertas. At quòd uasa, lecti, & supellectilia tibi non sunt ex argẽto elaborata: sed quid te plus habet delectationis, qui talia possidet? Nihil. Vsu nanq; sunt paria, siue ex hac, siue sint ex illa materia. At quoniã terribilis non es multis: nec unquam fiat. Quæ nanq; uoluptas, quòd te multi tremant, atque formident? sed quòd alios ipse times, at timendum non est. Vis enim non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex ea. At quoniã cõtemptui sumus obnoxij, & malè pati periclitamur: p̃cipue quidem paupertas hoc non facit, sed malitia. Quoniam cũ multi pauperes quietè præsentem uitam degant, princeps, diuites, &

A tes, & potẽtes omnibus malefactoribus, latronibus & furibus migrauere miserius: quod. n. in te pauptas habet, in illo diuitiæ. Sicut. n. tibi per cõtemptũ hi malefaciunt, affligere uolentes, sic illi per inuidiã & liuorem: & magis hic, q̃ illic sęuitur: hæc uis malefaciendi, q̃ illa fortior. Nam inurdens quidem totis uiribus & potentijs omnia facit, contemnẽs autem & quandoque miseretur eius, quem contemnit: & hoc illi factum est liberationis causa, quòd pauper est, & nihil habet fortitudinis: & dicentes: magna geres, si illum interfeceris: si unum occideris inopem, quibus potis ris prẽmijs? ita illius iram reprimimus: at in diuitibus instat inuidia, non prius desinẽs, q̃ quod uult fecerit, & suum effuderit uenenum. Vides, quòd nõ pauper-tas, neq; diuitiæ bonum, sed uoluntas nostra? Hanc bene componamus, & sapiẽter se gerere doceamus. Si hæc bene disposita fuerit, neq; diuitiæ nos à regno pellere potẽrũt, neq; paupertas ut minus habeamus faciet. Sed paupertatẽ æquè feremus, nec hic ullam de futurorum delectatione bonorum iacturam faciẽtes: uerum & his fruemur & cœlestibus potiemur B bonis: quæ nos omnes assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperiũ & honor nũc & ęsemper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD COELESTE REGNVM ABSque tribulatione & laboribus acquiri non potest. Homilia. LXVI.

Inculum est indiruptum tribulatio, charissimi, dilectionis argumentum, compunctionis & reuerentiæ materia. audi nanque Dauid dicentem: Bonum mihi domine, quia humiliasti me, ut discã iustificationes tuas. & rursus alium prophetam dicentẽ: Bonum est uiro, cum portauerit iugum à iuuẽtute sua. & iterũ: Beatus homo, quem tu erudieris domine. Et alium quendã dicentem: Noli contemnere disciplinam domini. Et si uadis seruire deo, præpara aiam tuam ad tentationem. at rursum & Christus dicebat: In mundo tribulationẽ habebitis, sed confidite. & iterũ, Plorabitis & lugebitis uos, C mundus aũt gaudebit. & iterũ: Angusta est & arcta uia. Vides ubiq; tribulationẽ laudari, passim assumi tanq; nobis necessariam? Si. n. in externis certaminibus absq; hac nemo coronã capere potest, nisi laboribus, & ciborum obseruatione, uiuendi norma, & uigilijs, & innumeris alijs semetipsum corrobauerit: multo magis hic. Quem. n. uis dicere? regẽ? sed nec ille procul à curis uitam agit, sed multis plenam tribulationibus & curis. Ne nanque diadema respicias, sed curarum tempestatem, per quã ipsi corona paritur. Neque purpuram intuere, sed animam & ipsa purpura magis nigrescentem, Non ita corona caput circundat, sicut aiam solicitudo: nec in satellitũ cateruam, sed in molestiarum multitudinem spectes: nec enim priuata domus tot curis plena reperiri potest, quot regię sunt, mortes per singulos dies expectatę, & ante mensam cruor spectatur, & ante potum. In noctibus autem ne dici quidẽ potest, quoties anima prosilit, & exilire se putat, & hæc quidem in pace: si uero bellum ingruat, qd hac uita miserabilius esse possit? quot autem à familiaribus irruũt & subditis? quippe cõsanguineis cruoribus regium pauimẽtum semper est plenum. Et si uultis, aliqua narrem, forsitã agnoscetis, maximè quidem & antiqua: at & nostris facta D tẽporibus, quæ tamen adhuc memoria seruantur. Ille coniugem adulteri suspectam habens, nudam in montibus alligauit, & feris tradidit, iã factam multorũ sibi regum matrem: qualẽ illum uitam degere creditis? Non. n. nisi magno fuisset morbo consumptus, in tantã erupisset ultionem. Hic ipse quidẽ suum iugulauit filium, quin potius ipsius frater. Eius filiorum hic quidẽ semetipsum interemit à tyranno comprehensus: ille uero nepotẽ suum regni secum consortem, qd ipse arripuerat, & uxorẽ uidit à Persis corruptã: quasi enim ea quæ non pariebat, mulier misera quædã & ærumnosa: misera quidẽ & infœlix, quæ dei donum per suam se sperauit pręstiturã esse sapientiam: cum aleam iecisset, reginam corrupit, & ipsa simul est corrupta: hic autem dicitur & fratrem suum peremisse: alter rursum post hoc uenenatis sublatus est medicaminibus, & calix fuit ei nõ iam poculum, sed mors, & eius filio, futurorũ timore, cum nihil iniuriæ patrasset, oculus erutus fuit. Alius, neq; dicere decet, q̃ miserabiliter uitam finiuit. Sequentium autem hic quidem incensus fuit, tãquam miser quidam E & infœlix, cum equis & curribus, & alijs omnibus, & uxor in uiduitate. Vitæ. n. ærumnas nemo sermone posset exprimere: quas cũ hic insurrexit, habere coactus est. Hic uero, qui nunc impat: nónne post quam diademate coronatus fuit, est in laboribus, in periculis, tristitijs, mœrore, calamitatibus & insidijs? At non talis cœlorũ regia: sed postquam eam accepis, pax, uita, gaudium, lætitia. Verũ, ut dicebam, non est uita sine miseria. Si uero in secularibus, & in regia facilè primus, tantis est plenus ærumnis, quid censes in priuatis, & quot alia mala? Neq; dici quidem põt, quot fabulæ frequenter ex his contextæ sunt. Omnes ferè quæ sunt in scena tragœdiæ & fabulæ, de regibus exhibentur: eorũ enim quæ fabulosè dicũtur, plurima pars de factis fingitur: sic. n. habent & uoluptatem Thyesteę scenę, & tota domus illa calamitatibus est obuersata. Sed hęc quidẽ ex his quę ab externis composita fuere, didicimus. Si uerò uultis, & ex scripturis dicemus. Saul primus regnauit, uerũ scitis, quomodo post illum Dauid, & hic transiit innumeris tentatus malis. Salomon, Abia, Ezechias, Iosias similiter. F Non enim potest citra tribulationẽ, non potest citra tristitiã præsens uita transmitti. Sed nos mœreamus non huiusmodi rebus, de quibus reges, sed ex qbus & magnũ habemus emolumẽtum. Nam quę secun- 2. Co. 7. c dum deum est tristitia, pœnitentiã in salutem immutabilẽ operatur. Ex his oportet tristari, de his dolere, his morderi. Ita Paulus pro peccantibus tristaba- Ibidẽ. 2. d tur, ita lugebat: ait. n. Ex multa tribulatione, & compressione cordis scripsi uobis per multas lachrymas. Quoniam. n. de proprijs non habebat quid lugeret, hoc pro alienis agebat: quin & illa secundũ luctus rationem propria putabat. Alij scandalizabãtur, & ipse urebatur: alij infirmabãtur, infirmabatur & ipse. Bona est talis tristitia, omni mũdana melior lætitia, ita lugẽtem omnibus hominibus præpono: imò uero & ipse dominus ita lugẽtes beatos uocat misericordes. Non sic eũ in periculis admiror, quin uero neq; minus q̃ in periculis: in his quotidie moriebatur, sed hoc me magis mouet. Ex aia nãq; religiosa fit & pia, ex charitate, quã ipse Christus quęrebat, ex fraterna paternaq; pietate: imò qd his duobus maius est, ita affici, ita lugere oportet. Hmõi lachrymę multa sunt

Ecclesiast. 3. d

Psal. 118. i
Thren. 3. d
Psal. 93. b
Prou. 3. b
Ecclesiast. 2. a
Isaiæ 16. g
Ibid. d.

C Mat. 7. b

Luc. 16. f

Ecclesiast.
Mat. 6. d

Rom. 8. d

G plenę lætitia, huiusmodi luctus lætitiæ materia: licet nihil deploratis prosimus, nobis saltem ipsis proderimus. Qui nãq; sic de alienis dolet, multo magis ex proprijs hoc patietur. In alienis ita deflẽs, non sine lachrymis sua pertransibit errata, quinimo nec facilè peccabit: id aũt grauissimum est, quòd ita super peccantibus lugere iussi, neq; de proprijs ullam exhibemus pœnitentiã, sed sine dolore cadimus: oium maiorẽ gerimus curã, & omnia plus q̃ propria recogitamus peccata: propterea gaudio lætamur inutili, qd est mundi, quod statim extinguitur, & infinitos parit mœrores. Tristemur tristitia gaudij genitrice, non autem lætitia tristitiæ parente gaudeamus. Lachrymas fundamus multam seminantes uoluptatem. Neq; risu rideamus dentium nobis stridorem pariẽte. Affligamur tribulatione, ex qua remissio nascitur. Neque delicias quę ramus, ex qbus multa tribulatio paritur & angustia. In terra paulisper laboremus, ut in cœlis lætemur. In corruptibili uita nosipsos affligamus, ut in imortali requiem assequamur: ne in hoc breui effundamur momento, ne in infinitũ angamur. Nón-
H ne uidetis, quòd & hic tribulantur propter secularia? Cogita quòd tu quoq; de illis unus es. Sustine tribulationẽ & dolorem, spe futurorũ te pascens. Tu neq; Paulo melior es, neq; Petro, qui nunquam remissionem assecuti sunt, sed fame, & siti, & nuditate laborarunt. Si uis eadem cum illis assequi, quid contrariam ambulas uiã? Si uis ad illam peruenire ciuitatem, qua digni sunt illi putati, illam perambula uiam illuc ferentem. Nõ illuc perducit remissionis uia, sed tribulationis: illa lata, hæc angusta: hãc perambulemus, ut
Actо.16.c uitã assequamur ętернam. Vbi nanque tribulatio, ibi
20.et seq. & cõsolatio: & ubi cõsolatio, ibi & gratia. Cum itaque & Paulus in carcerẽ cecidit, tunc illa fecit mirabilia: cum naufragatus est, & in Barbaram eiectus regionẽ, tunc maximè glorificatus est: cum uinctus forum intrauit, tũc uicit & iudicam. Sic & in ueteri fiebat testamẽto, in tẽtationibus iusti florebãt, ita tres pueri, ita Daniel, & Moses, & Ioseph: hinc omnes magnis & splendidis sunt habiti coronis digni. Tunc.n. & anima purgatur, cũ propter deum tribulatur: tũc maiori potitur adiutorio, quãdo & maioris tunc indiget auxilij, maioriscq; gratiæ. Quin & ante mercedem à deo propositam magna bona decerpũtur, ab anima sapiente iã reddita. Nam & fastum cõtrahit, & omnem excidit torporem tribulatio, & ad patientiam ungit, & humanarũ rerum uilitatem reuelat, & multam introducit sapientiã: omnes enim motus ipsi cedunt, inuidia, æmulatio, cõcupiscentia, potẽtiæ, pecuniarum & corporũ amor, arrogãtia, fastus, ira, & omne reliquum uitiorũ examen. & si uis rebus ipsis uidere, & uirũ seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione: & quantũ hinc lucrum, docere, & quantus illinc torpor. Nã & Hebræorũ populus, dum affligebãtur quidem & pellebantur, gemebant, & deum inuocabant, & multum supernè momẽtum attrahebant: cũ autem impinguati sunt, resilierunt. Niniuitę rursum cum libertate potirentur, ita deum irritauerunt, ut totam à fundamẽtis urbem subuertere deus minatus sit: postq; uero ab illo sunt humiliati præcone, omnem præstitere sapientiam. Si uero & singulare uirum uis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidẽ, & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa uisione dignus est habitus: ut uero nactus est delicias, in ipsum malitiæ K
barathrũ delapsus est. Quid uero ipsius pater, quando mrabilis fuit & glorios̃us? nónne dum in tentatio- 1.Reg.3.&
nibus fuit? Absalõ uero quoad fugiebat, nónne mo- 2.2.Paralip.1
destus erat: postq; autem rediit, & tyrannus, & paricida factus est? Quid aũt Iob? Hic enim clarus qdem erat & in quiete, clarior aũt post tribulationem apparuit. Et quid opus est antiqua, & prisca recensere? Si quis enim nostra nunc discutiat, quantum sit tribulationis lucrum uidebit: nũc enim pace potientes recidimus & defluximus, & inumeris impleuimus malis ecclesiã: cum uero pellebamur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has cõciones prõptiores, & feruentes ad audiendũ. Quod enim ignis est auro, hoc & animis tribulatio, sordem abstergens, faciẽs mundos, claros reddens & splendidos. Hæc in regnum introducit, illa uero in gehennam: quapropter hæc quidẽ est lata, illa uero angu-
Ioan.16.g sta: propter hoc & ipse dicebat, In mundo tribulatio-
nem habebitis: tanq̃ magnum nobis bonum relinquens. Itaq; si discipulus es, angustã & asperam incede uiã, nec ægrè feras, nec indigneris. Nã etsi non ita L
tribuleris, tribulari oino necessarium est ex alia materia sine lucro. Nã & inuidus, & pecuniarum amator, & meretrices deperiens, & glorię cupidus, & aliorum quisq; malas exercentium actiones, multas sustinet tristitias & tribulationes, & lugentibus nihilo minus tribulatur. Si uero neq; lachrymas fundit, neque luget, propter inuerecundiam & insensibilitatem id facit. Itaq; si ipsius animam discutias, innumeris fluctibus plenam uidebis. Cum igitur & illam, & hanc degentes uitam tribulari necesse sit, cur hanc non eligimus, quę cũ tribulatione nobis ĩfinitas coronas accumulat? Nam & omnes sanctos deus ita per tribulationẽ & angustiam agebat, simul & illis utilitatẽ afferẽs, & reliquos insensatos cautos faciens, ne maiorem meritis de ipsis sententiam habeant. Sic enim & idololatria principiũ cepit, cum homines nimiæ supra meritũ haberentur admirationi. Ita tertium decimum deum esse putauit Alexandrum Romanorum ,,
senatus. Hic.n. hanc habebat potestatem deos creandi & decernendi. Cum igitur ei omnia Christi opera ,,
renunciata fuissent, misit gentis princeps interroga- M
tum, an eis uideretur & ipse deus decernẽdus. Illi uero non annuerunt, indignãtes & ægrè ferẽtes, quòd ante decretum & sn̄iam suam, effulgens crucifixi uirtus oẽm terrarum orbem in sui traxisset ueneratiоnem. Hoc aũt & ipsis nolentibus dispensatum est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec unus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerãt instituti. Nã & pugiles deos esse putauerunt, & exoletum Adriani: unde & ciuitas Antinous dicitur. Quoniam enim mors naturã conuicit mortalem, aliã adinuenit diabolus uiam, aiæ immortalitatem superantẽ, post mortẽ assentationem, per quam in impietatem multos induxit, quod quidẽ & in illo Macedone fecit, aut enim, Multa magnaq; uiuens gesit, nam & ciuitates ,,
subegit, & gentes, & multa bella profligauit & pu- ,,
gnas, & erexit trophæa: & quid hoc? Non.n. hæc diui ,,
nę sunt argumẽta naturæ: sed quæ Christus fecit, magna sunt illa & admirabilia & inenarrabilia: nec ulli quidem hoium, nec ulli uero angelorum, at soli deo posibilia. Et quæ sunt hæc, inquit? Quæ totus terrarum orbis per opera clamat, & per singulos prędicat dies. Et id qdem est admirabile, quòd post crucem

A hæc Christus operatus est, per undecim mendicos & piscatores. Nam quòd uiuẽs bella quidem expediat, & uictorias, cùm sit rex, & exercitus habeat, & pecuniarũ copiam, nihil est mirandum, inopinatum nihil, & nouum: quòd uerò post crucem & sepulturã tanta facta sint ubiq; terrarum, & maris, hoc est præcipue multa plenum admiratione, diuinam & ineffabilem prædicans uirtutem. Et Alexander quidem post mortem suam dissipatum imperiũ suum & penitus exterminatum non reparauit, non aliud gesit neque magnum, neq; paruum: quomodo nanq; facturus erat mortuus? Christus autem tunc omnem terrarũ orbem ad se traxit adorandum, cùm mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cum & discipulos postq̃ obierũt, tunc effulgere fecerit? Quid dico discipulos? Nam & eorum loca & sepulchra, simul & tẽpora per
B enni memoria celebrari curauit. Tu uerò mihi sepulchrum ostendas Alexandri, & profer diem quo uitã finiuit. Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & exterminata. Christi uerò seruorum & sepulchra clara sunt, regiam assecuta ciuitatem, & dies notissimi mundo festam afferentes lætitiam. Et illius qdem loculum & proprij nesciunt, horum autẽ sciunt & barbari. Et seruorum crucifixi sepulchra regijs aulis sunt clariora, non magnitudine & ædificiorũ pulchritudine (nam & in hoc quidẽ superant) sed quod multò maius est conuenientium studio. Nam & ipse qui purpuram indutus est, accedit illa complexurus sepulchra, & fastu depositо stat sanctis supplicaturus ut pro se apud deũ intercedant: & scenarum fabrum, & piscatorẽ etiam mortuos ut protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur, quæsõ, horũ dominum nũcupare mortuum, cuius serui uel mortui terrarum orbis regum sunt protectores? Nec hoc tantùm quis Romæ fieri uiderit, uerùm & Constantinopoli. Nam & hic Constantinũ Magnum ipsius filius honore magno cẽsuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocare. Et quod in regijs sunt inanitores regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges: & illi quidẽ ut domini loca tenent interiora, hi uerò tanq̃ inquilini & uicini aulę ianuam sibi gratum habuére deputari, & infidelibus ex his
C ostendentes, quòd in resurrectione maior erit piscatoribus dignitas. Si hic.n. ita in sepulchris, multò magis & in resurrectione ordo commutatus est. Reges quidem ministrorum, subditi uerò regum uicem induerunt, quinimmo & splendidiorẽ. Et quòd hoc nõ assensio sit, ipsa ueritas ostẽdit: ex illis.n. & hi illustres facti sunt. Multò nanq; cæteris regalibus sepulchris hæc monumenta sunt clariora. Nam illic quidẽ magna solitudo, hìc autem magnus concursus. Quòd si uelis & regalibus aulis monumenta comparare, rursum & hic uictoria: nam illic quidem multi deterrentes, hìc uerò multi uocantes & attrahentes, diuites, pauperes, uiros, mulieres, seruos, liberos. Illic magnus timor, hìc inexplicabilis uoluptas. Sed dulce spectaculum est, regem aureis indutum & coronatum spectare, & adstantes duces, & principes, ductores, tribunos, & militum magistros: uerùm hæc tanto sunt illis honestiora, & magis reuerenda, ut illa fabulæ sint, & ludicra. Simul ac.n. pauimenta calcaueris, ad cœlum mentem locus transmiserit, & ad supernum regem, & illum angelorum exercitum, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam. Et hìc quidem regnans alicui subiecto præcipit, ut hunc quidem soluat, illũ ue-
rò liget: sanctorum autem ossa non hanc habent mi D
serabilem & abiectam potestatem, sed illa multò maiorem. Dæmonas.n. sistunt & torquent, & uinctos ab illis soluũt sæuissimis uinculis. Quid hoc foro magis reuerendum, cũ uideatur nemo, nemo dæmonis instet lateribus, uoces sentiuntur, & lacerationes, flagella tormentaq;, ac linguæ ardẽtes, terribilem illam uim dæmone nõ ferentes? Et corpus induti, incorporeas opprimunt potestates. Et cinis ossa, & sauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Itaq; quò regias qdem aulas uideat, nullus unquam peregrinatus fuerit: multi uerò reges plerunq; huius spectaculi gratia peregrinati sunt. Futuri nanq; iudicij uestigia & signa, sanctorum ædes exhibent, ubi dæmones flagellãtur, corriguntur homines & liberãtur. Vidisti uel mortuorum hominum uirtutem? uidisti peccatorum, & uiuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaq;, ut talia consequaris, & omni studio uirtutem sectare. Nam si præsentia sunt hmõi, cogites qualia sint futura, & horum amore iugiter detentus, æternam uitam apprehẽde: ad quam oẽs utinam attingamus, gratia & mi
sericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in se- E
cula seculorum, Amen.

QVOD HIC AFFLIGI, PECCATORVM *exhibet remissionem: & quemadmodum hominem inuenire nõ licet immortalẽ, ita neq; sine tristitia, dum uiuit.* Homilia. LXVII.

Emo, dilectissimi, malos prosperè uidens
n agentes tumultuetur. Non est hic retributio neq; malitiæ, neq; uirtutis. Si cubi uerò nequitiæ fit & uirtutis, non tamen pro dignitate, sed simpliciter, quasi iudicij prælibatio: ut resurrectionem non credentes, uel in præsentibus corrigantur. Cùm maluni locupletari uidemus, ne timeamus: cùm bonum mala uiderimus patientem, ne tumultuemur. illic.n. coronæ, ubi pœnæ. Alioquin uerò nec põt malus omnino malus esse, sed euenit, ut & aliquid habeat boni: neq; bonus, esse bonus oĩno, sed & nonnulla solet habere peccata. Cũ itaq; malus prosperis utitur rebus, ad capitis sui pniciem: ut.n. illorum paucorum retri-
butionem bonorum hìc capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit. Et ille præsertim beatus est, F
qui hìc pœnas luit, ut peccatis oĩbus depositis, probatus migret, & mundus ac insons: hocq; nos docẽs Paulus, ait: Ideo in uobis infirmi multi & imbecilles, I.Co.11.g
& dormiunt multi: & iterum, Tradidi hmõi satanæ: Et propterea quoq; dicit, quòd susceperit de manu do- Ibid.5.b
mini duplicia pro oĩbus peccatis suis: & iterũ Dauid: Esa.40.a
Respice inimicos meos, quoniã multiplicati sunt, & Psa.24.d
odio iniquo oderunt me, & dimitte uniuersa delicta mea: & rursum alter, Domine pacẽ da nobis, omnia Esa.26.c
enim retribuisti nobis. Sed hæc quidẽ probantis sunt bonos, pro peccatis pœnas hic luẽtes: ubi uerò bona mali recipientes hìc, illic oĩno cruciantur. Abraham Luc.16.f
audi dicentem diuiti: Recepisti bona tua, & Lazarus mala. Quæ bona? cùm.n. dixerit hìc, recepisti, non autem cepisti, ostendit ambos ex debito passos: & hũc quidem in felicitate, illum autem in ærumnis uersatum: & ait, Propterea nunc hic consolatur. Vides.n. Ibidem.
eum à peccatis purum, & tu doles Itaque ne mœreamus, cùm peccatores hìc prosperis rebus utentes uidemus, sed cùm ipsi rebus aduersis premimur, gaudeamus, hoc.n. est pecccatorum expiatio. Ne remis-

G sionẽ quæramus, suis enim discipulis Christus tribu-
Mat.10.b lationem prænunciauit: & Paulus ait: Omnes qui uo-
1.Ti.3.c lunt piè uiuere in Christo, persecutionem patientur.
Nullus athleta generosus in stadio balnea querit, aut
mensam cibis & uino redundantẽ. Hoc nõ est athle-
tæ, sed delicati. Athleta nanq; pugnat puluere, oleo,
Solis ardore, sudore largo, tribulatione & angustia.
Hoc est certaminis tempus, & pugnæ: igitur & uulne-
rũ, & cruoris, & doloris. Audi quid dicat beatus Pau-
1.Cor.9.d lus: Ita pugno, non tanq; aerem cædens. Omnem ui-
tam certamen esse putemus, nec unquam remissio-
nem queramus, nunq; in tribulationibus inusitata pa-
ti nos arbitrabimur: quoniam nec athleta, cùm est in
certamine, noui quid patitur. Aliud est remissionis tẽ-
pus. Per tribulationem cõsummari nos oportet, licèt
tribulatio non adsit, neq; persecutio, sed adsunt aliæ
tribulationes per singulos dies nobis irruentes. Si ue-
rò has nõ ferimus, illas profectò segnius ptulissemus.
1.Co.10.a Tentatio uos non apprehendat, nisi humana, inquit.
Precemur itaq; deum, ne intremus in tentationem:
inducti uerò generosè feramus. Nam illud quidẽ est
H modestorum uirorum, se periculis non ingerere, hoc
autem generosorum atq; sapientum. Nec itaq; nos in
geramus temerariè, audacis. n. est: neque rebus tracti
uocantibus cedamus, timidi siquidem est: sed si præ
dicatio quidem uocet, ne recusemus: cùm uerò nulla
causa prorsus, aut utilitas, necessitásue secundum pie
tatem uocet, ne curramus: ostentatio. n. est & super-
flua iactatio. Siqd uerò fiat, quod noceat pietati, licèt
innumeras sustinere mortes oporteat, nihil recuse-
mus. Noli tẽtationes accersere, cũ scdm pietatem uo-
ta tibi successerint, quid superflua attrahis pericula, q̃
Luc.22.d nullam habent utilitatem? Hæc dico, cupiẽs ut Chri-
Mat16.d sti leges custodiatis, qui iubet orare, ne inducamur in
tentationem, & ut tollentes crucem sequamur eum.
Hęc. n. non sunt contraria, sed & ualde consona. Tu
nanque ita quidem te præpara, tanquam miles gene-
rosus. In armis continuè uerseris, solers, uigilans, sem
per hostem expecta, ne tamẽ hostes tibi parias: hoc
enim nõ est militis, sed seditiosi. Si uerò religionis tu
ba uocet, statim progredere, & aiam paruipende, &
multa cum alacritate descẽdas ad certamina, hostiũ
I aciem dissipa, confringe caput diaboli, trophæũ erige.
Si uerò pietas nihil lædatur, nec ullus nostra po-
puletur dogmata, scdm aiam dico: nec aliquid quid
deo displiceat, agere cogit, ne sis superfluus. Sangui-
ne plenam esse decet Christiani uitam, non alienum
effundendo, sed se paratum suum effundere præstan
do. Tanta ergo promptitudine proprium effunda-
mus cruorem, cum pro Christo sit hoc agendũ, quã
ta quis aquam effunderet. Nã & aqua sanguis est cor
pus irrigans. Et tanta facilitate carnẽ exuamus, quan
ta uestimentum. Hoc autem fiet, nisi pecunijs alliga-
ti fuerimus, nisi domib. & nisi affectionib. nisi simus
ab oĩb. suspensi, Nam si militarem hanc uitam degẽ-
tes omnib. abrenunciant, & quò Mars uocauerit, eò
proficiscuntur, & iter agunt, & omnia cum sedulita-
te ferunt: multò magis nos Christi milites oportet
ita præparari, & opponere nos uitiorũ certamini. Nõ
est nunc persecutio, nec unquã ut sit, accidat: pugna
tamen incumbit alia, pecuniarum, cupiditatis, iuidię,
Eph.6.b uitiorum. Hoc bellum recensens Paulus, ait: Non est
nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem. Sẽ
Ibidem.c per hoc bellum instat. Propterea nos semp armatos
uult stare. State ergo, inqt, accincti. Quod ipsum &
præsentis est tpis, & ostendit quòd semper oportet K
armatum esse. Multum. n. certamẽ per linguam, mul-
tum per oculos: hos itaq; reprimamus. Multum per
concupiscentias, quapropter illinc Christi militem in
Ephe.6.c cipit armare: ait. n. State accincti lumbos uestros: &
subiunxit, In ueritate. Cur in ueritate? Illusio. n. est &
uanitas concupiscentia: unde dicit propheta, Lumbi
Psal.37.b mei impleti sunt illusionibus. Res ea non est uolup-
tas sed umbra uoluptatis. Accincti ergo lumbos ue
stros i ueritate, hoc est, uera uoluptate, modestia, ho-
nestate. Propterea hæc admonet, peccati sciẽs absur-
ditatem, & omnia uolẽs membra nostra esse circum-
munita: ait. n. Ira iniusta & nocens non seruabitur. Et
nos lorica uult esse circundatos, & scuto. Fera siqui-
dẽ est libenter insiliens ira, innumeris obicibus, & se-
ptis ad eam nobis est opus superandam & arcendã.
Et propterea nobis deus hanc maximè partem, tanq̃
ex quibusdã lapidibus ex ossibus cõdidit, ei circum-
ponẽs firmamentum, ne facilè prorumpens & dissi-
pans, totum animal perdat. Ignis. n. est, inquit, & tem
pestas magna. Nec aliud mẽbrum hãc uim reprimere
posset. Aiunt autẽ & medicorum pueri, hac de causa L
cordi pulmonẽ esse substratũ: ut super eum qui mol-
lis est, quasi super quandam spongiam cor saliens re-
quiescat, ne in repugnantem & asperam soliditatem
pectoris, saltuũ offendatur impulsu. Opꝰ est itaq; no-
bis forti lorica, ut hanc feram in quiete semper serue
mus: opus autem est & galea. Quoniam. n. illic ratio
Eph.6.c uersatur, & ex hoc uel saluari possumus, cũ congrua
fiant, uel perire accidit: propterea dicit, Et galeam sa-
lutis. Cerebrum. n. natura quidem est tenerum, qua-
propter & ipsum quasi quadã testa sincipitio superne
contegitur. Omniũ autem nobis bonorum causa sit,
atq; malorum, siue congrua cogitauerit, siue contra-
ria: quin & pedes & manus armorum nobis indigẽt.
Non autẽ hæ manus, & hi corporis pedes, sed potius
aiæ: hæ quidem utilia meditantes, illi uerò quò decet
euntes. Ne aduersis itaq; casibus frangamur: sunt. n.
Eccles.7.d correctio. Ne festines, inquit, in tpe illationis. Multi
tristia domi frequenter habent, & tristitiam quidem
alter alteri cõicamus, materia uerò non itidem: sed
hic quidem ab uxore, hic autem ex filio, alter ex ser-
uo alter ab amico, alter ab inimico, ex uicino quidã, M
quidam ex iactura. Et multæ sunt & differentes tristi
tiæ causæ, & omnino nullus inueniri potest à tristitia
purus, & mœrores: sed hic quidẽ maiora, hic uerò mi
nora habet cõtristãtia. Itaq; ne indignemur, neq; nos
in ærumnis solos esse putemus. Nec. n. licet hominẽ
hanc mortalẽ uitam degentem tristitia carere, sed si
nõ hodie, cras: nisi cras, post hæc aliqd accidit triste.
Sicut. n. nauigans non in agonia uersari non potest,
nauigans inquam mare magnum: ita hanc uiuens ui
tam, non in tristitia esse nõ potest. Siue diuitem dixe-
ris, quoniã dies est, multas habet tristitiæ causas: si-
ue regem ipsum, nam & à multis ipse tenetur, nec oĩa
pro uotis facit, sed multa præterq̃ sibi gratum est, in-
dulget: & super omnes ea facit omnia quæ nullaten⁹
uellet. Quid uerò tandem, quòd multos sustinet, qui
de suis accipere uolunt? Cogita uerò quanta sit, in tri
stitia, cùm uellet quidpiam agere, nec possit, uel pro-
pter timorẽ, uel propter suspicionem, uel propter ho
stes, aut propter amicos. Frequenter autem & cũ ali-
quid sibi gratum facere contenderit, omnem exter-
minãt ei uoluptatem, multi propter illam actionem
illi se gerentes inimicè. At otiosam degẽtes uitam esse
censes

A censes in seculo tristitiæ imm unes? Nequaquam. Si-
cut. n. immortalis homo non potest inueniri, ita nec
absq; tristitia. Quot eos pati molestias est uerisimile,
quæ uerbis quidem recenseri non possunt, rebus aũt
ipsis ab illis tantum sciri? Quot sępissimè in illis opi-
bus, & delicijs mori optauerũt? Delicijs enim uacare,
non penitus tristitiam constituit, quinimo ipse delic-
iarum usus inumeras gignit tristitias, morbos & fa-
stidia, nulla præter has causa subsistente. Cum enim
in tali fuerit habitu aia constituta, & simpliciter dole
re consueuit. Nam & medicorum aiunt pueri, quòd
& ex stomachi præparatione intempestiuę nascũtur
tristitiæ. Nónne & apud nos hoc accidere uerisimile
uidetur, cũ doleamus, & tristitię causam ignoremus?
Et nemo prorsus sine tristitia inueniri potest. Si uero
tantã non habent tristitiæ, quantã nos occasionem,
ita quisq; putat: proprium enim eum plus q̃ alienum
afficit. Sicut enim in corporis dolẽtes partibus, se pro
ximos doloribus superare putãt: & oculum habens
uitiatum, nullam ægritudinem aliam, talem esse cen
set, qualẽ suam: rursum qui stomacho laborat, hoc
B omnium esse difficillimum asserit. Et quo quisq; tene
tur, hoc omnium molestissimum esse dicit: itidem &
in tristitia, qua quis detinetur, hanc asserit esse difficil
limam. cum propria enim hoc experientia iudicat. Si
cut qui filios nõ habet, nil ita graue putat, sicut filijs
carere: qui multos habet cũ paupertate, nil tam accu
sat, q̃ filiorum multitudinem. Vnũ habens, nil peius
q̃ unum habere putat. Hinc enim, inquit, & segnis ef
ficitur, & in tristitia patrem semper constituit: cum
sit illi semp desiderabilis, & nullã correctionem ad-
mittat. Qui pulchrã habet uxorem, nihil se peius ha-
bere dicit, q̃ quòd pulchram habet: suspicionis enim
plena res est, & insidiarum. Qui deformem, nihil esse
peius asserit, q̃ deformem habere cõiugem: res enim
est fastidio plena. Priuatus nihil huiusmodi uita dicit
inutilius esse, nihil abiectius. Miles nihil esse militia la
borioſius, nihil periculoſius asserit: satius enim pane
solo cum aqua uesci, q̃ tot ferre molestias. In magi-
stratu positus, nihil magis laborioſum, q̃ alienas cu-
rare necessitates affirmat: subditus nihil ait seruilius,
q̃ alienæ potestati subiacere. Vxori iunctus, uxore ni
C hil, & solicitudine peius asseuerat: uxore carens, nihil
illi liberalius, q̃ uxorem non habere testatur, & domo
carere & quiete. Mercator agricolã ex securitate bea-
tum uocat, agricola mercatorem ex diuitijs: & mo-
rosum omnino genus humanum, sortem suam accu
sans, & animũ gerens grauatum. Cum omnes con-
demnat homines, tunc ait, nihil homo: omnẽ dicens
naturam, laborioſum animal & ærumnoſum. Quot
senectam admirantur? quot beatã uocant iuuẽtam?
Sic & in ætatibus multum tristitiæ. cum nos propter
ætatẽ uidemus accusari, dicimus: Quare nõ fuimus.
senes? cum uero uertex albescit, rursum dicimus: ubi
iuuenta? Et oĩno multas tristitiæ causas habemus.
Vna tantum est ab hac inæqualitate libera uia, quæ
secundum uirtutẽ est: quin uero & hæc tristitiam ha
bet, sed tristitiam non inutilẽ, sed lucrum habentem
& utilitatẽ. Vel enim aliqs peccauit, & per tristitiam
compunctus abluit peccata, uel cũ fratre lapso do-
luit, & hic quoq; non exiguam habet mercedem. In
calamitatibus enim cũ proximo dolere, multam no
bis apud deum fiduciam præbet. Audi quãta de Iob
Iob.12.d diuina philoſophatur scriptura, audi qd dicat & Pau
lus: Flete cũ flentibus, humilibus consentiẽtes: Mœ-

rentium enim societas, grauem tristitiæ uehemen- D
tiam auferre consueuit. Sicut. n. in onere, siquis pon
deris partẽ susceperit, soli ferenti sarcinam leuauit: sic
& in oĩbus alijs. Nunc aũt ex necessarijs aliquo nobis
defuncto, multi asidentes, consolantes multi, & asi-
num quando lapsum suscitamus: amicorum aũt no
strorum aias cadentes, magis q̃ asinum despicimus,
& negligimus. Et si turpiter in cauponã eum uideri-
mus intrantẽ, non inhibemus: siue ebriũ, non arce-
mus: siue quicqd aliud gerentẽ absurdi, sed oĩa co-
operamur: propterea Paulus dicebat, Non tantũ qui Ibid.1.d
ea faciunt, uerum & consentiunt facientibus. Et po-
tus & ebrietatis consortia multi faciunt. Fac homo
cõspirationes, ut ebrietatis furorem deponas. Bona
uinctis hæc amicalia, & in tribulatione positis: tale
quid & Paulus Corinthijs præcepit, Ne cum uenero, 1.Co.16.a
inquit, tunc rationes fiant. Nunc aũt propter ebrieta
tem delicias quidẽ, & luxũ omnia facimus: & cõem
lectum, & mensam cõem, commune & uinum, com
munem facimus & impẽsam, eleemosynã autem fa-
cit cõem nemo. Hæc erant apud apostolos amica-
lia: oĩs in medium sua ponebant. Ego uero non oĩa, E
sed aliquam partem, quã quisq; probauerit: inquit, Exo.16.f
Definiat unusquisq; per unã sabbatorũ, ut aliquem
censum pro septẽ ferat diebus, & deponat, & ita det
eleemosynã, siue paruum: siue magnum: ait. n. Non Ibi.23.b
apparebis uacuus corã domino. Iudæis hęc diceban &.34.e
tur, quãto magis nobis? propterea pauperes ante fo-
res positi sunt, neqs uacuus ingrediatur, ut introeat
cum eleemosyna: si ut misericordiã consequaris, in-
tras, prius miserere: qui uero posterius uenit, plus de-
bet. Cũ enim nos inceperimus, secũdus plus erogat.
Fac tibi deum debitorẽ, & tunc eum pete: mutua, &
tãdem deum repete, ut cũ fœnore recipias. Vult hoc
deus, non refugit. Si cũ eleemosyna petas, gratias ha
bet: si cũ eleemosyna reposcas, mutuas, & capis fœ-
nora: ita uos exhortor. Nõ in manuum extensione sa
tis est audiri. Extẽde manus tuas, non in cœlum, sed
ad pauperũ manus. Si ad pauperũ manus extenderis
manum, ipsum cœli uerticẽ tetigeris: qui. n. illic sedet,
eleemosynã suscipit. Si uero porrexeris uacuas, nihil
profeceris. Dic. n. quæso, si rex ad te ueniens cũ pur- F
pura, rogasset, nõne omnia promptè tua dedisses?
Non. n. in manuum eleuatione, nec in uerborum co
pia, sed in operibus exauditur. Audi nãq; prophetam
Esaiam dicentẽ: Si manus uestras extenderitis, auer- Esa.1.d
tam oculos meos à uobis. Et si multiplicaueritis ora
tionem, non exaudiã uos. Opus. n. est tacere, nec in
cœlum respicere misericordiæ indigentẽ, utpote qui
fiduciã non habeat multa loquendi: Sed quid ait? Iu Ibidem.e
dicate pupillo & humili, & iustificate uiduã, & discite
bonũ facere. Ita licet deorsum manus habeamus, au
diri poterimus: licet nihil loquamur, aut petamus.
Hęc itaq; imitemur, ut bona nobis promissa assequa
mur, in Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri,
simul & spiritui sancto gloria, imperium & honor,
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD INFESTANTEM MAGNANIMITER FERRE PROPTER DEUM MAIUS EST QUÀM BENEFACERE. *Thes.* 1. *Homilia.* LXVIII.

f Emper gaudete, beatus inqt Paulus, dilectis- Phili-4.a
simi, sine intermissione orate, in oĩbus gra-
tias agẽtes. Hæc est enim uoluntas dei, sem-

G per gratias agere: hoc est animæ sapienter institutæ. Passus es aliquid mali, sed si uelis, nō est malum: gratias age deo, & malum in bonū fuerit trāsmutatum.
Iob.1.d Dic tu quoq; quemadmodum & Iob: Sit nomen domini benedictū in sæcula. Quid enim tale, quæso, passus es? Incubuit morbus? At nihil nouum est: corpus enim mortale nobis est, & pati natū. Sed pecuniarū inopia? uerū & hæc acquiri possunt, & amitti, & hic tantū manent. Sed ab inimicis insidiæ & calumniæ?
Exo.18.a Sed nos in his iniuriā non patimur, sed illi qui faciūt ait.n. Anima quæ peccat, ipsa & morietur. Peccauit autē non qui malè passus est, sed qui malè fecit. Non ergo mortuum oportet ulcisci, sed orare pro eo, ut eruatur à morte. Nónne uidetis apem, quemadmodum immoritur aculeo? Per illud nos animal docet deus, ne proximos afficiamus tristitia: ipsi nāq; prius morte excipimus. Et illos quidē fortè paululum lędimus, nos aūt non amplius uiuemus, quēadmodum nec illud aīal. Et si laudat illud scriptura, quòd operariū sit asserens, cuius opus reges & priuati ad sanitatem offerūt: nihil tamen ipsi prodest, ne moriatur,
Ecclesiastes.11.a
H sed omnino moriatur est opus. Si uero non illā liberat malefacientē in reliquis præstantia, multo minus nos. Ferarum est uerè sęuissimarum, nemine quempiam lædente iniuriam incipere, imò uero neq; ferarum. Illæ nanque si pmittas in deserto se pascere, neque coangustās in necessitatem redegeris, nunquam lædent, nunquā impetent, nunquam mordebūt, sed propriam transibūt uiam: tu uero cum sis homo rationalis tanto decoratus principatu, tanto honore & gloria, circa consanguineos feras imitaris, & iniuria fratrē afficis, & deuoras: & unde poteris excusari?
1.Co.6.b Non Paulum audis dicētem: Quare potius iniuriam non patimini? quare potius nō priuamini? At uos iniuriā facitis, & aufertis, & hæc fratribus. Vides quòd malè pati, in malè faciēdo est: bene uero pati, in malè patiendo. Dic.n. quæso, si quis principes conuicijs infectaretur, si quis rerum dominos afficeret iniuria: quē lædaret, semetipsum an illos? Planū est quòd semetipsum: ergo principē quidem lædens, non illi, sed sibi nocet: Christū autem contumelia afficiens, per illud eum contumeliā pati cogit? Nequaquam. Imagines lapidibus impetens, quē lapidat, nónne semetipsum? Postmodū regis quidem terreni lapidans imaginē, se lapidibus obruit: Christi uero temerans imaginē (homo nanq; dei imago) nónne semetipsum lædit? Quouscp pecuniarum amore feremur? Non desisto aduersus eas clamare: hæ nanq; sunt omniū causæ. Quouscp satietatē non capimus inexplebilis huius cupiditatis? Quid habet aurū boni? in hoc consternatus sum. Fascinatio quædā est hmōi res, quòd aurum & argentū à nobis tanti pendatur. Ergo nostrarum quidem animarum nulla nobis cura, irrationalium autem imaginū multa solicitudo. Vnde surrepsit hæc orbi terrarū ægritudo? Quis eam exterminare poterit? Quæ hanc difficilē eliminare feram ratio? quæ pdere armatura? Hominum mētibus est insperſa cupiditas, & eorū qui in pietate constituti uidentur. Euāgelica reuereamur præcepta, in scriptura tantū uerba sunt sita, in operibus uero nusquam inueniuntur. Sed quæ honesta multorū ratio? Pueros, inquit, habeo, & timeo, ne quādo in famis & indigentiæ cōstituar necessitate, ne quādo alienis egeā: mendicare erubesco. Igitur propterea facis alios mēdicare? Nō possum, inquit, esurire: ergo propter hoc alios fame conuoluis? Nosti quantum sit malum mendicare, quantū fame perire? parce & fratribus tuis. Erubescis quęso, esurire, rapere uero nō erubescis? Times fame necari, alios aūt necare non times? At qui esurire quidē nec dedecus, nec crimē habet: alios autem his inuoluere, non tantū est dedecus, uerum & extremum infert supplicium. Prætextus hæc oia sunt, & uerba, & nugæ. Quòd.n. propter filios nō facitis, testantur quotquot filios quidē non habēt, nec habebūt: ita tamē cruciantur & laborant, & diuitias congregant, ac si filios haberent inumeros, quibus relinquerent. Non est filiorū cura, quę pecuniarum faciat, sed animę morbus. Propter hunc & multi non habētes circa pecunias insaniūt: alij uero liberis affluentes, & diuitias contēnunt, illi te redarguent in illa die. Nam si te filiorum necessitas ad illā pecuniarum accumulationē cogebat, oportebat & illos eandē habere cupiditatē. Si uero non habent, nō ex numerosa sobole, sed ex auaritia bacchamur. Et qui sunt, inquit, qui cū filijs pecunias contemnunt? Multi, & multis in locis. Si uero uis & ex antiquorū temporibus cōmemorabo. Nonne duodecim filios habuit Iacob? Nónne mercenariorū uitam degebat? Nónne à socero patiebatur iniuriā? Nònne frequēter eum spreuit? Nunqd eum copiosa soboles aliquid indignū deliberare coegit? Quid autem Abrahā? nónne cum Isaac, & alios plures habebat filios? Quid ergo? nónne sua hospitibus parabat? Vides quòd non tantū non iniuriam inferebat, uerū & propria largiebatur: non.n. tantū bene merens, uerū & eligens à nepote iniuriā pati. Multo nanq; maius est, cum cui quid aufertur, propter deum æquè ferre q̄ bene mereri. Quare? quoniā hic quidem est animæ fructus & uoluntatis, unde facilè fit: hoc autem est infestatio, & uiolentia. Et facilius aliquis mille talenta uoluntarius amitteret, nihilque graue se passum esse putaret, quàm tribus obolis inuitè priuatus æquè ferret. Hoc itaque magis est animæ philosophia. Et hoc in Abrahā factum esse uidemus. Videbat enim Loth regionem finitimam, & erat irrigua, & paradisus dei, & eam elegit, & nihil ille contradixit. Vides quòd non modo nō afferebat iniuriam, uerum & iniuriam sustinebat? Quid filios tuos accusas homo? non propterea nobis deus filios dedit, ut aliena rapiamus. Vide ne deum irrites, hoc dicens. Nam si hoc dicis, quòd ipsi rapinæ tuæ sunt authores, & auaritiæ, uereor ne eis tanquam tibi nocentibus & insidiantibus priueris. Deus tibi filios dedit, ut in senectute te pascant, ut abs te discant uirtutem. Propter hoc enim ita uoluit hominum genus consistere: duo magna comparās, unum quidem patres præficiendo magistros, alterum uero magnam infundendo charitatem. Si enim homines erant incassum futuri, nulla cuique ratio cum ullo fuisset. Nam si nunc, cum nunc patres & filij sint, & progeniti, multi multorum curam non gerunt, multo magis tunc: propterea tibi deus liberos dedit, ne filios igitur accuses. Si uero filios habentes nullam habent excusationem: non habentes, & circa diuitiarum accumulationem laborātes, quam proferēt rationem? Sed est quædam & illis ratio omni carens excusatione. Quæ uero tandem est ista? Vt pro filijs, inquiūt, diuitias monumentum habeamus. Multus uero risus. Pro filijs, inquiunt, domus memoria sit immortalis glorię meæ. Non gloriæ tuæ, ô homo, sed auaritiæ monumentum erit. An non uides nunc q̄ multi

A splendidas domos pertranseuntes, inter sese talia differunt: Quantum ille usurpauit, quantum rapuit, ut hanc domum ædificaret? Et ille nunc quidem factus est cinis & puluis, hæc autem in aliorum hæreditatē trāsiuit. Non ergo gloriæ tuæ relinquis monumentū sed auaritiæ. Et corpus quidem tuum terra cōditum est: auaritiæ uerò memoriam tpis longitudine cùm latere possit, non permittis, sed per domum resultare facis, & resodi. Donec.n. hæc steterit tuum habens cognomentum, ut domus talis dicatur, omnino necessariū est, & omnium ora contra reserari. Vides quòd melius est nihil habere, q̄ hanc accusationem sustinere? Et hìc quidem ista, illic uerò quid faciemus quæso? Tantorum quidem facti possessores, nihil aūt de
Luc.19.b nostris uel paucissima dilargiti, quomodo rapinas exuemus? Qui nanq; rapinā uult exuere, non è multis pauca erogat, sed raptis multò plura, & rapere desistit: audi quid Zacchæus dicat: Et omnium quæ rapui, quadruplum reddo. Tu uerò decies mille rapiēs talenta, si paucas dederis drachmas, te totum reddidisse putas: & tanq̄ plura dederis, ita te geris, & ita uerò uix. Quare? Oportet.n. & ipsa reddere illa, & alia de
B propriis adiungere. Sicut.n. fur, cùm illa sola reddidit, non est excusatus, sed & frequenter animam adiecit: frequenter autem cùm multò plura tribuerit, absolutus est. Sic & rapax: nam & auarus, rapax, fur est & latro, illo longè deterior, quantò & uiolentior. Ille nanq; tum latēdo, tum nocte grassando multùm de facinore succidit, utpote qui uereatur & timeat peccare: hic autem perfricata fronte, nudo capite, p medium forum res omnium rapit, se furem simul exhibens, & tyrannum, non persodit parietes, neq; lucernam extinguit, nec arcam reserat, aut corrūpit signacula. Sed quid? hic audaciora facit, carentibus his qui patiuntur iniuriam, per portam expellit, omnia cum fiducia aperit, ipsos sua per se cogit exponere: tantus est excessus uiolentiæ. Hic illius multò sceleſtior, quā tò & impudentior & uiolentior. Nam ille quidem p insidias aliquid passus, dolet quidem: non paruam tamen habet consolationem, quòd & ipse qui facit iniuriam, formidat: hic autem ultra quod passus est atq;
C contemptus, neq; uim ferre poterit. Maior.n. risus. Dic mihi, si quis latēs uxorem polluisset, alius autem hoc cernente uiro fecisset: uter maiorem tristitiam attulisset, quisue maiori dolore affecisset? Hic.n. prēter quòd malè fecit, insuper & contēpsit: ille uerò si non aliud, se ostendit læsum timere. Itidem & in pecunijs, hic quidem clanculum accipiēs, ita reueritus est, furtim f. furipiendo: qui uerò palā & publicè, prēter damnum & ignominiam inuexit. Desinamus igitur alia rapere, & qui sumus pauperes & diuites. Nō.n. hic mihi sermo, uerū & ad pauperes. Nam & ipsi rapiunt se pauperioribus, & artifices qui sunt ditiores & potentiores, eos qui magis indigent & pauperiores expilāt, caupones alios caupones, & omnes qui in foro uersantur. Itaq; uolo undiq; iniuriam auferre. Non.n. in eorum quæ rapiuntur & subleguntur quantitate, & in furantis arbitrio iniuria constituitur. Quòd autem hi potius fures sunt & raptores, qui neq; parua aspernantur, scio, memini q̄ me uobis dixisse: siquidem & uos meministis. Veruntamen nihil subtiliter supputemus, sint & ipsi pariter cum diuitibus. Iam mentem instituamus maiora non aggredi, plus non concupiscere. In cœlis uerò nunq̄ habeat terminum maiorum concupiscentia, sed quisq; semper amplius appetat. In terra uetò necessitas, & modicus usus cuiq; sufficiat, & nihil amD plius quærat, ut ita possit uera cōsequi bona: quibus utinam omnes digni simus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, unà cum sancto spiritu gloria, decus & imperium, nunc & semper, & in sęcula sęculorum, Amen.

QVOD PECCATORES LVGENDI *sunt uiuentes & mortui, & quòd multum defunctis prosunt eleemosynæ, & officia pro eis exhibita.* Phil.

Homilia. LXIX.

Ors fratres indifferens est, & media. Non.n.
m malum est mors, sed malum si mortuus tormentis tradatur. Neq; rursus est bonū mors, sed bonum si defunctus sęculo cum domino uiuat. Quæ sunt post mortem, ea uel bona uel mala sunt. Circa defunctos itaq; ne temerè lugeamus, neq; de uiuentibus stultè lætemur. Sed quid? lugeamus peccatores non tantùm defunctos, uerū & uiuentes: de iustis aūt gaudeamus, non modò superstitibus, uerùm
B & mortuis. Nam illi quidem & uiuentes mortui sunt, hi uerò mortui quoq; uiuunt. Illi cùm hìc quoq; super sunt, sunt omnibus miserabiliores, quoniam deum offenderunt: at hi cùm hinc quoq; migrauerint, felices omnino: ad Christum.n. transierunt. Peccatores ubicunq; fuerint, procul à rege morantur: propterea lachrymis sunt digni. Iusti siue hìc, siue illic, cum rege sunt: & illic amplius & propinquius, non per introitū, non per fidem, sed facie ad faciem. Ne mortuos itaq; temerè defleamus, sed in peccatis mortuos: hi nanq; luctu sunt digni, hi plāctibus & lachrymis. Quæ nāq; spes, quæso, cum peccatis migrasse, ubi peccata non datur exuere? Nam donec quidem hìc erant, multa fortasis erat expectatio, quòd essent pœnitentiam acturi, futuriq; meliores: si uerò tartarum ubi per pœ
Psa.6.a nitentiam nihil lucrari conceditur, perierint: dicitur enim, In inferno autem quis confitebitur tibi? quomodo non sunt lachrymis digni? Ita migrantes lugeamus, non prohibeo. Lugeamus, sed non indecenter, non comas uellentes, non detegētes brachia, oculos
F non dissipantes, non pullis utentes uestibus: sed tantùm in animo silenter amaras fundentes lachymas. Licet enim & absque hoc exteriori cultu amariter lugere, nec illudere duntaxat. A ludibrijs enim minimè differunt, q̄ geruntur à nonnullis. Quòd etenim non ex doloris comunicatione sint illi forenses planctus, sed ex ostētatione potius, & ambitione sint, & inani gloria: inde clarum est, quòd multæ per artem hoc faciunt. Amarè plora, domi luge, ubi nemo te spectet, hoc est misericordię, hoc & tibi prodesse potest. Aliū enim ita dessens, multò magis studebit, ne & ipse in eadem incidat mala. Terribile nanq; peccatum deinceps esse uidebitur. Infideles itaque deplora, deplora nihil ab illis differentes, absq; illuminatione migrantes, & sigillis: hi uerò lachrymis digni & luctibus. Sūt enim cū damnatis extra regales aulas, & pœnæ addicti. Amen quippe dico uobis, nisi quis renatus fuerit
Io.m.3.a ex aqua & spiritu, non introibit in regnum cœlorum. In diuitijs desle defunctos, qui nullam ex diuitijs sibi comparauere consolationem, qui sua diluendi peccata potestatem acceperunt, & neglexere. Hos inquam seorsum & communiter lugeamus, sed cū modestia sed honestatis ratione seruata. Sed ne nos ostētemus

G hos defleamus,non uno uel altero die,sed totum uitæ nostræ tempus. Hæ siquidem haud sunt irrationalis motus lachrymę,sed potius charitatis. Illud igitur est irrationalis motus, & propterea citᵒ extinguitur: cùm autem ex dei timore fuerit factum, semper manet. Hos lugeamus,post hos pro uiribus clamemus, excogitemus eis aliqd solatij,minimum quidem, clamemus tamen. Qualiter & quo nam modo?Orantes & alios precantes,ut pro eis deprecentur, pro eis pauperibus largientes continuè. Habet hæc res aliquam consolationem,audi nanque deum dicentem: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si iusti duntaxat memoria tantũ potuit,cũ & opera pro ipso fuerint,quantum non ualebit?Nõ temerè ab apostolis hęc sancita fuerunt,ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur cõmemoratio. Sciunt.n.illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam.Cùm.n.totus cõstiterit populus, extensis manibus,sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium, quomodo deum non exorabimus pro his deprecãtes? Sed hoc quidem de
H his qui cum fide migrarunt. Catechumeni uerò nec hac digni consolatione censentur, sed omni sunt tali suffragio priuati,præter unum solum. Quod autem illud? Dare licet pro eis pauperibus,& ex hoc aliquid eis præstare refrigerationis.Vult nanq; deus nos alterum alteri prodesse. Nam quare pro pace, mundiq; trãquillitate nos iusit orare? quare pro omnibus hominibus?cùm hìc ubiq; sint latrones & fures,ac sacrilegi,& infinitis pleni facinoribus,& tamen pro omnibus precamur,forsitan aliqua fiet eorum mutatio. Sicut itaq; pro uiuentibus precamur, qui nihil à mortuis differunt:ita pro illis quoq; licet orare. Iob pro filijs hostias offerebat,& eos à peccatis absoluebat,ne fortè cogitassent aliquid in corde suo, ita de filijs curam gerit. Non dixit,ut hoium plurimi, Relinquam eis patrimonia:non dixit, gloriam eis conferam: non ait,principatum emam: non ait,agros acquiram: sed quid? Ne fortè cogitauerint aliqd in corde suo. Quæ nam illorum utilitas,nihil hic manẽtium? Omnium, inquit, regem eis reddam propitium, & nihil eis amplius deerit. Dominus enim pascit me, & nihil mihi deerit. Hę magnę sunt opes,thesaurus magnus. Si dei timorem habeamus,nihil nobis est opus: si uerò nõ hunc habeamus,etsi regnum ipsum possideamus,sumus omnium pauperrimi. Nihil æquale deum timenti:timor enim domini omnia superat. Hunc possidea mus itaq;,omnia propter hunc faciamus, ut hunc assequamur timorem. Nemo iam itaq; plangat aut ploret, nec Christi meritum afficiat calumnia: mortem etenim uicit. Quid igitur superfluas fundis lachrymas? somnus ea res est. Quid gemis & luges? hoc nanq; si uel gentiles fecerẽt,oporteret deridere: cùm uerò fidelis in his se turpiter gerat, quæ fuerit excusatio?quæ uenia talia fatuè sectanti, & hæc post tãtum tpis, & tam manifestã resurrectionis probationem? Tu uerò quasi crimen augere festinãs,& præficas nobis gentiles obijcis mulieres,dolorem suspendens, & accendens fornacem. Neq; dicentem audis Paulum:
2.Cor.6.c Quæ cõuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fideli cũ infideli? Et Græcorum quidem pueri,qui de resurrectione nihil nouerãt,cõsolationis tamen inueniunt uerba,dicentes: Fer generosè,nam facta non licet resoluere,aut luctibus emendare. An tu his altiora discẽs & utiliora, non confunderis, maiorem illis præferens deturbationem?Nec enim nos dicimus,Fer gene-
K rosè,nam factum non licet resoluere: sed,fer generosè,omnino nanq; resurget: dormit infans,& nõ est mortuus:quiescit,non autem perijt: nam eum resurrectio suscipiet,& uita perennis & immortalis, angeli cusq; consessus. Non psalmistam audis dicentẽ:Con
Psal.114.i uertere anima mea in requiem tuam, quoniam dominus benefecit tibi? Rem istam deus beneficũ nun cupat,& tu luges? Quid feciſſes amplius,si defuncti hostis & inimicus fuisses? Nã si lugendũ est, diabolũ oportet lugere. Ipse plangat,ingemat ipse: quoniã ad maiora tendimus bona. Ipsius est digna nequitia hu iusmodi deploratio,non tibi conueniens,qui coronã & requiem expectas. Trãquillus.n.est portus,mors. Itaq; considera quot plena malis est uita præsens: co gita quoties & ipse præsentẽ execratus est uitam, res etenim in deteriora prolabuntur:quin & ab initio nõ paruã sortitus es damnationem. In doloribus enim, Gen.3.f
ait, paries filios: & in sudore uultus tui uescẽris pane Ibidem.i
tuo:&,In mũdo tribulationem habebitis.De illic uerò positis nihil huiusmodi dictum est,sed omne con
L trariũ:quia fugit dolor,& gemitᵘ & tristitia. Et quòd Matt.8.i
ab Oriẽte uenient,& Occidente, & recumbent in sinibus Abraham,Isaac, & Iacob. Et quod illic spiritualis sponsi thalamus, ardentesq; lãpades, & in cœlum transitus. Quid itaq; defunctum confundis? quid facis, ut alij timeant mortem, & perhorrescant? Quid agis,ut multi deum accusent,utpote qui magna parauerit incõmoda? Immo uerò quid post hæc pauperes uocas,& orare sacerdotes exhortaris? Nõne ut in requiem transeat defunctus & propitium iudicem habeat?Pro his ergo luges,& ululas?Nõnne tibimetipsi repugnas, & aduersaris ex his, quibus in portum ille deuenit,tibi parans procellam? Et quid faciam? talis est natura.Non est naturæ crimen,neq; rei consequẽtia:sed nos sumus,qui confundimus omnia,qui mol lescimus,& propriã prodimus generositatem, & infideles reddimus peiores. Quo nanq; modo proximum de immortalitate alloquemur? quomodo gentili persuadebimus cùm plus q̃ ille formidemus mortem,& exhorrescamus? Multi quidem apud gentiles, licèt de resurrectione sciẽtes nihil, sibi defunctis filijs
M coronati sunt,& apparuere cãdidati, ut præsentẽ tantùm gloriam consequerentur:tu uerò neque propter futura agere muliebriter,& plangere desistis. At hæredes bonorumq; successorem non habes?Et quid malebas,eum tuorum,an cœlestium hæredẽ fieri? Quid uerò cupis eum pereuntia suscipere, quæ paulò post esset dimissurus,an pmanentia & immobilia?Nõ hæredẽ eum habuisti,sed ipsum pro te deus habuit. Propriorũ non fuit fratrum cohæres, sed Christi constitutus est:at inquies,Cui uestimẽta,cui domicilia,cui seruos & agros relinquemus? Ipsi rursum,& rutius,q̃ si uixisset:prohibet.n.nihil. Nam si cum defunctis res barbari comburunt, multò magis te cum defuncto propria mittere cõueniens est, non ut fiant illis similia,sed ut hũc maiori gloria circundes. Et si peccator quidem obijt,ut soluat peccata:si uerò iustus,ut mercedis fiat,& retributionis accessio. Sed ipsum cernere desideras?Eãdem cum eo uitam uiue,& sacrã ocyus illam accipies præsentiam. Præter hæc autem & illud cogita, quòd licèt nos non audias, omnino tpe tibi persuadebitur,sed nulla tibi tunc merces. Ex dierum enim multitudine cõsolatio conflatur. Si uerò nunc philosohari uelis,duo maxima lucraberis. Nam & te

A malis in medio positus absolues,& à deo præclaram accipies coronã. Eleemosyna nanq; & alijs huiusmodi multo maius est ærumnam æquanimiter tolerare. Cogita quòd dei filius mortuus est,& ille quidem propter te,tu uero propter teipsum: & postq̃ dixit: Si
Matt.26d possibile est,transeat calix iste:tristitiamq; pertulit,& agoniam, mortem tamẽ non effugit: uerũ & ipsam multa cũ amaritudine sustinuit. Nec enim simpliciter mortem passus est,sed turpissimam:& ante mortẽ flagella, & ante flagella oppropria, derisiones atq; conuicia,te docẽs,ut omnia generosè feras. Veruntamen postq̃ mortuus est,& corpus deposuit,rursus ipsum maiori cũ gloria resumpsit, & hinc tibi bonam spem prætẽdens. Si fabulę non hæc sunt,noli lugere: si fide digna hæc esse putas,noli lachrymas fundere. Quòd si fleueris,quomodo gentili poteris quòd credas persuadere? Verũ & ita tibi casus intolerabilis esse uidetur: ergo propter hoc ipsum nõ est lugendus. A multis.n. huiusmodi calamitatibus ille liberatus est,noli ergo ipsi inuidere, aut æmulari. Si nãq; mortem propter imaturum illius obitum expetere,illum
B autem,quòd nõ uiuat, lugere,ut scilicet multa patiatur, hmõi, æmulantis & inuidentis magis esse uidetur. Ne consideres illud,quòd non amplius domum reuertetur,sed quòd paulo post & ipse ad eũ reuerteris. Noli hoc cogitare, quòd ille non ulterius huc regreditur, sed quòd nec ista quę cernũtur permanent talia: uerũ & ipsa transformãtur. Etenim & cœlum, & terra, & mare, & omnia simul trãsmutantur,tunc cum maiori gloria filium tuum recipies. Et si peccator quidẽ abiit,mala repressa sunt: nec si deus pœnitentiã acturum nouisset, ante pœnitentiam eum rapuisset. Si uero iustus uitã finiuit, in tuto bona consecutus est:itaq; planum est, quòd nõ ex charitate tuæ sunt lachrymæ,sed ex irrationali motu. Quoniam si defunctũ diligeres, gaudere oporteret,atque lætari, quòd ex præsentibus procellis esset absolutus. Quid enim amplius supereſt, quæso? qd uero peregrinum & nouũ? Nõnne per singulos dies eadẽ cernimus retorqueri? Dies & nox, nox & dies, hyems & æstas, æstas & hyems, & amplius nihil: & hæc quidẽ semper eadẽ, mala uero peregrina & recẽtiora. Hæc igi-
C tur ipsum sustinere per singulos dies, & hic manere uolebas & ægrotare, flere, formidare & cõtremiscere: & has quidẽ pati molestias, has uero ne patiatur, timere. Nec.n.illud dicere possis, quòd hoc uastũ nauigans mare possit mœrore, & curis, & alijs hmõi liber extare. Ad hæc & illud cogita,quòd non immortalẽ genuisti, & nisi nunc mortuus fuisset, hoc paulo post sustinuisset. Sed ex eo nõ es saturatus? Verum illic omnino frueris. Sed etiã hic cernere concupiscis, & quid est impedimẽti?Licet enim & hic,si uigiles:sunt eorum nanque spes est uisu manifestior. Tu uero, si fuisset in regalibus aulis,nunq̃ eum cernere quæsisses,audiens eum se præclarè gerentem:ad multo meliora uero peregrinatũ uidens, modico tẽpore frangeris,& hęc cũ pro illo cohabitantem habeas. Sed ui
tum non habes, habes tamẽ consolatorem patrẽ orphanorum, & iudicẽ uiduarum. Audias & Paulum
Vid.1.b huiusmodi beatã uocantem uiduam atq; dicentem: Quæ uerè uidua est,& desolata,spet in deũ. Etenim probabilior huiusmodi uidebitur,cũ maiorem exhibeat tolerãtiam. Noli ergo lugere, unde coronaris, unde recipies mercedem: depositũ enim reddideris, si quod tibi creditum est,exhibueris. Ne iam solicitasis cùm in tuto possessionem thesauro reposueris. Si D
uerò & cõsideres,qualis sit ista præsens uita,qualis uerò futura: & quòd psens aranea quidẽ est & umbra, oia uerò futura sunt immota,& immortalia,nec alijs iã opus habueris sermonibus: nunc quidẽ infans ab omni liberatᵒ est mutatione,si uerò moratus hic fuisset,fortasse bonus,fortasis aũt non fuisset hmõi. An non uides,quot proprios abdicãt filios,quot his qui abdicãtur peiores domi coercere cogũtur? Hæc oia meditantes,sapiẽter agamus. Sic.n. & defuncto rem gratam agemus,& ab hoibus multas laudes assequemur,& à deo magna recipiemus præmia patientiæ,& æternis potiemur bonis: q̃ nobis oibus detur adipisci,gratia & benignitate domini nostri Iesu xpi, cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria,regnũ & honor nũc & semper,& in secula seculorum, Amen.

QVOD PRO DEFVNCTIS LVGENdum non est,sed orandum.

Homilia.LXX.

Ortis tyrannidem eijciens deus, chariſsimi, E
m simul & diaboli soluit potentiam. Qui nãq; de resurrectione multa sapienter nouerit meditari,quo mortem formidauerit?quomodo iam exhorrescat?Itaq; ne turbemini dicentes, Quam ob rem hæc & hæc passi sumus? sic.n.corona splendidior efficitur,nec esset splendida, nisi mortem morte soluisset. Hoc autem est admirabile, quòd eam per ea quibus prævalebat, euicit, ipsius facilem & leuissimam semper ostendens expugnationẽ: ne prodamus itaq; collatum nobis munus. Non.n.accepimus spiritum Rom.8.c
seruitutis,sed spiritum uirtutis & charitatis & modestiæ. Stemus itaque fortiter mortem deridentes. Sed occurrit mihi amarissimus gemitus, ut deplorẽ quónam Christus quidẽ nos pduxit, quò uerò nosipsos deiecimus. Cùm enim circa forum planctus,eiulatus circa uitam relinquẽtes exhibitos,ululatusq;, & alias turpitudines uideo:credite,pudet Iudæorum cernentiũ & hæreticorum, & omnium nos propter hoc deridendum. Nam quæcunq; iam dixero, de resurrectione disserẽs inuanum loquar. Quare uerò? Quoniam
F his quæ geruntur à uobis non intendunt gentiles,sed his quæ geruntur à uobis:statim.n.dicent, Quando fiet,ut horum aliquis mortem contemnat,qui nec alterum uidere mortuum potest?Bona quę dicta sunt à Paulo, bona cœlisq; & dei benignitate condigna. Quid.n.ait?Et liberabit hos,qui metu mortis per om Heb.2.d
nem uitam erant rei seruitutis. Sed uos ista credi non sinitis aduersus ea operibus pugnãtes,licèt multa fieri deus anteà struxerit,ut hanc improbam tolleret cõsuetudinem. Quid.n.ardentes,quæso,lampades sibi uolunt? nõnne tanquam athletas eos comitamur? Quid autem hymni? nõne glorificamus deum, & illi gratias agimus,quia iam defunctum coronauit, absoluit à laboribus, & incertitudine sublatum penes se retinet?Nõnne hymni propterea?nõnne propterea psalmodiæ? Hæc omnia sunt gaudentium. Lætus.n. est aliquis,psallat.sed non hæc intuentur gentiles: ait enim,Ne mihi proponas illum qui carens affectu philosophatur. Hoc.n.in se nil magnum, nil habet mirabile. Ostende mihi hominem in ipso seruantem disciplinam affectu,tunc de resurrectione credam. Et seculares quidem mulieres hoc facere nihil est mirandum, licèt & ipsum graue sit: nam & ipse parem exi-

G gunt disciplinã: & propterea Paulus ait, De dormientibus aũt nolumus uos ignorare, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Non hæc solum solitarijs scribebat, neq; perpetuam uouẽtib⁹uirginitatẽ, sed secularibus: nec tamen hoc tam graue. Quãdo uerò mulier aliqua, uel uir se cũ Christo crucifixum esse dicens: hic quidem capillos laniat, illa uerò nimium plorat, quid hoc deformius esse possit? Mihi credite dicẽti: si fieret, ut oportet, multũ temporis ab ecclesiæ liminibus tales essent arcendi. Hi nanq; luctu uerè sunt digni, qui mortẽ timẽt & perhorrescũt, neq; resurrectionem credunt. At inquis, resurrectionẽ non nego, sed familiaritatẽ desidero. Quare ergo, cũ peregrinatur, & peregrinatione quidem lõginqua, nõ eadem facis? Sed tunc quoq; ploro desiderans, & lugeo. Illud quidem uerè consuetam est quærentiũ præsentiam, hoc aũt reuersionem desperantis. Quid psallas cogita, cũ ad illum peruenieris locum: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. & iterum: Nõ timebo mala, quoniam tu mecum es. & rursum: Tu es refugiũ meum à tribulatione, quæ circundedit me. Quid isti uelint psalmi recogita: sed non animaduerteris, & es luctu ebria: saltem in alienis funeribus diligenter considera, ut in tuis remedium habeas. Dicis, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, & luges? Nõne fabulosa est repræsentatio? nõne simulatio? Nã si uerè quæ profers credis, otiosè luges: si uerò ludis, & simulas, & fabulas hæc esse putas, cur & tu psallis, & aduenientes toleras? Quare psallentes non abigis? Sed hoc est furentium, uerùm & multò magis illud: igitur interim quidem admoneo. Processu uerò temporis hoc acrius faciam. Magnopere nanq; timeo, ne per hunc modum aliquod graue uitiũ ecclesiæ subrepat, luctuum ergo postea corrigemus errorem. Nunc autem annuncio, & plurimum protestor diuitibus & pauperibus, mulieribꝰ & uiris, fiat quidem ut omnes absq; luctu uita migretis: & iuxta cõgruam legẽ profecti, senes à filijs & à filiabꝰ, & natis, & progenitis matres in pingui senio deducãtur, nec unquam mors sit immatura. Hoc inquam fiat, hoc precibus exposco. Et præsidentes uerò, & uos omnes exhortor, deum alter pro altero rogetis, & hanc communem faciatis orationem. Si uerò (quod absit, nec accidat) acerba quæpiam mors ingruat (acerba uerò dico non naturaliter, nec enim mors iam est acerba: nihil.n. à somno differt, sed ex affectu nostro uidetur acerba) si ingruat, & aliqui præficas lugentes istas cõduxerint, mihi credite dicenti, non aliter atq; sentio loquar. Quicunq; uoluerit irascatur, eos ab ecclesia multum tem
poris arcebo, tanquam idolorum cultores. Nã si Paulus auarum uocat idolorum cultorem, multò magis eum qui circa fidelem, ea quæ sunt idololatrarũ, exhibet. Qua nanq; de causa, quẽso, presbyterosq; uocas, & psallentes? nõnne quò te consolentur? nõnne quò defunctum honorent? Cur igitur ipsum afficis contumelia? Quare publica prosequeris ignominia? Cur nanq; in scena deludis? Nos uenimus de resurrectione philosophantes, docentes cunctos & nondũ percussos, per honorem illis redditum, si quando tale qd accidat, generosè perferre: tu uerò fœminas nostra destruentes, quantum in ipsis est, producis? Quid hoc risu peius & subsannatione? quid hac inæqualitate grauius? Erubescite & reueremini. Quod si uos non uultis, non tales ecclesiæ perniciosas consuetudines introducere nõ toleramus. Peccantes enim, ait Paulus, K
coràm omnibus argue. Et illas uerò miseras, & infeli- 1 Tim.5.
ces per uos prohibemus, ne unquã efferendis interfint fidelibus, ne propria cogamus eas mala uerè deflere, & doceamus, non in alienis hæc agere, sed proprias potius ærumnas lamentari. Nam & pius pater cùm filium habet prodigum, non illum admonet solum, ne uitijs iungatur, uerùm & illos perterrefacit. En igitur & illas per uos commoneo, ut neq; uos huiusmodi uocetis, nec illæ ueniant. Et fiat quidem, ut sermo quid amplius operetur, & minæ præualeant. Si uerò, qđ absit, contempti fuerimus, minas ad rem deducere demum cogemur, uos quidẽ ecclesiasticis castigãtes legibus, illas uerò sicut eis cõueniet. Siquis autẽ arrogans cõtemnit, audiat Christũ nunc quoq; Mat.18.b
dicentem: Si quis in te peccauerit, uade, ‘corripe eũ inter te & ipsum solum: si uerò non audierit, assume tecum unum uel duos: si aũt & ita contradicat, dic ecclesiæ: si uerò nec ecclesiã audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sed si cõtra me peccantem, postq; me non audierit, ita præcipit auersari: in seipsum & in L
deum peccantem, qualiter habere debeo, uos iudica te. Vos enim nos non contẽnatis tam molliter in uos
insurgentes. Siquis aũt nostra contemnit uincula, rur Ibid.vs.
sum eum Christus corrigat dicens: Quæcunq; ligaue 18.a
ritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcũq; solueritis super terram erunt soluta & in cœlis. Nam si nos quoq; miseri, & nihilipendendi, & cõtemptu digni (sicut uerè digni sumus) non tamen nosipsos ulciscimur, nec iram uindicamus: sed nostræ curam gerimus salutis: reueremini precor, & confundimini. Si quis enim amicum tolerat acrius equo insurgentem, intentionem considerans, quòd beneuolè, non insolenter hoc agit: multò magis doctorem increpantẽ, non authoritate tyrannica ista dicentem, neq; quasi principis loco cõstitutum, sed curatoris: nec enim potestatẽ ostentare uolentes hæc dicimus. Quomodo nanq;, qui nec in eorum experientiã uenire uolemus? sed dolentes pro uobis atq; gemẽtes. Ignoscite mihi, nec ullus ecclesiastica despiciat uincula. Nõ enim qui ligat est homo, sed Christus, qui nobis hanc contulit potestatem, & tanti dominos honoris homines constituit. Nam nos quidẽ ad soluendũ duntaxat uti potestate uellemus, quinimmo nec huius necessitatem uellemus habere: nullũ enim uolumus apud nos esse captiuum. Nõ ita miseri sumus & ærumnosi, licèt ualde simus uiles. Si uerò coacti fuerimus, ignoscite. Nec M
enim sponte, uel uolentes, sed plus uobis dolentes ligatis iniicimus uincula. Siquis autem hæc contẽnat, iudicij tempus aderit, quod eũ doceat. Reliquum aũt nolo dicere, ne mentem uestram consternem. Nam nos quidem primũ, ne trahamur in necessitatẽ, optamus. Quòd si uenerimus, nostrũ implemus officiũ, uincula iniicimus. Siquis aũt hæc diripuerit, ego iam quod meum est erogo, & iam innocens sum. Ratio uerò tibi ponetur apud eum qui me ligare præcepit. tu uerò dic: Si rege coràm sedente lictorũ aliquis adstantium iussus sit aliquem in ordine positorum uincire, & imponere compedes: ille uerò nõ tantũ hunc repulerit, uerùm & contriuerit uincula: lictor est ne qui passus est iniuriam? nõnne uerò multò magis rex qui præcepit? Nam si quæ fiunt contra fideles ipse sibi uendicat, eo qui docere statutus est, contumeliam passo: multò magis tanquam ipse sit passus contumeliam, afficietur. Sed absit quòd aliquis eorũ qui sunt

A in hac ecclesia, in horum ueniat uinculorũ necessitatem. Sicut enim speciosum est non peccare, ita est uti le increpationem sustinere. Obiurgationem itaq; fera mus, & laboremus nunq; peccare: quòd si peccauerimus, sustineamus redargutionem. Sicut bonum quidem non percuti, quod si tamen accidat, uulneri medicinam imponere: itidẽ & hic, sed nunq; accidat nos talium medicaminum indigere. Audiuimus enim melior a de uobis, & quæ salutẽ apprehendant, etsi sic loquamur. Vehemẽtius aũt locuti sumus ad cautelam maiorem. Me nanq; melius est audacem à uobis, imitem & insolentem putari, q̃ quæ deo placent, uos non facere. Credimus aũt deo, quòd non erit inutilis hæc admonitio nostra, sed ita mutabimini, quòd hi sermones in cõmendationes, & laudes uestras cõuertentur: ut oẽs digni bonis censeamur, quæ deus promisit diligentibus se, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto, gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

B QVOD NIHIL PRODEST NOBIS *ieiunium, si reliqua desint merita: et de oratione.* Homilia LXXI.

C Icut hoc corpus quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadẽs in imbecillitatem inefficax iaceat: itidẽ & anima spiritualis indiget pabuli, & optimæ conuersationis, ut in aliqua bonorũ consuetudine posita, maligni demũ insidijs constituatur inexpugnabilis. Per singulos itaque dies huius fortitudinẽ satagamus, & nosipsos scrutantes, nunq; desistamus: & nobisipsis rationẽ proponamus supputandã, & de his quæ introducuntur, & de his itidem quæ promuntur, quidnã utiliter locuti sumus, quod aũt otiosum protulimus uerbũ: & rursum quid utile per aures in animam transmisimus, quid è contra nociturũ intulimus? Et linguæ quidẽ regulas quasdam, & leges ponamus, ut prius uerba ruminet, & ita proferat. Mẽtem quoq; doceamus nihil admittere noxium. Verũ & siquid hmõi extrinsecus inferatur, hoc quasi superfluũ & nociturũ repellere: & si nascatur intrinsecus, pia cogitatione statim fugare. Nec C
solam nobis inediam ad uesperam uscp, ad salutẽ sa- Zach.7.b
tis esse putemus. Nam cũ ingratis Iudæis misericors p
prophetam dixerit dominus: Ecce anni septuaginta, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cũ comedistis, & bibistis, nũquid nõ uobis comedistis, & uobismet ipsis bibistis? Hęc ait dominus exercituum. Iudicium iustum iudicate, & misericordiam, & miserationẽ faciat unusquisq; cũ proximo suo. Et uiduam, & pupillũ, & aduenam, & pauperem, nolite calumniari. Et malum uir fratri suo non cogitet in corde suo. Cũ igitur illis adhuc in umbra sedentibus, & errorum affixis caligini, nulla de solo ieiunio fieret utilitas, nisi reliqua corrigerent, & ex corde malignã in proximũ uoluntatem eiicerent: quã nos habebimus excusationẽ, à quibus exiguntur maiora, quiq; non tantũ hæc facere iubemur, uerũ & inimicos diligere docemur, & beneficijs prosequi? Et quid dico prosequi beneficijs? orare nempe pro ipsis, dominũq; deprecari, & de habenda eorũ prouidentia supplicare. Hoc enim nobis omniũ maximè in illa tremẽda proderit die, nostrorũq; peccatorũ maxima erit cõsumptio, si nos in inimicos nostros ita disponamus. Nã & si præceptũ est ualde magnum, tamen si præmiũ hoc enauantibus propositũ cogitaueris, nihil omnino uidebitur. Quod aũt illud D
est? Si hoc feceritis, similes eritis patri uestro qui est in cœlis. Et ut manifestiorem nobis sermonem faceret, intulit, quòd Solem suũ oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos, ait enim, Imitare Ibidem.
iusta uires humanas deũ. Nam sicut ille nõ iustis tantùm Solem facit oriri, uerũ & mala patrãtibus: & pluuiam, & anniuersarios imbres non tantũ bonis, uerũ & malis subministrat: ita tu quoq; si non solos te diligentes diligas, sed etiam inimicum in te animum habẽtibus indulgeas, & beneficia conferas, pro uiribus tuis dominum imitaris. Vides qualiter in summũ uerticem hanc uolentem obire uirtutem eduxit? Ne solã itaq; facti difficultatem charissime cogites, sed prius intra te reputa, quanto sis decorandus honore: & honoris occasio, licèt sit graue quid & onerosum, leue tibi reddetur. Nõne enim debes habere gratias, quòd per beneficium inimico collatum occasionem nanciscris, ut apud deum tibi fiduciæ fores referentur, & peccatorum tibi fiet absumptio? Sed fortè cupis inimicum ulcisci, & eum qui te malis affecit, iisdem inuoluere, uel maioribus? Et quid ex hoc amplius erit, E
cũ ultra quòd nihil inde tibi nascetur utilitatis, in illo terribili iudicio sis ex hoc pœnas daturus, tanquã positas ab illo leges præuaricatus? Dic enim mihi, si quis rex super terram talem tulisset legem, ut inimici placarentur, uel mors esse suppliciũ: nõne propter huius corporeæ mortis metum omnes ad explendam legẽ concurrerent? Quanta ergo non esset dignus accusatione, propter mortem corpoream quidem, quam & alioqui naturę nobis omnino debitum infert, omnia facere sustinens: at propter mortẽ, cui consolatio nõ potest inueniri, legis ab omnium domino latæ curã gerens minorem? Sed non animaduertebam hæc dicens, cum his neq; parem se diligentibus exhibẽt charitatem, mihi sermonem esse. Quis itaque nos iam ab illo liberabit supplicio, cũ non tantùm ab illo simus mandato procul constituti, sed nec eadem cum publicanis efficimus? ait enim: Si diligatis diligẽtes uos, Matt.5.g
quid magnum facitis? nõne & publicani idem faciũt? Cùm itaq; ne hoc à nobis impleatur, quæ iam nobis F
salutis spes? Propterea cohortor, ne simus absq; uiscerib⁹ misericordiæ, sed sensum nostrũ domemus, primumq; doceamus, ut proximũ in charitate superet, & iuxta beatum Paulum dicentem: In humilitate su- Phil.2.a
periores sibi inuicem arbitrantes, ne toleret superari, sed uincat atque transcendat, & maiorem exhibeat, & feruentiorem in se diligentes affectum. Hoc enim est, quod maximè nostram continet uitam, atq; connectit, & per hoc à beluis & brutis differimus: quòd si uelimus, congruũ nobis possumus ordinem cõseruare, & magnam in proximum unanimitatẽ exhibere: etum reprimere sensum, & hanc indomitam feram, animum dico, mansuefacere, & ipsi tremendi certamen iudicij proponere: & docere quòd si cum inimicis conciliari polliceatur, magnis bonis potietur: si uerò contendat adhuc, multum damnationis incurret. Non enim incassum & temerè nos tempus oportet absumere, sed per singulos dies & horas domini iudicium ante oculos ponere: & quæ nobis multam possint præbere fiduciam, quæ uerò supplicium inferãt, ut ita nostris hæc præcordijs uersantes, uitia uincamus, & carnis nostræ reprimamus lasciuias. Mortifi- Coloss.3.c
cemusq;, iuxta beatum Paulum, membra nostra, quę sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libi

G dinem,concupiſcentiã malã,furorem, auaritiã,inanẽ gloriam,& inuidiam.Si nos his mortuos uitijs conſti
tuerimus,ne poſsint in nobis operari, ſpiritus fructũ
Gal.5.d capere poterimus:qui eſt charitas,gaudiũ,pax,longa
nimitas,ſuauitas,bonitas,fides,manſuetudo,cõtinẽ-
tia.Hæc Chriſtiani ſit ab infideli differentia, hæc no-
ſtra ſint inſignia, ne nomine ſolo gloriemur, nec ex
habitu altum ſapiamus:immo uerò neq; ſi quę recen
ſuimus,uerè poſsideamus,unquã exaltemur:ſed mul
Luc.17.c tò magis nos & tunc contrahamus:ait enim,Cũ om
nia feceritis, dicite, inutiles ſerui ſumus. Si fuerimus
ita meditati,& ita noſtrã curemus ſalutem,& alijs, &
nobiſmetipſis plurimũ prodeſſe poterimus.At ſi ſide
quidem opus eſt,quid eſt opus ieiunio? quoniã & il-
lud cum fide non modicam inducit fortitudinẽ:mul
tam enim affert diſciplinam,& angelũ ex homine red
dit,& cum incorporeis pugnat uirtutibus,ſed nõ per
ſe:opus enim eſt & oratione, & oratione primò. Nã
aſpice,quot ex ambobus bona naſcuntur. Orans.n.
& ut oportet ieiunans non multis eget: qui uerò mul
tis non eget,nunq; fiet auarus,& ad eleemoſynã ma-
H gis eſt aptus. Ieiunans leuis eſt,& alatus,& cũ ſolertia
orat,& improbas extinguit concupiſcentias, deũ pla
cat,& inſurgẽtem animũ humiliat.Propterea & apo-
ſtoli ferè ſemper ieiunabant. Orans cũ ieiunio gemi-
nas habet alas,& ipſis quidẽ uẽtis leuiores: nec enim
oſcitat,& diſtenditur,& orans langueſcit, quot multi
patiuntur:ſed eſt igne uehementior,& terra ſuperior:
& propterea talis maximè dæmonibus eſt infeſtus,
& hoſtis. Nihil enim fortius homine legitimè orante.
Luc.18.a Nam ſi fæuum principem quendam, qui neq; deum
timebat,nec hominẽ reuerebatur,placare potuit mu
lier:multò magis deum alliciet, qui ei iugiter aſsiſtit,
uincit uẽtrem,& delicias eliminat.Si uerò tibi corpus
infirmum ad continuè ieiunandum, nõ tamen eſt in
firmum ad orandum,nec ad uentris deſpectũ imbe-
cille. Nam ſi ieiunare nõ etiam potes,potes tamẽ ab-
ſtinere delicijs.Hoc aũt non minimum eſt,nec à ieiu-
nio multum diſtans: ſed ipſum quoq; diaboli furorẽ
proſternere idoneum. Nihil enim illi tam gratum dę
monio,q̃ deliciæ ſunt,& ebrietas:quoniam omnium
eſt fons malorũ, & genitrix. Per hanc demũ Iſraelitis
I in idolorum cultum præcipitauit. Per hanc Sodomi-
Exo.16.f tas ĩ nephanios accẽdit amores. Hęc eſt enim,inquit,
impietas Sodomorũ.In ſuperbia,ſatietate panum, &
conuiuijs luxuriabantur. Per hanc alios perdit innu-
meros,& gehennæ tradidit. Quid enim mali nõ ope
rantur deliciæ?ex hominibus porcos efficiunt,& por
cis deteriores,Porcus enim inuoluitur cœno, & ſter-
core paſcitur:hic aũt abominabili magis ueſcitur mẽ
ſa,illicitos excogitans coitus,& nefarios amores. Hu
iuſmodi nihil à dęmoniaco differt,ſimili nanq; fertur
impudentia,ſimiliq; bacchatur furore:& dæmone q-
dem preſſum ſaltem miſeramur,hunc autem auerſa-
mur,& odimus. Quid ita tandem? quoniam ſponta-
neum ad ſe trahit furorem, & os, & oculos, & nares,
& omnia generaliter diuerſoria, ductus & riuos facit
furoris.Quòd ſi uideas & interiora,animam quoque
conſpicies quaſi quadam in hyeme,& gelu coagula-
tam,atq; languentem,propter nimiam procellæ ma-
gnitudinem ſcaphæ nihil prodeſſe ualẽtem. Quot ex
hac tempeſtate mala uiri mulieresq; patiantur,dicere
pudet:ipſorum aũt conſcientiæ derelinquo, quæ hęc
plenius nouit.Quid enim ebria turpius muliere, quæ
temerè circunferatur?Quantò nanq; uas eſt imbecil-

lius,tantò maius eſt naufragium, ſiue libera, ſiue ſit K
ſerua. Nam libera quidem in medio ſeruorũ theatro
turpiter agit.Serua uerò rurſum ſimiliter inter ſeruos,
& agunt ut dei dona blaſphemiam ab inſipientibus
patiantur. Multos nempe dicentes audio, cùm tales
accidunt turpitudines:Non ſit uinum.O ignorantiã,
ò ſtoliditatem.Alijs peccantibus dei donum accuſas?
quantus hic eſt furor?nunquid uinum hoc malũ eſſe
cit? nõ uinum,ſed malè diſpenſantium immodeſtia.
Dic itaq;,ne ſit ebrietas,ne ſint deliciæ. Si uerò dicas
ne ſit uinum, dices & ſenſim procedens: Ne ſit ferrũ
propter homicidas, ne ſit nox propter fures, ne ſit
lux propter caluniatores,ne ſit mulier propter adulte
ria,& omnia penitus tolles:ſed noli ita facere, hoc.n.
eſt ſatanicæ mentis.Nec uinum, ſed ebrietatem accu
ſa. Et hunc uigilantem arripiens ipſius ſubſcribe tur-
pitudinem,& dic ad eum:Vinum eſt datum, ut dele-
ctemur,non ut dehoneſtemur: ut rideamus, non ut
rideamur:ut ualeamus,non ut ægrotemus: ut corri-
gamus corporis ualetudinem,non ut animę proſter
namus uirtutem. Te dono deus honorauit, cur teip- L
ſum per immodeſtiam afficis cõtumelia? Audi quid 1.Tim.5.d
Paulus dicat:Vino modico utere propter ſtomachũ,
& frequẽtes ifirmitates tuas.Si uerò ſanctus ille mor-
bo laborans,& frequentes patiens ægritudines,uinũ
non guſtabat,donec præceptor mandauit: quã nos
habuerimus ueniam, qui in bona ualetudine ſecta-
mur ebrietatem?igitur illi quidem dicebat:Vino mo
dico utere propter ſtomachum. Cuiq; uerò noſtrum
ebriorum dicet,Vino modico utere propter fornica-
tiones, propter crebra turpiloquia, propter cæteras
turpes concupiſcentias quas ſolet ebrietas parere. Si
uerò propter hæc abſtinere recuſatis,propter concu- Pſal.103.b
piſcentias ſaltem,& moleſtias ex eo uenientes abſti-
nete.Vinum enim ad lętitiam datum eſt.Vinũ enim,
inquit,lætificat cor hominis.Vos aũt & hanc eius uir
tutẽ deſtruitis.Quæ nanq; lætitia non eſſe in ſemetip
ſo,innumerosq; pati dolores,& omnia ſe circunferen
tia ſpectare,uertigineq; detineri,& iuxta ſebricitantes
opus habere caput oleo rigantibus?Hæc à me nõ ad
omnes dicta ſunt, immo uerò ad omnes: non quo-
niam omnes inebrientur,abſit:ſed quoniam ebriorũ
non ebrij curam non gerunt,propter hoc & in uos ſa M
nos magis inuehor.Nam & medicus ægrotãtes omit
tens,ipſis aſsidentes alloquitur.Ad uos itaq; ſermonẽ
dirigo,ſupplicans, & ne tali unquam uitio capiami-
ni:& captos,ne brutis peiores uideantur, admonea-
tis.Hæc nanq; nihil amplius neceſsitate quærunt, illi
uerò & illis brutiores facti ſunt, mediocritatis termi-
nos excedentes.Quantò nanq; melior his eſt aſinus?
quantò melior canis:Nam & horum quodlibet ani-
malium,& omnium brutorum,ſeu comedere,ſeu ſic
opus bibere, neceſsitatem terminum nouit, nec ul-
tra quod eſt opus progreditur: licèt ſint infiniti qui
cogant,in immodeſtiam procedere non patitur. Nõ
ergo ſic & brutis uos deteriores:non apud ſanos tan
tùm,ſed etiam apud uoſipſos. Quòd enim canibus
& aſinis uos uiliores iudicaſtis,inde manifeſtum eſt:
hæc nanq; bruta ſupra menſuram cibum ſumere nõ
cogis.Et ſiquis dixerit,quare?dices,ne lædantur: tibi
uerò nec hanc curam impendis.Ita teipſum & illis ui-
liorem eſſe putas, & continuè fluctuantem deſpicis.
Nec enim tantum in ebrietatis die tempeſtatem ſuſti
nes,ſed etiam poſt illum diem.Et ſicut febre præteri-
ta, febris manet detrimentum: ita & ebrietate ſub-

lata,

A lata,ebrietatis tam in anima,q̃ in corpore uerſatur tẽ
peſtas:& miſerum quidem corpus ſolutum iacet, ſi-
cut ex naufragio ſcapha.Hoc aũt infelicior anima, ẽt
hoc ſoluto procellãm ſuſcitat,& accendit libidinem:
& cùm continens eſſe uideatur,tunc præſertim inſa-
nit,uinum & dolia, phialas & crateres mente concipi-
ens.Et ſicut in tempeſtate ſedata procella, tempe-
ſtatis tamen remanet nocumẽtum, itidem & in iſta:
ſicut enim illic merciũ fit iactura,ſimiliter & iſtic om
nium ferè bonorum efficitur: ſiue modeſtiam inue-
niat,ſiue pudorem,ſiue prudentiam,ſiue manſuetu-
dinem, aut humilitatem,in iniquitatis omnia proijcit
pelagus ebrietas.Sed quæ ſequuntur,nõ adhuc ſimi-
lia.Illic enim poſt iacturam ſcapha leuis efficitur, hìc
aũt magis grauatur.Nam pro diuitijs illis arenam ad
mittit,& falſum laticem,& omnem ebrietatis ſordẽ.
quæ cum nautis pariter & gubernatore, ſcapham il-
1.Cor.6.b lico ſubmergit.Itaq; ne talia patiamur, nos ab huiuſ-
modi liberemus procella.Non licet cũ ebrietate cœ-
lorum regna uidere:ait enim Apoſtolus, Nolite erra-
re,nõ ebrioſi,neq; maledici regnum dei poſsidebũt.
B Et quid dico regna cœlorum? Cum ebrietate neque
præſentia conſpici poſſunt. Nam dies nobis noctes
ebrietas eſſe facit,& lucem tenebras.Et apertis oculis
nec ea,quæ præ pedibus ſunt,ebrij cernunt. Nec hoc
ſolum eſt graue, uerũ & præter hæc aliam ultionem
moleſtiſsimam patiuntur,ſtultos mœrores, inſaniã,
malam ualetudinem,derisionem,& opprobrium cõ
tinuè ſuſtinẽtes.Ergo quæ uenia maneat ſe tantis in-
figentes incõmodis?Nulla profectò.Hunc itaq; mor-
bum fugiamus,ut & præſentibus bonis, atq; futuris
potiamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti, cui gloria & imperium cũ patre,ſanctoq; ſpiri
tu in ſecula ſeculorum,Amen.

DE IEIVNIO ET QVOD MAXIMVM *eſt ſacrificium, dei beneficentia recogitare.* Homilia LXXII.

n On tantũ ſibi Chriſtianum ſatisfacere deus
uult fratres,uerũ & alios ædificare: non tan-
tùm per doctrinã,uerùm & per uitam & cõ-
C uerſationem.Nihil enim ſic in ueritatis uiam inducit,
ut conuerſationis integritas. Nec enim ita dictis no-
ſtris intendunt,ſicut his quæ à nobis geruntur. Et ut
diſcas quòd hoc ita ſe habet,licèt in infinitum uerbis
philoſophemur,& de tolerantia diſſeramus,niſi cadẽ
te tempore hanc exhibeamus per opera,nõ tantũ ſer
mo profuerit,quantũ nocuerit actio. Si uerò & ante
uerba,& poſt,uirtutem per opera præſtemus, digni
Mat.5.e fide cenſebimur illa commonẽtes, quæ per actiones
etiam implemus.Nam & Chriſtus hos beatos uoca-
uit,dicens:Beatus qui fecerit,& docuerit.Conſidera,
quomodo prius actionem poſuerit, & mox doctri-
nam.Præcedente enim actione,licèt doctrina nõ cõ-
ſequatur,poſſunt opera bona uoce clarius docere in
Rom.2.c nos reſpiciẽtes.Hoc ita ſemper cõſideremus,ut prius
factis,deinde uerbis doceamus. Ne nos quoq; Paulũ
audiamus nobis dicẽtem:Qui doces alium, teipſum
non doces?Et cũ aliquem admonere uoluerimus,ut
neceſſarium aliquid corrigat, prius illud ipſi præſtare
ſtudeamus,ut cum maiora fiducia doctrinam facia-
mus,& omnis noſtra ſit cura circa animę ſalutem:&
ut refrenatis carnalibus laſciuijs uerũ poſsimus exhi-
bere ieiunium,à malis abſtinentiam dico: hoc enim

eſt ieiunium. Propterea nanq; ciborum ieiunium ſu- D
ſceptum eſt,ut carnis impetum coërceat, & equũ no
bis facilem reddat.Ieiunantem omnium maximè de
cet iram reprimere, manſuetudinemq; docere & hu-
manitatem,corq; cõtritum habere, abſurdarũ quoq;
cupiditatum eliminare cogitationes, ante oculos in-
ſopitum illum habentem oculũ, & ineuitabile tribu-
nal,pecuniis eſſe ſuperiorem,multam in eleemoſynis
largitatẽ oſtendere,oẽm ex corde nequitiam in pro-
ximũ expellere:hoc uerũ eſt ieiunium, ſicut & Eſaias
ait, ex dei loquens perſona: Nunquid tale eſt ieiuniũ
quod elegi,per diem affligere animam ſuam? Nunqd Eſa.58.b
contorquere quaſi circulum caput ſuum,& ſaccũ, &
cinerem ſternere? Nunquid iſtud uocabis ieiunium,
& diem acceptabilem domino? Nõne hoc eſt magis
ieiunium,quod elegi?Diſſolue colligationes impieta-
tis,ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos qui con
fracti ſunt liberos,& omne onus dirumpe.Frãge eſu-
rienti panem tuũ, & egenos uagoſq; induc in domũ
tuam. Cũ uideris nudum, operi eum,& carnem tuã,
ne deſpexeris:tũc erumpet quaſi mane lumen tuum,
& ſanitas tua citius orietur. Vidiſti chariſsime quale E
ſit uerũ ieiunium? hoc exerceamus. Neq; ſecundum
multos temerè cenſeamus in hoc contineri ieiuniũ,
ſi ſine cibis ad ueſperam uſq; permaneamus: nõ hoc
eſt quod quæritur,ſed ut ciborum abſtinentia, à no-
xijs quoq; cõtinentiam exhibeamus,& circa ſpiritua-
lium exercitationem multũ impendamus ſtudiũ. Ie-
iunãtem decet eſſe correptum,mitem,humilem,præ
ſentis uitæ deſpicientem gloriam. Sicut cibos aſperna
tus eſt,ſic & inanem gloriam floccipendat oportet,
& ad illũ reſpiciat ſolũ, qui corda ſcrutatur & renes,&
multa cum ſedulitate preces ad dominum, & confeſ
ſiones emittat,ſibiq; pro uitijs per eleemoſynã au-
xilium ferat. Hoc enim hoc maximè præceptum om
nia peccata delere poteſt,& gehennæ incendijs eripe
re,ſi modò cum largitate præſtetur, nec ad oſtenta-
tionem faciamus. Et quid dico, nec ad oſtentationẽ?
ſi enim grati eſſemus,& ſolũ propter honeſtum, & in
conſanguineos miſericordiam,hanc oportebat exhi
bere,nõ propter prẽmia tantũ à domino nobis pro-
miſſa,ſed quoniam ſublime nihil poſſumus cogitare,
licèt illud propterea tranſigamus,nequaquam ab ho F
minibus gloriam aucupemur,ne & impenſam patia-
mur,& mercede priuemur. Ne hoc tantùm circa elee-
moſynam,uerũ & in quolibet ſpirituali merito conſi
deremus,& ad hominũ laudem reſpiciẽtes faciamus
nihil. Quoniam nulla erit nobis utilitas, ſiue ieiune-
mus,ſiue oremus,ſiue præſtemus miſericordiam, ſi-
ue quodlibet aliud faciamus, niſi propter illũ fiat ſo-
lum,qui nouit abſcondita, & in mentis noſtræ pro-
fundo repoſita. Nã ſi ab illo retributiones expectas,
qua de cauſa uis à cognato laudari, & in admiratio-
nem haberi?Et quid dico laudari? Frequenter huiuſ-
modi nec laudat,ſed potius inuidet. Sunt enim multi
ſe tam nequiter gerentes,quòd & bene à nobis geſta
in cõtrarium conuertunt: cur itaq; rogo, corruptum
illorum magnipendis iudicium? Illum enim inſopitũ
oculum,nihil quod à nobis geratur eſt, quod lateat.
Et hoc cogitantes,oportet tanta uitam noſtram di-
ſpenſare diligentia,quaſi paulò pòſt uerborũ & actio
num,& ipſarum quoque cogitationũ rationem red-
dituros.Ne noſtram ergo ſalutem contemnamus: ni
hil uirtuti par amantiſsime.Hæc enim & in futuro ſe-
culo à gehenna nos eripit,& regni largitur nobis poſ-

G sessionem, & in præsenti uita nos omnibus superiores constituit, qui temerè & incassum nobis insidiari conantur: nec hominibus tantũ, uerùm & ipsis dæmonibus, & nostræ salutis inimico, diabolũ dico, fortiores efficit. Quid igitur huic sit æquale, cũ non tantũ hominibus insidias parantibus uerũ & dæmonibus superiores reddat ipsum sectantes? Virtus autẽ est omnia humana despicere, & per omnes horas futura cogitare, nulli inhiare præsentium, sed scire quòd omnia humana umbra sunt, & somniũ, & siquid, his uilius. Virtus quasi mortuũ ad huius uitæ res efficit, & ad nocentia quidem animæ saluti, tanq̃ mortuum operatione carere: ad spiritualia uerò sola uiuere & Gala.2.d operari. Sicut & Paulus dicebat: Viuo autem non iam ego, uiuit aũt in me Christus. Et nos itaq; charissimi, tanq̃ Christum induti, sic omnia faciamus, neq; contristemus spiritum sanctum. Cũ igitur à uitio uexati fuerimus, uel absurda cupiditate, uel ira, uel furore, uel inuidia, in nobis inhabitantem consideremus, & omnem huiusmodi cogitatum procul à nobis pellamus. Deus enim qui peccanti pœnam imposuit, hãc omnino leuiorem esse decernit, continuo quidẽ nos H damnans sudori, continuoq; labori: laboris aũt partem simul nobiscũ multas brutorũ attingere faciens species: Ita quòd & honorẽ contulisse, & rursum abstulisse, & ferarũ induxisse timorem: & cætera, siquis diligenter, & gratè requirat, multæ sunt prouidentiæ plena, misericordiæ multæ. Pro his igitur omnib⁹ deo gratias agamus, & in eum qui nos tantis prosecutus est beneficijs gratitudinẽ exhibeamus, Nec enim graue quippiam aut molestum à nobis exposcit, nisi tantùm ut tot, tantaq; confiteamur beneficia: & sibi pro his gratiarũ actiones referamus, nõ quòd huius indigeat ipse (nullius enim indiget) sed ut bonorũ largitorem nos cõciliare doceamur: & ne simus ingrati, sed beneficijs & tãta dignam cura uirtutem præstemus. Sic enim illum in maiorem circa nos alliciemus prouidentiam. Itaq; rogo ne torpeamus, sed quisq; nostrũ, si fieri potest, per singulos dies intra se computet, nõ tantùm communia beneficia: uerùm & propriè sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiã peculiaria, multosq; latentia. Sic enim cõtinuam gratiarum actionem domino poterit exhibere. Hoc I maximum est sacrificium, hæc oblatio perfecta. Hoc fiduciæ nobis fiet occasio. Et qualiter dicam: qui iugiter enim hæc in mẽte sua reuoluit, & propriam qui dem discit utilitatem, ineffabilem uerò nimiamq; dei misericordiam diligenter cogitat: & quomodo non peccatorum nostrorum merita, sed propriam respiciens bonitatem, nostra disponit: cogitatione contra hitur, conteritur corde, oẽm fastum & arrogantiam corripit, modestè se gerere docet, præsentis uitæ gloriam despicere, omnia deridere uisibilia, futura bona sperare, uitamq; fine carentem, nec ullum habentem terminum. Qui uerò sic mente fuerit affectus, uerum Psa.50.d offert ac delectabile deo sacrificium, sicut & propheta testatur: Sacrificium deo spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Gratos enim seruos non ita pœnæ, suppliciaq;, sicut beneficia conuertunt: & scire, quòd non pro peccatorũ merito pœnas exoluunt. Sensum itaq; nostrum rogo cõteramus, humiliemus cogitationẽ, & præcipue nunc, cùm multum nobis adiumentum ieiunij tempus ad hoc præbet. Si nos enim ita gesserimus, poterimus & orationes cum multa facere solertia, & delicta con- K fessi, multam supernè gratiam attrahere. Et ut sciatis quòd talibus sacrificijs deus placetur, ipsum audi dicentem: Ad quem respiciam, nisi ad humilem & man Esa.66.a suetum, & tremẽtem uerba mea? Propterea Christus Mat.11.d differens dicebat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Qui nanq; ueraciter semetipsum humiliat, in irã nunq̃ inuehi potest, nec proximo succensere, cum anima se corripiat, & sua consideret. Anima uerò sic disposita, quidnam possit esse beatius? talis in portu continuè sedet, ab omni liberatus procella, secũ cogitationum delectans trãquillitate: & propterea Christus aiebat, Et inuenietis requiem animabus uestris. Sicut itaque qui tales sedauit æstus multa fruitur requie: torpens itidẽ, & remissus, qui nascentes in se morbos, ut opus est, refrẽnare non potest, in cõtinua uersatur fluctuatione, domi bellũ habens, cùm & præsente turbetur nemine, & multam sustineat tempestatem. Propter quod & undis insurgentibus, & incumbente malorũ spirituum turbine, sub fundo frequẽter immergitur, & scapha propter gubernatoris imperitiam submersa. Propterea solerter agendum est & uigilandũ, & cõ L tinua iugisq; cura gerenda animæ salutis. Christianũ enim cõtra carnis uitia semper expeditum esse oportet, & leges nobis à communi omnium domino positas inhabitantes habere, hisq; muniri, & longam ipsius circa nos expectationem, ut decet, accipere: non autem ex operibus experientiam expectare, tũcque demum corripi ne nobis quoq; dicatur: Cùm occide Psa.77.d ret eos, tunc quærebant eum. Habentes itaque charissimi commilitantem ieiunij præsentiam, omneq; ad peccatorum confessionem cõcurramus, & omni qui dem abstineamus malitia, omnem uerò uirtutem obeamus. Sic. n. & beatus propheta docet, inquiens: Ibid.36.d Declina à malo, & fac bonum. Si sic nostra disponamus, & cum ciborum abstinentia, continentiã quoque præstemus nequitiæ, poterimus & nos maiori potiri fiducia, & largiorem à deo consequi misericordiam, & in præsenti uita, & in futura die illa tremenda, orationibus, & eorum qui ipsi placuerũt intercessionibus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc semper, & in secula seculorum, Amen. M

DE SANCTAE QVADRAGESIMAE IEIVNIO, & quòd torpentibus nobis nulla erit excusatio. Homilia LXXIII.

On hoc solùm exquiritur charissimi, ut per n singulos dies huc cõueniamus, & de ijsdem audiamus cõtinuè, & totam ieiunemus quadragesimam. Si nihil. n. ex eo quòd huc assiduè conuenimus, & admonemur, & ex ieiunij tpe lucrari deberemus: hæc non modò nihil nobis prodessent, uerùm & maioris occasio dãnationis fierent nobis: cũ tantũ inuenientes solicitudinis iidem permaneamus, nec iracundus mitis efficiatur, nec animosus mutetur in mansuetum, nec in benignitatem inuidus se reducat, neq; pecuniarũ captus insania, à uitio desistẽs. ad misericordiam & pauperum se transferat sustentationem: nec impudicus continens euadat, nec huius inanis gloriæ stupidus amore, discat eam contemnere, ueramq; perquirere gloriam, neq; circa proximi chari

A tatem segnis, exurgens seipsum doceat, ut nõ solũ pu Mat.5.g blicanis non sit inferior, ait enim. Si diligatis diligentes uos, quid amplius facitis? nonne & publicani hoc faciunt? sed etiam inimicos benignè cõspicari, & multam eis charitatẽ exhibere. Nisi hoc superemus morbos, & alios in nobis nascentes, per singulos dies huc conuenientes, & continuæ uacantes auditioni, tantamq; consequentes doctrinam, & à ieiunio subsidiũ habentes: quæ nobis erit uenia, quæ aũt excusatio? Dic enim quæso si tuum uideas filium quotidie scholam petentẽ, & tẽpore progresso nihil amplius inde lucrantem, nunquid patienter feres? Nõne & flagella puero infliges, & præceptorẽ accusabis? Postea si diceris, quòd à præceptore quidẽ omnia facta sunt, & prætermissum est nihil, sed omnium causa fuit puri negligentia: nõne causa liberans præceptorẽ, omnẽ in puerum transferes indignationem? Idem & hic fieri iustum est. Nos enim quodammodo à diuina sumus gratia constituti, quasi spirituales filios ad hanc B scholam quotidie uocantes, salutarem uobis doctrinam apponimus, nõ quæ ueniunt ex propria mente loquentes: sed documenta nobis à domino per diuinas donata scripturas in mediũ proponentes, & hæc prædicantes assiduè. Itaq; si nobis omne studium & sedulitatẽ exhibẽtibus, & quotidie uos ad uirtutis ducentibus semitam, uos in iisdem permanetis: & quantus nobis erit dolor, & uobis (ne quid amplius dicã) quanta dãnatio, cogitate. Licèt enim nos insontes faciat, quòd nihil ad uestram congruũ ædificationem omiserimus: ueruntamen quoniã uestræ curam salutis gerimus, nõ possumus æquè tolerare: quoniam & præceptor, cũ discipulum uiderit ex studio suo proficientem nihil, nõ mediocriter tristatur & dolet, cum se frustra laborare conspiciat. Hæc nunc dico, non ut uestram contristem charitatẽ, sed ut excitem, & persuadeam, ne temerè corpus intendat ieiunio, nec inutiliter & incassum sanctæ dies quadragesimæ trãscurrat. Et quid dico sanctæ dies quadragesimæ, cùm ne unum quidem diem toto uitæ nostræ tpe nos transigere liceat, si fieri potest, quo nõ aliquid spiritualis lucri nobis reponamus, uel per orationem, uel per confessionẽ, uel per beneficentiam, uel per aliam spiritua C lem quãpiam actionem? Nam si Paulus talis ac tãtus, 2.Cor.12.a qui arcana illa audijt uerba, quæ nulli licuit hactenus 1.Cor.13.d nosse, clamabat, dicens: Per singulos dies morior propter uestram gloriam. Docẽs uos quòd ita se pro pietate periculis exponebat, ut ipsi quotidie morti propinquaret: & quod natura nõ susciPiebat (uni nanq; morti subiacemus omnes) hoc uoluntatis eius contẽtio supplebat, q̃q̃ misericors deus propter cæterorum salutem ipsum amplius cõseruabat. Itaq; si ille tantis prædítus meritis, & tanquam angelus in terra cõpa rens, per singulos dies aliquid lucrari studebat, & ad ueritatis pericula se opponere, & spirituale sibi conge rere mercimonium, nec unquam desistere: quã nos habuerimus excusationẽ, qui nõ tantũ omnibus priuati sumus meritis, uerũ & tot subiacemus delictis, quorum uel unum cũ nobis adsit, potest nos ad ipsum perditionis barathrum deducere: & nullũ habemus studium, ut hęc saltẽ corrigamus? Cũ autem idẽ frequenter non unum modò defectum, sed & plures inueniatur habere, & iracũdus sit & lasciuus, auarus simul & inuidus, atq; furiosus, nec ista corrigere uelit, neq; uirtutis opera tangere: q̃ porrò spes fuerit salutis? Hæc dico, nec dicere desisto, ut audientiũ quisq; con D cuntur, studeat ocyus, & à uexãtibus uitijs liberatus ad sanitatem reuerti, & ad uirtutis operationem, semetipsum reddere industrium. Nam & ęgrotantibus corpore, cũ infinita medicus adhibeat remedia, si medelam ægrotus non acquiescat admittere: sed postq̃ imposuerit medicus, frequenter indignans, nec ferẽs dolorem, medicamen abiiciat, nec ex eo capiat utilitatẽ: nemo sapiens medicũ omnia quantũ in ipso est, conferentem culpauerit. Itidem & hìc nos quidẽ medicamentũ ex disciplina spirituali cõponentes imponimus, uestrum uerò fuerit reliquũ & ferre dolores, & ex medela iuuari, & morbo liberatos ad uerã sanitatem redire. Sic enim & uos multũ utilitatis, sensum capietis, & nos non parũ consolationis habebimus, cũ uiderimus prius laborãtes, ad sanitatẽ tam citò reuersos. Quenq; uestrum itaq; rogo, etsi nõ antea, deinceps saltem, quem se plus alijs uexare defectũ nouerit, huNc ex anima præcidere studeat, & pia quadam cogitatione, quasi spirituali utẽs gladio, semetipsum à uitio liberet: idoneũ enim deus nobis contulit sensum, & si parũ uelimus respicere, ualentẽ & quodque E nascẽs in nobis uitiũ superare. Propterea sanctorum quoq; nobis omnium uitam, & conuersationem per diuinas contextam scripturas spiritus gratia reliquit, ut discentes qualiter eandẽ nobiscũ sortiti naturã omnia uirtutis obierunt officia, circa eius executionẽ minimè torpeamus? Nõne eiusdẽ naturæ nobiscũ beatus erat Paulus? Accendor enim in uiri desiderium, & propterea cõtinuè eũ uersare non desino, & uelut ad quãdam archetypam imaginem, in huius respiciens animã, uitiorum admiror despectũ, fortitudinis magnitudinẽ, amoris in deum ardorẽ: & arbitror, quòd oẽm uirtutũ cõgregationem unus homo qui uoluit, acquisiuit, & quisq; nostrũ nec partem obire quærit. Quis igitur ab ineuitabili supplicio nos eruet, cũ eiusdem nobiscum naturæ particeps, & iisdem obnoxius morbis, & in tanta temporũ difficultate cõstitutus, per singulos dies, ut ita loquar, tractus, discerptus, & ab his publicè raptatus, qui prædicationẽ impugnabant, qui frequenter eũ esse mortuum arbitrati, tunc Act.14.c tandẽ, quasi ad exitum homicidalem mentem suam perduxissent, ita dereliquerunt, tantã uirtutis magnitudinẽ inueniatur exhibuisse: nos aũt ita cadamus, & F tanto nosipsos tradamus torpori? Sed ne per linguã nostrã huius merita beati, & uirtutẽ, quam quotidie pro fidei prædicatione præstabat, audiatis, ipsum ne cessariũ est audiri dicentẽ: ¶ Cùm enim propter pseudapostolorum fraudem sua narrare cogeretur, adeò fuit ipsi molestũ, & graue, ut refugeret, & nunq̃ hęc in medium agere uellet: uerũ & id appellaret audaciã. Sed postq̃ multam uidit necessitatem, ut deceptorũ ora clauderentur, & parũ daretur auxilij discentibus, ita ferè cœpit, postq̃ multa dixit alia: In quo aũt quis 2.Co.11.c audet, in insipientia dico, audeo & ego. Cõsidera religiosi animam, nõ tantũ audaciam, uerũ & insipientiam rem uocat: nos quoq; docens nõ incassum absq; necessitate, & cogente nemine gesta nostra iactare, si qui modò de nobis inueniretur boni quidpiam operati. In quo autem quis audet, inquit, in insipientia dico, audeo & ego, Hoc est, postq̃ multam uideo necessitatem, audere uolo, & insipientiæ opus ostendere. Hebræi sunt & ego: semẽ Abrahę sunt, & ego: Israelitę sunt, & ego. In his, inquit, altũ sapiunt, ne nos se uincere putẽt: nã & nos sumus eorũ participes. deinde sub-

G iunxit: Ministri Christi sunt, desipiens loquor plus ego. Hic mihi charissime considera beatæ huius aiæ uirtutem, quoniã factum suum audaciã uocauit, & insipientiã, licet in tanta constitutus necessitate, nec ita dictis suit cõtentus: sed cũ suit ostensurus illos se multo trãsgressum, ne quis ex proprio eum amore talia dicere putaret, rursum uocat insipientiam à se dictum, tãtumnon dicens: Nõ enim ignoro, quòd rem facio multis dãnabilem, nec mihi cõgruam, sed multa necessitas ad hoc me cogens impellit: propterea parcite mihi, insipiẽtiæ uerba loquẽti. Huius uel umbram nos imitemur, tot habentes impositas peccatorum sarcinas: & siquid paruulũ præstiterimus, nec illud frequẽter in mentis cellario reponere sustinentes: sed ut ab hoibus gloriam aucupemur, iactantes, & agentes in mediũ, & per hanc importunã loquacitatem nosipsos diuina priuantes retributione. Sed non hic beatus tale quidpiã passus est, sed quid? Ministri Christi sunt, desipiẽs loquor, plus ego. Iã uero
H deinceps ea profert in mediũ, quorum pseudo apostoli nihil iactauerãt: utpote qui ueritatem impugnabant, & ad impediendã pietatis prædicationem facie bant oia, mentesq; cõcutiebant simpliciorum. Post-
2.Co.11.e quã ergo dixit, plus ego, uirtutis opera iam enumerat, & ait: In laboribus abundantius, in plagis supra modũ, in mortibus frequenter. Quid ais? inusitatum & admirabile quiddã est, quod abs te dicitur. Nunquid frequenter põt mors sustineri? Etiam, inquit, & si non experiẽtia, sed sñia, nos docens, quòd propter prædicationẽ se talibus periculis mortem sibi parantibus exponebat, sed dei gratia in ipsorũ medio periculorũ athletam custodiebat, ut discipulis multum per ipsum præstaretur utilitatis. In mortibus, inquit, frequenter à Iudæis qnquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cęsus sum, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in falsis fratribus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari. Ne temerè dicta prętercurramus charissimi:
I horum.n. unumquodque per se solũ nobis tentationum pelagus ostendit, nec enim simpliciter unũ dixit iter: sed in itineribus sæpe, neq; periculum fluminum, sed multa diuersaq; pericula, & omnia cũ ma-
2.Co.11.f gna sustinebat supabundantia. Et post hæc oia rursum ait: In labore & ærũna, in uigiliis multis, in fame & siti, in ieiunijs frequẽter, in frigore & nuditate, prẽter exteriora. Vide rursum aliud nobis tentationum pelagus adapertũ: dicens. n. præter exteriora, innuit, quòd omissa dictis esse plura uerisimile sit. Nec hactenus sterit, sed iterũ nos docet infestatiões & subuersiones, quas sustinebat, ita loquẽs: Instantia mea
Ibid.g. quotidiana, solicitudo oium ecclesiarum. Ecce rursum & hoc idoneũ meritum, si ẽt solum esse contingeret, ad summũ uirtutum uerticẽ ipsum perducere. Solicitudo, inquit, oium ecclesiarum. non unius & duarũ, & trium: sed omniũ, quę erant per orbem terrarum. Quantum enim terræ Sol percurrit proprios emittens radios, tantam & hic beatus solicitudinem & curam habebat. Vidisti latitudinem animæ? uidisti mentis magnitudinem? & quod mox rursum
Ibidem. infertur, omnia, ut ita loquar, dicta obumbrat: Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Papæ quanta uiri huius charitas, quanta uigilantia, ũta solicitudo? Quæ mater febricitante filio, & in lecto iacente uisceribus ita K discerpitur, ut hic beatus pro oibus in quocunq; loco infirmatis magis infirmabatur, & pro scandalizatis urebatur. Considera mihi dictionis significantiã: nõ dixit, quis scãdalizatur, & ego non contristor: sed, uror ait, doloris nobis ostendens intentionẽ: & se tãtũ non monstrans interius igneſcentem & ardentem propter eos qui scandala patiebãtur. Video quòd ad multum prolixitatis doctrinam extendi, & hæc cũm hodie decreuissem cõtrahere, ut ex ieiunij labore parũ respirare possetis. Sed nescio qualiter in huius sancti meritorum diuitias incidens, tanq; à uehementissimo aquarũ impetu sum ita lingua protractus. Quam obrem hìc sermonem sistentes, uestram exhortamur charitatem, hunc in mente semper circunferre, & hoc continuè ratiocinari, quòd eiusdem nobiscum naturæ particeps, & ijsdem motibus subiectus, & uale sectans exercitium & abiectum, pelles consuens, & in officina constitutus: quoniã se uirtutis laboribus ad dicere uoluit, & sancti spiritus susceptione dignum efficere, largiori supnè potitus est honore. Et nos itaq; L si uelimus, quæ nobis pertinent exhibere, nihi est qd ijsdem potiri prohibeat. Liberalis. n. est dominus, & uult oẽs homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem puenire. Dignos itaq; nosipsos reddamus, & tandem feruẽti studio uirtutem uel tardè arripiamus, & nostra corrigentes uitia, nos ad spiritũ idoneos suscipiendum efficiamus: quo utinam oẽs digni censeamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & sancto spiritui gloria, ptãs & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

L.Tim.1

Homiliar. 74. 75. 76. quæ hoc loco sequebantur, semouimus. Siqdẽ in his scrip. sacræ loci aliquot explicãtur: quarũ hìc subiũximus inscriptiones, quo facilius eas repire possis

Porrò 74. habetur tom. 1. quæ cõplectitur ea quæ faciũt ad veteris intelligentiam instrumenti, fol 123. G. cuius hæc est superscriptio: Super orationẽ Annæ, & q̃ vtilis est paupertas, & maior habet, q̃ diuitiæ, voluptatẽ & securitatẽ.

75. tom. 1. fol. 246 D. Ex euang. secundum Mat. Cũ vidisset Iesus turbas, ascendit in montem: & cũ sedísset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suũ docebat eos.

76. eodem tom. 1, fol. 255. H. In euãgelicã dictionem: Domine, quoties in me peccabit frater meus, & dimittam ei? usque septies? Dominus autem ad eum: Non dico tibi, usq; septies, sed usque septuagies septies.

QVOD AD FINEM VSQVE STANTEM *confidere non oportet, neq; lapsum de se desperare.*

Homilia. LXXVII.

M Mat.11.b

Vdas, charissimi, prius regni filius erat, & cũ
i duodecim audijt discipulis: Sedebitis super sedes duodecim, sed postea factus est gehen-
A Ezech.d næ filius. Aethiops autem cũ barbarus esset homo, & eorũ qui ueniunt ab Oriente & Occidẽte, iunctis cũ Abraham, Isaac, & Iacob, coronis potietur. Hoc & in
Mat.20.b ter nos agitur quotidie: ait. n. Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Hoc autẽ dicebat, ut nec illi torperent, tanquam redire non possent: nec hi confiderent, tanquam stent immoti. Hoc & supernè Ioan
Mat.3.b nes exclamans aiebat: Potest deus ex lapidibus his suscitare filios Abrahæ. Quoniam enim hoc agendum erat, multò antè prędicat, nequis rei nouitate turbetur. At ille quidem illud tãquam possibile dicit, nam erat homo: Christus autẽ omnino futuram, ex operibus afferens confirmationem. Ne confidamus itaq;
1.Co.10. stantes, sed nobisipsis dicamus. Qui uidetur stare, uideat ne cadat. Neq; iacentes desperemus, & nobis dicamus: Nunquid qui cadit, nõ resurget? Nam & multi
Hier.d

A postq̃ in ipsum ascenderũt cœli uertricem, & omnem exhibuere tolerãtiam, & in desertis morati sunt, nec in somnijs quidẽ uiderunt mulierem quòd paulũ tor puerint, supplantati sunt, & ad ipsum malitiæ barathrũ deuenerunt: alij rursum illinc ascẽderunt in cœlũ, ex scenaq;, & orchestra ad angelicã migrauere conuersationẽ, & tantam uirtutem exhibuerunt, ut expulerint dæmonas, & alia multa fecerint hmõi signa. Et his plenæ quidẽ sunt scripturæ, plena uero nobis exemplorum uita. Et meretrices & molles ora Manichæorum obstruunt, qui malitiã immutabilem esse dicunt, diaboli sectantes disciplinam, & laborare uolentium manus soluentes, omnẽq; uitam subuertentes. Qui talia nanq; persuadent, non tantũ in futuris lædunt, uerum & hic oia, quantum in eis est, confundunt. Quando nanq; uitiosè uiuentium ullus uirtutis curam habebit, cum ad illã reditum patere nõ putet, & in melius mutationem nõ dari sibi persuadeat? Si nunc. n. cum & leges sunt, & pœnas minantur, &
B gloria multos excitat, expectaturq; gehenna, & promissum est regnũ, & incusantur mala, bonaq; laudantur, uix pauci pro uirtute sudores eligũt: si ista sustuleris, oia perire quid, atq; corrumpi, prohibebit? Malitiam itaq; cognoscentes diabolicã, & quòd externis legislatoribus, oraculisq; diuinis, & naturæ rõnibus, atque cõmuni omnium hominum sniæ, Barbaris & Scythis, ac Thracibus, & oibus uniuersaliter huiusmodi aduersantur, & qui facti dogmata sancire conãtur, uigilemus charissimi, & oẽs illos ualere sinentes, per angustam ambulemus uiã, & confidentes simul atq; timentes: timentes quidẽ propter utrinque posita præcipitia, cõfidentes propter nos præcedentem Iesum. Ambulemus uigilãtes, & expgefacti: uel
1.Co.11.a & seq. si paulũ quis dormitauerit, illico prostratus est. Non enim sumus Dauide solertiores, qui cũ parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrũ, sed cito surrexit. Ne tantum itaq; quòd peccauit, aspicias, uerum ẽt quòd peccatum absterſit. Propter hoc enim historiã illam descripsit, nõ ut lapsum consideres, sed ut surgentẽ admireris, ut discas cũ ceciderís, quo surgere conueniat. Sicut. n. medici difficillimas
C eligentes ægritudines describunt, talisq; curationis uiã uoluminibus docent, ut in maioribus exercitati, minora facilè trãsigant: ita. f. & deus in medium peccatorum maxima produxit, ut & in paruis offendentes, per illa facilẽ horum correctionem inueniant. Si enim illa sanitatem acceperunt, multo magis & minora. Videamus igitur qualiter & infirmatus est, qualiter & illico surrexit beatus ille. Quis itaque morbi modus fuit? Adulterium & homicidium comisit: nec enim ista cõtego, clara recẽsens uoce. Si spiritus etenim sanctus dedecus non existimauit hanc oẽm historiã exponere, multo magis neq; nos oportet obũbrare. Propterea non tantum ea prædico, uerum & aliud adijcio: Quot quot. n. hæc abscondunt, hi præsertim eius uirtutẽ obumbrant. Et sicut Goliath bellum tacẽtes, non minimis eũ priuant coronis, itidem & hanc prætercurrentes historiã. Nonne uidetur ergo mirabile qd dicitur? Itaq; parum expectate: tũcq; scietis, quòd iustè uobis hæc dicta sunt. Propterea nanq; peccatũ exaggero, mirabiliorẽq; paro sermonem, ut abundantius medicamina componã. Quid
Sapiẽ.9.a est itaq;, quod addo? Viri uirtutem, quod maius efficit crimen. Non. n. omnia similiter in omnibus iudicantur: ait enim, Potẽtes potenter tormenta patien-

tur: &, Qui scit uoluntatem domini sui, & non facit, D plagis uapulabit multis. Itaq; maior scia, maioris sit Luc.12.f pœnæ materia. Propterea sacerdos eadẽ cum subditis peccata cõmittens, non eadẽ, sed multo grauiora patietur. Forsitan amplificatam uidentes accusationem, contremiscitis & timetis, meq; quasi per præcipitia uenientẽ admiramini. Sed ego ita de iusto confido, ut & ulterius progredi libeat. Quanto magis. n. crimen auxero, tãto magis Dauidicã potero laudem ostendere. Et quid his amplius dici potest? Sicut. n. in Cain non sola cædes erat cõmissum, sed multis cędibus peior. Non enim alienum, sed fratrem: non iniuriam inferẽtem, sed passum interemit: non post multos homicidas, sed primus nefas inueniens: ita qdem & hic non tantũ cædes erat delictum, non enim qui libet erat uir qui fecit, sed propheta: nec iniuriam ausum, sed passum interemit. in uitalibus eũ offenderat uxore direpta, uerũtamen post illud & hoc addidit. Vidistis quo iusto non peperci, neque sub breuitate quadã ipsius retuli peccata. Veruntamen ita de purgatione cõfido, quòd post tantam peccati magnitudinem uellẽ & adesse Manichęos hęc maximè con-
E temnentes, ut ex supabundantia ipsorum ora cõderem. Nã illi quidem aiunt, quòd adulteriũ patrauit & homicidiũ: ego uero non hoc tantum dico, uerum & duplã cædem ostendi, & ex eo qui passus est iniuriã, & ab illius persona, qui peccatũ perpetrauit. Non. n. par est, si spiritu prædituS, & tantis decoratus meritis, talemq; cõsecutus libertatem in tali ætate talia committat, & quòd his carẽs hoc ipsum audeat. Attamen ita quoq; ualde mirabilis est uir ille generosus, quòd in ipsum nequitię profundũ delapsus, non prostratus iacuit, neq; desperauit, neq; semetipsum proiecit supinum, tam letali à diabolo uulnere susceptо: sed celeriter, imò statim, & cũ multa ferocitate grauius intulit uulnus, quã acceperat. Et idẽ factum est, quale si in prælio & acie, postq̃ barbarus aliqs in uiri fortis cor hastam fixisset, & in iecur iecisset sagittam, & secundum priori uulnus illo letalius addidisset, collapsus, & multo pasim sparsus cruore talia susF cipiens atrocia uulnera, statim surgat, & hastã in iaculatũ contorquens, illico mortuum humi demonstret: Ita quidẽ & hic, quanto maiorẽ dixeris percussionem, tãto mirabiliorem aium ostendis percussi: quoniã post hoc graue uulnus potuit & surgere, & in acie prima cõsistere, & sui prosternere uulneris authorem. Hoc aũt quantum sit, sciũt præsertim quotquot in grauia crimina decidunt. Non enim tam generosi, strenuiq; est animi rectè ambulare, semp currere (habet enim huiusmodi bonorũ spem comitem, ungentem, excitantẽ, confirmãtem, promptioremq; se reddentẽ) quàm si post innumeras coronas, multaq; trophæa & uictorias, extremũ passus nocumentum, eosdem denuo cursus resumere possit. Et ut qd dico manifestius efficiatur, & aliud priori non inferius exẽplo in mediũ uobis adducere conabor. Cogita nanq; mihi aliquẽ nauis magistrum innumeris præteruectum finibus, postq̃ totum mare nauigauerit, post multas hyemes, scopulos, & undas, cum magno onere naufragium in ipso portus ore faciẽtem, & nudo uix corpore periculosum hoc naufragium elapsum: quomodo par est circa mare, nauigationisq; labores esse dispositum? Nunquid eliget unquam huiusmodi, nisi generoso sit animo, littus aspicere uel nauigiũ, aut portum? Nõ arbitror ego qui-

G dem, sed latitans iacebit, ut noctem diem aspiciens, & ad oia refugiens, & mallet mendicando uiuere, q̃ eosdem attingere labores. At non ita beatus hic tale passus naufragiũ, post innumeros labores illos atq; sudores non mãsit absconditus, sed & nauem deduxit, & extendẽs uela, clauumq; manibus sumens, eosdem aggreditur labores, & maiores rursum diuitias comparauit. Sed si stare, nec semp iacere collapsum tam admirabile, resurgere & talia operari quantis dignum coronis nó fuerit? Et multa quidem erant ad desperationẽ eum trahentia, & primum quidem peccati magnitudo: Secundũ, quòd non in uitæ principijs, cũ maior erat spes, sed circa finẽ hæc passus est. Nec enim mercator portũ statim egressus, & passus naufragiũ similiter dolet, ut ille qui post innumeras
4.reg.17.f aerumnas coronis fuerit illusus. Tertiũ, quòd cum iam multas conquisisset diuitias, hoc sustinuit. Nec enim modica tunc ei reposita erant pondera, qualia per primã ætatem, cũ pastor erat, & qualia circa Goliath congesit, cũ præclarum illud erexit tropheum, & sapienter acta circa Saul: euangelicam enim exhi
H buit longanimitatem, cũ millies inimicum in manibus habuerit, & semper dederit ueniã: & maluerit patriam & libertatem, & ipsam amittere uitam, q̃ iniustas tenalentem insidias occidere. Et postq̃ regnum adeptus fuerat, nó pauca præclarè gesserat: præter dicta uero & cõcepta quoq; apud multos opinio, & tam clara excidere gloria non mediocrẽ inferebat tumultum. Non. n. tantum eum ornabat purpura, quãtum huius peccati macula fœdabat. Scitis autẽ omnino quantum sit peccata tractare, & q̃ magno talis egeat animo, ut possit multorum accusationẽ, & tot testes criminum suorũ non succumbat. Et tamen has omnes ex aio sagittas euellens, generosus ille post hæc ita refulsit, ut macula abstersérit, & ita mundus est factus, ut & postero rum suorum et defunctus peccata corrigeret. Et quoq; de Abraham dicebatur, & de David hoc dicere deus uidetur: quinimo de hoc longe
Exo.6.a plura. Nã de patriarcha quidẽ ait, quòd memor fuit
4.Re.19.g testamenti sui ad Abrahã: hic uero nó ait, testamenti, sed quomodo? Propter Dauid seruũ meum protegam ciuitatem istã. At & Salomonem tanto crimine
I cõmisso propter suam in illum beneuolentiam ex regno non permisit excidere: tantaq; erat uiri gloria, ut
Act.2.c Petrus post tot annos ad Iudæos habẽs sermonem, diceret: Cũ liceret cũ fiducia dicere uobis de patriarcha Dauid, quòd mortuus est, & sepultus. At & Christus Iudæos alloquens, eũ ostendit post peccatum tanto prædituũ spiritu, ut & de diuinitate sua prophetare dignus sit redditus. Rursum eos & hinc obmutescens dicebat: Quo ergo Dauid in spiritu dominum eũ uocat, dicẽs: Dixit dominus domino meo,
Mat.22.d sede à dextris meis? Quod circa Mosen, hoc & circa
Psa.109.a Dauid factũ est: Sicut. n. Mariam & inuito Mose punit deus propter ipsius in Mosen contumeliam, quo-
Nume.12.a niam sanctũ summopere diligebat: itidẽ & hunc à filio contumeliã passum statim ultus est, & hæc nolentem. Igitur idonea quidẽ nobis & hæc, q̃nimo super cætera hæc idonea sunt, uiri uirtutẽ ostendere. Cum enim sanciat deus, nil opus est amplius ingrere. Si uero uultis per partes ipsius sapientiã addiscere, uobis licet historiã post peccatum percurrentibus, ipsius apud deũ uidere fiduciam, charitatẽ, uirtutis incrementũ, & ad ultimos spiritus feruorẽ. Hæc igitur habentes exempla, uigilemus, & nunq̃ cadere studeamus: si quandoq; uero ceciderimus, nequaq̃ iacere. K
Non. n. ut in ignauiã uos inducerẽ, Dauid peccata recensui, sed ut maiorẽ metum afferrem. Nã si iustus il
le paululũ torpefactus talia cepit uulnera: qd patiemur nos, si negligentes fuerimus? Ne cõsideres itaq; quòd cecidit, aut torpeas, sed quãta post hæc fecit, considera, quot lachrymas exhibuit, quantũ pœnitentiæ, noctes iungens diebus, fontes emittẽs lachrymarũ, lectum lachrymis abluens, & ad hæc saccũ indutus. Si uero ille tãta eguit cõuersione: quãdo nos: saluari poterimus, qui post tot peccata nullo dolore afficimur? Nã multa possidẽs merita, facilè his peccata obũbrauerit. At nudus ubicũq; sagittã exceperit, letale susc ipit uulnus. Ne hoc itaq; fiat, nos bonis armemus opibus: & si qd erratũ aduenerit, abluamus, ut ad dei gloriã præsenti transacta uita, futuro digni censeamur æuo potiri: qd utinam oẽs assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritu gloria, potestas & honor, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

QVOD MELIVS EST INIVRIAM L
pati, quàm inferre. Homilia. LXXVIII.

1.Co.6.b Olite errare, beatus inquit Paulus, neq; fornicatores, nec adulteri, neq; molles, neque
n ebriosi, neq; contumeliosi regnũ dei possidebunt. Hunc multi carpserunt locũ quasi nimis asperum: siquidẽ ebrium, & cõtumeliosum cũ adultero, & fornicatore, & masculorũ sectatore ponit, cũ non æqualia sint crimina. Quo itaque paria sunt suppliciа? quid ergo dicemus? Primũ quidem quòd nequaquam paruũ est ebrietatis & cõtumeliæ peccatum, quoniã & Christus eum qui fratrẽ fatuum appellat, gehennæ tradidit: frequẽter. n. inde mors est exorta. Mat.5.f
At & Iudæorũ populus ex ebrietate grauissima perpetrauit peccata. Deinde quòd nunc non est ipsi de
pœna sermo, sed de regni amissione: igitur ex regno quidẽ hic, & ille similiter excidunt. Siquid aũt in gehenna differentiæ sortiẽtur, non præsentis est tempo
ris inquirere: non. n. nunc nobis de hoc propositum 1.Cor.6.i
est. Et hæc, inqt, quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati. Admodũ instanter intulit, dicens: Cogitate M
quãtis uos malis eruit deus, quantã misericordiẽ uo 2.Cor.2.b
bis exhibuit experientiã. Nec ad liberationẽ usq; gratiam cõtulit, sed ad multum usq; beneficiũ prouexit, purum. n. constituit. Hoc ergo solũ? Minimè, uerum & sanctificauit, Sed nec hoc solũ, uerum & iustificauit, cũ & à peccatis liberari sit magna donatio. Nunc autem & bonis impleuit innumerabilibus. Et hoc factũ est in noĩe domini nostri Iesu Christi, nõ in hoc, & in hoc, sed in spiritu dei nostri. Hæc itaq; scientes charissimi, & collati beneficij cogitantes magnitudinem, modestè uiuere perseueremus, & ab enumeratis oĩbus puros nos præstãtes, & in externis tribunalibus iudicia fugiamus, & generositatem, quã nobis deus donauit, custodiamus illæsam. Cogita nanque quanti sit dedecoris, sedere gentilẽ tibi iusta dispẽsantem. Quid ergo, dicit aliquis, si ecclesiasticus iniquè iudicet? Cur. n. quæso? Nã secundũ quas leges iudicat gentilis, & scdm quas Christianus? Nõnne constat secundũ humanas gentilem, scdm diuinas uero Christianũ iudicare? Igitur magis hic iustũ, quoniam & leges sunt è cœlis demissæ. Nam in exterioribus quidem dictis, licet & alia multa suspicari, & oratorum

A grauitatem, & corruptelam principum, & reliqua nõ pauca iustitiam temerantia: hic autem nihil huiusmodi. Quid igitur, inqt, si potens fuerit aduersarius? Propter hoc ergo præcipue quidem hic oportet iudicari. In externis. n. tribunalibus te uincet omnino. Si uerò non tolerat, uerùm & ecclesiasticos contemnit, & externos ad uim trahit, melius est quod de necessitate
Matt.5.f passurus es, spontaneum subire, neq; iudicio contendere, ut & mercedem accipias. Siquis. n. tecum iudicio cõtendere uelit, & tunicam tuam accipere, dimittas ei & pallium. Et sis beneuolus aduersario tuo statim, donec es in uia cum eo. Et quid est opus nostra proferre? etenim ipsi exteriorũ oratores tribunalium millies talia referunt, quòd melius est extrinsecus dissolui. Sed ô pecunias, uel potius ô absurdum pecuniarum amorem, quoniã omnia subuertit atq; prostrauit. Et omnia nugæ multis & fabulæ pp pecunias cẽsentur. Et seculares quidem tribunalia terrere nõ est
B mirandum. Multos aũt eorum qui seculo abrenunciarunt, hæc eadem facere scelus est, quod omni uenia caret. Nam si uidere uelis, quantum ab huiusmo-
1.Tim.6.b di tribunalium. s. usu te fugere scriptura mandauit, & quibus leges factæ sint discẽdæ, audi quid dicat Paulus: Iusto lex posita non est, impijs autem & in subditis. Quòd si de Mosaica talia refert, multò magis de gentilibus. Itaq; si iniuriam quidem facias, argumentũ fuerit quòd minimè iustus sis: si uerò feras iniuriã patiens (hoc. n. præsertim est iusti) nec externarum in diges legum. At quo lesus, inquit, ferre potero? Atqui Christus aliquid & hoc amplius præcepit. Non. n. tantummodo læsum æquè ferre mandauit, uerùm & ali quid lędenti supererogare, per promptitudinemq; pa
Matt.5.f tiendi, malefacietis superare libidinem. Non. n. dixit: Volenti tecum contendere iudicio, & tunicam tollere, dimitte tunicã: sed insuper & palliũ trade. uincis. n. ait, malè patiendo, non malè faciendo. Hæc est nãq; præclara, nobilisq; uictoria. Et propterea progrediẽs dicebat Paulus: Iam igitur omnino detrimentum uo
1.Co.6.b bis est, quoniam iudicia habetis inter uos, & quare non potius iniuriam patimini? Quòd. n. iniuriam ferens plus saperet, q̃ lædi non tolerans, hoc uobis reddam manifestum. Iniuria se non patiens affici, cùm
C in iudicium traxerit, & cùm uicerit, tunc maximè uictus: quod. n. nolebat, passus est. Coegit. n. ipsum aduersarius dolere, & ad iudicium cõfugere. Quid enim quòd uicisti? quid uerò quòd oẽs recepisti pecunias? Quod nolebas interim sustinuisti, litigare coactus. Sed si pertuleris iniuriam, uictor es, pecunijs quidem carens: non autem uictoria, quam per tantam comparasti sapientiam. Non. n. ille te potuit cogere, ut qd nolebas, cõmitteres. Et quòd hoc sit uerum, respõde mihi, qs uicit, inuidus, an sedens in stercore? Quis fuit uictus, omnibus amissis Iob, an omnia tollẽs diabolus? quẽ admiramur uictorem, diabolum pcusorem,
Iob.2.c an Iob pcussum? Cõstat quòd Iob, quãuis nõ potuerit retinere peuntes pecunias, non filios suos saluare. Et qd dico pecunias, & filios? Corporis nõ potuit cõseruare salutẽ, & tamen hic est qui uicit, qui quæ possidebat, omnia perdidit. Nam pecunias quidem conseruare nõ potuit, pietatem uerò retinuit cum omni diligentia. Sed pereuntes filios non defendit. & quid hoc? Etenim illos mors reddidit clariores, & ita se dũ tẽtaretur, uindicauit. Si uerò malè passus non fuisset, & iniuriam à diabolo ptulisset, non illam prædaram reportasset uictoriã. Si malum esse iniuriam pati, non id nobis deus præcepisset: nam deus mala non præ- D
cipit. An nõ scitis quòd ipse deus est gloriæ, nec cõfusione nos, & derisione, damnoq; uoluerit inuoluere, sed contraria pbere? Propterea nos iubet iniuriã pati, & agit oia, ut nos à secularibus separet, & intelligere faciat, quid gloria, quid dedecus, quid iactura, qd lucrum. Sed est graue iniuriam pati, & calumniam. Nó est graue, non est homo. Quouscq; circa præsentia stupidus hæres? Nec. n. id deus instituisset, si graue foret. Animaduerte uerò, qui fecit iniuriam, abijt habens q dem pecunias, sed & conscientia percussam: læsus autem, pecunijs quidem priuatus, habens aũt apud deũ fiduciam, possessionẽ innumeris digniorẽ thesauris. Hæc itaq; scientes, ex uolũtate philosophemur: neq; patiamur, q̃ solent insipientes, q se tunc nõ lædi putãt, cũ hoc ex iudicio fuerint passi. In contrariũ aũt penitus maximũ est damnum, & oino cùm in his nõ spõtè philosophemur, sed inde superati: nullum. n. lucrũ est, si iudicio uictus tolerat, iam etenim necessitatis opus efficitur. Ergo quæ clara uictoria, cùm tu contempseris, cùm nõ contenderis iudicio? Quid ais? Priuatus sum omnibus meis, & iubes tacere? Calumniã E
sum passus, & ferre iubes æquanimiter? Et quo potero? Facillimè profectò, si tantùm in cœlum respicias, si spectes hanc pulchritudinẽ, & quò te deus suscipere promisit, iniuriam generosè ferẽtem. Hoc ergo fac, & in cœlum respiciens, cogita quòd illic super Cherubin sedenti factus es similis. Nã & ille contumelijs affectus fuit, & tolerauit, & opprobria pertulit, nec ultus est: percussus, & non insurrexit, sed è contra beneficia reddidit his innumera, qui talia perpetrauerant, nosq; suos esse iussit imitatores. Cogita quòd nudus existi de uentre matris tuæ, nudus reuerteris & tu, & ille qui fecit iniuriam, & magis autem ille cum innumeris uulneribus uermem parientibus. Memento quòd temporanea sunt præsentia, progenitorum tumulos aĩaduerte. Disce quæ sunt manifestè gesta, & uidebis quòd fortiorem te fecit eo qui iniuriam intulit. Suum. n. morbum grauiorem reddidit, auaritiam dico: tum autem leuiorem, ferè tollens nutrimentũ. Et ad hæc te curis absolut, solicitudine, inuidia, calũniatoribus, tumultu, turbatione, metuq; continuo, & malorũ turbam in caput suum congesit. Quid ergo F
simili cũ fame certandum sit? Cum Paulo hoc pateris dicente: Vsq; ad hanc horam & esurimus & sitimus,
1.Cor.4.c & nudi sumus. At ille propter deum, tu quoque propter deum. Cùm. n. non insurgas, propter deum hoc agis: sed qui fecit iniuriam, cum diuitibus gaudet, immo potius cum diabolo, sed tu cũ Paulo coronaris. Itaq; noli famem timere: non. n. fame interficiet dominus aĩas iustorum: & rursum alius inquit: Iacta cogi-
Pro.10.a tatũ tuum in domino, & ipse te enutriet. Nam si passeres agri nutrit, quo te non enutriet? Ne simus itaque
Psa.54.d pusillanimes, nec modica fide, charissimi. Qui nanq; regnum promisit cœlorum, & tanta bona, quo præsentia non dabit? Ne superflua concupiscamus, sed retineamus modestiam, & semper erimus diuites. Operimenta q̃ramus, & escas, & omnia capiemus & hæc, & multò maiora. Si uerò doles adhuc, & deorsum inclinaris, uellem tibi facientis iniuriam post uictoriam animam ostendere, quo cinis efficitur. Etenim tale peccatum est, donec. n. fuerit patratum, nonnullam afferre uoluptatem uidetur: postq̃ uerò fuerit cõsumatum, tunc breuis uoluptas elabitur, succedit autẽ tristitia. Hæc & cum aliquos afficimus contumelia,

patimur: nam postmodum nosipsos cõdemnamus. Ita quoq; dum usurpamus, lætamur: post hæc uerò cõpungimur à conscientia. Vides penes quendã pauperis modũ. Desine non priuatũ, sed usurpantem: non enim dedit, sed accepit malũ. Illum.n. præsentibus priuauit, se uerò bonis expulit ineffabilibus. Nam si qui non egenis erogauit, in gehennã abit: indigentiũ res capies quid patietur? & quid lucri cùm ego malè patiar? Magnum nempè lucrum. Non.n.in malè facientis ultione retributionem tibi deus concludit, alioquin magnum fuisset. Nam quid utilitatis, si cùm ego malè passus fuero, & ille malè patiatur? Licèt multos nouerim maximam existimantes hanc consolationẽ, secq; totum existimantes recepisse, cùm calumniatos puniri prospexerint. Nõ tamen in his deus uicissitudinẽ sistit. Sed discere uis, quot te bona sequentur? Totũ tibi referat cœlum, sanctorum ciuem efficit, ut in eodem degas parat consortio, à peccatis absoluit, coronat iustitia. Nam si peccantibus dimittentes dimissionem consequuntur, non tantũ dimittentes, uerũ & supererogantes, quid non excusationis obtinebunt? Ne feras igitur pusillanimiter, uerùm & pro lædente preceris, hoc.n.pro temetipso facis. Tuas tulit pecunias, uerùm & peccata: quod & in Naaman & Giezi factum. Quantũ non uoluisses impendere diutiarum, ut tua dimitterentur peccata? Hoc ergo nunc efficitur. Nam si generosè tuleris, nec maledicas, præclaram reportaueris cõronam. Non meus est sermo, sed Christum audi dicentem: Orate pro calumniantibus uos: & quãtum sit pmium, cogita: Vt sitis similes patri uestro qui est in cœlis. Itaq; nihil amisisti, sed accepistis potius. Non es affectus iniuria, sed coronatus, anima redditus sapiẽtior, deo similis constitutus, cura liberatus pecuniarũ, cœlorum regnum adeptus. Hæc igitur omnia cogitantes, in iniurijs philosophemur charissimi, ut & à præsentis uitæ tumultu liberemur, & inutilem eijciamus tristitiam, & futura potiamur lætitia, per Christi gratiam, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DE ORATIONE.

Homilia.lxxix.

Agnum uerè bonũ, charissimi, oratio: si uirtute præditum hominem alloquens, non parum ex eo capit utilitatis: cui deum alloqui donatum est, quot bonis fruetur? Qualiter ergo non absurdum fuerit, iubere seruos toto tpe nobis seruire, nos autem nec minimum otij deo dicare? non nosti tu utilia homo, frequenter damnosa petis & periculosa: sed ille magis tuæ curã gerens salutis, non tuã intuetur petitionem, sed anteq; petas, quid tibi conferat, prouider. Nã si patres, licèt carnales, non omnino quæ petunt filij, præbent, non quòd petentes aspernẽtur, sed quoniam eorum curam gerunt maiorem: multò magis deus, q plus & diligit, & plus omnibus nouit, quod nobis expedit, affert. Cũ ergo defeceris orans, & non acceperis, cogita, quoties pauperẽ audisti te petentẽ, & non exaudisti, & indignatus ille non est, nec te contumelijs affecit. Et tu quidẽ hoc ex crudelitate facis, deus aũt ex benignitate. Si ergo tu conseruum pp crudelitatem non audiens, te dignum accusari non censes, dominum propter misericordiam seruũ non audientem accusas? Si ergo beatus Dauid cùm esset rex, & innumeris immersus curis, & undiq; distractus, septies in die dominum rogabat: quã nos ueniam habuerimus & excusationem, tantũ habẽtes otij, nec ipsi continuè supplicantes, & hęc cùm tantũ lucri capere debeamus? Impossibile.n. impossibile hoiem congruo precantem studio, deoq; continuè supplicantem, unq; peccare. Qui nanq; mentem suam accendit, & erexit aiam, & in cœlum seipsum transtulit, & ita suũ inuocauit dominum, & suorum memoriam peccatorũ accepit: ad eum de ipsorum locutus est demissione, & propitiũ & mitem deum orauit fieri: ab ipsa in his uerbis mora, oẽm deponit secularem curam, & eleuatur, & humanis æstibus superior efficitur. Non.n.ita fontes aquarum hortos reddunt fertiliores, ut orationis plantam lachrymarum fontes irrigantes ad maximã excrescere faciunt altitudinem, & orantem corã domino constituunt: hinc.n.maximè fit, ut exaudiatur. Quoniam si corpore humi prostrato, & ore incassum nugante, mẽs totam domum & forum circumeat: quo talis dicere poterit, quòd in conspectu dei precatus sit? nam orat in dei cõspectu, totam colligens animam suam, & nil habẽs cum terra commune, sed in ipsum se transferens cœlum, & oẽm ex animo pellens humanam cogitationem. Sic enim deprecãtem oportet orare, ut totam cogitationem suam colligens, cum animi dolore contendens deum uocet, neq; longos extendat sermones, nec in longũ orationem producat, sed pauca simpliciaq; dicat uerba. Nõ enim in uerborum multitudine, sed in mentis solertia positum est, ut exaudiatur. Et hoc ex Samuelis matris Annę precibus intelligere licèt. Illa nanq; dixit: Adonai domine deus sabaoth, si respiciẽs respexeris ad humilitatẽ ancillæ tuæ, & mei fueris recordatus, & dederis ancillæ tuæ semen uiri, dabo ipsum in conspectu tuo dicatum usq; ad diem mortis ipsius, & uinum & siceram non bibet, & ferrum non ascendet sup caput eius. Qualis hæc uerborũ multitudo? Veruntamen quoniam cum attẽtione & solertia fecit hanc orationem, quæcunq; uolebat expediuit, & deficientem correxit naturam, & matricẽ conclusam aperuit, secq; multam induxit in fiduciam, ex sterili semine fœcundam merens segetem. Oportet igitur orantem neq; longos extendere sermones, & iugiter orare. Breues.n. & frequẽtes orationes fieri Christus & Paulus præceperũt paruis ex interuallis. Nam si sermonem in longum extenderis, in negligentiam frequenter lapsus, multam diabolo subrependi facultatem dederis, & supplantandi, & abducendi cogitationẽ ab his quæ dicuntur. Si uerò continuas & crebras orationes facias, totumq; tẽpus interpollans frequentia, facilè poteris modestiam exhibere, & ipsas orationes cum multa facies solertia. Vis orationis uigilantiam discere, solertiam, & assiduitatem? Abeas ad Annam, discę, quid illa fecerit. Surrexerunt, inquit, omnes à mensa, & illa statim non ad somnum se conuertit, non ad requiem. Vnde mihi uidetur, & ad mẽsam sedens sobria fuisse, nec ullis se ferculis oneraſſe. Non enim tot emisisset lachrymas. Si nanq; nos cùm sobrij sumus & ieiuni, ita uix oramus: ita multò magis illa post mensam ita nõ orare potuisset, nisi circa mẽsam ieiunãtib. fuisset assimilis, Reuereamur uiri mulierẽ, confundamur de regno supplicantes, & oscitabundi, considerantes de filio precantẽ, & fundentem lachrymas. Hincq; mihi mulieris pietatem cõsidera. Vox, inquit, eius nõ audiebatur, labia uerò tantũ mouebãtur. Obtinere uolens ista à deo, accedit non fathiscens, nec oscitans, neq; se scabens, aut negligens. Nonne poterat & sine oratione deus præbere? Nonne

sciebat & ante orationem mulieris desiderium? Sed si ante petitionẽ dedisset, nõ apparuisset mulieris studiũ, non uirtus fuisset manifesta, non inde præmium possedisset. Sed ipsius & sapientiam uideamus, postq; enim eã Heli sacerdos ebriam existimauit, uide quid ad eum responderit: Ne des ancillam tuam in filiam pestis, quoniã ex multitudine sermones meos extendi usq; nunc. Hoc uerè cõtriti cordis est, cum in contumeliam faciẽtes non indignamur, sed etiã nos excusamus. Nihil.n.ita cor continens efficit, ut tribulatio, & secundũ deum luctus. Opus est itaque nos & mẽsam petentes, & desistẽtes deo gratias agere. Ad hoc.n.paratus nunquam in ebrietatẽ decider, aut insolentiam, nunq; crapula disrumpetur: sed orationis expectationem pro fræno sensibus habens impositam, cũ debita modestia ex oibus appositis sumet, & multa qdem aiam, multa uero benedictione corpus implebit. Mensa nanq; ab oratione sumens initium, & in orationem desinẽs, nunq; deficiet: sed fonte largius omnia nobis afferet bona. Ne tantum itaque prætermittamus emolumentum. Absurdum est enim seruos quidẽ nostros, siquam appositorũ partem à nobis accipiant, nobisq; gratias agere, & cũ benedictione recedere: nos aũt tot bonis potiẽtes, nec tantũ honoris deo rependere. Propterea nanq; multa tam in cõmunibus, q̃ in priuatis rebus præter sententiam nobis eueniunt, quoniam non circa spiritualia primũ, tum uero circa secularia studium exhibemus. Nonne scis, quòd si ueniens deũ adoraueris, & præsentis hic occupationis sis particeps, quæ in manibus habẽtur negotia, tibi magis cedunt secunda? Sed seculares curas habes? propter has sãtẽ huc occurre, ut per hanc morã allecta dei beneuolentia, tutus ita prodeas, ut ipsum habeas cõmilitonẽ, ut dæmonibus inexpugnabilis fias supna succurrente manu. Nam si preces paternas cõsequaris, si cõis particeps orationis fias, si dei compares auxilium, & ipsius armis munitus ita progrediaris, iam neq; diabolus ipse contra te respicere poterit, nedum hoies mali te contumelijs afficere studentes, & calumniari. Quòd si prodiẽs in forum è domo nudus armis huiusmodi reperiaris oibus calumniantibus expugnabilis eris. Neq; mihi quispiã dicat, quòd nequit homo secularis affixus foro continuè per diẽ orare, & ad ecclesiam concurrere: potest.n. & q̃ facillimè. Nam licet in ecclesiã non sit facilè concurrere, illic ante fores constitutus, & affixus tribunali põt orare. Et hoc multi fecêre frequenter, & intus clamante magistratu, minante, contẽdente, furente, pro foribus stantes signo muniti, & pauca uerba per cogitationẽ orantes, ingressi, mutauerunt eũ, atq; mitigauerunt, & mitem ex fero reddidere, nec à loco, nec à tẽpore, nec à clamore quicq; ad hanc orationẽ impediti sunt. Nec enim tã uoce opus est, q̃ cogitatione: neq; manuum extensione, q̃ animi intentione: neq; figura, sed intellectu. Quoniam Samuelis mater Anna, non ga clamem & magnam edidit uocem, propter hoc audita fuit, sed quoniam intus in corde multum clamabat: ait.n. Vox eius non audiebatur, & exaudiuit eã deus. Ne nos excuseimus dicentes, quòd non esset facile quempiam orare secularibus negotijs implicitũ, propẽ se domum non inuenientem oratorium. Nã ubicunque sis, potes altare tuum cõstituere. Nihil enim locus prohibet, nec impedit tempus. Verum licet genua non flectas, neq; percutias pectus, nec in cœlum manus extendas, si mentem tantum feruentem exhibeas, orationis perfectionem consummaueris. Licet enim & forũ petentem, & ambulantem per se prolixas facere orationes. Licet & in officina sedentem, & suentem pelles, animã domino dedicare. Licet & seruo & ementi, & ascendenti, & descendẽti, & adstanti coquo, cũ ad ecclesiam ire non poterit, orationem facere prolixam & solertem. Non.n.locum deus ueretur, sed unum exquirit, feruidam mẽtem, & continentem animã. Nam & Paulus non in oratorio, sed in carcere iacens supinus, neq; stans erectus, neq; flectens genua: non.n.sinebat lignũ, quo pedibus uinctis tenebatur. quoniã cum studio iacens orauit, carcerẽ concussit, & labefactauit fundamẽta, carcerisq; custodẽ ligauit, & post hæc ad sacram imitationem deduxit. Et Ezechias stans haud rectus, neq; genua flectens, sed supinus propter ægritudinem lectulo recubans, cũ ad parietẽ seipsum conuertisset: quoniam deum feruenter inuocauit, & aia continente, & prolatam reuocauit suiam, & multam adeptus est benevolentiam, & ad pristinam rediit ualetudinem. Et latro in cruce distentus, paucis uerbis cœleste regnum assecutus est: & Hieremias in cœno & lacu, & in lacu ferisq; Daniel, & Ionas in ipso ceti uentre deũ deprecati, circũstantia quæq; mala dissoluerũt, & gratiam inuenere diuinam. Quid ergo debes orans dicere? Quod Chananæa. Sicut.n.illa dicebat: Miserere mei, filia mea malè à dæmonio uexatur: ita dic & tu, Miserere mei, anima malè à dæmonio uexatur. Magnus enim dæmon peccatũ, dæmonium habens misericordiã inuenit, odio peccans habetur. Miserere mei, breue uerbũ, & clementiæ pelagus continet: nã ubi misericordia, ibi sunt oia bona. Siue sis extra ecclesiam, clama dicẽs. Miserere mei: & si non mouens labia sed mente clamans, nã & tacentes deus exaudit. Nõ est quærẽdus locus, sed loci principiũ. Hieremias erat in cœno, & deũ exorauit: & Iob erat in stercore, & deũ reddidit propitium. Ionas in uentre ceti, & facilẽ habuit. Licet in balneo sis, ora: ubicunq; sis, ora. Templũ es, ne locum quęras. Mare erat ante Iudęos, & post terga Aegyptij, & medius Moses nihil loquẽs. Multa.n. in oratione angustia: & ait deus, Quid clamas ad me? Et tu igitur cum ingruerit tentatio, ad deũ confuge, dominum inuoca. Nunquid.n.est homo, ut locũ petas? Deus semper propè est? Adhuc.n. loquente te, dicã, Ecce adsum. Nondum orationem feciſti, & ipse medicinã affert. Si mẽtem nanq; mundam habeas ab imũdis motibus, licet in foro sis, siue in uia, siue in foro cõstitutus, siue in mari, siue in diuersorio, siue in officina positus, siue sis ubicunq;, deo poteris inuocato petitionem obtinere. Quid.n. manuũ in oratione uult extensio? Hæ multis sceleribus ministeriũ exhibent. Et propterea iubemur eas extollere, ut orationis ministeriũ sit eis uinculum nequitiæ, & à malitia separatio: ut cũ rapturus, uel oppressurus, uel alterũ sis percussurus, recorderis, quòd has ad deũ pro patronis emissurus es, & per has illud spirituale sacrificiũ offerre debeas, nec illas cõfundere, nec actionis prauę ministerio fiducia priuare. Eas igitur emũda per eleemosynã, per misericordiam, per indigentium tutelã. Et ita eas offer ad orationem. Si non.n.immundis usus illis ad orationẽ fueris, multo minus in peccatis eas extendens fueris iustus. Si minus times, illotis manib⁹ orare, qd̃ est multo grauius, magis expauesce. Illotis qdẽ manibus orare nõ tam

G abſurdum eſt. Eas autem inumeris contaminare criminibus, hoc multã affert indignationẽ & exitium. Vis diſcere, q̃ta ſit orationis in eccleſia factæ potentia? Vinctus erat olim Petrus, multiſcp circundatus
Actor. 12a erat catenis, oratio aũt fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia pro eo, & ſtatim eũ à carcere liberauit. Quid hac igitur ſit oratione potẽtius, quæ colũnam, & eccleſiæ turrim adiuuit? Et catechumenis quidem permiſſum hoc nondum eſt, quoniam nondum ad hãc peruenere fiduciã: uobis autem & pro terrarum or-
1.Tim.2a be, & pro eccleſia, quæ uſq; ad terrę terminos extenditur, & pro gubernãtibus ipſam, & præſidẽtibus iubetur orationes emittere. Cũ diligentia igitur obedite, opere teſtantes, quòd magna uis eſt orationis in eccleſia concorditer à populo oblatæ. Nã cum inter homines populo ſontes uiros, cũ ad mortem trahuntur, petente, rex multitudine motus ſniam deponat: multo magis rex cœleſtis à uobis placatus petitionem prębebit. Nõ audiſtis, quòd ita Petrus de carcere ereptus eſt, quoniã erat oratio prolixa, quæ pro eo fiebat? Quãto maius eſſe noſtra creditis exiguita-
H te, ad deũ pro tanto accedere populo & ſupplicare? Nã ſi pro meipſo precari fiduciã non habeo, multo minus pro alijs, beneplacentium. n. hoc eſt. Cum igitur offenderim & ipſe, qualiter pro alio deprecabor? Nam quòd unus quidem pro multis oret, eſt magnę res fiduciæ, multęq; libertatis indigẽs. Multos autem unà cõgregatos pro uno ſupplicationem facere, nil graue uidebitur. Et domi quidem orari poteſt, ſic autem, ut in eccleſia, nõ poteſt, ubi tãta patrum multitudo, ubi clamor ad deũ unanimiter emittitur. Non ita dominum per te ſolũ orans, audieris ut cum fratribus tuis. Hic. n. maius aliquid eſt, puta, unanimitas & conſonãtia, charitatiſcp uinculum, & ſacerdotum orationes. Propterea nanque ſacerdotes præpoſiti ſunt, ut multitudinis orationes cum ſint infirmiores, hiſce potentiores adiungẽtes, pariter cum illis in cœlum aſcendant. Si nanq; Petrum eccleſiæ adiuuit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, qũo tu ipſius potentiam contemnis? Sicut. n. charitatis uirtus interuallo non arcetur, ita nec orationis efficacia: ſed ſicut illa inter ſe diſtantes coniungit, itidem & hæc, & procul poſitos plurimum adiuuare poteſt. Nã &
I Exo.17.c Moſes, quanquam corpore pugnantibus non interat, non tamen minus q̃ pugnantes, ſed multo plus in illam contulit pugnam, manuum extenſione ſuarum extollens uires, & tremẽdas faciens aduerſarijs. Nullum enim meritum eſſe magnum poſſet, niſi lucrum & alijs cõmunicaret, ſiue ieiunus maneas, ſiue dormias humi, ſiue fauillã comedas, ſiue lugeas continuè, & nulli proſis alteri, nil magnum efficis. Nã & à Moſe multa, magnaq; miracula & ſigna ſunt edita: ſed illum nihil tam magnũ effecit, q̃ illa beata uox,
Exo.32.g quam ad deum emiſit, dicens: Si dimittis quidẽ eis peccatum, dimitte: ſin autem minus, & me dele. at &
2.reg.24. & 1.Paralip.21c Dauid hoc ipſum oſtendens, aiebat: Ego paſtor peccaui, & ego malum feci: & hi, grex, quid fecerũt? Fiat manus tua ſuper me, & domum patris mei. Magna quidem & hæc, & angelica cõuerſatione digna. Pauli uero dicta multum hæc ſuperexcedũt. Gloria nan-
Rom.9.a & Phil.2.a que futura optauit excidere pro aliorũ ſalute. Ionas uero, quoniam propriam utilitatem quæſiuit, ẽt periclitatus eſt: & ciuitas quidem ſtabat, ipſe uero ſubmergebatur. Magna quidem & reliqua Moſi uirtutis merita, ſummum tamen & ſanctæ illius animæ cul-

men: quoniam ex libro deleri elegit pro Iudæorum K
ſalute. Pauli uero uotum ex multa ſuperauit abundantia. Nã ille quidem cũ alijs perire malebat, hic autem nõ ſimul perire, ſed ſoſpitibus alijs ab æterna ſolus gloria excidere optabat. Bonum eſt igitur ſancto rum oratione frui. Sed cũ & nos ſimus coopatores, quòd ſi non affuerit, nihil aliorũ prodeſt auxilium, uerũ & cum illo perimus. Quid. n. Iudæis profuit Hieremias? Nonne ter ad deum acceſsit, & ter audiuit: Hier.7.d
Ne ores, neq; petas pro populo iſto, quoniã te non 1.Reg.15.
exaudiã? Quid Sauli profuit Samuel ad ultimum uſ- b.g
que diem orans, & pro eo lugens? Quid aũt & Iſra- 1.reg.12.d
elitis profuit? nónne dicebat, Mihi autẽ abſit peccare, pro uobis orare ceſſanti? Nónne cũcti perierũt? nam deum audi dicentẽ per prophetam: Si ſteterint Noe, Ezec.14.f
Iob, & Daniel, nõ liberabunt filios ſuos & filias: quoniam inualuit eorũ malitia. Quid ergo, nihil proſunt orationes? Proſunt, & quãplurimum: ſed cum nos Actor.10.c
quoq; cooperamur. Et ſi uis diſcere, quantũ contule Ibid.9.g
rint, cogita mihi Cornelium, & Thabitã. audi quoq; 4.reg.19
deum dicentẽ: Protegam ciuitatẽ iſtam propter me, g.& Eſa.
& propter Dauid puerũ meum. Sed quando? Tempore iuſti Ezechiæ. Alioq; ſi malorum quoq; ualebãt 37.g
preces, quare Nabuchodonoſor regi quoque deus L
hoc non dixit, ſed ciuitatẽ tradidit? quoniã inualuerat peccatũ. Et hic ipſe rurſum Samuel pro Iſraelitis 1.reg.7.g
orauit, & obtinuit: ſed quo tpe? Cum & ipſi deo grati fuerunt, tunc hoſtes in fugã uerterunt. Et quid eſt, ait ille, mihi opus alienis orationibus, cũ ego gratus ſim? Quid ais homo? Paulus non dixit, mihi non eſt opus oratione, licet orãtes eo digni non eſſent: imo nec ipſi pares, & tu dicis, quid mihi opus eſt oratione? Petrus non dixit, quid mihi opus eſt oratione? ait Actor.12.d
enim: Oratio fiebat ſine intermiſsiõe ab eccleſia ad deũ pro eo, & ſtatim liberauit eum ex uinculis: & tu dicis, quid mihi eſt opus oratione? Propter hoc & indiges, quoniã indigere non te credis. Nã ſi deus noſtrum in orationibus torporẽ & negligẽtiam exquirat, & quòd in eius conſpectu poſiti, & orantes, neq; tantũ ei præbemus honorẽ, quantũ dominis ſerui, quantũ ducibus milites, quantũ amicis amici: amicum. n. alloquẽs hoc cũ attentione facis, deo autem
M pro peccatis occurrẽs, pro totq; criminibus ueniã petens, & rogãs tibi remiſsionẽ fieri torpes: & genibus tuis humi proſtratis circa forũ & domum mentem tuã uagari frequẽter dimittis? ore tuo fruſtra nugãte & incaſſum: nec hoc ſemel & bis, uerũ & frequenter patimur. Si hoc tantũ exquirere deus uoluerit, nunquid ueniã habebimus? nunqd excuſationẽ aſſequi poterimus? Non arbitror ego: ſi uero curioſius aſpectus noſtros deus exqrat, & nequã concupiſcentias, quas mẽte concipimus, turpes & imundas admittentes cogitationes ex incauto oculorũ nocumento. Si detractiones quas per ſingulos dies inurimus, alter alteri in mediũ producat: & intẽpeſtiua iudicia, q̃bus proximũ condẽnamus nullũ habentes negotiũ: doloſcp, quos alter in alterũ ſuimus, nunc quidẽ preſentem laudantes fratrẽ, & tanq; amicum alloquentes, abſentem uero criminantes: nunquid pro his rationes reddere poterimus? Quid uero loquar inuidiam, per quã ſe bene gerẽtibus frequẽter inuidemus, non tantũ inimicis, uerum & amicis: & alijs malè patienti bus lætamur, & propriæ putamus ærumnæ conſolationẽ alienas calamitates? Nam ſi ſecularibus, & preLuc.14.f
ſentibus abſtinere iubemur: quomodo miſeri nõ ſu-

A mus, & infelices hæc à deo poſcentes, quæ præcepit & habentes abijcere? Si uerò non pro fidelibus tantũm, ſed etiam pro infidelibus orare iubemur: cogita quantum mali ſit, contra fratres imprecari. Quid
Matt.5.g agis homo? Ad deum accedis, ut propitium reddas, & imprecaris alteri. Niſi dimittas, nec tibi dimittetur: nec tantùm ipſe non dimittis, uerùm & deum, ne dimittat, expoſcis. Si tibi non dimittenti non dimittetur, non modò tu non dimittis, uerùm & deum non dimittere rogas. Si non dimittenti non dimittitur, etiam dominum, ne dimittat, oranti, quomodo dimittetur? Si enim inimicos habere dedecus eſt, & illis imprecare, cogita quantum ſit malum. Cùm enim te purgare debeas, quòd inimicos habeas, tu & illos accuſas: quam uerò ueniam conſequeris, detrahens, & in tali tempore, quo non mediocris indigeas miſericordiæ? Nam & pro tuis oraturus peccatis acceſsiſti, ne recorderis igitur aliena, ne propria ſeruentur. Si nanq; dixeris: inimicum percute, os tuum obſtruxiſti, & linguæ iam abſtuliſti libertatem. Primùm quidem, quoniã iudicem iritaſti, & ſtatim ab ipſis exor-
B dijs exacerbaſti. Deinde, quoniam contraria petis, & orationis formæ repugnantia. Nam ſi pro remiſsione peccatorum accedis, quomodo de punitione uerba facis? Contrarium enim oportebat facere, & pro aduerſantibus ſupplicare, ut cũ fiducia pro nobis quoq; poſsimus orare. Si nanq; pro illis orabis, licèt pro te nihil dicas, omnia conſequeris. Si igitur anima ſceleſtius nihil imprecante, nec lingua quicquam talia loquente ſordidius, quamobrem omnia non expedis, ut orans nihil dicas, quod tuum iritet dominum? Es homo, ne uenenum euomas aſpidum. Homo es, fera ne fias. Propterea tibi factum eſt os, non ut mordeas, ſed ut medearis. Recordare, quid te palãm deus admonuerit, ut parcas & remittas: tu uerò me quoq; rogas, meorum fieri mandatorum ſubuerſionis participẽ, & cruentas linguã, ſicut furẽtes ex proprijs artubus dentes. Qũo diabolum lætari credis atq; ridere, cùm talem audierit orationem? quomodo iritari deum, & auerti ſimul & odiſſe, cùm talia rogaueris? Conſidera, quem petas hõ contra inimicos tuos. Ad illũ accedis, q̃ dixit, Orate pro inimicis ueſtris. Quali-
C ter igitur aduerſus eos clamas? Quomodo deum rogas, ut propriam deſtruat legem? Non eſt hæc ſupplicis forma. Nemo rogat, ut alius pereat, ſed ut ipſe ſaluetur. Quid igitur ſupplicis quidem habitum induris, accuſatoris aũt uerba pronũcias? Et cùm pro nobis quidẽ oramus, oſcitamus & in multas recidimus cogitationes: cùm autem aduerſus inimicos, uigilantes hoc agimus. Quoniam. n. diabolus nouit, quòd in noſipſos enſem agimus, tunc nos circunfert, neq; diſtrahit, ut magis nobis noceat. Sed iniuriam paſſus ſum, & tribulor. Itaq; contra diabolum ora, qui nos ſuper omnes afficit iniuria: hic enim & inimicos parit. ſin autem aduerſus inimicos oraueris: orationem quam ille quærit, orabis: ſicut è contra, ſi pro inimicis, aduerſus eum. Hic enim eſt impacatus hoſtis, at homo quæcunq; faciat, amicus eſt & frater. Quid ergo uerè inimicum omittens, propria mordes membra? Hæc itaq; ſcientes, dilectiſsimi, ſtudeamus iuxta domini uoluntatem, & mandata conuerſari, ut cœlorum quoq; regnum aſſequamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium cũ ſanctiſsimo patre, uiuificoq; ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Tomus quintus.

DE POENITENTIA D
Homilia. LXXX.

Ropterea de pnia continuè ſermonem moP ueo, chariſsimi, ut neq; peccãs deſperet, neq; rectè uiuẽs altũ ſapiat. Iuſtus es, ne excidas: es pctor, ne deſperes. Etſi pecces quotidie, quotidie pniam agas: qd in antiquis domibus facere ſolemus, cũ fuerint putrefactæ, putrida ſubtrahimus, & ſuppo nimus noua, & à continua cura nunq; deſinimus. Si fueris antiquatus à pctõ, p pniam te renoua. Nũ pœnitentẽ licet ſaluari? & maximè. Totã uitam in peccatis abſumpſi, & ſi pniam egero, ſaluabor? & maximè. Vnde conſtat? Ex domini clementia. Ne tuæ cõfidas pniæ, tua nanq; pnia tanta nequit pctã delere. Si ſola foret pœnitentia, iure timeres: ſed poſtq; cum pœnitentia commiſcetur dei miſericordia, confide, quoniam tuam uincit nequitiam: multùm enim eſt miſericors deus, & tantum clemens, ut neque filio pepercerit, ut ingratos ſeruos redimeret. Nec mihi dicas, Nimium peccaui, & quomodo poſſum ſaluari? Tu non potes, tuus põt dominus, & ita delet pecca- E
ta, ut nec eorũ remaneat ueſtigium. In corporibus qdẽ hoc nõ licet, quin etiãſi millies medicus elaboret, & imponat uulneri remedia, uulnus quidẽ tollit, cicatrix uerò pmanet, uulneris circũferẽs argumentum, aſpectus deformitatẽ. Et licèt in infinitum medicus contendat, non tamen cicatricẽ delere poteſt. Ipſa nã que naturæ repugnat imbecillitas, & artis impotẽtia, ulitaſcp medicamentorum. Deus aũt cùm delet peccata, neq; cicatricem relinquit: neq; pmittit remanere ueſtigiũ, ſed cum ſanitate pulchritudinem quoq; reſtituit, cũ liberatione à pœna dat & iuſtitiã, & præuaricatum non præuaricato ſimilem reddit. Si nanq; uel infinita quis habens uulnera, pniam egerit, & aliquid fecerit boni: ſic ea deus delet, ut neq; cicatricem, neq; ueſtigium, neq; peccatorum oſtẽdat indicium. Sicut igitur in corpore uulnera ſunt, & medicamina: itidẽ in anima peccata ſunt, & pnia. Et quid loquar. animaduerte. Vulnus & medicamentum, peccatum, & pnia. Vulnus ſaniem habet, medicamentum ſaniei purgationem exhibet. Nunquid eſt ſanies in medicamine? Nunquid in uulnere curatio? Nónne proprium F
hæc, & illa proprium habent ordinem? Nunquid põt hoc in illud, uel illud in hoc tranſmutari? Nequaq;. Veniamus & ad animæ morbos. Peccatum confuſionẽ habet, fiduciam poſsidet pnia. Sciens itaq; ſatanas, quòd peccatum quidem habet confuſionẽ, quæ peccantem ſatis repellere poſsit: pœnitentia uerò fiduciã, pœnitentem ad ſe attrahere ſatis idoneam, ordinem commutauit, & pœnitentæ confuſionem adiecit, fiduciam autem peccato. Et peccato confundi non finit hominem. Scit enim quòd ſi confunderetur, peccatum fugeret. In pnia uerò facit ut erubeſcat: nouit enim quòd erubeſcens non agit pœnitentiam. Pœnitens enim malorum quæ geſsit, licèt peccatis condignam non exhibeat pœnitẽtiam, & huius tamen habebit retributionem. Nondum itaq; uitio captos admoneo, ne capiantur. Facilius enim eſt caſum cauere, q̃ lapſos reſurgere. Detentis autem atq; confractis, ſi ſe ſtatim pniæ tradere uoluerint multam ſalutis ſpẽ polliceor. Et enim tam bona, quàm mala, cùm fuerint plurimum immorata, potentiora fiunt. Et planta quidem nuper humi cõſita facilè reuellitur, p multum uerò tpis radicibus firmata non itidem. Et ædifi

Gciũ recenter fundatũ à uexantibus facilè subuertitur, bene uerò firmatum multa diruere conantibus prębet negocia. Et fera, quibus locis multum tpis est cõuersata, difficulter expellitur. Et sicut febris ab initio aggressa, non magna siti laborantes exurit: postq̃ autem inualuerit, & flammam extulerit, iam sitim inducit immedicabilem. Etiam siquis eis cõcesserit, ut potibus impleantur, non extinguit, sed accẽdit fornacẽ: Sic & uitioso accidit affectu. Si se circa primordia in animam nostram inferentem non prohibuerimus, neq; fores occluserimus, ingressus iam insanabilem morbum susceptoribus infert. Sicut igitur animo degener & segnis, licẽt multum ad pniam tempus accipiat, magni nihil efficiet, nec per torporem sibi deũ reconciliabit: ita solers & promptitudine feruens, &
Ma.26. d multo cum studio gerens pœnitentiam, & breui tpis
& Lucæ momento multi tpis pctã delere poterit. Et qualiter?
22.f. & audi. Nõne ter Petrus negauit? nõne cum iuramento
Ioan.18.a ter? Nõne uilis ancillæ uerba ueritus? Quid ergo? multũmne tpis fuit illi necessarium ad pniam? Nequaq̃. Sed eadẽ nocte lapsus est, & resurrexit. Post illum. n.
H grauem casum (negationi nanq; nullum est malum æquale) rursum eum ad priorẽ reduxit honorẽ pnia, & ei p totum orbem terratum ecclesiæ præsidẽtiam tradidit: & quod oĩbus maius est, illum nobis maiorem oĩbus apostolis in dominum habere charitatẽ ostendit. Quid uerò Niniuitæ? Venit ad eos propheta, sniam aperuit, quasi quandam regalem epist. supIonæ.3. b plicium continentem, & clamabat dicẽs: Adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur. Audierunt illi talia, neq; fuerunt increduli, neq; neglexerunt, sed oĩum statim sit ad ieiunũ concursus, uirorum, mulierum, puerorum, neq; brutorum natura fuit à tali immunis misterio. Vbiq; saccus, ubiq; cinis, ubiq; luctus & lamentationes. Nam & ipse rex diademate coronatus, regali delapsus solio saccum sibi substrauit, & cinere consperſus est. Et erat rem cernere tremendam atq; mirabilem, neglectam sub sacco purpuram. Quod. n. præ texta non ualebat, hoc poterat saccus. Quod diadema nõ est assecutum, hoc cinis obtinuit. Cogitemus ergo, quot quisq; nostrum habeat onera peccatorũ, & æquiualentes exhibeamus misericordias: immo uerò uel longè plures, ut nõ modò pctã deleantur, uerũm & in iustitiam nobis eleemosynę computentur. Nisi nanq; tot fuerint bona, ut & exuant crimina, & ex relictis aliquid in iustitiam nobis reputetur, de nobis à supplicijs liberabitur nemo. Nam cùm hoiem quidem iritasti, amicos rogas & uicinos, & ianitores, impendis pecunias, & multos dies absumis accedẽs, & supplicans: si uel semel, uel bis, uel millies iritatus te reijciat: omnino non recedis, sed maiori labore cõtendens, maiorẽ adhibes supplicationem. Cùm uerò deus prouocetur, nos ocitamus, & relabimur, & gaudemus. Et quando unũq; eum habere poterimus propitium? Quo non eum ex hoc ipso magis iritamus?
Luc.18.a Peccare. n. & peccantes non dolere, magis eum indignari facit & succensere. Neq; dicas, Nimium peccaui, neq; deũ rogare possum indignantem. Nam si iudicẽ illum neq; deũ timentem, nec homines uerentem uidua flectere potuit: multò magis bonũ assidua cõciliabit deprecatio. Itaq; licẽt amicus nõ sis, licẽt indebita poscas, licẽt paterna deuoraueris, & absumperis, & lõgo tpe procul ab aspectu fueris, siue succẽsentẽ, siue indignantẽ petieritis, fac tantũ uelis redire, & oĩa recipies, & iram & damnationem statim extinges.

Deo nanq; propositum est charissimi peccantes lonK ganimiter sustinere. Dupliciter est ad salutẽ propitius, & eis exp̃nia salutem exquirens, & ipsorum posteris in uirtutis studio proficere debentibus reseruans beneficiũ. Et ut denuo sermonem resumam, Deus longanimiter agit, ut & peccans ad pniam ueniat, & ne ex eo nascituris salutem excludat. Nam etsi peccator incorrigibiliter peccet, parcit frequenter radici, ut fructus conseruet, frequenter tamẽ & ipsius expectans Gen.11.d salutem. Et qualiter, audi: Tharam pater Abrahæ fuit idolorum cultor, sed in hoc mundo impietatis pœnas non dedit: & meritò: Nam si deus præueniens radicem præcidisset, unde tantus fidei fructus exortus fuisset? Quid Esau malignius? Quid illa impudentius nequitia? Nõne fornicator erat & immundus? ut ait Heb.12.d Paulus. Non matricida & patricida? Non fratricida, quãtum in ipsius fuit proposito? Nõne deo fuit odio habitus, ut scriptura testatur: Iacob dilexi, & Esau Mala.1.a odio habui? Si fuit ergo fratricida, fornicator, & im- & Rom. mũdus, & odio habitus, quare non pditur? quare nõ 9.c exciditur? quare nõ illico congruã patitur ultionem? Quare? Bonũ est uerè dilectissimi cãm dicere. Si succus fuisset, maximum eleemosynæ fructum & iustitię Gen.36. mundus amisisset, & qualem, audi: Esau genuit Ra- & 1.Par. guel, Raguel Zara, Zara Iob. Vides quantus toleratię rali.1.c fructus fuisset perditus, si pueniens deus à radice pœnas exegisset? Nullus igitur in uitio positus desperet: L in uirtute dormitet nemo, nec hic confidat. Frequenter. n. & meretrix præcedet, nec ille desperet: potest. n. & primos anteire. Cùm. n. in uehementem dei charitatem redierimus, priorum non meminit, non ut homo, deus: non. n. exprobrat præterita, neq; dicit: quare tanto tpe defecisti? sed gratos habet, quando cunq; accesserimus, dũmodo, sicut decet, accedam⁹. Quid 2.Paralenim Manasse peius? Quid uerò beatius Salomone? 33.b Attamen ille quidẽ deũ potuit habere propitium: hic 3.Reg.11. aũt quia dormitauit, lapsus est. Propterea nec Esau a ueniam assecutus est, quia pniam non egit, ut oportebat. Nam lachrymæ non erant ex pnia, sed tentatio- Ma.27.b nis & iræ. Pœnituit & Iudam, sed malè: nam suffocatus est. Si uerò perfectam quæris pniam, audi Petri pniam post negationem. Quoniam. n. erat uerisimile, ipsum altum sapere sibi conscium, quòd plus alijs M deũ diligeret, propterea egressus foras flebit amarè. Luc.22.g Nec hoc solum, uerùm & innumeris se post hæc periculis immisit. Pniam egit & beatus Dauid, ita dicens: Psal.6.b Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et longo tpe commissum peccatum post tot generationes, quasi super accidisset, lugebat. Pniam. n. non oportet irasci, nec efferari: sed conteri, quasi damnatum, quasi non habẽtem fiduciam, quasi addictum, ut ex misericordia sola saluari debentem, ut usum in benefactorem ingratũ, & reprobum, & innumeris dignum supplicijs. Nec itaq; scenicus desperet, neq; confidat ecclesiasti- 1.Co.10.c cus. Nã ad hunc quidem ait deus: Qui uiderur stare, Hier.8.b uideat, ne cadat: ad illum autem, Nunquid qui cadit, non resurget? Ille nanq; debet, quod habet custodire: hic uerò fieri, quod non est. Ille sanitatem cõseruare, hic ab ægritudine liberari: laborat. n. ad illum itaq; di- Ioan.5.c citur, Ecce sanus factus es, ampius noli peccare, ne quid tibi deterius fiat: ad hunc uerò, Vis sanus fieri? Ibidem.b surgẽs tolle grabattum tuum, & ambula in domum Ibidem.a tuam. Licẽt enim octo & triginta geras annos, sicut paralyticus ille, si modò sanus fieri studeas, qui pro-

A hibeat, est nemo: tãtum resurgere uelis. Attinge modo uiam eõ tẽdentem, & uelociter progredieris, ne fores occludas, ne obstruas ingressum. Breue præsens tẽpus quod si multum quoq; foret, nec ita refugiendũ esset. Quanuis. n. hunc pulcherrimum pœnitentiæ laborẽ non desudes, in illo penitus mundo laborabis, & aliusmodi patieris ærũnas: si uero & hic, & illic labor, quare nõ hunc eligimus qui multum affert fructum, magnãq; retributionem? Nã si nos qui sumus indigni, beneficijs deus afficit, & his qui peccauerunt, benignus est: si à malitia digressi uirtutem sectemur, quæ nõ assequemur? quibus non fruemur bonis? Mentem. n. habentes magis beneficia, q̃ pœnę ad mandatorum attrahunt obedientiam. Si igitur & priusq̃ aliquod bonum exhibeamus, quinimo cum iã ultione digna fecerimus, tãta deus nos beneficentia dignatus est: si gratissimus, & de iã acceptis gratia rũ actionẽ exhibeamus, & in melius faciamus mutationẽ, quanta non à seipso nos exornaret largitate? Nã si nos offendentes seruos, si meliores fieri proB miserint, & acceptamus, & in pristino tenemus honore, frequenter aũt ipsis & maiorem tradimus libertatem: multo magis deus hoc in nobis faciet, si parem peccatis pœnitẽtiam exhibeamus. Et hoc ex his, quę 2.reg.11.a circa beatũ Dauid euenerunt, manifestum est. Quoniam enim supplãtatus cecidit, adulterij reus & homicidij crimine, nõ mansit deinceps in ruina iacens: sed & denuò surrexit, sed aduersus hostẽ cum deo se opposuit, & ipsum tam generosẽ deuicit, ut & defunctus suos tueretur progenitos. Salomoni nanq; magnam illã iniquitatem ausо, milleq; digno mortibus facto, Propter Dauid deus ait se regnum permittere 3.reg.11.c integrum, ita dicẽs: Diſrumpens diſrumpam regnum de manu tua, & dabo ipsum seruo tuo: uerũtamen in diebus tuis hæc non faciã propter Dauid patrem 4.reg.19 & Esa.37.g tuum. De manu filij tui tollã illud. At & Ezechiæ de supremis periclitanti quanq̃ iusto, rursus propter beatum illum, se succurrere dixit: Protegã, inquit, ciuitatẽ hanc propter me, & propter Dauid puerũ meum. Sicut. s. in propriam exhibentibus gratitudinem, per congruam sibi bonitatem suas deus sententias reuoC cat, & admittit pœnitentes, & ab imminente liberat pœna: ita rursum cũ aliqua dare bona pollicetur, uel præfinitũ penitentię tempus, indignos autem uideat effectos, & tunc sua reuocat promissa. Non. n. peccare tam malum est, q̃ in peccatis permanere. Propterea q; præueniens deus in nos beneficia confert, & rursum præuaricatos uenia dignos efficit, & pœnas statim non infert, ut per oĩa nos trahat ad pœnitentiã, & per quæ benefacit, & in eo quòd longanimiter sustinet, frequenter autem & per quæ quosdam castigat, ut illorũ timore correcti, pœnæ fugiant periculum. Multũ peccasti, iam desiste, in contrariũ reuerere, deo cõfitere gratias, quòd te non in mediis rapuit peccatis. Noli & alium quærere terminum, ut malè opereris: ne dicas, Erit tempus, cũ sit opus conuerti. Multi dum aliena usurpant, interea rapti sunt, & imgrauere impræparati. Alarũ utilitas nulla laqueo detẽtis, inuanũ & incassum alas excutiũt: ita tibi quoq; cogitationũ utilitas nulla, si penitus ab ulla mala cupiditate fueris captus. Nã si nec in uno quidem hic uolumus dedecus pati, in tot milibus illic quid agemus? Non. n. à pristinis tantũ malis desistere, sed et meliora seq; officia, dicitur pœnitẽtia, dicitur enim: Prou.26.c Declina à malo, & fac bonũ. Nec enim ad sanitatem nobis satis est, fugittam tantùm extraxisse, uerùm & D medicamẽta uulneri sunt imponẽda. Accidit aũt aliquẽ pœnitentẽ, multa magnaq; facere bona, rursum aũt in illorũ medio bonorũ æquiualẽs ppetrare peccatũ. Et hoc ualidissimũ est ad inducendũ in desperationẽ, tanq̃ ædificatis, & curatis oĩbus illis incassum, & à se inaniter elaboratis. Opus est aũt illud sentire, & hãc expellere cogitationẽ: qđ nisi puenientes, meritorũ mensurã pctis post hæc ppetratis æquiualentẽ repositurus essem, nihil nos uehementer & funditus submergi prohibuisset. Nunc uerò quasi fortis quidã thorax, acutã & amarã sagittã effectũ suũ habere non permisit: sed ipse diuisus, magnũ amouit à corpe periculũ. Nõ est ergo tã graue pugnantẽ uulnerari, sed post uulnus despare. uulnusq; negligere. Nullus mercator postq̃ naufragiũ fecit, licẽt mercimoniũ amiserit, destitit nauigare: sed denuò mare ptransit, & longos pnauigat sinus, & pristinas recuperat diuitias. Frequenter athletas cernimus post multos lapsus coronatos. Iã uerò miles quoq; qui fugit, postea se strenuũ exhibet, & hostes supat. Eorũ quoq; multi, qui pp tormẽtorũ pauorem xp̃m negauerãt, denuo certamen inie E runt, & cũ martyrij recessere corona. Quòd si p dictorũ quisq; post primũ uulnus desperasset, secundis potitus præmijs nunq̃ fuisset: quæ nos utinam oẽs assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu xp̃i, cui honor & imperiũ, gloria & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum. lxxx. D. Ioan. Chryſ. quas habuit ad populum Antioch. Lucæ Bernardo Brixiano interprete, finis.

PETRVS BARROCHIVS, EPISCOPVS *Patauinus, Lucæ Bernardo Brixiano.* S. D.

Vid causæ sit, ut opuſculis Ioan. Chyſoſt.
q *iſtis & alijs, quæ cùm apud Latinos partim non haberentur, partim minus tradu-*
cta fideliter haberentur, tua opera, & Latina & fi-
deliter traducta habemus, nomen tuum inſcribere no F
lis, non ſatis intelligo. Nam neq; in ea interpretatio-
ne mali aliquid uideo: at euangelicum illud, Omnis Ioan.3.c
qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut
non arguantur opera eius, adducere in medium poſ-
ſis. & ſi malè aliquid (quod abſit ut opinari uelim)
uiderem authoris id eſſe putarem, non tuum, qui ſi-
cut in ſecundo Macchabæorum habetur, dicere ſem- 2.Macch.
per poſſes ueritatem te de ſingulis authori concede- 2.f
re. ſecundum datam autem formam interpretationi
ſtudere. Neq; iactantiæ uitandæ cauſa id te facere ar-
bitror, cùm nihil habeas, quod non acceperis: & ſi
acceperiſti, intelligas non tibi quaſi non acceperis glo-
riandum. Neque rurſus, quia ea te ratione ab inuido-
rum linguis eruere cupias, qui cùm de alienis iudica-
re ipſi nihil facilè ſciant, in hoc ſe tantùm doctos exiſtimant, ſi optimum quenque reprehendant. Nam ue-
ritatem, ut olei aquæ immiſſi puſillum quòd plus agitatur, hoc plures oculos fugere non ignoras. Neque

G quòd congregationi beatæ Iustinæ, ac monasterio tota Italia famosissimo subtrahere honorem uelis, quē ex plurium tui simulum præsentia mirum in modum augeri uides, quia eos te semper plurimi facere ostendisti. Neque quòd nō multos, ac penè innumerabiles habeas doctrina & sanctitate præstātes, qui suis opusculis nomen proprium inscripserunt. Neque postremò quòd nos plurimos in sacris uoluminibus legeris, quorum nomina ita sunt per suos maiores accuratè descripta, ut ad primos usque generis humani parentes perueniant. Cum igitur neque causam cur opusculis Ioannis Chrysostomi istis & alijs, quæ tua opera, & Latina, & fideliter traducta habentur, tuum inscribere nomen nolis, intelligere, neque tibi, ut inscribere illud uelis, persuadere potuerim: des ueniam uelim, si illud ipse inscripsi, et culpam (si qua in hoc est)
H quam tamen nullam esse certissimè scio, imputes mihi. Sicut enim ambulanti per ciuitatem, si post tergū cithara personare audiat, cupido incessit uidendi, quis est ille qui personat: ita legenti hoc opus, & è Græco Latinum factum scienti, quo interprete factum sit. Vale.

GERMANVS BRIXIVS Altisiodorensis Francisco Turonio Archiepiscopo Biturigi Aquitaniæ primati.

I TAle certè studium tuum nominis nostri & tuēdi, & honestandi nō apud plebeios, sed apud principes, ac summates, hoc est tui similes uiros esse audio (neq; enim illud est aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi quod silentio præteritum ad me non deferatur) ut nisi ego istam tantam, tam prolixam, tam liberalem erga me uoluntatem, ijs saltem quibus possum officijs uicissim prosequar, uitam mihi prorsus acerbam putē. Et hercle sine dubio cū tu tantus inter nostros uir, hoc est clarissima atq; adeò regiæ proxima sanguinis nobilitate illustris, ętate florēs, amplissimi sacerdotij insulis honestatus, rara in primis tum modestia, tū prudentia præditus, singulari ingenio ornatus, doctrina non uulgari pollens, morū, ut siqs alius, elegantia quadā, & candore cōmendatus, fide, probitate, integritate, liberalitate, denicq; uirtutibus quibus uis nemini concedens: quę tanta, tamq; eximia ornamenta in K te spectata, ipsum Galiarū regē Franciscū adduxerunt, ut tibi hisce temporibus difficillimis, ac turbulentissimis, sanctioris, interioris q; sui consilij molem unà cū paucis collegis moderandā crediderit: id enim illū de te existimare arbitramur, quod cęteri nos uno penè consensu iudicamus, quasi lumen aliqđ extinctis cæteris integritatē, consiliū, prudētiam, dignitatē tuam elucere: Tu, inquam, talis, tantus q; uir, cū eum, quem dixi, erga me animū geras. Id q; nullis meis officijs prouocatus, nemo certè fuerit, quin me & rusticū, & improbū, & ingratum dicat, nisi ēt palàm, hoc est scriptorum meorum monumentis, quasi obsignatis, quod aiunt, tabulis tester: summā meam esse erga te beneuolentiā, sum
L mam charitatē, summam obseruantiā. Itaq; sic tibi persuadeas uelim (posteaquā ingenij nostri labores qualescūq; gratiā aliquā apud te, quæ tua est ingens, facilitas, inuenisse uideo) me ipsum in primis omnia quæ ad uirtutis, ac dignitatis tuę prœconiū, quod per se amplissimū est, celebrandū pertinebūt, summo semper studio, Minerua quidē non inuita, susceпturū: quod q̄q̄ intelligo me cū multis alijs facturū, tamē huius rei principatum sic appetā, ut te tuendi, ornandi q; nominis mei primas partes iam susceпisse uideo. quim & te per temet paratissimū iam habeo ad nominis mei defensionē, & qui id munēris te uno in ea gratia, qua apud principē, in ea authoritate, qua apud nostros oēs uales, felicius suscipere, ac melius præstare possit, M nō inuenio: nemini profectò mirū uideri debebit, si ingenij nostri fœtus posthac in tuo nomine bona ex parte editi apparebunt, ut oīno eosdem, præsertim si in eo genere studium meū non aspernabere, apparere uolumus. Id q; partim ut & tibi, & cæteris itē qui à nostris legendis nō abhorrebūt, probem summū meū erga te studium, summū cultū, summam obseruantiā: partim ut fœtus iidē authoritate tua, tanq; Aiacis clypeo subnixi confidentius caput attollere, tutius in hominū ora, oculosq; uentitare, gratiosius in eorundē manibus uersari ualeāt. Atq; ut ne te lōgè abire patiar: tibi hic promissi huius exordiū à Chrysostomi scriptis auspicamur: neque enim à digniore authore possumus. Meminisse quidē debes me tibi dicere ex oī-

A bus Græcis authoribus, qui sacra tractarūt, unum Chrysostomū multis de causis sic me ad sui amorē, ac studiū rapuisse, sic ad scriptorum suorū lectionē allexisse, ut statutū mihi sit, nō antè conquiescere, q̄ id omne percurrero, quod ab illo scriptū comperero: hoc quidē proposito, ut ego arbitror minimè reprehendendo, tum ut q̄ authoris eiusdē opera nondū uersa sunt, ijs uertendis stylū, ingeniumq; nostrū exerceamus: tum ut quæ nō satis feliciter uersa, ut omnino multa sunt, ea quantum facere, enitiq; poterimus, restituamus, atq; in hac potissimū arena ingenij nostri specimina hmōi exhibeamus, cuiusmodi anno superiore exhibuimus, dialogorū libris sex uertendis, qbus ille περὶ τῆς ἱερωσύ-
B νης nomē dedit: quorū tanta est elegantia, tāta uenustas, tantus nitor, tāta dignitas, ut sine controuersia inter cætera oīa Chrysostomi scripta facilè principatū obtineant: qui tamē libri nescio quo malo genio, incerti atq; innominati cuiusdā interpretis opera sic ad Latinos peruenerāt, ut nihil prorsus in illis esset, qđ Chrysostomici uel ingenij, uel styli elegantiā repræsentare nobis posset, usque adeo magni interest qua quid gratia, ac p cuius manus à Græcis ad nos perueniat. Apud quos equidē uideo plerosq; authores, dum sua ipsorū lingua loquuntur, quasi in puppi sedentes clauū tenere quibus iisdē apud nos peregrina lingua loquentibus uix in sententia locū dederis, tam miserè illi à deplorati ingenij interpretibus nescio quibus habiti sunt.
C Vtinam pontifex optime (q̄ optarē, dicere olim uerè ut possem, maximè) id unusquisq; tantū doceret, quod rectè didicisset, & sese in ea tantū palæstra ostentaret, in qua industriā probasset suā: sic enim suus studijs honos, sua dignitas, sua omnis ratio abundè constaret, & minus certè multi existerent à Græcis studijs abhorrētis, à quibus ipsis studijs alienatos eorum aios uideo hoc ipso, quòd authorū multorū scripta, tersissima illa quidem, atq; elegantissima, in ea, qua primū cōscripta sunt, lingua, non pluris æstimant, q̄ quantū per insulsissimam, ut leuissimè dicā, deploratorū quorundā ingeniorū interpretationē cōspurcata, ad deformata ualere possunt: ijs non absimiles, qui aduentitias mercēs, uel pretiosissimas, quibus maximè indigent, empturi, non aliunde æstimant, q̄ uel à uilissimis thecis, quibus illas fortè recōdi, D uel ab eorū institorū uilitate, per quorū manus easdē uænire cōtigerit. Sed de his plura alias. Redeo ad Chrysostomū authorem rerè talem, hoc est, tam cultū, tam iucundū, tam copiosum, tam ingeniosum, tam uehementē, tam sibi semper instantē, tam, ut sum matim dicam, oībus in eloquentia numeris absolutū, ut mihi quidem minimè errare uidear, si illi mediū inter Isocratē, et Demosthenem locū tribuero. sic enim, ut opinio mea fert, alterius facilitatē, cultum, gratiā, iucunditatē exprimit, ut ab alterius ingenio, ui, artificio, magniloquētia nō ita magno interuallo relinquatur. neq; enim (audacter qđ sentio dicam) ex Latinis oībus, qui diuina tractarunt, quenquā extare puto, quē Chrysostomo, si dicendi partes spectes, rectè conferre possis. In quo quidē eloquentiā summā fuisse cū alia permulta ab ipsius ingenio profecta monumēta apertè testātur, tum in primis post dialogos eos, quos antè nominaui, hoc ipsum testatur liber unus, quo Babylæ epi, ac martyris uitā cōprehendit, interim gentiliū idololatriam magnis argumētis cōfutās: cuius editionem in tuo nomine apparere uoluimus. Dices, Istū uerò Brixi sudorem frustra tibi, arbitror, expressisti, in quo uidelicet tibi Oecolampadius uir in linguarum studijs apud Germanos clarus anteuertit. anteuertit mihi ille fateor, sed tu pro eo quanti ueritatem ipsam facis, id oneris, obsecro, Dionysio Coronæo tuo impone (tibi enim idē onus imponere nec audeo: nec deE beo: neq; si auderē, id ipsum per publica, ista negotia subire te posse intelligo) id, inquam, oneris Dionysio tuo impone, ut qđ Oecolampadius uertit, id ille cū Græco exemplari diligenter conferat, & ad te rem rotā, ut se habet, bona fide referat. Futurū est. n. ut audias ipsum Oecolampadiū uertendo Chrysostomi Babyla prorsus neq; cœlū, neq; terram (quod aiunt) attigisse, quin potius tam paruo in opere non paucioribus, q̄ ducentis in locis fœdissimè hallucinatum fuisse: ut possit hinc unusquisq; secum statuere, tum quantū fidei Oecolampadio habere debeat in alijs (quę permulta quidem sunt) eiusdem Chrysostomi operibus ab eo uersis, tum quantū spei collocare possit in ijs quę posthac ab eodē uersa exire poterunt, nisi fortè

G nobis doctrinam ille suam, Græcam præsertim, auctiorem interea probauerit. Verunta mẽ quicquid id fuerit Chrysostomi pijs manibus conatui nostro fauentibus, tuo ductu atq; auspicijs per nos sic restituetur, ut Babylam nunc à nobis restituitum facile ijs cõstabit, qui non grauabuntur per otium scripta nostra cũ Oecolampadij scriptis conferre. ad quem equidẽ laborem Græcarum literarũ mystas omneis etiã atq; etiam hortor, ut qui inter eos rudes adhuc sunt, periculũ inde faciant, quãtus sibi fucus ab ijs fiat, qui ubi mensis unius, & alterius laborẽ studijs Græcis ĩpenderunt, ubi pauculas uoces Græcas, idq; de cõmentario, quod aiunt, intellexere: statim, si dijs placet, docti sibi uidẽtur, H statim omnia scire se putant, statim neminẽ amplius, qui doctus quidẽ sit, in consiliũ ad uocantes, neminem qui sapiat, imitãtes, sibi ipsi exempla esse uolunt, omnibusq; pudoris claustris effractis, authorũ illorum, uel illorum interpretes agunt: id aggredi ausi, qd uix animo quidem uersare audẽt, qui totius ætatis annos in utriusq; linguæ cognitione percipienda multo cũ labore consumpsere, quiq; ab eiusmodi labore felicissime ac magna cũ nominis sui gloria euasere, sed quid facias? ualuit, ualebitq; semper Periclis illud apud Thucydidem, ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Sed nescio quo pacto rei indignitate, quã æquo ego animo ferre non possum, imprudẽs in id relapsus sum, quod paulò antè in aliud tempus reieceram. lon- I gius aũt me prouexit dulcedo quædã tecũ loquendi. Itaq; epistolæ finẽ faciam, si te modò prius rogauero, ut qua cœpisti, gratia literarum bonarũ, tum Græcarum, tum Latinarum studia cõiter apud principẽ nostrũ, cuius rei facultatẽ habes maximam, tuearis, quod munus quando cõplexus es, tene, ac perfice, ut ne minus studia eadem tibi, q; tu iisdẽ debeas, in quibus certè ita te educatum, ita uersatũ, ita edoctũ scimus, ut tibi uni ex aulicis proceribus omnibus studiorum eorundẽ causa apud principẽ eundem posthac agenda, tuendaq; sit, quam quidem, si bene mihi cognitus es, à nemine alio tibi præripi sines, neq; falles incredibilem quandam nostram omniũ de te protegendis, ornandisq; semper studijs iisdem, opinionẽ, gloriosum me hercule, & præcipua laude dignũ, princi- K pis fauore in hoc uti, ut studiosorũ uniuersitas adiuuetur, quantumq; gratia, atq; authoritate apud eundẽ ualeas, bonorum cõmodis experiri. quam ego in sententiam scribe- rem plura, nisi te tua sponte satis incitatũ esse uiderem, & hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi potius amoris summi erga te mei: qui cupiam ad eius te gloriæ fastigium omni studio eniti: omnibus neruis contendere, ad quod sanè ex hominibus nostris ad reip. gubernacula antehac accitis pauciss imi aspirarũt, dum illorum animis parua admodũ, seu nulla potius elegantiũ studiorum, ingeniorúmue cura obreperet. Inquam ego curã cogitationẽ sic te incumbere uelim, ut tibi planè persua- sum sit, non posse te ex quoquã alio facino- L re melius, q; ex eo quòd tu iuuandis bonarum literarũ studijs præstiteris, nomen istud ab iniuria obliuionis assertũ immortalitati commendare. Cuius quidẽ immortalitatis, qua dixi potissimũ ratione, parãdæ, tametsi, quod modò sum testatus, haudquaq; negligentem te esse scio, tamẽ nihilominus id ego hic apud te rursus & facio, & sæpius posthac facere instituo: quod gymnicorũ certaminũ spectatores facere consueuere. Illi enim curso res eos clamore, hortatu, fauore, etiam atq; etiam prosequũtur, non qui postremi in stadio currunt, magno ab æmulis interuallo relicti, sed qui metæ iam proximi de reportan- M do uictoriæ præmio pro se quisq; puluerulenti nauiter concertant. Postremũ illud erit, ut tibi separatim commendem, non tantum studia, sed & fortunas quoq; Dionysii tui, cuius supra mentionem feci, hominis linguarum trium cognitione ornati, eiusdemq; fide erga te, studio, amore (nihil possum præstantius dicere) tuorũ nemini concedentis: quæ partes teipsum ad illũ, quid facis, & diligendum, & ornandũ maximopere animare debent. Illustrabit, mihi crede, istius dignitatis amplitudinem beneficiorum abs te in illũ collatorum magnitudo. quem nos & quatuus, & quia te dignus, hoc est & probus, & doctus, & quia nos diligit. semperq; dilexit, in primis amamus, charũq; habemus. Bene uale, & Brixium tuum ut amas, amare nunq; desine, Lutetiæ ex ædibus nostris. XIIII. Cal. Apr. M. D. XXVIII.

Diui

AD. IOAN. CHRYSOSTOMI, LIBER CONTRA GENTILES, BABYLAE ANTIOcheni episcopi ac martyris uitam continens, per Germanum Brixium Altisiodorensem, canoni cum Papiensem, latinus factus.

DOminus noster Iesus ad crucis suppliciũ iamiam accessurus, ac mortem illã uiuificam moriturus, nocte ea postrema, qua discipulos ad se suos semotis arbitris uocauit, apud eos cũ permulta uerba alia fecit, eosdem plurimarũ rerũ commonefaciẽs, tum inter alia, & tale quiddã ipsis dixit: Ioã.14.b Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & his maiora faciet. Atqui multi olim alij magistri extitere, qui & discipulos habuerunt, & miracula itẽ ostẽtarunt, quemadmodũ iactitantes gloriantur gentiles: uerumtamen illorũ nemo unquã eiusmodi orationẽ usurpare, ac ne animo quidem uersare sustinuit. neq; sanè possint è gẽtilib⁹ulli, etiamsi nihil nõ se præstaturos, quę illorũ est impudẽtia, profiteantur, cõmonstrare hmõi elogium, sermonémve apud se extare. spectra quidẽ certè demortuorum, neq; non cadauerũ quorundã simulacra qui repræsentarent, multi multos apud illos nouarũ, mirãdarumq; rerũ authores extitisse affirmant, quin & uoces nescio quas quibusdã è monumentis eductas ad nonnullos peruenisse referũt, quòd uerò quisq; ex eis omnibus, qui magna in admiratione habiti apud illos uixerũt, uel quos post obitũ in deorũ numerũ relatos opinati sunt, tali ad discipulos suos oratione usus sit, illorũ sanè nemo unq; affirmauerit. Causam aũt, si placet, aperiã, quamobrẽ illi in reliquis alioqui omnibus impudẽtes, nudo quasi capite, ac perfricta fronte mendacia sua proferentes, tamen eius generis cõmentũ effingere ausi nunq; fuerint. Non enim temerè, neq; certè ab re ab eo sermone cõminiscendo abstinuerunt, sed hoc ipsum astutè sciuerunt pestilentissimi generis nostri hostes illi, eũ qui alijs fucum facturus sit, oportere probabilia quædã, & uersutiæ, atque artificij plena, & quæ deprehendi nõ facilè queãt, cõmẽtari. Nam & callidos tum piscatores, tum aucupes nequaq; nuda proponere retia, sed illis diligenter escaprius circũlitis, ita demũ uenationis utriusq; utrosque cõpotes euadere, qui si retib⁹ detectis, ea beluis, quas captãt, cõtuenda prębuerint: fiet certè, ut neq; pisces, neq; aues unq; in ea iurroeant, immo uerò ut ne illis quidẽ prorsus appropinquent, ita ut uterq; domũ uacuis manibus sit reuersurus, tam qui mari piscatur, q; qui terra uenatur. Ergo quando & illis quoq; propositum erat homines in nassam obtrudere, suã impostũram in huius uitæ quasi mare quoddã nudam minimẽ coniecerunt: sed cõfictis prius, ac cõpositis ijs, quibus imprudentiores capere possent, ulterius mendacio procedere supersederunt, ut qui tum uererẽtur, ne plus ęquo mendaces apparerent, tum formidarẽt ne priores suas fraudes posteriorum immodico usu subuerterẽt. Si enim hoc dixissent extitisse apud illos, qui tale quiddã professus esset, quale seruator noster ad discipulos suos dixit: certè uel illis ipsis, quibus fucus fieret, ridiculos se prębuissent, quasi qui ne probabilia quidẽ mentiri possent. Nam tale quiddam profiteri, idq; reipsa præstare, ad diuinã illam uirtutẽ solam spectat. Quòd si potuere olim dæmones homines in errorẽ adductos per phantasmata nõnihil ludificari, idipsum tum usu uenit, tũ luminis fons uulgò nondũ cognitus esset. quo certè tpe partim fraudẽ alia, atq; alia partim sacrificijs ipsis declarabatur, quæ fierent omnia dęmonũ opera esse. Illos enim suas aras imperare, humano sanguine rubefieri, neq; non ab illis ipsis qui genuissent iubere eiusmodi sibi uictimas immolari: id uerò quã uel summã insaniã non obscuret? qui enim calamitatibus nostris nunq; satiantur, neq; ullũ terminũ, aut finẽ propositæ semel aduersus nos pugnæ norunt, sed immortalem ubiq; præ se rabiem ferunt, perinde quasi neutiquã illis abundè satis foret ad propriũ furorẽ explendũ, ipsorum aris horum, uel horũ tum uxores, tum liberos pro ouibus, ac bobus admotos immolari: ij nimirũ nouam qnãdam homicidij immanitatem excogitarũt, atq; adeò insolentiorem calamitatis modũ introduxerũt, quos enim pererat peremptorũ cædes lugere ijs dæmones iidẽ persuasere, authoresq; fuere, ut eos qui occidẽdi essent in miserabilis illius homicidij theatrũ producerent: quitẽ, ut ne humanæ tantũ leges ignominiam paterentur, & ipsas quoq; naturæ leges funditus diuulsas subuerterũt: tum præstãtes, ut ipsa hæc, quã dico, natura aduersum semet debaccharetur, tum aũt cædẽ oĩum sceleſtissimã in hominũ uitam introducentes. Nullos enim iam inimicos sic, ut genitores ipsos cunẽti formidabant, atq; adeò quibus maximè omnium fidere oportebat: hos maximè omniũ suspectos habebant, atq; auersabantur. Siquidem cacodæmones illi summopere contendebant, ut per quos dei beneficio ad mũdi huius spectaculũ prodieras, per eos tute hmõi dono priuatus exigereris. Hoc agentes, ut qui tibi ad uitę munera capessenda administri fuissent, ij & mortis quoq; authores fierẽt, perinde quasi planũ facere uolentes, mortalibus nihil prorsus lucri, nihil auctarij ex dei optimi bonitate accesisse, ut q non alijs egerẽt iugulatoribus, q; illis ipsis à quibus geniti fuissent. Hęc etiamsi magnũ aliquod miraculũ subsecutũ fuisset, ne dicã sicubi exiguũ quoddã, ac nihili æstimandũ, idemq; multa impostura scatens proditũ fuerit, hæc inquã opera etiam si magna essent: tamẽ quæ ego dixi eiusmodi fuisse cõstat, ut abundè probare possint, ijs quidem certè, qui mente prorsus alienata nequaq; sunt, quinam planè essent operũ illorũ artifices, ut flagitiosi, ut oĩbus modis sceleſti, ut nihil nõ ad uitę, status q; nostri subuersionẽ moliẽtes. At uerò dominus noster Iesus nobis quod tale foret nihil quic q; imperauit, quin potius admirabilis cũ sit ob ea, quæ edidit, miracula, nimirũ ob ea quæ reliquit præcepta nihilominus, q; ob miracula iure ab oĩbus adorari, ac deus esse credi possit. Impietatẽ quippe eam, quã diximus, aduentu ipse suo soluit: & quod mirabilius etiam est, hac dura, & immani tyrannide nõ nos modò, qui ipsum adoramus, sed eos item à quibus blasphemijs, ac conuicijs laceratur, expediuit. neq; enim gentilũ quisquam hmõi uictimas dæmonibus suis posthac offerre coactus est. tãta est ille erga nostrũ genus benignitate semper usus, cuius etiã ampliora extant erga inimicos suos beneficia, q; dæmonũ in amicos suos maleficia. Siquidem dæmones, eos à quibus colerentur, atq; honorarentur propriorũ liberorum mactatores

G agere coegerunt, cũ cõtrà Christus eos qui se auersarentur, hmõi imperijs liberatos esse uoluerit, immanisq; illius sacrificij imunitatẽ, necnon pacẽ hanc admirabilẽ nõ intra suos modò coarctauerit, sed & ad alienos usq; eduxerit. Hac ratione ostendens illos qui dẽ tyrãnos quosdã, ac generis nostri pestilentissimos hostes esse: quo nomine sic, ijs ẽt quos sibi asciuerãt, conciliauerantq;, quasi alienis abutebãtur: siquidem erant & ipsi alieni. Ipse aũt & rex, & opifex, & assertor totius generis hominũ extitit, itaq; uel alienis, ut proprijs pepercit. Etenim proprium ipsius opus erat uniuersa hominũ natura: quemadmodum & discipulus eius ait, In propria uenit, & proprij eum non receperunt. Eius uerò oẽm in nos clemẽtiam enumerare tẽporis huius nõ est. de qua quidẽ, ut nullo unq̃ tpe loqui desinas, tanta etiam uirtute præditus, quanta incorporeas illas uirtutes præditas esse par est, tamẽ ne sic quidẽ rem pro dignitate attingas: q̃ enim bonus est, solus ipse nouit, quandoquidẽ & solus ipse sic bonus est. Vide igitur cuiusmodi uerbis discipulos suos
Ioan.1.b conueniat: Amen amen dico uobis, qui credit in me,
H opera quæ ego facio, & ille faciet, & his itẽ maiora faciet. neq; enim tantæ eos gratiæ participes esse uoluisset, nõ summa ipse, atq; adeò immensa bonitate præditus. quòd siquis fortè mecum contendat, ubinam Christi oraculũ hoc, finem suũ sortitum sit, accepto in manus libro eo, cui Acta apostolorum nomen est (continet aũt is non acta ipsa omnia neq; omniũ, sed
Actor.5.c unius tantũ, & alterius, & ea quidẽ numeratu facilia) uidebit hinc ęgrotos in lectulis decubantes, umbras aũt beatorum illorũ solo statim corporũ attactu ipsis sanitatẽ restituere: hinc furiosos permultos nullo
Ibid.19.c prorsus alio, q̃ tactarũ Pauli uestium remedio, eguisse ut à dæmone, quo exagitabantur, liberarentur. Quæ omnia siquis fastum esse dicat, & figmentorũ præstigias minimè persuasu faciles: certè quæ nunc conspiciuntur, ad blasphemum os obturandũ, idq; pudefaciendũ, ad effrenẽ linguam cohibẽdam, satis superq; fuerint. Nulla est enim nostri huius orbis seu regio, seu gens, seu urbs, ubi noua atq; inopinata miracula hęc non decantentur: quæ quidem si figmenta fuissent, prorsus in tantã hominũ admirationẽ non uenissent.
I Atq; huius rei testimoniũ ipsi uos nobis exhibere possitis: eorum enim quæ à me dicũtur, necessariũ nobis non erit aliunde fidem mutuari, cum uos, qui hostes nostri estis, nobis per uos eã faciatis. Quãnam enim ob causam Zoroastrem illum, itemq; Zamolxim ne de nomine quidem multi, immo uerò nulli nisi admodum pauci norunt? quoniam figmenta erãt, quæ de illis circunferũtur omnia q̃q; tum illi, tum ij etiam, qui illorum facta memoriæ prodiderunt, summi artifices fuisse feruntur: illi quidem impostura commini scendæ, atq; exercendæ, hi aũt mendacij orationis illecebris adumbrandi. sed quemadmodũ omnia frustra ac temerè fiunt, cum uitiatum, infirmũ, ac minimè uerũ fuerit eorum quæ dicere proposueris argumentum, sic cum id solidum, ac uerũ, omnia rursus frustra ac temerè tentantur, quæ ad illius subuersionem ab inimicis excogitata fuerint. ueritatis enim robur planè nullo indiget auxilio, sed ut infinitos habeat, qui ipsam extinguere conentur, ea non solũ nõ deleri potest, sed & per eos quoq;, à quibus oppugnatur, splendidior multò, ac sublimior exurgit, eosdem illos irridens, nihil aliud, q̃ tum sese discruciantes, tum uerè insanientes. Etenim apud nos quæ uos figmenta esse affirmatis, & tyranni, & reges, & inuicti dicẽdo K
sophistæ, præterea & philosophi, & incantatores, & magi, & dæmones subuertere summo studio tentauerunt, & debilitata est aduersus eos lingua ipsorum, ut
Psal.93.b prophetæ uerbũ usurpem, & sagitta infantium plagę eorũ factæ sunt. Ipsi enim reges non alium sanè fructum reportarunt, non aliũ quæstum fecerũt ex ijs, quas nobis struxere insidijs, nisi quòd ueritatis opinionem apud oẽs assecuti sunt. nam propter eum demũ furorem, quem in martyres prætulerunt, in cõem naturam ferocientes, seipsi imprudentes sexcẽtis obnoxios opprobrijs reddiderunt. philosophi aũt, & ingeniosi item rhetores, opinionem multam cũ apud plerosq; haberent, illi seueritatis, hi eloquentiæ, gesta aduersus nos pugna, ita ridiculi euasere, ut uisi fuerint nihil prorsus à nugantibus pueris discrepare. ex tot. n. gentibus, ex tot populis, non sapientem aliquem, nõ insipientem, non uirũ, non mulierem, sed ne puerulũ quidem à sententia suadendo deducere potuerunt. quin potius tantus risus ex ijs, quæ illi contra nos conscripsere exortus est, ut uel eorum libri iam olim exoleuerint, ex quibus etiã cõplures, simulatq; editi fuere, funditus deperierũt. sicubi aũt saluus aliquis comperiatur, hunc penes Christianos saluum inuenias. tãtùm abest, ut ab illorum in nos insidijs detrimẽtum aliquod suspicemur: sic irridemus multiplices, eosdẽq; superuacaneos illorũ aduersum nos conatus. neque enim si adamantina, atq; immortalia nobis corpora inessent, scorpios, serpentes, ignem manibus constrin
gentes timeremus, quinimmo & huius rei periculum uulgò ostentantes faceremus. eadem ratione, ne ipsi quidem posteaquã animas nostras fidemq; in nobis tantam stabiliuit Christus, hostium nostrorum uene
Luc.10.c nis periti timemus. nam si nobis imperatum est super serpentes, ac scorpios, super oẽm item diaboli tyrannidẽ ambulare: multò magis super lumbricos, & scarabæos. horum enim librorum ab aduersarijs religionis nostræ conscriptorum nocumentũ tali interuallo
Psal.90.a diśidet, si eos compares cũ mali illius in nos dæmonis insidijs. Et nostrarũ quidem rerum ea est ratio: uestrarum uerò talis. Aduersum uos nullus unquã bellum gesśit, neq; enim Christianis fas est necesśitate, M
ac uiolentia illata errorẽ subuertere, sed tum suadela tum ratione, tum mansuetudine hominum salus conciliãda est. quo nomine nullus omnino rex, ex eis qui à Christo steterunt, talia cõtra uos dogmata sanxit, qualia aduersum nos excogitarunt, qui dæmonũ cultum sunt secuti. Veruntamen gentilis superśtitionis error tãta quiete cum frueretur, & à nemine illi negotium faceśseretur, per sese tamen extinctus est, & in se ipse corruit, eorum corporũ more quæ longa ac diutina tabes exedit: quæ quidem spõte sua, uel à nemine offensa, corrũpuntur, ac sensim dissoluta prorsus depereunt. Quo fit, ut quanquàm non in totum satani cus iste risus ab orbe exoleuit, tamen uel ea quæ iam facta sunt, satis sint ad firmandam in nobis rerum turarũ fidem. plura enim tam breui tempore subuersa cum sint, de reliquis nemo postea controuersiam mouebit. Etenim urbe capta, muris dirutis, exustis prętorijs, theatris, deambulacris, denicq; deletis ijs omnibus, qui arma ferre possent, siquis fortè intuearetur porticus aliquot semiustas, & paucarum ædium stantes adhuc partes, saluis aniculis ac puerilis: is non cõtinuò uictori, & qui plurima iam ex parte rerum potitus fuerit, uictoriam controuersam facturus est, tanq̃

A non ualenti quod reliquum est, cõficere. Piscatorum uerò instituta non perinde sese habent, quę ipsa in singulos dies magis florent, & quidem nõ per apertam quandam, ut sic dixerim, planiciem, non per quietẽ, sed per afflictionem, per bella, per pugnas ad nostrã usq; ætatem perducta sunt. Gẽtilitas enim per uniuersum terrarum orbem latissimè cum patuisset, mortaliumq; omnium animos occupasset: postea ita, ut uidemus, post tantum robur, atq; incrementum, ipsius Christi uirtute dissipata est. Euangelica uerò prædicatio, nõ cum iam ubiq; tradita, ac solidè stabilita esset, aduersas bellatorum manus sustinuit, sed uixdum in auditorum animis infixa, atq; insita iam inde ab initio coacta est, tanquam acie instructa depugnare cõtra uniuersum terrarũ orbem, cõtra principatus, contra potestates, contra mundi dominos, ac rectores tenebrarũ seculi huius, cõtra spirituales uersutias. fidei enim scintilla nondum bene accensa fluuij, atq; abyssi undequaq; influebant. Vos aũt, opinor, nequaquã latet, non perinde esse plãtam eam reuellere, quę multis iam annis radices altè egerit, ut eam quam nuper
B seueris. sed tamen cum is esset rerum status, in Christianæ quidem pietatis scintillam, quod modò dixi, aduersariorum mare inundabat. ea uerò scintilla eius modi inundatione non solũ non restinguebatur, sed & maior, & illustrior inde cũ exurgeret, quoquouersum statim omnia suo flatu comprehendebat, aduersariorũ partes facilè perdens, & cõsumens, nostras autem Christianorum excitans, atq; ad immensam tollens altitudinem, etiamsi uiri quidã simplices, tenues, atque obscuri operam ad eam rem suam præstarent. Neq; uerò piscatorum illorum uel uerba, uel miracu-
Act.28.a la successum hmõi efficiebant: sed Christi uirtus in il-
Luc.4.c los efficaciam suam infundens. Nam ex ijs, qui quę dixi miracula edebant, alter, is Paulus fuit, tabernaculorum texendorum artifex: alter, Petrus is fuit, piscator erat. & quidem in mentem nunq̃ uenisset hominibus tam tenuibus, tamq; abiectis tale quiddam effingere, nisi siquis eos insanisse, ac deliraśse dicat: hi porrò quòd non insanirent, liquet tum ex egregijs uirtutis eximiæ operibus, quæ illi solo uerbo ediderunt, tum ex compluribus, qui etiam nunc illis fidem habent.
C Nũquam igitur talia temerè illi uel ementiti fuissent, uel gloriabundi iactitassent. Siquidem quòd initiò dixi, qui alijs uerba daturus est, mentitur quidem: mentitur aũt non sic, ut omnibus planum id fiat. Si enim posteaquam & res ipsæ contigerunt, & tam multi rerum earundem euentum uerũ fuisse sunt testati, tum ij qui per ea tempora crediderunt, tum ij qui ex eo tẽpore ubiq; eadem hæc ita esse decantant, non apud nos modò, sed & apud Barbaros, & siqui Barbaris ipsis sunt efferatiores: nõnullos tamẽ adhuc inuenias, qui post tot ac tanta signa, post uniuersi, ut sic dicã, orbis testimonium, prorsus in omnibus, quę antea facta sunt, nullam fidem habeant: (ut taceam hic permultos esse, qui de re tota nihil quicquam inuestigare, nihil indagare, nihil examinare laborant) quis, obsecro, initiò neq; rebus ipsis coràm perspectis, neq; receptò rerum earundem digno testimonio, fidẽ suam Christo obstringeret? quid aũt omnino illos commoueret tale quiddam fingere atque componere? neque enim orationis ui, quo pacto enim? cum eorum alter literas prorsus ignorauerit? neq; opum, ac diuitiarum copia nitebãtur, ut quibus necessarius uictus uix suppeteret manuum suarum opificio uictitantibus; sed neq; ob natalium splendorem cristas tollere illis licebat. alterius enim patrem ignoramus, tam fuit ille obscurus, atq; ignotus: Petri aũtem notus quidem pater fuit, sed ea ex parte Pauli patrem claritudine superat, quatenus eius nomen sacræ tantũ scripturę nobis notum, idq; propter filium, esse uoluerunt. Quòd si & regionem, & gentem exquirere uelis, alterum Cilicem
Act.22.a fuisse cõperies alterum ignobilis ciuitatis ciuem, seu
Ioan.1.f uerius dicam, non ciuitatis, sed uici cuiusdam infimi
& Hiero. incolã, quippe qui Bethsaidæ (locum in Galilæa hoc
in prologo canonicę Petri. nomine appellant) natus sit. Iam artes eorũ quisquis audiet, quales fuerũt, uidebit nihil illas magnũ, nihil graue spirare: nam tabernaculorum artifex piscatore quidem honestior, sed idem tamẽ cæteris artificibus uilior. Vnde ergo, obsecro, unde rem tantam simulare auderent? quãnam spe sublati? quo præsidio freti? calamóne, atq; hamo an cultro ac terebra? homines insani in malam crucem iam hinc non uos auferetis, aut uobis præcipitium aliquod parabitis? Agedũ uerò fingamus hoc quod alioqui opinione quidem uestra fieri nequit, fieri tamen posse; hoc est, ut tum is, qui è palude recens egressus sit, hæc uerba usurpet: E
Corporis huius umbra mortuos suscitauit, tum is, qui nuper ex coriaceorum tabernaculorum officina exilierit, de uestibus suis eadem, quæ ille, gloriabundus profiteatur: quis ita insaniret, ex ijs quæ hæc exaudirent, ut nudis modò uerbis tam magnis de rebus fidem haberet? quamobrem autem nullus planè ab illo tempore artifex tale quiddam uel ipse de se, uel alius de illo prædicauit? quanquam si quę à nostris facta sunt, ea figmenta fuissent: ueriśimile quidẽ est minori negotio talia mendacia fuisse conficturos, qui illos sunt subsecuti. Illi enim cum quod facerent, id ad alios, qui tale quiddam olim fecissent, referre non haberent: certè non poterant sperare futurum, ut figmentum sibi suum succederet. Qui uerò illis posteriores fuere, ad illos spectantes figmentum idem prõptius sanè, ac facilius aggredi ausi fuissent, præsertim cum haberent priorum exemplum audaciam, ac fiducią posterioribus addens. perinde quasi nullus usquam sit qui mentem habeat, quin potius omnes obstupescant, atq; insaniant, atque adeò unicuiq; uolenti liceat, quæcunq; ipse uelit de se prædicare, alijsq; persuadere. Nugæ sunt hæc, risus, ac non nisi F
gentilis stultitię uerba. Quemadmodum enim siquis adductus sit in cœlum arcum intendere, uelut sagittis suis illud perrupturus, aut Oceanum exhaurire, tãquam suis illum manibus uacuaturus: hũc profectò ex facetioribus risu, ex grauioribus lachrymis, iisque permultis nullus non prosequeretur: Sic quoties nobis gentiles contradixerint, bene habebit res, si illos & rideamus & deploremus. res enim multò magis arduas, multò magis imperuias aggrediuntur, quã qui uel cœlum uulnerare, uel abyssum uacuare se posse sperat. Neque enim unquam donec lux existet, tenebræ erunt lux, neque rerum nostrarum ueritas refelletur. Veritas enim est. hac autem nihil ualidius. Atq; quòd uetera ea, quæ nos auditu accepimus, non minori fide digna sint, quàm quæ præsentia sunt, & quę ipsi uidemus, id certè omnes fateantur, nisi siqui forte stupidi, ac delirantes fuerint. uerùm ut uictoriam etiam uel ex superioribus facultatibus reportemus, uolo & memoriæ nostræ nouum quoddam, atque inopinatum facinus proferre. Enimuero ne tumultuemini, si miraculum ætate nostra factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dicturum me pollicitus, tamen à ueteri historia narrationis exordium cõtexere aggredior. neq; n. intra uetera illa tantũ subsistam: neq; quæ ego uetera sum huc allaturus, ea à rerũ nouarum argumento discrepant: sic enim utraq; inter sese cohærent, ut non possis illorum consequentiã alteram ab altera separare. Id quod auditis rebus, probè iudicabitis. Fuit imperator quidã maiorum nostrorum temporibus, qui qualis alio qui fuerit, dicere nõ habeo, uerum ubi sclus ab eodem magna andacia, atq; improbitate factum audieritis, & reliq; morum illius crudelitatem perspectã habebitis. quòdnam ergo piaculũ id fuit. Visum fuerat genti cuidã cum hoc imperatore bello decertanti, bellũ tandem componere, sic, ut neque alteros affligerent, neque ipsi uicissim ab alteris posthac affligerẽtur, quin potius molestijs, periculis, omni deniq; timore defungerentur, ac partis cõtenti, nihil quicquam præterea reqrerent. præstare enim timore procul depulso mediocribus frui, q̃ plura appetentes ubiq; timere, trepidare, atq; adeo malis ultro, citroq; datis, & acceptis uitã transigere. Itaq; quũ con
H stitutum illis esset, bello prorsus depositio, quietã ac minimè solicitam uitam uiuere, uisum est commodum hoc firma aliqua pactione, ac stabilibus terminis uinctũ confirmare. Tũ fœdere facto, dato, atque accepto iureiur-do, & regi præterea suo suadere conantur, uti suo ille filio (puer autem is admodũ erat) pro certo pacis pignore depositio præstaret, tũ ut qui prius hostes erãt bono in relinquum tempus animo essent, tũ animi, ac consilij sui testimonio prodito indicaret, se, quã pacem cum illis faceret, eam citra dolum oẽm facere. qua oratione rex adductus filiũ dedidit, ut ipse quidem opinabatur, amicis, ac socijs: ut uero rei exitus probauit beluę omniũ beluarum crudelissimæ. Amicitiæ enim ac fœderis lege regium illum puerulũ quum accepissẽt, statim oĩa simul conculcauit, ac subuertit, iusiurandũ, pacta. pudorẽ eum qui homini ab homine, religionẽ quę deo debetur, misericordiam quam à nobis ætas illa impetrare solet, ac neq; iuuẽtus feram illam flexit, neq; sanè, quæ huiusmodi sceleribus comes esse solet, ultio agreste illud pectus terruit, neq; patris filiũ deponentis uerba, eiusdem animũ subiere, ea inquam quę ille filium
I in manum tradens fortasse mandarat, dum postulat uti illius curam q̃ diligentissimè imperator susciperet, patrem etiã illum filio suo appellans, dum obsecrat, ut quasi ipse genitor foret, sic illum enutriret, atq; eruditet, perficeretq;, ut maiorũ suorum nobilitate dignus ille olim euaderet: deniq; dũ idem pater inter hæc uerba media filij dextrã homicidæ dextræ insertat, ac multis etiam cum lachrymis cõgressum soluit. horũ omnium inquinatissimus ille nihil quicquam secum reputãs, quin potius omnibus illis unà ex animo excussis cædẽ illam cædiũ omnium scelestissimã patrat. Hoc enim flagitium filij etiam proprij cædẽ grauius est. cuius rei testimoniũ à uobis mutuabor, qui utiq; nõ sic, opinor, indoluissetis, (si modo ex animi mei affectibus & uestrorum item affectuũ coniecturã facere oportet) si illũ audissetis proprium filium occidisse. tum. n. unà cum cõibus legibus & naturæ etiam leges subuerti uisæ fuissent. Hic autem plurima simul concurrerunt, quæ numero ipso, naturæ necessitudine ualidiora esse possunt. Quoties enim mihi ante oculos obuersatur adulescẽs ille prorsus innocens, idem à patre deditus, idẽ à maiorum suorũ regia auulsus, idem domesticas delicias, K gloriam, honorem cũ extorri uita, hoc nomine commutans, ut posset impurus imperator pactis cum hoste fœderibus fidere, idem postea ab illo miserè confectus, & splendore domus paternæ per eadem fœdera priuatus: deniq; ab eodem iugulatus, nimirũ secũ pugnans me subit affectus, liquefacto simul, atq; exęstuante intus animo. quorũ affectuum alterum mihi ira, alterum mœstitia parit. Nam dum mecum reputo sceleſtum illum armantem sese, gladium intentantem, pueri collum apprehendentem, qua dextra depositum receperat, hac eadem gladiũ in illud impellentem, disrũpor, atq; adeò ira suffocor. Rursus dum intueor iuuenem illum timentem, trementem, plora tus extremos plorantem, patrem inclamantem, hũc ipsum istarum rerum authorem fuisse testantem, cædem non ei, qui gladium in guttur mergeret, sed ei, q̃ se genuisset, acceptam referentem, neq; fugam adornare, neq; sibi auxilio esse ualentem: sed quod unum supereſt, frustra de proprio parente expostulantẽ, de
L niq; plagam receptantem, palpitantem, calcibus pauimentum ferientem, terram sanguineis riuis inquinantem, ipsa mihi intus uiscera discerpuntur, ipsa mihi cogitatio obtenebratur, ac mihi ob oculos mœstitiæ caligo quædam offunditur. At uerò non perinde beluinũ illud imperatoris pectus affectum uideas. quin potius quasi uel agnũ, uel uitulum immolaturus, sic ad sceleſtam illam cædem aĩatus fertur. Et puer quidem plaga accepta exanimis iacebat. At pcursor admisso sceleri patrocinabatur, posteriori facinore prio illud obscurare laborãs. Existimaturus es fortasse me de sepultura loqui uelle, deq; imperatoris impietate, qui à se occiso ne tantillum quidem terræ impertiuerit. Ego uerò aliud quoddã facinus eo, qd à me iam dictum est, longè atrocius indicaturus sum. Nam ma
7 nus illas impias tam innocenti sanguine ubi conspurcauit, atq; conscelerauit, nouamq; illã tragœdiam peregit, quasi nullo prorsus à se sceleře facto, effrons, & ipsis etiam saxis durior, ad dei opt. max. templum festinabundus accurrit. Miraturi fortasse sunt nonnulli cur factum est, ut qui tam sæuum patrasset facinus, diuina statim plaga percussus non fuerit. aut quo pacto priusquam introijsset, in illum deus non cõtinuò M fulmen cœlitus contorserit, ita ut eiusdem os impudẽs cœlitus igni mox conflagraret. At ego, si quibus hmõi cogitatio in animum descenderit, laudo quidem illos & admiror excandescentiæ istius causa: tamen huic meæ de illis tũ laudationi, tum admonitio ni nõnihil certè adhuc deesse dico. Etenim iusta quidem illos indignatio subit, tum ob peremptũ iniuria puerũ, tum ob diuinas leges tanta cũ petulantia, atq; cõtumelia uiolatas: sed ijdem tamen iræ impotentia exæstuãtes, rem ipsam totam non ppendunt. Iustitiæ enim lege hac, alia q̃dam lex lõgè sublimior in cœlis lata est. Lex uerò ea q tandem esse potest? Iis qui peccatũ aliquod cõmisere, pœnam non euestigiò deũ irrogare, sed tps delinquenti concedere, ac ueluti præscriptum diem statuere: intra quem, peccatum cũ deposuerit, pniæ beneficio par tandem ijs euadat, q nullum prorsus peccatum admiserunt. Id quod & tunc deus in miseri ac pditi illius causa declarauit, sed nullus tamen propterea subsequebatur profectus: inemẽdatus. n. psistebat. At deus quo est in humanum genus amore, hoc ẽt cũ prouidisset, ne sic quidẽ illũ despexit, neq; partes ipse suas intermisit, sed & laborantem

A rantem inuisit, adhibitis etiam iis remedijs, quæ salutem afferre posset. cæterum tantum abfuit, ut porrectum ille medicamentum admitteret, ut uel medicum ad se hoc nomine missum trucidauerit. Medicamentum porrò, ac medicinæ item ratio huiusmodi erat: Fortè fortuna per quod tempus crudelis, ac miseranda, quam dixi, fabula licentiosè ageretur, magnus quidam atq; admirabilis uir (si modò uiri nomine designare illum fas est) nostri huius gregis curam gerebat, Babylas huic nomen erat. is igitur, per eos dies Christi ecclesiam hanc à spiritus gratia sibi concreditã quum haberet, Heliam, atque huius æmulum Ioannem nõ dico præterijt, ne inuidioso admodum uerbo utar, sed usqueadeo est assecutus, ut ne tantillum quidem illorum generosorum pectorum libertati concesserit. Neque enim paucarum ciuitatum tetrarcham, neque gẽtis unius regem, sed eum, qui imperio suo plurimam totius orbis partem contineret, ipsum, ipsum hunc inquã homicidã, de quo nobis est sermo, eundem multarum gẽtium, multarum ciuitatum, immensi item exercitus dominum,
B eundẽ quoquo te uertas, tum ab imperij amplitudine, tũ à morum ferocitate terribilẽ, quasi uile quoddam, ac nullius precij mancipium sic à dei tẽplo exegit: tanta adeo cum constantia, atq; animi præsentia, cum quãta pastor scabiosam, ac morbidam ouẽ ab ouili excludit, dũ prohibet, ne laborantis ouis morbus ad reliquum quoq; gregem contagione serpat. Et hęc quidem fecit Babylas, reipsa seruatoris nostri
Ioã. 8. & Rom. 6. a 1. 2. Pet. 2. d uerbum confirmans: Solum illum uidelicet seruum esse, qui peccatũ facit, ut sexcentas etiam coronas capite gestet, ut omnibus, qui super terram sunt, hominibus imperare uideatur: qui autem culpæ nullius sibi conscius est, ut in subditorũ classe censeatur, hunc uel regibus omnibus regaliorem, præstantioremq; esse. Ergo ipsum imperatorem statim is, qui illius imperio parebat, rexit: & ei, qui omnium dominator erat, subditus iura dedit, atque adeo aduersus eum, damnationis calculum tulit, Tu uero quisquis es qui hęc
C audis, noli quod dictum est leuiter trãsmittere. Nam auditus facti huius nuncius, extitisse ex subditis, qui imperatorem à tẽpli uestibulo exegerit, per se abundè satis est ad commouendos, ac perterrefaciendos auditorum animos. qui si uis miraculum totũ exactè pernoscere, ne uerbum ipsum nudum spectes, sed ponito tibi ante oculos hinc satellites hastatos, hinc milites scutatos, hinc tribunos, hinc exercitus duces, hinc permultos in aula regia educatos, hinc eos quibus ciuitatũ administratio credita esset, hinc præeuntium, hinc sequentium fastum, hinc assectarum seipsos urgentium turbam: denique uniuersum imperatoris famulitium. secundum hæc ipsum imperatorem in medio illo comitatu multo cum fastu ingredientem, eundémque uestium, purpuræ, lapillorum, hac illac conspersorum, in dextra, in militaris uestis commissura, in capitis diademate refulgẽtium sumptu sibi placentem. ac ne hoc quidem loci cœptæ semel à te imaginis istius faciem finias, quin eandem proferas ad dei usque seruum illum, beatũ inquam Babylam, eiusdemq; humilem habitum, uulgarem uestẽ, animam contritam, sensum ab omni te meritate alienum, atque his demũ coloribus utrunque quum depinxeris, & alterum alteri opposueris. tum certè facti huius miraculũ bellè perspicies. Imò uero ne sic quidem id exactè comprehẽdes. Babylæ enim fiduciã nullius planè sermo, nullius oculorum D acies repræsentare queat, sed solũ illius experimentum, atq; usus. cuius generosi animi præsentiam solus is possit rectè aio concipe, qui potuerit ad idem fiduciæ fastigium pertingere. Quomodo. n. senex ille accesĩt? quomodo prætoriam cohortem dissipauit? quo labia diduxit? quomodo uerba fecit? quomodo increpuit? quomodo dextram in pectus impactam firmauit? pectus, inquã ira turgens, ac cędę seruens, quomodo homicidã exegit? nihil illũ eorum, quæ agerentur deterruit, nihil de sententia deduxit. Exclamare hic libet, ô animum imperterritum, mentemq; excelsam: ô cœleste pectus, & constantiam angelicam. Quasi. n. depictam in pariete uideret uniuersam illam speciem, sic omnia intrepidè generosus ille uir peregit. Etenim illum sacræ eruditerãt literę, mundi huius res omnes non nisi umbram esse, ac somnium, & siquid his uanius est. propterea Babylam nihil ea omnia terruere, imò uero magis animauere. illorum enim quæ coràm contuebatur aspectus, eius cogitationẽ traducebat ad supremum illum regem sedentem super Cherubin, abyssos cõtuentem, E ad thronum illum glorioſum, & excelsum, ad exercitum illum cœlestem, ad angelorũ myriadas, ad chiliadas archangelorum, ad suggestum terribile, ad tribunal incorruptum, ad flumen ignis, ad iudicem ipsum. Propterea certè seipse totum à terra in cœlum transferens, quasi iudici ipsi adsisteret, ipsumque audiret iubentem, uti scelestum, atque inquinatum illum à sacrosancto grege expelleret, sic eiecit, & à reliquo armento separauit, nihil prorsus respiciens eorum omnium quę uidebat, quę que terrifica, alijs uidentur: quin potius illo uiriliter, atque admodum generosè expellendo, diuinis legibus uim, ac tyranni dem patientibus opem tulit. Atqui quanta Babylas erga cæteros fiducia usus sit, hinc constare potest, quèmnam enim ex alijs metueret, qui aduersus ipsummet imperatorem tãtam sibi potestatem sumeret? Equidem uir ille qualis fuerit, coniectura quodammodo assequor: seu, ut uerius dicam, de eo sic mihi ipse persuasi, ut nihil quicquam uel in gratiam, uel in odium unquam, uel faceret, uel diceret: sed generoso semper, ac forti animo contra timorem, con F tra item adulationem, quæ timore impotentior est, contra id genus alia (cuiusmodi multa inter homines accidunt) sese opponeret, nec unquam, ne tantillum quidem rectum adulteraret iudicium. Si enim amictus, dentium risus, pedis ingressus, hominis naturam arguunt: multo quidem magis tot, ac tanta illius egregia facta omnibus nobis fidem facere possint, quantam ille reliqua uita uirtutem amplexatus fuerit. Neq; enim nobis ille ob fiduciam modo, qua præditus erat, admirabilis esse debet: uerum ob id quoque, quòd eam fiduciam ad hoc usque loci perduxerit, simul ob id, quòd eam ulterius non promouerit. Talis est enim Christi sapientia, quæ permittit nequid minus, nequid item plus iusto decertes: sed ut omnia intra modũ efficias. atqui Babylę licebat, si uoluisset, ulterius progredi. ei enim qui uitę curam semel abiecerat (prorsus enim non accesisset, nisi se ipse huiusmodi cogitatione armauisset) omnia liberè agere licebat, & imperatorem conuicijs aspergere, & diadema capite detrahere, & pugnis os cõtundere: nam & dextram in pectus iam impegerat: sed tamen ab his omnibus abstinuit. animam. n. habebat

G sale spirituali conditam, quæ res præstabat, ut nihil temerè, nihil stultè, sed omnia recto rationis iudicio, ac stato ordine exequeretur. non quemadmodum gentilium sapientes, qui nunq̃ intra modum, sed ubiq;, ut ita dicam, aut maiorem, aut minorem, quàm decet, orationis libertatem usurpãt: idque ut nusquam fortitudinis, ubique affectuum ratione carentium opinionem sibi concilient, in iis quæ assequi non possent, metus, atque ignauiæ: in quibus excessissent, insolentiæ, ac uanitatis apud omnes conuicti. At nõ sic Babylas noster, qui quod ipsi in mentem uenerat, id non inconsulto aggressus est, sed nihil non accuratè perpendens, & animi sui cogitationes diuinis legibus conformãs, ita demum ad opus eas eduxit. Eapropter sectionem ipsam neq; persumma tantum inflixit, ut ne maior membri affecti pars incurata relinqueretur, neque altiorem quàm deceret, ut ne superuacanea plaga quod sanum esset, offenderet: sed plaga prius ad morbum attemperata, medicinam quàm optimam adhibuit. Equidẽ hinc illum pronũciare ausim ira, pusillanimitate, arrogan
H tia, ambitione, odio, timore, adulatione prorsus uacauisse, quòd si & maius quiddam, atque admirabilius fatendum est, non tam certè mirum mihi uidetur eundem aduersus imperatoriam insaniam tanta fiducia constitisse, q̃ uidisse, atque intellexisse, quatenus hoc ipsum facere oporteret, nec quicquam præterea uel feciſſe, uel dixisse. Et quidem quod postremum hoc longè illo mirabilius sit, multos utiq; inuenias illius compotes euasisse, ab hoc tamen superatos. uocis enim libertatem. utcunque usurpare possunt & ex plebeis permulti: at illa eadẽ decenter uti, tempore consentaneo, congrua tum mensura, tum prudentia adhibita magni admodum animi, & ad-
2.reg.16b mirabilis fuerit. Quando & in beatum illum Dauid magna cum licentia, ac contumelia inuectus est Semei, quẽ & sanguinarium uirum appellauit. uerum hanc ego nunquam dixerim fiduciã ac libertatem, sed linguæ potius intemperantiam, mentis temeritatem, contumaciam, dementiam, atq; id genus quod libet uitium. Conuenit enim, arbitror, ut qui alios reprehensurus est, is animum suum quàm longissimè
I ab omni temeritate, ac contumacia asserat, quamq; usurpat agendi uehemẽtiam, eam ex uerborum, atque rerum natura tantum demonstret. Etenim medici dũ uel putrida membra secare, uel intumescẽtia comprimere opus est, non ira prius animum suum complentes, ita demum ad curandum accedunt, sed tum maximè decenti in statu animi cogitationẽ continere adlaborant, ut ne arti ipsi turbati animi motus officiat. Quòd si corpus curaturo tãta animi sedatione opus est, quo, obsecro, animarũ medicum loco habebimus? quantã ab eo sapiẽtiam exigemus? certè longè maiorem, atq; adeo tantam, quantã bonus ille martyr prestitit. Nobis enim quosdam quasi terminos, & regulas præscribit, per quas uidelicet & in reliquis facta proportione nobis ipsi modum desumamus, sic miserum illum à sacro sanctis claustris summouit. Ac factum quidem hoc uideri põt unum modo esse egregiæ uirtutis opus. uerũtamen si quis id perpendat, ac tanq̃ explicans undique diligenter speculetur, inueniet & alterũ, & tertium item emolumentum inde simul enasci, magnúmque inibi utilitatis thesaurum recondi. Siquidem unus tantum is fuit, quem à templo expulit Babylas, at multi extite-
re, qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim K erant, qui fidẽ suam Christo nondum obstrinxissent (de iis loquor, qui tyrãni huius imperio parebant, id autem imperium bonam totius orbis partem occuparat) ij certè omnes obstupuere, admirati sunt: inde edocti quantã seruis suis libertatem Christus impertierit, deriserunt suam ipsorum illiberalem, & abiectam seruitutem, perspexerunt quantũ inter se discrepent Christianorum nobilitas, & gentilium probrũ. Qui.n. apud illos templorũ administrationem susceperе, ij reges suos colunt plusquam dominos, plusquã idola etiam ipsa quæ adorant, regumq; metu statuis ipsis assident, ita ut maligni illi dæmones honorem omnem sibi impẽsum imperatoribus solis acceptum referant. Itaq; ubi contingit imperatorem aliquem creari, qui cum illorum religione non consentiat: mox ibidem siquis in idolorum templa fuerit ingressus, passim aranearũ telas parietibus circunfusas uidebit, & tanto situ idoli statuam obductam, ut neque nasus, neque oculus, neque alia quẽquis totius oris pars appareat. Ex altaribus autẽ, aliorum reliquias solum superesse, maiore parte iam col L lapsa, alia interim tam alta undique herba circundari, ut qui altaria ea esse nescit, sterquilinij aceruum aliquem esse putet. Cuius rei causa hæc est: illis olim licebat quæcunque uellent suffurari, & per statuarum cultum uentri indulgere: nunc uero quamobrem sese miseri discruciauerint? accubantes enim ac se ipsi conficientes, ab illis tamẽ nullam prorsus expectant retributionem. sunt enim ligna tantum, ac lapides. uerum honore eo quẽ imperatorem statuis iisdem exhibent, adducuntur illi ad huiusmodi cultũ simulandum, qui certè tollitur, dum imperatores sapiunt, dei opt. max. filium adorantes. At non ea est rerum nostrarum conditio, sed planè contraria. Quũ enim in imperatorium thronum conscẽdit qui nobiscum in fide, ac diuinitatis opinione consentit, hic segniores efficiuntur Christianorum res: tantum abest, ut illæ per humanos honores erectæ, consistant. Rursus quum impius aliquis imperator regnat, qui nos undique urget, qui nos infinitis malis exercet, tum eædem precium accipiunt, atque inclarescunt, tum præmiorum, ac triumphorum tempus, tum corona M rum, præconiorum, ac uirtutis omnis ostentandæ facultas. Quòd siquis dixerit superesse etiam nunc ciuitates, eãdem quam olim superstitionem circa idolorum insaniam præ se ferentes, is primum admodum paucas numerabit. Verũtamen ne hac quidem ratione officiet instituto à me sermoni. Eadẽ enim suppositio adhuc manet. nam pro imperatore, ciuitatis administratores habent parem secum idolis honorem deferentes. Atque huius cultus causæ hæ existunt: crapulæ, comessationes tũ diurnę, tum nocturnæ, tibiæ, tympana, &, quod liberum est, turpia quidem cum omni oris impudentia proferre, turpiora autem factitare, liberum item prę ingluuie dissumpi, præ ebrietate debacchari, & in probrosissimam insaniam dilabi. Id genus indecentes sumptus continent adhuc, & fouent intercidentem illũ errorem. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinem parasitorum cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, quos ipsos tanquam canes ad mẽsas suas enutriunt, eorúmque impudentes uẽtres iniquarum cœnarum reliquijs differtiũt, iisdem pro animi arbitrio abutentes. At nos, qui in uniuersum mores uestros iniquos,

A ac prorsus ratione carẽtes abominamur, qui ob propriam segniciem, atque ignauiam esurire coguntur, eos nõ pascimus, quin potius suadẽdo hortamur, ut & sibi, & cæteris opera sua uictum sufficiant: q̃ uerò mutilo sunt corpore, ijs permittimus modò, uictum necessarium ab ijs, quibus facultates suppetunt, mendicare. At comessationes, ebrietates, & reliqua omnis insania, ac turpitudo à cœtu nostro exacta, explosaq; est. pro quibus introducta sunt quæcunque gratia, quæcunq; casta, quæcunq; iusta, quæcunq; sunt probata, siqua uirtus, siqua laus. Nam cętera illa quę Græci iactabundè efferunt, philosophis suis attribuẽtes, facilè commostrarunt uanam gloriam, temeritatem, & puerilis cogitationis opera esse. Neq; enim temerè apud nos dolio quis accepto seipse inclusit, neque uili, ac lacero panno obtectus, sic per forum ingressus est. Ea enim admirabilia quidem esse uidẽtur laboréque multo, ac summa ærumna plena, sed indigna tamen sunt, quæ laudem mereantur. Est autem diaboli astutiæ, sibi seruientes laboribus eiusmodi
B addicere, unde qui decepti ab illo fuerint, tum diuellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrum manat, nullam prorsus laudem meretur. Etenim existunt etiam hodie perditi quidam homines, nullis non flagitiis pleni, qui multò maiora iactitãt, quàm philosophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt, & deglutiunt: alij ad alia his longè flagitiosiora malè consulti se conferunt. opera porrò huiusmodi, multò sunt admirabiliora, quàm uel dolium illud, uel panni illi uiles, ac laceri: sed ea tamen minimè probamus, sicuti neque illa: quinimmo & istos & omnes item, qui similibus prestigijs mirabiles sunt æquè ac philosophum eundem damnantes deploramus.
Dices, magnam uerò philosophus orationis libertatem apud regem præ se tulit. Videamus ergo quæ sit egregia illa libertas, num etiam ea dolij præstigijs uanior sit. quænam igitur illa? proficiscenti cum exercitu aduersus Persas Macedoni, eidemq; philosophum magna instantia hortanti, diceret, siqua re indigeret: nulla, ille inquit, nisi quòd rogem rogauit, sibi à Sole ne obstaret. acciderat enim tum iam ut philoso-
C phus à Solis radijs calefieret. hic non uosipsos pudore suffundetis? non oculos, frontémque contegetis? nõ hinc facessentes terra uos obruetis, ob ea ipsa uobis placentes, ob q̃ pudore suffundi oportebat? quanto enim præstiterat ueste aliqua sumpta, eáque crassiuscula ad opus aliquod se traducere, neq; non à rege quidpiam, quod usui foret, petere: quàm lacero indutum pallio sedentẽ ad Solis radios calefieri, paruorum, lactentiúmque puerorum more, quos nutrices lotos, atque inũctos ibi collocant, ubi tum philosophus idem sedebat, infelicis aniculæ gratiam flagitans? An admiranda fortasis ea est orationis libertas? imò uerò & hac quoq; nihil certè prodigiosius. Bonum enim uirum oportet publica utilitate, facta sua omnia mentiri, & aliorum uitam emendatiorem reddere. Postulare uerò, ut ne sibi à Sole obstetur: quámnam id ciuitatem, quámnam domum, quémnam uirum, quámnam mulierem conseruauit? Agè uerò num quòdnam lucrum uobis huius libertas peperit? nam lucrum à libera martyris nostri uoce natum iam ipsi demonstrauimus, idque ulterius progressi apertius detegemus. Tum enim Babylas iniutium imperatorem, quatenus sacerdoti fas est, puniuit: principum altos spiritus compressit: diuinis legi- D bus, dum uiolarentur, opem tulit: supplicium pro iniustè occiso exegit, supplicium omnium grauissimum, ijs quidem certè qui mente sana sunt. Meministis quidem omnino, cum de cæde ipsa uerba facerem, quemadmodum uestrum qui audiebatis unusquisque intra se afficeretur, atq; inflammaretur, percussoremq; ipsum in manum capere desideraret, neque non precaretur alicunde apparere, qui cædem ulcisceratur, hoc ipsum igitur beatus ille præstitit. pœnam enim sumpsit tum se dignam, tum idoneã, quæ illum conuerteret, si modò stupidus admodum non fuisset: nequaquam postulando, ut sibi ad Solis radios calescenti abscederet rex, neu à Sole obstaret, quin potius impudenter in templi septa ingredientẽ, atq; omnia confundentem, quasi canem quendam aut seruum improbum, à domini sui aula excludendo. Vides nunc me non iactabundè, nõ temerè paulò antè dixisse, philosophorum uestrorum miracula à Babyla puerilis sensus opera reddita fuisse? At temperans, inquis, fuit, continentémque uitam egit Sinopensis ille, ut qui etiam legitimas nuptias non su- E stinuerit? Sed adde, obsecro, temperantiæ, ac continentiæ illius modum. Tu uerò nequaq̃ addes, quin libentius temperantiæ laudes illi detraxeris, q̃ temperantiæ eius modum prodideris. adeò certè ille infamis, ac magno dedecore plenus. Percurrerem hoc loco & cæterorum nugas, stultum, ac uanum studium, denique turpitudinem. ubi enim, quæso, utile à seminis humani gustu non temperare? Id quod faciebat Stagirites. quale commodum cum matribus, ac sororibus misceri? quod quidem philosophus Stoæ præfectus lege sanxit. percurrentem etiam academiæ principem, illiúsque discipulum: item & eos, de quibus maior est admiratio, his quos nominaui obscœniores fuisse demonstrarem: obscœnum quo que puerorum amorem ab illis in honestatis, ac philosophiæ parte annumeratum, omni retecta allegoria denudarem, nisi tum nobis ad alia properantibus oratio longior hac ratione fieret, tum omnium illorum risus, uno à nobis detecto, satis supérque redargueretur. ubi enim qui austeriorem philosophiæ partem sequi uisus est, quique cæteros & linguæ li- F bertate, & uitæ continentia excelluit, adeò turpis, adeò ineptus, adeò immoderatus fuisse demonstratus est (nam & humanis uesci carnibus indifferens esse dixit) quorsum attinet & de reliquis deinceps uerba facere, præsertim ubi qui studij, ac uitæ instituti excellentia cæteris illustrior fuit, omnibus tam ridiculus, tam puerilis, tam delirus apparuit? Itaq; eò nostra redeat, unde aberrauit oratio. Ergo Babylas sic, ut dictum est, tum eos qui nondum Christi fidem receperant, compescuit: tum eos, qui iam receperant, religiosiores etiamnum reddidit, non priuatos homines modò, sed & milites, & militum duces, & præfectos: planum faciens, ipsum etiam regem, eúmque, qui summus fuerit apud Christianos, nuda tantummodo esse nomina, ac dum uel pœna irroganda, uel honos deferendus fuerit, quisquis etiam diadema gestet hunc uel infimis quibusq; adæquari. Ad hæc eorũ certè ora obtutauit, qui impudentia quadã abutẽtes affirmare uellent, quã Christiani libertatem apostolis tribuimus, eam non nisi fictam quandam à nobis iactantiã esse: re quidem cõmonstrãs olim etiam eiusmodi uiros probabiliter extitisse, dum eorum po

testatem signorum præstatio maiorem efficeret. exi
stit & hinc tertium quoddam raræ uirtutis facinus,
atque exemplum. Futurorum enim posthac & sacer-
dotum, & regum animos, horum quidem demisit, il-
lorum autem extulit. Planum faciens terræ, & eorum
quæ in terra fiunt, curam, ac præfecturam uerius resi
dere penes sacerdotem, q̃ penes eum qui paludamen
to ornatus, ac purpura indutus est: necnon oportere
de potestatis huius amplitudine sacerdotem nihil de-
trahere, sed hominem potius exuere, quàm authori-
tatem huic principatui supernè à deo attributam de-
ponere. proinde qui sic è uita decesserit, uel mortuus
nemini non prodesse poterit: at qui ordinis huiusmo
di desertor fuerit, non solùm nemini mortuus usui
est, sed uiuentium quoque, quibus præest, quàm plu
rimos segniores, molliores q̃ reddit, exteris ipse in-
terim & uituperabilis & ridiculus. Idem etiam cum
ē uiuis decesserit, multo cum dedecore, ac mœrore
ad Christi tribunal sistetur: unde ipsum postea trahē
tes in fornacem ardentem abducent potestates eæ,
quibus id negocij demandatum est: quamobrem sa-
H pientis uerbum nos monet, Ne personam adsumpse-
Eccl.42.a ris contra tuam ipsius animam. Quòd si dissimulare.
tutum non est, dum homini ab homine iniuria infer
tur: quo tandem supplicio dignus non erit, qui silue-
rit, ac neglexerit, intuitus diuinas leges iniuriam ac-
cipere? Quin etiam & aliud item non minus ijs, quæ
dixi, bonũ nos Babylas docuit. quòd uidelicet unum
quenqne oportet suo officio fungi, etiamsi inde nul-
lum lucrum ad alios dimanet (neque enim ipsi, ad
imperatoris quidem emolumẽtum, libertas profuit)
nihilo tamen secius suas omnes partes, atq; officium
omnibus numeris impleuit. cum interim qui mor-
bo laborabat propria contumacia, atq; uecordia ar
tificis peritiam offenderit, medicamento à uulnere
magna cum animi indignatione amoto. quasi enim
abundè satis ad impietatem non esset, homicidium
patrasse, & fronte perfricta in dei templum insiliisse,
sic homicidio priori & alterum adiecit homicidium:
& quasi simul studeret posterioribus sceleribus prio-
ra uincere, nec tamen præcedentium indignitatem
subsequentium excellentia obscurare (ea est enim dia
I boli insania, ut quæ contraria, ac sibi inuicem pu-
gnantia sunt adstruat, moliaturq;) sic utrique homici
dio eximium id largitus est, ut mutuam quandam in
ter se congruentiam haberent. Et erat profectò pue-
ri cædes prior posteriori miserabilior, Babylæ autem
cædes posterior priori scelestior. Anima enim, quæ
peccati gustum semel fecerit, tum quæ nullis doloris,
aut pœnitentiæ stimulus tangitur, magnum certè au
ctarium morbo adijcere solet. Ac quẽadmodum usu
uenit, ut scintilla ignis, si forte immensam materiam
corripuerit, statim obuiã quanq; exurat, nec antè ta-
men subsistat, quàm quod reliquum est, id omne de
pascatur: quantòque plura comprehẽderit flamma,
tantò maius robur ad alia consumenda concipiat:
sitq; tum ut comprehensorum à flamma lignorum
congeries lignis ijs, quæ mox flamma comprehensu-
ra est, quasi intidias struat, flamma eadem sese sem-
per lignorum comprehensorum auxilio contra ea, q̃
intacta adhuc manent, armante: Sic & peccati natu-
ra, ubi animi cogitationem aliquam adhorta est, nec
quisquam est qui malum restinguat, procedens ulte-
rius grauior certè, ac magis indomita efficitur: pro-
pterea sæpe fit, ut quæ posteriora sunt peccata, prio-
K ribus grauiora sint, anima semper posteriorum pec-
catorum accessione ad maiorem contumaciam ac
despicientiam sese promouente, & per hæc ipsa suam
quidem uim eneruante, peccati autem robur alente.
qua utiq; ratione complures uideas in omne pecca-
torum genus imprudẽtes prolapsos, quòd flammam
initiò exorientem non restinxerint: Sic & infelix il-
le imperator peccatis suis prioribus, posteriora gra-
uiora adiecit. Vbi enim iuuenem illum extinxit, eue-
stigiò ab illis cæde ad inferendam templo iniuriam
irruit, rursus ab hac iniuria, tanquam iter semel cœ-
ptum persequens, ad contumaciam temeritatẽmque
suam, sacerdotio contumelia afficiendo se accinxit,
uinctúmque ferro Babylam, atque in carcerem con-
iectum, ita tum excruciabat ab eodem beneficij pœ-
nas exigens: eumq; ob quæ officia admirari potius,
corona insigne, ac plusquam etiam parẽtes proprios
uereri conueniebat, ob ea ipsa cogebat maleficorum
hominum uincula, uinculorum calamitates, mise-
rias, ærumnas sustinere. Ita, quod modò dixi, pecca-
tum ubi initium cœpit, nec est qui id ulterius progre-
di impediat, cohiberi postea, ac frænari haud facilè L
potest: equorum insanientium ritu, qui cum fræno
ab ore disiecto, necnon sessore ab armis excusso, atq;
resupinato, neutiquam tolerabiles occurrẽtibus
euaserint, nemine illos inhibente, immoderato quo-
dam impetu hac illa seipsi præcipites ferunt. quo fit,
ut salutis nostræ hostis huiusmodi animas ad insa-
niam impellat, quò eas medicorum præsentia, atque
auxilio destitutas deprehendens concidat, & infini-
tis malis exerceat. Etenim qui corpore laborant, do-
nec medicos ad se adire patiuntur, in magnam cer-
tè salutis spem ingrediuntur: ubi uerò mente capti
calcitrant, ac se morbo liberare uolentes mordent,
tum denique morbo incurabili laborant, idque non
ob morbi ingenium, sed quòd ab ijs destituti sunt,
qui insaniam illam sanare possint. In quam insaniam
& tyrannis iste sese coniecit. Nam medicum nactus,
hunc uulnus adhuc dum secaret, statim expulit, & à
domo quàm potuit lõgissimè exegit. Hic poteras He
rodis fabulam non iam auribus tantùm haurire, sed Matt.6.d
& coràm maiori sanè cum petulantia, atque immo-
destia spectare: quoniam quidẽ & maiori certè cum M
ostentatione, atque apparatu diabolus rursus ipsam
fabulam in uitæ huius theatrum agendam introdu-
xit, pro tetrarcha regem substituẽs, pro una causa du-
plex argumentum, idq; longè illo inquinatius præ-
bens, ut non numero tantùm, sed & ipsa rerum natu
ra: hæcce tragœdia clariòr multò, atq; illustrior eua-
serit. Non enim hic, sicut illic nuptijs iniuria affereba
tur. neque ex illegitimo coitu, sed ex scelestiori pueri-
lis cædis inquinamento, ex tyrannide crudelissima,
ex legis transgressione non in uxorem, sed in ipsam
sanctimoniam præstita, historiæ huius telam diabo-
lus contexuit. Coniectus ergo in carcerem Babylas,
gaudebat quidem de uinculis, dolebat aũt de eius exi
tio, à quo uinctus fuerat. neque enim pater, neq; præ-
dotriba, cum ille ex filij, hic ex discipuli flagitio, aut
calamitate celebriores fiunt, celebritatis huius uolu- 2.Cor.11.b
ptatem mœrore uacãtem capiunt. Propterea & bea-
tus Paulus Corinthios alloquens dicebat: Precamur
autem ut mali nihil committatis, non quò nos pro-
bati uideamur, sed ut uos bonum faciatis, nos au-
tem tãquam reprobi simus. Eadem igitur ratione &
admirabili uiro Babylæ discipuli salus desideratior
erat, quàm

A erat, quàm expectata ex carcere merces. cui quidem
gratius certè accidere nihil potuisset, quàm si per di-
scipulum resipiscentem huiusmodi laudibus priuari
ipsum contigisset: seu, ut uerius dicam, si discipulus
prorsus in istam morum peruersitatem dilapsus non
fuisset. Nolũt enim sancti corollas sibi alienis ex ma-
lis cõtexi: quòd si ab alienis malis nolunt, multo mi-
nus ab iis malis, quæ ipsorum domesticis, ac familia
ribus obueniunt. Quo nomine & beatus Dauid ui-
ctoria parta, ac triumpho iã acto, lugebat, & lachry-
mabatur, quòd ad calamitatem, quam ex filio rece-
perat, & hæc item accessisset, qui exeuntibus ad con
flictum militibus multa tyranni nomine mandabat,
2.reg.18.d eosq; qui ad illius cædem properabant, hac oratio-
ne cohibeat: Parcite puero Absalon. quem ipsum &
in prælio prostratum lugebat, non sine fletibus, la-
chrymisq; amaris inimicum reuocans. Quòd si natu
ralis pater tam propenso est erga liberos suos affe-
ctu, certè multo magis id de spiritali patre fatendum
est. Parentibus enim spiritalibus liberorum suorum
B maior cura inest, quàm naturalibus, Paulo ita atte-
stante: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis of-
1.Co.11.g fendiculum patitur, & ego non uror? Sed hoc qdem
æqualitatem nobis repræsentat, quanquã certè uix
patres in hanc ipsam uocem erũpant. Veruntamen
demus & illos hucusque affectu accedere posse: nos
enim spiritales patres maiora etiã præstare ostende-
mus. Ad hoc ipsum unde? Ab iisdem iterum uisceri-
Exo.32.g bus, & à legislatoris Mosis uerbis. Ille uero qd dicit?
Si remittis eis peccatum, remitte: sin minus & meip-
sum ex libro quem scripsisti, dele. nullus sanè est pa-
ter, cui alioqui bonis infinitis perfrui liberum sit, qui
tamen malit unà cũ liberis suis pœnis affligi. At apo
stolus, ut qui in gratiæ statu uersatus fuerat, paterni
Rom.9.a huius affectus intentionem addidit, propter Chri-
stum. Non enim Mosis exemplo cum illi pœnas da-
re malebat, sed ut alijs bene esset, sibi ipse excidium
imprecabatur, quũ diceret: Optarim anathema esse
à Christo pro cognatis meis fratribus secundum car
nem. tanta certè misericordia, atq; affectu olim san-
ctorum animi abũdabant. Vnde & Babylę nostri ui
C scera magis excruciabantur, quòd imperatoris exi-
tium magis ac magis inualescere intueretur. Neque
enim solum templi causa stomachatus, sed beneuo-
lentia quadam erga imperatorem adductus id fecit,
quod illum feciſſe diximus. Etenim hic dum diuina
sacra contumelia afficeret, illis quidem detrimenti
nihil afferebat. quin potius semetipsum infinitis ma-
lis implicabat. quapropter pater filij amore tactus, il
lum intuitus illata sacris cõtumelia furore percitum
præcipitem ferri, immoderatum illum impetum co-
hibere conatus est, eundem à se obiurgatum quasi
effrenem equũ retro inhibere properans. At non su-
stinuit infelix ille, quin potius morso fræno prorsus
obsistens, seque & furori, & insaniæ, rationis gyro re
flecto, dedens, in extremi exitij uoraginem coniecit,
Babylam è carcere eductum, iubens uinctũ ad mor
tis supplicium abduci. Atque hic quæ fierent iis, quæ
cernerentur, minimè respondebant. Qui enim uin-
ctus uidebatur, omnibus simul uiculis solutus erat,
tam ferreis, quàm aliis item grauioribus (curas hic
intelligo, ac labores cæteráque mala omnia quę nos
hac in mortali uita circunsistunt.) contrà, qui so-
lutus ferro, & adamante uidebatur: alijs quibusdam
compedibus longè grauioribus uinctus erat, pecca-

torum scilicet catenis irretitus. Sanctus igitur Baby- D
las morti se propinquum dum uideret, corpus suum
unà cum ferreis illis catenis sepeliendum mandauit,
planum faciens, quæ ignominiosa uidentur, ea quo
ties propter Christum fiunt, honorifica esse, ac splen
dida: eúmque qui ea patitur non solũ non dissimula
re, sed inde sibi placere oportere. hac quidem in par-
te beatum Paulum imitatus, qui sursum, ac deorsum
stigmata, uincula, catenã uersabat, ob ea ipsa gloria-
bundus, ac sibi placens, quorũ alios puderet. Quòd
autem alios puderet, id ille nobis ea defensione de-
clarauit, qua ad Agrippã usus est. Nã Agrippæ dicen Act.26.g
ti, Parũ abest Paule, quin me Christianum efficias: re
spondit Paulus, Vtinam uel paruo, uel multo tem-
pore, non solum tu, sed & qui hic circunstant omnes
Christiani fierent: exceptis hisce uinculis, quæ uincu-
la non utique adiecissent, nisi res ea ignominiosa uul-
go uisa fuisset. Sancti. n. dominum uerè quum amа-
rent, afflictiones pro illo magna cum alacritate susci
piebant, per quas etiam clariores euadebant: unde & E
hic idẽ ait, Gaudeo in afflictionibus meis. Lucas au- Coloss.1.d
tem & de reliquo apostolorum cœtu eadem hæc te Act.5.g
statur: post multa, inquit, flagella recedebãt gauden
tes, quòd digni habiti essent pro Christi nomine igno-
minia notari. Igitur ut nequis gentilium existimaret
certamina, ac dedecora ui, ac necessitate à nostris su
stineri: ipsa certaminum symbola iubet Babylas unà
cum cadauere suo inhumari, ostendens sibi illa per-
grata, & peramica esse, pro ea quidem charitate, qua
totus in Christum appensus erat. Et extant etiam
nunc cum Babylæ cineribus compedes ecclesiarum
præfectos omnes commonefacientes, ut uinciri, ut
iugulari, ut quiduis pati oporteat: certè omnia prom
pto atque alacri animo, ac magna item cum uolu-
ptate sustinenda, ut concreditæ nobis libertatis ne le
uissimam quidem partem prodamus, aut contami-
nemus. Et quidem beatus ille in eo splendore, atque
honore mortẽ cum uita commutauit. Enimuero exi
stimaturus est fortasse quispiã hoc loci orationi nos
nostræ finem imposituros, neque enim uita hac fi-
nita laudatorũ operum, aut uirtutis ostentandæ oc-
casiones suppetere, quemadmodũ neq; athletis post
ipsum certaminum tempus exactũ, corollas contexi F
conuenire. Verũ ea quidem est gentilium non ab re
opinio, quorũ spes ultra hanc mortalem uitã haud-
quaquã prorogatur. At nos quibus uitę huius exitus
illustrioris uitæ alterius initium est, ab hac suspicio-
ne, atq; opinione longè absumus: quam sanè opinio
nem rectam esse, apertius à nobis alibi commonstra
bitur. Interim & quæ uirtutis eximiæ opera post Ba-
bylæ generosi martyris obitũ obuenere, talia sunt,
quæ magnam orationi nostræ fidem facere possint.
Posteaquã enim pro ueritate tuenda ad mortem us-
que decertauit, & ad proprij sanguinis effusionem us
que contra peccatũ depugnans restitit, atq; ut ne or-
dinem eum, quẽ à magno rege acceperat, desereret,
ipsam etiã animam desernit, nullo non generoso, at-
que egregio bellatore illustrius occumbẽs, animam
quidem ipsius cœlum habuit, corpus autẽ (quo tan
quam ministro ad uirtutis opera præstanda usus fue
rat) terra, sic ut creatura ipsa athletã diuiserit. Atqui
poterat Babylas, uel exemplo Enoch transferri, uel Gene.5.d
Heliæ modo rapi, ut qui utriusque æmulator fuerat. 4.reg.2.b
At deus qua est in humanũ genus benignitate inter
alias, quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones

G dedit,& hanc quoque uiam nobis à se munitam esse uoluit,idoneũ ad uirtutem capessendam stimulum, relictis scilicet interim apud nos sanctorum reliquijs. Nam post sermonis facultatẽ, ipsa certè sanctorum sepulchra proximum locum obtinẽt ad animas hominum in ipsos sanctos intuentium ad uirtutum earũdem æmulationem excitandas. Ac sicubi quis huiusmodi cõditorijs adstat,suũ statim sensum ab hac, quam dico,ui correptũ animaduertit. capsulæ enim aspectus in animã inuadens ipsam percellit,& exuscitat, ac perinde afficit, quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat,præsensq; adesse cernatur. deinde fit,ut qui se sic affectum sentit,mira alacritate gestiens,aliusq; prorsus quodãmodo effectus,ita ex eo loco decedat. quisqs porrò animum aduertere uolet ad eos, qui mortuos luctu prosequuntur, probè inde edocebitur, imaginationẽ de mortuis cõceptam solere ex ipsis locis in animos insinuare. qui ubi mortuorũ sepulchris astiterunt, protinus quasi ibidẽ sepultos corã stantes contueantur, sic eosdem in ipso statim uestibulo inclamant: pleriq; autẽ intolerabili
H dolore uexati, reliquũ uitæ tẽpus ad demortuorum monumẽta habitare sibi in animum induxerunt. Id quod nequaq; fecissent, nisi à locorum aspectu consolationem aliquã cepissent. Et quid hic de locis, ac sepulchris uerba facio? quũ & sæpe uestis sola mortuorũ uisa,& uerbum unum in mentem influens animum nostrum excitet,& memoriam interlabentem refricet,quibus de causis ipsas nobis sanctorum reliquias deus reliquit. Porrò aũt quòd hæc dicam,non temerariæ cuiusdam iactantiæ causa, sed quòd id ipsum emolumenti nostri gratia factum fuerit,abũdè orationi nostræ fidem faciũt, tum quæ quotidiana à martyribus miracula edũtur, magna affatim ad illa hominum multitudine affluente, tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum uirtutis egregiæ specimina. ubi.n.ita,ut mandauit, sepultus fuit, & tã longum temporis interuallum ab eius sepultura interceſsit,ut non nisi ossa, ac cinis in feretro superarẽt,placuit impatori uni ex iis, qui postea imperarũt,deo ipsius aium ad id impellente, capsulam in suburbium istud Daphnem abduci. Quũ.n.
I deus uidisset locum illum adulescẽtum intemperantia, quadam quasi tyrãnide obsessum, in periculum uenire,ne prorsus ab iis desereretur,qui grauiores essent,quique in honestate,ac modestia uitam degere in animo haberẽt, loci incommodum,ac noxam miseratus,misit qui contumeliam uindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atque amœnus ut esset, deus fecit, simul aquarum copia, ac pulchritudine, simul terræ ingenio, simul cœli atque aeris tẽperie, non quidem uti solũ inde oblectamentum, ac leuamentũ captaremus, sed uti his de rebus se optimum opificem laudaremus. Salutis autem nostræ hostis (cuius ea est natura, ut dei muneribus in opus contrarium semper abutatur) locum eundem quum,occupasset, qua corruptorum iuuenum turba,qua malorum spirituum habitaculis, affinxit præterea & infamem quandam fabulam, per quam suburbij decor omnis, ac gratia dæmoni accepta ferebatur. Fabula porrò sic habet: Daphnẽ aiunt adhuc puellam Ladonis fluuij filiã (antiquis.n.mos is receptus fuerat, ut & fluuij gignerent, & quæ à fluuijs genita essent, in res postea sensu carentes mutarentur, & pleraque id genus prodigiosa effingerentur) Daphnen, inquam, puellam forma admodum præstantẽ suisK se uolunt, quam quum uidisset Apollo, illius statim amore deflagrauit:hæc uero deum cursu se cape cupientem fugiens,in suburbium istud quum peruenisset,ibidem substitit, mater porrò uim patienti filiæ opem ferre uolens, aperto gremio uirginem statim excepit, ac pro puella eiusdem nominis plantulam reddidit. hic perditus amator amoribus suis fraudatus arborem circumplexus, tum plantam, tum locum sibi uendicauit, propriúmque fecit. In quo postea quum assiduus cõmoraretur,eum præ alijs omnibus diligere,atq; amare cœpit. postremò qui tum rex erat Apollini templum,& aram extrui iussit, quò posset dæmon suam insaniam per eum locum consolari. Et hæc quidã uetus fabula. at incõmodum à fabula exortum non iam fabula fuit. Posteaquã.n iuuenes permulti impudici illuc accedentes,suburbij pulchritudinem contaminarunt, ibidem in comessationibus,atque ebrietatibus uictitantes, uolens diabolus malum hoc magis,ac magis glisc ere,fabulam eam,quã recitaui,confinxit, dæmonem loci eius incolam esse diuulgãs, ut eiusmodi historia maius illis L
impudicitiæ, atque impietatis incendium fieret. Ad tanta porrò isthæc mala tollenda, inuenit impator sapientissimum id remedium. Sanctum Babylę martyris corpus eum in locum si transferretur,existimauit perinde fore,ac si medicus ad laborantes mitteretur. Sin iter id,quod ab urbe ad suburbium ferret,authoritatis regiæ mandato impediret, atque interdiceret, iudicauit mandatum id omnibus uulgo uisum iri tyrãnicum quoddam, agreste, ac crudele factum. Quòd si mandato adderet, ut qui honesti ac moderati essent,iis suburbij adeundi potestas fieret: qui uero incontinentes, atq; intemperantes,ab eo arcerentur,mandatum perplexum,ac difficile fore censuit,utpote per quod præuidebat quotidianas censuras in diiudicanda uniuscuiusq; uita necessarias. Itaque martyris præsentiam malorum horum omnium finem,ac remedium fore existimauit, quem quidem idoneum intelligebat,qui tũ dæmonis potẽtiam antiquaret, tum iuuenum luxum emendaret: qua utiq; spe nequaquam falsus est. Nam ubi quis Daphnę ap
propinquat,uiso statim martyris monumẽto uel ab M
ipso suburbij uestibulo,compescitur, atque emendatur, more adulescentis alicuius in conuiuio accũbentis,ac pædagogũ astantem contuentis, eundémque uultus significatione iubẽtem,ut decenti ordine seruato bibat,edat,loquatur,rideat,cauens necubi modum supergressus, suã ipse existimationem dehonestet. porrò ab eiusdẽ monumẽti aspectu tum ab ea, quam de beato martyre concepit, imaginatione factus ille religiosior,ad capsulã ipsam cõtinuo accurrit, ad quam cũ primum peruenit, maiorem animo trepidationẽ recipit, mox abiecto omni contemptu tanquã uolatilis effectus,ita ab eo se loco domũ reci
pit. Idem etiam eos qui ab urbe in suburbium ascendunt de uia excipiens, huiusmodi cũ temperantia re
legat ad Daphnes laxamentum, tãtum non uocem Psal.21
illã inclamans,Exultate domino in tremore. & apo- 1.Co.10.
stolicum illud adiiciens,Siue comeditis,siue bibitis, siue aliud quoduis facitis,ad dei gloriã omnia facite: qui idem si incidat in nõnullos delicijs delibutos ex suburbio ad urbem se recipiẽtes (si quibus fortè usu uenerit,ut quadã quasi animi socordia frænum abiiciant, atque in crapulam, in absurdas aliquas deli-

A cias præcipites ferantur)hos ebrios in suum diuersorium excipiens, non pmittit ebrietatis noxam gestantes,domũ abire, quinimmo timore incusso refrẽnãs, ad eandẽ reducit sobrietatem, qua præditi erant, anteq; ebrietate madefierent. Etenim quasi tenuis quædam aura eos, qui in martyris æde fuerint,undiq; circunspirans afflat,non ea quidẽ sensibilis, nec quæ ad augendam corporis uim faciat,sed quæ in ipsum tantùm animum obrepat,eundemq; undiq; decenter cõpescens, ac terrestrem omnem sarcinam circuncidẽs, resiciat, atq; ingraue scentem iam & fractum agiliorẽ reddat. & quidem Daphnes forma,ac pulchritudo segniores,ad seipsa euocat:at martyr quodam quasi in piscatu confidens,& ad se introgressis insidias parãs, eos retinet,ac ueluti ad normam quandam prius cõpositos dimittit, & ita dimittit, ut amata in posterũ pudicè, ac citra omnem incontinentiam sint usuri. dum.n.ex hominibus alij socordia adducti, alij mundanis solicitudinibus impediti sanctorum martyrũ monumenta inuisere negligunt,perfecit deus,ut hoc ce irriterentur modo, & talem ipsi fructum curatio-
B nis animæ caperent. ac perinde fit, ut siquis ægroto medicamenta salutifera admittere nolenti, medicamentum dulci quodam condimento oblitum prępa ret qui igitur inhibi tandẽ curantur, eó peruenium,ut iam nõ deliciæ solũ, sed & uisendi sancti desiderium suburbij adeundi occasionẽ multis afferat: siue,ut uerius dicã, qui honestioris uitæ sunt,hoc uno nomine illuc uentitant, qui infirmiores illis sunt,utroque nomine: qui uerò infirmissimi,non alio,q̃ deliciarum captandarum nomine. posteaq; autem illuc peruenerũt eos aduocans ad sese martyr, suisipsius epulis splendidè exceptos,fortiq; armatura præmunitos,non patitur in malum aliquod prolabi. Et est perinde mirũ eo in loco mollem aliquem,ac socordem resipiscere, & tanq̃ è media insania sanum caput attollere,ut siqs in medios ignes coniectus ab igni detrimenti nihil accipiat. circunuallata.n.rationis arce ab iuuentute,ab effręnata audacia,à uino, à saturitate molestius etiã, quàm à flamma ipsa, beati Babylæ ros in spectantiũ animam ex obtutu ipso influens flammam ipsam sopit,incendium sistit,ac certè animi religionem instil-
C lat. Atq; in eum,quem dixi,modum, Babylas intemperantiæ tyrannidem subuertit. At quo idem modo & dęmonis potestatem extinxit? Primùm quidẽ tum dæmonis inibi habitantis obsidionem, tùm fabulæ noxam ijs ipsis, quas dixi, rebus inefficacem reddidit: deinde & dæmonem ipsum exegit. Verùm anteq; ad exactionis modum ueniam, illud uos annotare postulo,Babylam non statim ubi aduenit, dæmonẽ eiecisse,sed manentem eum otiosum,inertem, agendisq; rebus ineptum reddidisse. Illi.n.os ita obstruxit,ut uel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Et quidem manentem inibi dæmonem superauisse, nõ minus fuit,q̃ si eundem de loco exegisset,cum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne extincti quidem Babylæ cineres contueri sustineret. Ea est enim sanctorum potestas,ut illorum superstitum dæmones ne umbras quidẽ, aut uestes ferre possint, uita autem sanctorum & loculos quoq; reformidẽt. Itaq; siquis quæ ab apostolis facta fuisse prædicãtur, fidem non habet: is tandem memoriæ huius miracula intuitus ab impudentia sua desistat. Nam qui de omnibus olim gentilibus uictoriã reportabat, à martyre tanq̃ ab hero increpitus suppressa uoce latrare desijt. Ac primũ quidem uidebatur mutus esse quòd D
sacrificiorum,& aliorum id genus cultuum particeps minimè fieret. Dæmonum.n.mores ij sunt, ut dum mortales nidore,fumo,sanguine eos inuitant,& allectant,tanq̃ canes cruoris auidi,& helluones,ebibendi,absorbendiq; eius causa præstò adsint: rursus dum nemo est,qui ea offerat, quasi fame quadam pereãt. Quibus certè sacrificia dum fiunt,ac fœda dum celebrantur mysteria (quæ ipsa nihil certè aliud sunt, q̃ amores quidam obscœni, q̃ puerorum contumeliæ, quàm adulteria q̃ domorum subuersiones, ut nihil hic agam de inhumanis cædium generibus,deq; nefarijs illorum cœnis) quibus,inquam,fœda dum celebrantur mysteria, statim aduolant, & delectantur, etiamsi malefici, etiamsi præstigiatores, etiamsi pestes hominum sint, qui mysteria eadem peragant. Immo uerò,ut uerius dicam, non alios planè habẽt, quam quos depinxi, sacrorũ suorũ administros. qui enim temperans,modestus castus est,is nec comessationem admittet,nec temulẽtiam,nec dictu fœdum aliquod uerbum ipse proferet, nec alteri cuiq̃ id genus fœditatibus inseruienti aures suas accommoda- E
bit. quanq̃ oportebat,siquam illi humanæ uirtutis curam gererent, siquam felicitatis assectorum suorum rationem haberent,nihil potius requirere,q̃ uitã optimam,q̃ mores rectè emendatos,prætermissis illis in decoris dapibus,quibus tamen(quando nihil habẽt antiquius hominum exitio)magnopere delectantur, ijsdem coli se profitentes,quibus tum nostra mortalium uita subuerti tur,tum honestas omnis radicitus diuellitur. Primùm igitur uidebatur hic dæmon hac quam dixi,ratione obmutescere. Post autem conuictus fuit, uiolenta necessitate præpeditus id facere. metus enim, quo quasi indito in os fræno cogebatur,impedimento illi fuit,quò minus solita cõtra homines impostura abuteretur. unde hoc liquet? Sed ne tumultuemini. Id.n.commostrabo,atq; ita commostrabo,ut ne illis quidem,quibus maximæ curæ sem per fuit impudenter omnia asseuerare in posterum ea impudentia abuti liceat, quoties sermo inciderit, uel de ueterum illorum dæmonum,uel de istius dæmonis infirmitate. Neq;.n.mihi coniecturis opus est,neque id attinet planum facere probabilibus quibusdã rationibus,sed ipsum dæmonis hac de re testimoniũ adhibebimus. Ipse.n. letalem uobis plagam inflixit, uestramq; omnem fiduciam ac libertatem concidit. At uos ne illi succenseatis: neq;.n.prudens,sed à maiore quadam potestate coactus,tyrannidem ipse suã deleuit. Id uerò qua tandem ratione factum est? Mortuo eo imperatore qui Babylæ corpus in suburbium transtulerat,huius fratrem ad imperij administrationem perduxit is idem, qui illum imperatorẽ fecerat. atq; hic fine diademate imperium accipit: hactenus enim demortui quoq; fratris potestas præscripta erat. Idem hic imperator cum impostor,ac sceleſtus esset, primùm propter eum,à quo principatum acceperat, Christianum se esse simulauit: deinde eo uita functo, abiecta statim persona,fronte perfricta, quam antea superstitionem intus celauerat, hanc in medium producta nemini non manifestam fecit,diuulgato per uniuersum terrarum orbem mandato, ut idolorum templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur, magni item illis prouentus uarijs ex locis suppeterent. Quo ex mandato magi continuò,incantatores, augures, haruspices,

G menargitæ,hoc est menstrui uiatores,seu præcones, deniq; omnifariæ impostu-
ræ artifices undiq; ab uniuerso orbe confluxerunt. hìc cernere quidem licebat
regiam ipsam infamibus,abiectis, ac profugis hominibus refertam. Nam quotquot usq; fame tabescentes, quotquot ob ueneficia, ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atq; ad metalli opus detrusi,deniq; quotquot sordidarũ artium artifices uix inde uictitare possent, cum seipsi derepentè sacerdotes esse profiterentur,mirũ est quanto in honore,quanto in pretio habiti omnes fuerint. Hic imperator duces ipsos,ac militum præfectos contemnere,asis unius nõ æstimare,contrà mares meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas unà secũ per totam urbem, per angiportus omnes circunducere. cum interim regius quidem equus, omnesq; prætoriani ponè multo interuallo sequerentur,lenones autẽ & meretriculæ antãbulonũ loco,& uniuersus meritoriorum adulescentum chorus regem medium stipantes per forum inambularent,sermones eos proferentes, atq; eos cachinnos attollentes, quos par erat
H eiuscemodi farinæ homines attollere. quæ ipsa certè non nescimus talia, tamq; absurda fuisse, ut posteris fide maiora futura sint.neq;.n. priuatorum quisq; eorũmue qui humile, pudendumq; uiuendi genus instituerint,uelit tam turpis, tamq; indecens publicè uideri. Sed ad eos sanè,qui adhuc uita sunt superstite,oratione nulla opus est.qui.n adsuêre,& ea dum fierent spectauére, hi & quæ hìc à me dicuntur , nunc exaudiunt. propterea.n.superstitibus etiam nunc testibus hæc scribo , ut nequis uetera recensentem me , inter eos, qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Exijs.n.qui ea uiderunt,superãt adhuc & senes, & iuuenes, quos omnes obsecro,& obtestor, siquid à me historiæ adiectum fuerit,in medium prodeant, meq; redarguant . sed.s.tantùm abest, ut me de meo adiecisse quicq; sint redarguturi, ut deprehẽsuri etiam sint,multa certè à me prætermissa.neq;.n.fieri potuit, ut oratione turpitudinis illius immensam magnitudinem repræsentarẽ.posteris uerò, qui crediturí isthæc non sunt, unum id dictum esse uelim, dæmonem uestrum, quem Venerem appellatis, nequaq; pudere id
I genus administris uti.Itaq; mirum nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus dæmonum ludibrio sese addixerat,ea minimè dissimularet,propter quę dij ij,quos coleret, magnopere sibi placent. Iam uerò quis enumerauerit necromantias?quis puerorum cædes?nam uictimæ ille à quibus homines ante Christi aduentum non abstinebant,post eius apparitionem repressæ,deintegrò renouabantur,non iam quidem in propatulo:nã tametsi imperator esset, ac licentiosè omnia ageret , tamen tanta erat rerum earum impietas, ut ea imperatoriæ etiam licentiæ magnitudinem superaret:uictimæ,inquam,ille deintegrò tamen renouabantur.Daphnem itaq; idem hic imperator grauitatem ore præferens conscendit,multis quidem cum donarijs, ac sacrificijs, manente etiam sanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cædes effecerat. Tum à dæmone magna instantia oraculum poscit, postulãs sibi ille ijs de rebus respõsum ut daret , quas animo agitabat . Ibi strenuus ille.s. qui pelagiq; modum, & numerum qui nouit arenæ , qui mutum capit,& surdum qui intelligit idem, ut de se ipse profitetur, bellè admodum cauit, ne in eum sermonem deueniret, ut apertè testaretur per sanctum Babylam, ac uicinorum uirtutem obstructũ sibi esse os, ac pro K
pterea loqui nequaq; posse, nimirum ueritus, ne cultoribus suis ridiculus fieret. Cæterùm cum idem adumbrare uellet uirium suarum à Babyla deuictarum conditionem,eum taciturnitatis titulum aperuit,per quem ridiculus magis reddebatur, quàm si prorsus tacuisset. tacens.n.imbecillitatem tantummodo suã detexisset.nunc uerò & imbecillitatem , & turpitudinem, & impudentiam declarauit , studens ea adumbrare,quæ adumbrari minimè queunt.quis.n.color hic esse põt? Daphnes,inquit,locus cadaueribus scatet:id qd oraculũ arcet. Et quantò præstabat pessime dæmon,martyris uirtutem non dissimulare, q̃ titulũ tam impudẽtem prætexere?Et hæc quidem demon. Imperator autem mente alienata cum esset, perinde ut in scena ludens,fabulamq; agens, euestigiò ad beatum Babylam fertur. quanq̃ ò nequam , ac nequissime,nisi uobisipsi ultrò mutuò uerba daretis, inq; aliorum exitiũ colluderetis: quam tãdem ob causam, tu quidem suppressis nominibus,atq; in genere de cadaueribus loqueris , tu uerò quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses,alijs intactis Babylę unius ca L
dauer mouendum tibi sumis?oportebat.n.iuxta dæmonis sententiam conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere,& terriculum à deorũ aspectu q̃ longissimè abducere.At nõ de omnibus,inquis,mortuis dæmon uerba fecit? Cur igitur,id nõ apertè professus est? nempè tibi impostura fabulam agenti enigma istud reliquit. Equidẽ cadauera,ingt,tibi dico, ut ne palã fiat,me uictũ esse, nã & alioqui reformido Babylam nominatim designare:at tu intelligito qd à me dictum est, atq; unum pro omnibus martyrem amoueto.Ille.n.est,per quem muti efficimur. Tantæ certè dæmentiæ dæmon cultores suos à se damnatos esse uoluit,ut tam apertam impostura capere nequirent.nam ut mente alienata, atq; insana omnes essent:tamen ne sic quidem ignorare debebãt quòd uictũ sese dæmon fateretur, tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadauera inquinatum quiddam(quod tu esse uis)& execrabile sunt: multò magis brutorũ cadauera, ac tantò certè magis quantò brutorum genus humano genere cõtemptibilius est.Multorum uerò canum,simiarum,asinorũ M
ossa proximè tẽplum defossa sunt,quæ potius mouẽda fuerant, nisi fortè censes homines simijs esse uilliores. Vbi nũc sunt qui Solem bellum dei opificium,& ad nostrum ministerium creatũ contumelia afficiũt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illum esse affirmant? Sol.n.in tanta etiam cadauerum in terra iacẽtium copia, per uniuersum orbem diffunditur,nec ullo loco,neq; radios, neq; radiorum suorum efficaciam propter ipsam locorum inquinationes contrahit. At deus uester impuram hominum uitam,impostura,cædes non modò non auersatur,aut odit: sed diligit;amplexatur, amat, corpora autẽ nostra deuitat , quanq̃ peccati genus tale esse solet , ut uel apud ipsos authores in summam etiam reprehensionẽ ueniat.corpus autem mortuũ,& quod minimè mouetur,omni reprehẽsione,ac criminatione uacat. Sed.s. istud est uestrorum deorum institutum , ut abominentur quę abominanda nequaq̃ sunt:colant ijdem, & approbẽt q̃ omni odio, & auersatione digna sunt. Et bonus quidem uir quisquis est, neq; à sano aliquo cõsilio uel dando,uel capiendo,neq; ab opere necessario faciundo per mortuum corpus prohibebitur,

A imò si animo sano est , uel ad ipsa sepulchra inhabitans, & temperantiam , & iustitiã, & omnem deniq; uirtutem præstãbit : prætereaq; artifex suæ quisq; artis opera absq; ullo impedimento facturus est , iisq; qui ipsum rogauerint præbiturus:non solũ cadaueribus propinquus adsidẽs, sed etiãsi ipsa mortuorum monumẽta extruere opus sit, & pictor, & latomus, & faber tam lignarius q̃ ferrarius , deniq; omnes sua ipsorum opera conferunt. unus autẽ omnium Apollo p cadauera impediri se ait, quò minus futura prospiciat. Atqui & apud nos magni, & admirabiles uiri extitere , qui res futuras quadringẽtis ac mille etiam antè annis q̃ euenirent prædixerunt: quod dum facerent,nullam prorsus harum excusationum,uel quæsierunt, uel causati sunt : neq; mortuorum sepulchra perfringi, neq; eos qui intra ea iacerent abijci, neque nouum & impudẽtem effodiendorum cadauerum modũ excogitari iusserunt . Attamen ex eis nõnulli, impijs ac scelestis gentibus uicini quum habitarent, uel in medijs ipsis Barbaris,quorũ omnia conspurcata,ac polluta erant,uerè futura uaticinati sunt,neq; il
B lis ad uaticinationem , aliorum obfuit cõspurcatio . Quid ita quòd quæ illi dicebant, ea re uera per diuinæ uirtutis opus dicebant.Dæmon autẽ quum prorsus in eo diuinatuis nulla eẽt,de futuris nihil habuit, quod imperatori prædiceret.Cæterũ ne hæreat,perplexusq; esse uideatur, cogitur uerisimilia quædã , & ridicula simulare. Quãobrem enim, quæro ex te,superiori tẽpore nunquam tale quiddam elocutus est? quandoquidẽ tum uelamen hoc prætẽdere poterat, sui cultũ ab hoibus intermissum esse : hac autẽ idem excusatione sibi adẽpta ad cadauera cõfugit,anxius animi quorsum euaderet.Nã à decoro ipse suo recedere nolebat . Verũ ipsi uos illum coegistis , qui cultus excusationẽ ei ademistis , neq; locum illi fecistis ad sacrificiorum penuriã confugiendi.Hęc igitur ubi audiuit fabulæ istius actor imperator , iubet statim capsulã deturbari: quò omnibus dæmonem uictum esse inotesceret. Etenim si dixisset ille: per sanctũ Babylã loqui impedior,sed hunc tamẽ ne loco suo moueatis, néue illius capsam ulterius cõturbetis: nimirũ ea res dæmonis modo cultoribus inotuisset, illos
C enim puduisset factũ id ad alios deferre . Nunc uero quasi infirmitatẽ traducere adlaboraret imperator, sic nihil non fieri coegit , quo ne uolenti quidem factum adũbrare licebat. Neq; enim iam simulatio salua, & integra esse potest , propterea quòd non alius mortuus, sed solus Babylas illinc translatus est . nec solum qui urbem,& suburbiũ,& agros item incolebant, sed qui remotissimè ẽt habitabant in rẽ presentem quũ uenirent , capsulamq; non amplius illic esse uiderent,quæsita causa statim edocebantur, dæmonem ab imperatore rogatũ uaticinari,respondisse,id se præstare nõ posse, nisi beato Babyla prius à se procul amoto . quanq̃ ò perridicule dæmon licebat tibi ad alias confugere excusationes , cuius modi multis idẽtidem uteris,infinita semper rebus in dubijs artificiosè excogitans , alias Lydorũ regi promittens magni impij perditionẽ Alym fluuiũ transgresso : hunc ipsum tamen regẽ postea iuper accensam pyram positum cõmonstrans . aliàs in Salamine hac eadẽ arte usus,quum tu perridiculã illam addidisses coniũctionem. Nam quòd dixisti , muliebria pignora perdes, simile fuit illi , quod Lydorũ regi dixeras . quòd aũt adiecisti , usq; uel cerere sparsa , coeunte, uel usquam maiore id certè risu dignum fuit,ac prorsus simile ijs, D
quæ à circulatoribus in triuijs uulgo iactãtur. At tibi ne istud quidem facere placuit. Licebat & tibi sermonẽ tuum obscuritate uelare (nam & hoc tibi artificiũ solenne esse solet) at enim instituissent omnes iterum non intellectæ uocis solutionem q̃rentes? Tibi etiam licebat ad astra confugere:id.n.tute persæpe nullo rubore, nullo pudore factis. neq;.n.tibi res est cum uiris mente præditis , sed cum pecudibus , atq; adeò cum longè crasioribus,q̃ sint pecudes ipsæ. non erant uri que qui tum te consulebant Græcis sapientiores anci pitia responsa tua audire solitis, ab errore tamen sese non eximentibus . At mendacium intellexissent? Te igitur oportuit uni tuo sacerdoti ueritatem aperire, qui quòd uictus esses melius,q̃ tute multò adumbrare nosset. Nunc uerò quis te miser adduxit,ut te in tã manifestam impudentiam obtruderes? Sed tu fortasse peccasti nihil. Imperator uerò perperam fabulæ subseruiuit.In genere.n.cum de cadaueribus audisset ad Babylam solùm adiens,te ille coarguit , & imposturam tuam denudauit . Sed ne ille quidem uolens
id fecit.neque enim unius,eiusdemq; erat tot,ac tan- E
ta tibi donaria honoris gratia offerre, & temet rursus infamare . Verum omnium simul oculis martyris uirtus tenebras offudit,neq; passa est illos ea intelligere quæ fierent:quæ omnia fiebant quidem,quasi contra Christianos, risus autem non in eos qui ea paterentur, sed in eos qui ea facerent totus uertebatur: quod ipsum usu nenire uidemus,cum qui furore correpti sunt, in ipsos etiam parietes calcitrantes, & fanda,ac nefanda in præsentes conuicia iactitantes, sibi ipsi uidentur proximos bellè ulcisci, cũ factis talibus non illos, sed seipsi dedecorent. Id quod & tum certè euenerat.Trahebatur.n.capsula per totam uiam: reuertebatur autem martyr athletæ alicuius exemplo coronam alterã in suam urbem ferens,in qua & prio rẽ coronam reportarat . Quamobrem siquis est fortè,qui mortuorũ resurrectionem neget , cum uideat martyris nostri facta illustriora post obitũ esse, in posterum erubescat,qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophęa cõiunxit,magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim certamen illi F
cum imperatore solo fuerat,nunc cũ imperatore pariter,ac dæmone. Tum imperatorem à sacro templi ambitu exegerat,nunc ex omnibus Daphnes locis peristilentissimũ humani generis hostem expulit,nõ manum admouẽs,quemadmodum & prius fecerat,sed uirtute inuisibili inuisibilẽ uirtutem debellans. Ac uicentis quidem liberam orationem non tulit homicida mortui autem cineres , neq; imperator , neq; dæmon sustinuit,quo dæmone authore imperator hęc agebat. Nam quòd Babylas ambobus istis posterioribus maiorẽ incusserit timorem , q̃ antea incussisset priori illi imperatori,inde certè apertè liquet.Prior.n. ille Babylam captum , eundemq; in uincula coniectum,interfecit : posteriores autem isti Babylam solum transtulere. Cur enim capsulam in mare demergi, neq; dæmon iussit , neq; posterior hic imperator uoluit?cur non attriuit,& excusit? cur nõ in uastam aliquam solitudinem deferri eam mandauit? Nam si ea piaculũ,& scelus fuisset,si eam abominans,ac non potius reformidans illinc dimouisset,non intra urbẽ piaculũ deducere,quin potius in montes quospiam, in saltus transferre oportuit . Sed scilicet pditio huic imperatori æquè atq; Apollini Babylæ uirtus, & quã

G cum deo haberet, fiducia cognita erat. ob id formidabat, si hoc feciſſet, ne fulmen diuinum, néue aliquē alium morbū in ſe ipſe prouocaret: multa enim habebat Chriſti uirtutis, tum in ijs qui ante ſe regnauerāt, tum in ijs, qui unà ſecum imperium adminiſtrabant, ſpectatæ argumenta. Nam ex ſuperioribus imperatoribus ij, qui ſimilia attentauerant, multis, iiſq; intolerabilibus calamitatib⁹ acceptis fœda, ac miſerabili morte interierāt, ita ut cuiuſdā, dum adhuc uiueret, ſpōtè ex oculis pupillæ exilierint, Maximinus hic fuit: alius autem furore, alius alia id genus calamitate uexatus mortē cum uita cōmutarit. Cæterū ex ijs qui tum cū ipſo erant, patruus, cum licentioſius inſaniam ſuā cōtra nos prodidiſſet, auſus impuris manibus ſacra uaſa contingere, hoc etiam ſcelere nō contentus, ſed cō tumelia ulterius progreſſus (uaſis enim ijs inuerſis, & ſuper pauimentum collocatis, atq; extenſis, ita ſuper ea deſedit) eueſtigiò illegitimæ huiuſce ſeſſionis pœnas luit. Illius enim uerenda corrupta uermiculos generarunt: ita, ut morbū diuinitus illatum cōſtaret, ad

H quem curandum medici aues pingues, easq; peregrinas interficiebant, quibus ad putrefacta membra admotis uermiculos euocabant. illi uerò loco cum non mouerentur, mordicus putridis partibus inhærebāt, atq; illum ita demum multis diebus abſumptū perdiderunt. Alius porrò regij ærarij præfectus, antequam aulæ regiæ limen tranſcenderet, derepētè medius cecidit, & ipſe id genus impietatis cuiuſdā pœnas luens. hæc ſanè, & his item plura, neq; enim omnia enumerare temporis huius eſt, animo luſtrans impius imperator uerebatur temeritatē ſuam ulterius promouere. Me porrò hæc non ex me enūciare ex eis cōſtabit, quæ ab illo poſtea edita ſunt. Interim hiſtoriæ noſtræ tenorem proſequamur, quid exinde euenerit recenſentes. hoc enim demum mirum admodū eſt, non modò dei optimi maximi uirtutē, ſed & inenarrabilē benignitatem patefaciens. Babylas intra ſacrū templi ſeptum erat, intra quod & prius fuerat, anteq; Daphnen tralatus fuiſſet. At malignus dæmon ſtatim edoctus eſt fruſtra ſibi fi audis ſuæ artificia conficta, ſeq; non iam certamen habere cum mortuo, ſed cū eo qui uiueret, qui efficax eſſet, quiq; non ſe modò, ſed omnes quoq; dæmones fortitudine ſuperaret. Is enim deum precatus ignem in templum ut cœlitus dimitteret, totum illius tectū exuſit, ipſoq; idolo ad extremos uſq; pedes deleto, eodemq; in cinerem, ac puluerem redacto, ab oibus parietibus, qui ipſi integri adhuc ſtant, abſtinuit. Ac ſiquis nunc illò acceſſerit, nunq; utique dixerit factum id, ignis opus eſſe. Neq; enim incendiū id non ex compoſito factum, neq; ex materia inanimi natum: ſed tāquam manu quadam ignem circūagente, atq; indicante, à quibus abſtinere, quæ porrò abſumere oporteret. tanta certè concinnitate, tanto artificio ipſum templum detectum eſt, nec adſimile quidem ijs, quæ caſu, ac temerè incendio conflagraſſe uidemus: uerū ijs quæ parietum ambitum integrū cū habent, tecto tamen carent. Cætera enim omnia, & columnæ item omnes, tam eæ quæ templi culmē, quā quæ ueſtibulum ſuſtinebant, adhuc extant, præter unam, quę ad poſteriorem templi partem ſtabat: & hæc tamen non temerè perfracta eſt, ſed ea de cauſa, quam poſtea dicturi ſumus. Hoc incendium ubi accidit, ſtatim dæmonis ſacerdos in carcerem rapitur, incendij authorem indicare coactus: qui ubi non habuit quem accuſaret, intortis cubitis, multis flagris

K uapulauit, in ſublime raptus, ac latera undiq; cæſus. quāquam ne ſic quidē ex eo quicquam didicere: reiq; huius euētus ſimilis erat, illi, qui in Chriſti reſurrectione accidit. tum enim diſpoſiti fuere milites q corpus Matth. 28
Ieſu cuſtodirent, ne qua poſſent eius diſcipuli furto illud auferre: cæterū is fuit rei ipſius euentus, ut nulla uel impudens ſpecies ijs relicta fuerit, qui reſurrectionis eius fidem eleuare, ac calumniari uellent. Atq; hic diſtrahebatur miſer ſacerdos, quò teſtificaretur factū id non diuina ira, ſed humano maleficio accidiſſe. Is tamen contortus, ac fœdè laceratus, cum neminem haberet, quem proderet, ignem è cœlo delapſum teſtatus eſt, ut maleuolis, atq; impudētibus nullus iam calumniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulò antè dicere uolentes in alium locum reiecimus, id ipſi hic tempeſtiuè dicemus. quidnam uerò id eſſe poteſt? Certè martyr noſter Babylas imperatorem eouſque terruit, ut furore ille ſuo ſuper ſederet. Neq; n. ipſum quidem ſacerdotem, eumq; quē tanto antea honore proſequebatur, tot malis tecti exuſti cauſa affecit, & immanius, q̄ fera crudelis dilaniauit (à cuius ētuorandis carnibus fortaſſe non temperaſſet, niſi res L
ea deteſtanda, omnibusq; abominabilis uiſa fuiſſet) Babylam autem, per quem dæmon os ſuum obſtruxerat, rurſus in urbem ea de cauſa tranſtulit, ut maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idē imperator ſi minus prius, hoc eſt, quo tempore uictum ſe eſſe dæmon faſſus eſt, ac certè poſt ipſum incendium omnia ſubuertiſſet, ac perdidiſſet, capſulā exuſiſſet, utrumq; item monumentum, tum quod in Daphne, tum quod in urbe erat, niſi metus in eo, q̄ ira maior fuiſſet, ac niſi eius mœſtitiæ timor imperaſſet. Solenne enim permultis eſſe uidemus, cum eos ira, ac dolor corripuerit, etiamſi affectuū eorum authores nō nanciſcantur, in obuios quoſq;, ac ſuſpectos irā effundere. Non procul autem ab hac ſuſpicione Babylas erat. Nam ſimul ut in urbem peruenit, ſtatim ignis in templū inuaſit. Sed quod dixi affectus cū affectu pugnabat, & iræ metus imperabat: mihi enim hic cogita, qualis eſſe poterat bonus ille imperator in ſuburbium aſcendens, hinc martyris monumentum ſtans M
intuitus, hinc templū exuſtum, idolum deletum, donaria abſumpta, & liberalitatis ſuæ, ac pompæ ſatanicæ memoriam omnem de medio ſublatam. Nam ut concedamus futurum fuiſſe, ut illum hæc cernentem neq; ira, neq; mœſtitia ſubire poſſet: ipſum certè decus ac riſum permultum ferre minimè potuiſſet, quin potius ſacras, impuraſq; manus in ſancti Babylæ ſacellum intendiſſet, niſi illum ea, quam antè dixi, cauſa prohibuiſſet. Neq; enim parui momenti ea res eſſe uidebatur, per quā uidelicet præciſa, ademptaq; erat, omnis gentilium fiducia, & libertas, lætitia omnis extincta, ac tāta mœroris nebula illorum animis offuſa, quanta certè offundi potuiſſet, ſi deorum ſimul omnium templa diruta, diſturbataq; fuiſſent. Ac quod rem ipſam uerbis nō attollo, ipſa hic ego lamēti, & neniæ eius, quam ciuitatis ſophiſta in dęmonem conſcripſit, uerba apponam. Sic autem habet neniæ initium: *Viri, quorum oculis æquè ac meis caligo offuſa eſt, in poſterum neque pulchram, neque amplam ciuitatem hāc uocemus.* Deinde cum nōnulla attigiſſet, diſſeruiſſetq; de Daphnes fabula (neque enim omnem illius orationem huic noſtræ inſerere tempus patitur, ne longiores, quàm par eſt, ſimus) *Perſarum*, inquit, *rex olim ciuitate hac capta, templo pepercit.* Verba porrò ipſa ſunt

A hæc: *Ille quidem ducto contra nos exercitu præſtare putauit, ſi templum integrum eſſe ſineret. ac certè ſtatuæ decor, Barbaricæ iræ præualuit. nunc autem ò Sol, ò Terra, quiſnā, uel unde hoſtis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne præſidium, & grauis, & leuis armaturæ militum, te nui ſcintilla omnia abſumpſit?* Poſtea ubi declarauit Babylam dæmone ſuperiorē fuiſſe tum, cum gentilium res uictimis, ac ſacrificijs maximè florerent: *Et noſtrū*, inquit, *templum ingens illud diluuium non diſturbauit: in fundo aūt, atq; adeò cum nubes ipſa præteriiſſet, deiectū eſt.* nimirum nubem, ac diluuium appellans imperatoris eius, qui præceſſerat, tempus. Rurſus oratione paulū prouectus id ipſum amarulētius deplorat, his uerbis: *Ad hæc cum aræ tuæ ſanguinem ſitirent ſedulus Daphnes cuſtos, uel contemptus cum eſſes, permanſiſti ò Apollo, aliquoties etiam iniuria laceſſitus, atque externo ſpoliatus ornatu, patienter tamen tuliſti. nunc uerò multis ouibus, multis item bobus ad aram tuam mactatis, poſteaquàm ſacroſanctum imperatoris os pede excepiſti, intuitus quæ prædicebas, uiſus liberatus eſſe à mortuo quodam, quem tute indicaueras malum tibi uicinum eſſe, ac tibi obſtrepere, de medio* B *ſtatim cultu ſolum uertiſti. undénam hoc tempore gloriabimur apud eos, qui memores ſunt ſacrorum, ſtatuarúmque tibi erectarum?* Quid ais lugubris decātator? ſtāne Apollo, cum nullus ei honos tribueretur, atq; adeò cum in uituperium ueniſſet, tutus Daphnes permanſit cuſtos: honore autem, ac cultu illi præſtito, ne ſuū quidem templū tueri ualuit: præſertim qui ſciret per illius caſum, ac ruinam futurum, ut in maiorē priore igniniam ipſe deueniret? Quis porrò mortuus ille, ò ſophiſta, qui deo tuo negotiū faceſsit? qualis mala iſta uicinia? hoc loci enim in beati Babylæ uirtutes cū incidiſſet, neq; poſſet dæmonis ignominiam tranſmittere, te ſimpliciter diſſimulata præterijt, teſtatus quidē dęmonē à martyre obturbari, ac premi: ſed neutiquā adiiciens, quòd cum dæmon infirmitatem ſuā adumbrare adlaboraret, eandem magis detexerit: uerùm ſimpliciter mala, inquit, uicinia liberatus eſt. quamobrem enim non apertè indicas mortuus ille quiſnā fuerit? quamobrem ſolus ipſe deo tuo negotium faceſsit? quamobrem ſolus translatus eſt? quamobrem & tute ipſum eūdem uiciniam malam appellitas? An ne quoniam dæmonis impoſturam conuicit? Atqui C
idipſum non prauí alicuius hominis opus fuerit, ſicuti neq; mortui, ſed uiuentis potius, & opus agentis, & probri, & præſidis, & patroni, & omnia pro uestra ipſorum ſalute procurantis, ſiquidem uoluiſſetis. Nam ut ne amplius uobis liceret uoſmetipſos decipere, ac dictitare dæmonem ipſum excandeſcentem, eundēq; propter intermiſſa ſacrificia expoſtulantem, tum uerò & de reliquo ſui cultu conquerentem ultrò abſceſſiſſe: nimirum hac de cauſa illum Babylas ex eo omni loco ſummouit, qui locus ei maximè omnium gratus eſſet, quemq; præ alijs tam charum haberet, ut eum etiam inhabitare non grauaretur, tum, cum nullus ei honos, nullus cultus redderetur. Tu enim primo ſtatim loco id teſtatus es: *Atque hoc ipſo in tempore cum multas oues, multas boues imperator illi immolaret.* Quo fit, ut undequaque palàm fiat dæmonē ipſum coactum, atq; à maiore potentia pulſum de Daphne deceſsiſſe. Potuiſſet quidem Babylas uel ſtatua ipſa ſtante dæmonē exigere: ſed uos nec credidiſſetis, quē admodum neq; olim, cū ab eo uinctus fuiſſet: & aſsiduo item cultu inſtaretis. Quamobrem Babylas ſtatuam primū ſtare cū permiſiſſet, hanc ipſam, tum de-

D iecit, cum maximè impietatis flamma altior ferretur. planum faciens quiſquis uincit, hūc ſic uincere oportere: non quidē iam depreſsis aduerſarijs, ſed tum maximè, cum efferuntur, ac clareſcunt. Quamobrē enim Babylas cum Daphnen tranſportaretur, imperatori tranſportationis eius authori non mandauit: ut & tē plum ſubuerteret, & dæmonis ſtatuam aliò transferret, quemadmodum arculam transferebat? quia nullum planè detrimentum ab ea ſtatua Babylas ſentiebat, neq; ei certè aduerſus dæmonem carneo auxilio opus erat: quem & tūc, & nūnc quoq; citra humanæ manus præſidium deiecit. & priorem quidem uictoriam nobis manifeſtam eſſe noluit, ſed illi os tantum modo cum obſtruxiſſet, conquieuit. Talis enim eſſe ſanctos conſtat, ut perfici modò uelint, quæ ad hominum ſalutem ſpectant, non etiam uulgo oſtentare opera hmōi per ſeipſos fieri, niſi ſicubi uſus aliquis cogat. Vſum autem rurſus eſſe dico ſeruandorum hominum curam. id quod tum uſu uenit. Cum enim ímpoſturæ dæmonis mala inualeſcerent, tum demum detecta nobis eſt uictoria, & quidem non à uictore, E
ſed ab eo ipſo, qui uictus eſt. qua ratione & teſtimonium ipſum apud hoſtes noſtros minimè ſuſpectum fuit, & Babylas, ut de ſe ipſe prędicaret, uel cum neceſſarium erat, euitauit. At uerò cum ne ſic quidem dæmonis impoſtura finem haberet, ſed rurſus qui uel ſaxis ipſis ſtupidiores erant, atq; adeò ad tam apertam ueritatem cæcutiebant, deuicti dæmonis opē implorarent. hìc neceſſe fuit ſtatuā igni deflagrare, quò per incendium & alterum item idololatriæ incendiū extingueretur. Cur tute ergo dæmonem increpas, qui affirmas illum è medio ipſo cultu ſe ſubtraxiſſe? Non ille quidē ultrò ſe ſubtraxit, quin potius exactus, eiectusq; eſt nolēs: coactusq; tum, cùm ob nidorem, ac ſacrificia manere in animo maximè haberet. Nā qui tum imperabat imperator, quaſi ob hoc unum imperaret, ut uniuerſi terrarum orbis pecudes conſumeret, ſic largiter, & affatim ad aras oues, bouesq; mactabat. qui & eouſque inſaniæ prolapſus eſt, ut multi etiam ex ijs, qui philoſophi apud illos uidērētur, coquum ipſum, & carnium cauponem, nécnō id genus artificem uocitarent. A tam opipara igitur menſa, ab hmōi nidore, ac fumo, ab his ſanguinis torrentibus F
dæmon utiq; non ſe ipſe ultrò ſubtraheret, cū idem antea abſq; his omnib⁹, quod tute nuper affirmaſti, propter eam inſaniam, qua amicam deperibat, libēs ibidem moraretur. Sed enim ſuſpēſa hìc à nobis oratione noſtra interim rurſus exaudiamus ſophiſtę huius lamēta. Miſſo enim Apolline ad Iouem his uerbis queſtus ſuos conuertit: *Quale o Iupiter lab orantis animi laxamentum perdidimus? quàm Daphnes regio tumultibus uacua erat? quāto etiam templum ipſum magis uacuū? utpote in quo natura ex ſeſe quaſi portum in portu fecerat, ambobus quidem admodum tranquillis, altero tamen maiorem tranquillitatem præſtante. quis non ibi morbum? quis non ibi timorem? quis non ibi luctum poſuiſſet? quis præterea fortunatas inſulas inibi deſideraſſet?* Quale, obſecro, laxamentū ò ſceleſte perdidimus? qui uerò templum tumultibus magis uacuū? quī item portus tranquillus? in quo tibiæ, in quo tympana, in quo crapulæ, in quo comeſſationes, in quo ebrietates? Quis, inquit, inibi morbū nō poſuiſſet? quis potius ex aſſeclis tuis morbū ibidem non contraxiſſet, etiamſi prius ſanus eſſet, morbū inquam omnium lōgè peſtilentiſsimū. Nam qui dęmonem ipſum adorat, & ad Daphnes ſa

G bulæ argumentū exaudiendū aures applicat, tum autem tantā Apollinis insaniā uidet, ut absorpta amica, loco, atq; arbori ēt nunc incubet: hic quantū secum morbū, quātam perturbationē circunfert? hoc igitur animi laxamentū, hoc portum quietū, hoc morborū defunctionem appellitas? Et quid mirum fuerit, si cōtrarijs contraria appendis? Nā qui mēte capti sunt, nullius rei naturam, ut se habet, sentiunt: quin potius cōtrariam, q̄ rei ueritas habeat, sniam ferunt. *Olympia*, inquit, *non admodum procul*. Rursus enim ad huius lamentationem reuertar, ostendens quātam Græci illi omnes, qui tum urbē incolerent, plagam accepissent, & simul ut nequaquā id æquanimiter tulisset imperator, quin potius oēm suum furorem in martyris arculam effudisset, nisi eū maior metus cohibuisset. Quid igitur ait? *Olympia iam appetunt. Conuocatura est autem panegyris ciuitates: hæ uerò aderunt Apollini sacrificandos boues agentes. Quid faciemus? quis præco, quæ buccina lachrymas non exprimet, quis Olympia festum diem esse attestabitur? cùm proximus casus luctum innexerit. Da mihi arcum, & fidiculas tragœdia*, inquit. *Ego autem dico & ma*
H *ticiny nonnihil, ut tum capiam, tum excussis arcu sagittis petam sceleris huius authorem, ò impiam audaciam? ò animam impuram? ò temerariam manum? Tityus alter aliquis hic, uel Idas Lyncei frater non magnus quidem, ut ille, neq; iaculator ut hic: uerumtamen unum hoc edoctus, ut contra deos insaniat. Aloei filios, etiamnum dijs insidias struere cogitantes morte consopiuisti ò Apollo, huic uerò ignem procul afferenti non obstamus ijt sagitta ipsius cor petens. ò dextrā malignam, o iniquum ignem. quonam primum delapsus est? quod nam mali huius exordium? Num à tecto exorsus, ad reliqua deinceps serpsit? At illius caput, ad faciem, ad phialam, ad cidarim, & talarem uestem? Vulcanus ignis arbiter non comminatus est igni huic detrimentum afferenti, cum beneficio deuinctus Apollini deberet, ob indicium olim sibi ab illo factum. sed neque Iupiter qui imbrium habenas tenet, aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum regi periclitanti pyram extinxerit. quidnam primū ad illū fari ausus, qui bellum hoc aggressus est? Vndenam audaciā tantam sumpsit? quónam modo impetum asseruauit suum, qui animi sententiam non mutauit, dei pulchritudinem reueritus?* Quousq; tandem miser, & infortunate rem ipsam intellecturus non es, qui dictitas ignem hunc humana manu immissum, quiq; delirantium ritu pugnātia inter se locutus tecum ipse digladiaris? Nam si dæmon Persarū regis tam magno exercitu stipati capta iam urbe, cæterisq; tēplis exustis, facē manu quatientis, eādemq; templo isti iamiam admoturi mentē immutauit (nam & hæc initiò statim næniæ tuæ dixisti, sic lamentatus, *Persarum regem, eius qui nunc nobiscum bellum gerit ex maioribus unum, urbem proditione captam cum exussisset, & ad Daphneā concederet idem facturus, dæmon sic immutauit ut face, quam manu teneret, abiecta Apollinem adoraret, adeò eius animum delinyt, & coercuit conspectus.* iste, inquam, dæmon si furorem illum barbaricū, & tam magnum exercitū uictor, ut tute fateris exuperare, ac periculū illud euitare potuit: (addis aūt & eundem Aloidas diis insidias struere cogitantes morte compescuisse) quo, quæso, modo, qui tanta præstare potuit, nūc nihil quicquam, quod tale foret, præstitit? q̄q̄ si aliud nihil, certè sacerdotis tam iustè dilacerati, producto facinoris authore, misereri oportuit. Et si authorem ipsum prodere per ipsum incendij tempus recusauit dæmon, saltem repræsentare tum ac dedere oportuit, aut ēt indicare tantū, si dedere non potuit, cū miser ille sacerdos suspenso corpore K latera perfoderetur cumq; rogatus incendij authorē indicare, nō haberet quem nominaret. nunc uerò ingratus, & incōsultus ministrū suū iniuria flagris affligi, ac lacerari uelut conniuentibus oculis permittit: finit itē & imperatorem post tot ac tanta sacrificia lubrio haberi. Eum enim ut insanū, ac delirum oēs riserē, cū iram suam in miserum illum effunderet. Quomodo aūt qui regis procul adhuc distantis aduentū prædixit (nam & ipsum hoc superius lamentatus es) eum qui sibi propinquus esset, ac qui se exureret non uidit? Atqui uatem illum esse uultis, & uestris quidē diis alias aliis artes, perinde ut hominibus destribuētes, illi uaticinandi peritiam acceptam tulistis, nec tamen illum tecum artem suam cōmunicare postulas. Quo pacto igitur proprias calamitates nō cognouit, cum id factum ne eum quidem qui homo sit, latuisset? At uerò fierine potuit, ut obdormiret, quo tēpore illum ignis contingeret? Sed nemo certè tam stupidus est, quin flamma corpori suo admota statim excitetur, & admouētem compescat. Reuera pueri sem per sunt Græci, senex aūt Græcus nullus. Nam cū oportet domesticam imprudentiam cōplorare, quòd uidelicet uel res ipsæ dæmonū impostura clamitēt, ipsi uos ne sic quidem ab illis deficitis, sed dedentes uos ad internecionem prostituta uestra salute ducimini pecudum ritu, quà illi uos subsequi iusserint, sesitando statuarum excidium lugentes. Tu uerò & arcum flagitas, nihil ab illo discrepans, qui hæc in tragœdia dixit. quomodo enim non aperta, ac manifesta insania fuerit, expectare ut aliquid istis armis efficias, quę ne domino quidem suo opem attulere? si enim maiorem tibi tum artem, tum experientiam uēdicas, q̄ dæmon habeat, certè haudquaquā oportebat illū absteti indoctiorē, & imbecilliorem iis in artibus, quibus in artibus illū cēteris antecellere affirmatis. qui si primis illi partibus cedis, siue iaculandi, siue uaticinandi, quī fieri potest, ut tibi persuaseris in artis particula quadam præstare ea posse, quæ ille totam artem callens pstare minimè potuit? hęc certè deridicula prorsus sunt, ac nugatoria. neq; enim ille diuinatoriæ artis quicquā habuit, neq; si habuisset, ei illa quicquā profuisset. Non enim, non inquam huius incēdij author L fuit homo, sed diuina una uirtus. causam autem postea aperiam. Sed interim non indignum fuerit perdiscere, quam ob causam Vulcanum ingratitudinis accusat, per hæc uerba: *Vulcanus autem ignis custos non cōminatus est igni isti detrimentum afferenti, cum beneficio deuinctus Apollini ob uetus indicium deberet*. Quodnā, quæso, beneficium? quódnam uetus illud indiciū intelligis? quamobrem occultas deorum tuorū præclara, & magnifica facinora? si enim beneficium indicares, nimirum Apollinem magis ingratū fuisse ostēderes. Sed te, uideo, pudet, atq; erubescis. Igitur ipsi libere res tuas aperiemus. Quódnam ergo illud beneficium? Aiunt Martem Veneris amore olim fuisse correptum, eundemq; cum Vulcanum (Veneris is maritus erat) uereretur, obseruata illius absentia ad eā accessisse, Apollinem aūt, cum illos unà commistos uidisset, ad Vulcanum adiisse, illiq; adulterium renunciasse: Vulcanum porrò re comperta, uinculis illos, sic ut erant, in lecto comprehendisse, deosq; ad turpe illud spectaculum aduocasse, ac tales quidem de illis adulterij pœnas sumpsisse. huiusmodi beneficio deuinctus Vulcanus Apollini cum deberet, postulante tempore

A tē tpe ingratum in referenda gratia fuisse ait. quid igitur admisit & Iupiter ò prædare? nam & tu hunc immanitatis insimulas, cum eum dictitas imbrium habenas tenentem noluisse aquā in flammā dimittere, præsertim qui olim Lydorū rege infelicitate pressō pyram extinxisset. Sed n. nobis quidē nō importunè Lydi regis memoriam suggessisti. Nā & illū flagitiosus hic dæmon uana spe turgidū decepit, in præsentaneū periculū coniiciēs, ac nisi humanitatē in eū suam Cyrus ostendisset, certè longè illi abfuisset Iouis auxiliū. Quapropter frustra Ioui uitio uertis, quòd filio suo Lydū antetulerit. neq; enim sibi ipsemet quo in loco i primis coleretur (Romuli ubē intelligo) fulmine tactus auxilio fuit. Cæterū audiamus & reliqua lamenti istius uerba: ita enim bellè luctū eum, qui illorū animos occupauit, intelligemus. *Viri, trahitur mihi mens ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio typum ipsum repræsentat, formæ lenitatem, colli mollici m, idq; in*
B *lapide, cingulum quo aurea tunica circa pectus sic colligebatur, ut partim subsideret, partim subsurgeret: breuiter totus dei habitus cuius iram uel feruentem non sedauisset. ut qui similis esset cantilenam occinenti & Hercule audiuit hunc olim aliquis, ut aiunt, in meridie cithara ludētem, aures beatas. cæterū cantus erat terræ laudatio, cui quidem de aureo cyatho libare mihi uidetur, quòd puellā occuluerit dehiscēs ac sese deinde contrahens. Post hæc pauca admodum ad incendium pertinentia questus, clamabat, inquit, uiator flamma erumpente, turbabatur per lucum Daphnes inquilina serdos dei, planctus autem pectorum, & ululatus ingēs per locum arboribus densum percurrens ad urbem usque uehemens, atq; horrificus pernasit. Imperatoris oculus uix somnū capere incipiens, amaro illo nuncio audito, è lecto exurrexit: ipse furore percitus, Mercuriy talaria perquirigans, ad mali istius originem indagandū pergebat, æquè intra se flagrās, ac templum ipsum trabes ferebantur. deorsum ignē deferentes, id omne, quod ignis comprehendisset, absumentes. ipsum scilicet statim Apollinem tanquàm à tecto nō admodum distantem, mox & alia musarum ornamenta, signa inibi exC *tantia, lapillorum fulgura, columnarum pulchritudinē. Vulgus autem circunstans lugebat, auxilium tamen ferre minimè ualens, id quod usu uenire solet ijs, qui de terra nau fragium spectant, quorum unum hoc supereſt auxilium, casum ipsum lachrymis prosequi. Nymphæ certè è fontibus suis egressæ ingentem luctum excitarunt, ingentem item & Iupiter haud procul considens, cuiusmodi illum uerisimile est labe factatis filij honoribus concitasse. Ingentem autem sexcentorum dæmonum in luco agentium turbæ neque sanè minorem è media urbe Calliope, præside musarum Apolline ignis iniuriam sentiente*. Postea & sub finem, ait: *Præsta te mihi talem Apollo, qualē te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaretur, ira plenum, & nocti adsimilem. quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus, præceptum est quod colamus simulachrum, haud aliter quàm si sponsus alD quis, interim dum corollæ contexuntur, emoriatur. Et sophistæ quidem nostri lamētatio hæc fuit, seu potius partuæ quædam lamentationis partes hæ. Mihi uero succurrit admirari, qui factū est, ut ob quæ illū prę pudore se auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, ut qui Apollinem eundem intemperati, atq; obscœni iuuenis ritu per meridiem cithara personantem inducat, dicatq; illi, cantilenæ argumentum amicā esse: aures item eas beatas uocet, quibus obscœnū id carmē exaudire contigerit. Et quidē quòd nonnulli ex ijs qui Daphnen, & adiacentia Daphne loca incolunt, collachymentur, quodq; & ciuitatis princeps ipse excande D scat, ac nulla certe alia in re, q̄ in luctu ac lamentis uersetur: id uerò mirum haudquaquā fuerit. Quòd autē ipsi etiam dij eadem mentis, cōsiliq; inopia laborēt, & solum inter se lachrymentur, quodq; neq; Iupiter, neq; Calliope, neq; frequens dæmonū turba, ac ne ipsæ quidē nymphæ extinguendo incendio pares sint, sed omnes eiulatus, omnes luctus tantūmodo excitent, id profectò ridiculum admodū fuerit. Ex ijs itaque, quæ à nobis dicta sunt, magnam illos plagā accepisse liquet: etenim sophista uel in media ipsa monodia apertè professus est illos ad uiuum, quod dicitur, sauciatos. Id quod certè neutiquam leuiter tulisset imperator, nisi illū maior metus, ac formido distuisset. Cæterū tempus iam appetere puto, ut ostēdamus tum cur deus iram suam non in imperatorē, sed in dæmonē conuertit: tum cur factū est, ut ignis totū templum nō absumpserit, sed templi tecto statim dissipato correptū simulacrum improbarit, atq; refutarit. neq; enim ea temerè, neq; sine causa contigerunt, sed ab ea dei benignitate, qua errātes homines tueri E solet facta fuere. qui enim res oēs, etiam anteq̄ enascantur, nouit, is & hoc item unà cū alijs nouerat, futurum, ut si fulmen contra imperatorē contorsisset, qui præsentes rem spectassent, temporario quodā timore percellerentur, altero aūt, & tertio uertente anno, rei eius memoria deperiret, multiq; miraculo fidē minimè haberent. Sin autem templū flamma correptum fuisset, fore, ut ea res quouis buccinatore clarius non ijs modò, qui tum superstites erāt, sed & posteris quoq; omnibus dei iram enūciaret, ut ijs quoq; qui impudentes esse, ac factū id occultare uellēt, omnis calumniandi ansa esset prærepta. quisquis enim in rem præsentem uenit, quasi nuper contigerit incendium, sic animo afficitur: idemq; horrore quodā perculsus, cœlum contuitus, statim dei opt. max. incēdij eius authoris gloriam, ac uirtutem laudibus effert. Vt enim si quis primarij cuiusdā latronis perfracta supernè spelunca, ac latibulo, uinctū illum extraxerit, tum eiusdem supellectile omni ablata, locum illum feris, ac monedulis receptaculum esse siuerit, postea quisquis latibulum hmōi fuerit ingressus, simul ut locorum deuastationes, ac direptiones cōtemplatus fuerit, statim secum animo concipit, ac reputat, qualis F fuerit, qui locū illum prius inhabitaret: ita & hic usuenit. Procul enim colūnas quis intuitus, postea ubi accessit, ac templi limen supergressus est, effingit sibi dæmonis abominationem, fraudem, insidias, ac deiram, atq; fortitudinē admiratus, ita demum de loco eo decedit. sic quæ prius domus erroris, & blasphemiæ fuerat, nunc diuinæ gloriæ hymnis decantandæ argumentū est, tam ingeniosus, tamq; industrius est deus noster. Atq; hæc quidē nec inopinata non nunc primum, sed iam inde à superioribus seculis magno ille miraculo edere solet. Omnia porrò recensere, temporis huius non est: cōmemorabimus tamen factum quoddam huius perquā simile. Prælio olim in Palæ- 1. Re. 4. c. stina à Iudæis contra alienigenas quosdam facto, ui- & 5. a ctoria potiti hostes, captam dei arcam, tanquàm exuuias, & opimū quoddam spolium suo cuidam idolo, (huic nomen erat Dagon) donarij loco consecrarūt: ea porrò in idoli eius templum perlata, statim idoli statua delapsa in caput iacebat. Vbi autem diuinę uirturis robur hac ruina illi minimè agnoscentes, idolum deintegrò excitatum in sede sua collocarunt, po-

G stridie sub auroræ tempus eò cũ accessissent, uiderũt nõ iam collapsum idolũ, sed prorsus diffractũ. Huius enim manus ab humeris auulsæ unà cũ pedibus ad
Gen. 19.c templi limen exilierant, reliqua idoli parte, & ea quoque diuulsa, aliò dispersa. Et Sodomorũ item tellus, ut parua magnis conferamus, hac ratione unà cũ ipsis incolis incendio absumpta, sterilis facta est, ut nõ solũ qui id temporis superstites essent, sed & posteri ité omnes locorũ uastitate admoniti, continentiores
I uiuerent. si enim ad homines solos suppliciũ peruasisset, futurum erat, ut factum id postea ab alijs minimè crederetur: propterea locus ipse plagam accepit, qui tempore prorogari potest, quicq; & subsequentia omnia secula admonet, lege cautũ esse, ut qui similia cõmiserint peccata, ij similes pœnas luant etiamsi in præsentia id nõ fiat. id quod & in templi huius incendio accidisse uidemus. Ecce. n. iã uicesimus eo eo annus agitur, nec tamen ædificij ab igne relicti pars ulla deleta est: sed quæ partes flammas euaserunt, eę solidè, ac firmiter stant, suntq; etiam nunc sic ualidæ, ut uel ad centenos, ducentenosq; & multò item plures annos
H durare possint. Id uerò qui mirũ uideri debet, si ex colũnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solũ deciderit? Columnarũ enim earum, quæ ad posteriorẽ templi partem erant, una tantũ tum perfracta, ne ea quidẽ corruit, sed à sua sede mota, ad murũ dum caderet inclinata, sic mansit. Cuius quidem colũnæ partes sunt duæ, quarum altera à basi ad sectionem obliquè muro incubuit, altera à sectione eadem ad capitulũ supina constitit, & ea ab inferiori parte suffulta. quanquã autem & uenti uehementes loco illi sæpe incubuere, & terræmotibus crebris tellus fuit concussa: ignis tamen reliquiæ inconcussæ manserunt, quæ ipsæ firmiter stant, propemodũ clamitantes, sese ad posteriorũ emendationem asseruatas esse. Et quidem quòd templum ipsum totũ non conflagrarit, hãc dicere possis causam esse: quòd aũt imperator fulmine percussus non fuerit, aliam, si quæsieris, causam reperies, ex eodem bonitatis, & benignitatis dei fonte manantem. Propterea enim deus ignem ab imperatoris capite defendit, eundemq; in tẽpli tectũ eiaculatus est', ut alieno ille malo edoctus, pœnam sibi reseruatam effugeret, pœnitentia compunctus, & errore liberatus. Illi enim hoc neq; solum, neq; primũ uirtutis suæ signũ Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso nõ inferiora. Nam & patruus eius, & quæstor ærarius, sic, ut dixi uterq; uitã finientes, præterea & fames in urbẽ statim unà cum ipso inuadens, & aquarum penuria nunquã antè uisa, q̃ ab eo sacrificia in ipsis fontibus facta fuissent, & multa præterea alia, tum ea, quę in ipsius castris, tum ea quæ in urbibus euenerunt, hmõi certè fuere, ut uel saxeam animã flectere possent, non ob id quidẽ quòd permulta essent, neq; ob id, quòd omnia pariter ederentur, ac deinceps, & post ipsa statim scelera perpetrata, ut quondam Aegyptiorum regis tempore: sed quòd quæ edebantur miracula per sese talia erant, ut ad eorum qui ea cernerent emendationem aliud alio non egeret, uerùm illorum unumquodque hoc ipsum per se præstare posset. Nam ut cętera prætermittã, quem tandem, qui idem nõ admodum stupidus esset, nõ perterrefecisset editum ad ueteris templi Hierosolymitani fundamenta miraculũ? id porrò cuiusmodi fuit? Tyrannus cum uideret per omnes imperij sui fines Christi fidem esse diffusam, eandemq; iam ad Persas usq;, aliosq; remotiores Barbaros, atq; adeò ultra etiam illos peruasisse, breuiter K
omnem eam, quam Sol radijs suis lustrat, regionem occupare, cruciabatur animo, atq; angebatur, apparabatq; sese ad gerendum contra Christianorũ conuentus bellum infelix, ut qui ignoraret se cõtra stimulum calces. Ac primum quidem Hierosolymitanum templũ Christi uirtute solo æquatum excitare conabatur, & Iudæorũ res q̃q̃ Græcus homo procurabat, uirtutis Christi periculũ inde facere uolens. Hic uocatis ad se Iudæis quibusdam, iisq; sacrificare iussis (nã & illorum maiores dicebat hunc religionis ritum obseruare solitos) ubi Iudęi iidem eò confugerunt, ut dicerent, fas sibi nequaquã esse, id templo collapso extra ueterẽ metropolim facere, iubet illos pecunia de regali thesauro sumpta, suppeditatisq; ijs omnibus, q̃ ad opus necessaria forẽt, abire, templum instaurare, & ad pristinam sacrorũ consuetudinem redire. Tum illi dementes planè, à matrisq; utero errantes, atq; ad canos usq; eruditione indigentes discesserunt, imperatoris mandato pariturí. At simul ut ædificaturi sossiliam humum euacuare cœperunt, statim è fundamẽtis ignis exilijt, quo oẽs pariter absumpti fuere. Quæ L
res imperatori ut renunciata fuit, neq; ulterius insaniã suam promouere conatus est, metu enim detinebatur: neq; tamen dæmonum errore (quorum tyrannide prorsus premebatur) liberari uoluit. Ac tum quidem supersedebat. Cæterũ non ita multo pòst tempore ad id genus leuitatis redijt, templũ quidem non iam ædificare audẽs, aliunde autem paruulis prælijs, ac uelitationibus nos petens: aperto enim marte nos adoriri tum differebat: primum, atq; præcipuè, quòd persuasus planè esset, frustra se id tentaturum, deinde quòd nullã nobis ansam relinquere uolebat, per quã martyrij corona redimiri possemus. Ferre enim haud quaquã poterat, idq; illi quauis calamitate indignius erat, siquis in medium productus pro ueritate uel ad mortẽ usq; tormenta sustineret: usqueadeo ex animo inimicitias se nostras suscepisse declarabat. nouerat enim, nouerat inquam apertè, futurũ, ut si id ipse attẽtasset, omnes pro Christi nomine suas animas prodere rent. Proinde uafer, & callidus cum esset, quos intelligebat ob peccatum aliquod Christianorum conuentuum principibus pœnas dedisse, & à præfectura, quã M
gererent amotos, eos omneis liberos esse siuit: hoc modo pessimis quibusq; licentiam largiens, ecclesiæ leges subuertens, deniq; omnes inter se committens. fore enim sperabat, ut postea minore negotio debellarẽtur, si prius bello inter se conflictati fuissent. quin etiam quendam, huic Stephano nomen erat, tum ob doctrinæ peruersitatem, tum ob uitæ improbitatem ab ecclesiastico principatu amotũ, iubet de integro magisterii sedem occupare: atq; adeò Christianũ nomen tunc ut extingueretur, quoad eius poterat, elaborabat, Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans, tum principes ut idem facitarent adhortans. Inter media autem ea signa, quæ per famem atque siccitatem euenisse recensui, à sua ipse impudentia, ac duritia minimè desistebat. Idem contra Persas bellum susceperus, tanto cum fastu cum descendisset, ut si omnem Barbarorum gentem deleturus esset, identidem nobis comminabatur, cũ diceret omneis se, post suum à Persis reditum, funditus perditurum. hoc enim bellum sibi esse Persico grauius, atque adeò oportere minore illo confecto, tum demum ad hoc quod maius foret descendere. & hęc

A quidem nobis nunciabant qui illi à consiliis erant. Aestuans porrò ira aduersum nos ad maiorẽ quotidie insaniam sublatus, in eadem nunq̃ sententia persistebat, sed priore illo cõsilio posito, rursus nobis persecutionem minabatur. Cæterũ cum illum deus inhibere, atq; intumescentẽ sedare uellet, edidit rursus signum hoc in Daphne, igni in templũ immisso. hic uerò ne sic quidẽ furore suo supersedit. quin potius summa depopulandi nostri cupiditate cũ disrumperetur, ne ad id quidem tẽpus, quod minitatus fuerat, sibi tẽ perauit: sed Euphratem traiecturus, militũ suorũ animos probabat, ac paucos quosdam adulatione cum corrupissẽt, quos suę uoluntati repugnantes inuenit, nequaquã exauthorauit, ueritus si eos à reliquorum cœtu segregasset, ne copias suas cõtra Persas debiliores redderet. Quis nobis hic quæ subsecuta sunt enarrabit? quæ quidẽ iis mulrò terribiliora sunt, quæ tum in eremo, tum in mari, tum in Aegypto acciderunt
Exo. 14. quo tpe Pharao ille sensu carẽs plectebatur, & qui cũ eo erant omnes submergebantur. Quemadmodum enim tum, postea q̃ Aegyptius ob nullũ calamitatis
B genus cõcedere, ac melior fieri uoluit, illum tandem deus unà cũ suo exercitu perdidit: sic & nũc postea q̃ ad omnia dei miracula imperator hic impudẽter cõstitit, nihil fructus inde percipere uolens, animumq; inemendatũ ad omnia afferens, hunc ipsum deus idẽ extremis malis inuoluit, ut quoniam aliorũ calamitatibus edoctus ad frugẽ bonam redire non sustinuit, eius suppliciis meliores alii euaderent. Qui epim plures militũ myriadas secũ duxerat, q̃ ullus unquã ante ipsum imperator, quicq; Persidem oẽm per incursionem, ac sine puluere, quod aiunt, capturũ se sperauerat: huic sic infeliciter, ac miserabiliter res succesit, ut fœminarũ potius, ac puerulorũ, q̃ uirorum exercitũ illum secum habuisse dicas. Primũ enim imprudentia sua in tantã illos necessitatẽ adegit, ut equinis carnibus uescerentur, ac partim fame, partim siti absumpti perirẽt: quasi enim in Persarũ gratiam copias ageret, neq; illos capere, quin potius suos illis prodere studeret, sic eos in locorũ difficultates quasdã cõclusit, ac tantũ non uinctos hosti tradidit. Enimuero calamitatum earũ genus omne nullus possit, ne ex iis qui
C dẽ, qui illas uiderunt, expertiq; sunt, recensere. ita oẽm modum exuperarũt. Sed ut summatim dicamus, illo turpiter, ac miserabiliter mortuo (alii enim illũ uolũt à lixa quodã terũ indignitatẽ non ferente percussum interiisse: alii aũt, ne uidisse quidẽ se, à quo interfectus ille sit, sed fuisse tantũmodo percussum dicunt, rogasq; sicq; ut in Cilicią, inibi sepeliendus, portaretur, ubi etiã nunc iacet) illo, inquã, tam turpiter mortuo, cũ uiderent milites in extremo sese uitæ periculo cõstitutos, cũ hostibus pepigerũt: quibus cũ iureiurãdo recepissent, abscessuros se à loco locorũ omnium tutissimo, eodemq; regionis nostræ tanq̃ muro quodam inexpugnabili, Barbaros humanos erga se nacti, ita euasere runt, atq; è multis pauci reuerterũt, & ipsi affectis admodum corporibus, erubescentes ob fœdera cũ hostibus pacta, coacti ueró illis per iusiurandũ paternis bonis cedere. Hic uidere erat spectaculũ qualibet captiuitate miserabilius. nam urbis illius ciues à quibus gratiã aliquã expectabant, quòd suos oẽs intus muri instar in portu collocarant, pro oĩbus semper ad omnia pericula obiecti, ab iis hostilia omnia passi sunt, propriis domibus, atq; agris relictis solũ uertere coacti, & à maiorũ suorũ possessionibus auulsi: & quidẽ eam iniuriã à suis acceperũt. hunc nos fructũ ab egre D
gii istius imperatoris operibus percepimus. Hæc porrò temerè à nobis dicta non sunt, sed ut satisfactũ iis esset, qui quęrerent, cur nõ antea deus de imperatore pœnas sumpsit. Illũ. n. rabie percitum sępenumero reprimere uoluit, ne impetu ulterius procederet, & aliorũ malorũ exemplo emendare: uerũ ubi restitit, extremis illũ malis obiecit, iustam quidẽ peccatorũ eius retributionẽ in magnũ illũ iudicii diem reiiciens: præsenti aũt pœna supiniores excitãs, & castigans. Talis est. n. dei lenitas, ut qui eadẽ nõ rectè utũtur, eos grauiore pœna afficiat. quæ quemadmodũ resipiscentibus utilis, ita & obstinatis, ac peruicacib⁹ maioris supplicii occasio esse solet. Quòd si dixeris, quid? nonne præuiderat deus fore ut tyrannus hic nunq̃ emẽdaretur? huic ita respondebimus: præuiderat quidẽ, sed tamen ob id quod malitiã nostrã prospiciat, officiũ ille suum nõ intermittit: quin potius, etiamsi eius nõ admittamus admonitionẽ, clementiã tamen in nos suã præstat, qui si postea i grauiora ẽt nos peccata impingimus, id certè nõ iam eo authore euenit, qui nõ propterea lenis, longanimisq; est, ut pereamus, sed ut ser- E
uemur potius: uerũ nobis authoribus fit, qui in illius immensam tolerantiã iniurij sumus. Sic aũt & insinitã suã in nos benignitatẽ ostendit. quoties enim recusamus ab eius prolixa lenitate adiuuari, tum illi in aliorũ usum eam uertit, nusquã non clementiã erga nos suam simul & prouidentiam, solertiamq; prodens. Id quod tum præstitum est. Et tyrannus quidẽ in hunc, quem dixi, modũ è uiuis decesit. Rabiei aũt eius, ac beati Babylæ uirtutis argumẽta extant, & templũ, & martyrii monumentũ: illud desolatũ, hoc eandẽ quã prius efficaciam retinens. Cuius capsula non ultrà refertur, deo rem sic dispensante, quò posteris testationi sint præclara Babylæ eiusdẽ facinora. Quisquis. n. eò aliunde accedit martyrẽ requirens, hũc ubi ab eo loco abesse uidet, statim causam scisciatur, neq; prius de loco decedit, q̃ oẽm eam historiã perdoctus fuerit. sic & dum ad Daphnes locũ accedit, & rursus ab eodem dum decedit, fructũ maximũ percipit. Ea est martyrum uirtus & uiuẽtium, & mortuorũ, & ad loca illa, uel illa adeuntium, & rursus ab eisdem aliò migrantiũ. Etenim ab initio ad sinẽ usq; Babylæ nostri F
præclara facinora continua quasi serie copulata fuere. Rem, quæso, animo lustra. dei leges ab iniuria uindicauit, pro occiso pœnas sumpsit. qua ex re planum fecit, quanto inter se interuallo sacerdotiũ, & regnum disideant. mundi fastum omnẽ dissoluit: uitæ huius opinionem conculcauit. Reges docuit nihil ultra modum ipsis à deo datum potestatẽ promouere. sacerdotibus planũ fecit, ut principatui huic præesse oporteat. Atq; hæc quidẽ, & his item longè plura etiamnũ uiuens præstitit. Vbi aũt hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit, gentilium impostură coarguit, uaticicij deliramenta detexit, personam eius contriuit, simulationẽ omnibus denudauit, ac patefecit: eum, qui in ea dominari uideretur, obmutescere cogens, ac magna uehementia opprimens. hodie quoq; tẽpli parietes recti stant, oĩbus quasi prædicãtes quã dæmonis impudentiam, risum, imbecillitatẽ, quã martyris coronas, uictoriã, uirtutẽ. Ea sanè est sanctorum fortitudo, tam inexpugnabilis, & terrifica tum regibus, tum dæmonibus, tum ipsi etiam dæmonum principi.

FINIS.

G REVERENDO IOANNI BELlaio Episcopo Parisiorum Germanus Brixius.

Go, antistes optime, quum me intelligerem iāpridem in gre tuo esse, cogitarēq́, quo potissimum munusculo, ex iis opibus sumpto, quæ in cēsu meo in primis essent, possem tibi non dico cōtracta noīa dissoluere (qui.n. id possim?) sed probatū saltem, ac testatū facere, quæ tu mihi olim beneficia largiter cōtulisses, ea te homini, si minus merito, at neq; īgrato, neque immemori contulisse, mihi cōmodum Chrysostomus meus (meū hic appello, in cuius.s.lectione studia nunc nostra oīa sunt) de imenso eloquentiæ ac doctrinæ suę thesauro suppeditat, qđ tibi maximè oīum cō ueniens munus offerā. Liber est ut breuis, ita certè elegans, ut sunt authoris illius scripta oīa, in quo quidē uerum monachum, eūq;, qui cū pietatis Christianæ amore sacrarū literarū studia coniunxit, cū mūdi huios principibus cōsert, ostendens interim illius felicitate principū, diuitū, ac nobilium quorūuis felicitatē longè esse inferiorem. Quē ego libellū quū è Græco in Latinum uertissem, tibi non ēpo modò, & Parisiorū ēpo, sed & uarijs monachorum cœnobijs pręfecto nuncupare, ac pp te in hoīum manus emittere placuit, ut habeāt, q uerè monachi sunt (quos multos hodie esse nō ambigimus, ex tot ordinis illius sodalitijs grauissimū, nō cuiusliber, sed Chrysostomi, hoc est, authoris & eloquētissimi & sanctissimi testimoniū, id se uitę genus instituisse, quod non tm nō suppudendū, suppœnitendūq; sed magnificiendū, & uel sūmorum quorumq; regū amplitudini, ac splēdori antepo nendū sint, possintq; iidē quasi ad trutinam quandā, eamq; iustissimā digne felicitatem suā appendere, metiri, agnoscere. Te itaque, pōtifex dignissime, nō modò hortor, ut libellū ipsum per intermittentiū istorū negotiorum interualla legendū in manus sumas, uerum ēt ad eos omneis, qui in illis tuis cœnobijs degunt, monasticā, quā dixi, uitam professi, multis exēplaribus mittēdū cures. Sic.n. intelligēt te, uel in maximis istis occupationibus, qbus tu diebus ac noctibus, p rep. distringeris, à Francisco Rege, inter eos perpaucos adlectus, quos ille in sanctioris, secretioris q; consilij sui album adscriptos esse uoluit: sic, in quam, sic intelligent illi, te pastorem suum, id per etiam tempus, quo præsentia tua, per publicas istas curas, frui non possunt, sui curam, ac studiū adeò non abiecisse, ut ipsos etiam summopere cupias, sic ad uirtutis, ac religionis Christianæ cultum compositos esse, ut ad eam tandem aspirare felicitatem possint, quam illis diuus Ioannes Chrysostomus in hac solùm, sed in ea quoque, quæ nos post obitum manet, uita, promissam esse elegantissimo hoc libello pronunciat. Vale, & hoc tibi ueluti animi erga te mei pignus, ac monumentum habe, donec maiori tecum munere agens, benignitatis tuæ erga me prolixitatem, si non aliqua, at aliqua tamen parte remunerer. Ex Bertocuriano nostro, Calend. Ianuarijs. M. D. XXXIII.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, LIBELLVS, IN QVO CONFERT EVM QVI IN VERISSIMA AG *Christiana philosophia uitam degit monasticam, cum summo quoq; mundi huius principe. Germano Brixio Altisiodorensi interprete.*

Go cum intuear ex hominibus complures quæ bona esse uidentur, eà maiori & amore, & admiratione sectari, q̄ quæ natura ac uerissime bona sunt: necessarium esse reor, breui oratione de utrisque hic agere, & componere inter se tum quæ uulgò neglectui sunt, tum quæ magno mortales studio sequuntur, ut utrorunq; differētiam edocti, illa quidem ut seria, ac salutaria magni faciamus, hæc autem tanquam nihili æstimanda cōtemnere discamus. Igitur magnopere expetuntur diuitiæ, principatus, imperium, gloria, ac beatos quidem uulgus eos ducit, qui gētium principes sunt, qui splendidis uehiculis feruntur, qui præconum clamorem, ac satellitium magnū assequuntur. Contrà, philosophantium uita, & eorum qui solitariæ uitæ instituendum delegerunt, despicabilis est: atq; illi quidē dum foras prodeunt, ad sese contuendos populum ipsum cōuertunt: hi aūt si cubi apparuerint, nullius oculos, aut certè perpaucorum ad sui spectaculum trahunt & præterea horum nullus simili s esse concupiscat: illorum contra, nemo non quanquam principatum quærere, gentis alicuius imperio potiri, arduum sanè ac supra uulgarium hominum uires: ac quorum animis imperij amor incesit, ijs magna pecunia opus. solitariam uerò uitam eligere, dei cultui uitam suam mancipare

A mancipare, æquè omnibus procliue ac facile. Adde quòd principatus possessio unà cum uita hac desinit, seu uerius dicam, uituos etiam sui amatores destituit: ut taceam hic multos olim extitisse, quos magnū in periculum, uel certè magnā in ignominiam conecit. At solitudo iustos hac in uita bonis multis quū repleuerit, à uitæ exitu hilares ac ludibundos ad dei & seruatoris tribunal ducit, quo potissimum tempore, eorum, qui impio functi fuerint, bonā partem magnas peccatorum in uita admissorum pœnas luere uideas. Agè itaq; contendentes inter se tum philosophiæ bona, tum ea quæ hac in uita principatus ac gloriæ bona esse uidentur, utrorunq; bonorum discrepantiam perdiscamus: sic enim collata apertiora fient, qn potius, si placet, ipsum bonorum fastigium (regnum intelligo) cum philosophia comparantes, utriusque possessionis fructus contemplemur, diligēter edocti, quibus rex, quibus rursus philosophus imperet. Rex igitur urbium, regionum, tum multarum gentium præfecturam gerit, prætores, prop̄rętores, exercitus, populos, senatus suo unius nutu agens. at uero qui se ip
B se totum deo dedit, solitariámque uitā elegit, iræ, inuidiæ, auaritiæ, uoluptati, cæterisque animi morbis imperat, assiduè speculās, ac meditās, quémnam in modum non cōmittat, ut suum animum obscœnis affectibus non subijciat, neu amaræ tyrānidi ratio inseruiat, sed supra res humanas omneis cogitationē semper erectam habeat, dei timorē animi morbis præficiens. Huiusmodi igitur imperiū rex, huiusmodi item principatum monachus adeptus est: ut iustius quidem hunc regē uoces, q̄ eum, qui purpura indutus, ac corona ornatus splēdescit, throno in aureo sessitans. Nam is demum uerè rex est, qui ītā, qui inuidiam, qui uoluptatem cohibens, omnia sub dei leges agit, mentem liberā seruans, neq; patiens uoluptatum dominationem animo suo imperitare. Talem equidē regem libens uiderem & populis, & terræ, & mari, & ciuitatibus, & exercitibus iura dantem. Quisquis enim animi affectibus rationē magistram prętecerit, is paruo admodum negotio & hominibus unà cum diuinis legibus præfici possit, ut eundem patris loco subditi habeant, cū omni mansuetudine ciuitatibus consuetu-
C dinis suæ copiam faciētem. Qui uero hominibus imperare quū uideatur, iræ tamen, auaritiæ, uoluptatibus seruit: hic primum subditis suis ridiculus uideri possit, hoc ipso, quòd coronā quidem gestat gēmis, auróq; intertextam, temperātiæ uero corona minimè insignis est. & purpureo quidem paludamento toto corpore fulget, animū autem inornatū habet. Deinde idem hic ne administrandi quidem imperij scientiam habiturus est. Qui enim sibi ipse imperare nescit, hic quo tādem modo alios legibus regere potuerit? Quid si id belli genus, quod uterque sibi peculiariter gerendū sumpsit, spectare uolueris, inuenies hūc cum dæmonibus depugnantē, eundémque & supantem, & uincentem, & à Christo coronam capiētem: utpote qui ad pugnam accedat diuino sustētatus auxilio, cœlestibus armis communitus, ut necesse quidem sit uictoriam ab ipsius partibus stare, quum interim regem illū cum Barbaris bellantem cernas: quanto autem hoibus dæmones terribiliores sunt, tanto splendidior est, qui hos superat, eo, qui illos uincit. Quòd si utriusq; belli causam perdiscere cupis, magnā prosecto inæqualitatem reperies. Alter enim pro pietate, ac dei cultu cum dęmonibus bellum gerit, uel urbes, uel uicos ab errore asserere desiderās: alter ue o cum D Barbaris digladiatur, pro locis, finibus, opibúsue raptis, illum auaritia, atque adeo iniusti principatus ambitione ad pugnam prouocante: ubi certè pleriq; plerunque reges maiora quum appetiuissent, iam parta amisere. Itaque tū principatus, tum ipsa bellorum genera arguunt, eousque inter se discrepare & regem, & eum qui uitæ suæ studiū dei cultui addixit. sed tamen eosdem illos exactè utique pernoscas, si ad utriusque uitam, quotidianaq; gesta examinanda descenderis. Reuera enim hunc inuenias cū prophetis uersantem, Pauli sapientia animum exornantem, assiduè à Mose ad Esaiam, ab Esaia ad Ioannem, à Ioanne ad alium quempiam transeuntem. At regem assidua centurionum, proprętorū, & speculatorum consuetudine abtentem. Porrò autem natura comparatum esse uidemus, ut cum quibus assiduè quis uersātur, horū mores similes habeat. Itaque qui solitarius uiuit, is aīum suum ad Apostolorū, & prophetarum mores conformat. At rex ad mores ducum, scutatorum, satel tum, hominum uino seruientium, uoluptatibus indulgentium, bonam diei partem in potu conterētium, deni- E que nullius rei necessariæ, aut honestæ scientiā, uino impediente, callentiū. Hac ergo ratione monasticam uitam conuenit ea beatiorem dicere, quę principatu, quæ regno, quę sceptris cōstat. Quòd si & noctis tempus examinare uoluerimus, monachum quidem uidebimus dei optimi cultu, ac precibus insignē multo ante gallinaceos tēpore canentem, angelis conuictoribus utentem, cū deo colloquentem, cœlestibus bonis fruentem. Eū uero qui multis gentibus, multis populis, atque exercitibus præest, quique terra ac mari latè imperat, in lecto distentū, ac stertentem. Ille quidem cibis iis alitur, qui altum ab eo somnū min mè exigant: hunc autē deliciæ consopiunt & potus, eundem in lectulo in ipsum usq; diem detinens. Iam monacho & uestis & mēsa moderata, & conuictores eiusdem uirtutis æmuli. At regē necesse est, & lapillis, & auro, superbū esse, mensamq; extruere splendidam, tum conuictoribus uti, si quidem imprudēs ille fuerit, suæ stoliditate dignis: sin autem mentem habeat, temperánsq; sit, probis fortasse, & iustis, sed tamē uirtute iis, quos antè dixi, longè inferioribus: ita rex ut philoso- F phiæ deditus sit, tamen ne tantillū quidem ad monachi uirtutem propius accedere queat. Etenim in itineribus faciendis, subditis grauis est, præterea & urbem habitans, & pace fruens, & bello operam dās, tum tributa exigens, tum exercitus conficiens, tum captiuos agens, & dū uictor, & dū uictus est, subditos proprijs malis replet. uictor quidē intolerabilis est, uictoria sese uenditans, ac sibi placens, tum militibus præbēs licentiam rapiendi, deprędādi, uiatores iniuria afficiendi, urbes obsidione cingendi, pauperum domos depopulandi, ab iis, à quibus excepti fuerint, ea quotidie exigendi, quæ nulla lex permittit, idq; per causam priscæ alicuius cōsuetudinis iniquæ & iniustæ. Quum interim illum nescio quem per huiusmodi mala rex minimè lædit, sed de paupertate tantum malè meretur: perinde quasi uerè ille diuites uereatur. At uero non sic monachus, qui simul ut conspectus fuerit, statim tam diuitibus quàm pauperibus donū aliquod afferens, utrisque ęquè munificū se præstat, uno tantum amictu ad uitæ suæ institutum conformi utens, tum aquam libentius bibens, quàm uinum, quanuis admirabile: pro se quidē nullam neq; paruā, neq; ma-

Gnam à diuitibus gratiam postulãs: pro indigentibus autem tum multas, tũ continuas, eąsque utrąq; conducentes, hoc est, tam iis qui largiuntur, quàm iis, qui accepturi sunt. Sic fit, ut communem ille agat medicum diuitum iuxta, & inopum, illos peccatis liberans per bonã admonitionem, hos ab indigentia eximẽs. At rex tributa dum minus grauia esse iubet, diuitibus magis, quàm pauperibus utile est. Idem dum contra facit, paucarum facultatum dominos lædit. nam diuiti tenuem admodum iacturã attulerit tributorum acerbitas: at eadem pauperũ domos tanquã torrens distrahit, fletu complens uicos. quum interim, neque senectus iis miserabilis est, qui tributa exigunt, neque mulierum uiduitas, necq; liberorum orbitas. quinimo proteruiendi finem nullum illi faciunt, cõmunes quidam regionis hostes, quæ tellus nequaquã tulit, ea ab agricolis exigentes. Agè uero & illud insuper examinemus, quãnã in parte monachus, qua contra in parte rex subditis beneficus sit. Igitur hic quidem aurum largitur, ille uero spiritus gratiam. præterea idem hic dum bonus est, paupertatem soluit: ille autẽ animas
H dæmonum tyrãnide oppressas precibus liberat. ac si quis fortè huiusmodi calamitate afflictetur, is regem tanquam statuã præterit, ad monachorum uero habitaculum cõfugit, quasi qui cõspecti lupi timore ad uenatorem gladiũ manu gestantem fuga contendit. etenim quod uenatori gladius, id preces sunt monacho. neque sanè sic lupos gladius, ut dæmonas iusto rum preces terrent. Itaque non nos modo ad sanctos monachos, dum rei usus postulat, cõfugimus, sed uel reges ipsi ad eosdem in tẽporibus formidandis, haud aliter quàm famis tempore mendicantes ad diuitum domos cõfugiunt. Nõnne Achaab Iudæorum rex per
3.reg.18g famem, & annonæ caritatem, in Eliæ precibus spem posuit suam? Nõnne Ochozias illud idem imperium,
4.reg.1.a b illum eundem principatũ obtinens, æger, ac iamiam moriturus, instantem sibi mortem quum uideret, ad eundem prophetam cõfugit, tanquam morte potenlb.dẽ.3.b tiorem, ac uitæ largitorẽ? Atqui bello erumpente, Palæstinaque in tãtum adducta periculum, ut funditus excidenda esset, Iudæorũ reges misso exercitu, missis peditibus, sagittarijs, eqtibus, ducibus, cẽturionibus, ad Elisæi preces se receperũt. existimabant enim dei seruum sibi multarum myriadum instar fore. Itidem
I & Ezechias rex bello Persico cõflato, iámque ciuibus
4.reg.19. d.e ipsis pro aris, ac focis in maximum pertractis periculum, ísque qui pro mœnibus starent iã trementibus, metuentibus, ac perinde cõmotis ut commoueri homines solẽt, quoties uel tonitruum, uel terræmotum omnia quatiẽtem expectant, Esaię preces multis Persarum milibus oppositus, neque sua illum spes fefellit. Nam simul ut propheta manus in cœlũ sustulit, sta-
4.re.19g tim deus sagittis è cœlo missis Persicum bellũ confecit: reges erudiens, eo se loco ipsius ministros habere debere, ut eos communes esse terræ seruatores existiment, ut hac quidẽ ratione edoceantur per iustorum exhortationes, ad omne bonum atq; humanũ opus inuitati, tum consilia reuereri, tum bonis admonitionibus locum relinquere. Proinde non ex iis solũ, quæ dixi, utriusque discrimen cognoscere licet, sed si usu uenerit & hunc & illum deturbari: hoc est, hunc quidem à uirtute destitui, illum autem regno priuari. nimirum hic paruo admodũ negotio ad se redit: ac statim per preces, per lachrymas, per mœrorem, per pauperum curam, peccatis absterſis, deintegro facilè ad pristinum principatum recurrit. At rex solio deiectus K quum fuerit, tum demum multis sanè socijs indiget, multis item armatis militibus, equis, pecunijs, pericu lis: denique salutis suæ spem in alijs sitam habet. Monachus uero salutem celeriter uolũtati suæ, studio, ac Luc.17.c sententiæ mutationi comitem habiturus est. Regnum enim cœlorum, inquit ille, in nobis est. Iam mors regi terribilis est, eadẽ philosopho minimè molesta. Eum enim qui diuitias, uoluptatem, delicias (quorum gratia uitã agitare multi cõcupiscunt) despicit, necesse est migrationẽ ad hoc orbe haud ægrè ferre. Quòd si & hunc & illum iugulari contigerit, hic quidem pro pietate pericula sibi accersit, immortalẽ ac cœlestem uitam morte suã comparãs. At rex tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, iugulatorem suum habiturus est. miserabile, idémq; horrẽdum post cędem spectaculum. Adde his quòd monachus bonorũ suo rum affectatores habiturus est æmulatores ac discipulos, bona ex parte comprecantes, ut ipsius similes euadant. At rex multos frustra in precibus sermones insumpserit, deũ rogans, ut nemo existat, qui regnum L affectet. præterea illum interficere nullus audeat, nisi siquis existimaturus est impium se in deum in futurum, si eũ sustulerit. Huic uero multi iugulatores ingruunt, tyrannidis affectatores. Quamobrem alter milites adhibet corporis sui custodes, alter urbes precibus suis tanquam muro cõmunit, neminem timẽs, quum rex perpetuo in timore, continua in cædis expectatione uiuat. secum enim circũfert auaritiam periculosam: pro qua monachus tutã præ se fert salutem: Proinde de rebus, quæ nos in præsenti uita circunsistunt, abundè mihi dixisse uideor. Quòd si & certamen futurum examinare uelimus, monachum quidem uidebimus splendidum, ac conspicuũ rapi inter nubes ad occursum Christi in aera exemplo ducis, & institutoris huius uitæ salutaris, omniũmque uirtutum. At rex, si quidem iustè & humanè imperium rexisse usus fuerit suum (hoc autem admodum rarum est) minorem salutem, minorem honorem sortietur. non enim idem, non inquam idem fuerit, bonus rex, & monachus summam in dei cultu curam ponens, sin autem malum & importunum uixisse eum constiterit, ac multis malis orbem repleuisse: quis tandem M enarrare possit calamitates eas, quas sustinere eum ui debis, igni exustum, flagellatum, cruciatum, denique ea patientem, quæ neque uerbo exprimi, neque re ipsa tolerari possunt? Hæc omnia reputantes, atque edi scentes, oportet non diuites admirari: etenim constat horum dominum ne tantillum quidem ad monachi uirtutem propius accedere. Ergo ubi conspexeris diuitem uestе ornatum, auro supbum, curru uectum, incessus magnificos incedentem, ne hominem beatum dixeris. Temporariæ enim diuitiæ & quicquid bonum esse uidetur, unà cum uita hac corrumpitur. At monachum ubi uideris singularem, humilẽ, mansuetum, quietum, pacificum, hominem æmulare, sac uideare imitator philosophiæ ipsius, sac preceris esse iusti similis. Petite enim, inquit, & dabitur uobis. Hæc enim uerè sunt Mat.7.b bona, salutaria, iusta, propter Christi benignitatem ac prudentiã: cui gloria & impiuũ per secula seculorum, Amen.

A DOMINO AMANTISSIMO, AC MERITO VENERABILI *patri Matthæo, frater Ambrosius. S.*

EXEGISTI à me iure tuo senex optime, atq; suauissime, ut exercitij causa aliqd sacrarum literarum ex Græco cõuerterem. Aiebas. n. fore optimi auspicij, si huiusce monumentis primitias studiorũ meorum consecrarem, facturumq; rem conuenientissimam uoto, & instituto meo, si non minus studij, operæ & diligentiæ in transferendis nostratis philosophiæ magistris ostẽderem, q̃ fecissent ætate nostra, hodieq; face
B rent nonnulli clariss. atq; doctiss. uiri familia res nostri in conuertendis externæ sapientię authoribus. Ego itaq; etsi uiris illis ingenio, doctrina, studio longè inferior sum, nullaq; his ratione cõferendus: nihil tñ mihi minus integrum existimaui, quàm uotis tuis, tuq; adeò rationabili deesse postulationi: negotiumq; istud transferẽdi, fretus iussione atq; authoritate tua, utinã tam fauste & feliciter, quàm promptè & obtemperãtur aggressus sum. Sed cum aliquid transferre cuperem, quod proposito nostro, & uitæ instituto maximè conduceret, opus egregium offendi beatis. Ioan. Constantinopolitani episcopi, cui Chrys. cognomen oratio aurata dedit, tres in libros distinctum. Quo in opere summus ille uir philosophiam nostram con
C tra uituperatores & derogatores oẽs, ita magnificè, tãtaq; uel orationis dignitate, uel argumentorũ ui, uel sniarum ubertate tuetur, ut omnibus posthac maledicis ora perpetuo silentio ostruxisse uideatur. Id igitur eò libẽrius conuertere instituí, quo nostris summę spei adolescentibus, atq; omnibus ubiq; monachis summo & solatio, & usui fore arbitratus sum: cũ illi causam suam animaduerterint à præstantiss. uiro ante mille annos, tãta uel cura susceptam, uel elegantia, & ubertate defensam. Præterea plurimorũ qui uitæ presentis cõmodis & uoluptatibus addicti, monasticæ uitæ instituta carpere non desinunt, hoc studio, & labore nostro, uel reprimendam audaciam, uel instruendã ignorantiam putauimus. Est. n. incredibile quantum negocij, quid molestiarũ ab eiusmodi homi nibus perpeti cogamur: quantumq; illi nobis obstrepant, siqñ illorũ liberos, aut propinquos, aut alia aliqua ex parte necessarios Christi se milites profiteri, atq; in eius sacramenta iurare cupiẽtes, in nrm cœtum admi serimus. Quod item serè monasterijs omnibus, & religiosis cõgregationibus cõtingit. Quorũ, in manus libri isti si inciderint, non-
D nihil de irrationabili furore, & inconsultissima indignatione remittẽt, & nisi fuerint penitus excordes, manus etiã fortassis dabũt, cùm uiderint se tot, & tam uarijs doctiss. uiri rationibus cõclusos & circunscriptos. Tu itaq; mi senior optime atque iucundissime, hos libros ita leges, ut ab ingenio parũ exercitato traductos memineris. In quibus siqd inconcinnius dictum offenderis, offendes
E aũt plurima, imperitiæ interpretis imputes uelim. Neque. n. tm̃ mihi arrogo, ut putem me eloquentiss. uirum pari orationis luce transferre potuisse: immo uerò non ambigo, quin illum sese longè inferiorem, in lingua nostra uideri fecerim, cùm in sua, hoc est in Græca incredibili facilitate & ubertate fluat. Quibus ego in rebus illum, si ut erat optimi officium interpretis imitari non potui, tibi in primis pater optime imputare debebis, qui immemor uiriũ nostrarum, eas q; amore potius q̃ ratione metiens, rem doctissimorum hominum ab imperito requisisti. Ego. n. cùm tuam istam iussionem mihi minimè spernendam, seu detrectandam arbitrarer, malui in me eloquentiam desiderari, q̃ fidem. Esset. n. profectò parum grati,
F & minimè officiosi animi, hmõi abs te iniunctum munus recusare, cùm Græcas ipsas, latinas q; literas, tuo potissimum beneficio & auxilio sim consecutus. Cordi uerò est, si hoc exercitationis genus gratũ tibi esse cognouero, si q; tua fuero authoritate confirmatus, gratius q; otio nostro consulueris: nonnulla etiam eiusdem uiri monumenta, sunt aũt ferè innumerabilia, simili studio, ac labore conuertere, tuoq; dicare nomini, ut hoc uel minimo officio incredibili in me amori tuo satisfaciam. ita tamen, ut pro isto qualicunque labore meo, amplissimum semper orationum tuarum munus abs te reposcit intelligas.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, EPISCOPI CONSTANTINO POLITANI, ADVERSVS VITUPERATORES VITAE MONASTICAE.

liber primus.

Ambrosio Camaldulense interprete.

VM templum illud peruetustum & percelebre, quod Hierosolymis fuerat, multis annis euersum, atq; solo adæquatum, longissima captiuitate redeuntes erigere, atq; instaurare Hebræi cuperent: tum uero feri quidam, ac Barbari, immanesq; homines, quos neque tantæ uirorum cladis miseratio ulla subierat, ex qua serò se tandem, uixq; receperant, neq; diuinæ animaduersionis metus admonuerat, quæ solet eiusmodi audaces, ac facinorosos euestigio subsequi: primùm quidem per seipsos nitebantur, cœptæ eos ædificationis studijs arcere. Cùm uerò nihil proficerent datis ad regem suum literis, in quibus ciuitatem illam defectionis, nouarumq; rerum studiosam, ac bellicis rebus assuetam appellabant, persuaserunt tandem, ut sibi eiusce impediendi ędificij facultas omnis permitteretur. Hac igitur accepta potestate, cum ingenti equitũ manu uiros adorsi interruperunt opus interim. Et elati, inquit, ea uictoria gloriabãtur iniqua, siquid sibi cordis fuisset, ingemiscere, ac lugere debuerant, nihilq; posthac eiusmodi molituros arbitrabantur: uerũ id erat profectò exordium quoddam, atq; principium eorum quæ se protinus apprehensura erant malorũ. Opus.n. illud proficiebat indies, egregioq; successu, & præclaro fine claudebatur. Tum interim illi didicerunt, ac per illos uniuersi, quòd non homines profectò oppugnare perrexerant, neq; Mithridates modò tunc, aut alius quispiam, sed quisquis omnino eis hominibus aduersus, infestusq; esse maluerit, qui boni aliquid agere instituunt, ipsum potissimum qui per illos honoratur deum oppugnare cõtendunt. Is aũt qui aduersus deum bellare instituit, clementiori fine desinere nunq; penitus ualebit, aut is qui eiusmodi est, initiò quidem facinoris, nihil fortasse patietur mali, deo illum ad pniam uocante, atq; admonente, ueluti ex quadam ebrietate resipiscere. Sin uerò in hac amentiæ suæ temeritate perstiterit, nihilq; ex tanta clementia diuinæ patientię fuerit lucratus, certè uel alijs summa conferet emolumenta, pœna sua erudiens, atq; admonens, nunq; prorsus ulla ex ratione aduersus deum pugnare instituere, quòd impossibile sit, ex celsam illam inuictamq; effugere manum: denique eiusmodi statim illos apprehensos inuoluerunt clades, quæ magnitudine sua tragœdias oës uincerent. Post.n. ingentem illam stragem, atq; innumeras cædes, quas in illos eorũ, qui tunc prohibebantur exercuere manus, madescebat altissimè cæsorũ sanguine infecta humus, lutiq; plurimum ex eo cruore gignebatur. Corporibus autem equorum, atq; hominum simul mistis, eorumq; uulneribus inuicem se tangentibus, atq; comprimentibus, tanta uerminum, tamq; incredibilis multitudo gignebatur, ut cum terra multitudine cadaueru operiretur, hæc eadem rursus uermibus absconderentur. Diceret profectò qui tunc locũ illum uidisset, nõ inferius subiecta mortuorum corpora, uerũ fontes esse quamplures, plurimis ex locis emanantes genus illud animantium, adeò omni inundatione uehementius ex putredine illa exundabat ingẽs uermiũ uis. Atq; id nõ per dies decem, aut uiginti factũ est, sed per plurimũ tẽporis. Et ea quidẽ quæ hic perpessi sunt, eiusmodi fuere: quæ uero illos in futurum manent, longè his acerbiora sunt, & diriora. Neque enim mille annis, aut decem millibus, non bis, tẽrque totidem, sed infinitis seculis, animata tunc corpora rormẽta illa, cruciatusq; sempiternos sustinebũt. Quæ qdem utraque, tũ Esaias beatissimus, tum admirabilium uisionum speculatur Ezechiel nouit. Qui eiusmodi hominũ inter se distribuentes cruciatum, alter quidem præsentis temporis, alter uerò futuri supplicia prosecuti sunt. Atq; ego horum non frustra, nec sine certa ratione modò mentionem feci. Nam profectus ad me quidam mihi admodum familiaris, nuncium attulit plenum amaritudinis, anxietatis, mœroris, atq; ingentis aduersus deum contumeliæ. Quosdam.n. esse homines, qui hodieq; ferè eadem, ac prorsus simillima Barbaris illa facinora audẽrẽt, quin multò quoq; immaniora. Eos.n. qui ad philosophiam hortari pergunt, undiq; exagitare, expellere, exterminare, eisq; sub ingentibus minis interdicere, ne quid omnino tale unquam aut loqui, aut docere aliquem præsumant. Hæc ego cùm audissem, uehementer commotus exclamaui protinus, eumq; qui ista prosecutus fuerat, solicitè, ac iugi interrogatione compellabam, ludone, ut fæpe fit, an seriò ista loquerẽtur? Minimè uerò, inquit ille. Nunq.n. ioco ista confingerem, aut loquerer, quæ plurimi redemissem, uotisq; omnibus exoptauissem, ne nunc quidem quando facta sunt uel sola aure percipere. Tum uerò summo dolore affectus, atq; acrius ingemiscens: ista, inq, profectò tanto sceleratiora eis sunt, quę Mithridates, illiq; omnes peccauerunt, quantò templum hoc nostrum illo est purius, honestius, sanctius. Sed qui nam isti, quæso te, aut unde sunt, qui talia præsumunt? Vt quid quàue ex causa, uel ad quem finem respicientes, lapides in sublime iaciunt, telaq; in cœlum iaculantur atq; aduersus deum pacis pugnare contendunt? Sameas.n. & Pharatei, & Assyriorũ principes, omnesq; reliqui & Barbari erant, quod ex ipsis nominibus manifestum est, & longè alijs q̃ Iudæi moribus degebãt: nolebantq; uicinos, adiunctosq; sibi homines multiplicari, cum illorum uires fore, ut suam potentiam obscurarent atq; deijcerent, arbitrarentur. At uerò isti quãnam sibi adempta seu imminuta libertate, quãnam sublata quiete ac tranquillitate, quibusue principibus nixi tale facinus admittere ausi sunt? Illi.n. Persarum reges habuere, quorum authoritate, atq; consilio ista gerebant: at uerò nostri contraria his penitus, ut mihi quidem ipse persuadeo, & cupiunt, & optant. Itaq; uehemens me tenet hæsitatio, quòd regibus sub pietate degentibus, hæc tu tam nepharia scelera medijs in ciuitatibus fieri asseris. Quid uero, inquille, si his quoq; mirabiliora didiceris? Ipsi.n. illi qui ista peragunt, & pios se uideri uolunt, & Christianos appellari. Plurimi autẽ ex his iam ẽt initiati sunt. Audiui ego ex his quendam diabolico spiritu uehementer institutum, qui lingua sua illa iniquissima atque nepharia se à fide recessurum, & idolis immolaturum dicere auderet: dirumpi.n. se, ac penè suffocari iracundia

iracundia intuentem homines, liberos, nobiles, copijs omnibus locupletes, uitámque delicijs plenã degere ualentes, ad hanc seueritatem uitæ, duritiamq; propositi abduci, atque nolentes pertrahi. Tum ego his auditis, acerbiori atq; diriori uulnere pcussus sum, & ex hoc uno, mala iã omnia coniciẽs, orbem simul flebam uniuersum, atque ad deum ipsum conuersus dicebã: Tolle aĩam meam à me, & de necessitatibus meis erue me, & ex hac uita morti obnoxia libera me: atq; ad illũ locũ transfer, ubi nec alius aliqs quicquam eiusmodi loquetur, neque ipse loquentem audiam. Noui equidẽ, quòd hinc excedentem exteriores excipient tenebræ, ubi fletus ingẽs erit, ac stridor dentium. Verũ mihi longè iucundius & gratius est, dentes audire stridentes, q̃ ista uerba resonantes. Videns autem me ille uehementissime lugentẽ, ac animi mœrore confectum, non inquit, hæc modo tempus poscit, neq; enim his lachrymis eos qui iam perierunt, & quotidie pereunt recuperare unquã poteris, nec enim reor perniciem istam finem habituram. Magis uero quod nostræ partis munus est prouideamus diligenter, quatenus rogum istum extinguamus, finémque pesti tam immani statuamus. Quòd si mihi morẽ gerere uolueris, his fletibus omissis, literis tuis eos omnes admonebis, qui eiusmodi sunt, quiq; cõtra suam, cunctorumq; simul hominum salutem seditionis turbines excitant. Atq; ego hoc assumpto libro medicaminis cuiusdam uice eiusmodi hominibus legendum tradam. Sunt.n. mihi ex his plerique coniuncti in amicitijs, qui patienter & semel, & bis, & sæpius plegent: atque celeriter, ut certus sum, hac liberabuntur peste. Tu qdem, inquam, charitate tua uires etiam metiris nostras, mihi uero nulla ferè uis dicẽdi inest: & ea quę inesse uidetur, in hac præsertim materia uti uehementer piget. Vereor enim cũ cæteros, tum maximè gentiles omnes, quique modo sunt, & qui posthac futuri sunt, quorũ ego non segnius uitæ, morumq; negligentiam, quàm doctrinæ peruersitatẽ semper arguere, & carpere solitus, timeo ne ipsi nostra per me modo deceantur mala. Nam si qui ex illis fortè persenserint, esse apud christianos quoq; genus hominum adeo uirtuti ac philosophiæ inimicum, ut non modo eius gratia laborare negligant, uerum ne ullum quidem uerbum de his fieri sinant: nec isto saltem insaniæ furore contenti, siqs hæc consulere uel loqui perrexerit, hũc exagitent, hunc undique exturbent. Hæc, inquam, illi si compererint: uereor ne tãdem homines quidẽ nos esse existiment, sed feras, beluas, ac portẽta horrenda, humanæ formæ lineamẽtis adumbrata, dæmonesq; iniquissimos, atque naturę cõmunis inimicos: nec de his modo qui rei sunt, uerum de uniuersa gente nostra hanc profecto sentẽtiam ferent. At ille ridens, ludis ipse planè, inquit, ista dicens. Ego enim tibi tũc opportunius longè narrabo, atque comodius, téq; ista cura leuabo: quãdoquidẽ tu uereris, ne ex uerbis tuis id addiscant, quod dudum ex operibus ipsis uniuersi didicerunt. Nam uelut neqsimus aliquis spiritus omnium simul animos occuparit, atque repleuerit, percunctorum ora hę fabulæ, sermonésque uertuntur. Siue enim in forũ irruperis, eam cõtionem offendes, aspicies que uel in tabernis medicorũ, uel in qualibet urbis parte, ubi sedem habere solẽt hi, qui nihil opetari uolunt, ingentem risum ab omnibus moueri: risus autem huius, & comœdię ratio, ac materia omnis est eorum quæ aduersus sanctos uiros gesta sunt, iucunda ac festiua narratio. Vt enim generosi quidam, atq; insignes bellatores, qui multas pugnas cõsecerint, hostésque sæpius fuderint, gesta sua fortia narrare gaudent: ita & isti in suis facinoribus gestiunt, hisq; ornari se putant. Denique audies hunc dicentem: Primus ego manus in illum monachum inieci, eúmq; uerberibus affeci. Alius uero refert: at ego ante alios illius cellulam inueni. Ecõtra alius: ego uero omnibus magis iudicem aduersus illũ concitaui. Alius carcerem, carcerísque supplicia prosequitur, quódque per eorum sanctos dei traxerit, laudis in pte constituit, alius item aliud: deinde simul omnes cachinno sublato sup his gaudent, exultant, triumphãt. Atque hæc quidem in confessibus christianorum fiunt. Gẽtiles uero & hos irridẽt, & qui ab his irridentur: hos quidem quòd iniquè egerint, illos autem quòd malè affecti sunt, cunctáque prorsus quasi intestino quodam bello completa sunt: quin multo quoq; istud atrocius bellum, q̃ illud est. Nam qui bellũ illud bell auerint, quoties eius postmodũ illis in mentem uenerit, eos qui id mouerunt, authorésque fuerũt ciuilis discordiæ, maledictis omnibus infectantur, maláque illis imprecantur oia, dæmoni cuidam iniquissimo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, accepta referũt. Et ibi quidẽ tanto amplio re quisq; suffunditur pudore, quãto maius, quàm cæteri facinus aliquod admiserit. Isti autem suo scelere atque audacia se ornatos existimant. neq; idcirco tantum hoc bellũ illo sceleratius, atq; funestius est, quod aduersus sanctos & innocẽtes uiros, & qui neminem penitus iniuria lacessierint, fit: uerum quod aduersus eos fit, qui nulli nocere, aut malè facere nouerũt, pati uero tantummodo parati sunt. Tum ego, cohibe, inquam, te quęso cohibe, satis.n. eiusmodi narrationes, atq; nimium ẽt hausimus. Efficiam profecto, quę iussisti, si non omnino expirãdum fuerit, si q; uel parum uiribus resumptis, hinc abire licuerit, tu tantum nihil nobis amplius eiusmodi enarres, sed abiẽs precare, ut dissecta atque dissipata mœroris nebula momẽti aliquid, atq; adminiculi accipiam ab illo qui oppugnatur deo, in eorum qui se oppugnãt medicinam atque sanitatem. Dabit autem id penitus, quippe clementissimus cũ sit, malítque conuerti peccatores, ac uiuere, quàm emori. Sic itaq; illo à me dimisso, scribẽdi negotium hoc protinus arripui. Nempe enim si hoc tãtum malum esset, atque in eo totius rei cardo uersaretur, quòd sanẽti illi, atque admirabiles uiri traherentur, affligerentur, excruciarentur, necarentur: denique abducti ad iudicia, atq; cæsi, cæteráque id genus perpessi, quæ modo enarraui, nullúmque ex his detrimentum in eorum conuerteretur caput, qui eiusmodi facinorosi sunt, in tantum abesset, ut in his dolore aliquo, aut mœrore cõmouerer, ut etiam iucundissimè atq; ubertim riderem. Nam & infantes pueri quoties quidem sine suo piculo ferũt matres, risum illis uel copiosissimum mouent: quantóque uehemẽtiore cum iracũdia percusserint, tãto maiore illas uoluptate afficiunt, ita ut effundantur sępius, atque incuruentur, & penè dirumpãtur risu: sin uerò dum id iugiter infans, ac ualidius facit, uulneretur aliquando siue acu circa zonam tunicæ matris affixa, siue gladio materno pectoribus appenso, ferientis manum excipiente: tunc uero tunc omisso risu mater, maiore, quam is qui uulneratus fuerat, atque acriore dolore constringitur, interim quidẽ curat, fouet, atq; alligat uulnus: ex uero maximis minis, ne quid iam tale agat, inter

Gne rursus patiatur eadem. Itaq; & nos & idipsum feci-
ſsemus, ſi puerorum hanc eſſe iracundiam conſpiceremus, aut eſſe hanc infantium plagam, nec ſummam, illis perniciem inferẽtem. Quoniam uero poſt modicum, & ſi ipſi modo nõ ſentiant furore ſcilicet atque amentia precipites, ingemiſcẽt, flebunt, & lamẽtabuntur: nec eiuſmodi fletũ flebunt, cuius infantes pueri, ſed eum qui in exterioribus tenebris, igniq; inextinguibili agitur: paria item matribus faciamus, hoc tantum ab eis differẽtes, quòd nos non cum interminatione aut iniuria, uel cõtumelia, ut illę faciunt, uerum blandiſsimè, ſummaq; cum lenitate, ac mãſuetudine pueros iſtos alloquemur. Nẽpe quòd ſancti illi uiri nihil ex huiuſmodi lædantur, nihilq; oino detrimẽti patiantur, quinimo & merces illis copioſior, & fiducia maior augeatur. Si qdem futura bona adduxerimus in mediũ, atq; ex his trahere argumenta uoluerimus, affatim fortaſſe ridebitis: quippe qui eiuſmodi riſum ſemper ex inſtituto ueſtro ridere ſoleatis: his tamen, quæ ante oculos ſunt, quæ tenentur profecto creditis, etiam ſi millies ridiculoſi eſſe perſtiteritis: neque enim his fidem non habere poteritis, ne ſi uoluerit is quidẽ, rebus ipſis ita eſſe clamantibus. Neronẽ prorſus ex fama nouiſtis, uir enim impudicitia, ſceleribúsque omnibus inſignis fuit, primusq; ac ſolus in tanto imperij culmine, nouos quoſdam laſciuiæ, flagitij, atque turpitudinis modos excogitauit, exquiſiuit, inuenit. Hic itaq; Paulo beatiſsimo (uno enim, eodẽmque tempore uitam iſtam agebant) eiuſmodi ac prorſus ſimillima crimina obijciens his, quæ uos modo ſanctis uiris obijcitis. Pellicem enim eius, quam ille deperibat, atq; in delicijs habebat, cum induxiſſet fidei ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat unà inceſtum illum, impurumq; cõgreſſum declinare: hęc, inquã, ille crimina obiectans, corruptorémq; nequam, flagitioſum atq; nebulonẽ, & his ſimilia, quę uos modo perſtrepitis, Paulũ uocitans, primum qdem conie cit in uincula: cũ uero puellæ eiuſce monita, atq; conſilia dare deſineret, illi perſuadere nõ poſſet, necauit tandẽ. Quid igitur ex hoc uel detrimenti ei contigit, qui paſſus eſt mortem, uel emolumenti ei qui intulit mortẽ? Imò uero quid non emolumẽti fuit, tunc necato Paulo? qd non detrimenti necanti Neroni? Nónne ut præſentia tantũ interim loquar, alter ex his ubique per orbem terrarum canitur, atq; laudatur: alterius uero tãquam reuera corruptoris, perditiſsimique ganeonis, dæmonisq; cuiuſdam ferociſsimi nomen carpitur, probriſq; omnibus apud omnes afficitur? ea uero quæ in futurũ contingent, etſi uos minimè creditis, propter eos tamen, qui credũt, neceſſe eſt me dicere: quãquam ex his quæ coram ſunt, quæ uidẽtur, illis etiam credere debueratis. Verũ uos quoquo animo iſta acceperitis, dicẽtur à nobis, nec occultabuntur. Quæ nã ergo illa erunt? Infœlix qdem ille & miſerrimus, ſqualore, ac ſordibus obſitus, confuſionisq; caligine repletus, mœrens, triſtis, demiſſus, anxius, eò abducetur, ubi uermis immortalis eſt, ignisq; inextinguibilis. Paulus uero beatiſsimus ingenti cũ gloria, atq; confidẽtia, ad ipſum adſtabit impatoris ſolium, clariſsimo fulgore radiens, tantaq; amictus, ac tam inſigni claritate, ut angelis ipſis atq; archãgelis in nullo inferior ſit, tantamq; recipiet mercedem, quantam recipere par eſt hominem, qui pro deo, deiq; legibus, ac ſcitis, ſeipſum atq; aiam ſuam deuouerit, expoſuerit, dederit. Ita enim ſe res habet, parata quidẽ eſt his, qui ſe in rectè factis exercent, ingens præmiorum retributio: maior tamen ea ſit atq; auctior, quoties qui bona iſta operantur, etiã pericula ſubierint, neq; fuerint ulla ignominia, ullóque dedecore, quò minus id quod rectè inſtituerãt, proſequantur impediti. Nam & ſi rectè quodlibet factũ æquale ſit eíque qui ſine labore perfecerit, honores tamẽ atq; honore pares profecto nõ erunt. Nam & in bello coronatur quidẽ qui ſigna contulerit, hoſtémque fuderit: longè tamen ille glorioſius, qui & uulnera præ ſe fert, per quæ fuſi hoſtes, uictoriá que parta: Quid autem hoc de uiuentibus dico, quandoqdem & hi qui hoc tantũ dederint uirtutis indiciũ, ut in bello prælarè occumberẽt, nihilq; commodi, uel emolumenti ciuibus ſuis, aut patriæ morte ſua pepererũt, tanquam rectores & cõſeruatores ciuitatum prædicantur ubique per omnem Græciam? Quãquam uos iſta quoq; ignoratis, riſui & delicijs dediti ſemper, & uoluptatibus addicti: ſin aũt gentiles homines, nihilq; ferè ſanum ſentientes, iſtud conſpicari potuerũt, ſummisque honoribus eos proſecuti ſunt, qui pro ſe, pro patria, pro liberis ſuis mortem obierunt, nihilq; prætiterunt amplius, præter indicia beneuolentię, egregiæq; in patriam ſuam uoluntatis: quanto magis Chriſtus hoc faciet, eosq; ubiq;, qui propter ſe periclitãtur, largiſsimis, effuſiſsimisque munerũ præmijs inaltabit? Non enim ille perſecutionum tantum, aut uerberum, carceriſue, uel necis, aut cædis mercedem ſtatuit: uerum nudę quoq; cõtumeliæ, uerbiſq; iniurioſis præmia perſoluit ingẽtia. Beati enim, inquit, eritis cũ uos oderint homines, & cũ ſeparauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ ueſtrum, tanquam malũ propter filium hominis, gaudete in illa die & exultate: ecce.n. merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Si igitur & pati & audire, malè patientibus atq; audientibus præmiorũ incrementa cumulósque largitur: nõ iſtis ſanè, ſed eis qui malè & faciunt, & dicunt, uerbis ſuis dei filius conſultũ uoluit: his enim ferè etiã nocuit, mercedis illis partem maximam abſcindẽs, cauſamq; ac materiam gaudiorum, clariſsimarúmque coronarũ auferens. Quocirca hæc etiam omittere ſatius fortaſſe fuerat, ne quid inſtituti cœleſtis æmulis detrimẽti auferremus, ex qbus profecto incredibile eſt quantas, & q̃ ingentes bonorũ copias, quantúmque confidẽtiæ conſequantur. Verum, quia ſumus inuicem membra, & ſi iſti etiã oblatam gratiam ſuſcipere abnuant, minimè conuenit, ita affectis, ut nos ſumus, unius membri curam habere, alterum negligere. Nanque ſanctis illis, & ſi modo minus affligãtur, alia probitatis occaſio ſuppetat, qua & eorum uirtus eluceat, & æternis præmijs afficiãtur: iſtis uero niſi hac pugna deſtiterint, nulla iam ſalutis ſpes relinqtur. Itaq; noſtris illis omiſsis, ad uos redeo, oróque & obſecro precibus noſtris obtẽperetis, nec ultra contra uoſmetipſos, atq; in ueſtrã perniciem ferrum impellatis, neu calcitretis aduerſus ſtimulos, ne dum putatis mœrore homines afficere, ſpiritum ſanctum cõtriſtetis. Scio eqdem, & planè perſuaſum habeo, qa ſententiam hanc noſtram, atq; conſilium, & ſi non modo, certè paulo poſt probabitis atq; laudabitis. Cæterũ iſtud nunc malo uos facere, ne poſtmodum id fruſtra faciatis. Nã dies ille quidem cũ hanc uitam degeret, prophetas & leges, legiſque monita ſalubres eſſe, & deliramenta quędam exiſtimat: cũ uero uita exceſsiſſet, adeò in admiratione, atq; honore ea habuit, quæ antea uelut inania & friuola irriſerat, ut

cùm planè intelligeret, nihil ſe commodi ex eius laudibus conſequi poſſe, patriarchã orauit, ut aliquẽ ab inferis mitteret, qui ea q̃ ibi gererentur, in terris annũciaret: id. f. ueritus, ne & ipſi paterentur eadem, atq; ſcripturas interim ſacras irridentes, tunc eas admirari inciperent, cum ex ea admiratione & honore nihil emolumenti conſequi ualerent. Et certè nihil ille tale egit, quale uos. Ipſe.n. etſi nihil ex ſuis communicauit Lazaro: non tamen eos, qui id agere uellent, prohibuit, aut afflixit, aut repulit, ut modò uos facitis, Neque hinc modò illum crudelitate atq; immanitate ſuperatis, uerùm aliunde quoq;. Sicut.n. par ac ſimile ſacinus non eſt, nihil quẽpiã boni facere, & alios facere uolentes prohibere: ita profectò ſimile non eſt, cibũ carni morituræ denegare, & eũ qui philoſophię uehementiſsimã patiatur eſurię, ne ab alijs quidẽ paſci, ac recreari pmittere. Itaq; duabus ex partibus ſæuũ illũ atq; immanẽ diuitẽ crudelitate uiciſtis, quòd & alios prohibeatis famẽ reſtinguere: quodq; cum aiam ſuffocari uideatis, tãta oſtenditis immanitatis indicia, ut ne aliis quidẽ opẽ ferre uolentibus, liberè id p uos fieri liceat. Eiuſmodi ſcelus aliquãdo ludęi quoq; admittere auſi ſunt, cũ apoſtolos ne uiam ſalutis homines docerent, uehementer pterrere uellẽt: quos tamen & ipſos iniquitate tranſcenditis. Illi.n. cùm ſe palàm pro ſiterentur inimicos, uniuerſa illa gerebant: uos amicorum perſonam quandam, atq; adumbratam aſſumentes imaginem, inimicis omnibus deteriora molimini. Verberibus illi, atq; contumelijs tunc ſanctos illos uiros afflixerunt, infamiaq; & probris affecerunt, magos eos, atque ſeductores appellãtes: uerùm illos eiuſmodi cõtinuò corripuere clades, ut nulla iam penitus calamitas ſit, quæ poſsit eorum caſibus ulla ratione comparari. Itaque primi & ſoli ex omni hominũ memoria ea paſsi ſunt, q̃ modò memorabimus. Atque horũ certiſsimus prænunciator ipſe Chriſtus eſt, ſic dicens: Erit uexatio magna, qualis ab initio ſeculi nõ fuit, neque poſt erit. Igitur ea quidem omnia quæ illi paſsi ſunt, proſequi, non huius eſt tpis: pauca tamen ex multis ſtrictim breuiterq; neceſſariò dicenda ſunt. Verbis autem utar non meis, ſed Ioſephi hiſtoriographi Iudæi hominis, qui eam hiſtoriam conſcripſit diligenter. Quid ergo ait ille? Cum enarraſſet incenſum templum, cõéſque illos caſus enunciaſſet, ita intulit: Et templum quidem hoc in ſtatu erat, eorum uerò qui per ciuitatem fame occumbebant, infinita penè cadebat multitudo, atq; inenarrabiles continebat clades. Nam per unamquanq; domum, ſicubi ciborum ueſtigium ullum fortè appareret, bellum inerat, atq; aduerſum ſe inuicẽ manus conferebant, qui hactenus erant amiciſsimi, ac infelix animæ uiati cum eripiebant, ne morientibus quidem, quòd cibo indigerent, fides habebatur: ſed eos quoq; qui aiam efflabant, latrones perſcrutabantur, nequis fortè ſimulata morte cibum ſimibus occuluiſſet. Alij uerò fame inhiantes, canum inſtar rabie furentium, ſpe omni deſtituti ferebantur, amentia præcipites, atq; oſtijs impingebant, ut ebrij. Præ deſperatione aũt, & quòd aliquid ſemper inuenire ſe poſſe exiſtimarent, in eandẽ domum una hora bis terq; irrumpebant. Cuncta uerò ſubigebat dẽtibus ſæua neceſsitas, & ea quæ neſordidiſsimis quidem, & brutis animantibus uſui fuiſſent, legentes manducare ſuſtinebant. Ne cingulis quidem ipſis, atq; calceamentis poſtremò abſtinuerunt, ſcutiſq; detractæ coria mandebant. Eſca autẽ, inquit, erat fœni laceri, quod reliquum inueniri poterat. Pur gamenta item cuiuſque rei nonnulli colligentes, minimum eorum pondus atticis quatuor uẽdebant. Et quid me neceſſe eſt famis improbitatem in rebus inanimis pſequi? Opus unũ eius enarrare pergo, quod neque apud Græcos, neq; apud Barbaros contigiſſe unq̃ memoratur, dictu horrendum, atque incredibile auditu. Atque ego ne uiderer portenta confingere, calamitoſiſsimum hunc caſum libenter miſſum facerem, niſi plurimos eius haberem teſtes. Prætereaq; patriæ friuolam, & planè leuem gratiã referrem, ſi quæ rebus illa paſſa eſt, ea uerbis ſupprimere atque ſubducere hiſtoriæ conarer. Mulier quædam fuit ex his, qui ſupra Iordanẽ incolebant, Maria nomine, patre Eleazaro, caſtello Bethezo, quod ſignificat interpretatũ, domum hyſſopi, genere & diuitijs inſignis. Hæc unà cum reliqua multitudine. Hieroſolymam cõfugerat, ac ſimul obſidebatur: cuius omnem ſubſtantiam tyranni diripuerant, quam ſecum domo aſportauerat, atq; in oppidum intulerat. Cæterùm reliquias reconditorum omnes, & ſiquid eſculentum præparaſſet, ingreſſi quotidie ſatellites diripiebant. Dira autem atq; acerba indignatio ſubibat mulierẽ, ac frequẽter conuicijs, & maledictis oĩbus raptores proſequens, contra ſeipſam magis irritabat: cum uerò nullus eam, neque miſerans, neque ira concitatus occideret, ciboſq; alios inuenire laboraret, eſſetq; iam penitus difficile quicq̃ reperire, famẽſq; præterea per uiſcera & medullas ſerperet, ac fame ipſa uehementius ardens incitaret indignatio, iracundia ſimul & neceſsitate dictante conſilium, naturam ipſam uiolare proficiſcitur ſiliumque arripiẽs (erat aũt illi paruulus, & ſugens ubera) infelix, inquit, puer, cui nam te in bello, & fame, & ſeditione ſeruabo? Nempè.n. à Romanis, & ſi uixerimus, ſeruitus nos manet: anticipat autem ſeruitutem fames, inſtant ſæuiores utriſque graſſatores. Pergeigitur mihi cibus eſto, graſſatoribus furiarum tæda, omnique mortalium generi fabula, quod ſolum Iudæorum calamitatibus deeſt. Atque hæc dicens, necat ſilũque indéque illũ coquens, ipſa dimidiũ comedit, partem reliquã operiens ſeruabat. Adſunt continuè graſſatores, nephario nidore attracti, cõminantúrque, ni quod parauerat, in conſpectum daret, eam ſe ſtatim necaturos. At illa cũ partem illis bonam ſeruaſſe ſe diceret, nati reliquas aperuit: tum illos protinus horror ingens ceperat, ac mentium ſtupor, atque ad aſpectũ ipſum diriguerant, & uelut ænei defixi ſtabant. Tum illa: meus, inqt, eſt natus, iſque chariſsimus, meúmq; iſtud opus eſt. Edite, quid cunctamini? nãque & ipſa comedi: nolite fieri neque muliere molliores, neque matre miſericordiores. Quòd ſi uos reueremini, hoſtiámque meã auerſamini, ſiue opus execramini, ego quidẽ manducaui, quòdque reliquũ eſt, mihi manebit. Poſt hæc illi quidem tremẽtes exierunt: hac una tantùm in re timidiores, eámque ſolam eſcam matri concedẽtes. Tanti ſtatim ſceleris fama ciuitas tota repleta eſt, eámque cladem, adeóque miſerandum facinus ſibi qſque ante oculos ponebat, idque nõ ſecus, ac ſi ipſe admiſiſſet, abhorreſcebat. His aũt qui famè cruciabãtur, mors uotis oĩbus expetebatur, eámque ſibi nonnulli conſciſcebant: beatíque cunctorum uoce dicebantur, hi qui priuſq; eiuſmodi facinus audiſſent, aut uidiſſent, uita exceſſerant. Nec mora Romanis quoque ea calamitas annunciata eſt. Ex his autẽ partim non credebant, nonnulli rem miſeraban-

G tur, plurimi uerò in odium ipsius gentis etiam uehementius animati sunt. Hæc aût atq; his multò quoq; atrociora illi passi sunt: non modò quia Christũ crucifixerunt, sed quia postmodum apostolos ea loqui prohibebant, q̃ ad salutem nostram pertinerent.

1.Th.2.d Quod profectò beatus Paulus illis crimini dans, hæc eis pronunciauit euentura mala, dicens: Peruenit.n. sup eos ira in finẽ. Et quid hæc, inquit, ad nos? neq; n. illos à fide abducimus, neq; à prædicatione. Quid.n. quæso, fides conferet emolumenti, si uita syncera nõ fuerit & pura? Verùm.n. uos, & ista fortasis nescitis quibus nostra ferè omnia & ignota sunt, & inaudita. Itaq; uobis necessariò Christi sententias summatim numerabo: uos autem cautè & diligenter obseruate, utrúmne semper de fide ac dogmatibus disputet, proq; his tantùm supplicia decernat, nisi integra seruentur: an uero uitam ipsam quoq;, ac mores reprobos castiget aliquando. Cùm.n. in montem conscendisset, uidens innumeram circunstuentem, ac se circunstantem multitudinem, talia monita edebat: Nõ

Matt.7.c omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei.

H Ibidem. Item: Multi dicent mihi in illa die: domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nõie tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis: recedite à me, qui operamini iniquitatem, nõ noui uos. Eum uero qui audit sermones meos, & non facit, similem esse dixit homini fatuo, qui domum suã super arenã construit, eam

Ibidem.d uentis & fluminibus, & pluuijs labefactandam, ac diruendã parat. Item cùm alio in loco concionaretur:

Ibid.13.f sicut, inquit, piscatores cũ sagenam traxerint, malos pisces abijciunt: ita erit in illa die angelis eos omnes, qui peccauerint in fornacẽ iactantibus. De flagitiosis quoq;, & impuris hominibus cùm loqueretur, aie

Mar.9.g bat. Et illuc abibunt, ubi nec uermis eorum moritur,

Mat.25.a nec ignis extinguitur. Et rursum: Rex, inquit, fecit nuptias filio suo, & cũ uidisset hominem indutum uestibus sordidis, ait ad eum: Amice, qũo huc intrasti, nò habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dicit ministris suis: Ligatis eius manibus & pedibus, ejcite illum in tenebras exteriores. Impudicis ista, ut I dictum est, & flagitiosis, atq; impuris comminatur.

Ibid.26.c Virgines quoq; quæ exclusæ à sponsi thalamo fuerunt, propter crudelitatem atq; immanitatem id passæ sunt: aliq; rursus eadem ex causa erunt in ignem ęternũ, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Et hi quoq; qui frustra, & sine causa loquuntur, punientur.

Ibid.12.c Ex uerbis.n. inquit, tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Ergóne tibi uidemur inaniter, ac sine ratione uitæ nostræ cautè, timidéq; rationem habere, ejcis philosophiæ parti, q̃ mores instruit propensius studere? Minimè equidem id puto, nisi fortè Christum hæc superuacuè dixisse uelis asserere, atq; his plura etiã: neque.n hic omnis inserere uisum est. Quod nisi uererer librum prolixius extendere, & ex prophetis ipsis atq; ex beato Paulo, aliisq; apostolis ostenderem profecto, quantum studij in hac parte emendandæ uitæ, morúmq; componendorum nos deus ponere uoluit. Sed.n. hæc arbitror posse sufficere, nec ista modò omnia, sed eorum uel minimam partem. Cùm.n. deus aliquid dicit, & si non id amplius, q̃ semel dicat, ea fide ac deuotione suscipiendũ est ac si sæpissime dixerit. Quid igitur, inquit aliquis, bi qui domi residẽt, reique suæ curam gerunt non ea poterunt perficere, quæ neglecta tanta cruciatus K parũt? Vellẽ equidẽ & ipse, neque segnius q̃ uos: immo uerò multo ẽt ardentius, & frequenter optaui: ac deprecatus sum tantum leges ac iura optima in ciuitatibus ualere, ut nihil iam opus esset monasterijs, neque ad eremum confugere cuiquam necessitas insta ret. Quoniam uerò quæ suprà fuerunt infrà iam facta sunt, ipsæq; ciuitates in quibus & iudicia, & leges erãt, omni iniquitate & scelere implerę sunt: solitudo uerò philosophiæ fructus uberrimos germinat: profectò non illi in culpa sunt, qui hac procella, & turbine se eximere atque seruare cupiẽtes educunt, eisque ad quietis ac tranquillitatis portũ duces fiunt: non, inq;, isti meritò à uobis culpari debent, uerùm hi qui ciuitates singulas, adeo uirturi inuias, & inaccessas fecerunt, atque ad philosophiam penitus inutiles, ut qui salui esse cupiunt, non aliter id possint assequi, q̃ si solitudines & deserta persequantur. Dic.n. quæso te, si quis noctis medio assumpta face domum incendisset magnam: ac multitudine hominum refertam, eos

L qui intus obdormirent, insidijs appetens: utrum esse diceremus malum, atque supplicijs omnibus afficiẽdum, eúmne qui excitaret dormientes, & illis ædibus educeret, an eum qui initiò ignem illum succẽdisset, adeóque durã necessitatem, & eis ipsis, & illi qui eos educeret imposuisset? Quid aût illud, si quis uel tyranno uiolenter oppressam ciuitatem, siue alijs intestino bello, ciuilibúsque discordijs ac seditionibus languentem intuens hortaretur quos posset, atque ipsa deret, ut relicta ciuitate reciperent se ad montiũ uertices, nec persuaderet solũ, uerùm ad eam fugam ipse etiam, quæ posset, adiumenta conferret: quem ex his insimulares, quem malè de omnibus mereri diceres? eúmne qui ab his turbinibus & tẽpestatibus ad serenissimum ac trãquillissimum portum eos homines, qui in medio æstu iactarentur, abduceret: an eos qui naufragia ista ac pericula parassent? Nõ itaque uelim arbitreris meliori in statu modò res humanas esse, q̃ ciuitatẽ tyranno incubatam, uerùm longè in deterio

M ri. Neque.n. homo aliquis, sed dæmon quidam iniquissimus, tanq̃ tyrannus immanis atque atrox, cum uniuersis suis copijs ac phalange tota, uniuersum simul orbem occupans, in humanas animas grassatur. Demum inde ueluti ex arce quadam, impia & scelera ta quotidie edicta omnibus proponit, nó modò matrimonia dirimens, siue pecunias aut mittens, aut ferens, aut iniquas tantũ exercens cædes, uerùm longè his quoque grauiora atque diriora indicia tyrãnidis præ se ferens. Coniunctam.n. semel deo humanam animam, eius familiari cõtubernio subducens, atque flagitiosis immundisque satellitibus suis illudendam tradens, impuris illorũ congressibus substerni cogit: qui postq̃ eam semel assumpserint, adeò illi turpiter congreduntur, támque cõtumelioſe, quantũ credere par est nequissimos dæmones, uehementer atque immanissimè perditionem nostram atque turpitudinẽ desiderantes. Exutam.n. omnibus uirtutũ indumentis, uitiorúmque pannis obsitam, eísque sordidis, consciscis ac putridis, quibus profectò fœdior apparet, q̃ si nuda esset, familiarique sibi impudicitia, & omni flagitio respergẽtes, ac penitus inficiẽtes, illi fœdissimè omni cõtumelia illudere non desinunt: neque.n. ullam satietatem nouerunt incesti huius sceleratique concubitus. Cæterùm ut ebrij saciunt, qui cũ se multo mero ingurgitauerint, tunc maximè exardescunt,

A ac ferũtur per uitia præcipites: ita & hi quoq; tunc maximè insaniunt, eiq; & uehementius instant, & ferocius insultant, cùm illa ad omnem turpitudinem abuti cœperint, cõpungentes undiq; atq; mordẽtes, uenenaq; nequitię suæ in illam refundentes, nec prius desinentes, q̃ in suum illam habitum, formamq; transtulerunt, uel corpore absolutam uiderint. Quę nam ergo uiolenta dominatio, quæ captiuitas, q̃ uastitas, quæ seruitus, q̃nam in seruitutẽ abductio, quod bellũ, quod naufragium, quæ fames, aut pestis, quid horum denique his ulla ratione conferri possit, quin uideatur esse leuissimum? Quis adeò dirus, quis tam ferus, ac ferreus, qs ita brutus atq; inhumanus, adeoq; sine ullo misericordiæ ac doloris sensu, quin malit eiusmodi animam sic affectam contumelijs, sic undique probris lacessitam, pro uirili parte flagitiosa iniuria, sanaq; contumelia, abducere, liberare, conseruare, q̃ sic destitutam negligere, præterire, relinquere? Quòd si id esset, ut est profecto immanis animi, atq; lapidei: ubinam, quæso, illos statuemus, qui præter

B id, quod eiusmodi negligunt, aliud etiam, & quidem longè deterius scelus admittunt? Eos.n. qui parati sunt mediis se periculis constanter obijcere, nec renuunt in ipsum ferae beluae guttur manus demittere: quinimmo & fœtorem oẽm, atq; pericula subire, ut absorptas iam ac deuoratas aias ex ipsis dæmonum faucibus educant, atq; uiolenter extrahant, non tantùm non laudant, neq; amplectuntur, sed impellunt quoq; atq; perturbant undiq;. Quid ergo, inquit, aliquis, cunctine periere, qui urbes habitant, ac uitæ huius periculis iactantur, ipsisq; iam urbibus dimissis atq; desolatis, ad solitudines confugiendum erit, atq; in ipsis montium uerticibus sedes nouæ collocandę? tuq; ista iubes, ac te leg slatorem profiteris? Minimè id quidem, sed contra penitus: ut.n. superius dixi, & uellẽ, & uehementer optarem, eo nos in statu rerum, eáq; in pace degere, adeóq; tyrannidẽ malorum horum omnium destrui ac dissipari, ut non modò eis, qui in ciuitatibus degunt, nulla necessitas incũberet occupandorum atq; inhabitandorum montium: uerùm hi quoq; qui solitudines incolunt, ueluti fugitiui quidam longo postliminio securi ac tuti, pacatis re-

C bus ad ciuitates suas remeare possent. Sed quid ago? Vereor nimiũ, ne dum illos patriæ ac parentibus reddere studeo, nequissimorum dæmonũ manibus tradam, dúmq; solitudine & fuga abducere ac reuocare cupio, per me illi philosophia omni, quietisq; trãquillitate excidant. Quòd si tu mihi ciuitatum multitudines in medium adducas, hísq; putes exoratũ iri, atq; in eam sententiam traducendum, ut putem deum parciturum multitudini, nec passurum in orbem uniuersum damnationis ferre sententiam, sumptis Christi uerbis, aduersus obiectionem tuam stabo. Neque enim tam audax factum, tam nefarium facinus admittes, ut etiam aduersus eius sententiam, qui nos

Matt.7.b tunc iudicaturus est, assistas. Quid ergo ille inquit? Angusta est ianua, atq; ardua uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Sin uerò pauci sunt qui inueniunt, profectò longè pauciores erunt, qui ad summum eius peruenire possunt. Neque.n. omnes quiq; illam initio apprehenderunt, ad finem etiam profecti sunt: sed alij quidem in ipsis statim initijs, nónulli itineris medio, plurimi uerò in ipsum iam

Ibid.20. & 22.b ferè portũ inuecti, naufragium fecerunt. Rursus autẽ multos esse ait, qui uocati essent, paucos qui electi,

Cumq; itaq; Christus ampliorem quidem pereũtium D partem esse asseueret, atque in paucis salutem præsinitam dicat: quid tu pugnas aduersum me? Prorsus.n. idem facis, ac si de Noe, & de diluuio uerba nobis fa- Genes. 6. cientibus admireris, & an id fieri potuerit, ut omnes &.7. perierint, duóque tantũ uel tres homines effugerint, interrogares: his turationibus ora nostra obstruere posse te putas, perinde ac istis persuasi, non ausuri simus aduersus multitudinẽ ferre sententiam? Sed.n. id nunquam penitus efficies, nec persuadebis, ut multitudinẽ ueritati in honore præferamus. Neq; n. his quę tum contigisse memorãtur, inferiora ista sunt, uerum multo funestiora etiã atq; sceleratiora: atq; eo magis, quò gehẽnæ istis intentatur ignis, & ne sic quidem uitia arcentur, neque excidũntur. Quis.n. oro te, non fa Mat. 5.c tuum appellat fratrẽ? leue id uidetur, at igni sempiterno facit obnoxium. Quis non intẽdit impudicis ocu Ibidem. lis in mulierem? hoc autem consummatum adulterium, plenissimúmque flagitium deputatur. Is uero qui adulter est, quòd in gehẽnam ignis proiciendus E sit, omnibus profecto cõstat. Quis non deierauit? At qui istud penitus ex malo est: quod autẽ à malo est, Ibidem.f id à deo æternum parit cruciatum. Quis nunq̃ omnino amicis inuidit: Hoc uero publicanis ipsis, & gentilibus deteriores facit. Quòd autem eiusmodi effugere supplicia æterna nõ possint, ita omnibus liquet, ut nõ possit clarius. Quis furorem omnẽ, atque iracundiam ex corde depulit atque abiecit, peccatáque omnium in se delinquentium remisit? At is qui non dimiserit, quòd ęternis supplicijs adiiciendus sit, nemo qui Christum audierit, refragabitur. Quis non seruiuit Exo.21.e mammonæ? Sed qui eiusmodi seruit, Christi seruitu- Leui. 20 tem penitus abiecit: qui uero Christo seruire abnuit, b. & Nu salutem suam prorsus abnegauit. Quis occultè nulla me.12.c in aliquem maledicta coniecit? Eos sanè qui sunt eiusmodi, uetus quoq; lex concidi atq; interfici iubet. Sed enim in tantis malis, tantísque periculis, quæ nos consolatio, quod solatiũ sustentat ac recreat? Quod omnes ueluti ex signo quodam, & cõdicto per uitiorum ac flagitiorũ omnium abrupta feruntur. Misera planè consolatio, & eius quæ nunc obtinet pestis singulare documentum, argumentúmque præcipuum, quan doquidem id nobis malisque nostris solatium affert, F quod ipsum maioris mœroris, & cõplorationis materia esse debuerat. Neque enim multitudo in peccando sociorũ criminibus nos, aut pœnis liberabit. Sin autem aliquis ex his, quę modo dixmus, adducitur, ut sibi diffidat, ac penè desperet, is paulisper expectet, dũ ea dicamus, quæ his multo diriora sunt, & tũc id longè patietur amplius. Nam si iurare diabolicũ esse cõprobatur, qui iuramenta ẽt conculcant, nec periurare metuũt: qua tandem animaduersione puniendi erũt? Si fatuum appellare fratrem, gehennæ flammas attrahit, qd hi patientur, qui eum probris & contumelijs innumeris, etiam innocentem, nullásque iniurias irrogantem affligere non metuũt? Si meminisse tantummodo iniurias, omni punitione dignum iudicatur: etiam ulcisci pergere, quãtos cruciatus prometur? Verum hæc suo tempori & loco seruabimus. Vt enim alia interim omittam, hoc ipsum quod nos hæc scribere impulit, nónne uel solũ sufficit præsentis, iámque obtinentis morbi pestem indicare? Si enim peccata propria negligere, qnetiam sine dolo-
ris sensu quotidie peccare extremus malitię terminus esse pro cõfesso habetur: ubi tãdem istos nouos, no-

Guæ huius atq; iniquissimæ ferendæ legis authores stat
tuemus, qui maiori constantia, atq; fiducia fugant ac
propulsant uirtutũ magistros, q̃ faciunt malitiæ ac ui
tiorum alteri: eosq; multò amplius & uiolẽtius oppu
gnant, qui peccata emendare pergunt, q̃ qui ipsi pec
cauerunt: Immo uerò cũ illis non nisi iucundè ac libẽ
ter utantur, neq; crimineter aliquando istos uix un
quam lætius intueri possunt, quodãmodo & uerbis
ipsis & operibus clamantes atq; suadentes inhærẽdũ
esse uitijs acerrimè, atq; ad uirtutem nunq̃ accedẽdũ:
quandoquidem non modò qui propensius ei operã
dant, uerũ siqui uel liberiori eam uoce tueri audeãt,
eos omnibus incommodis afficiendos censent.

LIBER SECVNDVS, AD *gentilem atque infidelem patrem.*

Fatis quidem & ista esse poterant, quibus in
cuteretur stupor ingens, atq; horror. Quòd si
qui super his prophetæ illud nunc loquatur:
Hie.2.c Obstupuit cœlum super hoc, & exhorruit terra uehe
H mẽter. Item q̃, Stupor atq; horrenda facta sunt in ter
Ibid.5.g ra. Opportunè & hæc, & hmõi cuncta prosequetur.
Verũ id longè grauius atq; acerbius est, quòd nõ mo
dò alieni quidã, & nullo his quibus cõsulitur propin
quitatis, nullo familiaritatis iure cõiuncti, ita indignã
tur & fremunt, uerũ ipsi quoq; propinqui ac parẽtes
super his irasci didicerunt. Tametsi non sum ignarus
cõplures esse, qui patribus quidem ita affectis facilè
ignoscendũ putant, nec propterea ualde admirari di
cunt: suffocari aũt se ac penè disrumpi iracundia, cũ
uideant eos, qui neq; patres sunt, neq; amici, neq; pro
pinqui, neq; ulla penitus alia ex parte necessarij, quin
& frequenter ignoti, aduersus eos qui philosophari in
stituunt hoc ipsum pati, atq; ipsis patribus magis an
gi & dolere, eosq; qui illos hortati sunt, & ad eius ui
tæ amorem traduxerunt oppugnare, insimulare, ac
maledictis omnibus persequi. Mihi uerò longè alia
mens est. Eos enim qui nullum paterni affectus priui
legium, nullũ ius amicitiq; ac familiaritatis habẽt, alie
nis in bonis angi: nihil profectò nouum, aut mirum
uideri debet, partim inuidiæ stimulis concitatos, par
I tim malitiæ suæ, atq; uitijs aliorum perditionem sola
tio, & excusationi esse arbitrantes. Miserè id quidẽ &
infeliciter arbitrantes tamen. At uerò qui genuerunt,
qui educauerunt, qui diebus singulis natos suos pro
ficere, sibiq; ipsis & ad uirtutem, & ad gloriam præcel
lere & cupiunt, & optant: qui propterea cuncta & pa
tiuntur & faciunt, eos quadam ueluti ebrietate cor
reptos repentè mutari, angiq;, ac dolere uehemẽtius,
cũ ab se liberi ad philosophiam abducũtur: hoc pro
fectò est, quod unum omnium ego maximè admi
ror, quodq; omnia iam corrupta sint & perdita, satis
firmum & ualidum argumentũ esse duco. Hoc enim
prioribus temporibus unquam contigisse, nemo qui
possit dicere, ne tum quidem cũ latè dominaretur er
ror: ac tum quidẽ semel memoratur in Gentili & Grę
ca ciuitate, sed quam tyranni incubabant. Neque ta
men tum parentum aliquis, ut nunc, sed hi qui arcẽ
occupauerant, ne hi quidem oẽs, sed qui horum erat
flagitiosissimus: Socratem irridens, iubebat philoso
phiam tueri, atq; ad eam hortari desineret: uerùm ille
tyrannus perfidus, fæuus, atrox, & qui ad euertendã
rempublicam cuncta moliebatur, alienisq; in malis
acquiescebat & gloriabatur, cũ sciret nihil æquè, atq;
talem iussionem optimũ reipublicæ statũ posse per- K
uertere, id ausus est, quod ante illũ nemo. At hi & fi
deles, & in bene institutis ciuitatibus, ac sub optimis
legibus degentes, liberisq; suis consultũ cupientes ea
de sanctis uiris loqui audent, quæ ne tyrannus quidẽ
de his quibus dominaretur auderet, nec erubescunt.
Itaq; horum gratia magis indignandũ ac ferẽdũ mo
lestè erat, q̃ aliorum admirandũ. Idcirco & ego illos
missos faciens, istos qui in primis curam filiorum ge
runt, loquar uerius, qui curam gerere debuerant, non
aũt gerunt, leniter & summa cũ moderatione allo
quor: hoc ab illis primum bona uenia impetratum
cupiens, uti ne molestè ferant, neu indignẽtur, siquid
utile sit, quidve magis expediat illorũ liberis nos me
lius scire dixerimus, q̃ illos ipsos. Neq; enim quisq; qui
procrearit filium, quid ẽt illi conducat docere eũ po
terit, etsi eiusce instruendi uolũtas honesta nõ desit,
quã elicit à natura insitus parentũ singularis ad filios
affectus. Ad id enim edocendum diligẽter quid utile
sit, neq; procreando pater, neq; amando unquã suffi
ceret. Nam si istud concederetur, nemo hominũ cer
tè patre melius nosse atq; cõspicari posset, quidnam L
esset filio utilius: sicuti ne in amãdo quidẽ filio nemo
est, qui patrem superet, uel etiam exæquet. Quinim
mo ipsi quoq; patres ex his quæ studiosè agunt, hoc
ipsum se ignorare confitentur, cũ ad magistros du
cunt, cũ pædagogis instruendus tradunt, cùm plури
mos consilianos assumũt, quid quódnam uitæ pro
positum filio arripiendum sit, quíve delectus haben
dus, & amicè & fideliter consulant. Id aũt est item mi
rabilius, quòd dum de filijs consultant, dum familia
ri colloquio quid sentit quisq; in medium adducit, il
li nonnunquam suam irritantes aliorum sniam ratã
esse, atq; obtinere uoluerunt. Itaque ne nobis quidẽ
succenseant, neq; indignentur, si quod eorum liberis
utile futurũ sit, nos illis melius nosse dixerimus: uerũ
nisi id certa ratione constiterit, tunc accusent, tũc af
fligant, tunc probris appetant, ueluti reuera perditos
& flagitiosos, ac naturæ totius inimicos. Quonam er
go modo istud manifestũ erit, aut qua ratione scire
certius poterimus quis nam sit, qui quod utile sit pla
nè prospiciat, quísve qui prospicere quidẽ sibi uide
atur, nequaquam uerò prospiciat? Si utrorunq; ratio- M
nes pugnantium in morem ad examen iudicij descẽ
dente, atq; cõgredi cominus cogamus, permissa omni
de hisce iudicandi facultate incorruptis, integerri
misq; iudicibus. Itaque lex quidem certaminis nostri
Christianum exui ad pugnam iubet, atq; cum illo so
lummodo certare, qui sit eiusdem religionis cultor, 1.Cor.9.d
nihilq; amplius requirit à nobis. Quid.n. ad me attí
net eos etiam qui foris sunt iudicare? ait beatus Pau
lus. Verum quia sæpe contingit, ut plurimi ex his qui
ad cœlum pertrahuntur, filij gentilibus atq; infideli
bus patribus sint, quanquam lex certaminis nos con
tra huiusmodi dimicare non iubeat, sponte tamen ip
si, summaq; alacritate aduersus istos primũ pugnare
aggrediemur. Atq; utinã aduersus istos tantũ nobis
certamen indiceretur, q̃q̃ ipsum quidẽ perdifficile est, Ibid.3.d
plurimaq; habet capita. Animalis enim homo nõ per
cipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia quippe illi est.
Prorsusq; idem facimus, ac si aliquem hortari uelle
mus, ut cœleste regnum appeteret, qui antea credere
an id esset, aut quidnam esset, renuisset. Sed tamen
cùm tantis angustijs coarctatus sim: sic quoque ad
uersus istos tantum hoc mihi certamen indici uehe- J

A menter optarem. Nam si ad infidelem aliquem hic
mihi sermo instituatur, erunt mihi iura cõplura, boni
tasq; causæ adiuuabit plurimũ, etsi eã uictoriæ meæ
uoluptatẽ obscurat, & obruit magnitudo uerecũdię.
Suffundor enim uehementer, si aduersus illũ quoque
me pugnare necesse sit, uereorq; ne hoc crimen tan
tũmodo gentilis mihi possit obiicere: nã in reliquis
illũ, & quidem facilè suffragante gratia diuina capie
mus, atq; si uoluerit esse nõ ingratus, citò illum non
modò ad amorẽ huius uitæ traducemus, uerũ ad ip
sius quoq; doctrinæ, ac religionis desiderium, à qua
uita illa initium & materiam sumpsit. Tantùm uerò
abest, ut certamẽ aduersus illũ subire metuam, ut cũ
id primũ durius, atq; difficilius mea oratione consti
tuero, tum demũ pugnare aggredi istituã. Fingamus
nempe patrẽ istiusmodi nõ modò esse gentilẽ, sed no
bilem quoq;, & ultra oẽs homines locupletem, insig
nem, singulari potentia præditũ, habeat agros pluri
mos, ædes permultas, auriq; innumera talẽta: sit præ
terea clarissima patria & regia, illustrissimo genere,
B neq; habeat alios liberos, neq; habiturum speret: sed
huic soli innitatur, & ex hoc solo pendeat. Qui & ipse
sit summæ spei, eoq; ingenio, natura, industria, ut ad
imperia, & ad magistratus maturè ascẽsurus expecte
tur, patremq; ipsum & splendore, & gloria breui supe
raturus, omnibusq; uitæ cõmodis longius antè itu
rus. Tum uerò in medio tantæ spei, & expectationis
accedat aliquis ad illũ, atq; de hac ei philosophia uer
ba faciens, persuadeat ut spretis illis oibus, uestem se
rusticã induat, & relicta urbe ad montem confugiat,
ibiq; planter, inserat, riget, aquas ferat, cęteraq; mona
chorũ faciat opera, q̃ & uilia, & indigna esse uideán
tur. Incedat præterea discalceatus, & humi iacẽs quic
scat, efficiaturq; pallidus, gracilis, ac macie confectus
decorus ille adolescẽs, qui tãtis antea in delicijs & ho
noribus degebat, tantæq; spei signa præ se ferebat, ui
liusq; etiã q̃ serui sui uestiatur. Num satis multas accu
satori occasiones dedimus, satisve aduersariũ arma
uimus? Præbeamus illi alias quoq;, si satis adhuc in
structus nõ est: præter ista enim q̃ dicta sunt, omnia
moueat pater, cunctaq; moliatur, ut dissuadeat filio,
atq; ab arrepto illum instituto reuocet: sed incassum
C suadet: utpote cũ ille supra petrã collocatus sit, & flu
minibus, & pluuijs, & uentis cedere nõ norit. Lamen
tetur, & lugeat, atq; lachrymas emittat, ut indigna
tionẽ oím aduersum nos magis incẽdat. Circumeat
iugiter mœrens, afflictus, sordidatus, omnesq; pren
sans, cõtra nos hmõi accusationem cõmoueat. Filiũ
ego genui, & enutriui, ætatemq; oẽm in ærumnis cõ
triui, contra ea & gerens & patiens q̃ ex hac educatio
ne liberorũ solent accidere. Spẽ de illo optimã habui,
pædagogos accersiui, magistros obsecraui, pecunias
impendi, uigilaui sæpissimè, curam gerens ingentem,
ut q̃ ornatissimus atque eruditissimus euaderet, ut in
nullo maioribus suis esset deterior, ut oibus appa
reret illustrior & clarior. Expectabam hunc senectuti
meæ solatio, & adiumento fore, processuq; temporis
de uxore, splendidissimoq; matrimonio tractabam,
de imperio, de magistratibus, & insigni potestate co
gitare cœperam. Cũ repentè tanquã fulmen, aut pro
cella ingens, nescio qua parte irruens pretiosissimam
nauem, multisq; oneribus refertam, q̃ plurima pelagi
spatia confecerat, ac secundis uentis nauigabat, cùm
iam ad portũ propinquaret, parũ ante ipsum ostium
submersit: metumq; nõ modò extremę paupertatis, D
uerũ acerbissimæ mortis, ac perditionis eius capiti, q
ista parauerat tempestas illa sæua circundedit. Sic sic
profectò mihi nũc contigit. Nanq; execrabiles illi, fla
gitiosi, perditi nebulones (dicat enim hæc, atq; hmõi
cætera, nihil illi succensebimus) tãtæ spei filiũ senectu
tis meæ custodem, & nutritorem ueluti latrones qui
dam immanissimi mihi repentè subductũ in spelun
cas suas abduxerũt: adeoq; illũ suis carminibus excã
tauerunt, ut eligat magis aduersus ferrũ, ignẽ, bestias,
aduersus omnia deniq; fortiter, ac summa constãtia
persistere, q̃ ad priorẽ prosperitatẽ, prioresq; copias re
meare. Quodque his durius & grauius est, illi ipsi qui
hæc persuaserunt, melius se quid sit utile scire, atque
intueri profitentur, q̃ nos. Desertæ iam domus, deso
lati agri, ipsiq; agricolæ, ac serui luctu, ac mœrore ple
ni sunt, Exultant in malis meis inimici, pudoreq; ope
riuntur amici. Apud me aũt nulla snia obtineri, nisi ut
iniecto igne cuncta simul exurã, ædes, agros, armẽta
boum, greges pecorum. Quò enim mihi iam hæc uti
lia sunt, cũ ille nõ adsit, cuius usibus parata erant, cap
tiuus. s. abductus, atque apud Barbaros crudelissi
mos seruitutẽ seruiens, omni morte duriorẽ atq; acer E
biorẽ? Amictu nigro seruos oẽs operui, cunctamq; fa
miliã. Aspersi cinere capita mulierũ, choros instituí,
iusiq; dirius atq; amarius plangere, q̃ si mortuũ uidis
sem. Date ueniã hæc facienti mihi, hic mihi luctus lon
gè illo maior, diuturnior, grauior. Iam mihi ferè lux
ipsa molesta est, ipsosq; Solis radios ingratè suspicio,
Quoties enim in mentem uenerit infœlicis illius habi
tus: quoties uilissimis illis rusticis inhonestius illum
amictũ uideo, atq; ad opera uiliora conuersum: quo
ties inflexũ eius, imobileq; propositũ, utque nulli ce
dat desiderio, uror, disrumpor, distrahor. Hæc atque
eiusmodi dicens, prouoluatur ẽt audientiũ pedibus,
aspergat cinere caput, deturpetq; puluere faciem, ca
nitiem uellat, omnesq; prehendẽs oret, se ut adiuuẽt,
ac porrigant manũ. Satis puto diligenter accusatorẽ
expressimus, atq; instruximus ad cõmouẽdam audi
toribus oibus uehementem iracũdiam, & ad persua
dendum, ut eos qui horum causa sunt, per præcipitia
deiectos exterminent: atqui nos idcirco ad has supre
mas angustias oratione nostra prouecti sumus, ut cũ
is qui ita uenerit paratus, diuina gratia superatus fue F
rit, iam nemo nobis obstrepat. Cùm enim is, qui ista
omnia quæ prædixi, simul haber, cõuictus fuerit, at
que obmutuerit, & is quoq; qui omnia non simul ha
bet (neq; enim facilè cuncta ea cõuenire possunt) no
bis iam de uictoria concedet. Hic itaque & ista, & his
plura etiam loquatur. Ego in primis iudices orabo,
atque obsecro, ne modò misereantur senis huius, sed
hanc misericordiam differant in extremum, cũ illum
ostenderimus lugentem filiũ, in nullo quidem uiola
tum, nihilq; penitus perpessum mali, uerùm contra ẽt
maximis potitum bonis, eisq; tam insignibus, ut ex
cellentiora non possint reperiri. Tunc enim profectò
miseratione, & lachrymis dignus iudicandus est, cũ
nati felicitatem, secundosq; successus, ne conspicari
quidem possit: tantúmque abest, ut ea intueatur, ut
sic in maximis profectibus, tanquam in summis eius
malis lamentetur. Quodnam ergo erit nostrę oratio
nis exordium, aut unde potissimum inchoabimus?
Ab ipsis planè opibus, atque pecunijs. Nã & ipse ma
ximè omniũ hoc unũ lamentis oibus, omniq; com
ploratione prosecutus est, idque sibi uidetur esse
acerbissimum, si diuites filij pertrahantur ad hanc

G duritiã uitæ, atq; propositi. Dic ergo, quæso te utrum oẽs beatũ dicimus, atq; inodiosum, & planè felicissimũ: eúmne qui siti semper æstuat, quiq; anteq̃ priorẽ calicẽ sorbuerit, rursus alio indiget, atq; semper i hoc perseuerat statu: an eũ qui superior ea necessitate cõstitutus, sine siti semper durat, nunq̃ penitus ulla potationis necessitate cõstringitur? Nõne alius qdẽ his, qui graui febriũ ardore cruciantur, simillimus uidetur. atq; uiolentissimę necessitati addictus, etiamsi ex fontibus haurire purissimos atque uberrimos latices posit: alius uerò uera profectò libertate liber est, ueraq; sanitate sanus, ipsamq; naturã excedit humanã? Quid illud? Siquis adamaret mulierem, eiq; cõgredetur iugiter, uerũ maiore post concubitũ illũ flagraret ardore: alius uerò persisteret hac insania liber, & ne in somnijs quidẽ unquam hoc malo caperetur: quis rursus felix & beatissimus uideretur? nõne iste? Quis cõtrà infelix, & miserrimus? nõne is qui nouo hoc amore languet, qui nunq̃ posit prorsus extingui: quinimmo excogitatis quoq; remedijs magis, magisq; succẽditur? Sin aũt præter ista, quæ dicta sunt, etiam ex ipH so morbo suo se beatũ dicat, nec curet ipse, nec uelit ea necessitate liberari: quin eos quoq; lamentetur, & lugeat, qui iam ea peste liberati sunt, ut iste nũc facit: nõne hic quoq; miserabilior erit, atq; infelicior, nõ tãtùm quòd morbo illo & peste detinetur, uerũ quòd ne idipsum quidem quòd lãgueat nouit: propterea q; nec ipse liberari ualet, & eos qui iam liberati sunt, luget? Reducamus igitur hanc orationẽ nostram ad pecuniarũ possessionem, inspiciamúsq; quis re uera miser, quis infelix sit. Illis nempe amoribus iste & uehementior, & insaniæ propior est: non idcirco tantùm quòd molestiores habet faces, uerũ quòd ad excogitata quæq; solatia inflexus perdurat, durió; ex illis, atq; acerbior efficitur. Citius quippe hi qui & potum, & corpora amant, postq̃ his potiti fuerint, satietatem sument, q̃ qui diuitiarum insanis amoribus flagrant. Quocirca illos nostra oratione effingere necesse fuit, quòd non facilè sit, neq; in promptu illorũ documentum: huius aũt pestis multa possumus exẽpla afferre. Nam, quæso te, idcirco lamentaris, & luges filiũ tuũ, quòd hac tanta uesania, tãmq; desperato morbo liI ber euasit? quòd hoc irremediabili, insanóque amore caruit? quòd bello hoc, & pugna manſit immunis? At id nunq̃ passus ille fuisset, inquies, neq; plura concupiscet: uerũ his quæ haberet contẽtus, nihil inquisisset amplius. Rem quidem dicis impossibilem, ipsisq; (ut ita dixerim) naturę contrariam. Verũ si istud quoque cõcedamus fieri potuisse, ut ea esset moderatione animi, ut his quæ haberet nihil uellet adiicere, nec ullo unquam eiusmodi mœrore caperetur: ego sic quoq; illũ maiori modo in quiete ac uoluptate commorari docebo. Quid enim leuius aut tranquillius esse censebimus, tantisne, tantarúmq; rerũ curis implicari, eiusmodiq; custodię, ac seruituti obnoxium, & obstrictũ fieri, quotidiéq; solicitè metuere, nequid rei familiaris pereat: an uerò his curis, atq; uinculis omnino expediri? Nam etsi sarcinas alias non appetat, ut interim id concedamus: nõne multò melius, multóq; præstantius est, tam ipositas abiicere, q̃ ab eis ipsis opprimi? Deniq; si, ut concessum est, maximum bonũ elicitur, plurimis nõ indigere, minimísq; contentũ esse, necessitate omni cessiorẽ euadere, maioris profectò felicitatis erit. Is enim qui neq; sitit unquã, neq; amat (nihil enim me prohibet rursus ad eadem exempla redire) multò profectò beatior, multoq; glorioſior esse mõ K stratus est, nõ modò eis qui semper sitiunt, ac semper amant: sed eis quoq; qui quantũlibet parum id passi sunt, suæq; concupiscentiæ satisfecerunt, cũ ipse nunq̃ eiusmodi necessitati se subdiderit. Percontabor aute te rursus, si diuitijs ultra oẽs eminere, cũ ctisq; eis malis eximi, q̃ solent illæ parere, liceret: ergóne non increbiliter optares ea pace ac tranquillitate frui, ut non inuidiã, non calũnias, non insidias, nõ curas, nõ quicquã aliud eiusmodi ab ullo prorsus hominũ patereris, aut pati formidares? Quod si filium tuũ hæc omnia habere monstrauero, atq; longè ẽt esse ditiorem: quiesẽsne tandẽ te lamentis ac suspirijs adeò amaris cõficere, támq; duris gemitibus abstinebis? Nẽpe absolutũ eũ curis illis, ac malis rel quis quæ solent opes è uestigio subsequi, ne tu quidem ipse negabis. Idcirco nec nos ad te de ea re uerba facere necesse est. Studes aũt id magis addiscere, quónã modo ille diues sit, ac te ipso qui tam multa posides longè opulẽtior: hoc ego modo te docebo, ostendámq; te si illi cõpateris, id pati, quod illũ pati arbitraris, atq; extrema in paupertate degere. Nec modò me cœlestia bona persecL turũ putes, q̃ nobis post huius excessum uitæ redden da sunt. Ex his q̃ sunt in manibus, q̃ tenentur, te interim docebo. Nẽpe.n.tu eorũ tantũ, quæ posides dominus es: ille uerò omnium q̃ sunt in toto orbe terrarum. Sin uerò tu minus credis, agè te ad illũ adducamus, ac persuadeamus, ut de mõte descendẽs: magis aũt illic residens, alicui ex his, qui & diuites ualde, & religiosi sunt, mãdet, sibi mittat auri pondus quantũ ipse uis: siue quia istud nõ pateretur, illi uel illi indigẽti dare iubeat, uidebis diuitẽ illum sibi deuotius, alacrius, promptius obaudientẽ, q̃ faceret nutu tuo quiuis ex dispensatoribus tuis. Nã hic quidẽ cũ aliquid iubetur impẽdere, mœrens, tristis, demissus id facit: cõtrà, ille cũ non impẽderit, tunc demũ maximè trepidat, atq; anxius est, ne fortè i aliquo offenderit, quod sibi eiusmodi nihil imperetur. Atq; ego plurimos tibi possem ostendere, nõ modò ex eis qui excellentiores sunt uerũ ex humilioribus quoq;, qui tanta hac ptãte sunt prædi-
ti. Atqui tu siquidem illici tui sibi credita malè absumpserint, aliũ nõ habes à quo petas: uerũ M illorũ peruersitate ex diuite cõtinuò pauper efficeris: at filius tuus nil eiusmodi metuit. Siue.n. ille cui prius imperauerat diuitijs excidat, imperabit alteri: siue is quoq; aliquid tale passus fuerit, ad alterũ se cõuertet. Prius deniq; deficient fontiũ latices, atq; siccabũtur, q̃ qui nato tuo nõ obtẽperet imperãti. Quòd si nobis cũ in religione cõcordares, enarrassem tibi profectò multas, ac longas, nouásq; & uetereS eiusmodi historias. Verũ quia te gentilẽ profiteris, gẽtiliúmq; doctrinis acquiescis, ne hinc quidẽ exempla deerũt, audi deniq; apud Platonẽ quid ad Socratẽ loquatur Crito: Tibi quidẽ sunt meæ pecuniæ, ut equidem reor, satis multæ: sin uerò tu qd mei curã geras, idcirco te mea tibi abstinendũ censes: at hi qui adstant suã quisq; impendere parati sunt. Intulit quippe in hoc ipsum pecuniam ingentem. Simias, paratus est Cebes quoq;, alij tẽ permulti: itaque ut antea dicebã, noli ullo horum metu lassescere, tuámque salutẽ quin tuearis, negligere. Neq; uerò id quod paulò ante in iudicio dicebas, molestiã tibi ullã, aut curã pariat, quòd.s. profectus à nobis non haberes, quatenus te ipso uterere, quibuſue usui esse posses. Multis enim & alijs in locis, quocunque tu tandem proficiscare, amabunt, te atque

obseruabunt

A obseruabunt plurimi. Sin aũt uolueris & in Thessaliã pergere, sunt mihi pleriq; illic hospites, qui & te plurimi facient, & tutum esse ab omni iniuria præstabunt. Quid hac suppeditatione iucũdius dici possit, aut gratius? Verũ ista quidem, ut ad hominem seculo obnoxium sunt dicta. Quòd si subtilius atq; diligentius nati tui opes discutere uelimus, tu quidem fortasse non assequeris intellectu quæ dicimus. Ea tamen ad iudices necessaria dicenda sunt. Tantæ enim sunt uirtutis opes atq; copiæ, adeoq; quàm uestræ dulciores atq; amœniores: ut qui has habuerint, nunq̃ eas uelle possint cum uniuersa terra cõmutare, ne si illa quidẽ aurum fiat cum mari & fluminibus, & mõtibus: atq; si fieri id posset, didicisses profectò ex ipso experimẽto, quòd non iactantiæ, & leuitatis uerba loquitur: sed maiores quoq; illi, copiosioresq; diuitias negligerent ac spernerent, ut eas possent adipisci, nunquãq; prorB sus istis illas cõmutarent. Et quid ego dico, cõmutarent? Ne cum illis quidem, has habere uellent. Et certè siqui uobis una cum pecunijs uirtutis conferret opes, obtuijs eas, supinisq; manib⁹ susciperetis. Adeò ipsi quoq; eas diuitias & magnas, & admirabiles esse consitemini. Cõtrà, isti ne cum suis quidem opes uestras habere dignabũtur, adeò rem esse contemptibilẽ, ac penitus abiectam norunt, atq; hoc ipsum rursus exẽplis uestris perspicuũ faciam. Quantũ enim pecuniarum Alexandrũ Diogeni daturum putas, si quidẽ ille uoluisset accipere? Sed noluit. At ille nixibus totis contendebat, cunctaq; moliebatur, ut huius uirtutibus propius accederet. Visne aliunde quoq; & tuam inopiam, & nati tui copias cognoscere? proficiscere ad illum, eiusq; pallium quod solũ habet, illi auser. Educ item ex cellula, atq; ipsum eius tugurium destrue, ne sic quidem illũ indignantem, aut dolore aliquo com motum penitus uidebis: uerũ aget tibi gratias, idq; tãtò magis, quantò illum ad philosophiam amplius impellis. Abs te uerò siquis uel decẽ drachmas tulerit, ingemiscere, flere, lamentariq; non desinis. Quis ergo diues existimandus est, quis beatus? isne qui uel minimis mordetur, an qui mortalia cũcta simul despicit? Neq; id tantũ facias quod dixi, uerũ omni quoq; illũ prouincia deturba, uidebis lætum, hilarem, atq; ita ri
C dentem, ac se ludens pusio feriret. Te siquis uel sola patria & genitali solo exturbet, acerbissima perpessũ conquereris, neque eam calamitatem ferre poteris. Enimuero ille quippe terræ, marisq; dominus ita facilè, sicq; sine mœrore & gemitu migrabit ad alia ut facis tu cũ per agros tuos incedis, quin longè etiã facilius. Nam tibi & si per tua licenter incedis, tamen per aliena quoq; necessariò incedendum est. At uerò terram ille oẽm, ut propriam obambulat, eiq; portũ undiq; largissimum suppetunt stagna, fontes, amnes: cibum uerò & olera, & uirentes herbæ, multisq; ex locis panes aduecti suppeditat. Nondum enim id dico, quòd terram ipsam omnem aspernatur, habẽs in cœlo ciuitatem. Sin autem sibi moriendum fuerit, lętius atq; iucundius feret occubitũ, q̃ uos delicias uestras: atq; ita mori magis optabit peregrè, q̃ uos in patria & lecto. Sicq; ille erit planè uagus, fugitiuus, palabundus, qui urbem incolit, & domum habet, non qui his omnibus liber euasit. Neq; enim illũ unquam de patria poteris educere, nisi ex terra prius uniuersa propuleris. Ita enim interim loquamur. Nã ut uerissima ratione constat, tunc eum maximè in patriam reduces, cũ terra penitus deduxeris: uerùm id nõdum ad te loquemur, neq; sic agemus tecũ, qui nihil eis quæ D uidentur, amplius nosti. Neq; uerò nudum eum poteris ostendere, donec amictus fuerit uirtutis indumentis: neq; fame unquam perimes, quãdiu qui sit uerus cibus, agnouerit. Cæterum his omnibus diuites capiuntur facilè, atq; perturbantur. Itaq; ista quoque ratione non peccabit, qui hos quidẽ pauperes, ac prorsus inopes dixerit: illos uerò etiam ad omnem copiã locupletes. Nam cui cibus & potus, & domus, & requies ubiq; suppetit, nec modò in eiusmodi nõ ingemiscit, aut mœret, uerumetiam quàm uos in uestris iucundius degit: liquet prorsus eum uobis omnibus diuitibus esse ditiorem, qui ista in ædibus uestris tantùm inuenire potestis. Quocirca nec inopiã ille unquam lugebit: neq; autem ista uictus facilitate, & copia, & uoluptate tantùm diuitiæ istæ præstantiores sunt, uerùm ob hoc ipsum quoq;, quod neq; capi aduersis ullis possunt, neq; in paupertatem aliquando decidere, neq; subiectæ sunt incertis ullis casibus, neque curis aguntur, neq; liuore capiuntur, sed admirationem omnem, & laudes, ac famam præstantissimã merentur. Atqui in uobis contraria his penitus aspici E mus. Non modò enim uos non laudant diuitiarum gratia, uerũ hac maximè ex causa & oderunt, & execrantur, & inuident uobis, atq; insidiantur plurimi: hic uerò quòd ueris diuitijs beatus sit, idcirco summę admirationi omnibus est, nec propterea inuidia, uel insidijs ullis appetitur. Verùm enim quis ad sanitatẽ, & salubritatem aptior? nónne qui uirtuti studet, eisq; diuitijs beatus est agrestium instar animantium & uiuit, & uiget, ac uegeto corpusculo est: quippe qui & purissimo fruitur aẽre, & salubrerrimis undis, & pratis, & floribus, & odore integerrimo atque gratissimo: hic uerò ueluti in cœno iacens, & mollior est, & imbecillior, & morbis omnibus magis obnoxius? Sin autem in sanitate primas iste partes tenet, liquet profectò quòd & in uoluptate. Vtrũ enim tu magis existimas in delicijs degere, eúmne qui super uiridi accũbit, atque altissimo cœno ponè fontem lucidissimum sub umbra densarum, comantiumq; arborũ, oculosq; pascit obtutu, puriorem ipso cœlo, nitidioremq; animum possidens, omniumq; rerum perturbatione ac tumultu longissimè remotus: an uerò eũ F qui in ædicula inclusus manet? Profectò enim nec nitenti aẽre puriora sunt marmora, nec umbra tecti frõdeis umbris est gratior, nec lapilli ulli uel lateres pauimento uariis uestito floribus amœniores: atque horum omnium uos diuites testes estis, qui si fieri posset in ipsis tectis habere arbores cupitis, & prata, & pensiles hortos, horumq; solatia profectò malletis, quàm aurea tecta, parietesq; mirabiles. Denique quoties ex laboribus in requiem relaxare animos cupitis, his omnibus omissis, ad illa properatis: uerũ tu fortasse pro gloria quereris ingenti illa atque singulari, quasi nusquam hic locum habere uideatur. Regiam enim solitudini conferens, atque spem rei utriusque componens, è cœlo ipso filium tuum decidisse arbitraris. Id igitur in primis ostendendum ac docẽdum, ut neque solitudo faciat ignobilem, neque regia clarum & illustrem: atque antequam ad rationes uenia
mus, exemplis istis hac te suspicione liberabo, exemplisque potissimum uestris. Dionysium fortasis accepisti Siciliæ tyrannum, audisti & Platonem Aristonis filium. Quis horum igitur insignior fuit, aut clarior? quisue ubiq; canitur, ac per cunctorum ora cele-

Dionysius tyrannus. Plato.

Gbratur? Nõne philosophus tyrãno amplius? atqui ille quidem insulę totius potiebatur, atq; in delicijs degebat, ingentibus copijs, lictorũ agminibus stipatus, reliquo quoq; cũ apparatu regio diutius uixit: hic autẽ academiæ in hortis morabatur, plantans, inserens, aquas irriguas ducens, oleasq; comedens, ac uilissimam apponens mensam, omniq; splendore regij illius apparatus immunis. Quod cũ sit profectò mirabile, id omnino mirabilius est, quòd seruus effectus, atq; ad tyranni sententiam uenditus, intantũ abfuit, ut illo propterea aut abiectior appareret, aut uilior, ut ipsi quoq; tyranno ex hoc & famam, & claritudinem tradiderit. Adeò uirtus nõ ex his modò quę gesserit, sed ex eis quoq; quæ perpessa fuerit, nõ seipsam, non eos deniq; qui se affligunt permittit occultari, ac esse incelebres. Quid uero præceptor eius Socrates? Quãtò is Archelao fuit illustrior, & glorioſior? at ille plurimis opibus, ingentique gloria & splendore degebat: hic aũt morabatur in Lycio, nihilq; prẽter unum pallium habebat, quo & hyberno & æstiuo tempore, omnibusque horis anni utebatur, nudis semper pedibus incedens, ac sine cibo toto die perseuerans, panémq; tantummodo in cibum sumens, atq; is erat ei & pulmentum, & esculentum: neiſtã quidem mensam ex rebus suis, suáque ex domo apponebat, sed ab alijs accipiebat. Sicq; cum summa paupertate uitã degens, adeò rege ipso fuit illustrior, ut cùm eum ille frequenter ad se inuitaret, noluerit Lycio dimisso ad illius opes proficisci. Ex ea quoq; quæ nunc obtinet existimatione quid potius, quid excellentius sit, appareret. Nanq; horũ quidem nomina & celeberrima sunt, & plurimis nota: illorũ uerò obscura, & ferè omniḃ ignota. Diogenes uerò rursus hic alius philosophus tantò & his, & eiusmodi alijs innumeris regibus opulentior fuit, semicinctis amictus, ut cũ Alexander Philippi filius exercitum in Persas duceret, omnibus dimissis ad illum pergeret ut sendum, rogarétque cominus per seipsum ullane re indigeret, & an aliquid iuberet. Cui ille nihilo se egere respondit Num adhuc exẽplorum satis habes, an uis alia quoq; memoremus? Nempe isti non modò his, qui in regia insignes sunt, sed ipsis quoq; regibus fuere clariores, quod simplicem, quòd priuatam, quòd quietam uitam delegere, atq; nunq; ad rempublicam se cõferre uoluerunt. Sed enim in ipsa quoq; reipublicæ administratione, si diligenter inspicias, non illi eminent aut excellunt, qui diuitijs ac delicijs, re úmq; omniũ copia stipati dẽgũt: uerũ qui in paupertate, & uilitate uitam ab omni fastu alienam ducũt. Nanq; apud Athenienses Aristides ille, quem etiam mortuum sepeliuit ciuitas, Alcibiade, cũ is opibus, delicijs, generis nobilitate, orationis ui & copia, corporis specie & robore, cęteríscq; eiusmodi uinceret, tanto fuit insignior, quãtò uili aliquo pusione philosophus mirabilis. Apud Thebanos uerò Epaminondas, cũ in concionem uocaretur, ac propterea proficisci nõ ualeret, quòd uestem lauisset, nec aliam haberet qua operiri posset: cunctis, qui eò conuenerant, ducibus insignior ac spectatior fuit. Nõ ergo mihi solitudinem in medium adducas, aut regiã. Neq; enim in locis claritudo, splendor & gloria, non in uestibus, non in dignitate, non in potentia, sed in uirtute tantũ animi & philosophiæ studijs consistit. Verũ quia exempla fortasis apud te non usqueadeo uim, atq; authoritatem habent: agẽ iam ex ipso filio tuo rem istam discutiamus diligenter. Inuenimus illũ sanè non modò clariorem esse nunc, q̃ fuisset domi: uerùm ex illis ipsis rebus eam claritatem assecutum, quibus illũ tu & uilem esse, & ignobilem existimas. Nam si uis persuadebimus illi de monte descendere, atq; in forum irrumpere. Aspicies protinus totius ciuitatis in illum ora conuerti, cunctosq; inuicem sibi eũ demonstrantes, summa admiratione ac stupore, & gaudio repletos, uelut angelus aliquis de cœlo descẽderit: an parum tibi gloriæ uidetur assecutus? Certè non eis modò qui in regia uersantur, sed ipso quoq; cui diadema circunligatũ est, profectò erit illustrior, idque assequetur ob indumenta illa uilissima, atque consciſſa. Nunquã enim ita miraculo ac stupori omnibus fuisset, si uestibus operiretur auratis, si ipsam purpuram deniq;, ipsámq; gestaret capiti impositam coronam, si stratis insideret sericis aureóq; curru mulorum officio inueheretur, aurata lictorum turba comitatus: ut modò est squalore ac sordibus obsitus, crassoq; amictus indumento, nullo à latere comitatus assecla, nudisq; pedibus incedens. Regij nanq; illi apparatus & solennes sunt, & cõstituti legibus ac definiti, atq; adeò nemo regem admiratur, quòd uestẽ induat auratam. Non modò enim nõ miramur, uerũ siquis id admirans dixerit, ridemus: quippe qui nihil nouũ, nihil mirabile locutus sit. At siquis de filio tuo uerba faciat, útq; inſerit paternas opes, omnémq; seculi gloriam dederit pessum, omniq; mũdana spe celsior euaserit, atq; ad solitudines commigrans, tunica uili, consciſſa, ac putri se induerit: si hæc, inquam, ille de filio tuo prosequatur, prorsus continuò concurrẽt omnes, applaudéntq;, atq; laudabunt eius magnitudinem animi tantã, & tam illustrẽ. Contrà, cũ reges innumeris quotidie maledictis impetantur, nihil auratæ uestes quo minus id fiat, terrori sunt. tantũ abest, ut illæ eos uenerabiles reddãt. Hic aũt ex ipsis quoq; indumentis plurimas occasiones habet admirationis & laudis. Iste igitur amictus multo melius ipsum & spectatum, illustri énimq; facit, q̃ faceret regius. Siquidem ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita inductum omnes & uenerationi, & stupori habent. Verũ enim tu quid mihi, inquies, emolumenti confert opinio multorum? quid tandem hæ laudes omniũ præstant? Nempe gloria nihil aliud est: sed huius, inquies, amore nõ teneor, honores magis, & potentiã cupio. At hi qui laudãt, prorsus honorabũt quoq;: sin uero tu & potentiã & regimẽ desideras, ea nihilominus, ut priora omnia apud istos reperiemus esse p̃stantius, q̃ apud uos. atq; cũ eam rem exẽplis confirmare facilè possemus, ad eũ probationis modũ, qui te maximè solari possit, uenire malumus, huiúscq; rationis documẽta ex ipso potissimũ filio tuo inquiremus. Quod enim tu summæ potestatis argumentum esse asseris? Nõne ut possit quis & hostes, & oẽs penitus, qui sibi infesti sint, ulcisci, cũctósq; qui se beneficijs affecerint, remunerari? Atqui hanc oẽm, ne apud regẽ qdẽ inuenire poteris. Nanque & plurimos habet infestãtes inimicos, quibus uicẽ reddere nõ potest: habéréq; plurimos beneficos, quos facilè non possit munerari. Plerunq;. n. & hostes, qui se bello lacessierint, malisq; inuolueris affecerint, ulcisci cũ uehemẽter cuperet, non potuit: amicísq; itẽ qui magna in bello ostẽderũt fortitudinis ac probitatis indicia, nõ potuit paria repẽdere cũ uellet, quod illi præripti fuissent, atque in bello ipso occubuisset. Quid si hac potentia, qua ut aperta rõne demonstratũ est, ne reges qdẽ ipsi frui possunt,

Aaliam quoq; longè maiorem, atq; excellentiorem filium tuũ habere monstrauero? Atqui nemo me bona cœlestia modò dicturum putet, quibus tu nõ credis. Non adeò, quid receperim, oblitus sum: uerũ ex his, quæ hac in uita fiunt, documenta afferã. Si enim ulcisci posse inimicos, ea demũ suprema potentia censetur: multò planè erit excellentius, eiusmodi uitę statũ reperire, in quo nemo sit, qui etsi uelit, nocere possit. Nam quòd hoc illo maius sit, & excellentius, tunc magis constabit, si ad exemplũ aliud orationẽ reducamus. Dic enim quæso, quidnam esse cõmodius cẽses, quídve præstantius? reine bellicæ ita quempiam peritum esse, ut nemo qui se uulneret, inuulneratus effugiat: an eiusmodi esse corpore, quòd quantalibet quisq; machinetur, uulnerare potius nõ possit? Omnibus profectò constat hoc illo & penitus esse, & lõgè diuinius. Illud quoq; præterea adiiciendum, quòd primo illo potẽtiæ genere superius, & extremo inferius, ac medium inter utrunq; est. Quódnã uerò istud est? Etiam medicamenta nosse, per quæ uulnera deleantur omnia. Tribus ergo istis potentię modis constitu
Btis, primo quidem, ut possit quis iniurias ulcisci: Alio uerò qui & superior & dignior est, ut uulnera propria curare norit: Tertio, ut à nullo prorsus hominũ lædi possit, quod naturam penitus excedit humanam, extremum hoc filium tuũ habere monstrabimus. Atq; ne hæc uerba strepitus inanis esse uideantur, hac ipsa summa potentia rursus aliam maiorem inter quærendum inuenimus. Non modò enim nõ reperietur, qui nocere possit, sed ne qui uelit quidem. Ita duabus ex partibus ille tutus erit. Quid igitur hoc uitæ statu singularius, quid diuinius dici, aut fingi possit, i quo nemo nocere uelit: nec ſi uelit, possit? Cũ potissimũ nolle nocere non ex impotentia ueniat, ut in plerisq; contingit: sed ex eo quòd uocendi nulla causa rationabilis existat. Nam si nocere non posse, id tandem per se solum sit, nihil erit cur ita admiremur. Poterũt enim etiam uehementius odisse, hi qui cũ uoluerint, nocere non possunt. Itaq; non parum beatus iste quoque potentiæ modus est. Ipsum ergo primum si uidetur, intueamur diligenter. Quisnã eum rogo lædere, atq; iniurijs afficere uelit, qui nihil habet cõmune cũ ho
Cminibus, non tabularum, aut chirographorũ gratia, non prædiorũ, non pecuniarum, non negotiorũ, nõ alterius deniq; rei alicuius? Pro quibus aduersus eum uillis corrixabitur, pro quibus seruis, pro qua gloria? Quídnam metuens, quid inuidẽs? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira cõmouemur, ut aliquẽ lædamus. At iste illustrissimus, & planè regius, his omnibus superior euasit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij uehementer amant, & plurimi existimant? Quis illi iracatur, à quo nulla fuerit lacessitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil suspectum habet? Constat igitur ex his neminẽ esse, qui nocere uelit: quòd aũt non possit, ne si uelit quidem, & hoc similiter manifestum erit. Nullæ enim sunt occasiones, aut causæ, quibus eum aliquis impedire possit: sed ut aquila sublime uolans, minutarum auium laqueis nõ capitur: ita & hic. Vnde enim, uel ex qua causa nocere ei possit aliquis? Pecunias ille non habet, ut damnum metuat: patriam non habet, ut exilium sibi aliquis intentet gloriam nõ optat, ut dedecus timeat. Vnũ reliquum est, mors scilicet, sed eam qui sibi intulerit, nõ modò illum lædet, aut aliquo afficiet mœrore, uerũ summa quoque illi conferet emolumenta. Nanque eum ad aliam transmittit uitã, quam ille summis ambit desiderijs, cuius gratia cuncta & agit, & molitur. Itaq; laborum illa sibi finis erit, nõ pœna, sudorumq; absolutio, & requies. An cupis genus aliud suæ potentiæ, ac uirtutis addiscere, longè isto excellẽtius, ac philosophia dignius? Siue quis enim innumeris iniurijs afficiat, siue uerberibus atterat, siue in uincula conijciat, corpus quidem natura infirmum uiolatur: cæterùm animus quòd philosophiæ intentus sit, inuiolabilis durat: neque enim iracundia capitur, non odio peruius est, non inimicitias exercet. Quę cũ sint mirabilia, id profecto mirabilius sit necesse est, quòd eos qui se ita uexant, sic diligit, sic amat, ut beneficos, & suorũ profectuum magistros, bonaq; illis cuncta imprecatur. Atqui tu quid ei unquam tale præstare potuisses, etiamsi millies regẽ ipsum, ac totius orbis terrarum dominũ cõstituisses, & decem millibus annis imperium ei prorogasses? Quę nam purpuræ uis, quę claritudo, quæ gloria sic affecto animo cõparata nõ uilescat atq; euanescat? Quídnam aliquis nõ libenter impẽderet, ut eiusmodi animũ acciperet? Ego puto eos etiam qui corpori uehementer studẽt, huius ui-
Etæ desiderio nõ segniter moueri. Visne aliunde quoque uiri huius potentiam addiscere, & mirabilẽ & iucundissimam, humiliori quidem ex patre petitã, sed tamen tibi summè gratam atq; suauissimam? Cuncta sanè ea quæ dicta sunt, nec capi illum, nec uiolari posse ostendunt. Verũ tu fortasse quo nã ille modo alios quoq; moderabitur, & reget atq; tutissimus p̃stabit, quæris addiscere. Principio quidem ipsius in eo apparet magisterium, quod alios quoq; imitatione sui ad idem propositũ adducit, similíq; fortitudine præditos facit. Sin uerò illi noluerint, eamq; uitam, q̃ & fragilior est, & terræ propior, hominibusq; cõmunior uiuere maluerint, in eo quoq; delectu uitæ, maiore illũ esse potentia qui nihil habet, q̃ te qui diues es, idq; idcirco maximè, quia nihil habet, docebo. Quis. n. maiore cum fiducia ac libertate regẽ alloquetur, & si necesse sit, increpabit? túne q tanta possides, & propterea seruis quoq; illius obnoxius & obstrictus es, proq; omnibus tremis ac trepidas, occasionẽsque illi innumeras præstas, qbus te quotidie capiat iratus: an iste, qui illius iras potentiámq; non metuit? Huiusmodi. n.
Fpotissimũ ingenti cũ libertate regibus collocuti sunt, quiq; se mundi negotijs penitus alienos reddiderunt. Cui uerò facilius cedet, promptiúsq; obtemperabit, is qui est in potestate constitutus, atq; in regia uersatur? cibine qui diues es, quem ille pecuniarũ causa crebrò plurima suspicatur facere: an ei, qui unam tantũmodo habet intentionẽ, causámq; iussionum, humanitatem scilicet in omnes, atq; clementiam? Quẽ, inquam, ille amplius amabit, obseruabit, admirabitur, eum de quo nihil humile, nihil abiectum suspicari possit, an te quem seruis quoq; suis humiliorem arbitratur, atq; uiliorẽ? Sicut enim in re pecuniaria, quoties aliquid impendendum fuerit, illis obaudiunt magis, ita impendijs quoq; præesse iubent: sin aũt ita uis, nihil ille per alios tranſigat. sed per semetipsum omnia. Aliam eius uiri potentiam intueamur. Adducatur afflictus aliquis, & insigni calamitate mœstus, & ad illum, & ad te, quin magis nõ ad te, sed ad regẽ ipsum, tum uideamus uter illum refouere & recreare magis sua prouidẽtia possit. Primúsq; & ante alios ducatur, qui acerbissima omnium perpessus sit. Fingamus enim interim aliquẽ habere filium unicum, quem in

G ipso flore ætatis amittat, hunc neq; princeps ullus, ne
que rex, neq; alius quispiam solari mœrentẽ poterit,
ne tu quidem: nihil.n. eiusmodi sibi dare quale amisit
ualebis. At si ad filium tuum ille adducatur, statim ex
aspectu ipso atq; habitu, itéq; ex ipso habitaculo de-
missum, ora eriget, ac persuadebit facilè nihil æstima-
re res humanas, cum oratione sua mœroris omnem
nebulam fugabit & exterget. Tua uero ex domo lu-
ctum ille & quidẽ acerbiorem referet. Cum.n. eam ui
derit imunem, exortemq; malorum, oibusq; secundis
successibus repletam, & eum qui hæreditate potitu-
rus sit, præ se ferẽtem, tum uero magis aduretur, atq;
ad luctum acrius inflammabitur. At uero inde man-
suetior, & qetior redibit, philosophiéq; uicinior. Nam
cum uiderit filium tuũ tantas opes, tantas copias spre
uisse, tantamq; claritudinem & gloriam, minus dole-
bit sibi filium obisse. Qui enim morderi, aut angi po-
terit, nullo sibi ex liberis hærede superstite, cum hunc
perspexerit illa omnia ingenti magnitudine animi spre
uisse? Audiet illũ præterea facilius & gratius de philo-
sophia uerba facientem, quod operibus ille fidẽ uer-
H bis faciat, dictisq; res ipsæ adstipulentur. Tu si uel ape
rire os, atq; hiscere ausus fueris, eum mœrore incredi-
bili replebis: quippe qui alienis in malis philosophari
pergis. At ille rebus ipsis erudiens persuadebit facilè,
nihil aliud q̃ soporem mortẽ esse: neque enim plurimos
enumerabit patres perpessos eadem, sed seipsum
ostendet diebus singulis in corpore mortẽ meditan-
tem, ac se ad eam obeũdam semper præparantẽ. At-
que illum resurrectionis admonens, magna psuaden-
di ui, ita ab se dimittet maxima parte mœroris ampu
tata: multóq; amplius ualebunt huius uerba rebus ip
sis asserta ad leuandum animi dolorem, quàm contu
bernalium, sodaliũ ac sequestrium. Et istum quidem
ita forsitan sanabit. Adducatur ad illum rursus alius,
qui iugi ex morbo oculos amiserit: quis illius dolori
medebitur, quisue melius curare eum poterit? Nem-
pe enim iste certa ratione monstrabit: nihil mali illum
esse passum, breui cellula inclusus, atq; ad lucem aliam
properãs, præsentemq; si illi comparetur, & breuem,
& obtusam esse arbitrans: sicq; admonebit eum ca-
sum & cõstanter, & fortiter perferre. Sed num tu ma-
lè aliquibus affectis, ut philosophari uelint, persuade-
re poteris? Minimè uero, quin ẽt magis irritabis, atque
perturbabis. Nanq; tristia nostra in proximorũ secun-
dis rebus melius atque diligentius consueuimus inspi
cere. Tuus porrò filius hos quoque facilius recreabit,
& refouebit. Omitto precũ suffragia longè his omni-
bus & grauiora, & maiora. Hæc autem ideo omitto,
quoniam ad te mihi nũc sermo est. Sin autem honora-
ri cupis ex filio, nec ullis esse cõtemptui, par enim
est his quoq; te moueri, atque ea cupere: nescio quo
pacto id uberius consequi possis, q̃ ut eum habeas fi-
lium, qui naturam excedat humanam, quiq; in toto
terrarũ orbe illustris & clarissimus habeatur, cúmque
sit tãta uirtute & potestate, neminem habeat inimi-
cum. Nam si uestra hac potentia præditus fuisset, ha
buisset quidem plurimos qui uererentur, uerum nec
pauciores qui odissent: at hic illum omnes & iucũdè,
& cum uoluptate honorant. Si enim nonnulli humili
loco nati, agrestiúmq; atque operariorum filij, cum
ad hanc se philosophiã contulissent, adeo cunctis fue
re uenerabiles, ut nec hi qdem qui in summis dignitati
bus agebant, erubescerẽt proficisci ad illorum tugu-
ria, & cum eis colloqui mensaq; participes fieri: quin
ita fuere affecti, tãquam bonis maximis, id quod erat K
uerissimum, potiti fuissent: multò sanè magis id fa-
cient, cũ uiderint hũc illustriss. ex genere, clarissimisq;
diuitiis, summa illa ex spe ad eam se uirtutem contu-
lisse. Itaq; quod tu maximè quereris ex his eum ad illa
transisse, id in primis est quod illum maximè oium
& probatum, & spectatum facit, omnésq; ut in illum
intueantur, inducit, non planè quasi hoiem, sed iam
penitus ut angelum. Neq;.n. quæ de aliis opinari so-
lent ea de filio quoq; suspicabuntur tuo, quod ille sci
licet uel honoris ambitione captus, uel pecunias deli
derans, uel insignis ex humili fieri cupiens, hanc ele-
git uiam, huic quoq; proposito se addixit. Quæ pro-
fecto uerba, etsi cũ de alijs dicuntur, mẽdacia simul
& iniqua sunt: in ipso tamen tuo nato, ne obscuræ q-
dem suspicioni locum dare potuerunt. Et ne tu putes
ista tantùm contingere regibus pietatem colentibus,
etiamsi imperium transferatur, & imperatores infide
les fiant, tum quoq; nati tui uirtus illustrius clarescet.
Neque enim ut apud gentiles, ita fit apud nos: neque
principũ edictis, & sententijs iniustis acquiescimus,
neque eas sequimur: uerùm sua cuiq; uirtus immota L
inuiolabilisq; perdurat, tuncq; apparet maximè, cùm
maximè oppugnatur. Nã & is miles, qui in pace pro-
batus fuerit, longè erit spectatior, si belli terror incre
puerit. Itaq; ut regibus gentilibus erit tibi æquus ho-
nor, immo uerò maior quoq; atq; auctior. Nam qui
filium tuum in pace uerentur, multò amplius id fa-
cient, cũ præliantem uiderint summaq; confidentia
& constantia utentem, & plurima probitatis insignia
præ se ferentem. Visne illa etiam quæ pertinent ad te,
diligenter inquiramus? An id quoq; superfluum ui-
detur? Is enim qui cæteris ita blandus & mitis est, ut
querelæ occasionem nulli præbeat, multò magis pa-
trẽ reuerebitur, atq; in summo habebit honore, lon-
geq; amplius fouebit ac tuebitur obsequio, q̃ nunc.
Atqui si in summo fuisset magistratu, incertũ est an
ipsum quoq; patrẽ contemptui habiturus esset: nunc
uerò eam elegit uitam, per quam cũ rege ipso sit illu-
strior & clarior, cunctorum tamen uirę humilitatem
& officio superare perseueret: quippe eiusmodi apud
nos obtinet philosophia, quæ ea, quæ uidentur con-
traria, celsitudinẽ & humilitatem in unam aiam co-
gat. Et tum quidẽ quippe pecuniarum cupidus, tuũ M
etiam fortasis optasset occubitum: nunc uerò ut q̃
longissima tibi uita prorogetur orat, ut ex hoc etiam
coronis clarioribus donetur. Non.n. exigua merces Ex.20.d
eis proposita est, qui parentes honorauerint, cũ eos Ephe.
ex legis instituto uereri iubeamur, ut dominos uer- 6.a
boq; simul & operibus colere, dum tamen in nullo
pietas ac religio lædatur. Quid.n. tale, inquit, illis red
des, quale ipse tibi? Considera denique q̃ sit rationi
consentaneum, eum qui in cæteris ad summum uir-
tutis uerticem proiectus sit, id officium quoq; sum-
ma intentione seruare. Nam etsi moriendum sibi fue
rit pro tuo capite, non abnuet, non recusabit: quippe
qui non tantũ naturali te lege colit, obseruat, hono-
rat: uerũ multò magis, ut dei iussis obtemperet, per
quem cũcta simul penitus despexit & reliquit. Cùm
igitur ille nunc probatior sit, & opulẽtior, potentior,
& liberalior: cúmq; hac tanta magnitudine animi ser
uus tuus sit longè amplius q̃ fuerit prius, cuius rei gra
tia quereris? quid ingemiscis? An quia quotidie non
metuis, ne fortè in bello moriatur, quòd nunq; offen
surus est regis animum, quia commilitonum inuidię
non

A non patet? Nónne & hęc, & his plura etiam probatis
filijs metuunt patres? Vt.n. qui infantẽ puerum in su-
blimi aliquo loco statuerint, ne tandẽ is decidat, me-
tuere cogũtur: ita & hi qui filios ad excelsum aliquem
dignitatis gradum prouehendos curant, illis omnia ti
mere solent. At habet aliq; uoluptatem baltheus, &
paludamẽtum, & præconis uox: & ista tandem quot
dierum spacio tenduntur? Nũ triginta, aut centũ, aut
bis ẽt totidem? Quid postea? Nonne transierunt illa
omnia ut fumus, ut somniũ, ut umbra, ut fabula? At
nunc illi usq; in finẽ honor iste permanet, immo uero
post mortẽ quoq;, & quidem tũc multo cumulatior:
atq; hunc honorẽ, hoc imperium nemo unquam ab
illo poterit auferre: quippe cũ ista non ille ab homine
acceperit, uerũ à uirtute ipsa. Sed enim tu illum mal-
les preciosa amictũ uestę procedentem, insigniq; ue-
ctum equo, clientũ stipatum multitudine, parasitos,
assentatores q; nutrientẽ uidere. Cuius tandẽ rei gra
tia id uelles? Nũ ut illi uoluptatem, aliq; ex his oibus
parares? At qn audies illum dicentem, ne nobis for-
tasse minus fidẽ habeas, tanto se uitã istam ea quam
B degunt, qui in delicijs uiuũt, qui formosis meretrici-
bus utũtur, qui se musicæ, parasitis, assentatoribus,
omniq; id genus lasciuiæ addixerũt, iucundiorem ac
dulciorẽ existimare, ut malint millies emori, q̃ eis ob-
temperare: qn iubent ac illum omissa uoluptate ad il-
lam se conferre. Quid ad hæc dicturus es? Nũ ignoras
quantũ uoluptatis, quid iucunditatis ea uita pariat,
quæ à strepitu negotiorum remota penitus quietem
agit? Fortasse ne ullus id hominũ nouit, qppe qui eam
uitam nunq; perfectè gustauit. Cũ itaque nec claritu-
do desit, atq; hæc quæ sibi misceri uix possunt, securi
tas & gloria in unũ coeant: qd hac uita præstabilius
dici aut fingi potest? Verũ quid tu, inquies, ista mihi
ingeris, qui sum à philosophia remotissimus? Cur er-
go natũ tuum quoque ad eã propius accedere nõ si-
nis? Satis sit isto te incommodo affectum esse. Nonne
summũ esse detrimentum arbitraris, quãdo ad extre-
mam prouecti senectutẽ, ut qui in priori ætate nihil
boni, nihil emolumenti fuentis lucrati, molestissimè
eam ætatẽ fertis? At ideo, inquit, eã molestè ferimus,
quòd magna nobis contulit iuuentus cõmoda. Quæ
C nã magna? Da senẽ, qui magna illa cõmoda habeat.
Si enim illa habuisset, perseuerassent utique cum illo,
nec modo ut his orbatus atque destitutus, ita lamen
taretur: sin uero illa abuolauerũt, & marcida euanue
runt, quonam modo fuerunt magna quæ sic citò ex-
tincta sunt? Atq; filius tuus nunquam prorsus id patie
tur: sed si ad longissimam quoque senectutẽ sibi pro-
tendantur anni, non illũ uidebis indignantẽ, aut ini-
quo animo ferẽtem, ut uos facitis: uerũ gaudentem,
gestientem, exultantẽ, triumphantem. Tunc.n. bona
sua urgent amplius, & florent. Vestræ aũt diuitiæ, etsi
bona habeãt innumera, in primo statim ætatis flore
facient illa contractiora. Non aũt ista ita faciunt, sed
usque ad senectutẽ durant, excedentésque è uita co-
mitantur: idcirco uos cũ tantam diuitiarum copiam
præparatam in senectutẽ habeatis, plurimæq; uobis
& delicianũ & gloriæ occasiones suppetant, irascimi-
ni, & indignè fertis, qd ætas non sufficiat, ut eis frui ua
leatis: idcirco mortẽ quoque perhorrescitis, uosq; tũc
potissimũ miserabiliores omnibus esse confitemini,
cum maximè floretis. Contra, ille tunc insigni requie
fruetur, cũ senuerit: quippe qui ad portũ uenire prope
rat, habẽtque eã iuuentutem, quæ uiget semp, ac ui-
ret, nullúmque metuit senectutis occasum. Verum D
enim tu filiũ tuum eis delicijs, eisque hauriendis uolu
ptatibus, instare uoluisses, quarũ illum millies pœni-
tuisset, cũ ad senectutem peruenisset. Sed ab eiusmodi
delicijs ipsos quoque inimicos nostros liberet deus.
Verũ ego quid senectutem memoro, quandoqdem
die uno uoluptas illa omnis extinguitur? imo ne die
quidem integra illa perdurat: sed breuissimo tempo-
ris momento. Quid.n. est uoluptas? Nónne uentri se
dedere, cibósque delicatos parare, & speciosis mulie-
ribus congredi porcorum instar se in cœno uolutan-
tium? Sed ista post uidebimus. Interim uoluptatem ip
sam quæ sit indagemus, atque uideamus, si non pla-
nè leuissima, simul & uilissima sit, atque illam, si pla-
cet, primum inspiciamus, quæ delicias omnes uidetur
sua dulcedine lõgè antecedere. Dic oro, illius tempus,
quantúmque nos illa cõtinere possit, profecto ptem
temporis adeo breuẽ, ut ne plenè quidẽ qualis sit vi-
deri possit. Nã simul ac quisque impletus fuerit, uolu-
ptatem ẽt omnem extinxit, Atq; anteq; illa impleatur,
fluenti unda citius ptransiens, ad ipsas fauces deficit
& euanescit, nec tãdiu durare potest, dũ cibus ad inte E
riora descẽdat: simul.n. atq; linguã pertransijt, uim ẽt
omnem amisit. Omitto mala illa, & incõmoda, quæ
solent ex eiusmodi delicijs gigni, quantũ illę rixarum,
quantúmque tumultuũ excitent. Non modo aũt iu-
cundior & lætior est, qui eas delicias spernit, q̃ is qui
saturitate distenditur: uerum leuior quoque, facilior,
gratior. Somnus ẽt sanitatis in uiscere moderato, in-
quit. Quid me dicere necesse est morbos, mœrores,
clades, inanésque sumptus? quæ cõtrouersiæ, quæ li-
tes, quæ insidiæ, quæ ex hisce cõmercijs odia, rixæq;
pullulant? At habet quiddam dulcedinis ac suauitatis
meretricibus mulieribus cõgredi. Et quæ potest esse
uoluptas in tanta turpitudine? Sed hæc interim inda-
gare omittamus, nec amatorum pugnas prosequa-
mur, nec bella inter se riualiũ, nec accusationes & cri-
mina: uerũ sit aliquis qui licenter, summáque cum li-
bertate, obscœna illa libidine fruatur, neque riualem
ullum habeat, nec à speciosa illa muliere contemna-
tur: pecuniarum præterea tãta illi sit copia, ut eas ue-
luti ex manantibus fontibus hauriat, & largissimè im
pendat: quanq; impossibile est hæc omnia simul con- F
uenire. Cæterũ ei qui riualẽ habiturus est, omne pa-
trimoniũ exhauriẽdum erit, ut alios oẽs largitate mu-
nerum superet, rursúmque qui noluerit ad extremam
inopiã deduci, is demũ à meretrice spernetur, abijcie-
tur, respuetur. Cæterũ ut concedamus nihil horũ fore
impedimẽto, quò minus sibi oĩa superfluant, atque
ex sententia proueniant: quã tu tandem nobis uolu-
ptatem hic potes ostendere? Nũ in ipso cõgressus tem
pore apparet? At qsque simul ac impleuit coitus rem,
uoluptatẽ etiam extinxit omnem: qui autem adhuc
in congressu est, nõ sanè in uoluptate agit, uerum in
tumultu, & perturbatione ingenti, in ardentibus acu
leis, in insania, in cõcussione & feruore uehemẽti. At-
qui non eiusmodi nostra uoluptas est. Absit id pe-
nitus, uerum & qetum semper animum ab omni per-
turbatione seruat, & metum nullum, aut concussio-
nem inducit, sed purissimam quandam præstat, inte-
gerrimámque lætitiã, eámque glorioſissimam, & que
fine nullo concludi possit: longéq; illa uehemẽtior, q̃
uestra, & potentior est. Atq; id ostẽdere quatenus no
stra sit quàm uestra iucũdior, securior, gratior, difficl
le nõ est. Vestram enim uoluptatem metus compri-

G mere ac fugare poteſt. Nam ſi rex mittat, qui minetur mortem, cõplures ita affectos ea uoluptas deſeret: eis uero qui noſtra iſta uoluptate potiũtur, ſi qui millies mortẽ inferat, non modo non perſuadebit ut eam negligant, uerũ irridebitur magis: adeo noſtra gratior, & dulcior, & uiolentior q̃ ueſtra eſt, prorſusq; nulla eſt utriuſque cõparatio. Ne igitur inuideas filio, cũ ſe à fluxis bonis, & quæ ne ſunt quidẽ, ad ea quę & ſunt & in æternũ perſeuerant, confert: neque lugeas eũ qui beatiſsimus meretur dici: ſed eũ luge, qui non eiuſmodi eſt, quique in præſenti uita, tãquam in concitatiſsimo circũfertur Euripo. Atque ut iam ad ſummam ueniamus, tu.n.etſi gentilis atque infidelis es, noſtrã tamen hanc peroratiõnẽ ſuſcipies. Audiſti profecto Cocytos, & Pyriphlegethõtas fluuios, & Stygis undam, & Tartarum tanto inferiorem terra, quãtum hæc ipſa diſtat à cœlo, plurimosque ſuppliciorũ modos. Etſi.n.hæc illi explicare, prout erant, non potuerunt, qppe gentiles & cogitationibus proprijs inſtincti, noſtraque lõgius odorati, futuri tamẽ iudicij umbram quandã atque imaginẽ expreſſerunt. Denique
H inuenies & poetas, & philoſophos, & oratores, atque omne ſcriptorũ genus de dogmatibus hmõi philoſophantes. Audis.n.& Elyſium campum, & beatorum inſulas, & prata uirentia, & myrtos, & aurã tenuem, odorémque ſuauiſsimum cuncta replentem, & choros ibi cõmorantes, amictos ſtola candida tripudiãtes, atque hymnos quoſdã concinentes, prorſusque poſt uitæ exceſſum, & malis & bonis repoſitã pro meritis mercedẽ. Quõnam ergo tu tandem in ſtatu animi eos, ſiue bonos, ſiue malos uiuere exiſtimas, qui iugiter eiuſmodi ſecũ cogitationes uerſant? Nõnne alij quidẽ, etſi præſens eis uita per cũcta blandiatur, degãtque aliãs ſine mœrore, ſummáque cũ uoluptate, quaſi quodã conſcientiæ flagello ſemper impellun tur, & exagitantur, atque perterrentur, furiarũ tedis ardentibus, futurorũmque malorũ expectatione cruciantur: boni uero etſi malis inumeris uexẽtur, iuxta Pindarũ, ſpem habẽt, qua recreentur, quę mala p̃ſentia ſe nec ſentire ſinit. Itaq; in hoc quoq; maior uoluptas noſtra, q̃ ueſtra eſt. Multo.n.profecto melius, multòque præſtãtius eſt, à tpalibus ac momentaneis laboribus incipere, atque in infinitã requiẽ deſinere, q̃ his quæ uidẽtur eſſe iucũdiſsima, breuiter guſtatis, in ſumma & grauiſsima incõmoda decidere. Cũ igitur id conceſſum ſit, hic ẽt uitam illã uirtuti deditam eſſe iucundiſsimam: nõnne id quod initio dixi faciun dum eſt, atque eos miſerandũ, qui in talibus tãtisque bonis lachrymantur & gemunt? Non.n.lamentationibus dignus eſt filius tuus, uerũ plauſibus coronisq; clariſsimis, qui ex tantis mundanorũ fluctuum motibus, ad tranqlliſsimam uitã, portúmq; ſereniſsimum ſe recepit. At exprobrant tibi patres plurimi filios habentes ſeculo addictos, téque digito denotant, ac ſibi inuicẽ oſtendunt alij cũ uident, atque irrident alij. Cur non tu eos magis & irrides, & miſereris? Neque enim id intuendũ eſt, an irrideant & obiurgent nos, ſed an rectè & iuſtè id faciãt. Quòd ſi digni fuerimus qui irrideamur, etiãſi non illi rideant, nos tamẽ lugere merito debebimus: ſin uero id iniuſtè & iniquè faciant, etiamſi oẽs rideant, nos tamẽ beatos eſſe ſentiamus: illorũ uicem doleamus, qppe qui cunctis infœliciores ſunt, & nihilo inſanis meliores. Inſanorum enim eſt, & eiuſmodi morbo laborãtium, eũ qui plurimis & coronis & laudibus ſit dignus irridere. Dic enim oro, ſi quòd filius tuus, uel ſaltatorum inſaniæ, K uel aurigarum ſe omnino addixiſſet, inde te laudaret atq; admirarentur uniuerſi, beatiſsimumq; eſſe fateretur: nõne irriſionem hanc, & quidem mordacem eſſe exiſtimares? Quid illud? Si quod ſtrenuum aliquid, ac fortè, dignumq; laudibus egiſſet, propterea te omnes irriderẽt, probriſq; reſpergerent: nõne illos amentes, inſanos, furioſosq; proclamares? At quin hoc nunc quoq; faciamus, neq; opinioni multitudinis acquieſcamus: uerùm diligentiſsimo rationis examini de filio tuo ferendam ſniam permittamus: uidebis profectò ridiculoſos iſtos homines uiliſsimorum potius mancipiorum, q̃ liberorum parentes eſſe filiorum, ſi filio tuo illi comparati fuerint. Verùm enimuero tu necdum iſta conſpicari, aut perpendere ualebis: cùm uerò te modicum collegeris atq; requieueris, filiuſq; tuus plurima de ſe uirtutis documenta dederit, non iam tibi uerbis opus erit: & ipſe.n. hæc, atq; his plura etiã ad alios loqueris. Quæ ſanè ego omnia, non tibi ſine certa ratione p̃nuncio, ſed loquor quæ expertus ſum. Amico.n.quodam & ſodali uſus ſum, qui patrẽ L habebat infidelem, d.uitem, ſpectatum, & undecunq; clariſsimum. Is primùm quidem & concitauit principes, & intẽtauit carcerem, & parauit uincula, ipſumq; omnibus exutum, & neceſſarijs etiam alimentis indigentem, in al enum dimiſit ſolum, hac illum arte ſibi acquieturum putans, atq; ad ſeculi latiores uias rediturum: poſtq̃ uerò illum in nullo ſibi cedere peruidit neq; penitus moueri loco, uictus tandem manus dedit, & palinodiam cecinit: nuncq; in honore habet filium, illumq; amplius q̃ ſi pater eſſet, colit, obſeruat, reueretur. Cumq; plures alios habeat liberos, ſpectatos in ſeculo uiros, eos ne dignos quidẽ, q ſerui eius ſint, arbitratur, atq; ipſo ex eo filio longè clariſsimus eſt. Hæc eadem in tuo nato etiam perſpiciemus, atq; me uera proſecutum ex rebus ipſis addiſces diligẽter: idcirco ipſe quoq; iam loquendi finem faciam, id tantũ orans atq; obſecrans, ut annum unum expectes, aut minus etiam. Neq;.n.ea quæ apud nos in ſtudio eſt uirtus, multis diebus ut perficiatur opus habet, qppe quæ diuina gratia germinat, & mature ad frugem peruenit. Inſpicieſq; iſta omnia quæ dicta ſunt, rebus ipſis impleta. Nec modò facta laudabis, uerùm ipſe M quoq; ſi te patrũ colligere uolueris, citius ipſius æmulus atq; imitator eris, ducem & magiſtrum habẽs uirtutis atq; probitatis filium.

LIBER TERTIVS, AD *patrem fidelem.*

Gè, iam fidelem quoq; patrem doceamus, q̃
a illi non expediat, utq; integrũ non ſit eos oppugnare, qui filiũ ſuũ, ut dei monita & conſilia implere pergat, hortãtur. Quanq̃ periculum eſt, ne iſte quoq; ſermo ſuperfluò à nobis inſtituatur, cõtraq; ac ſuperiori libro dixeramus, cõtingat. Tunc.n. diximus, per legẽ certaminis noſtri nos aduerſus gentilem dimicare non cogi, eosq; tantũ qui interius ſunt I. Co.5.d iudicare Apoſtolum iubere, omnicq; aduerſus eos, qui foris ſunt, pugna imunes eſſe, ac liberos ſinere. Nunc aũt, ut mihi quidem uidetur, ne iſtis quidem dimicationibus ſumus obnoxij. Nam ſi priore libro Chriſtiano de his uerba facere oportere turpe eſſe uideba tur, multò id magis nunc. Quis.n.non erubeſcet, is qui fidel s eſt, ſi de his admoneri opus habeat, in quibus ne infidelis quidem quicq̃ nobis contradicere aut reluctari poſsit? Quid igitur? Tacebimúſne pro-

A pterea, nihilq; loquemur? Minimè uerò. Nam ſi quidẽ eſſet aliquis, qui in futurum ſponſor & fideiuſſor accederet, nobisq; perſpicuum, & planè manifeſtum faceret, fore poſthac neminẽ qui eiuſmodi facinora auderet: nos quoq; ipſi quietem ageremus, eisq; qui præteriſſent, ſilentio noſtro ut latere poſſent, concederemus. Quoniã uerò neminem eiuſmodi tenemus idoneum fideiuſſorem, neceſſaria penitus uidetur uerborum admonitio. Si.n. aliquos inuenerit hoc morbo laborantes, operabitur profectò quod ſuũ eſt: ſin uerò nemo in hanc malam ualetudinem incidit, actum eſt ut uolumus, & uehementer optamus. Quippe & medici ẽt poſteaq̃ infirmis medicamenta parauerint, maximè cupiunt nihil eis opus eſſe languenti: itaq; & nos optamus quidem uotis omnibus, neminem eſſe exfrartibus noſtris, cui iſta admonitione opus ſit: ſin uero, quod tamen abſit, fuerint aliqui eiuſmodi, uel ſecundũ, iuxta prouerbium, nauigationis remedium non illos effugiet. Fingamus ergo iam fidelem quoq; eius modi eſſe, cuius infidelis fuerat, eiq; p cuncta ſimillimum præterq̃ in cultu dei & religione. Lamente
B tur & lugeat ſimiliter, prouoluatur omnium pedibus prætendat canos, & ſenectutẽ, & ſolitudinẽ, cunctaq; illa proſequatur, q̃ gentilis dixerat, & quantum uult iracundiæ iudicibus moueat, quanq̃ in hoc aduerſus iſtum certamine iudicium iam hominibus permittendum non eſt. Audiuit.n. profecto quæcunq; ſummi apud nos uiri, diuino ſpiritu repleti, de terribili horrẽdoq; iudicio, quod poſt huius exceſſum uitæ ſequitur philoſophati ſunt. Atq; ante omnia admonendus eſt dilectus ille, ac perniciоſiſsimi fluminis in morẽ decurrentis ignis, eiusq; flammæ quæ nunq̃ extinguitur, cũ Solis tollentur radij, lunæq; ſplendor occultabitur, cũ ſtellis decidentibus, cœliſq; conuolutis uirtutes commouebuntur, cùm undiq; concuſſa, & liqueſcente humo, terribilis alternusq; ſonitus tubarũ concrepabit: cũ percurrentibus orbem uniuerſum angelis aſsiſtentibusq; regi milibus, & milibus milũ miniſtrantibus, aduenientibuſq; cum ipſo iudice ad eius obſequiũ paratis exercitibus, ante caſtra ipſa cœleſte ſignum elucebit: cùm ſõlium parabitur, & aperientur libri, maieſtáſque illa reuelabitur inacceſſa, atq; ineffabilis: cùm uox illa iudicantis audietur horribilis & metuenda, alios quidẽ in ignẽ paratũ diabolo & angelis eius ire præcipientis: alios uero poſt ingentem illam exercitationem, uirginitatiſq; labores ipſis thalami ianuis arcẽtis, miniſtrorũmq; aliis zizania colligere, atq; in fornacem immittere iubentis: alijs item alios nõnullos cõpeditos, uinctóſq; poſt terga manus in exteriores tenebras abducere, atq; horrifico dentiũ ſtridori addicere: cũ hunc quod impudicè tantũ aſpexerit, illum quòd intẽpeſtiuo ſe riſui dederit, aliũ quòd maledixerit duntaxat, uehemẽtiſsima atq; grauiſsima animaduerſione plectet. Nam quòd iſtos quoq; pœna acerbiſsima maneat, ipſum iudicẽ audias licèt, qui & hęc, & eiuſmodi ſupplicia intentat. Ad hunc nobis iudicẽ, hunc prorſus adeundum eſt, atq; diem illum metuendum, in quo nuda & patefacta erunt omnia, non tãtum opera & uerba, uerùm ipſæ quoq; cogitationes, & intentiones animi. Nam eorum quoq; delictorum, quæ uidẽtur eſſe leuia & nulla, terribiles tunc pœnas expendemus: Adeo iudex ipſe pari, & eadem ferè diligentia & noſtrã, & proximorum noſtrorum ſalutem I Co.10.e requirit à nobis: idcirco Paulus quoq; ſemper & ubiq; mone: ſingulos, non quæ ſua ſunt quærere, ſed quæ proximorum: ideo in Corinthios uehementer inue- D hitur, qd nullam prouidentiã, nullámq; curã habuerant eius, qui in grauiſsimũ crimen fornicationis inci- *Ib.5.a.&* derat, ſed magis eius uulnus tumidum obturatúmq; *2.Co.2.b* contemperant. Galatis quoq; eadem ſcribens aiebat: Fratres, & ſi p̃occupatus fuerit hõ in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, eiuſmodi corrigite. Theſſalonicenſib. item eadem monita edebat, dicẽs: Itaq; *Gala.6.a* exhortamini inuicẽ, ſicut & facitis. Itemq;: Corripite *1.Th.5.d* indiſciplinatos, cõſolamini puſillanimes, ſuſtinete in- *Ibidem.* firmos. Nequis.n. diceret, quid mea intereſt, etiã aliorum curare ſalutem? Qui perit, pereat: & qui ſeruatur, ſeruetur, nihil horum pertinet ad me, mei tantùm ipſius curam habere mihi interpretatũ eſt. Nequis, inq̃, iſta diceret, immanem hanc, & prorſus inhumanam cogitationem iugulans, legibus iſtis illam ſepſit & circumcluſit, quibus plurima iuberet noſtrorum cõmodorum negligere, ut proximorũ ſaluti cõſuleremus, atq; omnibus in locis uitæ eandem diligentiam habendam definiuit. Romanis quoq; cùm ſcriberet, ingentem illis curã hmõi procurationis impoſuit, mul- *Ro.15.a* tumq; in ea parte uoluit eſſe ſolicitos, fores imbecilli- E bus patrum loco eſſe iubens, eorumq; ſalutem curæ illis eſſe admonẽs. Sed iſta in eo loco hortãtis atq; cõſulentis uoce magis q̃ imperantis authoritate mandauit: alio uero in loco ſumma cum uehementia auditorũ animos perterruit, eos qui patrum ſalutem negligerent in ipſum xp̃m peccare aſſeuerans, deiq; ædificium diruere. Quæ quidem omnia, non ut à ſe inuẽta aſſerebat, uerùm à magiſtro didicerat. Nanq; unigenitus dei filius docere nos cupiẽs, q̃ iſtud debitum neceſſariũ ſit, utq; hi qui illud reddere negligunt, ſummis afficiantur incommodis, aiebat: Quicunq; ſcan- *Mat.18.a* dalizauerit unum ex puſillis iſtis, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria cirta collum eius, & demergatur in profundum maris. Atq; is qui talentum attulerat, non quòd aliquid ex ſuis contẽpſiſſet, ſed quòd pro- *Ibid.25.c* ximi ſalutem neglexiſſet, & increpitus & ſupplicio affectus eſt: itaq; etſi uit omnem noſtram diligentiſsimè compoſitam & inſtructam egerimus, hac nõ euitata negligentia, nihil conſequemur emolumenti, cũ ea talis ac tanta ſit, quæ ſola gehennæ profunda poſſit immergere. Si.n. ſiqui proximum in eis rebus quæ F ad corpus pertinent, adiuuare noluerit, nulla ratione excuſari poterit: uerùm etſi uirginitatem ille ſeruauerit: extra ſponſi thalamũ proijcietur: is qui quod multò maius eſt omiſerit (quippe longè maximũ eſt animarum gubernatio & regimen) cur nõ mala omnia perpeti meritò digniſsimus exiſtimetur? Hominem.n. non ut ſibijpſi tantùm prodeſſet creauit deus, ſed ut multis. Idcirco Paulus quoq; fideles homines luminaria appellat, ex ipſa appellatione manifeſtans, oportere fideles cæteris quoque uſui eſſe. Luminare quippe quãdiu ſeipſum tantũmodo illuminat, luminare profectò nõ eſt. Quocirca gẽtilib. quoq; ipſis deteriores eſſe ait, qui proximorũ ſalutẽ negligerẽt, ſic dicens: Si *1.Ti.5.a* quis aũt ſuorũ, & maximè domeſticorũ prouidentiã nõ gerit, fidẽ abnegauit, & eſt infideli deterior. Quid enim hoc loco prouidẽtiæ nomine ſignificari putas? An fortaſſe neceſſariorũ largitionem? Equidem reor ipſum hoc nomine cutã animæ ſignificare uoluiſſe: ſin uerò tu contentioſè ſenſum tuũ afferre malueris, ſic quoq; ſententia mea firmior ac ualidior manebit. Nã ſi de corpore hæc dixit, eumq; qui uilem hunc & quotidianũ cibum nõ præbet, tantis cruciatibus ad-

G dixit gentilibusq; deteriorem esse ait, quo nam tandē in loco ſtatuemus eum, qui id, quod longè maius diguius eſt, magisq; neceſſarium, contemnit? Agè itaq; colligamus peccati noſtri magnitudinē, ac paulatim aſcendentes oſtendamus, quantū pctā oia exuperat proximorum contemptus & neglectio, utq; ad ſummum malignitatis uerticem euadit. Eſt igitur primus malitiæ & iniquitatis gradus, amicos aſpernari, quin ut ad inferiora ſermonem reducamus: neſcio.n. quo

Exo.23.a & Deut. 22.a pacto id me penè effugerat. Prior illa lex Iudæis tradi ta, ne iumenta quidē inimicorum deſpici pmittit: ſed ſiue illa deciderint, ſimul erigere: ſiue oberrauerint, reducere iubet. Eſt itaq; primus malitiæ & crudelitatis gradus ab infimis aſcēdendo iumēta & pecora inimi corū uel errantia, uel lapſa negligere. Secundus illo ſu perior, inimicos ipſos negligētius curare. Quanto.n. homo mutis animantibus ad honorem præſtat, tan tò peccatū iſtud maius q̄ illud eſt. Tertius deinceps, fratres aſpernari, ſi fuerint ignoti. Quartus, familiares quoq; deſpicere. Quintus cùm non ſolū corpore, uerùm anima quoq; fratrum pereunte deſinemus. Se-

H xtus, ſi non familiaribus modò, uerùm ipſe quoq; liberis noſtris pereuntibus negligimus. Septimus, cùm nec alios quibus illi curæ eſſe poſſint prouidemus. Octauus, cū & eos, qui id à ſeipſis facere inſtituunt, arcemus atq; prohibemus. Nonus, cū non tantū illos prohibemus, uerùm oppugnamus quoq;. Itaq; ſi primus, & ſcelus, & tertius eiuſce facinoris gradus tanto ſupplicio afficiendus eſt: quantos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus aſcēdit? Quod profectò modò uos facitis, qui nonū illum à primo gradum tra-ſcendiſtis: quinimmo ſiquis eum non tantùm nonū, uerū & decimum & undecimum dixerit, profectò nō peccabit. Cur id? Quia non natura ſolū id peccatum multò maius eſt, uerū ex ipſa quoq; rōne temporum durius multò & grauius fit. Quid ita? Quia eadē modò peccantibus nobis, q̄ uetus lex damnat, non eadē ſuppliciа debentur: uerū tantò acerbiora & diriora, quantò maiori gratia potiti, excellentioriſq; doctrinę participes effecti, maioribus itē honoribus affecti ſumus. Cùm igitur & natura, & tpe ſcelus hoc adeò immane ſit & uehemēs, conſidera iam quantas flāmas

I quantoſq; cruciatus in eorum capita, q̄id perpetrare non metuunt, exaggerabit: uerùm ne ſine certa rōne cōputando hæc dixiſſe uidear, ex re ipſa documenta afferā, ut ſciatis, quia etſi uitā noſtram oēm ſumma cum diligentia & cura diſponamus, extrema aiaduer ſione puniemur, ſi liberorū ſalutē neglexerimus. Rē aūt uobis enarrabo, nō à meipſo inuentā, ſed in diuinis literis traditā. Sacerdos quidā apud Iudæos fuit, uir in primis moderatus atq; māſuetus, Heli nomine: huic duo cum eſſent liberi, uideretq; illos uitijs deditos, nō corripuit, aut coercuit: ſiue, ut uerius loquar, corripuit illos quidē, & cohibuit, uerū nō omni cum ſtudio & uehementia id fecit: horū hæc aūt fuere crimina uentris ingluuies, & fornicatio. Edebant.n. in-

1. Reg.c. et ſequē. quit, anteq̄ ſanctificarentur ſacræ carnes, priuſq̄ offer retur deo ſacrificiū. Quibus compertis pater nō illos pœna affecit, cæterùm uerbis tātùm caſtigare leniq; admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatus eſt, atq; huiuſcemodi uerba iugiter ad illos loquebatur: Nolite filij, nolite ſic facere, non.n. bona fama

1. Re.2.c eſt, quam ego audio de uobis, ut faciatis populum nō ſeruire domino. Si delinquens peccauerit uir in uirū orabunt pro illo dominum: ſin aūt domino peccauerit uir, qs pro illo orabit? Et certè plena ſunt gra- K uitatis, reuerētiæ, ac ponderis hęc uerba, & q̄ recuperare, atq; ad ſtatum uitæ melioris reuocare poſſent eū qui penitus excors & amens nō eſſet. Quippe ſcelerис immanitatem indicant, & q̄ ſit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pœna ſubſequebatur oſtendunt, grauiſſima. ſ. & intolerabilis. Verùm quia non oia quæq; fuerant agenda, ut ea reſecarentur uitia, molitus eſt, & ipſe cū illis unà perijt. Nanq; & minas ille addere debuerat, & à ſuo eos conſpectu amouere atq; abdicare, etiam & uerberibus afficere, multoq; illis grauius & durius inſtare. Quia igitur nihil horum egit, uerborumq; tantū monitis cotentus fuit, & illis & ſibijpſi deum aduerſum, infeſtumq; cō ſtituit. Cumq; improbè & intēpeſtiuè filijs parceret, & ſuā ſimul & illorum ſalutem perdidit. Audi denique quid ad diſcipulū de magiſtro locutus ſit deus: quippe & diſcipulo, & propheтæ alteri, & cūctis peni tus eiº clades reuelare & loqui, q̄ illi maluit, adeò illū auerſabatur atq; oderat. Quid ergo inq̄t Samuel? No

Ibid. 3.c uerat quòd maledicerent filij eius deo, & nō corripie bat eos: certè corripuerat, ſed hāc deº pro correptione nō ſuſcipit, adeò illā quòd uehemētia & inuectione caruiſſet reprehendit. Itaq; etſi prouidentiā habea mus filiorum, non aūt quātum neceſſe id faciamus: profectò non ea prouidētia dicēda eſt, ſicut nec fuit illa correctio Heli. Cū uerò crimen proſecutus fuiſſet, tum demum ingenti cum iracundia cruciatum adie cit: luraui.n. inquit, domui Heli, ſi peccatum iſtud de *Ibidem.* domo Heli expiabitur, ſiue incenſo, ſiue ſacrificijs uſque in æternum. Vidiſtine ingentem indignationem, cruciatumq; uehementiſſimum, & omninò ſpe uenię excluſum? Proiſus, inquit, illum perire neceſſe eſſe, nec ipſum modò uel eius filios, uerùm cum illo domum quoq; uniuerſam, nullumq; medicamētum erit, quo uulnus iſtud curari poſſit: quanq̄ ſeni illi præter filiorum neglectionem, nihil quod crimini daret, habuit deus. Erat.n. admirandus in cæteris, eiusq; philoſophiam omnem, cùm ex alijs locis intueri licet, tum ex ipſa quoq; calamitate caſuum ſuorum. Primùm.n. cùm iſta omnia audiſſet, ſeq; ad ſupremum cruciatū peruenisſe conſpiceret, non acerbè, non grauiter, nō

M indignanter tulit. Non dixit, quid nam iſtud eſt? ut ſe ciſſent plurimi: num.n. ego dominus ſum aliorū uoluntatis? Peccatorum meorum pœnas perſoluere habeo. Filij ætatem habent, ipſiq; ſoli merentur cruciari. Nihil omnino horum dixit, ne cogitauit quidem: cæterùm ut ſeruus fidelis & gratus, & qui unum tantùm ſibi obſeruandū nouit, ut quæq; dominus ſuus ei intulerit, æquanimiter & faciliter ferat, quantunlibet illa triſtia & acerba ſint, ita pleniſſima philoſo-

1. Re.3.d phiæ uerba edidit: Dominus, inquit ipſe: quod gratū eſt in conſpectu ſuo faciat. Nō ſolùm autem ex loco iſto, uerùm ex alio quoq; uirtus eius animaduerti poteſt: nam cùm bello finitimorum laceſſerētur Iudæi, profectusq; ad illum quidem belli clades enūciaſſet, utq; turpiter & miſerabiliter illius liberi in ea dimicatione corruiſſent, hactenus quidem agebat quietē: ue rū cùm ille tantæ huic cladi arcam dei direptam ab hoſtibus fuiſſe adieciſſet, tum uerò præ mœroris magnitudine obtenebratus ſenior, cecidit de ſella retrò

Ibid.4.d iuxta ianuam, & contritum eſt dorſum eius. Senex.n. erat & grandæuus, & honorabilis, & ipſe iudicauit Iſrael uiginti annis: qui ſine querela genus Hebræorū rexerat, qui eius temporibus conuerſatus eſt, quæ

non

A non magnam uitę diligentiam requirebant, nihil excuſare potuit, quò minus qa illi curæ nō fuerat & diligentiſſima, & uehemens ſalutis liberorum, & miſerè & infœliciter periret, contemptusq; illius ſcelus inſtar fluctus tetri & ingentis, uirtutes eius cunctas tranſiliuit, uniuerſaque rectè facta ſua magnitudine opuit: qua tādem nos animaduerſione puniemur, qui & eo tempore nati ſumus, quo lōgè maior à uobis philoſophiæ fructus poſtulatur, & ſenis huius uirtute nō parum inferiores ſumus: quippe qui non tantū ipſi liberos noſtros nō moderamur, neque ad uirtutem dirigimus: uerum eos quoque qui id facere uoluerint, & inſidijs appetimus, & hoſtiū uice oppugnamus, barbariſque oibus immaniores erga natos noſtros ſumus? Illorum.n. atrocitas & feritas uſq; ad ſeruitium dūtaxat, & captiuitatem, & uaſtitatem patriæ, corporisque incōmoda, & mala ſæuit: uos aūt ipſum animum in ſeruitutē abducitis, & ueluti captiuū quendam uincientes, ita demū nequiſſimis & ferociſſimis

B dęmonibus traditis, eorūq; libidinibus & ludibris exponitis: cū enim neque ipſi alicuius quod ad ſpiritum pertineat monetis, neque alios id facere permittitis, nihil profectò agitis: nec id mihi modo aliquis obiiciat, quòd plerique circa filiorū curam longè, q̄ Heli negligentiores, nihil tale ppe ſi ſunt, quale Heli. Multi enim ſæpenumero multa ob id facinus acerbiora paſſi ſunt, & diriora. Nā unde ergo acerbæ & intēpeſtiuę mortes, unde morbi perpetui, atq; grauiſſimi plerunque nobis, liberis noſtris inferuntur? Vnde damnis & incūmodis afficimur? Vnde caſus uarios, unde calumnias, unde mala inumera quotidie perpetimur? Nónne quòd filios noſtros malos aſpicimus, & eos emendare negligimus? Atque quòd iſta inanis coniectura non ſit, ſatis qdem ſenis huius caſus & euētus confirmare nos poterat: cæterū ego dictum ex noſtris cuiuſdam ſapientis uiri de hac re loquar. Cum.n. is de filijs diſſereret, ita ferè inqt. Ne læteris in filijs impijs, & niſi fuerit in illis dei timor, ne confidas illorum uitæ: inge miſces.n. intempeſtiuo luctu, & confeſtim illorū ſcies conſummationē. Plurimi igitur, ut dixi, eiuſmodi multa perpeſſi ſunt. Sin uero aliqui effugere fortaſſe uiſi ſunt, iſti non in finē penitus, ſed in capitis ſui malum

C effugerunt: acerbiores enim ac lōgè diriores cum exceſſerint è uita, pœnas luent. Cur aūt, inquies, nō hic potiſſimum oēs qui ſunt eiuſmodi, ſupplicijs afficiuntur? Quia profecto deus diē ſtatuit, in qua iudicaturus eſt orbē uniuerſum, hæc aūt dies nondum adeſt. Pręterea ſi iſtud fieret, iamdiu abſumptum defeciſſet, ac præreptum fuiſſet omne mortalium genus. Cæterum uti ne iſtud contingat, neu plurimi ex dilatione ac tarditate iudicij pigriores fiant aſſumit quoſdā interim deus peccatis obnoxios, eoſq; hic pœnis excrucians, per illos admonet reliquos, quæ nā ipſos, quantaq; ſupplicia maneant: utq; addiſcant, quòd etſi hac in uita nulla animaduerſione plectantur, poſt eius tamen exceſſum punientur, & quidem lōgè grauius ac durius. Neque enim quod prophetas nunc non mittit deus, per quos pœnam peccantibus denunciet, idcirco deſides eſſe & ſtolidi debemus. Non enim prophetarū hoc tempus eſt, immo uero eos nūc quoque

Iac.16.g mittere nō deſinit. Vnde autem id nobis conſtat? Habent, inquit, Moſen & prophetas. Ea quippe quę ad illius temporis uiros dicta ſunt, ad nos quoque dici ſimiliter manifeſtum eſt: nec modo Heli, ſed omnibus prorſus eadem peccantibus, per illum perq; illius clades intentans loquitur deus. Nec enim perſonas accipit, ut qui minora peccantē cum domo tota funditus euertit & deleuit, is eos qui longè maiora & grauiora deliquerint, impunes eſſe pmittat. Nec id quidē dicere poſſumus, quòd nō illi ſumma ſit huius rei ratio & cura: ſummū enim optimè educandorum liberorum ſtudiū inducit, adeóque ingens eius rei deſideriū naturæ præterea inſeruit, ut ueluti neceſſitatē quandam ineuitabilē prouidentiæ & curæ habendę filiorū parentibus conſtituiſſe uideatur. Leges itē poſtmodum intulit, de cura pro liberis gerenda. Nam cum dies feſtos agi ſtatueret, filijs ſuis eiuſce celebrationis rōnes & cauſas, ut aperirent, impauit. Denique cum de Paſ-

Exo.13.c cha loqueretur, adiecit: Et annūciabis filio tuo in die illa, dicens: Idcirco fecit deus mihi hæc, cū exirem de Aegypto. Quod itidem facit in eis legibus, quas de ſacrificijs tulit. Cū enim de primogenitis præcepta ædidiſſet, rurſus adiecit: ſi poſt hęc interrogauerit te filius tuus, dicens: Quid hoc eſt? dices ad eum: Quia in ma-

Ibidem. nu ualida eduxit nos dominus de Aegypto ex iugo ſeruitutis. Cū uero obduraretur Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenitis hominum uſque ad primogenita iumentorum. Idcirco ego imolo domino omne maſculinū adaperiens uuluam. Atque per oia, ut illos ad

Ibidem. dei notitiā adducant, monet & iubet. Sed & ipſis quoque filijs plurima de his, qui ſe genuerunt officioſiſſimè tractandis imperat, eos qdem qui parentes foue-rint, atque omnibus beneuolentiæ officijs proſecuti fuerint honorās: reliquos uero, quique fuerint ingrati, ſupplicijs afficiens. Hac autē rurſus ratione chariores illos ac iucūdiores parentibus facit. Nā ſi qui cuiuſquam nos cōſtitueret dominos, honore iſto ſūmam nobis neceſſitatē uideretur imponere ne illum negligeremus: & ſi.n. nihil aliud, certè uel id nos exorare poſſet, quòd illius oia noſtris in manibus conſtituta eſſent, nec ita nobis crediti ſalutē facilè prodere ſuſtineremus. Cum uero præterea deus una iraſcatur, am pliusq; q̄ hi, qui iniuriis, & contumelijs fuerint affecti indignetur, grauiſſimosq; cruciatus addat, hinc quoque uberiorem parentū ad filios amorem elicit. Tertiū uero deinceps à natura ipſa neceſſitudinis & charitatis uinculū adiunxit: ſin aūt ita mauis, primū nam

F ne illius de educandis liberis monita patres aſpernarentur, naturalem addidit neceſſitatem. Ne autem illa ipſa naturæ neceſſitudo filiorū tandem iniurijs offenſa imbecillior fieret, aut defluеret, aut rūperetur, inobediētes liberos & ipſe per ſeipſum punit, & patribus coercendos puniendosq; permiſit: ſicq; eos ſumma cura parentū ditioni ſubiiciens, prorſus ne ab illis negligerentur, effecit. Non autem hinc ſolum, uerum alia quoque ex ratione ſumma nos illis cura diligentiáque cōiunxit. Non modo enim malos, atque ingratos erga parētes liberos pœna afficit, bonosq; ac beneuolos ſuſcipit: uerū in ipſis quoq; parentibus identem facit, liberorū quidem negligentes diriſimè puniens: eos uero, qui ſtudioſius illorū curam gerūt, collaudās, ſummisq; hononbus afficiēs. Nāq; ſenē iſtum, tametſi aliās illuſtrē ac uirtute ſingulari præditum, ex huiuſmodi tamē negligentia puniuit. Patriarcham uero cum ex uirtutibus reliquis, tum ex hac in primis diligētia & cura laudauit atque honorauit. Cū enim dona illa plurima & maxima proſequeretur, quæ ſe illi daturum pollicebatur, cauſam quoque adiecit, & dixit: Noui enim, inquit, quòd conſtituet Abraham *Gen.17.b*

G filijs suis, & domui suæ post eum, & obseruabũt uias domini dei, ut faciant iustitiam & iudicium. Ista nunc à me ideo cõmemorata sunt, ut ostẽderem q̃ non sit æquanimiter laturus deus, si eos negligentius tractemus, qui tantæ sibi curæ sunt. Neque.n. eiusdem est, ut liberi salui fiant, rãta moliri, atque si illi negligantur, ira non cõmoueri. Non itaque filios negligi impunè permittet, uerum ut ex rebus ipsis declaratum est, indignabitur, & uehementissimo furore cõcitabitur.

Ephe.6.a Quocirca beatus Paulus iugiter admonet, dicens: Patres, educate filios uestros in disciplina, & correctione domini. Si.n. nosipsi quoq; uigilare iubemur, tanquam pro aiabus illorum rationem reddituri, id profecto multo magis pater, q̃ genuit, qui educauit, qui cum illo domi semper conuersatur. Vt.n. in suis proprijs delictis nõ ualet quisq; se ad excusationis remedia cõferre, ita nec in his q̃dem, quæ filij deliquerint. Idq; rursus beati Pauli probatur testimonio. Cum.n. ille sanciret cuiusmodi esse deberẽt, qui ad aliorũ magisterium & regimẽ assumerentur, inter cætera quę illis inesse necessario debere testatus est, ẽt filiorum curam & diligentiam annumerat, quasi nulla iam reliqua sit uenię spes, si peruersi illi fuerint. Et nimirũ id quidem conuenienter. Nam si à natura ipsa uitia hominesHaurirent & acciperẽt, posset aliquis excusationis se uelamine obtegere: quoniam uero spõtè atq; ex proposito & probi & improbi efficimur, quã tandem ille probabilem excusationem poterit obtendere, qui quem oium maximè diligit, & charum habet, peruerti nequissimum ac perditissimũ fieri permittit, dum liceat si uelit optimũ ac probatissimum facere, atque hoc cũ ex naturali affectu iugiter ad profectũ liberorum auidissimè expetendũ excitetur? An uero nõ potest? Nihil est q̃ illi minus cõcesserim. Nã quòd eum tenerũ accepit, primusq; ac solus oẽm eiusce instruendi facultatẽ nactus sit, semperq; domi secũ continuerit: & bellissimè illum, & facillimè imbuere ac moderari potuit. Itaq; nulla alia ex ratione peruersi ut fiant liberi contingit, nisi quòd eorũ patres circa uitæ præsentis cõmoda æquo amplius incumbunt, & ferè dixerim insaniunt. Cum.n. illa solummodo inquirunt,

I nihilq; illis præferendũ censent, & suam pariter, & liberorum animam negligere coguntur. Hos ego patres, quod nemo tamen me cõmotius dicere q̃ uerius existimet, parricidis ipsis imaniores, sceleratioresq; dixerim. Illi enim corpus ab anima disseparant, isti & animam & corpus æternis ignibus tradunt. Atque is qui dem qui corpore occiditur, necessario naturali lege, etiãsi necatus non fuisset, moreretur: hic uero sempiternam mortem uitare potuisset, nisi hanc illi conciuisset paterna negligẽtia. Præterea corporis mortem superueniẽs, protinus resurrectionis gloria delere poterit facillimè: animæ uero interitũ nihil solari poterit, cum sibi nulla iã sit reliqua salutis spes, uerum immortales cruciatus luere cogatur. Itaque non iniuria parentes eiusmodi deteriores paricidis esse diximus. Non enim ita crudele facinus uidetur, gladium acuere, & armare dexteram, atq; in ipsum filij guttur immergere, ut animam perimere atq; corrumpere: nihil enim huic ad honorem & dignitatẽ simile habemus. Quid igitur is, qui ciuitatem habitat, qui domum habet & uxorem, saluus esse non poterit? Primum qdem non una salutis uia, nec unus modus est, uerum permulti, ac differentes. Quod quidem Christus indefinitè dicit, cum multas esse apud patrem mansiones

Io.14.a

assẽrit. Paulus uero sub definitione quadam idem loquitur, sic scribens: Alia claritas Solis, alia lunæ, & alia *1.Co.15.f* stellarum: stellãque item à stella differt in claritate. Quod aũt dicit: eiusmodi est: Alij quidẽ fulgebunt sicut Sol, alij ut luna, & alij ut stellæ. Nec ista differentia contentus, maiorẽ longè uarietatem intulit, tãtamq; quantam in tanto stellariũ numero cõtingere par est. Stella.n inquit, à stella differt in claritate. Diligẽter igitur perpende, per quot dignitatum, ac meritorum gradus descendes, si à Solis magnitudine ad ultimam & minimam stellarum deuoluaris. Perq̃ igitur iniquum & indignum est, si filium tuum ad regiã, & ad regem introducens, ut ipsum familiarissimum regi charissimúmque constituas, omnia & facis & pateris, cunctaque moliris, nihil penitus dum id assequaris, omittens aut subterfugiens, nõ sumptus, nõ pericula, non ulla incõmoda, non mortem ipsam denique: cœlestis uero militiæ, cœlestiúmque munerũ optione proposita, non doleas, neque lamenteris, si extremum sortiatur locum, sitq; omniũ nouissimus. Verum hoc ipsum altius inspiciamus, fierine possit, ut qui in mediis seculi curis ac negotijs uersatur, uel extremus electorum esse dignus habeatur. Paulus quidem de huiusmodi breuem sentẽtiam tulit, eosq; qui habent uxores, non aliter saluos esse posse declarauit, q̃ si eas ita *1.Cor.7.a* haberent, tanq̃ non habẽtes, mundóque isto nõ abuterentur. Nos aũt, si placet, id quoque paulo altius ac diligẽtius intueamur. Potésne ipse gloriari, filiũ tuum uel te admonente didicisse, uel à seipso fuisse conspicatũ, quòd is qui iurat, etsi non sine ratione iuret, in deũ peccare conuincitur? Quid uero? Num illud didicit abs te, quòd is qui memoriam iniuriarũ retinet, saluus esse nõ potest? Viæ.n. inquit, illorũ qui non obliuiscuntur iniurias in mortẽ. An fortè id abs te audiuit, quòd maledicum ita dehonestauit deus, ut ipsa quoq; scripturę sacrę lectione prohiberet? Quid uero? *Esa.34.d* Nunq̃d hoc illi protestatus es, quòd superbũ & iniu- *Mat.5.d* riosum de cœlis deiecit, ac gehenæ tradidit ignibus? Num illud tandẽ eum docuisti, quòd qui impudicis tantũ oculis aspicit, tanquam qui cõsummarit adulteriũ, sit puniẽdus? An uero leue illud, ut uidetur, promptúmque delictũ iudicare proximos, grauissimis cruciatibus afficiendũ ut fugeret, eum aliquãdo monuisti, Christique de hmõi constitutas leges illi unq̃ legisti? Fortasse ne tu quidẽ, quænam ista sint nosti: quonam ergo modo poterit ea filius perficere, quorum nec pater ipse, qui illũ erudire debuerat, leges nouit? Atq; utinã hoc tantum culpa esset, nihil utile parentes liberis cõsulere, posset id etsi sit grauissimũ aliqua fortasse ratione tolerari: nunc uero illos ad ea quæ saluti suæ sunt aduersissima omni studio impellitis: denique audias patres, cũ liberos suos ad studia literarum hortantur, hmõi uerba illis iugiter insusurrare: Ille, inquit, humilis, humiliq; loco natus, qa dicendi facultatem consecutus eum, summos magistratus, maxima imperia administrauit, opes acquisiuit ingentes, uxorem accepit diuitem, construxit præclaras ædes, omnibus terrori est, summaq; in gloria uersatur. Alius rursus: Ille, inquit, Latina lingua eruditus, in regia clarissimus est, cũctaque intus ipse administrat. Alius item aliũ in medium adducẽs proponit ad imitandũ, cunctique penitus insignes & claros in seculo uiros memorant: cœlestis uero cõuersationis, cœlestiumq; bonorũ nulla oino sit mentio. Cęterũ siqs aliqd eiusmodi memorarę uoluerit, ut qui cũcta peruertat, ita reiji-

K

L

M

A citur, exagitatur, affligitur. Cùm ergo hac doctrina teneros illorũ animos imbuitis, atq; hisce uerbis rudes adhuc aures excãtatis: profectò nihil eos aliud, q̃ materiam malorum oium docetis, duos istos illis uiolẽtissimos amores inserentes, pecuniarum. s. & qui longè pernicioſior est, leuissimæ atq; inanissimæ gloriæ: horum uerò cum seorsum quilibet cuncta peruertere ui sua sufficiat, quid tandẽ ambo facturi existimantur, si simul coeant, sicq; in iuuenis animum irruant mollissimum atq; tenerimum? Nõne ueluti torrentes quidam cõiuncti, bona simul omnia corrumpunt & perimunt, tantum spinarum, tantum arenæ numerum, tantamq; materiæ uim intus congerẽtes, ut animum illum sterilem, bonorumq; omnium inferacẽ faciant? Qua in re ipsi quoq; externæ philosophiæ authores nobis testimonio sunt. Alterum.n. horum uitiorũ non cõiunctum, sed seperatum, ac solum, unus quidẽ arcem: alius uerò caput malorũ appellauit. Sin uerò seperatũ arx malorum, & caput est: quid tandẽ erit, si alterum quoq; sibi accesserit immanius longè, atq; potentius? gloriæ. s. insanus amor, atq; cum illo

B uiolenter irruens firmissimis radicibus nitatur, inueniscq; occupet aium? Quis iam eiusmodi impetum poterit obtundere, quis eam perniciem restringere, cùm præcipuè parentes cuncta ea & faciant & moliantur: non quibus hæc iniquissima germina uellatur, uerũ quibus firmiora & solidiora fiant? Quis adeò stultus atq; amans sit, quin ita imbuti & instructi desperet salutẽ? Optandum in primis fuerat ei animo, qui huiusce uerbis indies incitaretur, eam pestẽ euadere posse. Cùm uerò præterea undiq; illiciant pecuniarum præmia, ubiq; scelerati homines ad imitandum proponãtur: quæ nam iam salutis spes relinquitur? Qui.n. pecuniæ amore rapiuntur, inuidi quoq; neq̃, detractores, periuri, temerarij, audaces, maledici, fures, inuerecundi, impudentes, ingrati, mala denique omnia sint

1.Ti.6.b necesse est. Atq; horum omniũ testis fidelissimus est beatus Paulus, qui radicem omnium uitæ malorum pecuniæ immodicam cupiditatem esse ait. Quod idipsum Christus antea manifestauerat, cùm impo'sibi

Mat.6.d le esse assereret, eum seruire deo, qui illi uitio esset obnoxius. Cùm igitur initiò iuuenis ad hanc statim adducatur seruitutẽ, quando iam liber esse, quando undarum moles poterit euadere, cunctis impellentibus

C atq; mergentibus, extremoq; in submersionis periculo illũ statuentibus? Nã si nullo pturbante, si plurimis porrigentibus manũ, exurgere ille, atq; emergere potuerit, cunctamq; perturbationum ac uitiorum amaritudinem diluere: nõne gratulandũ atq; congauendum illi erit? Si, inq̃, longo tpe diuinis excantatus carminibus, inolitas pasiones abijcere ualuerit: nónne & laudandus millies, & coronandus erit? Dura.n. dura, ac penitus acuta & uiolenta res cõsuetudo est, ad uincendam capiendamq; animam cùm in primis ista uoluptatem adiutricem habeat: ea uerò uirtus, ad quam festinamus, & ad quam transferri atq; applicari studeamus, ingentes nobis præbeat labores. Quocirca deus ipse quoq; cum Hebræis, eorum quę in Aegypto didicerant, malorum uetus consuetudo deponeda esset, seorsum illos in solitudinem adduxit, atq; ita illorum formabat animos uiam oẽm medicinæ, & curationis tentans asperiorẽ atq; leniorem, nihilq; penitus omittens ex his quæ uiderentur eorum salubritati profutura. Et ne sic quidẽ uitia illi effugerunt, sed cũ manna cœlesti cibo alerentur, cepas tamen &

Nũ.11.b

alia & cætera Aegypti mala prę ferebant, atq; require D bant. Adeò cõsuetudo ualet, tãtumq; habet roboris. Si aũt Iudæi cùm tanta diuinæ diligentiæ cura fruerẽtur, ducemq; præstantissimum, & oratorẽ adeò egregium, cui niterentur haberent, metuq; præterea & cõmination e & beneficijs & cruciatibus, modis deniq; omnibus erudirentur, tantaq; & tam illustria miracula uiderẽt, in nullo meliores euaserunt. Tu filium tuũ iuuenem in Aegypto media, siue magis in media dimicatione uersantẽ nullumq; qui quod sibi utile esse posit, consulat audientẽ: cunctos uerò ad ea quæ cõtraria saluti sunt se exhortari inspicientẽ, atq; eos omniũ maximè, qui se genuerunt & educauerũt, diaboli laqueos euadere posse arbitraris? Vnde quæso? Nũ ex his, q̃ tu illum doces? Atqui tu ad ea quæ omnino cõtraria saluti sunt, hortaris, cũ philosophiæ ne p somniũ quidem pmittis illum meminisse, cunctaq; seculi istius, infrà supraq; uoluens cõmoda maximis fluctibus iactari, summisq; in periculis uitę uersari, tuis adhortationibus inducis. Nam si fortè à semetipso? Maximè quidẽ iuuenis sibijpsi nõ sufficiet ad uirtutẽ cõ quirendam atq; exercenda: sed & siquid ex seipso strenuũ atq; illustre conceperit priusq̃ id germinet, uerbo E rum tuorum perpetuo imbre suffocabitur. Vt.n. corpus si salubribus cibis non fruatur, insalubribusq; nutriatur longo tpe subsistere & durare non potest: ita & anima quæ eiusmodi doctrinis fuerit imbuta, nihil unq̃ altum, nihil magnũ cogitare poterit, sed eiusmodi necesse est languidam & mollẽ, uitijsq; uelut peste quadã iugiter infectam, ita demum in ęternos ignes, atq; in immortales cruciatus proijci. Sin uerò tu ista non ita se habere contenderis, esseq; posibile medijs in rerum perturbationibus uirtutem omnem assequi affirmare perrexeris, ne quæso pigeat nouã hanc, atq; inauditam nos docere disciplinam. Nolo.n. sine causa, si fieri posit, tantũ mihi negocij assumere, nec frustra seculi læta respuere. Sed.n. hoc addiscere nõ possum: neque.n. permittitis uos, huic sententiæ & uerbis, & operibus contradicentes, atque omnia contraria dicẽtes: ueluti.n. dedita opera liberos uestros omni studio perdere curetis, ita uniuersa illos facere iubetis, quæ qui faciunt, salui esse non possunt. Id si placet aliquanto altius consideremus. Cœlestibus euan F

Luc.6.d gelium uocibus intonans. Væ, inquit, ridentibus: uos

Ibid. illis quotidie innumeras risus occasiones præbetis.

Ibid. Væ diuitibus: uos contrà, ut illi pecuniosissimi fiant, uniuersa molimini. Væ cũ uobis benedixerint homines. uos aũt & quidem sæpe ut laudes, fauoresq; populares consequamini, omne patrimoniũ effunditis. Rursúsq; qui fratrem contumelijs affecerit, sempiter- *Matt.5.d*

nis ignibus obnoxius fit: uos autem & imbecilles esse putatis, & timidos, qui tacitè sibi illatas contumelias

Ib.f.& 2 ferunt. Imperat Christus pugna, & ultione abstinere

Tim.2.c uitæ cœlestis æmulos: at uos in eiusmodi pestibus il

Matt.5.c los semp enutritis. Oculũ ille si noceat, crebrò eruendum iubet: uos eis maximè amicis utimini, quiq; pecunias dare amplissimas potuerint, etiã si supremum

Ibid. uitiorum oium doceant. Dimittere ille uxorem non permittit, præterquam in sola causa adulterij: uos autem modò pecunias accipere ampliores liceat, hoc

Ibid.f etiam præceptum ut illi aspernentur, imperatis. Iusiurandum ille penitus prohibuit: uos si quem id seruare uideretis, etiam ridetis. Qui amat, inquit, animam

Ioan.12.d suam, perdet eam. Vos ad huiusmodi amorem sem-

Mat.6.b per illos hortamini. Si non remiseritis, inquit, homi-

G nibus peccata illorũ, nec pater uester cœlestis remittet uobis. nos quoties eos, qui nos iniurijs lacessunt, ulcisci noluerimus, ignauiã nobis exprobratis, utq; filij nostri maturè se ulcisci possint, curam oẽm adhibetis. Rursus gloriæ inanis cupidos cuncta sine mercedis fructu gerere, sñia sua Christus docuit, si illi ieiunauerint, siue orauerint, siue miserti fuerint: uos contrà, ut hac frui ualeatis nihil omittitis. Et quid me necesse est uniuersa persequi, cùm ista quoq; quæ dicta sunt, gehennas innumeras inferre idonea sint, non modò si cuncta simul coeant, uerum & seorsum singula? Cæterũ uos simul uniuersa congeritis, & imponentes pctõrum onus importabile, ita demum in fluuium igneum immittitis. Quando itaq; seruari poterunt, qui tanta ferunt igni nutrimenta? Neq; istud solũ iniquum & indignum est, quòd Christi præceptis contraria docetis, uerũ quòd fauorabilibus appellationibus uitia obducitis. Quippe Circẽsibus ludis, & reliquis spectaculis interesse iugiter, urbanitatẽ & facetias uocatis: diuitijs affluere, liberalitatem: gloriam amare, magnanimitatem: arrogantiam, confidentiã:
H prodigalitatẽ, clementiam: iniustitiam, fortitudinem esse afferentes. Tum uerò quasi non hæc sufficiat de cipula, uirtutẽ quoq; cõtrarijs nominibus obnubitis, rusticitatẽ quidẽ pudicitiam uocantes: formidinem, modestiã: imbellitatem q;, iustitiam: contemptum q; fastus & gloriæ seruilis esse animi existimantes, malorum q; tolerantiam, ignauiam & infirmitatem: tanq; profectò metuentes, ne si tandẽ uerã & propriam harum rerũ appellationem ab alijs audierint, effugiant eiusmodi perniciem filij. Neq; n. parum cõfert ad euitationem mali, nudas ipsas & proprias uitiorum proferre appellationes, uerum tantum habet momenti & roboris, ad eos qui peccant feriendos, ut plurimi nonnunq; turpissimis flagitijs insignes, cum id quod sunt, se uocari audiunt, modestè ferre nõ possint: sed ut qui acerbissima sint perpessi, ita fæuiunt atq; efferãtur. Denique siquis uel mulierem adulteram, uel stupratum puerũ ex actu ipso fœdissimo uocauerit, ut qui maximis iniurijs affecerit, irreconciliabilis efficitur repentè inimicus. Ne istos solum, sed & cupidum quenq;, & ebriũ & elatum, ac tumidũ, omnesq; peni
I tus q graue aliqd peccauerint, uideas non tam opere ipso nefario, multitudinisq; opinione morderi ac dolere, ut appellationibus proprijs operum suorũ. Atq; ego cõplures isto correptionis genere emendatos noui, factosq; ipsis exprobrationibus moderatiores ac meliores. Verum. n. uos istud quoq; solatiũ, ac remediũ sustulistis: quòdq; grauius non est uerbis solum, sed operibus ipsis quoq; hæc illis monita datis, dum ædes pclaras instruitis, dum emitis pretiosissimas uillas, dum apparatus alios magnificos q̃ritis, prorsusq; ueluti atra quadã nebula illorum aios obnubitis. Vnde igitur mihi persuaderi poterit, eiusmodi posse saluos fieri, cum eos omni studio ad illa impelli conspiciam, quæ qui faciunt, Christus perire omnes apertis uocibus docuit, cum uideam uos illorum animas, ut uile aliquid, ac superfluum negligere: eorum aũt, quæ & superflua re uera & indigna sunt, ueluti ea necessaria sint & principalia curã gerere ingentem? Nempè enim ut seruus, ut equus optimus, uestisq; pretiosissima filio sit, oia facitis: ut autẽ ipse bonus & probus fiat, ne cogitare quidem unq̃ uultis. Cæterum ad ligna usq; & lapides hoc studium perducitis: aiam uerò nec minima quidem huius diligẽtiæ parte dignã iudicatis. Cùmq; ut in domo statua antiquo opere K
admiranda consistat, & tecta aurea rutilent, cuncta moliamini: pretiosissimam oium statuarum aiam, quatenus aureã efficiatis, nullã curam gerere uultis. Atqui nondum supremum uerticem, & culmen malorum omnium dixi, necdum summã totius calamitatis reuelaui, quam eum sæpe dicere instituerem, uerecundiæ ac ruboris magnitudine superatus destiti. Quid uerò istud est? Audiendum. n. iam, ac dicẽdum est. Nam esset profectò incredibilis ignauiæ & imperitiæ, si pestem aliquam resecare cupientes, ne mutire quidem aduersus illam auderemus, silentioq; nostro morbum illum accusare, & grauiorem constituere uellemus. Non itaq; filebo amplius, etiamsi millies & pudendum mihi & erubescendum fuerit. Neq. n. medicus cum putredinem exprimere & extergere parat ex uulnere, ferrum manibus arripere deuitat, atq; in ipsum, ut ita dixerim, uulneris fundum digitos demittere. Et nos itaq;, & si sit ista longè grauior & molestior putredo, nõ tamen de hisce loqui recusabimus. Quòd ergo tandem istud malum est? Amor quidam nouus & nequissimus nostra ætate, atq; in nostrum L
genus irrupit, & latè dominatur. Morbus irruit acerbus atq; insanabilis. Pestis teterrima, atq; omni pernicie immanior & grauior inuecta est. Scelus quoddã nouum & intolerabile excogitatum est. Non. n. scriptæ & constitutæ modò, uerum ipsæ quoq; naturæ peruertuntur leges. Nihil iam ferè ad impudicitiæ rationẽ fornicatio esse existimatur. Cæterùm ut in partus doloribus, cùm pasio incumbit uiolentior, prioris doloris sensum omnem sua magnitudine intercipit: sic huius quoq; magnitudo flagitij facit, ut quod suapte natura tolerabile non est, non iam uideatur esse intolerabile, obscœna. s. cũ mulieribus libido. Optãdum. n. iam uotis omnibus uidetur, posse hmõi retia effugere, periclitaturq; iam superfluo effectus esse sexus muliebris, adolescentibus uices eius omnes implentibus. Quod cùm per se est acerbissimum: facit id profectò, ut deterius & tetrius sit, quod tãtùm scelus, tam nefariũ facinus incredibili audacia, summaq; iam cũ libertate admittitur, flagitiúmq; lex factũ est. Nemo iam metuit, nemo phorrescit, nullus continetur uerecundia, nullus rubore suffunditur. Cæterum M
ista impudẽtia se ornari putãt, & faceti uideri ex scelere uolunt. Insanire iam uidentur, quòd pudicitiæ student: & esse dementissimi, qui leges contra ferre audẽt. Qui si quidem imbecilliores fuerint, uerberibus quoq; cõciduntur: sin uerò potentiores, spernuntur, irridentur, & probris respersuntur innumeris. Nihil ã leges, nihil iudicia ualent. Non pædagogi, non parentes, non magistri, non assectæ obsistere iam ualent: alios. n. pecuniis uoluere corrumpere, eos. s. qui solã ad mercedem spectant. Porrò siqui fuerint modestiores, eorúmque qui sibi crediti sunt, salutem curare pstiterint: alij quidem circunueniuntur facilè, reliqui uerò flagitiosorum potentia & metu perterriti succũbunt: facilius. n. is qui tyrannidem sibi parare moliatur, suspectus fuerit, seruabitur, q̃ scelestorum illorũ, nequissimorúmque hominum manus possit effugere, qui illis fuerit infensus: adeò medijs in ciuitatibus ueluti in solitudine ingenti masculi in masculos turpiter desæuiunt, horrendúmque flagitium in alterutrũ cõmittunt. Siqui tamen hos laqueos effugere potuerint, opinionẽ saltẽ quòd sint eiusmodi, difficilè uitabũt. Primũ quidem quòd sint ipsi admodum pauci,

A sicq; facillimè operiuntur improborum multitudine. Secundo, quòd flagitiosi illi atque nequissimi dæmones, cũ eos qui se spernunt, & execrãtur, non possint aliter ulcisci, uel in hac parte illos uiolare studẽt. Quia. n. letale illis uulnus infligere non ualẽt, ipsamq; aiam uel penetrare uel polluere, exteriorẽ saltem ornatum, quo illi amicti sunt, maculare nituntur, omnémque illis honestatis gloriã eripere. Quocirca complures audiui, cũ se mirari dicerent, quòd nondũ hodie Gen.19.e
dieque imber alius igneus erupit, quòd nõ similia Sodomis urbs uestra passa sit: tãto sanè grauiore digna cruciatu, quanto ne aliorũ quidem cladibus emẽdata corrigitur. Verum quanq; ipsa quoque regione, iam post duo annorũ millia ipsa sua facie clarius clamãte q̃ si uoce loqueretur, atq; orbẽ uniuersum admonente, ne quid eiusmodi præsumat, nõ modo timidiores aut segniores ad hoc audendũ facinus facti nõ sunt, uerũ longè impudentiores, tanq; profecto aduersus deum contendẽtes, atque operibus ipsis ostendere studentes, tanto se cumulatius his malis adiecturos, quanto maiora ille intentauerit supplicia. Cur ergo nihil factum est eiusmodi, sed cum admittantur, So-
B domorũ scelera, non tamen contingũt Sodomorum clades? Quia manet istos ignis alius longè isto grauior. cruciatúsque finem nullũ habens. Nã cum multo grauiora scelera, q̃ hi qui diluuij aquis periere, plurimi postea admiserint, nullus tamen imber eiusmodi postmodũ factus est. Atque in hoc facto eadẽ rursus controuersia est. Cur enim hi qdem qui initio seculi fuere, cum neque iudicia essent, nec principium metus imineret, non legis cõminatio terreret, nõ prophetarum adesset chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehẽnæ, non cœlestis regni spes, non miracula ipsa denique lapides, ipsos quoque excitare ualentia: cur, inquam, isti qui nullo horum potiti sunt, pro his quæ peccauerunt, tanta animaduersione puniti sunt: qui autẽ horum omnium participes fuere, atq; inter metum diuinorũ, humanorúmque iudiciorũ degunt, hodiéque non eadẽ quæ illi patiuntur, cum sint longè grauiori supplicio digniſsimi? Nonne puero cuiuis constabit, quòd acerbiori atq; uehementiori pœnæ reseruãtur? Nam si nosipsi quoque superbis & irascimur & indignamur, deus cui oium maximè totius mortalium generis cura incumbit, qui uitia uehemẽter & auersatur & odit, quando ista impune admitti scelera passurus est? Sed profecto non ita se
C res habet, non adeo nos decipiamus. Immittet in illos penitus manum illã ualidissimam & plagã non ferendã, doloremq; cruciatuum sempiternorum adeo grauissimũ, ut si Sodomorum clades illi cõferantur, ludus puerorum esse existimetur. Quam enim Barbarorum feritatem isti nõ sua improbitate transcenderunt. Qd beluarum genus cõgressu suo impurissimo non superauerũt? Et in quibusdã mutarum animantium à natura insitus libidinis ardor incredibilis', cupidóq; intolerabilis, & nullo ab insania differẽs: quæ tamen amorem hunc nefariũ non norunt, sed intra leges à natura præstitas pmanserunt: neque si millies libidine urantur, naturæ unquam prꝫterlabuntur legem. At isti & rationales conditi, diuinóque magisterio potiti, quídue agendũ sit, uel non alijs quoq; annunciare iussi, nõ ita licentioſẽ ac sine metu meretricibus ut adolescentibus congrediuntur. Et quasi homines nõ sint, non prouidẽtia ulla res humanas agat, aut moderetur, & ea quę fiũt, iudicet, ac tenebrę cuncta occupauerint: nullúsq; sit qui ista uideat uel audiat, ita cũcta flagitia admittunt, insaniæ ac furore incredibili. Liberorũ uerò qui eiusce cõtumelijs afficiuntur, patres hæc taciti ferunt, nec seorsum unà filios terra obruunt, neq; tantæ cladi ullũ remedium aut solatiũ inquirunt. Nã si ad externas gentes, si ad mare, si ad extremas insulas, si ad inaccessam terrã, si ad eum qui citra nos est orbẽ filij, ut hac peste liberi euaderẽt adducendi atq; pertrahendi essent: nõne omnia & facere & pati debuerant, ne fierẽt eiusmodi flagitia? Certè siquidem insalubris esset locus aliquis, ac pestilẽs, nunq; eo filios adduceremus, etiam si lucra ingentia inde consecuturi uideremur, ẽt si sani illi uiribusq; essent ualidissimi. Nunc uerò cùm tam immanis pestis cuncta compleuerit, non solum ipsi liberos nostros ad hæc prærupta pertrahimus: uerum siqui illos eripere, ac liberare uoluerint, eos tanq; perditos & corruptores undiq; exagitamus. Quàm ista igitur ingenti iracundia, quanto furore, quãtisq; fulminibus digna sunt? quandoquidem ut illi linguæ acumen, ac nitorem habeant per exteriorem sapientiam omni studio curamus: animam uerò in ipso cœno spurcitiæ iacentem, atq; indies putrescentem nõ modo despicimus, E
uerum exurgere quoq; cupientem prohibemus. Et quisq; iam afferere audebit, posibile est tantis malis inuersantes, saluos fieri? Quánam tandem ratione? Nempè qui impudicorum effugere insaniam potuerint, pauci omnino sunt: illiq; ipsi non effugient amores illos uiolentos, qui cuncta perdiderunt, pecuniarum. s. & gloriæ. Complures uero & his ipsis, & unà impudicis amoribus uehementius oppressi detinentur. Deinde disertos illos, & liberalibus studijs excultos fieri cùm uolumus, non ea solùm quæ huic eruditioni impedimento esse possunt, resecamus: uerũ cuncta quæ ad eam assequendam conferre possunt, solicitè paramus, pædagogos ac magistros illis procurãtes sumptusq; suppeditantes: atq; à rebus cęteris otiũ præstantes, eisq; intentius acclamantes atq; studiosius, q̃ in Olympicis certaminibus pædotribæ faciũt, inopiam quam imperitia, copiasq; quas parit eruditio commemorantes, cunctaq; per nosipsos, & per alios agentes, ac dicentes, quibus illos ad finem destinati studij perduci posse arbitramur. Et ne sic quidẽ crebrò uoti compotes efficimur. Mores uerò optimos & moderatos, conseruationisq; præclarę diligẽtiam ultrò illis prouenire arbitrabimur, cùm tot ac tanta sint, quæ illa impeditant & intercipiant. Et qd hac absurditate dici deterius possit, si id quidem qd leuissimum est maximo & honore & studio dignemur, quasi possibile non sit aliter illud adipisci: qd ue
rò longe difficillimũ, & grauissimũ est, id dormientibus contingere existimemus, ut unum aliquid minimum, ac nullius æstimationis ac pretij? Philosophia nanq; animi literarum eruditione, studijsq; liberalibus tantò difficilior est & operosior, quantò facere quàm dicere difficilius, operáq; quam uerba laboriosiora sunt. Et quid, inquit, liberis nostris philosophia diligentiori opus est? Istud istud omnino est, quod uniuersos pdidit, quòd rem adeò necessariam, qua uita omnis nostra cõtinetur, superfluam esse & otiosam iudicamus. Certè enim siqui corporis incommodo laborare filium uiderit, nunquam dicturus est, quid illi integra & diligentiori sanitate opus est, uerùm cuncta molietur & geret, quibus tam insignem ille, támque excellentem habitum acqui-

G rat,ut iam ad eum ultrà morbus ille redire nõ posit: animæ uerò morbo cũ illi grauissimè laborent, nihil eis aiũt curatione opus esse. Postq; ista omnia patres se uocare audent. Quid igitur? Philosophabimúrne oẽs,inquit,aliquis,seculiq; oĩa peribunt? Nõ ita prorsus uirorũ optime.Non.n.philosophiæ dare operam id tandẽ est quod uniuersa corrupit & perdidit, uerũ id non agere. Quinam enim,quæso te, præsenti hoc in rerũ statu per scelera & flagitia feruntur? Illine qui moderatè & quietè uiuunt, an qui nouos & iniquos excogitant deliciarũ modos? Qui res omniũ diripere, sibiq; conscisсere,summo studio nituntur: an qui frugalitati studentes, suis & quidem modicis contenti sunt? Qui seruorũ cuneos,& assentatorũ greges,exoletorumq; examina circunducunt: an qui seruũ unũ sibi satis esse arbitrantur? Nondum.n.summa de philosophia loquor,sed de ea quæ & plana est & peruia & plurimis accessa. Illine qui clementes & moderati, ac mãsueti sunt:an ij qui nihil æquè ac summos à cõtribulibus honores quærũt, maximisq; calamitatib⁹ afficiunt,si non ille sibi assurgat,si non salutet prior, H si non suppliciter inclinet, cunctaq; seruorũ obsequia præ se ferat? Qui alieno imperio regi, alijsq; obtemperare meditantur:an q potestates & magistratus auẽt, cunctaq; dum his potiantur & facere & tolerare fusti nent? Qui quòd se cunctis meliores esse arbitrentur, licere sibi & loqui & agere omnia existimant: an qui seipsos cũ ultimis & uilioribus annumerant: istãq; irrationabilẽ potentiam, ut uitiũ castigant & fugiunt? Qui prædara ædificia cõstruunt,& magnificè instructas apponunt mensas:an qui parco cibo, habitaculoq; quod necessitati satis sit,cõtenti,nihil amplius requirũt? Qui innumera soli sulcãt iugera, an qui ne glebæ quide unius possessionẽ sibi necessariã existimãt? Qui fœnus fœnori adiiciunt, omnicq; mercaturæ uiã inuũstam licèt aperiunt & mouent:an qui huiuscemodi conuentionũ & chirographorũ iniquitatẽ penitus oderunt,atq; ex his q̃ possident egentibus subueniũt? Qui mortalis cõditionis imbecillitatẽ, uilitatemq; cõsiderant,an qui ne hanc quidẽ considerationẽ admittunt,ac ferè homines se præiactantiq;,ac tumoris magnitudine existimare desierunt? Qui scorta nutriunt, I alienisq; matrimonijs se inquinãt,an qui uxore quoq; legitima abstinẽt? Nõne illi quidẽ ueluti tumores corpori,uentiq; sæui ac furẽtes mari:ita totius orbis terrarum euertendæ reipublicæ exorti,eos quoq; qui seruari possent,per suam intemperantiam & improbitatem immergere, ac prorsus extinguere conantur: isti uerò tanq̃ lumina clarissima in tenebris micãtia, eos qui in æstu medio iactantur, ad summam inuitantes quietẽ & securitatẽ, ac philosophiæ faces de sublimi quodã & longinquo pharo accensas præferentes: ita demũ eos qui monitis suis obtẽperare non renuunt, ad quietem ac tutissimũ portum perducunt? Nónne per illos quidem seditiones,bella pugnæ, euersiones urbium,in seruitutem abductiones,seruitutes, captiuitates,cædes,maláque alia innumera,quæ in seculo fiunt,nec ea solũ quæ inferuntur ab hominibus,uerũ & quæ de cœlo omnia:puta siccitates,imbres,terræmotus,fames,pestes,aliaq; omnia quę cœlitus nobis immittuntur? Nõne ergo isti qui & mores totius humanitatis peruertunt,qui res publicas corrũpunt, hi alijs quoq; innumerabilium calamitatũ causa fiunt, qui uitæ quietiori studentes,eamq; degere uolentes, perturbant undiq; & pertrahũt,uarijsq; supplicijs affligunt? Horũ gratia profectò & iudicia,& leges,& mul K ctæ,uariaq; tormẽtorũ genera sunt instituta. Vt enim in ea domo, in qua plurimi morbis uarijs laborant, pauciq; sanitate gaudent, uideas plurima & medicamentorum genera,& medicos quamplures:ita in orbe toto nulla gens est,nulla ciuitas,ubi non leges plurimæ,non multi magistratus,non innumeri pœnarũ modi,ad perterrendos improbos sunt cõstituti. Neq; enim sufficiunt medicamenta ipsa sola languidos eripere,nisi adsint qui illa uulneribus imponant:hi profectò iudices & magistratus sunt,qui illos, uelint nolint,medicinã admittere cõpellunt. Atq; ita ẽt morb⁹ obtinuit,adeò ut ipsam ferè medicorũ artem superauerit:ipsosq; iudices infecerit:prorsusq; idẽ contingit, ac si quis & febre & morbo intercutis, alijsq; itẽ ægritudinibus innumeris & grauioribus oppressus mala quidẽ propria curare negligeret, alios uerò qui eisdẽ incommodis laborarent, eripere studeret:nempe.n. uitiorum inundatio & uis,quasi torrens quidam,uniuersis obicibus ruptis, uehementi impetu in animos mortaliũ effusa est. Et quid me dicere necesse est, mo rum optimorũ omnium peruersionẽ? Periculũ iam L ingens,metusq; subijt,ne pestis ista,q̃ à nequam istis, improbissimisq; hominibus inuecta est, ea ẽt quę de prouidentia à pluribus in libris disputata sunt, refellat omnia. Adeò indies procedit,augetur,insanit,omniaq; occupare festinat:adeò quæ suprà fuerãt, infrà iam fecit,atq; aduersus cœlũ bellare instituit, mortalium linguas nõ iam aduersus homines cõseruos,sed planè iam aduersus omnipotentẽ dominũ armans. Vnde enim,quæso,fati, nomen multũ per ora oĩum ubiq; uertitur? Vnde syderum irrationabilibus motibus cuncta quæ accidunt,plericq; imputant? Vt quid fortunam,ut quid causam quidã profitentur, & prędicant? Vnde sine ratione,sine prouidentia, ac temerè ferri cuncta arbitrantur? Propter eõsne qui iustè & quietè & moderatè uiuunt, an propter illos quos tu quidem continere & conseruare respublicas dicebas? Ego uerò cõem totius humani generis pestẽ esse mõstraui,atq; istud ita manifestũ est,ut nemo inde dubitare possit. Nullus enim indignatur quòd ille, aut ille philosophare pergit, quòd mitis est, quòd moderatus, quòd pudicus, quòd negligit humana omnia & M spernit: uerum quòd ille delicatè uiuit, quòd cupit, quòd radit, quòd nequissimus cũ sit, uitijsq; oĩbus repletus, clarissimus est, summaq; ĩ rerũ copia & prospe ritate uersatur. Ista queruli annũciant, hæc obiiciunt, hæc accusant, qui non credunt deo, his offenduntur plurimi: adeò illorum gratia qui iustè & moderatè uiuunt, non modò nihil horũ uerborum loquerentur, sed illa quoq; reprehenderẽt, quibus ut dei accusarẽt prouidentiã, fuissent inducti. Atq; utinã aut oẽs, aut certè pars maior uiuere ita uoluisset, nunq̃ profectò uerba ista aliquis excogitasset, nec summus malorũ omnium uertex irrepsisset, ut quæreretur unde mala essent. Cũ enim illa non essent, neque apparerẽt, quis inquirere pergeret malorum causam? Ne innumeræ quidem ab ista quæstione sectæ pullulassent. Manes enim & Marcio & Valens & gentilium plurimi, hinc potissimum habuere principiũ. Sin uerò oẽs philosopharentur, quæstio sanè ista locum nullũ inuenisset, sed si nullis alijs ex locis, uel ex isto certè uiuendi optimo atq; lætissimo genere dudũ, uniuersi didicissent, sub deo nos rege degere, resq; humanas ab illo & administrari & regi, secundum suam inæstimabilem,

A incomprehensibilemq; sapientiam. Quod quidẽ fit nunc quoq;,& si non facilè perspicitur, ob ingentem illam & crassam nebulam, quã isti toto terrarum orbe effuderũt. Quę si auferretur,profectò ueluti in meridiana luce, & sereno candidissimoq; cœlo cunctis mortalibus diuina perspiceretur prouidentia. Deniq; si non essent iudicia, non accusatores,non calumniatores,non tormenta,nõ mulctæ,nõ carceres,nõ cruciatus,non bonorũ publicationes,& damna,non timores & pericula,nõ insidiæ & inimicitiæ,nõ iurgia, non maledicta,non odia,non pestilentiæ, nõ deniq; aliud aliquid eiusmodi,si quod à nobis i hac enumeratione prętermissum est,sed oẽs digna & conuenientissima cum moderatione uiuerent, quis unquã mortalium de prouidẽtia diuina dubitasset? Profectò nullus.Nunc uerò ferè idem cõtingit,ac si hyeme ingenti ac procella imminẽte gubernator quidẽ faciat quod sui muneris est diligentissimè,seruetq; inter undarum moles nauem,non aũt appareat eiusce peritię & artis diligentia uectoribus,quod hanc illis considerationẽ B & perturbatio & metus & solicitudo præsentiũ, iam iamq; impendentium malorũ eripiat. Deus enim nũc quoq; gubernat oẽm hanc machinam, & si non id à plurimis animaduertitur,ob rerũ turbines & perturbationem uitæ:quam quidẽ perturbationem isti maximè omnium excitant. Itaq; nõ tantũ morum rectitudinem peruertunt,uerũ ipsam quoq; pietatẽ religionis contaminant. Nec sanè peccabit qui istos naturæ totius inimicos appellauerit, qui in aliorũ perniciem coniurãt,& doctrinis sceleratis ac impuris moribus, eos qui secum hoc in uitæ salo nauigant, demergũt. Atqui nihil horum penitus in monasterijs inuenies: uerũ quanquam procella tanta,tantiq; fluctus desæuiunt, soli in tranquillo & portu & securitate summa residentes, ueluti ex cœlo ipso cæterorum naufragia prospectant. Nanq; conuersationẽ planè cœlestẽ elegerunt,nihilq; deterius angeli affecti sunt. Vt enim illis nulla inest inæqualitas,nec alij succesibus, secundisq; rebus elati,gloriantur, alij extremis malis & incommodis oppressi gemũt,sed oẽs pariter in gaudio & quiete,summaq; illa & cœlesti gloria exultant: ita fieri quoq; perspicias ĩ monasterijs,nullus ibi pauper- C tatem exprobrat,nullus diuitijs honestior est. Inde id quod omnia peruertit & perturbat, Meum & Tuum penitus eliminatum est. Cuncta quippe illis communia sunt,mensa,domus,indumentũ: & quod sanè mirabilius est,unus etiam idemq; animus omnibus est. Omnes eadẽ sunt nobilitate nobiles, oẽs eadem seruitute serui, eadem libertate liberi, unæ illic oĩbus diuitiæ,quæ ueræ diuitiæ sunt:una gloria,quę uere gloria est. Nõ enim in appellationibus,sed in ipsis rebus bona eorũ consistunt. Vna ibi uoluptas,una iucunditas,unæ deliciæ, unum desiderium, una spes oĩbus inest. Ibi ueluti quadam ex regula & libra,cuncta dili gentissimè sunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas, cæterùm ordo summus & moderatio & conuenientia & ineffabilis concordiæ seruandæ diligentia, iugisq; ac perpetua lætitiæ materia. Quocirca oẽs omnia & patiuntur & faciunt, ut unà lætentur & gaudeant. Illic enim solũ uideas id perfectè contingere, nusquã alibi, non modò quòd præsentia omnia contemnant, omnemq; ab se rixæ & discordiæ & pugnę materiam abscinderint,clarissimaq; cœlestium bonorũ spe beati sint,sed quòd ea quoq; quæ singuli contingunt & tristia & læta, cõmunia esse omnium existimẽt. Quippe & mœror facilius fugatur, cum pro uirili sua omnes D singulorũ comportent onera,lætitięq; occasiones haberi innumeras,non in suis modò lætis,sed in aliorum quoq;,& quidem non minus,q̃ in suis quique gestientes. Quonam ergo modo res humanæ quò minus pereant,cõseruabũtur? Si istos oẽs imitemur. Nũc enim illic planè propter eos perierunt & corruptæ sunt, qui longè ab his moribus atq; ab isto uitæ instituto exercentur. Tu uerò dum his cõtraria decernis, idem prorsus facis,ac si quis eam lyram, quæ diligentissimè aptata esset,musicæ diceret inutilem: eam uerò quæ & dissona & discissa esset, nimiaq; uel intẽtione,uel remissione dissipata & corrupta, hãc & ad pulsus & ad uoluptatẽ spectatorũ esse diceret aptissimã: atqui nullum uel hæc dicentiũ absurditatis argumentum certius,uel inuidiæ,& immanitatis ita decernentium documentũ clarius inuenire possemus. Quæ nã uerò est modestiorũ & clementiorum patrum ratio? Discant primũ,inquiunt,literas,atq; ita cũ uim dicendi assecuti fuerint, tum demum ad philosophiã istã adducantur. Tunc nemo qui prohibeat,nemo qui re- E trahat,futurus. Et unde scire certius poterimus,quòd ad uiros illi euasuri sint? Plericq; enim abierunt, immatura prærepti morte:uerum concedamus id quoque manifestum esse, singamusq; illos interim ad uiriles annos prouehendos. Quis illud nobis pollicebitur, priorem omnẽ in medio ætatem illos bene acturus? Adeo enim nihil cõtendendi studio loquor, ut siqui de his certius confidere & sperare possit,optimè: eos ego ne tum quidem urbe educturus sim, cũ hanc dicendi facultatem consecuti fuerint: uerũ tunc maximè manere iubebo, quiq; illos fugare uoluerint, non modo nõ laudabo, uerũ ut cõmunes hostes nostræ reipublicę reiiciam,& execrabor quòd lucernas occulentes,& lumina clarissima ex urbe ad solitudinẽ ducentes, ciuitatem nostram maximis incõmodis afficiant,ingentiq; gloria, & honestate nudent: sin uerò nemo est, qui ista polliceri possit, quid tandẽ cõmodi illi consecuturi sunt,si mittãtur ad magistros, ubi uitia prius omnia, q̃ eloquentiam addiscent, dumq; quod minimũ est, accipere & assequi studeant, amittent id quod longè maximũ est,uires animi.s.oẽmq; probitatis indolem. Quid ergo? Scholásne omnes di- F ruemus,inquiunt? Minimè id quidem dico,sed ut ne uirtutis destruamus ædificium, uiuẽtemq; diruamus animam,omni studio & prouidendum & cauẽdum censeo. Quæ si quidem pudica fuerit & sobria, nullo ex loquendi imperitia afficietur detrimento: sin uerò fuerit corrupta,damna consequetur ingẽtia, etiamsi lingua uehementer & acuta fuerit & expolita,tantoq; maiora,quantò illi uis ea dicẽdi maior accesserit. Nequitia enim si cum dicendi facultate fuerit coniũcta, multò deteriora,quàm imperitia,multoq; funestiora solet operari. Quid si autem illuc abeuntes, inquies, præterquam quòd linguam rudem habeant & imperitiam, etiam uirtute ille excidant? Respondebo tibi tuis uerbis: Quid uerò si domi manentes, præterquã quòd animum noxijs fomitibus corrumpant, ne ad eloquentiam quidem consequendam unquam aspirent: siue quod non otij quantùm satis est, suppeditẽt,siue quod ad ea studia minus idonei nati uideantur? Mihi quippe mihi prorsus ista dicere competit, q̃ illa tibi. Cur id? Quia etsi utriusq; incertus euentus est, longè tamen tuus incertior. Quonam id modo, & ut quid? Quia eloquentiam & eruditionem ut

G assequamur, morũ etiam ornatu & modestia opus est: mores aũt probi non etiã eloquentiæ adiectione opus habẽt. Quippe sobrietatẽ, pudicitiã, iustitiã, uirtutesq; reliquas, ẽt sine ista eruditione licet acquirere: eruditionem uerò, ac dicendi uim, sine probitate morum nemo ferè unquã fuit qui assequeretur, cũ tempus per stagitia cõsumeret. Quid ergo illa uerebare? hic quoq; necessariò est metuendũ: & quidẽ tãtò hìc amplius, quantò & crebrius qui uoti non potirentur, inueti sunt, & de maioribus rebus periculũ imminet. Atq; illic quidem unius tantũ rei exercitatio necessaria est, hic aũt duarum rerũ cõpotes fieri propositum est, quòd alterã sine altera consequi possibile non sit. Sin aũt tu ita uis, impossibile ẽt istud cõcedamus esse possibile: quid tandẽ boni, quid emolumenti nobis eiusmodi eruditio cõferet, adeò lethalẽ circa ipsa uitalia accipientibus plagam? Quid aũt mali, quid incommodi paritura est locutionis imperitia, si q̃ sunt maxima fuerimus adepti? At qui ista nõ solũ apud nos, qui externam sapientiã ridemus, eamq; stultitiã esse arbitramur: sed apud ipsos philosophos quoque ita esse
H pro cõfesso habetur. Idcirco ex illis plurimi nõ ualde ediscendis literis operã dederunt, alij uerò prorsus cõtempserunt, & esse perstiterunt imperiti, oẽmq; ætatẽ in ea philosophiæ parte, q̃ mores componit cõterentes, clarissimi atq; celeberrimi fuerunt. Anacharsis. n. & Crates, & Diogenes, huius assequendæ peritiæ nullum studiũ, nullã omnino curã habuerunt. Aiunt qui dam, quòd ne Socrates quidẽ, atq; id attestari uidetur, qui in ea re longè cæteris excelluit, quicq; illius oía diligentius, q̃ cæteri cognouit. Cũ enim illũ aliquãdo in iudiciũ introduxisset, rationẽ pro se redditurum, in ea oratione quam ad iudices habuit, ita illũ fecit loquentẽ: Vos aũt ex me audituri estis oẽm ueritatẽ, & non tamen, per deos immortales ô uiri Athenienses, orationem compositã electis uerbis & nominibus, ut faciunt qui horum studiosi sunt, neq; aliquo ornamẽto fucatam, sed audietis uulgaribus, uilibusq; uerbis loquentem. Credo enim iusta esse quæ dico, nullusq; uestrum aliter expectet. Neq; enim profecto iudices huic ætati conuenire uidetur: ueluti adulescentulo fictis ad uos ingredi uerbis. Hoc aũt cũ dicit, ostendit
I se non ob negligentiã quandã, ut fieri solet: sed quòd eam rem non magnificaret, nec didicisse, nec illa unquam usum fuisse. Itaq; philosophis quidẽ eloquentia indigna est, & uiris prorsus: ludentium uerò aduleſcẽtulorum certamen & gloria: quod ipsis quoq; philosophis uidetur, nec philosophis quibuslibet, sed illi q̃ omnes facilè in ea arte superauit. Deniq; magistrũ ea re ornæi nõ permittit, eiusmodi ornatũ & turpẽ esse, & indignũ philosopho existimans. Verũ hæc ad infidelem quempiam meritò quis dixerit, immo uerò ad fidelẽ quoq;. Perquã enim ineptum & iniquum est, si quidẽ hi qui gloriam à multis aucupãtur, nec alio ex loco q̃ externa sapientia clari & illustres esse possint, eam rem nihili existiment: nos eam ita admiremur, tantiq; æstimemus, ut propter illã assequendã, ea contemnamus, quę necessaria in primis sunt atque utilia. Sed hæc quidẽ ad infidelẽ dixisse satis sit. Ad fidelem uerò præter ista ẽt ex nostris documenta afferenda sunt. Quæ nam uerò illa erunt? Magni illi & sanctissimi uiri, qui initiò seculi fuerunt, cũ literæ non erant, quicq; post illos fuerunt, cũ erant quidem literæ, dicendi uerò ars nondum erat instituta: & qui post eos ipsos fuere, cũ eloquentia iam apud omnes obtineret, maximoq; in honore esset: horũ tum profectò singu- K
li suo quicq; tpe erant imperiti, non solũ artis oratoriæ, uerũ ipsarum quoq; literarum. Qui tamen oẽs in eis ipsis rebus, in quibus dicẽdi uis uidetur in primis esse necessaria, tanta facilitate eos qui in ea re sunt eminẽtissimi superauerunt, ut si illis isti cõparentur, stultis pueris deteriores esse uideantur. Cum enim persuadẽdi uis in facultate oratoria maximè consistat, philoso phiq; nullos hac arte tyrãnos superauerint, hi uerò imperiti & sine literis orbẽ uniuersum incredibili facilitate conuerterint: constat profectò palmam sapientiæ apud istos literarum rudes & imperitos esse, q̃ apud illos qui & literas & oratoriã assecuti sunt diligentisi mè adeò uera sapiẽtia & uera eruditio nihil aliud est, q̃ dei timor. Porrò nemo me modò hanc legẽ statuere existimet, ut pueri esse persistant imperiti. Nunquã enim prohibere pergerẽ, quin istud etiã ex abundanti fieret, si de his quæ sunt necessaria quisquam me secum faceret. Veluti enim si domus fundamẽta quassa nutarẽt, omnisq; fabrica ruinam minaretur, extremæ dementiæ atq; secordiæ esset, non ad cæmentarios & fabros, uerùm ad tectorij operis peritos recurrere: ita L
rursus importunæ, simul & improbæ cõtentionis esset parietibus inconcusse & firmiter stantibus, eũ qui tectoriũ addere ornandi causa uellet, prohibere. Atq; ut ista me ex animo loqui sciatis, quæ profectò si possem, rebus ipsis ostenderem, per opportunè historiã quandam referre institui. Adolescens quidam admodum locuples aliquando in urbe nostra demoratus est, utriusq; eruditionis acquirendæ gratia, Latinæ scilicet & Græcæ. Hunc pædagogus sequebatur semper, cui ea una & sola cura erat, ut ipsius formaret animũ. Eum igitur ego aliquando conueniens (erat enim ex his qui mõtes & solitudines habitant unus) causam addiscere studebam, cur omissa tam insigni philosophia in pædagogi ordinem seipsum deiecisset. Ille uero cũ se parum continuisset, cunctum iam rei ordinẽ nobis enarrauit. Puer, inquit, iste patrem habet durũ, immitem, asperum, mundiq; negotijs uehementer intentum: matrem econtrà pudicã, moderatam, piam, cœlestiaq; solũ suspirantem. Pater itaque ut qui in bellicis rebus plurima de se fortitudinis ac probitatis indicia dederit insigneq; ex militia gloriam fuerit adeptus, filium quoq; in ordinem suum transferre cupit. M
Id uerò mater omnino abhorret, & uehementer exe cratur: optat enim illum clarissimum in monachorũ conuersatione perspicere, uerũ id quidem patri apertius dicere ausa non fuit: metuebat quippe, ne si id ille uel leuiter suspicaretur, intempestiuè iam seculi uinculis illum obligaret, & hoc studio abducens, ad baltheum adduceret, atq; ad oẽm, quæ ex illo solet consequi uitæ negligentiam, ac postmodum huius propositi, & uitę aditum oẽm intercluderet. Igitur hmõi artem excogitat. Domum me accersit ex eremo, mecumq; consilia sua cuncta cõmunicans, apprehẽsam pueri dexteram inseruit manibus meis. Cũ uerò illã percontarer, quid sibi hoc uellet: una, inquit, hæc nobis reliqua est spes obtinendæ filio salutis: si uolueris tu, & passus fueris in pædagogi ordinem descendere, sumptoq; puero à nobis proficisci. Meum erit persuadere patri, quòd si militarem quoq; uitam ille uoluerit eligere, perutilis erit dicendi uis, & copia per studia liberalia quæsita. Hæc ego, inquam, si efficere potuero, iam illum tu seorsum, atque in alieno solo tecum habens, ubi nec pater, nec propinquorum aliquis

A quis impedire ac perturbare possit, summa illũ cum facilitate formare potetis, moresq; illius ad id cõponere, ut ueluti in monasterio, ita tecũ uiuat. Cęterũ tu mihi hac in parte consenti, mecumq; salubrẽ istã fun ctionẽ simulaturũ pollicere: non parua res agitur, nõ pro minimis depr ecor, de filij mei anima certamẽ est atq; periculum: non ergo spernas cunctorũ amantissimum, mihiq; luce ipsa chariorem periclitantem: eripe illum laqueis undique iam paratis & positis, educ ex procella & tempestate & turbine. Sin uerò tu gratiã præstare nolueris, deum iam medium nostrũ appello, & testem uoco, me quidẽ nihil eorũ omisisse, quæ ad huius pueri salutem pertinere uidebantur: mundamq; esse à sanguine pueri istius. Quòd si quid illum eiusmodi contigerit pati, quale ut patiatur fieri uehementer potest, quippe iuuenis, & in tantis delicijs degens, tantaq; uitæ negligentia: abs te & de tuis manibus requiret deus animã pueri istius: his plura etiam adiiciens, miserabiliterq;, & uehementer illachrymãs, persuasit tandem ut hoc negotiũ susciperem, atq; cũ
B his mãdatis à se dimisit. Nec sanè inanis fuit ista machinatio, nec religioso matris uoto diuina pietas defuit. Ita enim puerum illũ breui egregius ille pædagogus exercuit, tãtamq; in eo flammã desiderij cœlestis accendit, ut cũcta simul repentè abiiceret, atq; ad soli tudinem cõuolaret: alioq; rursus indigeret fræno, qd illum ab intempestiua illa, & uehemẽti exercitatione ad moderatiorẽ posset, cõmodioremq; conuertere. Nanq; metuendũ ualde uidebatur, ne repẽtino hoc, & immaturo studio, rem ipsam totam reuelaret, matriq; & pædagogo, & omnibus ubiq; monachis grauissimũ bellum excitaret. Si enim fugã istam, subitãq; mutationẽ præsensisset pater, nunq̃ profectò destitisset omnia moliri & facere, ut sanctos illos fugaret atque affligeret: nec eos modò qui illũ recepissent, sed alios quoq; uniuersos. Hunc ergo puerũ insignis ille institutor assumens: hæcq; & his plura illi allegãs, cœlestis quidẽ philosophię desideriũ in eo durare permisit, & præterea, ut cautius fieret, curauit: urbẽ tamen ut habitaret, studiaq; liberalia uti cęperat persequeretur, induxit, ita eũ coęuis quoq; maximo emolumento futurum persuadens. Quod quidẽ operæpretium
C esse uidebatur, non modò sanctorũ illorum, aut matris, aut pædagogi gratia, sed pueri ipsius quoq;. Si. n. initiò statim in illum irruisset pater, timẽdũ satis erat, ne philosophiæ plantas cõmoueret, uel ẽt penitus cõuelleret, quippe teneras, & recenter positas: sin uerò processu temporis optimis ille, firmissimisq; radicib⁹ niteretur, uehementer confidebat, quantalibet pater ageret, nunq̃ illum mouendum loco, neq; ulla omnino ratione cessurum, quod & factũ est, nec illum fefellit spes. Pater enim lõgo post tpe illum adorsus, uehementiq; cũ impetu irruens, non solũ in nullo ædificiũ inclinauit, aut læsit: uerũ firmius quoq;, ualidiusq; mõstrauit. Condiscipulorum uerò plurimi, tantũ ex illius contubernio familiari profecerunt, ut eiusdem instituti fierent æmuli: habebat quippe ille domi qui se perpetuo moderaretur, ac ueluti statua iugiter sub artificis manu constituta, ornatior indies euadebat, ingẽtemq; animo decorem assiduè adiiciebat. Et qd est profecto mirabilius, ex exteriori quidem cultu nihil à cæteris differre uidebatur. Nõ enim agrestibus, uel incomptis erat moribus, non comæ negligentia, non amictus uilitate nobilis: sed erat cõmunis habitu, uoce, aspectu, & cæteris omnibus. Quibus ex re- D
bus factum est, ut facilius plurimos cõtubernalium, inter retia sua includeret, cũ haberet intrinsecus incredibilem, latentem sapientiam. Deniq; si quis illum domi uidisset, unũ ex eis esse putauisset, qui montes & deserta incolunt. Domus enim ita illi dispositа & parata erat, ut in nullo monasterij diligentiam desideraret, nihilq; necessarijs amplius habebat. Tempus aũtẽ omne in diuinorum librorum lectione conterebat. Erat enim ingenio celeri, atq; ad percipiendas disciplinas acutissimo. Itaq; externæ illi eruditioni breuissimam distribuens diei partem, reliquum tempus omne perpetuis orationibus, diuinisq; literis instabat, ac sine cibo tota perseuerabat die. Immo uerò nõ unũ aut duos tantũ, sed plurimos interdũ dies sine cibo ullo transigebat. Noctes præterea totas in eiusmod consumebat studijs, lachrymis, orationibus, sacrisq; E
lectionibus uacans. Hæc aũt omnia pædagogus ille nobis clàm annũciabat. Indignabatur enim puer ille uehementer, ferreq; uix poterat, si quid eiusmodi esset ri cognouisset. Dicebat ergo uestẽ illum sibi ex cilicio parasse, eaq; noctibus uestiri solitũ, eo. s. cõsilio, ut celerius euigilans surgeret, aliàq; prorsus omnia ad imitationẽ monachorum illi diligentissimè parata erãt: atq; egregius ille institutor, deũ iugiter ingenti cũ lætitia benedicebat, quòd adeò leues hui⁹ philosophiæ pẽnas puero largitus esset. Itaq; si quis mihi nũc quoque eiusmodi animũ, ad pædagogum daret, aliaque similiter se polliceretur curaturum, incredibile est q̃ id fieri optarẽ, etiã amplius longè q̃ parentes ipsi. Sic. n. profectò copiosiori ex lucro magis gauderemus, cũ possem eiusmodi & per uitã, & per ætatẽ, & per iuge contuberniũ coæuos ẽt lucrari. Verũ enim nullus est, qui hæc se spondeat exhibiturum. Cùm uerò nullus sit, incredibilis sanè immanitatis esset, eũ qui nec sibi ipsi auxiliari posset, & iacens uulneribus innumeris confoderetur, aliosq; impeditiores faceret, in medio concidi permittere, cũ deberet ex media dimicatione submoueri. Nanq; meritò similiter in eum ducem animaduertendũ esset, qui alacres & pugnare ualentes milites ex prælio abduceret, & qui eos qui saucij iacerent, aliisq; perturbationi & impedimẽto essent, sic semper iacere in medio iuberet. Verũ quia plurimi parentum instant uehementius, liberosq; suos & eru F
ditos & diſertos singuli uidere cupiunt, ueluti certũ & planè exploratum habeant, ad summum illos eloquentiæ culmen prouehendos: aduersus istos nolo equidem cõtendere, nec dicam illos spe sua destituendos, idq; interim concedam, & eminentissimos illos in ea re fore, & ad summũ prouehendos. Sit aũt nobis duarũ rerũ optio proposita, ut uel ad magistros proficiscentes, eruditionẽ assequi contendãt, uel abeuntes ad solitudines, uirtutes animi, salutemq; perpetuam cõquirere decertent: utro igitur in studio obtinere præstãt? Nam si quidem in utroq; ualeamus, & ego id uolo: sin uerò alterum sit eligendũ, satius erit quod præstabilius eligere. Ita sanè, inquiunt: sed hoc ipsum unde nobis cõstare poterit, quòd stabit ille, perseuerabit, neq; proposito decidet oĩno? Multi. n. exciderunt. Et ego tibi respondebo: Vnde uerò tibi constat, quòd nõ persistet, neq; perseuerabit? Multi enim sunt, qui perseuerauerunt, & quidem longè plures, q̃ qui exciderunt. Itaq; istorum gratia magis confidendum est, q̃ illorum metuendum. Cur aũt in ipsis liberalibus studijs hoc ipsum non metuis, ubi maximè timendum est? Nanq; apud monachos quidem ex in-

G genti multitudine uix pauci lapsi sunt, in schola uerò liberalium disciplinarũ ex plurimis uix pauci ad summam peritiam prouecti sunt. Nec solũ istis rationib⁹, uerũ alijs quoq; plurimis meritò id magis metuendũ uideatur. Quippe & pueri obtusum ingeniũ, & magistrorum imperitia, & pædagogi negligentia, & patris occupatio, & sumptuum mercedũq; defectio, & dissimilitudo morũ, cõtubernaliumq; atq; in discendo sociorũ nequitia, & inuidia, & liuor, aliaq; plurima, quò minus ad finem destinati studij pertingat, nonnunq; impedimento sunt. Neq; ista solũ quæ diximus, uerũ post ipsorum quoq; studiorum finem, alia etiam quę impediant, imminent. Cũ enim illa omnia impedimenta præteruectus, ad ipsum eruditionis culmen euaserit, nec ullo eorum retardatus fuerit, aliæ rursus illic insidiæ sunt positæ. Nanq; & principis ignauia & inuidia eiusdem artis sociorũ & consortũ, & difficultates tẽporum & amicorum solitudo, & ipsa sæpenumero rei familiaris inopia, ab ipso fine nonnunq; excluserũt atq; abiecerunt. Atqui in monachorũ institutis nihil horũ uideas: illic enim una tantũ re opus est, nobili. s.

H atq; eximia alacritate animi: hęc si adsit, nihil quò minus quisq; ad summam uirtutẽ perueniat, impedire poterit. Quàm igitur iniquũ, simul & indignum est, ubi quidẽ sunt spei optimæ pleraq; indicia manifesta & uiciniora, ibi desperare & tremere: ubi uerò spes ipsa longinquior est & tantis impedimẽtis intercipitur, illic non desperare, immo uerò rei difficillimæ spes sibi maximas proponere. Quod sanè faciunt, qui in ipsis eloquentiæ studijs, non ea quæ sæpius contingũt tristia, sed quæ perraro læta considerant. Cumq; in monachorũ uita & instituto, ubi spes optima & certissima est, ad ea solùm quę tristiora sunt inclinentur, in ipsis liberalibus studijs, ubi maximæ difficultates sunt, meliorum tantũ spem in animo uersant. Quanquam illic nonnunq; cum ea simul omnia conuenerint, quæ debent necessariò concurrere, ad ipsum iam finem immatura mors irruens, post innumeros labores illos, sudoresq; frequentissimos athletã ipsum fine coronis abripuit, quæ si in medio monastici certaminis contingat, tum uerò bellator ipse hinc maximè illustris & coronatus proficiscitur. Itaq; si futuri uereris

I incertum, id in primis in studijs humanitatis faciendum est, ubi ne ad extremum perueniatur, plurima sunt impedimento. Tu uerò illic quidem resides, & tempora expectas longiora, nihil eorũ quę in medio sunt, cogitans, non sumptus, non ærumnas, nõ incertum euentum, sed ad finẽ tantũmodo respiciens. Hic uerò cum necdum uestibulum ipsum filius ingressus sit, necdum decoram istam, honestissimamq; philosophiam attigerit, iam metuis, iam trepidas, iam cogitãdo desperas: at quin ipse paulò antè dicebas: Quid enim? Is nequi urbẽ habitat, qui domũ habet & uxorem, seruari non potest? An uerò si cum urbe & uxore & familia & domo seruari quis potest, num longè id facilius, aptius, melius poterit, si fuerit is liber? Neq; enim eiusdem est, nunc quidem saluti cuiuspiam confidere, quamlibet ille sęculo obstrictus fuerit, quasi sic etiam acquiri salus possit, nunc nerò quantuncũq; liber omnibus euaserit, uereri & metuere, quasi ne sic quidem ad uirtutem & probitatem aspirare possit. Nam si is qui urbem habitat sic indubiè seruari potest, ut tu modò dicebas: multò sanè magis poterit, si se ad solitudines contulerit. Quid est ergo cur ibi salutẽ desperes, ubi minimè debueras: ibiq; non metuas, ubi maximè pauere debuisti? At, inquies, eiusdẽ crimi X nis non est, eum qui sęculo addictus sit peccare, & eũ qui semel se, ac penitus deo deuouerit, religionis proposito excidere. Neq; enim ambo eadẽ ex altitudine decidunt, ita nec eadem quidẽ uulnera suscipiunt. Fallis teipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à sęculari bus uiris, aliud à monachis requiri. Hæc enim ferè sola est in utroq; genere uitæ differentia, quòd illi quidem matrimonij se uinculis constringunt, hi uerò his liberi perdurant. In reliquis uerò cõis, atq; eadem ab utriusq; uitæ totius ratio requiritur, eisdem pro culpis pœna una omnibus debetur. Nam qui fratri suo irascitur sine causa, siue ille sęcularis, siue monachus fuerit, deum similiter offendit. Atq; is, qui mulierem respicit, & concupiscit eam, quolibet in uitæ statu fuerit, eadem adulterij plectetur pœna. Immo uerò ut aliqd ex nobis addere, quod rationi consentaneum uideatur audeamus, magis sine ulla spe ueniæ peccabit, q ex sęculo id scelus admiserit. Neque enim par facinus admittere uidetur, qui uxoris solatio subnixus, decore mulieris irretitur, atq; is qui eiusmodi auxilio, & infirmitatis remedio destitutus, hac interdũ peste corripitur. Rursus qui iurat, siue hoc, siue illud fuerit, pari omnino pœnæ subiacebit. Neq; enim Christus, cum de his monita æderet, legésq; statueret, ita distinxit, ut diceret, si quidẽ is qui iurat monachus sit, à malo iusiurandum est: sin uerò monachus non fuerit, non iam à malo est, sed absolutè omnino dixit: Ego autẽ dico uobis, ne iuretis penitus. Rursumq; cũ diceret, Væ ridentibus: non addidit, monachis, sed absolutissimam sniam de omnibus tulit. Atq; idem in cæteris mandatis suis mximis & admirãdis facit. Cũ enim dicit, Beati pauperes spiritu, beati qui lugent, beati mites, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, beati misericordes, beati pacifici, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, beati qui & fanda, & infanda pp me & meum nomen ab his qui sunt foris, patiuntur: nec monachi, nec sęcularis nomen adiecit: cæterùm ista distinctio ex hominũ existimatione introducta est. Sacræ uerò literæ nihil horum penitus nouerunt, sed oẽs monachorum uita & institutio uiuere uolũt, etiamsi uxoribus fuerint adiuncti. Audi deniq; quid Paulus moneat, quem cũ nomino, rursus Christum M prædico. Hic itaq; cũ scriberet uxoratis hominibus, filiósq; nutrientibus, oẽm ab illis monasticæ uitæ diligentiam requirit. Nanq; delicias oẽs penitus abscindens, siue quæ ad cultum uestium, siue quę ad cibos pertinẽt, his uerbis admonet: Mulieres, in habitu ornato, cum pudore & castitate semetipsas ornare, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut uestepretiosa: & rursus, Quæ autẽ in delicijs degit, uiuens mortua est: & rursus, Habẽtes cibos & tegumenta his contenti simus. Quid amplius posset aliquis à monachis exigere? Rursus uerò cũ alius linguam continere admoneret, seueriſsimas leges constituit, & tales leges, quales monachis ipsis implere negotij non minimi est. Nõ enim turpitudinem tantũ, ac stultiloquiũ damnat, uerùm ipsam quoque scurrilitatem seueriſsimè castigat & iugulat. Neque iracundiam solùm & furorem, & amaritudinem, sed ipsum etiam clamorem ab ore fidelium arcet & resecat. Omnis enim, ait, iracundia, & furor, & conuicium tollatur à uobis cum omni malitia. Num ista tibi parua uidentur? Ergo paululum expecta, dum his longè maiora referamus, quæ de tolerantia malorum omnibus præci-

A pit. Sol, inquit, non occidat super iracundiam uestrã: Ephe. 4.f
uidete nequis malum pro malo cuiquam reddat, sed 1. Thes. 5. e
semper quod bonũ est, persequimini &, inuicẽ, & in
oẽs. Rursumq; Noli uinci à malo, sed uince in bono Rom. 12. d
malũ. Vidistine philosophiæ, & longanimitatis magnitudinẽ ad ipsum supremũ culmen ascendentẽ? au
di quid de charitate ẽt loquatur, quæ caput bonorũ
& omnium, summa est. Cũ enim illã uehementer extolleret, eiusq; merita insignia prosequeretur, eandẽ
se à sęculi hominibus exigere ostendit, q̃ à discipulis Ioan. 15. b
Christus. Vt enim saluator hunc tandẽ extremum ait
esse charitatis finem, si quis animã suam pro amicis
ponat: ita Paulus quoq; idipsum significauit, cũ dice 1. Co. 13. b
ret: Charitas non quærit quæ sua sunt, atq; eiusmodi
charitatem sequi nos iubet. Quid igitur hac philosophia maius, aut dignius, inquirere possemus? Cum. n.
& furore, & iracundia, & clamore, & pecuniarũ cupiditate, & ueritris ingluuie, & magniacentia uestiũ, &
inani gloria, & alijs sęculi rebus superiorẽs esse nos iu
beat, nihilq; cõe habere cum terra, cúmq; mortificare membra nostra præcipiat, constat profectò ipsum
B non minorem à nobis uitæ diligentiam requirere q̃
requirat à discipulis Christus. usqueadeo uerò pecca Rom. 6. b
tis esse mortuos iubet, ac si iam & mortui, & sepulti
simus. Idcirco enim ait: Qui aũt mortuus est, iam iustificatus est à peccato. Nonnunquam uerò ad ipsius
quoq; Christi imitationẽ summa ui exhortationis in
ducit. Cũ enim nos diligere admonet, inde potissimũ
sumit exempla: ita cũ ad malorum quoq; tolerantiã,
atq; ad humilitatẽ hortatur. Cũ itaq; non monachos
tantũ uel apostolos, sed ipsum etiam Christũ imitari
nos iubeat, eisq; qui non imitãtur, supplicia maxima
intentet: qua tu tandem ratione illam dicis esse maiorem altitudinem? Eandem enim oĩbus ascẽdere propositum, & imperatum est. Sed hoc planè est quod
euertit orbẽ uniuersum, quòd summa uitæ bene agẽdæ diligentia monachis opus esse arbitramur, cæteris negligenter uiuere licere. Non ita sanè, non ita est,
sed eadem ab omnibus philosophię ratio requiritur:
atq; id equidem uehemẽter affirmauerim, immo uerò non ego, sed ipse iudex omnium Christus. Sin uerò tu adhuc hæres, & titubas: agè rursus tibi eisdem
C uerbis aures repleamus, ut omnis abs te & malitia, &
infidelitas fugetur. Faciam aũt hujus rei documentũ
ab ipsis cruciatibus diei illius horribilis, nimiúmque Luc. 16. e
metuendæ. Diues profectò ille, nõ quòd monachus
crudelis fuerat, idcirco uehementius cruciabatur: sed
siquid loqui ex nobis audeamus, quod tamen uerita
ti contrarium nõ sit, ideo exurebatur maximè, quòd
sęculo deditus cum esset, & in diuitijs ac delicijs degeret, & purpura operiretur. Lazarum suprema inopia
uexatum aspernatus est. Virgines item, quia clementia, & humanitate caruerunt, ideo cœlesti thalamo
excluſæ sunt: & ut ipse aliquid adiiciam, quod uerisimile existimo, non solũ cruciatus illis additi non sunt
uirginitatis gratia, sed ob eandẽ ipsam mitiores quoque pœnas exceperũt. Neq; enim illis dictum est: Ite Matt. 25. a
in ignem æternum, diabolo & angelis eius præparatum: sed solũ. Non noui uos. Sin uerò dicat aliquis,
hoc idem esse quod illud est, neq; ego contendã: qd
enim mihi nunc maximè incumbit, id profectò est,
ut ostendam monachorum uitam grauiora non attrahere supplicia, uerùm eisdem quoq; peccãtes sęculi homines, obnoxios fieri. Is etiam qui sordidis uestibus amictus fuit, quiq; centum numos summa im- D probitate requisiuit, non quòd monachi fuerunt, ea
passi sunt, quæ passi referuntur: sed alter ob fornicationem, alter quòd non donasset iniurias, perierunt.
Sed & alios quoq; qui tum puniretur, siquis inquirat diligentius, pro peccatorum tantũ meritis eos cruciatus perpeti animaduertet. Neq; uerò in inferendis Mat. 11. d
solùm cruciatibus, sed etiam in sanciendis legibus id
Christum feciſse reperies. Etenim cùm dicit: Venite
ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: tollite iugum meum super uos, & discite
à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis
requiem animabus uestris: non monachos tantùm
alloquitur, sed & omne prorsus hominũ genus. Itém
que cũ iubet per angustã uiam ingredi: non istos mo Ibid. 7. b
dò. sed omnes omnino homines hoc imperio conuenit. Cúmque odisse animam suam in hoc mundo, Ioan. 12. d
atq; cætera eiusmodi iuberet, nullum hominum genus excepit. Cùm uerò non omnes alloquitur, neq;
iura & leges omnibus constituit, hoc ipse nobis insinuat aptius. Deniq; cũ de uirginitate loqueretur, adiunxit: Qui potest capere, capiat: neq; omnis admiciẽs, Mat. 19. b
neq; id in præcepti ordine statuens. Ita Paulus quoq; E
nam omnibus locis magistrum imitari deprehenditur, cùm in hanc incidisset materiam, aiebat: De uirginibus autem præceptum domini non habeo. Itaque 1. Cor. 7. e
quòd ad eandem uitæ diligentiam, supremúmq; perfectionis fastigium per diuinas leges pariter & sęcularis, & monachus cogantur: quódque ambo si cecidерint, æqualia sint excepturi uulnera, neminem iam
quantumlibet ille sit contentiosus, & impudens, contradicturum existimo. Hoc autem apertissimè ostenso, agè illud quoque inquiramus: si tamen inquisitione opus est in re tam manifesta, utrius sit pronior ac
facilior lapsus. Pudicitiam quidem is, qui uxorem habet, facilè seruare posse uidetur, quippe solatio non
minimo suffultus: cæterum in reliquis nulla comparatio est: uerùm sic quoque plures longè uideas lapsos ex coniugatorum, quàm ex monachorum ordine. Neq; enim tã multi ex monasterijs ad matrimonia accedunt, quàm ex iugali throno se ad scorta recipiunt. Quòd si in eis certaminibus quæ facillima illis toleratu sunt, quippe thoro legitimo subnixis, ita
se superari facilè permittunt: quid tandem in alijs per
turbationibus acturi existimantur, quibus longè amplius quàm monachi puſantur? Nam concupiscẽtia
quidem, ardórque congressus muliebris his uehemẽtius imminet, quippe uxorũ contubernio, & solatio
carentibus: reliquæ uerò perturbationes cum his uicinius propinquare uix possint, illos per uim subijciunt, atq; in suum caput impellunt. Sin uerò in eis ipsis, in quibus bello uehementiore perturbantur, isti
magis obtinent, uictoréſque fiũt, q̃ hi quibus id ineſt
leuissimum, & ferè nullum: constat profectò longè
eos facilius ea quoq; uitia superaturos, à quibus nihil
ferè perturbationis patiũtur. Nam & pecuniæ amor,
& delicíarum ac potentiæ, cæterarúmque rerum desiderium facilius ab his, quàm à sęcularibus uincitur, subigíque consueuit. Vt igitur in prælio & pugna eã
belli partem leuiorem esse dicimus, nó ex qua alterni
ac iuges mortui super inuicem cadunt, sed ex qua
paucissimi & rari: ita de his quoque statuere & decernere debemus. Quippe habendi immodicam cupiditatem, is longè facilius uincet, qui in montium
uerticibus moratur, quàm qui medijs in rerum perturbationibus uersatur: nam iste quidem facillimè

G capitur. Eum uero qui captus cupiditate iſta fuerit, in eorum numero qui uenerantur ſimulacra & colunt, numerari certũ eſt & definitum, atq; is quidem ſi pecunias habuerit, nunq; profecto proximos contemnet, ſed ipſas omnes in illorum uſus facillimè impendet: hic autem non modo eos aſpernabitur, uerum nõ ſecus eos atq; alienos tractabit, iniurijsq; & incommodis omnibus afficiet. Quod profecto genus aliud ſeruiendi idolis, & quidem priore illo deterius & grauius. Et quid me neceſſe eſt proſequi reliqua, quæ monachis quidem facillima ad ſuperandum ſunt, ſeculi autem homines nullo negotio, ingẽtiq; facilitate deiiciunt? Cur ergo, nõ pauidus trepidas, cum ad eam uitam filium adducis, in qua uitijs omnibus capi facillimè poſſit? An parũ tibi uidetur ſeruire idolis, ipſisq; infidelibus deteriorem eſſe, deiq; ſeruitium operibus ipſis abnegare? Quæ qdem omnia multo facilius hi, qui ſeculo addicti ſunt, patiẽtur, quàm monachi. Vidẽsne ut callida tergiuerſatio metus iſte ſit? nã ſi metuendum fuiſſet, non utiq; eſſet illis metuendum, qui fluctus & procellas fugerẽt, atq; omni ſtudio ad portum feſtinarent: ſed eis qui hyeme ingenti & turbine
H inuoluti iactarẽtur. In uita.n. ſeculari plura ſunt & paratiora naufragia: quòd & plura ſint, quæ perturbẽt, & qui eam uitam degunt negligentiores, atque adeo inualidiores ſint, quam ut aduerſus ea ſtare poſſint. In monachorum autem uita profecto & fluctus tãti non ſunt, ſed contra penitus ſerenitas ſumma & tranquillitas, & ſtudium longè excellentius aduerſus eam fluctuum rabiem pugnatorum. Quocirca nos eiuſmodi ad deſerta pertrahimus, nõ ut cilicio induantur, torquéſue ferreos ſibi circundent, aut cinerẽ ſubſternant ſolũ, ſed ut in primis uitia effugiant, eligãtq; uirtutes. Quid igitur? Omnésne qui matrimonij uinculis aſtricti ſunt, pibunt? Non eqdem id dico, ſed maioribus, ut ſeruari poſſint, laboribus eis opus eſſe confirmo, ob imminẽtem neceſsitatem. Nam eo qui ligatus fuerit, is qui ſolutus eſt & facilius longè & expeditius curret. Nũ ergo maiore ille idcirco mercede donabitur, illuſtrioribúsque coronis? Minimè uero. Sibi enim ille hanc neceſsitatem conſtituit, cũ liceret effugere, ſi uellet. Quoniã igitur ut apertis documẽtis declaratũ eſt, eiſdem ſumus obnoxij, qbus & monachi:
I facilior em curramus uiã, liberosq; noſtros ad eam pertrahamus, nõ illos demergamus, neq; ad uitiorum præruptа hoſtiũ, immaniumq; Barbarorũ uice præcipitemus. Hæc enim ſiqs alius facere tentaret, non eſſet adeo horrendũ & execrandum. At uero cũ parentes ipſi qui ſeculariũ rerum omnium periculum fecerunt, qui rebus ipſis q̃ ſit friuola & nulla uitæ mortalis uoluptas didicerũt, adeo inſaniant, ut alios quoq; ad eã ipſam trahere nitãtur, quia ipſi iam frui per ætatem prohibentur: cũq; ſeipſos ex his quæ antè peccauerint infœlices & miſeros agnoſcere & dicere habeant, alios in eaſdẽ miſerias præcipitãt: atq; iſta cũ iam mors uicina eſt & iudiciũ, horrẽdiq; illi cruciatus: quę nã excuſatio relinqtur, quæ uenia, quæ miſericordia? Neq;.n. ſuorũ tantum peccatorũ pœnas dabunt, ſed eorum quoq; quæ filij peccarunt, ſiue fallere illi filios potuerint, ſiue nõ potuerint. At fortaſſe filiorũ filios uidere cupitis. Quo id tandem, cũ ipſi tam improbi parentes ſitis? Neq; enim patrẽ facit generatio. Quod ipſi quoq; patres teſtari ſolẽt, qui filios cum uiderint ad ſummum uitiorum culmen peruenìſſe, quaſi non ſint illi ſui, ſic eos à ſe abiiciunt & abdicãt: neq; generatio ipſa, neque affectus naturalis, neq; aliud aliquid K
eiuſmodi ipſos, quò minus id faciant, continere pót. Itaque ne ipſi qdem patres horum digni eſſe iudicentur, qbus philoſophię ratione longè inferiores & deteriores ſunt. Sed cùm ipſos non minus ſpiritu q̃ carne genuerint, tunc etiã nepotes quærant. Nam tũc ſo
lum etiam uidere eos poterunt. Sunt.n. ſunt profecto Ioan.1.b
illis filij, non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uolũtate uiri, ſed ex deo ipſo generati: atque hi filij, non pecuniarũ gratia luctũ parentibus, aut mœſtitiam inducunt, nõ matrimonij, nõ alterius cuiuſq; rei, ſed omni illos hac cura liberos ĩmunésq; dimittẽtes, maioribus longè illos, honeſtioribusq; uoluptatibus afficiũt, q̃ ſi eſſent illi naturales patres. Neque.n. eſt eadem utriuſque generationis ratio, neque ut carnales filij, ita ſpiritales quoque nutriuntur: ſed longè iſti excellẽtius & dignius, idcirco parẽtes quoque copioſiore lætitia afficiũt. Illud præterea adiciendum, quòd hi qui reſurrectionis fidẽ non ſuſcipiunt, mirum non eſt, ſi in eiuſmodi lugeãt & lamentẽtur: quippe qbus ſola hæc poſteritatis ſpes & cõſolatio relinqua eſſe uideatur. Nos uero qui cœlitus edocti, mor L
tem ſoporem eſſe exiſtimamus, qbus præcipitur præſentia oĩa deſpicere: qua tandem uenia digni erimus, ſi in eiuſmodi lugeamus, filiósque uidere cupiamus atque hic relinquere, unde ipſi tranſire feſtinamus, & ubi cũ ſimus ingemiſcimus. Verũ iſta ad eos qui capaciores rõnis ſunt dixerimus. Si qui uero fuerint ſtudioſi corporis, atque huic ſeculo penitus affixi, illud in primis dicemus, qd incertum eſt, an ex matrimonio liberi ſint ſecuturi: ſed etſi nati illi fuerint, maioris inde mœroris occaſio ſequetur. Neque.n. tantum ex iſta liberorũ procreatione lætitiæ, quantũ ex aſſidua cura & anxietate & metu mœroris acqrimus, dum illis omnia quotidie timere cogimur. Et cui, inqes, uillas, ædes, mãcipia, aurúmq; relinquemus? Nã & iſto illos conquerẽtes audio. Et profecto, qui hæc antea hæreditario iure poſſeſſurus erat, núncque tanto magis, quanto hæres ipſe & ſecurior & tutior eſt. Hac.n. in uita plurima ſunt, quæ illa corrũpant & demoliãtur: nam & tineæ, & longitudo tẽporis, & latrones, & calũniatores, & inuidi, & futuri incertũ, humanarúmq; rerũ uarietas, & mors tãdem ipſa & pecunijs, & prædijs, & uillis filium profecto tuum ſpoliaſſent. Nũc uero æditiori atque tutiori in loco diuitias repoſuit, lo- M
cum inuiolabilem reperiẽs, ad quem nulli ex his quæ dicta ſunt aſpirare fas eſt. Is uero locus cœlũ eſt, nullum impetum metuens. nullíſque inſidijs peruiũ, omníque ſoli fœcunditate feracius atque ingẽti cum fœnore depoſitorum fructus lætiſsimos his, qui ea depoſuerint decerpendos præbens. Non igitur nunc ea uerba dicẽda ſunt, ſed ſi ſeculo ſe dedere mallet filius tuus, tũc ingemiſcendum & lamentandũ eſſet, atque talia dicẽdum: Cui modo uillas relinquemus, cui aurum, cui pecunias reliquas? Nũc enim tanta proprietatis & dominationis eſt copia, ut ne tũ quidem cum uita exceſſerint, eo dominio fruſtrandi ſint, ſed tunc maximè rerũ ſuarum lucris potituri. Quòd ſi tu hac etiã in uita cupis illum dominum uidere, demulcẽdq;
te blanda dominationis appellatione id quoque monacho, quàm ſeculari uideas excellentius contingere. Quis enim, oro te, dominus dicendus eſt? Illéne, qui ſumma cum facilitate pecunias impẽdit & erogat, an is q̃ præ parcitate & auaritia eas contingere non audet, ſed ſuffodit atq; humo abdit, ſuíſque ita abſtinet

tanquam

A tanquam profecto illa non ſint ſua? Qui inaniter & abſq; ratione impẽdit rem ſuam, an qui ſumma cum moderatione id facit? Qui in terra ſeminat, an qui in cœlo? Qui non ſua oĩa quibus uoluerit erogare permittitur, an qui omnibus eiuſmodi tributa exigentibus liber euaſit? Ei quippe qui prædia ſulcat plurima, quíque mundi ſe negotijs addicit, cõplures plurimis ex locis imminebunt, uectigalia perſoluere cogentes, ſuáſque partes quíque repetẽtes: ei uero qui clementer in pauperes erogat, nemo prorſus erit, qui obſtrepat. nemo qui minas ullas intẽtet. Et hoc igitur ex loco inſigniori iſte potioriq; dominatione beatus eſt. An uero tu illum dominum dices rerum ſuarum, qui meretricibus & gulę illecebris & aſſentatoribus & parаſitis patrimonium effundit, & gloriæ ſuæ maculam acquirit, ſalutémque ſuã prodit, atque ab omnibus ridetur: qui aũt ad conqrendam uerã, ſempiternamq; gloriam, atq; ad imortalia conſequenda cõmoda, utque diuinis monitis obtẽperet, illud ſapientiſsimè diſpenſat, eũ non iam eſſe rei ſuæ dominum quereris? Nónne ergo idẽ facis, ac ſi perſpiciens quempiam in
B ſubterraneos aliquos meatus, uel cuniculos rẽ ſuam proiicientẽ diceres eum uerè rei familiaris ſuæ dominum: ſin uero neceſſarijs uſibus diſpenſantem intueris, ut qui rerum ſuarum non haberet poteſtatem, ita illum lamentarere? Imò uero non eis qui rationabiliter patrimonia cõſumunt, ſed eis qui in perniciem ſui capitis id faciunt, iſti cõferendi ſunt. Deniq; præclarum hoc impẽdendi genus & illuſtriorem eum & ditiorem & potentiorem faciet: illud uero perlaſciuum & luxurioſum, non modo odioſum & execrabilem, ſed extremæ quoque damnationi obnoxium & obſtrictum reddet. Quid ergo? Poſt matrimonium, inquies, & liberos non licebit hanc philoſophiã apprehendere, cũ ad ſenectutem filius peruenerit? Et qs tandem ille erit, qui polliceatur ad extremam nos proue
hendos eſſe ſenectutem, quòdque cũ ad illam peruenerimus, hac in uoluntate & ſententia pſeuerabimus? 1.Theſ.5.a
Neque enim ſumus domini præſtituti ac definiti uitę noſtræ temporis, atque hoc Paulus nos docuit cum
C diceret, Dies domini ſicut fur in nocte ita ueniet. Ne- Eccleſia-ſti.1.b
que rurſus in eadẽ ſemper alacritate propoſiti cogitationes noſtræ perſeuerant. Quocirca ſapiens quidam admonet dicens: Ne moreris conuerti ad dominum, neque differas de die in diẽ, ne forte cum tu moram trahis, conteraris, atq; in tẽpore ultionis pereas. Nempe ſi nihil horum quoq; incertum eſſet, ne ſic qdem liberos noſtros differre deberemus, ne tãta detrimenta, quanta mox aperiemus ex dilatione iſta paterentur. Eſſet enim profecto incredibilis amentiæ & fatuitatis, imò uero ſummæ ĩmanitatis, ſi cũ iuueni opus eſſet adiutorio, aduerſariuſq; uehementer imineret, tunc illum iuberemus quietum agere, mũdaniſq; immiſceri negotijs, ne capi facilius poſſet: cũ uero uulneribus innumeris confoſſus iaceret, nullâque ex parte eſſet integer, tunc illũ ut ſe erigeret, atq; armaret hortaremur, iacẽtem iam & ſaucium, atque omnino debilem? Ita ſanè, inquies. Tunc enim & lucta leuior, & dimicatio facilior futura eſt, tam extinctis uoluptatibus. Quæ nam tũc dimicatio, quæ pugna erit, cũ nullus ſit cõpar qui nos prouocet, nullus qui prẽlio laceſſat? Ita profecto, ne coronis quidẽ illuſtrioribus donabimur. Beatus.n. inquit, qui tulit iugum graue ab Thre.3.d
adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit. Hic planè, hic miraculis ĩnumeris eſt dignus, hic & laudari, & beatiſsimus meretur dici, qui rebelles, inſanoſq; naD
turales motus ratione frenare perrexerit, atque in ipſo impetu tẽpeſtatis & turbinis illęſam ſeruarit nauẽ: uerũ nihil inde quoq; contendamus. Sit ẽt iſta dimicatio ſi placet. Nẽpe ſi eſſet in poteſtate noſtra certaminis tẽpus, rectè forſitan ſenectutem expectare poſſemus. Sin uero per oẽm uitam nobis dimicandũ eſt, atq; à prima ſtatim ætate inchoandũ cum decẽ annorum eſſe cœperimus, ex ea quippe ætate eorum omniũ, quę peccauimus rõnem reddituri, pœnasq; daturi ſumus: qd inſinuant pueri illi, qui quòd Heliſęũ itri- 4.reg.2.d
dere auſi ſunt, urſis deuorandi permiſi memorãtur. Et nunc ex eadẽ ætate iam in acie eſt ſtandum, quando bellũ aduerſum nos acerbius & grauius iminet, q̃ tu ratione tẽpus illud certaminibus ſtatuis. Si enim ipſi diabolo poteſtatis iure impare poſſes, ut atrocius imminere & pugnare deſineret, uideretur eſſe non irrationabilis hæc tua admonitio. Nunc uero dũ tu illũ, & pugnare, & ictibus me grauioribus pulſare permittas, ſi mihi cõtra quieſcendũ ſtatuas, imò ſponte ſuccũbendum: quid hac iniqtate & abſurditate poſſit eſſe deterius? Quis, oro, niſi inimicus belli rabie dirius E
inſtãte, pugnantem armis exuit, atq; ita hoſtiũ manibus tradit? Iuuenis eſt & imbecillus. Nó ne idcirco maiore & cautione, & ſecuritate illi opus eſt? Quã qdem ut poſſit conſeq, ſumma cura & diligẽtia illi opus erit, atq; is qui eiuſmodi eſt, in tranqllitate ſemper & quiete ſũma degere, non mundanis negotijs incũbere, neque medijs fluctibus inuerſari debebit, ubi tumultus ingens & pturbatio eſt. Tu uero cõtra penitus qbus bellũ acrius iminet, & per ætatẽ, & per imbecillitatẽ, & per imperitiã, reiq; nouitatem, eos quaſi iã perfecti bellatores ſint reiq; militaris peritiſsimi, firmiſsimiſq; uiribus ſubnixi, in mediũ certaminis ptrahis, nec permittis, ut prius ad ſolitudinem profecti uires ſibi per exercitationẽ cõparent: ueluti ſiqs fortiſsimũ uirum, & qui millies hoſtẽ fundere poſſit, iubeat quietẽ agere, bellicisq; rebus per meditationẽ aſſueſcere: eũ uero qui & rudis ſit & impitus, nec pugnã unq; aſpicere potuerit, ob hoc ipſum in media pugna uerſari debere ſtatuat, difficillimæq; rei maiora impedimẽta proponat. Ad hęc ſciẽdũ illud quoq;, nõ licere poſt nuptias cui q̃ ſuiipſius eſſe dominũ, ſed è duobus alterũ neceſ F
ſario cõtingere, aut uxori ſemp, ſi ita uoluerit, coniungi uel ſi cõtinenter uiuere uoluerit, ea dimiſſa, adulterij flagitio capi. Quid me proſeq neceſſe eſt educãdorũ liberorũ ſummas neceſsitates, curaſq; reliquas rei familiaris, quę profecto tãtę ſunt, ut oẽm alacritatem propoſiti obtũdere ſummãq; ſegnitiem ac ſtuporem animis offundere ſufficiãt? Quocirca ſatius oĩno, ac melius cẽſeo eũ, dum adhuc liber ac ſui dominus eſt, ab ipſo ſtatim ætatis initio armare, non eorũ tantum gratia quę dicta ſunt, uerũ eius quoq; in primis quod dicendum eſt. Qui.n. ad finẽ uitæ philoſophiæ huic dare operã aggreditur, ut in hoc tempus omne conterat, ut poſit ea, quæ in priori ætate admiſit, peccata diluere, cũctumq; illi ſtudium in hac dũtaxat pte conſumitur: & ne ſic quidẽ ſæpenumero illi quantũ ſatis eſt tẽporis ſuppetit, ſed ex hac uita proficiſcitur, uulnerum reliquias ſecũ ferens. At uero qui à prima ſtatim ætate ſe exercuit, uiresq; ſibi ad certandũ comparare ſtuduit, nõ in hoc tempus conſumit, nec ſedet curans uulnera ſed ab ipſis iam tyrocinij ſui rudimentis meretur, atq; accipit palmas. Et illi qdem ſatis optãdum uidetur, eas pugnas omnes, in quibus uictus fuerat

G repetita dimicatione ſuperare: hic uero a *b* ipſo ferè diuerſum, commune lucrum erit & patri, & matri, & fami K
xerim pueritię aditu & limine tanquam è carceribus liæ, & ciuitati, & gentibus oīno omnibus: ſin uero mi
emiſſus, atq; ad calcem curſū perpetuo properans fun nus perfectus fuerit, ridiculus erit, contemptus, abie
dit hoſtē, uictoriaſq; uictorijs iungit, & ueluti Olym ctus, ſibiq; ipſi & aliis noxius. Non igitur tanti illis in
pici certaminis uictor, à primæ ętatis flore per bucci cōmodi, tantique detrimenti cauſa ſimus. Nam quo
nationes ad ſenectutē proficiſcitur, innumeris coro ties peregrè à nobis liberos dimittimus, tunc demum
nis inſignitur caput. Quorum igitur in ordine conſti illos uidere uolumus, cum ea conſecuti fuerint, quo
tuere mauis filium tuum? Eorūmne qui ob ingētem rum gratia peregrinati ſunt. Quòd ſi antea redierint,
fiduciam, ſummæq; uirtutis cōſcientiā, in ipſos etiam nō tantū ex peregrinatione ipſa uoluptatis capimus,
archangelos deſigere obtutus ualent: an eorum qui quantū quòd fruſtra & intēpeſtiuè aduenerint, mœ
cum omnibus ſtant, extremumq; ordinem obſeruāt? roris. An nō extremæ dementiæ & iniqtatis eſt, non
Extremum enim ſortientur penitus, eúmque ipſum tantū ſtudij ac ſolicitudinis in rebus ſpiritalibus po
tum demum, cum potuerint cuncta ea impedimen nere, quantū circa temporalia & fluxa monſtramus?
ta percurrere: quæ modo memoraui: cum ſcilicet ne Cum.n. illic adeo philoſophicè feramus ſepationem
que mors immatura prępripuerit, neq; poſtea fuerint à nobis filiorū, ut eam extendi cupiamus, & prolixio
uxore impediti, neque tanta negotia ſubierint, ut non rem fieri, dū aliqua ex ea gigni cōmoda conſtāter te
poſsit ad curam priorum uulnerum ſufficere ſenectu neamus. Hic intantū animi mollicie frangimur, ut ex
tis tempos, eamq; ſententiam firmā ſemper, immobi hac puſillanimitate noſtra, ſumma corūpamus bo
lémque ſeruauerint. Cum enim ſimul hęc omnia con na. Atq; id cū plurima habeamus ſolatia, non tātum
uenerint, tunc quoque uix inter extremam ſortem ſta quòd illi ſe ad maiora ac digniora cōtulerint, & opta
tuentur. Horū igitur ex numero uis eſſe filium tuum, to fine potituri ſint, nihilq; ſit penitus, qđ eam ſpem
an eorum qui in phalāgis fronte eximia uirtute emi infirmet aut frangat, uerū quòd ipſe quoq; ſeparatio L
H cant? Et quis, inquies, adeo miſer & infœlix eſt, qn hęc nis modus & periucūdus ſit, & facilè poſsit tolerari.
magis optet filijs ſuis? Verū conſuetudinem, inqunt, Nā cum illi longinqs peregrinati fuerint, nō eis con
requirimus, nobiſcúmque eos eſſe cupimus. Hoc ip gredi facilè poſſumus, idq; cū ſemper contingit, tū in
ſum ego quoque & cupio & opto, nec minus ſanè, q̄ primis quando ſenuerimus. Hic uero aſsiduè ad illos
uoſipſi, ut illi ad paternam domum redeant, educa proficiſci poſſumus, atq; ex eorū congreſsiōe, fructus
tionisque & alimētorum uices parentibus referant: uberrimos conſeq. Ita ergo faciamus, cúmq; illi non
quibus profecto illi dulciores reperire nō poſſent, ue dū ad nos proficiſci poſſunt, ipſi illos adeamus, illis
rum hoc nō modo ab illis exigimus. Quām enim ini congrediamur, cum eis familiariter loquamur. Maxi
quum eſt, ſi ut aſſequātur ſtudia liberalia, longo illos mū.n. emolumentū ex hoc eorū contubernio, ſum
tempore patria arcemus, utq; artē aliquam uulgarem mámque uoluptatē conſequemur. Non.n. ex aſpectu
ac mechanicam addiſcant, domum quoque ne accedant interdicimus, in magiſtri domo & prandere illos, & dormire iubētes: Cum uero non ad humanam diſciplinam, ſed ad philoſophiam cœleſtem proficiſci parant, anteq; id fiat, quod optamus, cōſeſtim trahere illos inſtituimus: atque is quidem qui per extenſum funē currere docetur, ut eius rei peritus fiat, non paruo tempore, & domo, & patria ſe abdicabit: nos aūt eos, qui ad cœlum auolare diſcunt, domi cum parentibus claudemus? Et quid hac abſuiditate poſsit eſſe deterius? Nónne agricolas uidetis, ut etiam cū ſatis properant laborū fructus carpere, acerbos tamen eos nūquam metere ſuſtineant? Ergo ne nos quidem intempeſtiuè liberos noſtros ab deſerti cōmoratione reuocemus, uerū ſtudij cœleſtis diſciplinā in eis ſolidari permittamus, altíſque radicibus arbuſta firmari: & ſiue decem annos, ſiue etiam uiginti nutriēdi illi ſint in monaſterio, non perturbemur, nō mœrore ullo afficiamur. Quanto enim amplius fuerint in ſchola uirtutis exercitati, tanto ampliores uires adipiſcentur. Sin aūt tu mauis atq; ita uidetur, tempus nullum certum ſtatuamus, ſed ille terminus ſit ſolus, qui ad maturam frugem perducat ſatos in illis boni operis fructus, túncque ſolū ex deſerto redeant. Priusautem nullo modo. Nihil enim ex hac celeritate noſtra conſequi aliud poterimus, niſi ut illi nūquam ad maturitatem pertingant. Qui enim ante tempus radicis nutrimento deſtitutus fuerit, is profecto nec tēpore aduenientē iam utilis ulla ratione erit. Quod uti ne fiat, toleremus interim bono animo ſeparationem: nec ſolum illos non urgeamus ad reditum, uerū prohibeamus quoq; ſi uoluerint ante tēpus atq; immaturè remeare. Nam ſi ad ſummam uirtutem profecerit filius

A Hæc eſt enim optimi atq; rectiſſimi magiſterij norma nō prius uitijs dominari ſinere, poſtq; ut illa effugentur inquirere: uerū cuncta facere, & uniuerſa moliri, ut natura noſtra uitijs inuiolabilis ſiat, atq; inacceſſa. Quocirca hortor & moneo, non modò alios q̄ huc uolunt facere non prohibeamus, ſed ipſi quoq; adiutores accedamus, atq; unà ſeruantes inter undarum moles nauem, nihil omittamus, ut felici illa curſu, auris ſecundis impulſa nauiget. Nempe.n. ſi hanc ſniam oēs amplecteremur, aliiſq; omnibus poſthabitis natos noſtros ad uirtutem perducere inſtitueremus, atq; hoc ſolùm operępretium, reliqua omnia & ſuperfiua & otioſa eſſe arbitraremur, tanta nobis inde bona, tanta prouenirent commoda, quanta ſi dicere uoluero, uereor ne iuueniliter glor ari uidear. Porrò ſiquis id certius addiſcere uoluerit, ex rebus ipſis celerius agnoſcet, ingēteſque nobis gratias habebit, deoq; lōgè uberiores, cum uiderit cœleſtem in terris conuerſationem germine læto pullulantem, atq; inde in primis bonorū futurorū ſpem & reſurrectionis fidem iam apud ipſos infideles quoq; obtinentem.
B Enimuero quòd iactantiæ uerba nō ſint, hinc perſpicuum eſt. Quoties illis eorum qui ad ſolitudines ſe receperunt, uitam exponere incipimus, nihil habent qđ refragari poſsint, aut contra obijcere. Cæterùm huic tantùm rationi niti uidentur, atq; inde contentionis occaſionē ſumere, quòd pauci ad culmen perfectionis euadunt. Si uerò in ciuitatibus uirtutum fructus ſereremus, legemq; aliquā & initium diſciplina cœleſtis acciperet, liberoſq; noſtros ante omnia admonemus, deo amicos & familiariſsimos fieri, ſpiritaléſque diſciplinas aliarū uice, atq; alias ante oēs illos doceremus, iādudum triſtia cuncta deſiliſſent, innumeriſq; mala uita noſtra caruiſſet: idq; quod de beatitudine fut iræ uitę dicitur, quòd inde aufugit dolor ois & triſtitia & gemitus, hic quoq; omnes cōſecuti fuiſſemus. Nam ſi nec pecuniarum amor, nec inanis gloriæ cupido ulla inceſſerit, non mortē timeremus, non pauptatem, non iniurijs affici, læſionem ullā aut dānum arbitraremur: ſed maximum lucrum, ſi non honeſtiter perſequi, non odiſſe nouiſſemus, nunq; profectò perturbationibus propr js, nunq; alienis iniurijs uicti ceſsiſſemus, ſed angelis ipſis proximū ac ſimillimū eſſet hominum genus. Et qui s, inquies, mortaliū iſta impleuit? Minimè uerò mirum eſt, ſi tu non credis, qp pe qui ciuitatem inhabitas, diuinorumq; librorū conſuetudinē & familiaritatem nullā habes. Quòd ſi eos qui ſolitudines habitant, quíq; diuinis literis olim aſſueri ſunt, noſſes, agnoſceres profecto quòd & monachi, & ante hos apoſtoli, atq; ante illoſipſos ueteres iuſti diligentiſsimè philoſophiæ huius documēta dederunt. Verùm.n. ut contentione interim omni abſtineamus, concedamus ſanè ſcđm aut tertiū à ſummis illis uiris fore filiū tuum. Num ideo paru s, aut negligendis bonis potietur? Num ad Petri uel Pauli merita conſcendit? Num igitur idcirco illum proximo ēt honore priuabimus? Idem.n. facis, ac ſi ita loquereris: quando quidē ipſe ſpiritus lapis fieri non poteſt, ferrum eſſe perſeueret, neq; argentū fiat, neq; aurū. Cur ergo in reliquis rebus nó eandem habens rónem, ſed penitus contrariam? Nam cùm filium tuum ad eloquentiæ aſſequendam diſciplinā abs te dimittis, non ſummis illum oratoribus excellentem te uiſurum ſperas, nec tamen idcirco eiuſmodi illum ſtudijs deducis: ſatis eum tibi exiſtimans facturū, ſi quintū etiam uel decimū ab his, qui in oratoria principes fuerunt, D
fieri contingat. Quodq; ad regiā militiā filios ueſtros adſcribendos curatis, non ad ipſa penitus pfectorum tribunalia cōſcenſuros expectatis, nec tamē ideo baltheū illos ſoluere iubetis, aut ne initio quidem regiā conſcendere: ſed omnia molimini, utine illi unq; regię commorationi decidant, ſufficere exiſtimātes ſi uel inter mediocres illos numerari perſpexeritis. Cuius ergo rei gratia, illic quidem etſi maiora conſequi non liceat, ne ſic quidem deſiſtitis: uerùm ut minora conſequamini elaboratis, erumnaſq; ſubitis, atq; iſta facitis cum tamen ſpes nulla certa ſit: hic autem deſidetis, atq; torpore laſſeſcitis. Cur? niſi quòd illa quidē uehementer cupitis, horum uerò ne breui deſiderio tangimini. Cumq; iſtud cōfiteri erubeſcatis, figmēta & occaſiones excogitatis. Itaq; ſi quidē planè ac penitus uelletis, nihil uobis ad hęc aſſequenda impedimento eſſe potuiſſet. Ita.n. ſe res habet, ſiquis aliquid ardēter amet, etſi nō illo aut prim⁹ fruatur, aut ſolus: uel medio in loco ſtare patietur, atq; ēt aliquanto inferiore, dum eo quod amat frui tandem ulla ratione poſsit. Quippe & is q uino, potationiq; addictus fuerit, & ſi E
u nū ſuauiſsimū accipere non poſsit, ne id quidem qđ deterius fuerit, unq; contemnet. Rurſus qui pecuniæ ueſano amore flagrauerit, non ſolùm ſiquis ei pretioſos lapides uel aurum dederit: uerū ſi argentū quoq;, maximas illi gratias habebit. Tanti nēpē eſt concupiſcentia, uiolentiſsima, quidē res, & q̄ eum, quē ſemel ceperit, omnia ſuſtinere & perpeti qualibet ex re, ui ſua poſsit adigere. Itaq; niſi eſſet hæc uerborū callida tergiuerſatio, coopandū illis fuerat & collaborandū. Neq; n. eius eſt, qui aliqđ fieri deſideret, id uti ne fiat impedimēto eſſe, ſed ut fiat omnia moliri. Nam & hi qui ad Olympica certamina deſcēderint, cùm probè norint, unum ex tanta multitudine uictorem fore, laborāt tamen atq; fatigantur & in ſudoribus, & in æruinis agunt. Et ſi nihil ferè hìc, atq; illic ſimile eſſe uideatur, nō ſolùm ob certaminum diſsimillimum finem, ſed quòd cum ſit neceſſe ibi unū ſolūmodo corona donari: hìc non ea p̄miorū eſt ratio, ut alius ſine coronis, alius coronatus abſcedat, ſed quòd cum alius maiore glia, clarioreq; laudatione potiatur, ali⁹ minore, oēs tamen beati & illuſtres ſunt. Prorſus uerò F
ſi uellemus in ipſis ſtatim initijs effingere ac formare liberos noſtros, atq; eis erudiendos tradere, q illos regere & moderari ſcirent, fieri ſatis poſſet, ut in primo caſtrorum ſtarēt ordine. Nunq̄. n. profectò ſperneret deus tantam deuotionem & alacritatem animi, tantúmq; ſtudium: ſed ad hanc formandam perficiendamq; ſtatuā, manum quoq; ſuā adieciſſet, qua operante, poſsibile non eſſet quicq̄ ex his, quæ fierent cadere: imo cōtrà, eſſet impoſsibile illā non ad ſummū ſplēdoris & gloriæ culmen peruenire, ſi modò quòd noſtræ partis munus eſt, nō negligeremus. Nā ſi mulieres impetrare à deo ualuerunt, ut ad curam liberorum adiutor ſibi & fautor accederet: longè id magis nos, ſi uoluerimus, cōſequi poterimus. Et alias quidē conſulto omitto, ſunt aūt permultæ, ne liber qui iam claudendus eſt, prolixior fiat, unā tantùm memorabo. Anna q̄dam fuit Hebræa mulier, hæc unū filium 1. Reg. 1. g
cum partu edidiſſet, nec alium iam ſe ſperaret paritu- cad
ram: hunc.n. uix tandē poſt multas lachrymas acceperat, erat.n. ſterilis: uideretq; ppea æmulam ſuam ſibi crebrò inſultantē, ne ſic quidē quicq̄ tale paſſa eſt, quale uos: uerū cum filium illum genuiſſet, id ſolum

G tempus ea apud se morari permisit, quo lacte nutriri opus habuit. Cùm uerò non iam eiusmodi indigeret alimẽto, sumptum statim obtulit deo, nec iam ut paternam domum reuiseret, orauit: sed semper in dei tẽplo ille morabatur, eúmque si quando illa uidere cupiuisset, quippe pater, non ad se conuocabat filiũ, sed ad illum unà cum patre ascendebat, illo tanq; reuera donario deo iam consecrato abstinens. Adeò uerò magnus & strenuus adolescens ipse factus est, ut deũ cũ illam Hebræorum gentem, ob effusam latè malitiã execraretur, nec iam illis uteretur, nec uisionem ullã eis reuelaret, rursus eximiæ uirtutis meritis attraxerit, persuaserit q; ea omnia quæ antea solebat exhibere, prophetiã quoq; quæ diu abuolarat, restituere. Nec ista tunc modo ualuit, cùm ad maturã ætatem
1. Re. 3. a perueniisset, sed ét cum puer adhuc esset. Non. n. erat, inquit, uisio comprimens, & uerbum pretiosum non erat. Cúmq; ista talia ac tanta essent, illum deus iugiter alloquio familiari dignabitur, ac per illũ frequens oracula ædebat: tantũ confert emolumenti deo semper, quæ possederimus cõcedere, cunctisq; ut illi placeamus nos extraneos facere, nõ tantùm pecuniis &
H possessionibus, sed ipsis quoq; liberis nostris. Nam si hoc in nostra aia facere iubemur, multò magis i omnibus cæteris. Hoc. n. & patriarcha fecit Abraham, immo uerò multò maius aliquid, idcirco longè etiam maiore cum gloria filium recepit. Tunc. n. maximè & uerisimè filios habemus nostros, cum deo nostro illos tradiderimus. Longè quippe ille eos melius & excellentius, q̃ nos moderabitur & reget, maioremque illorũ curam geret. Nõne id uides in diuitium quoq; domibus fieri? Nempè. n. ibi eos qui domi cum parẽtibus morantur, nõ usqueadeo illustres, insigniq; potentia præditos uideas: quos aũt à parentibus principes abduxerint, suóq; seruitio ac ministerio accõmodauerint, æratiisq; custodiæ præfecerint, eos uideas & summa dominorũ beneuolentia & longè maxima fiducia potiri: tantúmque conseruis esse clariores, quã tũ seruis domini excellunt. Sin aũt hoies ministerijs & officijs suis deditos tanta beneuolentia & benignitate prosequuntur, longè id profectò dignius & excellentius infinita illa bonitas, q̃ deus est, faciet. Permittamus ergo illos ministerio cœlesti famulari, nõ in tẽplũ eos introducentes, ut Anna Samuelem, sed in ipsum cœlum cum angelis diuino ministerio dicãdos. Quòd. n. cum angelis illi ministraturi sint, qui hanc philosophiã apprehenderint, oĩbus profectò liquet. Tunc sanè illi non tantũ suæ, sed nostræ quoque maiore cũ fiducia gloriæ, felicitatíque prospiciẽt. Nam si quidam parentũ gratia nonnulla cõsolatione potiti sunt, multò id magis filiorũ causa parẽtes consequentur. Illic. n. naturæ tantũ prærogatiua erat, hic ius etiã educationis accedit, quod natura longè maius & potentius est. Atque ego uobis utrunque scripturę diuinæ exẽplis affirmabo. Ezechiam certè insigni uirtute & pietate uirum, minus tamen ex uirtutum suarũ conscientia fiduciæ habẽtem, quam ut posset aduersus imminẽris periculum consistere, paternæ uirtutis
4. re. 19. g & 20. b gratia se deus seruare testatus est. Protegã. n. inquit, ci
1. Ti. 2. d uitatem istam, ut seruem eam propter me, & propter Dauid puerum meum. Paulus item cùm ad Timotheum de parentibus scriberet, aiebat: Quoniam salui fiẽt per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cũ castitate. Iob quoque sanctissimũ uirum, cũ ex uirtutibus reliquis scriptura collaudat, quòd fuerit iustus, quòd uerax, K quòd religiosus, quòd pius, tũ eo maximè, quòd filiorũ optimè nutriẽdorũ habuerit summã diligentiã. Non. n. ea cura urebatur, ut aurum illis copiosissimũ acquireret, non ut humana gloria uerendos & illustres cerneret: sed quid ille tandem requirebat? audi quid scriptura dicat: Cùm consummati, inquit, essent Iob. 1. a dies conuiuij, mittebat Iob, & purificabat eos, consurgẽsq; diluculò offerebat pro eis sacrificia ad numerũ ipsorũ, uitulumq; unum pro peccatis, pro aĩabus Ibidem. b eorum. Dicebat. n. Iob in corde suo: Ne fortè filij mei in mente sua mala cogitauerint aduersus deum. Vlláne iam nobis erit excusatio, eiusmodi scelus admittere audentibus, quando is, qui ante gratiam, ante legem fuit, qui nullo sacrarum literarum magisterio instructus erat, tantam filiorum ostendit gessitq; prouidentiã, ut de incertis quoq; eorum & occultis tremeret paueretq; delictis? Quæ nã nos iam excusabit ratio, qui cùm simus sub gratia, cùm tantis & tam insignibus magistris potiãtur, cũ eiusmodi exẽplis abundemus, totq; monitis erudiamur, non modò pro occultis incertisq; filiorũ pctis non metuimus, uerũ apL ta quoq; & manifesta contemnimus? Nec ista saltem pernicie contenti, siqui eos emẽdare uoluerit, eos undiq; reijcimus, exagitamus, affligimus. Abrahã quoq; simul, ut dictũ est, cũ cætera rectè facta cõmendant, tũ istud quoq; clarissimum facit. Igitur cũ tanta sum morũ uirorum teneamus exempla, patemus deo ministros idoneos & probatissimos famulos. Nã si is q uel athletas ciuitatibus nutrit, uel exercet ad regis obsequiũ milites, maximis honorib⁹ fruitur: quãta nos munera, quot coronas accepturi sumus, qui tam magnos & eximios uiros, dicã uerius angelos, deo educamus? Oia ergo faciamus, cunctaq; moliamur, ut eis insignes pietatis opes relinquamus, q̃ solæ pmanẽt nobiscũ excedẽtesq; è uita comitãtur, neq; hac in uita solũ, sed in illa etiam maximo nobis usui erunt, summaq; conferent emolumẽta. Nam seculi quidem diuitiæ, neq; excedẽtes è uita comitantur, & hic nonnunq̃ nos deserunt, possessoresq; suos crebrò perdiderunt. Istæ autem diuitiæ & in uita, & post mortem firmæ, stabilesq; perdurant, eosq; qui se possederunt tutos, inuolatosq; seruabunt. Ita. n. res habet, ut is qui M dem qui terrena spiritalibus præfert, & illis decidat & istis: qui autem cœlestium desiderio tenetur, terrenis etiam omnino potiatur. Nec ista mea ratio est, sed Mat. 6. d eius qui cuncta præbiturus est domini. Quærite. n. inquit, regnum cœlorum, & hæc omnia apponentur uobis. Quid huic honori par ulla ratione esse possit? Curam, inquit, gere spiritualiũ rerum, mihi uerò tua omnia permitte. Ac si pater aliquis indulgentissimus & domus curam & familię regimen, aliarumq; rerum omnium administrationem ipse sibi assumeret, filiumq; suum, ut philosophiæ solùm operam daret, admoneret. Ita profectò deus quoq;. Pareamus illi igitur, inquiramusq; cœlorũ regnum: sicq; & filios nostros probatissimos uidebimus, & ipsi unà ex illorũ præclaris actibus illustriores erimus, bonisq; etiam præsentibus fruemur, si futura tantùm cœlestia diligamus. Ista uobis, siquidem obtemperare uolueritis, maxima præmia conferent, summámq; mercedem: sin autem reluctari, atq; eis minimè parere perstiteritis, grauiores cruciatus. Neque enim ullus iam excusationi locus erit, ut tergiuersari & colligere figmenta ualeatis, aut dicere neminem fuisse, à quo

ista di-

A ista discernetis. Certè enim ante nostram quoque admonitionem hæc omnis excusatio sublata erat, cum habeat natura ipsa diligentissimum bonorum, malórúmque iudicium, istáque philosophia ubique proposita sit omnibus: tantáque sint præterea uitæ præsentis incõmoda & mala, ut eos quoque qui illã uehementer amant, ab ea ad solitudines fugare suffeiant. Igitur, ut dixi, etiam si ipsi taceremus, omnis excusatio sublata esset: nunc uero multo id magis continget post istos adeo prolixos libros, támque longam admonitionem, quam ex rebus ipsis, & quæ ét illustrior est, quam ex diuinis literis fecimus. Nempe enim etsi domi remorantes possibile esset non penitus corrumpi & perire, sed uel inter extremam electorum sortem numerari, ne sic quidem supplicia euadere possemus: cum & his qui ad diligentioris delectum uitę properant, impedimento fuissemus, & eos mundanis rebus obligatos teneamus, qui ad cœlum
B euolare cupiunt, atq; in auras ueræ libertatis emergere. Cũ uero istud possibile non sit, sed omnino pereundum cõstet, & de extremis periculum immineat: quam tãdem ueniam, quam excusationem habituri sumus, qui non modo nostrorum peccatorũ, sed eorum etiam, quę postea filij peccauerint, pœnas in nos metipsos acerbissimas attrahimus? Neq; enim eos ita punitũ iri existimo pro his, quæ deliquerint ad mundanos fluctus uioleter attracti, ut uos qui hanc inui-
Mat. 16. a tis illis, & renitentibus necessitatẽ imposuistis. Nam si ei qui unum scandalizat, cum mola in mare præcipitari expedit: quæ tandem pœna, qui cruciatus illis satis erunt, qui fæuitiam tãtam & immanitatem in liberos proprios ostendunt? Quocirca moneo, atq; obtestor, uelitis esse philosophorum filiorum patres. Neq; enim dicere debetis, quod audio plurimos tergiuersantes dicere. Quid nam uero istud est? Cum uidere-
mus, inquiunt, eos ad finẽ peruenire non posse, istud prohibuimus: Etiam si hoc aptissimè nouisses, nec esset ista fallax coniectura, plurimi quippe ex his qui lapsuri putabãtur, firmiter steterunt: si tu tamen id omnino præscisses, ne sic quidem illum instituto retrahere debueras. Neq; enim si quem cadere incipiẽtem, anticipantes lapsum, ipsi præcipitaremus, id nobis ad excusationem satis esset, sed ipsum hoc nos in primis
C condẽnaret. ut quid enim tu nõ permisisti illius magis negligentia ruinam illam contingere, sed præueniens alterius peccatum rapuisti, cunctaq; in tuum caput conuertisti? Quinimo ne permittere quidẽ, ut ea ruina contingeret, debebas. Cur enim non omnia fecisti, ut non rueret filius tuus? Itaq; idcirco maximè extrema animaduersione dignus es, quòd sciebas illum ruiturum. Qui enim ruinam pręscisebas, non illũ deiicere, sed manum porrigere debueras, studiumq; maximum ostendere, ut is qui ruiturus uidebatur fortiter persisteret, siue ille postea stare firmiter duraret, siue non. Nos. n. cuncta partium nostrarum munera exequi, atq; implere conuenit, etiamsi illi nihil ex nostra diligentia & studio fuerint lucrati. Cuius rei gratia? &
Mat. 25. c ut quid? Vt nõ iam aduersum nos deus sententiam ferat, sed aduersus illos. Quod & ipse eũ qui talento accepto nihil operatus fuerat, criminans dicebat: oportebat enim, inquit, te pecuniam meam deponere ad numularios, & ego ueniens cum fœnore exegissem illam. Obtẽperemus igitur ista monita edenti, ut cruciatus quoq;, quos ille comminatus est, effugere possimus. Neq; enim sanè deum cum hominibus ludere

poterimus, qui cordium scrutator arcana, & omnia D in lucem adducit: qui ubique etiam salutis filiorum reos parentes constituit. Nam si is qui pecuniam deponere neglexit, tanta seueritate punitus est: quid ille patietur, qui deponere uolentibus impedimẽto fuit? Non solũ enim si ad mundi strepitum filij uestro consilio deuoluti fuerint, sed etsi fortiter impetum tulerint, montésque occupauerint, eadem uobis supplicia sunt constituta. Sicut enim qui ad philosophiam hortari pergit, siue ille persuadeat, siue nõ, perfectam consequitur, integerrimámque mercedẽ: omne enim quod erat sui muneris impleuit: Ita & qui aliquẽ perdere uoluerit, siue illum læserit, siue nõ læserit, eadem animaduersione punietur: & hic enim cuncta quę potuit, fecit. Itaque & si nihil ualueritis ad deiiciendos ac peruertendos fortes filiorum animos, huius tamẽ inimi quissimi conatus tantas pœnas dabitis, quantas si id quod cupiebatis, ex proposito illo deiecissetis. Hæc igitur uniuersa cogitãtes, cunctisque cauillationibus omissis, curemus effici nobiliũ, fortiúmque filiorum patres, templorúmque Christiferorum fabri, pugilúmque cœlestium curatores, ungentes, erigentes, & E undique commodis illorum consulentes, ut coronarum quoq; participes esse mereamur. Sin autem uos contenderitis, filij quidem si fuerint egregia uirtute prædditi, etiamsi nolueritis, ad hanc peruenient philosophiam, sempiternísque gaudijs fruẽtur: uos autem infinitos uobisipsis cruciatus congeretis, túnque ea quæ à nobis dicta sunt, laudabitis, cum ex eiusce laudibus nihil commodi consequi poteritis.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi sermo, quòd regulares fœminæ uiris cohabitent.

HEV Me ô anima. Ita & ego nunc cum propheta tempestiuè dico, Psal. 119. & semel & iterum, ac sæpius. Heu me ô anima, quale negotium, & F quãta refertum sermocinatione. Virgo iniuria est affecta, uelum quod eã à nuptijs coercebat subla-

tum est, & ab impudentissimis porcis dilaceratum. Sancta sanctorum conculcata sunt, honesta & reuerentiæ plena prophanata, & omnibus peruia. Quæ honestior nuptijs adeo deducta est, & humiliata, ut nuptias magis dicere beatas liceat. Semper quidẽ uirginitas cum coniugio comparata, primas partes tenuit, & omnem dignitatem. Nunc autem neque in secundo ordine manere potuit, sed ualde procul, & planè in ultimum cõcesit ordinem: & quod multo grauius, non hostes, neq; inimici, sed ipsæ potissimum, quæ illas curare deberent, eam sic affecerunt, & propter quas aduersus infideles hactenus liberè loqũbamur, illæ ipsæ ora nostra maximè obturant, & multa ignominia confundunt. Inter Græcos sanè quidam licet pauci ita philosophati fuerũt, ut opum essent contemptores, & iram uicerunt: uirginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit, in qua semper concesserunt nobis primam dignitatem, ingenuè fatentes, rẽ supra naturam esse, & nõ humanam, & ea propter

G omnibus gentibus admiratione fuimus: sed nunc nō item, quin potius deridemur, & sales in nos iactant: & propterea diabolus contra hanc turmā spirauit, quo niā uidit in hac potissimū phalange fulgidum Christi exercitum, sicq; attentauit ipsam confundere, ut post hac melius sit ne uirgines quidem esse, quæ ita præuaricari attentent. Causa malorū omnium, quòd perseuerant adhuc nomen & appellatio rei, & negociū totum in corpore sublatū est, quod. s. nomen extrema uirginitatis pars est: quæ autem plus necessaria, & ipsam magis demonstrant, neglecta sunt, & nulla ratio habetur uestium quę uirginitatem decent, uel sermonis, uel silentij, uel compunctionis, uel alicuius id genus. Quin temerè nugantur omnia, & rident intēpestiuè, & deridentur, & in delicijs magis uiuunt, q̄ mulieres, quæ in fornice undequaq; peccatores suis technis capiunt & cogunt: ut ipsæ in obscœnitatē mulierū, quæ stuprantur, impellantur, quasi aduersus seipsas certantes, & contendentes, ut prior dignitas in fœditatis gloriam transeat. Vnde. n. dic mihi, poterimus postea talem uirginem ordine illarum, & societate eximere, quādo & ipsa idem facit, quod illæ: quādo. s. ut adolescentum corda auolēt, superba incedit, & intemperans eadem pharmaca terit, quando eosdem letales succos miscet, eundemq; parat puluerē. Sed non dicit, Heus adesto, amore implicemur: nec dicit, aspersi accubitum meum myrrha, aloe, & cinnamomo. Vtinam accubitum & lectum, uestes & corpus. Illa. n. domi escam occultant, tu ubiq; laqueum circunsers, & expandis uoluptatis alas obābulans in foro. Sed non dixisti, neq; contulisti uerba illa meretricia, Heus amore inuoluamur. Non loquuta es lingua, sed loquuta es gressu: nō loquuta es uoce, sed loquuta es oculis clarius q̄ uoce. An ideo excusatam te putas, quod non uocaueris, nō obtuleris teipsam? Neque sic à peccato liberaris: Est. n. & hæc quædam fornicationis species. Puta mansisti ab iniuria corporis quidem, sed non animæ, & completum à te peccatū, etiamsi non per coitum, sed per aspectum. Cuius. n. gratia uocas prętereuntes? cur accendis ignem? Quo putas te puram à peccato, cùm totum ipsum opus operata sis? Etenim cùm adulterum feceris perfectū eum quem tuo isto habitu cepisti, quo nō potes esse adultera, cùm opere tuo adulterium committitur? Illius insania tuum opus est. Perfectò te quæ adulterio præparasti, adulterij supplicium nunimè posse effugere, nulli non manifestum. Tu gladium acuisti, tu dextetam armasti, tu armatam dextrā in miseram animam impulisti: quo igitur poteris ab homicidij supplicio liberari? Dic. n. quos nos habemus odio, & auersamur? Quos autem puniunt legislatores & iudices? num eos qui bibunt mortifera uenena, an miscentes calicem, & præparantes ea, arteq; sua perdentes alios? Non bibentes quidem, quorum, utpote iniuria affectorum, miseremur. Veneficos autem omnibus calculis cōdemnamus: nec sufficit eis ad excusationem, quòd non seipsos offenderunt, sed alios perdiderūt: sed propter hoc tantò grauiorem luent pœnam. Tu autem misera & calamitosa, miscuisti calicem hunc pernicioſum, & præbuisti & dedisti pharmacum: & postq̄ bibit & perditus est, defensam te putas, quia non ipsa biberis, sed alteri præbueris uenenosa? Quāuis & uos tantò grauiorem luetis pœnam, q̄ pharmacopolæ illi, quantò & mors grauior. Non. n corpus solùm, sed & animam interimitis. Et illi quidem sæpe uel furore, uel ira hoc faciunt, uel inopia: uos autem ad nullum talem confugere prętextum potestis. Neq; hoc facitis inimicis, uel eis qui nocuerunt, uel ob inopiam: sed ob solam uanam gloriam in alienis luditis animabus, & ex alienis aiabus uoluptatem propriā cōstituitis. Sed nescio unde, ut hęc dicerem, huc apulsus, pp qđ redeundum ad id unde digressus. Nam quasi nó sufficerent hæc quę dicta in totius fœminei generis confusionem, & aliud quiddam maius excogitauerūt. Sed nemo hęc de oībus dicta putet. Nō. n. tam miser sum & imprudens, ut simul omnia commisceam & confundē. Nam de his q̄ culpis obnoxiæ & hæc dicta sunt, & q̄ postea dicentur. Quasi igitur nō satis damnosa essent hęc, uiros sibi minimè conuenientes semper includunt, & omni tpe cōtubernales faciunt, quasi demonstraturæ & per hæc, & propter ea q̄ dicentur, quòd inuitæ ad uirginitatē raptæ sint, & extremā uim sustinuerint, & hac rōne consolantur uim & necessitatē. Et cur hæc nō dicerem, cum uos longè deteriora his, ubi hæc contingunt dicitis apud oēs amicos & familiares? Permittendæ ne sunt illæ uiuæ & respirantes, & nō potius dissecandæ mediæ, uel uiuæ cū illis pis tumulādę? Etenim & hęc & hic multò plura oēs dicūt. Cæterū & frequēs, & quotidianus est cursus obstetricū ad uirginum domus, quasi ad pariētes, nō quòd obstetricentur pariēti, quanuis cōtigit in aliquibus ēt hoc, sed quòd probētur & iudicētur sicut emptæ ancillæ, quænam corruptæ, uel quæ intactæ: & illa qđē facilè obedijt probationi, hæc uerò contradixit, & hoc ipso cōfusa abijt, etiāsi nō corrupta sit: & hęc quidē uim passa, illa uerò nō uim passa: & hæc ēt non minus illa confundunt, cū nō possit digna fide hoc more cōprobari, sed opus habet extero testimonio. Quantis lachrymis hæc non sunt digna? quātis nō digna mortibus? quis aūt sic lapideus, & sine cōpassione, ut non accendatur zelo sicut Phinees? Et ille quidem, si per hoc tps hāc turpitudinem uideret fieri, non ipsi placeret, sed faceret idem quod in Madianitide olim fecit. Nos aūt cum nobis non sit permissum arripe gladiū, neq; cōfodere pugione eos qui ita negligentes sunt: affecti igitur simus sicut sanctus ille, nō faciam⁹ aūt eadē, sed dolori aliter succurramus, plorantibus. s. ac lamentis. Venite ergo, dolorum ac gemituū sociæ estote, quotquot ab hac obscœnitate estis alienæ. Nam calamitosæ & miseræ illæ, fortè in tanto sunt labore, ut malis dolorem suum non sentiant. Sed uos, q̄ hanc susceptistis uitā, dignæ factæ thalamo & sponso, lampades claras gestatis, & honesto uirginitatis serto magis ornatæ quàm corona regia, lachrymas fundite nobiscū, & amare simul eiulate. nam hoc non paruum est remedium ad curādos, & eos qui incurabiliter ægrotant, & ad consolationē lugentiū. Hoc ipsum aliquando & sponsus noster fecit. Nam cum uideret Hierusalem in extremam perditionē inductā, ita ut non posset iam ab infirmitate reduci, lachrymas fudit, & in Bethsaida symbolis quidem non est usus, item neq; signis, miserans aūt ciuitates solum: Vę subinde inclamauit, sicut & nos facimus in his, qui animā iam efflant. Item beatus Paulus exēplo magistri sui, non cessauit p oēm uitam suā eos qui exciderāt, & qui in ruina sua manserant, & resurgere postea noluerāt, deplorare tam amarè, ut hac ualida determinatione significaret, & scriberet Romanis dicēs: Tristitia mihi est magna, & cōtinuus dolor cordi meo pro fratribus meis, q̄ mihi cognati se-

Num. 25 b.c. & 31. Mach. 2. f

Ibid. 20. b

Gen. 7.

Rom. 9. a

A cundum carnem. Vides quantā habēt uerba emphasim, quantā anxietatem cordis proferāt? Insuper fide les ægrotantes, & tempestatibus depressos sic deplo-
1.co.12.g rat, quasi ipse eadē mala experiretur. Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? qs scandelizatur, & ego non uror? Et non dixit tristor: sed, uror, intolerabilem & incredibilem dolorem per incendium enunciare uolens. Imitemur igitur etiam nos & dominū nostrū & cōseruum. Nam nobis horum ululatuum, & lamentorum non parua erit merces: Sicut neq; uulgariter reprehenduntur à deo, qui absque compassione suorum membrorum mala prætercurrunt & contemnūt. Quæ tam apud fortissimū Ezechielem, quā apud beatū Micheam uidere licet. Ille enim dicit, cū Iudæi in extremum malorum uenissent, & spōtè ido-
Ezec.9.b lorum cultu se coninquinassent, imperasse deū dari signū super facies uirorum gementiū, & dolentium super his quæ faciebant. Neque. n. simpliciter dolere oportet, quanuis nihil unq̄ dixerint uel fecerint illi ad correctionem eorum quæ fiebant: sed quoniam sua intulerant solùm, tantum adepti sunt honorem à mi-
B sericorde deo, ut & gloriam, & securitatem multam assequerentur. Amos autem cum alijs reprehensioni bus, comessationis & ebrietatis, & inunctionis unguentorum, ēt adijcit reprehensibilem contemptum
Amo.6.b compassionis, sic dicens: Neq; compatiebantur super contritione Ioseph. & eos qui habitabant ciuitatem Aenam pp hoc reprehendit, sicut iterum dicit, quòd non exiuit ut ploraret domum contiguam. Si autem ibi deus irascitur, & reprehendit eum qui non cōpatitur ei qui punitur iustè: qua uenia dignus erit, qui nō condolet cum eo, qui in peccatū prolapsus? Neq; mireris, si oporteat nos simul dolere cū ijs qui puniuntur, quanuis deus puniat. Neque. n. deus ipse qui puni-
Eze.16.g uit, uult hoc facere. Non. n. uolo mortem peccatorū, dicit. Si igitur qui uindictam sumit, non uult uindictam sumere, multò magis nos uenia concede oportet his q̄ puniuntur: fortè hac uia illos eripiemus, fortè reparabimus. Nam licèt perierint, si tamen curam quæ reliqua est geramus, admoneamus, & lachrymemur, & ploremus, non circunstantibus lamentatricum mulierum choris, sed unusquisq; priuatim apud
C seipsum præsentibus illis. Si autem uultis, ipse incipiā luctuosum hoc canticum: neque. n. confundar cum Hieremia hoc facere, & Esaia, & Paulo, & in primis cum domino nostro. Incipiamus igitur sicut Christus incepit primùm, & dicamus. Væ tibi anima: ad quam uocata es dignitatem per benignitatem & misericordiam dei? qualem reliquisti? qualem accipies regionem propter ignauiam tuam? Væ tibi, quia ipse te ad thalamos traxit spiritales, tu autē teipsam ab hac gloria abrupisti, & inducta es in diaboli ignem, & ad incurabilia supplicia, ubi planctus & stridor dētium, ubi nullus qui consolaturus est, quiue manum porrecturus: sed tenebrę omnia, & perplexitas, & turbatio, & mala: neq; consolationem, neq; finem habentia: hæc tibi omnia mundi fecit amicitia, quia prætulisti cœlo terram, & noluisti audire uocem sponsi continuò admonentis. Nihil. n. uobis & præsentis seculi rebus cōe. Quis te miseram & calamitosam miserari potest postea? Nam etsi ipsum uideas Noe, qui in cōi totius orbis diluuio totam domum saluauit, & in hac
Gen.7. ira patrocinantem, etsi Iob, etsi Danielem, cumq; illis Mosen & Samuelem, etsi patriarcham Abraham, nullus tibi manum postea porriget. Etiamsi genere illū attingas, etiamsi filia sis, etiamsi soror, etiamsi suppli- D
ces multum, sicut diues ille, omnia frustra & inuanū facies. Quomodo excidisti è cœlo, quæ non sicut Lu- Luc.16. e
cifer, neq; sicut mane oriens, sed ipsis Solis fulgoribus plus radiare potuisses? Quomodo sedes deserta? Atq; adeò haud quis aberrarit, si in captiuam hanc animam & plūra lamenta, quàm quæ in ciuitatem illam dicta sunt transferat. Sed fortè lamentorum satis, satis inquam quasi in libello & angustè scripto alioquin ad condignam deplorationem, neq; omne tempus nobis sufficeret. Quid. n. quis deploraret primum? an quòd uenerabile & sanctum, & māsuetum nomen dei p uos blasphematur in gentibus, & gloria sua prophanatur? an quòd tam uenerabilis & magna res ita abiecta est? an quòd tam multæ animæ p uos tot scandalis perduntur? An quòd sana pars chori nostræ glorię, macula obsoleścit? an quòd inextinguibilis & uobis, & cohabitātibus uobis accēditur ignis? Et qūo necessarium est, ut hæc fiant, inquit, cum possimus ostēdere corpus nostrū non corruptum, neq; uitiatum? Verum hæc demonstratio, non nunc, sed
in die illo erit manifesta & certa. Obstetricis. n. ars & E
sapientia hoc solum potest uidere, an congressum uiri corpus tulerit, an liberum: & adulterium ex oculis & corruptionum amplexibus effugerit, dies illa tunc declarabit, quādo uerus dei sermo, qui occulta hominis in medium adducit, & præsens nunc his quæ clā fiunt, omnia nuda & exuta ante omnium oculos ponet, tunc sciemus bene an ab his sit purum, & undequaq; incorruptū corpus. Atqui de his non tā exactè loquemur, neq; contendemus, sed ponatur (superductis omnibus retibus) esse corpus undequaq; purum ab omniq; damno liberum, & maneat uirgo quę uirgo. Quid hoc ad ea q̄ dicta sunt à nobis? Etenim grauе hoc omnium grauissimum est, & plurimis dignū lachrymis, quòd tantum undequaq; sustinuerit labo-
rem diligēter obseruarit corpus, & omnem laborem insumpserit, & sudorem effuderit, & nihilominus facta est blasphema in Christum. Cumq; pepercerit carni, non pepercit gloriæ Christi, sed ut intactum ipsi maneret corpus, omnia fecit: ut aūt ille non afficeretur cōtumelia, nec blasphemaretur apud multos, ne
ullum quidem sermonem habuit. Vtinam non oia fe- F
cisset, & omnibus operam dedisset, p quæ gloria dei infamaretur. Et qūo hoc, ait? quia uiris tecum in domo inclusis semper tu assides. Nam si habere cohabitatores concupiscis, non oportebat uirginitatem eligere, sed ad nuptias transeundum erat: multò. n. melius sic nupsisse, q̄ illo modo uirginem profiteri fuisset. Nam illas nuptias, neq; deus condemnat, neq; homines reprehendunt. Honesta. n. res est neminem offendens, neminem lædes. Virginitas aūt illa cum uiris plus ab omnibus arguitur, q̄ stuprum ipsum. Nam quæ suum perdit ordinem, in profundius quàm sit stupri barathrum eiecta est. Non. n. aliquis feret cum uirginibus numerari eam, quæ non curat quæ sunt domini, & multos reddat adulteros: neq; cū nuptis. Illa. n. curam habet, quomodo placeat uiro uni, tu autem ut plurimis, & his qui non lege coniugij noti, sed alio quodammodo ab omnibus cōdemnato & reiecto, unde uereor ne cū inhonestis mulieribus uidearis ordinata. Etenim ab appellatione ipsa, siquis rem dijudicare uelit, cōtradicere nihil possemus. Nā siquando in foro de his incidit mentio, uel aliās sermo domini de ipsis sit apud eos, qui disputāt de ab-

Gsurdo coniugio, significare uolentes quãdam huius, uocant non matrem, neq; n. illum peperit: neque sororem, non enim ex eodem utero prognatus est: neque coniugem, non. n. lege coniugij cohabitant: neq; aliud quoddam cognationis nomen, quod concessum, uel lege pmissum, sed fœdũ & ridiculum. Non enim ego quidẽ tulerim ipsum nominare, sic exosam habeo & auersor hanc appellationem, & proponitur mihi etiam contubernij cognomen Sed, non peperisti, nulli dolores. Et quid hac defensione fœdius? qd item miserius, q̃ quòd ab his uult apparere uirgo, ad quæ & multæ fornicatrices mulieres confugere possunt? Sed illæ aliunde manifestariæ publicè libidinantur. Vnde aliunde dic mihi? à uestitu, à uisu, à gressu? ab amatoribus, quos capiunt? Bene quidẽ nobis depinxisti scorti characterẽ. Sed uide ne cõiecturis & argumentis, anteq̃ illas, teipsam capias. Etenim & tu tibiipsi tales sæpe præparas amatores, atq; per eadem retia. Quòd autem non uocas in domicilium prætereuntes, sed habes intra cõclusos semper. Quòd multò grauius ob nihil quidem aliud, q̃ ut absurdam uoluptatem impleas, & illius & tuam, non cõgressum inq̃. Sed quid hoc commemoras? quandoquidem oculos pascendo mutuis aspectibus istucipsum contigit, alioqui neq; adulterium hoc genus esset. Sed dic, quare ipsum habes domi? Quam causam iustam & rationabilem nobis dices? Nupta. n. nuptias dicet, scortum libidinem: tu autem uirgo qualẽ nobis causam narrabis dignam quæ proferatur, & iustam? At cur curiosè inquiris, dicit, cùm non simul dormiant, neq; nobis cohabitent, ut illis mulieribus illi? immo hoc potissimum pleriq; affirmant. Verũ quid hoc: dicit contra suum caput: & planè contra suum solius caput dictum hoc postea inquiremus, & iam quidem manifestè differuimus, cùm de uiris diceremus, quòd nõ solũ qui maledicunt, sed & qui occasiones temerè præbent, in causa q̃ agitur, rei sunt supplicij. Veruntamen hoc ipsum denuò demonstrabimus: iam aũt si te rogauero causam huius cõtubernij, prætextum aliquẽ dicere potes. Infirma sũ mulier, neq; sola ualeo meo usui sufficere. Enimuero cũ hæc cohabitatoribus uestris obijcimus, ab eis contraria audimus, nẽpè quòd propter uestrũ ministerium uos teneant. Quomodo igitur quæ ex substãtia uestra etiam uiris suppeditare potestis, uobisipsis mulieribus subsidio esse non potestis, sed alijs indigetis? Nam sicut uir uiro, ita mulier mulieri commodius & rectius utique cohabitarit. Quando autem & uiris ad ministerium commodiores estis, multò magis nobisipsis. Ad quid. n. dic mihi, necessaria & utilis uiri societas? aut quale ille mulieri exhibebit ministerium, quòd non potest mulieri mulier? num tegmen tecum texere uel nere, ille magis poterit q̃ mulier? An non contra se res habet? Ille. n. etiãsi uellet, nihil horum attentare potest, nisi fortè nunc & hoc ipsos docueritis: quippe mulieris solius hoc opus est. Sed uestem lauare, ignem accendere, & legumina coquere, etiam hæc non minus, sed melius q̃ uir mulier efficiere potest. Quomodo igitur utilis uir, dic mihi? An quando exponere quiddam oportet, uel omnino comparare? sed neq; hic mulier ualet minus q̃ uir, & testabitur utiq; forum, & omnes quotquot uestimenta emere uolunt, à mulieribus plura q̃ ab his emunt. Quòd si turpe uirginibus in foro stare stare in commercijs, sicut & turpe est: at maximè cohabitare uiro, turpe est: ueruntamen & hoc minus q̃ illud effugere potest. Nam hæc uel puellæ quæ ministrat, uel uetulæ quæ ad hæc idonea rectius commiserim: unde manifestum, quòd prætextus illi & effugia sunt, & tegumenta infirmitatis. qualis infirmitatis uelamenta? Nam si cõcupiscunt uirum & nuptias, & id genus conuersationis appetentes sunt, quis prohibebat, & adimebat libertatem ne hoc facerent? quo neq; offensus deus, neq; ipsæ ab hominibus redarguta fuissent. Etenim & ego hoc dico, & non tam tua q̃ mea sunt uerba. Vel necesse dicere, ubi tibi uiri usus tantopere necessarius? uel cùm monstrare nõ potes, ejiciatur malè cohabitans. Nam ab hoc crimine absolui aliter nõ potes. Nam hæc q̃ dicebas, nõ tua magis sunt, quàm eorum qui tuam turpitudinẽ dolent. Oportebat quidẽ, tametsi plurimum utile esset, uiri ministerium cũ tanto conuicio non admittere. Nam quãdo dei gloria conuicijs contemnitur: nullus tam necessarius sit prætextus, ut persuadeatur contemni tantum malum. Quin etiamsi infinities die uno moriendum, ne hoc fiat, decretum sit: & cum multa uoluptate hoc sustinere oportebat, ne. s. quietis uel mundani usus gratia, tantum prætereat malum. Audi igitur quõ id ipsum timuit Paulus, & tremuit, & q̃ uehemẽter. Bonum. n. mihi est mori, ait, q̃ gloriam meam ut qui euacuet. Deinde, ut ne euacuaret suam gloriã, mori elegit. Nos autem ut scandala tollamus, neque paruam uoluptatem contemnimus, & quomodo poterimus unq̃ saluari, cùm non sit par, neq; alludat prope, sed multùm dissonet, laude ptiuari & incidere in ignominiam? Ille. n. etsi hoc fecisset, non offendisset dominum: ipse. n. ei constituerat ex euãgelio uiuere, attamen maluit mori, quàm tam bonum opus relinquere. Nos autem turbantes ea quæ ubiq; sunt ordinata, licèt sciamus quòd maximam propterea luituri simus pœnam, neq; consuetudinem frigidam & intempestiuam despici patimur, & quæ tandem nobis uenia? Oportebat igitur, si & uirum unum multi usus requirerent, & quòd. s. dicebam, tanta inde nasceretur contumelia, eligere mortem potius quàm hoc qd fit contemnere. Cùm autem & per mulierem commodius & facilius hæc omnia perfici possint, quę nobis erit uenia sic delicatè agentibus, & cõtra salutem nostram nos fœdantibus? Dic item mihi, quando tibi hæc ille exhibet, exhibebísne etiam ipsa illi uicissim aliquod ministerium? Nulli non manifestum. Et quã tò melius non retribuere talia, neq; uicissim accipere, sed tempus laborum, quod in illius quietem impendis, hoc in tuam salutem insumere, quàm grauiter laborantem tuam opinionem & gloriam confundere? Sed nullum ipsi exhibes ministerium. Ergo ipsum sibijpsi omnia ministrare necessarium, & sternere lectos, & coquere, & ignem accendere, & alia id genus facere. Hæc neq; famulus ferret ita ministrans, & nihil commodi à domino accipiẽs. Sed hic fert omnia, ait, propter timorem domini, & repositam hoc ministerio mercedem, & gratiam feret qui imperat, cùm nihil illi utilitatis ex nobis. Vnde igitur postea impudentium obturabimus ora? Etenim tantam ipsa eius testaris pietatem, & sic tremit & uereturr dei mandata, ut seipsum ac uilissimum mancipium despiciat, omnia quæ tibi exhibeat, nullum inde capiens fructum. Ante omnia oportebat ipsum rationem habere gloriæ, & bonæ famę in deo: nunc aũt non est eiusdem aiæ simul, & peridem tempus tantã abominationem simul & despectum ostendere circa manda-

A ta dei, & nunc quidem ipsa tremere, nũc uero nullam rationem habere eius qui leges dedit, quem cõtumelia afficis. Etenim si ita se purum seruat à uoluptate, & nihil humani agit, ut seipsum humilier, affligat, & ærũnis subijciat, suisq; laboribus alijs quietem paret, uerè ualde sapientis aiæ est & sublimis: sed non item, siquis gloriam dei contumelia afficiat, & neq; hæc faciat, propter quæ blasphematur à multis, & quæ non ualde magni plures bene & cum laude faciunt. Quomodo igitur tibi credemus, quòd hoc propter deũ facias, quod magnam & generosam animam requirit, quando illud quod scilicet maius est, & uulgare despicis? Non fers ut absistas ab his, à quibus deo facta est iniuria, & corpus, & omnia exponis pro ipso? Et cui hæc persuaderi poterũt? Sed nescio quomodo à uirginibus ad earũ cohabitatores simul transiuerim, propterea utique ad eas nobis redeundum. Vnde igitur illos qui ita eas accusant, & cõiecturas habẽãt, docere possumus? Non psuadeantur, ait. Et ubi hæc pia fuerit aia? Tunc enim maledici despiciendi sunt, cũ nos illis ansas non præbuerimus: immo neque tunc. Quan
B do autem ipsorum obturare ora possumus, totũ ex nobis est, & in nostrum uertitur caput totus ignis. Sic
1.Cor.8.c enim air, peccãtes in fratres, & infirmã ipsorum conscientiam percutientes, in Christum peccatis. Sciebat enim, sciebat manifestè, quòd non sufficeret ad defensionem nostram, eorum qui offenduntur infirmitas, sed hoc ipsum potissimũ esset, quod condẽnat nos. Quãto enim puriores sumus. à causa quæ intentatur, tanto magis iusti sumus, parcẽdo infirmitati eorum. Et nondũ dico quòd hic à tenui cõiectura offendantur, sed ponatur, quòd iprudenter hoc patiãtur. Nam
Ibidem.b
Ibidem.c nec sic despiciẽdi erant. Quę Romanis per epistolam scribens Paulus, eruditi nos sic dicens: Ne per cibum destruatur opus dei: quanuis illi improuidè erant offensi, attamen non eum qui offenditur, sed offendentem increpat. Nã quod iam uidelicet dicebã, & nunc dico. Quãdo magnum aliquod lucrum, & damno, & plaga maius, contemnendi sunt qui scandalum patiuntur: quãdo autem nullum fuerit amplius, q̃ quòd infirmi abiiciuntur, etiamsi infinities ex imprudentia hoc patiantur illi, parcendũ eis erit: quoniam & deus
C eos, qui impellunt, & deiiciunt in sententiã supplicij, punict Nam dum nullum lucraris, & alium offendis, extremæ malitiæ est. Nos autẽ quando uidemus aliquem pallidũ & deformem ob diuturnam ualetudinem, æos qui illum exacerbent, domo abigimus, neq; multũ disputamus, an iustè, uel iniustè illi hoc faciãt, sed negata illis omni defensione, & nulla data ob infirmitatẽ uenia, & q̃is iniustè exacerbetur, ueniam damus. Quòd si nos hac cura circa famulos & pueros utimur, & sæpe filium ita peccantẽ flagellamus, multo magis bonus deus, & iustus, & equus hoc faciet. & qd dicis? Infirmus est qui offenditur, igitur dignus est cui parcatur, nõ ut lædatur: uulnera habet, ne igitur atteramus, sed curemus. Suspicatur malè & imprudenter, igitur auferamus suspicionẽ, non infera
Iuuen.a mus. In Christũ. n. peccat, qui de his contẽdit. An non audis cõtinuo in ueteri Mosen dicentem: Deus zelo-
Psal.36.b tes est? & iterũ? Zelaui Hierusalem. in noua uero Paulum clamantẽ, Zelo enim uos dei zelo. Hoc, si nihil
Psal.118.c aliud sufficere debebat, ne subuerteretur anima, etiã non ualde infirma, sed morbo libera. Tam terribile enim est animam perire, zelus dulce quiddam magis est, quàm terribile. Nũquam enim zelus est, non prę-
D eunte charitate aliqua calida, & tam feruente, ut ualde accendatur dei amor. Argumentumq; hoc est. Nõ enim affectio est zelus in deo, sed uolens iudicibilem eius amorẽ in nos interpretari, hoc sæpe usus est nomine. Attamen nos qui ualde insensati ad humanas decidimus affectiones, & eum qui nos ualde amat, contumelia afficimus: eos aũt, qui nihil nobis prodesse possunt, oibus modis curamus. Quid. n. tibi ô misera, tantùm prodesse potest frigida hæc cohabitatio, cùm tantum thesaurum ejcias? Vide quęso, deducit te ê cœlis, excludit te spirituali thalamo, seiungit te à cœlesti spõso, parat tibi immortalia supplicia, & tormenta finem non habentia. Pro his si talenta infinita haberet contubernio, si promptior esset mancipijs uenalitijs, si te in maiori honore & dignitate constitueret, q̃ sit regina: an non ut damnosum & inimicum, & plura auferentem, q̃ dãtem sic auersari, & odio habere oportebat? Paruáne tibi cura de bonis cœlestibus, de regno futuro, de uita immortali, de ineffabili gloria? Tũne parua terrena commemoras? Et hunc ad illa utilem usum curas, quasi dominum, & non te occultas, neq; oras terrã te absorbeat, ut sic inde migres. Sed infirmitatem muliebris naturæ mihi prætexis, & humanorum usuum dispensationem, & quietẽ
E domesticã, fingens & componens prætextus, qui nõ sunt. Sed neq; sic eos, qui cor habent fallis. Non est enim, nõ est quies, quæ ad tantam turpitudinem cogit. Mulier enim si uoluerit, non sibijsi solùm, sed & alijs sufficiet ad ministerium: quoniam & ab initio à uiro ciuilibus negocijs susceptis, mulier sortita est domesticã administrationẽ & curã. Igitur cuius quietis indigæ intus rapitis uiros? Sed quid, dicit mihi, stupri gratia & libidinis? ego quidem nõ sic dixerim, absit, sed non desino obiurgare eos, qui sic dicunt. Vtinam possibile esset, persuadere possem. Quis ergo prætextus, q̃ causa probas nos faciet? Dicet quis, Inanis gloriæ amor. Et quẽadmodum uiris uoluptas friuola & misera, sic illis honoris cõcupiscentia hoc contubernium conciliat. Nam uanè glorioſum omne hoium genus est, ut ita dicã, maximè autem muliebre. Nam cùm neq; opus habeant quiete, sicut declaratum est, neq; cum ipsis rem habeant, manifestum quòd hoc solum reliquum est suspicari. Quoniam igitur hanc mali radicem inuenimus, agẽ cætera non reprehẽdamus: admoneamus aũt & persuadeamus, quòd sicut uiri, qui cohabitantes uidentur quidẽ uoluptate frui, maiori autẽ tormento subduntur. Etenim sola pura & solida uoluptas, quę per sequestrationem, sic utiq; & causa mulierum habet. Videtur quidẽ, ut ipse opinantur, gloria aliqua hinc & claritas nasci. Si aũt diligenter quis exquisierit, plena & referta est risu, confusione, opprobrijs, & extrema ignominia. Et de his dicta sunt in principio pauca, dicentur autem & nunc. Sit igitur qui cohabitat, si uult, non aliquis uilis neq; abiectus, sed q multã in ecclesia dignitatẽ habeat, & generis claritudinem, & admirabilis sit oĩbus ob eloquentiam, & pietatem, sitq; undequaq; clarus. Neque uel sic poterit illam facere claram ac probatam. Gloriam. n. habiturus ex amicitia erga aliquem, illius gloriam prius custodire debet, qui præbet ut glorificetur: nam si hæc offenditur, multò magis sua periclitatur. Nam sicut fonte corrupto, & q̃ inde manant fluẽta cœno cõmunicant: & radice corrupta, multo magis fructus corrumperenrur: sic & nunc. Facturus clarum uirginem fit ridiculus ob cohabitationem, ip-

G sa quoque ante illum, & cũ illo ridebitur: & si mulieri ante contigerit gloria bona apud multos, ea tamẽ statim ingressa illius domo decedit, tantùm abest, ut aliam secum afferat: etiã ipse habeat talem opinionẽ. Non utiq; gloriam nobis bonam adducit hæc consuetudo, sed necesse sequatur eam ignominia, quæ & eam quæ non meruit fœdat, immo utriq; grauis est.
Hie. 13. d Et quod de Iudæis propheta dicit, opportunum est etiam nunc dicere: Si imutabit Aethiops pellem suã, & pardus maculas suas, etiã quæ talibus cohabitant, maculam deponent aliquando hãc: sic quemadmodum corpora inurẽs cauterio, amborũ opinionibus inuritur, & bona ipsorum omnia obfuscat. Sed fortè gloriam putãt hoc ipsum, placere uiris: at hoc est mirè ridiculum, & quod quærunt interim etiã gloriantes meretrices. Mulierum utiq; liberarum & castarum hoc non fuerit, in talibus retibus deliciari. Quoniam & hinc iterum aliud ignominię argumentum, & quã tò magis imperant uiris, & grauiora iniungunt, tantò magis seipsas confundunt cum ipsis. Non enim quæ seruire facit uiros mulier, sed quæ reueretur, om
H nibus est reuerẽda & gloriosa. Si autem non sustinuerunt hæc nostra uerba, dei lex occludere ora earum
Gen. 3. c potest, sic dicens: Ad uirum tuum cõuersio tua, & ipse tui dominabitur.
Ephe. 5. c Caput omnino mulieris uir. Et aliunde è multis locis qs hoc inueniet sic legibus cautum, & hunc supernè datum esse ordinem: atque magna fœditas, si superiora fiãt inferiora, & caput deorsum, & corpus sursum. In nuptiis autẽ hoc turpe, multò autem magis in coniugiis, ubi non solum hoc graue est, quòd sit transgressio diuinæ legis, sed pessimã & mulieri & illi affert famam. Nam si cohabitare est turpe, multò magis cohabitãdo in seruitutem redigi. Nõ enim undequaq; imperare laudẽ habet, sed probatur nonnunquam non imperare, & turpe est imperare. Ita ut si uis in admiratione esse apud uiros, nihil tibi commune sit cum ipsis. Procul à congressu & aspectu & cohabitatione illorũ esto, tunc te & mulieres obstupescent, & uiri omnes simul admirabuntur, utpote uirginem sponso indiuulsè assidentẽ, tũc non domestici solũ, sed & Iudæi & Gentiles, & omne hominũ probabit genus: atque adeò si gloriam amas,
I hanc uade uiam nõ aliam, tunc te non iam illius uocabunt, sed Christi. Huius aũt ornatus alius par à nullo tibi erit. Vel pauca hæc, dic mihi, quæ toto die canũtur & in foro, & in domibus, & in aliis ciuitatibus. Puella quædam formosa ualde & adolescẽs, si uoluisset, multos præsides ad se attrahere potuisser, sed noluit, imò uoluit quęcunque sustinere & pati quã Christi amorẽ relinquere, & castitatis florem obscurare, beata & bis, & ter sæpius, & digna tantis frui bonis: qualẽ accipiet coronã, quantam mercedem accipiet, cum quibus immortalibus certabit uirtutibus? Hæc & talia de hac omnes dicunt, & ad æmulationẽ sui filiabus proponunt: & siquis admonere honestè uiuẽtem, & siquis corruptã ad modestiam reducere uoluerit, hæc illi iterum omnes encomia in medium ferant: non hic autem solum, sed & quoties de uirginitate fit sermo, & sic omnes laudabunt, nõ solum qui castè uiuũt, sed & illi qui studuere, & omnia fecerũt, ut ipsam procando obtineãt: deinde ubi contempti & despecti fuerunt, ipsa quidem tãta, & multò maiore quàm dicta est, fruetur gloria. Quę autem cohabitantes habet, omnia secus reperit: & primò quidem, quando ab aliquib⁹ pollutis accusatur uirginitas. De utrisque enim habetur memoria in talibus conuenti K
bus, sed illa quidem aperit ora defensantium, ista autem accusantium. Postea quomodo corrigi aliquã & cõpositam reddi decet, hæc quidem ut pharmacon utile, & quod putredinem repellere potest in mediũ affert, & præceptoris os ornat: illa autem cũ confusa steterit, tametsi non assit erubescẽs & confusa. Necesse enim ut peccans in singulis accusetur, & iterum cõfundatur: & ubi de re hac sermo fit sicut illa beata, ita illa misera & calamitosa, & oia talia audiũtur. Et sicut illam nõ qui uident solũ, sed & qui ignorant, & nullo beneficio affecti, celebrãt, & hymnis laudant: ita & hanc quotquot sciunt uel ignorant, & qui nihil mali ab ea passi, affligunt & criminantur. Nam hi qui
M dem rectè uiuentes, non à notis solũ, sed & ignotis, sed & ab ipsis inimicis laudãtur, & admirationi sunt: qui aũt corrupti, & improbi, & ab amicis affliguntur. Et hoc diuinæ prouidentiæ opus est, quod tantã nobis uirtutis familiaritatẽ & cognationem, & tantã uitiorum abominationẽ indidit. Ita illa quidẽ (de uirtute loquor) omniũ calculo probatur, etiam absentiũ. Hæc uerò, malitia. s. condẽnatur, etiam ab his, qui uir L
tutem nõ curant, & auersantur ac persequuntur. Vnde clarum, quòd ignauas illas non ij solùm qui uiderunt, sed & qui nescierunt, auersantur: & maximè omnium ij qui cohabitant. Nam etsi ualde dicant, quòd uos diligant, & admirentur, etsi gratiam habeãt pro hac uoluptate, proq; his, quæ donatis: attamen odio iterum eritis conscientijs eorum, ubi parum resipuerint, & intellexerint quo laqueo fuerint capti. Tantũ malũ est hoc peccatum, ut hi quos maximè omniũ curatis, uos potissimũ condemnaturi sint, quoniam & maximè omnium uestra sciunt in penitissima admissi, & secreta uestra infanda probauerunt: & quòd oderunt, manifestũ inde: sæpius uoluerũt ab hac scabie & hoc morbo graui liberari, & oderunt omnes qui sciunt: sciunt aũt non minus qui sunt domi suæ, quàm qui non. Nam licèt quis ualde miser & calamitosus sit, non est tamen ita desperatus, & ualde suam confundi cupiens gloriam, ut uelit in turpitudine uiuere, & esse in ore omnium, accusari, rideri, & opprobrari, & spectaculum esse foro commune, & omniũ
I digitis monstrari per ignominiam. Enimuero nõ par ua his insuauitas, ab hmõi suspicione nascitur, & insidens conscientia continua turbatur, & omni uermiculo solidius inhærendo mentem intus depascitur. Si aũt hæc ab hominibus sequitur confusio, & nihil manifestè dicentibus, & domi quoq; seipsos reprehẽdentibus talis est dolor: quando ad ipsum abituri sumus sponsum iniuria affectum, quando & quæ incerta in medium ducentur, quando & corda reuelabuntur, & sermo, & figura, & uisus, & cogitatio, transeo q̃ his turpiora: quãdo igitur omnia simpliciter in orbe toto nuda apparebunt, & exuta, quantam sustinebimus ignominiam, & suppliciũ, & uindictã? Tunc. n. si non patrocinabitur fulgens uirtutibus anima, ut congruum est illi sponso, si non omni labe, macula, & ruga sit pura, peribit, & extrema feret. Etenim non magna macula sufficit ad eiiciendam eam. Quòd si una macula eiicere sufficit, quando multa sordes est, & tantus fœtor, & plurima ubiq; ulcera, quis eam eruet è supplicio & illa pœna? Nam si hìc ita improba & insuauis eius uita, & omnes eã auersantur, & amici & inimici, quomodo poterit ad regia transcendere uestibula tanta luti uarietate oblita? Non uides

A quòd neq; i domo uiri priuati & uilis ferret quis, porcũ luto uolutatũ intus ostẽdi, sed iussu eius abigunt & insequuntur oẽs, & ianuas recludũt, & fugant procul. Si aũt brutum animal, præsertim in luto educatũ, non ferunt homines intus excipi cũ macula, quomodo in cœlestia tabernacula ubi tanta claritas, ubi omnia fulgida, ubi lux inaccessa, ubi fulgure omni fulgidiores occurrẽt fulgentes uirgines, poterit quis sic coinquinatus ingredi? Quę non habent oleum, à thalamo exclusæ sunt, & quomodo uos adyta illa ut ingrediamini expectatis? Etenim multò hoc difficilius peccatũ. Non. n. est par corporeæ uoluptati coinquinari, & multas perdere animas. Illæ quidẽ pauperes nulla in re affecerunt iniuria, sed quia sua illis non impartitæ sunt, neq; eorum inopiam leuarunt, hæc passæ sunt: tu aũt iniuria affecisti, & expulisti, & nõ solùm nõ profuisti, sed & maximè nocuisti. Quòd si q̃
B nihil profuerunt, tantam dederunt pœnam, præsertim uirginitate syncera manente: quę aũt non solùm inutiles alijs, sed & plurimum seipsas nocuerũt, & cohabitantes, & scandalizatos, & præ omnibus nomen sponsi contumelia affecerunt, qualem sustinebũt cruciatum? An nescitis qualem rem aggressæ? in quẽ ago nem instructæ estis? quam prælij partem sortitæ? cuius ordinis in exercitu hæredes & occupatrices estis? Apud ipsum belli ducem, immo apud ipsum habitatis regem, & militatis. Sicut igitur in bellis non unum locũ exercitus omnis occupat, sed alij cornua agminis, alij medium, alij postrema, alij frontem phalangis ornant, alij aũt ubi ubi rex comparet, ibi cũ ipso apparant: sic quoq; & uirginum chorus nullum alium, nisi hunc ordinẽ sortitus est. Nõ sic ij qui aureas togas induti, & equis auro ornatis uecti, & aurea ferentes sceptra, & gemata monilia, præsentes regi uideri debẽt, ut uirgo Christo. Nam illi quidem apud ipsum currũ regium uersantur: uirgo aũt regius quoq; currus fit, sicut Cherubin, si uult, & adstat ipsi sicut Seraphin. Igitur cũ in publicũ se recipit, oportet ut omnis philosophiæ specimen præ se ferat, & oẽs in stuporem conuertat, sicut angelus si nunc è cœlo descenderet, & sicut Cherubin aliquis si in terris appareret, omnes ho
C mines in stuporem conuerteret: sic & uirginẽ, omnes qui eam uident, adducere in admirationem & stuporem sũę sanctimoniæ oportet. Nam dum uadit, quasi per desertum eat: quando aũt sedet in ecclesia, profundissimo silentio oculus nullum uideat prætereuntium, non mulierum, non uirorum, sed solum sponsum, & præsentem & conspicuum. Concedens aũt iterum in domum, ei in precibus loquatur, & eius solius uocem per scripturas audiat, & in domo eum quem desiderat & amat, solũ cogitet, ut peregrina & aduena, omnia faciat, quasi res præsentes nihil ad eã pertineant: & non solũ masculorum fugiat aspectus, sed & conuentum secularium mulierũ: tantaq; corpori suppediter, quanta necesse, & uniuersa in animæ salutem impendat: quis non admiretur, quis nõ obstupescat, in muliebri natura uitam talem angelicam intuens? Quis autem homo existens, accedere, quis tangere audeat tam flagrantem animam? Eapropter omnes quidem ab ea abstinet, & sponte & inuitus. Omnes item in stuporem uertuntur, utpote aurum fulgens & ignitum uidentes. Nam & auri natura habet per se multũ fulgoris, cũ autem & ignem in se tenet, maiori miraculo est & terribilior. Quòd si hoc in corpore: quando idem in anima contigit aurea, nõ tunc

hominibus solùm, sed & angelis desiderabile erit hoc D
spectaculũ. Quare ergo uestibus teipsam ornas, quę à flamma tantũ habes ornatum. Etenim uestes non sunt datæ, ut eis ornemur, sed ut nuditatis fœditatem occultemus, nõ ut talibus induamur, quæ nos maiori turpitudini, q̃ ipsa nuditas, exponãt. Idcirco & Adã Gen. 3. d
induit deus uestes pelliceas, similiter & eius mulierẽ, quanuis si uoluisset, delicatis eum potuisset induere uestibus: sed nobis denuò & per illas ostendit, quòd non sit præsens tempus deliciarum, sed gemendi & plangendi. Quod si ignominiæ est & condemnationis, & ex peccato uenit hoc amictu indigere, quid reprehensionis materiam auges? An nõ satis casum nostrum indicat, quòd uestium sumus indigi? Cur crimen exaggeras? cur uisu ampliore accusationem auges? Oportebat enim eiulare & gemere, & corpus ipsum castigare, iuxta Paulum: nos aũt sedemus, & ue- 1. Co. 9. d
lamenta artificiosè contexentes, sicut siquis tegmẽta 4. Regũ.
circa oculos dolentes habens, cogatur ea considera 1. d
re, & adhuc ornet uelamenta hæc. Propterea Helias, Mat. 3. &
propterea Ioãnes simplicè habentes amictum, & pel Marc. 1. a
liceas tunicas, & uestibus è pilis induti anhelebant & E
concupiscebant indumenta incorruptionis accipere. Tu aũt mulieres in fornice præcellis uestium curiositate, quibus insidias adulescentibus elegãtioribus pares. Non sic te indui & ornari uult sponsus, sed in anima tua oẽm reponere gloriam iusit: tu aũt illam negligis, & lutum ac cinerem uariè decoras, & amatores incontinentes illicis, & adulteros facis oẽs, ut ita dicam, qui te uident. Et cũ frequenter ignẽ hinc conflas, puto neq; te inficias ire, quòd inde ignominia & probra sequantur, id quod & ab amatoribus tuis declarabo. Nam quæ animam ornant, deũ suæ pulchritudinis habent amatorem: tu uerò homines, immo neq; homines, sed porcos & canes, & illis brutiores. Quis sic insipiens, ut te ornatiorem illis putet, quarũ desiderio deus fertur ob internam formositatẽ? Atq; adeò, quantò curiositati plus uacas, tantò abominabilior facta es, & deum quidem à te auertis: hos autẽ illicis, tantoq; magis fœda ac turpis appares. Nã qũo non turpis, si deum allicere non potes? Quòd si quæ
F se ornat, adeò ingrata: quæ cohabitantem habet cogita quantũ conciliet sibi odium. Sed si uidetur, non cohabitationẽ dicamus solũ, sed ipsam aperiamus palàm, ut magis fœda uideatur. Nam quoniam non timent oculum soporis nescium, sed oculi hominũ timor eorum, agè & ipsas hac consolatione priuemus, quæ occulta & recta in parietibus in medium afferentes, aperiemus ianuam his qui uidere ea uolunt, à lecto ipsas primũ excitantes: immo si uidetur, primùm exquiramus quę per domũ contingunt, & ponamus parietibus ipsas cohiberi, & domicilijs uarijs sedere. Nõ enim puto aliquem, etsi ualde fœditati sit obnoxius, ita seipsum traduci uelle, ut in uno cohabitet domicilio. Sint igitur diuũcti parietibus, & quid hoc fuerit? Non. n. sufficit, ut à suspicione liberentur. Verùm nunc de suspicione nihil. Nam licet ancillæ plurimæ ei cohabitent. Aliam aũt turpitudinem iam exquiremus. Euenit enim cũ per idem tempus surgunt, non ob matutinas horas: nihil enim unquã pium ab his animabus fieri solet, & transeant ad se inuicem iacentes, & compellant nocte: quo quid sit turpius? Quòd si cõtingat repentè & cohabitantem ægrotare, neq; parietum hìc postea aliqua utilitas, sed exurgens præ alijs ad uirginem iacentem ingreditur, infirmitatem

G prætexens, & ancillis sæpe tardius paratis, & aſsidet, & alia curat, q̃ mulierem quandoq; ſolam uix miniſtrare fas eſt, & neq; ob illa pudefit, ſed gloriã putat, neq; ipſe erubeſcit, ſed magis gaudet, & tantò magis, quantò fœdiorem ſeruitutem ſubit, & apoſtolicum illud uerbũ quod dicit, Gloria in cõfuſione ipſorũ, re ipſa monſtratur. Vbi aũt & ancillæ ſurrexerint, maior turpitudo: nam & intecto capite, & una tunica, & nudis manibus, utpote turbatæ & in nocte ſurgentes diſcurrunt illo præſente, immo in medio uerſante & ſimul currente, omnia coguntur implere: quo quid fieret fœdius? Quòd ſi & obſtetrix adſit, neq; ſic pudefit, ſed & alijs uirginibus ingredientibus officiũ ſuum facit. Ad unũ enim ſolũ ſpectat, cũ monſtret ægrotanti ſuum miniſteriũ, ignorans, quòd quò magis ſuã diligentiam mõſtrat, tantò magis & ſeipſum & illam confundat. Et quid mirũ, ſi præſens non erubeſcat? ſæpe enim medijs noctibus uilium ancillarũ opus facturus, ad ipſam currere non grauatur. Quando aũt adeſt, nunc quidẽ ipſum eiiciunt & inuitum, licèt ualde impudens, nunc aũt admonent, ut iterũ ingrediatur, & aſsideat: quanuis cur quis ẽt plurima ſtudioſè colligat, ut illum confuſibilem reddat, & talem qualem ipſe ſe, dum multa talia parat ſibi efficit? Vbi aũt dies illuxerit, & utroſq; lecto fugere oportet, cuſtodię & obſeruationes ſunt, nequis ad exteriorem domunculam progrediatur, ne ipſa terreatur. Sæpe aũt progreſſa, & fortè nudo corpore ad uirum accedit, & ille hoc ipſum uidens parũ curat, nunc quidẽ miſſo nuncio ingreditur, nunc aũt ſine obſcuratione, & multũ excitat riſum. Nihil enim dicere uolo. Hæc aũt quanuis parua, tamen magnæ libidinis carbones accẽdere cõſueuerunt. Et hoc quidem domi, & maiora his: quando aũt in publicum iuerit, rediturus iterũ maior confuſio. In domum ſuam ingreſſus, & dum non cogitur prænunciare inuentis mulieribus aſsidentibus apud illam pudefacit, & ipſa ſæpe ita afficitur, turpeq; cenſet ſi mulier mulierem excipiat, & uir uirũ: mutuã autem conſuetudinem ſuam non abhorrent, nec uitant: cauent aũt ne cognatos hoſpitio excipiãt. Quo quid deterius ſit? Accidit interdum, ut ipſum mulieres inueniant aſsidentem extentæ & fuſum habenti.

I Quis diceret iurgia, quotidianas lites, etiamſi multa amicitia & pax ſit? ſed & hæc contingere ueriſimile. Audiui aũt & de aliquibus, quòd zelotypi ſunt. Nam ubi non eſt dilectio ſpiritualis, & hoc neceſſe eſt fieri, ibi & uarij caſus, ibi uirgines redduntur impudentes & ſeruiles, etſi corpoce non corrumpantur, moribus tamen. Quando enim diſcit liberè loqui uiro, conſidere, in eum obtueri, & ridere, & multa alia fœda agere, neq; hoc graue aliquid eſſe putat: ſuſtollit uirginitatis uelũ, & conculcat florem: ibi nihil grauantur, neq; deprecantur, ſed & internunciæ nuptiarum fiunt, & inſtitoriam ſcortorum obeunt, multasq; uolẽtes eſſe uiduas prohibent. Et putantes ſe ſuorũ malorum defenſionem inueniſſe, ibi omnibus deſpicabiles ſunt, ibi & nuptæ ipſarum nomine erubeſcunt, utpote in omnibus melius agentes. Multò enim melius & uno & altero coniugio coniungi, q̃ hæc fœda agere, & internunciorum, & paranymphorum ſuſpicione ſugillari ab omnibus, quòd à ſuauitate nuptiarum ſe abſtrahant, & oneribus nuptiarum ſe ſubdant. Quid. n. oneroſius quàm uirum habere, & ſolicitũ eſſe de his quæ illius? Exonerauit te ab hac moleſtia deus. Ad uirum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Soluta es per uirginitatem, quid iterum te ſeruituti ſubij K cis? Liberam te fecit deus, tu aũt tibiipſi plectis negotia. Nullus ſolicitã te fecit, tu aũt negotia plectis. Sed quoniam ſolicitudinis mentio incidit, tẽpeſtiuè hæc dicenti aduenit apoſtolicum illud. Nam ſi cohabitare uiris mulieres, & mulieribus uiros curas tolleret, ad 1. Cor. 7. f continentiam adhortãdo Paulus non diciſſet, Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe, ut & hac nos admoneat. Quid enim uultis, ait, quietem & libertatẽ? Deinde non uidetis contrarium euenire, ſeruitutem & labores, & miſerias multas, dum uiris cohabitatur? Multæ igitur ſæpe relictis uiris ob hoc non iterum nubũt, ut ne ſub iugo ſeruitutis ſint. Prorſus aũt ſi in paupertate uiuis, & omni tutore cares, uirtutem uitæ oſtendas, & cum uiro nihil habe commune. Coniunge autem te mulieribus, quæ honeſtè uixerunt, & neq; tuã coronã diſperdes, & omni perfrueris ſatietate. Quòd ſi hoc inſufficiens eſſe putas, quære diligenter, & omnino inuenies, immo non neceſſarium eſt quærere. Nam ſicut ad lucem occurrimus oẽs, ſi refulgebunt radij uitæ tuæ, omnes accurrent diligentes, unaquæ- L que tibi ordinem iniunget, miniſtræ & te domus ſuæ ſecuritatem putabit eſſe, & ornatum uitæ & coronã, Mat. 6. d ſecundum ſermonem Chriſti. Quærite enim, ait, regnũ cœlorum, & omnia hæc adijcientur uobis. Nunc aũtem & nos authores ſumus, ut ex hac ſeculari fœlicitate excidamus, & cœleſtia quoq; negligamus. Nos autem quando dico, non uiros ſolũ dico, ſed & uos, & uos magis quã uiros. Quoniam ab initio ob hoc grauiorem pœnam accepit mulier, & deceptionẽ magis attulit: propter hoc & decipientem magis quàm deceptum puniuit deus: quod & nunc erit, ſi non uolueritis corrigi, & ad propriam redire nobilitatẽ: propter hoc enim & mulier tunc reprehenſa, quòd uiro Gene. 3. dedit de fructu, nõ audebat dicere, quod oportebat, cũ uir non deberet perſuaderi, neq; decipi: ſed hanc quidem utpote frigidam defenſionem tacuit, ad aliã aũt uenit infirmã quidem & ipſam, attamen plus hac habentem rationis. Vnde manifeſtũ, quòd qui prætexunt deceptores, rectius in ſe deceptos, q̃ in deceptores culpam ingerere poſſunt. Scortum accerſit contumelia afficiente ſuum corpus, & poſtq̃ cum illo dormierit, iterum dimittit: tu autẽ ubi uocaris eum qui M iniuria afficit tuam animam, & corrumpit, ſemper ipſum includis, & non permittis exire, uinculaq; grauia iniicis, adulatione, cura, & alijs operibus, & putas te glorificari cùm teipſam ita confundis? Non cogitas tu, dic mihi, præſentem uitam quàm breuis, ut ſomnijs aſsimiletur, & floſculis marceſcẽtibus, & umbræ prætereunti? Cur uis deliciari nunc in ſomnio, & puniri tunc in ueritate? Quanuis neq; delicias hęc res habet. Quomodo enim, ubi condemnatio, & reprehenſiones, & conuicia, & ſcandala? Verùm ſi & deliciæ ſint, quid eſt parua aquæ gutta ad immenſum mare? Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum: ad orbem terræ aliquando malè affectum dicebat Dauid. Hoc igitur nos tibi occinemus, breue uerbum prophetæ ſubimmutantes, & dicemus cum propheta: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere malæ conſuetudinis & eorum qui tibi male cohabitant, & concupiſcet rex pulchritudinem tuam. Quid tibi hoc maius? Quid item par poterimus dicere, quàm ut cœli & terræ, & angelorum, & archangelorum, & ſupernarum

Phil. 3. d

Gen. 4. a

Pſal. 44. d

uirtutum

A uirtutum dominum amatorem ſortita, libereris à uilibus conſeruis, tuam nobilitatem confundentibus? Propter quod utiq; & hic finire ſermonem, bonũ. Nihil enim dicere poterimus, quod huic honori ſit par. Nam ſi quæ ſponſum in terra acceperit regem, omnibus ſe putat eſſe beatiorem? Tu habes autem nõ terrenum, nec cõſeruum, ſed eum qui in cœlis, eum qui ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & uirtutẽ, & omne nomẽ quod nominatur: eum qui ſuper Cherubin ſedet, concutientem terram, extendentem cœlum, terribilem & reuerẽdum Cherubin, inacceſſum Seraphin, non ſponſum ſolũ, ſed amatorem, & amatorem omnium hominum ardentiſsimum: quomodo non omnia relinquis, quæ hic ſunt, etiamſi animam ipſam relinquere oportet? Quoniam igitur ſufficit, hoc uerbum ſolum, & plumbo omni grauius ad corrigendum & promouendum ad ſupernam cõuerſationẽ, & nos hic definimus, & te admonemus, & quaſi diuinum aliquod canticum accinimus, ut & in domo, & in foro, & in die, & in nocte, & in uia, & in thalamo, & uoce, & mente continuè loquaris ani- B mæ, dicens: Audi anima & uide, & inclina aurem tuã, & obliuiſcere malæ conſuetudinis, & concupiſcet rex pulchritudinem tuam. Et ſi hoc continuè uerbum dixeris, auro omni puriorem facies animam. Dictum enim hoc igne uehementius, & efficacius afflare tuas cogitationes, & omnes tuæ mentis maculas expuga te ualebit, Amen.

FINIS.

THEODORI GAZAE THESſalonicenſis ad Alphonſum regem præfatio in orationes de incomprehenſibili dei natura, diui Ioannis Chryſoſtomi, quas è Græco in Latinum uertit.

C EVNDEM regẽ, & pontificem olim fuiſſe accepimus, diue Alphonſe rex inclyte, tanquam regis officio is fungi non poſſet, qui minus iura & rationes rerum ſacrarum teneret, quas noſſe pontificis certè intereſt. Romani itaq; tui, gens armis præſtãtior cęteris omnibus, ingenio autem, doctrina, & deorum cultu facilè cum Gręcis etiam conferenda, homines præditos ſacerdotio potius Reipublicæ præeſſe cenſuere: & uehementius de ſummo pontifice, cẽ de conſulatu ſolebant cõtendere: quippe qui ita ſeſe dignius rempublicam regere credi poſſe arbitrarẽtur, ſi profiteri cognitionẽ partis quoque diuinæ uiderentur. Græcis item hominibus hæc eadem opinio ſemper & probata, & ſummo in ſtudio habita eſt. Vnde apud Athenienſes inter nouos illos, & primarios D magiſtratus regia dignitate præditus is enumerabatur, qui dearum Cereris, & Proſerpinæ miniſterijs, & Mineruæ ludis præeſſet, & ſacra urbis præcipua faceret: ad quem cauſa uel impietatis, uel ſacerdotij, uel cuiuſuis de religione controuerſiæ deferretur, qui iura matrimoniorum diſcerneret, & unus ex principum numero, cum ſancto Areopagitano ſenatu de homicidijs iudicaret. Ad hęc Iudæorum gẽti, cuius nobilitatem Ioſephus cognomine Flauius inſignis author, duobus libris, quos contra Appionẽ Grammaticum ſcripſerat, latè ac pulchrè aperuit, id fuiſſe in more certum eſt, quãdiu reges tales ſiue diuinitus, ſiue optimo iudicio hominũ crearentur, ut reipublicæ bona & ſeruaren- E tur, & augerẽtur. Aegyptios pręterea, quos bonarum artium, & religionis ſtudiũ ſingulare nobilitarit, atq; etiã Perſas, Medos, Indos, gẽtes nominis magni, ſuos reges uel ex ſacerdotum ordine facere, uel maximè familiaritate ſacerdotibus deuinctos habere ſolitos legimus. Ita oẽs quaſi duce natura regerẽtur, regem, quem peritum eſſe rerum humanarum oportere cenſerent, eundẽ haudquaquam diuinarum eſſe ignarum patiebantur: & ut gens quæque magis ad rempublicam probam & laudabilem accederet, ita diligentius id ſeruauit ſemper, & coluit. Verùm hac noſtra ętate, ſic inſtitutum uidelicet à primis Chriſtianæ religionis tẽporibus uſq; habetur, ut non idem & reges ſint, & pontifices. Credo ob eam potiſsimũ cauſam, quoniã F agi facilius poſſe exiſtimabant, ſi duo quidẽ, quorum alter rebus humanis, alter diuinis pręeſſet, crearentur. Quã ob rem & ſi utercq; tam rex, cẽ pontifex ſine altero exequi officij quidem ſui ratione authoritateq; poſſet uices rei tum diuinæ, tum humanæ, tamẽ digeſtum in duas perſonas eſt. Vnde fit, ut rex ſæpius res ſacras ſibi uendicare iure ſuo exiſtimet, & pontifex nõ alienam adire prouinciam arbitretur, ſi quãdo rem attinentem ad regem, ſibi attribuat, quod cæterorũ quoq; officiorum collegis uſu uenire conſpicuum eſt. Cedere tamen & rex pontifici debet, & regi pontifex: & alter ſeruari ab altero, quantùm deſtitutũ delegatumq; à maioribus eſt, oportere exiſtimamus. Quòd etſi rex minus diuinã rem facit, minus q; iudex conſti-

G tutus est rerum sacrarũ, quas ecclesia suo uocabulo spirituales appellat, tamen rationes nosse earum rerũ, & quemadmodũ agi singula Christianæ religionis debeant, minimè ignorare pulchrũ proculdubio est, & maiestati regiæ consentaneũ. Quocirca tu ut semper hoc ita esse iudicasti, ita semp dedisti operam, nequid desit, quò te regem minus perfectum absolutumq; ageres, atq; ita effectum est, ut te cæteris nostræ ætatis regibus elegãtiorem, & planè cũ illis, quorum memoriã & laudem seruãt secula, cõparandum oẽs & censeamus, & prædicemus: ac nisi mentiri quis uelit, & uerba cõtrà q̃ sentit facere (qđ non hominis grauis & ueri, sed assentatoris est) te quisq; adeò religione, & rerũ diuinarũ
H scientia cæteris principibus antecellere affirmauerit: ut nõ cui te cõparet, quærat, sed cui unius exemplo cæteros oẽs ad eam ipsam præclãrã uirtutẽ hortetur & moneat. Quis enim ex tot terrarũ orbis principibus te pietate insignior? quis diuini cultus obseruantior? quis uel ordinem sacerdotũ sibi deuinxit familiarius, uel plura suę pietatis reliquit monumenta? Quis aũt acutius de rebus diuinis, aut subtiliusposest disserere? Cęteri prorsus uel eo tenentur errore, ut putent parũ at-
a tinere ad principem rerũ diuinarũ cognitionem: uel enim eã probarent studerentq; adipisci: uoluntate quidẽ proximè accesserunt ad laudem, sed doctrina atq; ingenio tanto te existunt inferiores, ut non minus theologiæ princeps, q̃ facultatis & copiæ rerũ ciui
I lium iure inter principes habearis & nomineris. Sed cur præ cæteris principibus te cõsideres, quando ne hominibus ⌈priuatis, q̃ in hoc uno stadio uersantur, amplius quenquam supereſſe q̃ tibi præcepimus? Quoties Narcissus Verdunensis & uir & theologus singularis, argumentis, quibus uel respondisses, uel obiecisses, recitatis in frequenti oĩum doctorũ conuentu, ratione demõstrauit euidentissima ita esse, ut qui tecũ ita disputãt, nõ regiæ maiestati, sed exquisitæ tuæ doctrinæ uiribus cedant, & uictorẽ te inuiti interdum confiteantur. Quoties eiusdẽ scientiæ professores alij ultro, sed animo inuito, ut uerbo Homeri utar, expertos in se fuisse fateri, qđ modò Narcissum doctorem sæpenumero explicasse retuli, uidimus. Ita fit ut maiorem in modũ tuum admiremur ingenium, quo

⌈*Sic puto legẽdum, quãdo ne hominibus qu d priuatis, qui in hoc uno studio uersantur, amplius quicquã quã tibi percepimus.*

præter cæteras uirtutes ingenuas, quas tam K multas cõplexus mirificè es, theologiã tam pulchrè consequi potuisti: quæ res & si honestissima & grauissima est, tamen ob percipiendi difficultatẽ uix à paucissimis quæritur. Ita meritò unus tu uehementissimè laudaris ab homine probato & laudato, Bessarione Pontico Romanæ ecclesiæ cardinali, quem desideriũ tui uisendi Neapolim ad te duxit, ac mensem iam quartũ tenet apud te summa cũ delectatione, laude & admiratione tuarũ uirtutum & operum. Laudat hic sapiens uir, & religionibus uenerãdus te regẽ & sapientẽ, & religionis tum cultorẽ, tum defensorẽ egregium: bona animi tui cõmendat homo, cui certè omniũ consensu contigit, ut literarũ Græcarum sit facilè princeps: L Latinarũ aũt tantum teneat, quantũ nemo adhuc Græcorũ consequi potuit: effert summis laudibus prudentiã, ingeniũ, doctrinã, mores, denicq; præstantiã tui animi. Vir qui prę sui animi magnitudine admodũ paucos solet laudare, te tamen ita is admiratur, exosculatur, & cõplectitur animo, ut uix possit abs te discedere. Ostendit hic porrò quanti tuã doctrinã faceret, cũ libros, quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus diuinis inscriptos Metaphysica edidit, hos diligẽtissimè tibi in Latinũ conuertisset sermonẽ, ac tuo dicasset nomini: ut quos ille Alexãdro regi sapienti perquã gratos cõposuit, iidẽ ad te interpretati mitterentur regẽ theologum, ac longè rebus diuinis edoctiorẽ, q̃ de rege M Alexandro cõiectari ex ijs quæ accipimus, liceat. Te igitur religionis obseruantissimũ, & Christianæ doctrinæ studiosissimũ regẽ, si operibus non modò, quæ ad rem attinẽt militarẽ, uerumetiam quę summæ religionis sunt, adire cẽsemus, nõ ineptè id agimus, nec ea offerre uidemur, quę minus te delectẽt & moueãt. Quã ob rem post Mauricij illos de re militari libros, quos anno superiori obtuli tibi, ut iudici peritissimo eorũ, quæ imperator ille & gesit & scripsit: has de incõprehẽsibili dei natura orationes quinq; Ioãnis Antiochẽsis, cognomine Chrysostomi, doctoris ecclesiæ singularis, conuerti: & legendas propterea tibi obtuli, ut uel ex hac mea interpretatione, & ingeniũ, & dicendi copiã eius doctoris perciperes, & te sacro sermone, ut soles, oblectares. Fuit is certè sacũdior

A cæteris Christianæ religionis doctoribus, & copiosior. Et q̃q̃ more ecclesiæ, uel in grauitate sermonis, uel in exquisito Atticæ linguæ usu negligenter, aut Gregorio, aut Basilio eiusdẽ professoribus, & prædicatoribus Christianę religionis, tum in exponendis sacris codicibus, tum magna utilitate populi ad dilatandũ argumentũ, ad amplificandam sententiam, ad exemplorũ copiam, ad facilẽ & omnino accõmodatam, tum ad populi aures, tum ad religionis præcepta elocutionem, ad memoriam omnium, quę officium doctoris Christiani requirit. Hic meo iudicio anteponendus est cæteris: nec esse arbi-
B tror quempiam qui, si modò quæ is Græcè disseruit, assequatur, aliter sentiat. Vnde hic iure optimo cognomẽ id Chrysostomi meruit, ab oris aureo flumine: quod idẽ datum est Prusciensi Dioni: sed eò dignius Ioãni nostro, quò longè hic plura, & ad hominũ uitam mores q̃ utiliora, q̃ Prusciensis ille scripsit, prædicauit, & docuit. Constat hũc eiusdem claruisse temporibus, quibus Arcadius Theodosii imperatoris gentilis, cuius filius tum armis, tum pietate, ingenio, & literarũ bonarum studio sese exhibuit singularẽ, tantaq; apud eum ipsum imperatorẽ authoritate & gratia ualuisse, ut & suos ciues Antiochenses homines parum quietos, & plus sibi libertatis sumẽtes, q̃ Romanũ pateretur imperium, ab ira capitali imperatoris sæpæ liberarit, uniuersamq; ipse unus seruauerit ciC uitatem, ne pœnas grauissimas lueret. Et ecclesię Constantinopolitanæ patriarcha præfuerit, quæ dignitas proxima in sacro ordine à summo pontifice habetur. Vixit tanta probitate morum, & sanctimonia illustris, ut nomen sancti acceperit ea uice, qua aut heroa, aut certè diuini homines superioris religionis nominarent eũ, qui uirtute quadam excelluisset heroica, mirumq; in modũ generi mortalium profuisset. Huius itaq; orationes, quas homilias ipse à conuersatione, & suæ doctrinę communicatione inscripsit, ut hominis sancti & docti & elegantis, & cui Arcadij iperatoris familiaris leges, cũ otiosior fueris: eris autẽ eò citius, quò plus apud te religionis charitas, quàm ciuile negotium ualet.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE INCOMPREhensibili dei natura, *contra Anomæos, absente episcopo, Homilia prima.*

THEODORO GAZA *Thessalonicensi interprete.*

QVID hoc sit fratres charissimi, pastor abest, & tamen oues suum cum diligentia seruant ordinem, uideo. Profectò boni illius pastoris id quoq; officium est, ut non modò illo præsente, uerũ etiã absente ouile studium omne adhibeat, nequid temerè agatur. Brutorum greges siquis educat, non absit, manere intra septa necesse est: uel si sine pastore prodierit, passim oberraret & uagatur. At inter uos nihil eiusmodi uideo euenire, sed etiam cũ pastor abest, uos consueta pascua petitis cum ordine & decore. Verũ ut melius loquar, pastor & ipse E adest mente & animo quanquam corpore abest: nemo id abesse dixerit cũ ordinem nostrum & modestiam cõtempletur, tametsi minus corpoream eius faciem cernit. Quam ob rem ego magis magisq; illum laudo & miror, quòd tantũ nobis imponere studij, uirtutis, ueræq; religionis potuerit. Nam & copiarum imperatorẽ ita præcipuè commendamus, si eo nõ solùm præsente, sed etiam absente milites suum ordinẽ seruant & tuentur. Quod idem Paulus à suis petebat discipulis, cũ diceret: Itaq; charissimi sic semper obtẽperastis, non in præsentia mea solũ, sed multò magis *Phil.2.b* in mea absentia. Cur multò amplius in absentia, quã cùm pastor adest? Si lupus gregem inuadit, repelli facilè potest, & fugari: at cum abest, grauius periculum imminet, cum nemo sit qui defendat, & seruet. Adde quòd pastor cũ adest, mercedem studij ac industriæ cum eo ipso ouili, quod custodit regit q̃, partitur: cũ aũt abest, totum suum officium, munusq; uirtutis ab ipso ouili proficisci intelligendum est. Hæc eadem uel absens ille humanissimus magister & pater, ubicunq; gentium sit, uos uestrúmq; conuentum & ordinẽ cogitat, & cõplectitur animo: neq; tam quos sibi habet F præsentes, quàm uos absentes cernit, atque intuetur. Noui illius summum amorem, noui charitatis feruorem insuperabilem, quem penitus radice innixum uiuacissima, animo continet, & singulari studio colit. Quippe qui certè sciat charitatẽ ipsam caput esse bonorum omnium, & radicem, fontem & parentẽ: atq; ea una absente, cætera uobis nullum fructũ afferre, nullam præstare posse utilitatem. Hæc enim discipulorum domini est, magnus seruorum dei character, indicium. In hoc, inquit, omnes cognoscẽt, quòd mei *Ioan.13.g* discipuli estis. In quo? num in eo, ut mortuos suscitẽt, ut leprosos purgent, aut dęmonia expellãt? Minimè, inquit. Sed illa missa faciens omnia, in hoc uno, dicit, oẽs cognoscent, quòd mei discipuli estis, si charitatẽ adinuicem habueritis. Nulla illa unius supernæ gratię munera sunt, hoc humani studij est officium: animũ ⌈*Fortè legendum, genero-* autem probum & generosum, nam tam ea quę deus *sum, non* præbuerit, muneráque ⌈*tam et* suorum laborum officia consueuerunt. Quapropter Christus non signis, sed à charitate suos cognosci discipulos asserit. Hæc

noue- re q̃ deus præbuerit munera, quàm suo rum &c.

G enim si adest, nulla pars deest philosophiæ: sed integerrima perfectissimaq; uirtutis ratio habetur: quemadmodũ certè laborum experte esse necesse est omnium, cui hæc deest. Quocirca & Paulus eã commendat, & uerbis magnope extollit, q̃uis eius dignitatem nemo satis attingere queat. Quid.n. ea esse posit cõdignũ, quæ prophetas, legẽm que uniuersam cõtinet, sine qua nõ fides, non scientia, non sacramenti ratio, non ipsum martyrium, nõ quicquid dixeris, aliud seruare hominem ualeat? Nam si tradidero, inquit, corpus meũ, ita ut ardeam: charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Idem itẽ cum summũ bonum, & caput bonorum oĩum charitatem esse ostendere uel-
Co.13.b
Ibidem. c let, sic retulit: Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur: manet aũt fides, spes, & charitas. Sed quæstio ex iis, quæ de charitate proposui, oritur nõ meo iudicio negligenda: prophetiam.n. euacuari, & linguas cessare nil mirum est, quando hæc mira ubi suũ usum ad tẽpus nobis præstitere, deinde cessarent, nihil detrimẽti nostræ inferre possunt rationi. Iam prophetia nulla est, nullũ linH guarum munus: & tamẽ ratio pietatis nihilo impedita est. At si scientia cessat, ambigẽdum, quærendúm-
1.Co.13.c que est, an quicquid hominis restet. Cũ enim dixisset, siue prophetiæ euacuabũtur, siue linguæ cessabũt: adiunxit, siue sciẽtia destruetur. Quòd si sciẽtia aliquando cessauerit, res nostra nõ ad melius, ut spamus, sed in deterius, deducetur. Nam sine sciẽtia id quoque ut
Ecclesiastici.12.d homines simus, amittemus. Deũ enim metue, inquit, & mandata eius custodi, quoniam hoc quisq; homo est. Quòd si homo non aliud sit, q̃ deum timere: timor aũt ipse dei non n.si ex scientia prodeat: scientia itẽ destruetur, ut Paulus author est, aliquãdo nostra omnia amittemus, & scientia priuati omnino penbimus, & nulla ex parte melius, imò multo ex rebus uilius q̃ animalia bruta euademus. Hac.n. re una præstamus, cũ in cæteris omnibus corporeis lõgè admodum à natura brutorum superemur. Quid igitur sit, quod Paulus dicat, & qua de re ita asserat, ut scientia destruatur? Non de perfecta & uniuersali scientia disputat, sed de particulari & imperfecta, profectúmq; nostrum in meliora destructionem uoluit nomina-
I re, uidelicet nostra particulari scientia ita destructa, ut non præterea particularem perfectam, & uniuersalem habeamus. Vt enim puerilis destrui solet, nõ delecta substantia & natura pueri, sed tẽpore aucto, & ipsius ætatis processu, euentúq; in uirum perfectum: sic in ea sciẽtia posse fieri intelligere debemus. Parua hęc scientia, inquit, nõ propterea erit parua, sed amplitudinem in posterũ capiet, magnàque efficietur, hoc sub illo uocabulo, Destruetur, intelligit: quod clarius ipse suis frequentibus uerbis explicauit. Vt enim cum audires sciẽtiam destrui, non posses inferre destructionem cuiusque sciẽ, sed incrementum potius, & scien-
1.Co.13.c di profectum in meliora, addit: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectũ est, tunc euacuabitur quod ex pte est. Vt nõ præterea sit hoc ex parte, sed perfectum, ergo imperfectio eius destruitur, ne præterea sit imperfectum, sed perfectũ esse incipiat: destructio igitur ista accumulatio est, & ad maiora accessio. At uelim, ut aduertas diligentiam Pauli: non.n. partem cognoscimus, dicit: sed, ex parte cognoscimus: hoc est, partis partem tenemus. Sed quãtum restet, & utrum maiorem an minorem partem teneamus. Ergo ut te partem minorem tenere intelligas, nec quanlibet minoK rem, sed centesimam aut millesimã, accipe q̃ sequuntur: uel potius antequam uerba apostoli recitem, exẽplum referam, quo exprimẽtur: qd fieri potest exemplo, quantum restet, quantúmq; sit, quod impræsentiarum tenemus. Quæris quantũ differentiæ sit inter præsentem scientiam & futuram. Quantum inter uirum perfectum sit, & lactẽtem puerum, tantò futura sciẽtia præsente amplior est & præstantior. Quod ita esse à Paulo item accipe, qui cum dixisset, Ex parte cognoscimus: uelétq; explicare quanta ex parte, & q̃ exi1.Co.13.c guum esset id quod teneamus, addit: Cùm essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebã ut paruulus cogitabam ut paruulus: cùm autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Cum habitu paruuli, præsentem scientiam comparat: cum habitu uiri perfecti, futuram scientiam confert. Nec dicit, cùm essem puer. quoniam & qui decennis est, puer dicitur: sed cùm essem paruulus, hoc est, infans & lactens, & parentis de
Psal.8.a siderans ubera. Hunc.n. à scriptura uocari paruulum, accipe à psalmo, q̃ ita dicit: Domine dominus noster, L quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore paruulorum & lactentium perfeciśti laudem. Vides iam paruulum accipi pro lactente ubiq;? Tum spiritu præsagiens sancto, hominũ posterorum impudentiã & temeritatẽ explicat, nec uno exemplo contentus, sed ẽt secundo & tertio idem affirmat. Quem
Exod.4.a.b admodum.n. Moses cùm ad Iudæos mitteretur, triũ signorum demonstrationem accipiebat: ut si primo illi diffiderent, secundo obtemperarent: aut si parum etiam arderent, secundo persuasi, & tertio eximium prophetam illum reciperent. Sic & Paulus tria propo nit exẽpla, primum ex paruulo, secũdum ex speculo, tertium ex ęnigmate. Nam posteaq̃ dixit, Cùm essem
1.Co.13.c paruulus: intulit, Videmus autem nũc per speculum. Secundum homo præsentis infirmitatis exemplũ est, & imperfectæ scientiæ nostræ indicium. Tertio per ænigmatis obscuritatem idem declarat. Etenim puer tametsi cõplura uidet, audit, loquitur: tamen nihil ex presse, nihil dilucidè aut uidet, aut audit, aut loqtur: & sapit quidẽ, sed nihil integrè. Itaq; more pueri ego quoq; & scio complura, tamen modum eorum igno-
Ibidem.a C ro. Deum nanq; esse ubiq;, totumq; esse quaq; in parM te orbis terrarum noui: sed quemadmodum sit, nescio. Item non inceptum, nõ genitum, sempiternum esse deum nõ ignoro: sed quo pacto ita sit intelligere nequeo. Haud.n. humana ratio potest capere, quemadmodum fieri potest, ut aliqua substantia sit, quæ neq; à semetipsa, neq; aliunde suam originem habeat. Filium esse à patre deo immortali genitum noui: sed quemadmodum, ignoro: Spiritum ex eo procedere scio: sed quemadmodum, nescio: Vbi igitur illi sunt, qui se totam scientiam recepisse affirmant, qui se in fauces summæ ignorantiæ præcipitarunt? Nam qui hoc in seculo totum sciẽdi modum se recepisse autumant, in postero priuatos sese omni scientia constituunt, & miserrimos ac perditos esse patiuntur. Quippe cum ego qui me ex parte cognoscere asseuerem, & hanc meam scientiã destrui aliquando debere fatear, in melius ac perfectius proficiscar, destructa particulari scientia, & accedente perfectiore & pleniore: ille uerò qui se integerrimam, perfectissimamq; tenere sciẽtiam arbitretur, & tamen destrui eam aliquando debere cogatur asserere, omni sciẽtia priuatũ destitutumq;

A tumq; in postero fore nequaq̃ possit inficiari: quam enim nunc tenet, destruitur, & nulla requiritur perfectior, cùm ea sit perfectissima, ut ipse censet, quã hoc tpe obtinet. Videtísne quemadmodum cum omnẽ hoc in seculo sese habere scientiam contendant, neq; in hoc habeant, quod intelligant, & in postero omni despoliati scientia pessum eant? Tam malum, tam nephariũ est, non intra iustos se continere limites, quos principiò deus immortalis nobis descripsit & statuit. Sic Adam honorem, quo erat præditus, spe amplioris amisit. Sic homines cupidi & quæstui dediti, fæpenumero cũ plura maioraq; persequerentur, non modò nihil plus acquirere potuerunt, sed etiam quæ habebant, amiserunt. Sic ẽt isti summæ scientiæ authores, cũ se totum tenere arbitrentur, parte etiam quam possunt habere, destituti labuntur & corruũt. Quas ob res uos fratres charissimi hortor, & rogo caueatis & insaniam illorum hominum fugiatis. Contendere enim scire quid substantiæ deus sit, postremæ esse isaB niæ iudico. Quod ut melius intelligatur, prophetarũ snias afferam: quos non solùm quid substantiæ deus sit ignotare uidemus, sed ẽt de sapientia eius quanta sit planè ambigere: q̃q̃ non à sapientia substantia est, sed ex substantia sapientia. Verùm cum eam prophe-
Psal.138.a Ibidem.c tæ quidem plenè percipere non ualeant: quantùm ij insaniunt, qui substantiam ipsam suis obijcere rationibus posse arbitrantur? Audiamus quid de ea Dauid dicat propheta prædarus: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Vel potius altius repetamus: Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es. Quid cùm terribiliter dicat, significat? multa sunt, quæ licẽt mirari, tamen cum timore. Verbi gratia: Magnifica ędificia columnarum ornamenta parietũ, picturas corporum, flores & elegantiam miramur. Item maris uastitatem, immensosq; gurgites, sed non sine metu, cũ eius inspicimus altitudinem. Sic & propheta cùm uastũ id, immensumq; diuinæ sapientiæ mare inspiciat, uertigine quasi tentatus stupescit, ac summo cum timore demirans recedit, atq; exclamat: Confitebor tibi, quoniã terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua. Ac rursus: Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me.
Ibidem.a Corroborata est, & non potero ad eam. Vide modeC stiam famuli, nota animi gratitudinem. Gratias, inquit, propterea tibi ago, quòd te dominum habeo in comprehẽsibilem. Non de substantia agit hoc loco, illam.n. utpote inter omnes constantem esse incomprehensibilem omittit. Sed cùm deum esse ubiq; cogitaret, hæc retulit, explicauitq; ne id quidem se intelligere, quemadmodum fieri posit, ut deus ubiq; adIbidem. sit. Hac de re eum illa dixisse, accipe ab his quæ adiungit: Si ascendam in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Videsne q̃ propheta, quemadmodũ deus ubiq; adsit, intelligere nequeat, sed ambigat, hæreat, uacillet una eius ipsius rei cogitatione. Quomodo igitur fieri potest, ut non ad postremum insaniæ sint profecti, qui tantùm ab illius gratia absunt, quan
Psal.50. tùm quid ipsa dei substantia sit, curiosẽ quærunt & perscrutantur? Atqui hic est ille propheta, qui incerta, inquit, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: ue
Psal.144.a runtamen qui occulta & incerta diuinæ sapientiæ pcepit, de hac eadem sapientia refert, immensa est, incomprehensibilis est. Quippe qui magnus dominus dicat, & magna uirtus eius, & sciẽtiæ eius nõ est numerus: id est, nulla est comprehensio. Heus tu, qd ais? Sapientia dei cõprehẽdi à nobis potest? Nónne istud perspicua sit insania? Magnitudo eius nullo describiD tur fine, & tu substantiam describere audes, satisq; cõplecti aio posse opinaris? Hæc eadem cùm Esaias pro suo nobilissimæ philosophiæ studio cõtemplaretur: Generationem, dicebat, eius qui enarrabit? non, quis Esa.53.c enarrat: sed, quis enarrabit, ut omnem posteri temporis rationem secluderet. Cùm itaq; Dauid dicat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, Esaias non ex se tantummodo inquit, uerumetiã ab omni natura humana secludi narrationẽ eiusmodi asserit. Sed uideamus, An Paulus uas illud electionis cognouerit, utpote q gratia ampliore potiretur. Omnino hic est, qui illa re fert: Ex parte cognoscim°, & ex parte prophetamus. 1.cor.13.e Nec eo loco solùm, sed etiam alibi, nõ de substantia, sed de sapientia ipse quoq; differens ea, quæ in prouidentia uersetur, nõ de illa uniuersali, qua angelis, archãgelis: ac oĩbus supernis uirtutibus prouidetur: sed de ea prouidentiæ parte, qua hominibus terræ incolis consulitur, ac de eius ipsius parte, nec tamen totã eam scrutatur, qua Sol oritur, qua animæ inspirãtur, qua corpora effigiãtur, qua mortales alũtur, qua uniE uersus mundus cõtinetur: sed hæc omnia omittens, & particulã quandam diuinæ prouidentiæ inquirẽs, qua.s. Iudæos neglexerit, gentes autem natos receperit, amplexus sit: & hanc ipsam particulam ueluti ad mare immensum & gurgitem prælatũ inspiciens, conturbatur, deficit & recedit, illico uoce magna exclamat: O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Ro.11.d dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius. Non incomprehensibilia dicit, sed inscrutabilia: quòd si scrutationẽ non patiantur, longè minus percipi possint & cõprehendi. Et inuestigabiles uiæ eius. Iã uias eius inuestigabiles esse audis, & ipsum esse cõprehensibilem putas? Sed cur loquar de uijs? præmia ipsa, q̃ nos manẽt, comprehendi non possunt. Oculus.n. non uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt, quæ deus præparauit his qui diligunt eum. Et munus eius inenarrabile est. Gratias.n. deo, inquit, pro inenarrabili eius dono, & pax eius omnem excedit intellectũ. Quid ais? iudicia inscrutabilia sunt, uiæ inuestigabiles, pax omnem excedit intellectum, donum inenarrabile: quæ præparauit diligentibus se, non ascenderunt in cor hoĩs, magnitudo finem non habet, scientia caret numero, omnia eius incõprehensibilia sunt: & cum ipse solus sit incomprehensibilis, quis ad tantam insaniam posit accedere? Retine illum hæreticũ, noli sinere, abire, urge acrius, quęre quid in ijs Pau-
F lus referat: Ex parte cognoscimus. Non id de substan
1.Co.13.c tia, sed de dispensationibus dici respõdent. Omnino si de dispẽsationibus Paulus ita dixerit, lõgè amplius uicimus, q̃ si de substantia loqueretur. Nam si dei dispensatio incomprehensibilis, multò magis ipse deus incomprehensibilis esse debeat. Verùm non de dispẽsationibus agi hoc loco, sed de ipsa dei subsũtia, accipe ex his quæ adduntur. Cùm.n. proposuisset: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, adiunxit: nunc ex parte cognosco, tunc autẽ cognoscam sicut cognitus sum. Dic ergo, à quo est cognitus? A deone an à dispensationibus? A deo. s. Deum igitur ipsum ex parte cognoscit, non tamen ita ex parte, ut partẽ substantiæ nouerit, partem ignoret, cũ deus natura simplicissima sit: sed quòd esse quidem deũ proculdubio norit, quòd autem substantiæ sit, omnino ignoret. Sapientẽ esse certò scit: quantũ sapientia ualeat, nescit. Magnũ esse minimè ignorat: sed quẽadmodũ & quæ

G Sit eius magnitudo, intelligere non potest. Vbiq; deũ adesse exploratum habet, sed quẽadmodum, nescit. An prouideat, cõtineat, regat, gubernet summa cum diligentia omnia, non dubitat: sed modum quo hæc agat, ignorat. Hac de causa ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed iam si placet, dimissis prophetis & Paulo, cœlum petamus, & an in illa regione superiori aliqui sunt, qui dei substantiã norunt, quæramus: quanq; siqui id scientes, ibi comperiantur, nihil inde potest deduci argumenti. Nihil.n. cõe angelis cum hominibus est, cùm tam magnum discrimen inter naturam corpoream sit & incorpoream. Verunta men demus & concedamus, ut latissimè intelligatur, deum incomprehensibilem esse, quando ne in cœlo quidem uirtus aliqua sit creata, quæ norit diuinam substãtiam. Audiamus igitur angelos ipsos, nõ quòd de diuina substantia illi disputent inter sese, atq; disceptent: sed quòd glorificant, adorant, & modulos triũ phales, secretosq; assiduè referunt summo cum timo
Luc.2.b re. Alij, gloriam in excelsis deo, modulantur: alij, hoc
Esa.6.b est Seraphin, sanctus, sanctus, sanctus concinunt, &
H suos auertunt oculos, cùm ne condescensum quidẽ & indulgentiam dei ualeant tolerare. Ad hæc, Cherubin benedicta gloriam eius ex loco eius obseruatissimè referunt, non quòd locus aliquis circa deum consister, sed quod more humano cõsueuimus dicere, ubi cunq; sit, & quemadmodum sit: q̃q̃ ne id quidem tutè dici de deo potest. Homines sumus, nec aliter q̃ lingua humana uerba de deo facere possumus. Videsne quantum timoris, quanta religionis obseruantia inter angelos est? Vides quantus contemptus, quanta negligentia inter homines? Angeli glorificant, honorant, colunt, obseruant, adorant: homines paruifaciunt, petulanter scrutantur, temerè plus quàm capere possunt, conantur rapere. Illi commendant & laudant: hi disceptant & plus sibi arrogant, quàm ualeãt intelligere. Illi oculos integunt & uenerantur: hi contendunt impudenter inspicere, atque intueri ineffabilem gloriam. Quem non hominum eorum misereatur? Quis non lugeat, cùm adeò errantes, insanientesq; uideat? Volebam prolixius agere, sed quoniam nunc primùm in istud disputandi certamen deuene-
I rim, commodius esse arbitror non plura uobis impræsentiarum proponere, ne larga eorum quę occurrant copia, suo impetu memoriam eorum, quæ iam accepistis, detrahat atq; aboleat. Aliàs itaq;, si deo placuerit, sæpius de hac re disseremus. Equidem iampridem hæc referre uobiscum & discutere cupiebã: sed cunctandum præterea, differendumq; duxi ob eam rem, quia complures ex his, qui eo morbo laborant, uiderem nostri s intereſſe libenter ſermonibus: quos cùm nollem repellere, linguam adhuc meam retinui, ut primùm illos nobis familiares, deuictosq; redderẽ: deinde in hoc perluctandi genus me more athletarum, expoliarem. Nunc uerò quoniam dei immortalis gratia ipſi me & adhortẽtur & cogant adire hũc puluerem, subeo iam pro incomprehensibili deo certamen & arma suscipio, quæ hominum uanas cogitationes, omnem animi elationem atq; superbiam, contra dei scientiam possint euertere, fundere, & prosternere. Suscepi tamen non ut euerterem aduersarios, sed ut erigerem iacentes. Hæc enim armorum meorum uis est, ut homines contendentes feriant atque uulnerent: audientes piè benigneq;, curent cum diligentia, & tueantur. Non id genus armorum inferre uulnera, sed mederi uulneribus consuetum. Igitur non K
contra illos excãdescemus, nõ animo irato agemus: sed modestè, humanè, amicèq; disputabimus. Nihil enim mansuetudine ualidius, nihil modestia efficacius. Quãobrem Paulus rẽ huiuscemodi seruari accu
2. Ti.2.d ratissimè monet cum dicat, Seruum domini non pu-
Phili.4.a gnare oportet, sed mansuetum esse erga oẽs. Ac rursus: Modestia uestra nota sit, non fratribus, dicit, sed,
Matt.5.g omnibus hominibus. Quę.n. sit utilitas, inquit, si eos diligitis, qui uos diligũt? Si tamen amicitiæ detrimento sint, & ad societatẽ suæ impietatis inuitẽt: receden
Ibidem.s dum, resiliendumq;, etiam si cum parentibus agitur, eruendus est oculus si offendit. Ita.n. præcipitur: Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum: qd non de oculo corporis intelligimus. Nã si de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorẽ transferretur. Præterea non oculum unum, sed utrunq; eruere oportet. Nã si alter, id est sinister relinquetur, non minus scandalizare te poterit. Sed ut intelligas nõ de oculo dici, adiungit, dexterum: quò ostendat præstare, si quem amicum habeas etiã charum perinde ac tuum oculum, eum quoq; reijcere, & L
à tua præcidere familiaritate, si modò te scandalizet: hoc est, animæ noceat. Quid.n. iuuet habere oculũ, cũ reliquũ corpus lædatur & pereat? ergo si, ut proposui, detrimento fœ sint amicitiæ, resiliamus & fugiamus: at si nullã noxam, nullam iniuriam nobis ad religionem, pietatisq; rõnem inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verùm si neq; prodesse amico possis, & detrimentum ex eo haurias: consulere tibi debes, ut tutus, securusq; maneas. Fugiendæ sunt
Ro.12.d enim amicitię, si offendãt. Si minus probentur, fuge, tamen sine lite, sine pugna. Sic.n. Paulus monet, cùm dicit: Si possibile est, quod ex uobis est, cum oibus hominibus pacẽ habentes. Seruus es dei, qui author pacis est: qui cũ dæmonia eiiceret, & bona ageret in numerabilia, & cum malè audiret, in hoies qui eum dixere dæmoniũ habere, non fulmen misit, non ora maledicta prostrauit, non linguas igne confulsit impudicas, ingratas, improbatas, quanquã hæc facere
Ioan.8.f oia poterat: sed uerbis hisce duntaxat maledicta illa
M auertit: Ego dæmoniũ non habeo, sed eum honoro,
Ibid.18.c qui me misit. Famulus item pontificis alapam contu
melioſẽ in eius faciem inflixit. At is ita respondit: Si malè locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si bene, cur me cædis? Quòd si dominus & angelorum & hoium omnium, uindictam sibi non faciat, sed excuſet, & seruo atrienſi examinandũ proponat: nihil profectò est, quòd nos sermone egeamus prolixiore admonitionis: hæc.n. pauciſsima uerba abũdè sufficiãt, hæc tantũmodo animaduerte. Cogita tecũ frequentius, meditare & refert: Si malè locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si bene, cur me cædis? Et qui sit qui hæc dixit, intellige: & ad quem, & cuius causa dixerit. Ita.n. efficietur, ut hæc uerba diuinum quoddã & perpetuum carmen tibi habeantur, ut oẽm animi inflammationem, omnẽ timorem doloremq; sedare possint & tollere. Cogita dignitatẽ eius q affectus est contumelia & authoritatẽ, personam uilem atq; abiectã eius qui cõtumelia affecit. Adde grauitatẽ contumeliæ, & molestiã, & acerbitatem. Non.n. maledixit solùm, sed ẽt cecidit: nec modo quolibet cecidit, sed alapa qua quidẽ plaga nil ignominioſius, nihil contumelioſius esse põt. Sed tamen hæc omnia æquo animo tulit & tranquillo, ut tu latissimè intelligeres, quem-

À admodum modestiam, patientiam, mãsuetudinem, deniq; uirtutis officium seruare deberes. Hæc nõ modò philosophari probareq; hoc loco debemus fratres charissimi: uerũ etiam cũ res exigit, meminisse & colere probata & commendata, quæ diximus: uerũ non satis hoc est, sed etiam cùm res agitur, seruies ea oportet, quę probas & laudas. Nam & athleta nõ frustra se in palęstra exercet, sed & fructum, quem existudio meditãdi ceperit, in ipso dimicandi certamine explicat. Igitur & tu qui modò audiuisti, postea cũ ira te concitarit, quantũ fructus adeptus hinc fueris ostẽdes, & uerbum illud crebrius dices: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin bene, cur me cædis? Hoc manda memoriæ, hoc tuo inscribe animo & tene. Nam ob eam rem idem sępius memoro: ut in animis nostris inhæreat, ut eius memoriam fructumq; memoriæ nullum tempus: nulla negotij occupatio possit delere. Etenim si hæc uerba scripta in pagina animorum nostrorum teneamus, nemo tam durus, tam excors, tam insensatus sit & lapideus, ut p
B iram turpiter efferatur, & errer. Nam omni frẽno, omnibus habenis infirmius ac ualidius linguam nostrã, ultra modum decoremq; propientem possunt hæc uerba inhibere & retinere, possunt hæc animum intumescentem sedare, compescere, & in perpetua modestia trãquillitateq; cõstituere: possunt hæc truces oculos & efferatam faciem emendare, placare, & mitigare: possunt hæc pacẽ plenissimam integerrimamq; in nobis creare & conseruare: qua utinam semper fruamur & potiamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE *incomprehensibili dei natura contra Anomæos. Homilia secunda.*

Gè iterum aduersus impios Anomæos certa
a men ingrediamur: qui si ægrè ferant, quòd impij appellantur, fugiãt ipsi rem, ut ego uocabulũ fugiam: discedant ipsi à mente impia, ut ego ab hac probrosa appellatione discedã. Sed si ipsi fidem re, ac opere negligant, & semetipsos turpissimè
C tractent: non sentiunt, cur mihi succenseant, qui ea obiicio, quæ ipsi summopere exerceant. Nuper cũ in hoc uenissemus curriculum disputãdi, & luctandi captus eosdem tetigissemus, quemadmodũ memineritis, pugna nos cum cuneo Iudæorũ excepit, cũ minimè esset tutum membra propria grauiter ægrotãtia negligere. Disputatio contra Anomæos agi quoq; tẽpore potest opportuno. At fratres nostros morbo terrimo, Iudæorum opinione laborantes, nisi festinãtius ab igne eripuissemus Iudaico, nihil iuuare admonentes possemus, cũ iam error ieiunandi ille pro uolũtate cessisset firmius. Deinde nos aduentus accepit patrum spiritualium, qui complures huc diuersis ex locis accesserũt. Neq; enim per id tempus duximus esse opportunum, ut dum illi omnes oẽs ueluti flumina quędam in hoc mare spirituale effluerent, nos sermone prolixiore ageremus: post decessum illorum celebritates percrebræ martyrum occurrere, quorũ solẽnitatem negligere, & laudem haudquaquam debere mus. Quæ propterea refero atq; enumero, ne per aliquam meam negligentiam aut desidiam cõmissum esse existimetis, ut certamẽ Anomæorum usq; in hoc tempus differretur. Nunc itaq; cũ Iudæorum pugnã, D
deo bene iuuante, cursu felici expedierimus, & patres in suas redierint sedes, & martyrum laudes non satis delectarint, agè diuturnum uestrũ audiẽdi desideriũ expleamus. Nam certè scio non minus uos hac de re audire cupere, q̃ me disputare: causam cur ita sit, dicam. Ciuitas nostra semper dedita Christo, eiusq; obseruantissima fuit, & paternam hanc deniq; accepistis hæreditatem, ut nunquam pietatis, ueræq; religionis opinionem adulterari, deprauariq; pateremini. Vnde id constet, uenerant olim ex Iudæa nonnulli tempore maiorum uestrorum, qui lucem ac munditiam dogmatis apostolicæ perturbarent, atq; præciperent circuncidi, & legem seruari Mosi. Quã rem nouam ferre minimè potuerunt, qui per id tempus urbem colebãt: sed quemadmodum canes generosi & nobiles, conspectis lupis aggredientibus atq; uastantibus gregem, sic concitati illi insultarunt, nec prius expelletes profugantesq; undiq; illos destiterũt, q̃ effecissent, ut ab apostolis quoquo uersus decreta mitterẽtur, quæ & illorum & posterorũ omnium impiorum insidias contra fideles & impetus reprimerent atq; arcerent. E
Sed unde exordiar? An ab ipsa perfidiæ infidelitatisq; eorum improbatione & compellatione? quippe cùm summopere nitantur, & omnia tractent ac faciant, ut fidem ab hominibus omnino excludant: quo crimine quid fieri possit grauius? quid ad impietatẽ scelestius? Cũ enim deus immortalis quippiam asserit, accipere cum fide oportet quod asserit, non temerè rimari & perscrutari. Vocet me, qui ex his uelit, infidelem ac impium, non ægrè feram. Cur ita? quia facta dictaq; mea quo nomine appellandus sim, latè ostendũt. Stultum etiam me appellet, si placet in Christo. Nam uel hoc nomen tanquam adeptam coronam gloriabor, & communem hanc habebo cum Paulo nuncupationẽ. Sic enim ille egregius author scribit:
1. Cor.4.c Nos stulti propter Christum. Porrò hæc stultitia prudentior omni sapientia est. Quæ enim externa illa sapientior comperire non potuit, hæc stultitia, quam secundum Christũ excolendam censemus, nimirũ efficere potuit: hæc tenebras orbis terrarũ excussit, hæc lucem cognoscẽdi reuocauit. Quid secundum Christum stultitia sit, cupis audire. Cũ nostras efferas co- F
gitationes compescimus, & animi furentes appetitiones continemus & moderamus, tunc secundũ Christum stultitiam colimus: atq; etiam quoties data opera animum expertem externarum disciplinarũ & uacuum scisitamentum illis curiosis habemus: ut cùm res exegit sacra Christi edicta recipere, uacantẽ mundum ad recipiendũ adhibeamus: etenim quoties aliquid deus asserit, quod minus scrutari ac discutere ualeas, ex bona fide recipiendum & admittendũ est. Nam rerũ eiusmodi causas pertinacius quærere, & rationes exigere, & modum scisitari: animi certè est nimium audacis & temerarij. Quod & ipsum sacræ scripturæ testimonio confirmabimus. Fuerat Zacharias quidã uir miræ uirtutis, præclariq; nominis, sacerdotio præditus, & patrocinium totius populi commeritus apud deũ immortalem: qui sancta sanctorum ingressus ipsum scilicet penetrale, quod uni fas erat illi inspicere, ac pro populo deo supplicãs (intellige quantum in illo fuit authoritatis) & dominũ reddens propitium famulis, quasi quidã esset interpres dei & hominum: uidit angelum intra parietem sacri illius domicilij stantem, cuius aspectu ictus atque expaui-

Gdus uocem audit: Noli timere Zacharia, exaudita est
Luc.1.a oratio tua, & ecce Elisabeth uxor tua pariet filiũ. Sed
unde hæc uerba consequendi habeant rationem? Ille
pro populo rogabat, pro peccatis ueniam suis conser
uis implorabat. Hic noli timere, inquit, nã exaudita
est oratio tua. Atq; exaudiendi indicium addit, filium
in lucem uenturũ Ioannem. Vide q̃ rectè ista sequan-
tur, cũ pro peccatis rogaret populi, nasci ex eo debe-
ret filius, qui clamaret: Ecce agnus dei, qui tollit pec-
Ioan.1.d catum mundi, ratione sanè optima, ita angelus retu-
lit: Exaudita est oratio tua, & Elisabeth uxor tua pa-
riet tibi filium. Quid ille ad hæc? quod enim probare
uoluimus id est, nullam ijs dari ueniam, qui modos
dei oraculorũ scrutantur & hæsitant, qui diuinas sen-
tentias nõ fide recipiunt, sed rationes examine requi-
runt. Conspicatus est suam ętatẽ, suam caniciem, suũ
debile corpus & imbecillum. Animaduertit suæ uxo
Luc.1.b ris naturam sterilem, atq; ita diffidit, & modũ quo ita
fieret petijt, & dixit: Vnde hoc sciam? Quo pacto, in-
quit, possit fieri? Iam ego consenui & percanui, uxor
sterilis, prouecta in diebus suis, ætas inepta, natura in
H commoda, quæ ratio huius pollicitationis sit, non
equidem uideo. Ego qui seram, admodũ sum imbe-
cillis: seges quæ semen recipiat, nihil reddere potest.
Nõne illi seni dixeris esse ignoscendum, cũ rerum or-
dinem petat, & legem naturæ consideret? Nõne aliqd
illum ex ratione rerum deliberare putaueris? Sed ta-
men deo nullam mereri ueniam uisus est, & rectè qui
dem. Cũ enim asserit deus, nemo suas rationes debet
mouere. Nullus rerum consequentiæ aut naturæ ne-
cessitati locus relinquitur. Nil penitus huiuscemodi
est obiiciendum. Vis enim diuinæ sniæ longè ijs om-
nibus est superior? Homo quid agis? Deus pollicetur,
& tu respicis ætatem, & senectutem proponis? Num
senecta ualidior sit uolũtate diuina? Num natura po-
tentior sit suo creatore? Nescis uerbo illius uno sum-
ma atq; præcipua esse effecta opera? Iam eius uerbũ
cœlum instituit, angelos creauit, orbem terrarũ con-
didit, creaturam omnẽ produxit: & tamen tu de filij
procreatione & unius animulæ inspiratione dubitas?
Idcirco molestè angelus tulit, ne sacerdotij quidẽ ne-
gotio pepercit, immo ob idipsum pœnam illi subeun
dam censuit grauiorem. Qui enim plus q̃ cæteri obti
I nebat honoris, habeat fidem quoq; q̃ cæteri amplio
Ibidem.b rem. Sed quemadmodum puniatur, uideamus. Ecce
eris tacens, & non poteris loqui. Lingua tua, inquit,
quæ ad meorum uerborum diffidentiam suũ officiũ
præstitit, pœnam incredulitatis ipsius luet. Ecce eris
tacens, & nõ poteris loqui usq; in diem quo hęc fient.
Animaduerte clementiam domini & humanitatem.
Quia mihi, inquit, non credis, nunc pœnam aliquam
solues: cũ autem re effecta mõstrauero quod propo-
sui, tunc illam iram meam extinguam: cùm te puni-
tum iure optimo intellexeris, tunc te supplicio exi-
mam. Audiant Anomæi quemadmodum deus ægrè
atq; molestè tulit, cùm eius sententia curiosius quæ-
reretur. Quòd si ille cum minus crediderit humano
mortaliq; puerperio, puniatur: tu qui diuinam ac inef
fabilem & supernam illam unigeniti generationẽ pen
sitas uanè & rimaris, quo pacto effugere ualeas, quin
supplicio plectaris grauissimo? Ille nihil sua authorita
te asseruit, sed tantummodo quo pacto res efficere-
tur, uoluit intelligere, & tamen nullam ueniam conse
cutus est: tu qui & scire te uehementer affirmas, quæ
omnibus inconspecta, inaudita, & incomprehensibi-
lia sunt, qua excusandi ratione utaris. Quod genus K
supplicij nõ meritò tibi haurias? Verũ disputationem
generationis ad tempus aliud differamus, nunc prio-
rem causam repetamus: cuius reliquias his diebus su
persedimus, cũ radicem illam perniciosam secare atq;
euellere conaremur, quæ parens malorum omnium
est, ex qua omnis eorum opinio proficiscitur. Quæ
nam sit ista omnium malorũ origo, horret animus
dicere, piget ea narrare, quæ illi assiduè meditantur
atq; efficiunt. Quod nemo unquam dicere ausus est,
ipsi se ita deum nosse, quemadmodũ deus seipse no-
uit, asserant. Hoc audẽt dicere? hoccine refelli debeat
argumentis, & tanquam res dubia in controuersiam
cadere? Nonne satis hac ipsa uerborum serie efficitur,
ut omnis eorum impietas latè ostẽdatur? Nonne sta
tim ex se, ipsum eorum scelus explicatur & deprehen
ditur furor? Id manifesta est insania minimè ignosce
da, nouus impietatis modus, nemo unquam aliquid
tale uel animo concipere, uel lingua referre ausus est.
Intellige homo infelix & miser, quid nam sis & quid
quæras atq; explores. Homo cũ sis, deum scrutaris, &
nosse omnibus rebus cõtendis? Tua ipsa tantummo L
do nomina satis tuæ amentiæ possunt monstrare ni-
mietatem. Homo es, terra, cinis, caro, sanguis, fœnũ,
flosculus herbæ, umbra, fumus, uanitas, & siquid ijs
exilius, ullius atque abiectius. Sed nolim ita putetis,
quasi ego inuehar in naturã humanam, uelimq; male
dictis causam lacessere. Nec enim à me ista dicuntur,
sed à prophetis studio philosophię ueræ atq; nobilis:
non tamen ut genus nostrũ uituperarent notarẽt-
que, illa retulerũt: sed ut hominum stolidorum & de
sipientium animos opinione inflatos castigarent: nõ
ut nostræ naturę detraherent, ac probro darent & ui
tio, sed quò furentium hominum insolentiam & pe-
tulantiam compescerent atq; ablegarent. Nã si post-
quam tam copiosè, tam seuerè, immo acerbè disputa-
rent, nõ desunt, qui animi fatui elatione superbiam
diaboli superent: quò tandem amentiæ non proue-
herentur, si nihil eiusmodi sanctissimi illi homines ap
posuissent? Qui ibi appositam gerunt medicinam,
adhuc instantur & intumescunt: ad quid fastus stoli-
ditatisque non demum ruissent, nisi illi tot atque ta-
lia de natura asseruissent humana? Audi quid ille bea
M tus patriarcha de se referat: Ego sum puluis & cinis.
Gen.18.d Deum alloqui meruit, & tamen nihil propterea esse
tur: quinimmo ea propter moderatiorem se exhibe-
re oportere censebat & humiliorem. At isti qui ne cũ
umbra quidem illius sunt cõferendi: angelis ipsis ma-
iores sese faciunt & superiores: quæ res certè ultimæ
insaniæ argumentũ esse nulli dubium est. Deum scru
taris, & pertinaci studio inuestigas, qui nullo esse cœ-
pit initio, nullam patitur immutationem, nullo corpo
re constat, nulla corruptione disperit: qui ubique
adest, omnia superat, omni creatura excelsior est. Au
di quid de eo prophetæ prophetantur, & metue: Qui
Ps.103.d aspicit terram, cõtremere & facit eam. Aspexit enim,
Ibidem. & illico terram tam magnam, tam ponderosam com
Ps.143.b mouit & conquassauit. Qui tangit montes, & fuman
Iob.9.a tur. Qui commouit orbem terrarum funditus, & co-
Ps.103.b lumnæ eius concutiuntur. Qui mari minatur, & se-
Amos.7.a cat id. Qui dicit abysso, desolaberis. Mare uidit, &
Ps.113.b fugit: Iordanis cõuersus est retrorsum. Montes exul-
tauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium.
Omnis creatura mouetur, metuit, contremiscit, de-
stituitur: soli isti contendunt, despiciunt, negligunt,

paruifaciunt

A paruifaciunt suam salutem, non dicam dominum
omnium. Paucis antè diebus à superiorum uirtutum
ordine eos admonebamus: hoc est, ab angelis, archã
gelis, Cherubin, Seraphin, nunc à creatura sensu pri-
uata. Hoc idem genus ferum hominum nullis ratio-
nibus cedunt, nullis argumentis flectuntur. Vides cœ
lum hoc q̃ pulchrum, q̃ amplum, q̃ magnificum sit,
quemadmodum uario stellarum ordine exornetur
& splendeat, quantum edurare potuerit temporis.
Iam.n. quinq; millia annorum atq; etiam plus seruatur
& constat, nec tamen longo temporis spatio effe
ctum est ut senescat, sed ad corporis modum adole-
scentis robusti floret, uigetq; ætate: & quam princi-
pio sortitum est pulchritudinem, eandem integerri-
mam seruat, nulla ex parte factum deterius tanto spa
tio temporis. Attamen hoc pulcherrimum, splendi-
dissimis stellis elegantissimè ornatum, infessum, edu-
transq; tandiu deus, quem tu scrutaris, & rationibus
Esa.40.f tuis subijcis & definis, quasi quis per ludum tuguriũ
Ibidem. faceret, ita summa cum facilitate creauit. Quam rem
B Esaias propheta pulcherrimè exprimit, cũ dicit: Qui
instituit cœlum sicut cameram, & extendit sicut ta-
bernaculum super terram. Quid de ipsa terra? qui cõ
tinet gyrum terræ, qui fecit terrã quasi nihil, tam in-
gens corpus, tam opus arduum. Animaduerte quot
montiũ moles, quot mortalium gẽtes, quot stirpium
quot quadrupedum, reptilium deniq; animantium
genera suo dorso sustinet tellus. Sed tamen hanc ta-
lem, tantamq; deus facilè adeò condidit, ut propheta quòd ne exemplum quidem tantæ facilitatis habe
ret, perinde ac nihil factum tradiderit. Cùm.n. non sa
tis rerum conditarum magnitudo & ornamenta po
tentiam, facultatemq; sui conditoris exprimerent, sed
longè ab omni illius ui & excellentia iacerẽt inferius,
modum prophetæ excogitarunt alium, quo pronio
ribus possent aliquid plus nobis explicare de diuina
potentia: quo magnitudinem non solũ creaturarum
sed etiam modum creationis referrent: ut utraq; ex
parte, uidelicet tum rerum magnitudine cõditarum,
tum facilitate cõdendi possemus dignius quid pro ui
rili nostra de deo omnipotenti intelligere. Igitur non
modò rerum magnitudinem spectare debemus, ue-
C rumetiam qua factæ sunt à deo facilitate. Nec solùm
Esa.40.c in terra hoc patet, sed etiam in ipsa natura hominum.
Quippe cùm author dicat: Qui continet gyrũ terræ
& habitãtes in ea quasi locustas: aut quasi stilla situ-
læ, oẽs gentes in conspectu eius: ne minus cõsideratè
quod dicit prætereas, sed diligentius attendas, discu-
tias, atq; inquiras rogo & hortor. Repete omnes gen
tes, cõplectere animo Syros, Cilices, Cappadoces, Bi-
thynios, Mysos, Phryges, Mæones, Lycios, Pãphilos,
Iones, Assyrios, Arabes, Indos, Aegyptios, Aethiopes,
Pœnos, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pan-
nonios, Sauromatas, Massagetas: deniq; oẽs Scythas,
degentesq; ultra Aquilonem: item Albanos, Iberes,
Bactrianos, Caspios, Medos, Persas, Parthos, Arme-
nios, põti Euxini uicinos omnes & incolas, Thraces,
Macedonas, Græcos omnes: adde Epirum, Daciam,
Dalmatiam, Italiã: insulas omnes tam interioris ma-
ris quàm exterioris, cæterasq; innumerabiles gentes,
quarũ ne nomina quidẽ nouimus: hæc omnia mor-
talium genera instar guttæ labentis de situla corã deo
uersari autumat. Accipe accuratius: dic quæso, quota
eius guttæ particula sis, qui deum, cui uniuersæ gẽtes
pro stilla situlæ habentur, scrutaris atque examinas?

Sed cur de cœlo, terra, mari & natura hominum lo- D
quar? Cœlum superet ipsum nostra oratio, & ulterius
pergat ad angelos. Nostis deniq; unumquemuis an-
gelum rependi, parémque esse uniuersæ huic uisibili
creaturæ, uel potius multò nobiliorem, præstantio-
remq;. Nam si homine iusto dignus non sit uniuersus
mundus, ut Paulus author est, qui dicit: Quibus non Heb.11.e
erat dignus hic mundus, longè minus ad dignitatem
possit accidere angeli, qui omni homini iusto supior
est ãdmodum & pstantior. Veruntamen millia ange
lorũ sunt innumerabilia, mille millia archãgelorum:
adde sedes, dominationes, potestates, principat⁹, cœ
tus incorporeos uirtutum innumeros, deniq; genera
cœlestia innumerabilia, quæ omnia deus creauit tãta
cum facilitate, quãtam nemo ualeat uerbis exprime-
re. Satis enim illi ad omnia fuerat uoluisse. Itaque ut
uobis uolũtas nihil affert laboris, nihil negocij: sic illi
creare tot, tantasq; uirtutes facilè fuit, & sine ullo la-
bore. Quod propheta expresit, cùm diceret: Omnia Ps.113.b
quæcunq; uoluit, fecit in cœlo & in terra. Videsne quẽ
ãdmodum non solùm ad condẽdum res inferiores,
sed etiam ad creandum uirtutes superiores, una eius E
uoluntas satis fuerit? Hæc cùm audis, non te luges,
nõ te ab hominum consortio distrahis, nõ te obruis,
qui eò temeritatis atque amentiæ prorusti, ut quem
glorificare duntaxat debes & adorare, hunc ceu rem
quandam abiectam & uilem curiosè scruteris & con
tendas penitus cõprehendere? Hinc Paulus sapientis-
simus ille cùm incomparabilem dei exuperãtiam, &
naturæ humanæ fragilitatem cogitatet, cõtra homi-
nes qui dispensationes diuinas scrutabãtur & perqui-
rebãt, molestissimè ferens dicebat ad hanc uehemen
tiam: O homo tu quis es, qui respondeas deo? Quis Ro.9.d
es, intellige prius tuam naturam, quæ sit: nomen.n.
nullũ comperies, qđ possit tuam satis exprimere exi-
guitatem. Dices credo, homo ꝑditus sum libertate &
honore præponderas. Sed honorem adeptus es istũ,
nõ ut libertate ad obloquendũ abutaris: sed ut eum
qui te affecit honore, colas atq; obserues summo cũ
honore. Deus te censuit honorandũ, non ut eum af-
ficeres contumelia, quod facis, cùm eius substãtiam
inquiris & perscrutaris: sed ut animo pio, fideli, mode
sto, grato uicem pro uiribus reddas. Nam dum eius F
pollicitatiões minus scrutaris, glorificas & obseruas:
porrò cùm quæris & curiosius exploras, non senten-
tiam solùm, sed etiam dicentem sententias contem-
nis & negligis. Quàm uerè deum glorificet is, q eius
pollicitationem minus scrutetur & quærat, ex Paulo
accipe, qui de Abraham ac eius obedientia, & in re-
bus omnibus fide hæc dicit: Considerauit quidẽ cor Ro.4.d
pus suum emortuum, cùm iam ferè cẽtum annorum
esset, & emortuam uuluam Saræ: uerùm in repromis
sione dei non hæsitauit fide. Natura quidem & ætas,
inquit, faciebant, ut desperaret: sed fides spem bo-
nam mouebat. Sed confortatus est fide, dans glo-
riam deo, & plenissimè sciens, quia quæcunque pro-
misit, potens est facere. Vides queamdmodum qui
ratus & certior de rebus istis est, quas deus asserit, glo
riam reddit. Quòd si gloriam is reddit, qui confidit
& credit: contumeliã certè, qui diffidit, non in deum,
sed in suum caput conuertit & trahit. Tu quis es, in-
quit, qui deo respondeas? Deinde cùm ostendere uel
let, quantum differentię inter deum & hominem est,
retulit minus quidem, quàm res tanta desiderat: eo
tamen quod proponit exemplo fieri potest, ut etiam

G longè maiorem differentiam intelligamus. Quid dicat, audi: Nunqd dicit figmentũ ei qui se finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud qdem uas in honorem, aliud uerò in cõtumeliã? Quid ais? Iráne debeo ſubijci & obtemperare deo, ut lutum figulo? Ita inquit, Tãtum eſt.n. inter deum & hominem diſcrimen, quantum inter figulum & lutum: uel potius ne tantum qdem, ſed longè amplius, quippe cùm luti & figuli eadem natura ſit. Quod etiam apud Iob ſcribitur: Sine, inquit, habitantes domos luteas. Sed ſi homo nobilior & formoſior luto uideatur, hoc non diuerſitate naturæ, ſed ingenio artificis prouenit. Nã materiæ qdem ratione nihil inter lutum & te intereſt. Quòd ſi non credis, ſepulchra & monimenta inſpice maiorũ tuorum: illa ſuo exemplo facilè tibi poſſunt perſuadere te puluerem eſſe & lutum. Diſcrimen itaq; luti & figuli nullum eſt. At inter deum & hominem tanta eſt ſubſtãtiæ differentia, quanta nec lingua narratur, nec animus cõplecti omnino polleat. Quo igitur modo ille manibus figuli, quocũq; duxerint, obſequitur, paret & ſeruit: ſic tu morẽ gerere ac obtemperare deo promptus, libens q; debes, quoties aliquid ille ſtatuit & diſpoſãt, nec aliter, q̃ more luti ad nutum te uolun tati diuinæ exhibere tuum omnino eſt. Non.n.ob eã rem Paulus illa ſcripſit, ut nobis poteſtatem agendi auferret, & liberum arbitrium tolleret: ſed ut multò amplius noſtram temeritatem, procacitatemq; prohiberet atq; perimeret. Sed ſi placet, illud etiam uideamus, quid cùm illi intelligere uelint, tam uehementer increpantur & reprimuntur. Num ſubſtantiam dei ſcrutabantur? Minimè. Nemo unq̃ id auſus eſt. Sed quod eſt minus, diſpenſationes diuinas quærebant, ſcilicet quam ob rem hominum alĩ puniretur, alius ueniam impetraret, alius ſupplicio liberaretur, alius angoribus & moleſtijs implicatus eſſet, alij ignoſcerẽtur, alij minimè. Hæc.n. ut cætera id genus illi ſciſcitabantur & quærebant, Vnde id conſtat? ex his quę ſcriptum ſuperius. Cùm.n. dixiſſet: Ergo quem uult miſeratur, & quem uult indurat: dices itaq; mihi, quid adhuc quæritur: uoluntati.n. eius quis reſiſtet? Adiunxit continuò: O homo tu quis es, qui reſpõdeas deo? Ita conſtat eos confutari & reprimi, qui curioſius dei quærebant diſpenſationes. Quòd ſi illis ne id conceditur quidem, tu qui beatam illam ſubſtantiam, quę rebus omnibus conſulit, quæ omnia regit, gubernat, diſpenſat, tam curioſè inquiris & perſcrutaris, non te putas mereri, ut fulminibus innumerabilibus corripiaris? Quî fieri poteſt, ne iſta ſint furoris ſummi faciendi prophetam dicentem, uel potius deum immortalem uerba facientem ore illius: Si pater ego ſum, ubi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? Qui.n. metuit, non ſcrutatur: ſed colit, obſeruat, adorat, honorat, glorificat, laudat, cõmendat. Accipe hæc tantùm à ſuperis illis uirtutibus: tum uerò ab ipſo beato Paulo, qui ut cæteros reprehendit, ita ipſe non aliter agit q̃ doceat: audi quid ad Philippenſes ſcribat, cùm ſe particularem adhuc tenere ſcientiam & nondum totam, perfectamq; recepiſſe uelit declarare: quòd idem ſcribens ad Corinthios dixit: Ex parte cognoſcimus. Fratres ego me nondum arbitror comprehendiſſe. Quid hac uoce apertius qd poteſt? Tuba clarius ſonat, uniuerſum commouere faciens orbem terræ, contentum eſſe eo ipſo ſciendi modo quem deus præbendum cenſuerit, nec totum perfectumq; ſcientiæ munus hoc ſeculo ſe recepiſſe exiſtimare. Quid dicis Paule? Chriſtum in teipſo loquentem gens: idcirco ita ſentio, ita mihi eſt perſuaſum doctrinæ ipſius Chriſti, qui in me loquitur, bene ficio. Quam ob rem iſti quoq;, niſi penitus ſpiritus ſancti adiumenti & auxilij eſſent inanes, eiusq; oẽm intelligendi, operandiq; gratiam ab animo ſuo exterminaſſet, non cũ Paulus diceret, nondum comprehẽdiſſe me arbitror, ipſi totam ſcientiam adeptos eſſe arbitrarentur. Vnde, inquis, id conſtet, ut de fide, ſcientia & opinione iſta dicantur à Paulo, non de uita & moribus? Quaſi dicat: Ego minus me eſſe pfectũ uirtute ac uitæ officio, probum & laudabilem arbitror. Profectò hoc ipſum amplisime ille explicauit, cũ diceret: Certamen bonum certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Qui itaq; recepturus erat coronam, & ſuum curſum perfecit: qua ratione dicere aptè de ſe poteſt, nõdum comprehendiſſe arbitror? Agenda item, & non agẽda nemini eſſe poſſunt incerta, ſed omnibus tam Græcis, q̃ Barbaris uitæ officia explorata habentur omnia: nec eſt ullũ mortalium genus, quod ignoret quid honeſtum ſit, quid turpe, quid iuſtum, quid iniuſtũ, quid utile, quid inutile, aut detrimẽto ſum: qd deniq; probatum, improbatúmue ex legibus & inſtitutis maiorum ſuorum. Quo igitur pacto ipſe unus ſe intellexiſſe cõprehendiſſeq; negaret, quæ omnibus conſtãt? Atq; ut latius mea hæc ſententia pateat, epiſtolam ipſam non item interciſam, ſed continentem exponam. Cùm.n. dixiſſet: Videte canes, uidete malos operarios, cũ plura de his qui importunè ritus Iudaicos introducebãt diſſeruiſſet, addidit: Quæ mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, ut inueniar non habens iuſtitiam, quę ex lege eſt: ſed iuſtitiam quæ ex deo eſt, quæ per fidem Ieſu Chriſti eſt. Poſt hæc qua fide loquatur, adiũgit: ut eum cognoſcerẽ, & potentiã reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum eius. Sed quid ſignat cùm dicit, potentiam reſurrectionis eius? Nouus quidam, inquit, & inuſitatus reſurgendi modus apparuit. Plerique enim antea reſurrexere mortui, uerũ eodem quo Chriſtus modo nemo unquam ſurrexit. Cæteri quippe omnes, qui aliquando reſurrexerunt, in terram iterum redierunt: & mortis uinculis relaxati ad tempus, rurſum ad poteſtatem illius ducti ſunt. At corpus ipſius domini cùm ſemel ſurrexerit, nunquam prætera collaſpum in terram eſt, ſed cœlum aſcendit, & tyrannide hoſtis ereꝑpta, ex toto uniuerſum terrarum orbem ſecum luci reſtituit, & nunc uictor & dominus omnium in regio ſedet ſolio. Quæ cum animaduerteret omnia Paulus, uellétque explicare tot, tamq; admirãda, quæ ratione quidem nulla, fide autem una poſſent recipi, ac pro ueris certiſque haberi, dixit fidem cognoſcendi potentiam reſurrectionis eius. Nam ſi reſurrectionẽ abſoluta contemplatione nulla docere ratio poteſt, cùm hoc ſit plus quàm natura & ſeries rerũ patiatur: quo pacto eam exprimere poſſit reſurrectionem, quæ tam à cęteris omnibus differat reſurrectionibus, támque nobilior ſit & admirabilior? Nulla certè ratio eſt, quæ rem tantam attingere ualeat, ſed fide opꝰ eſt, ſi opinari uelimus corpus mortale, fluxum, caducum, ſenſu omni priuatũ ſurrexiſſe, & uitã recepiſſe perpetuam, nullo fine, nullo termino deſcribẽdam. Quod idem alibi his ſignificat uerbis: Chriſtus cũ ex mortuis reſurrexerit, non prętereà moritur, mors illi ultra nõ dominabitur. Duplicatur itaq; admiratio, cũ & ſurrexerit, & eo modo ſurrexit: cauſa hęc eſt, cur dicat fidem cognoſcẽdi potentiam reſurrectionis eius. Quòd ſi fieri non poteſt, ut eius reſurrectionẽ ratione captemus, longè minus ſuperã illam generationẽ ratiocinari nos poſſumus, & ex cauſa elicere ſcientiam de his rebus. Cũ Paulus diſputaret, de cruce quoq; & paſſione domini egit, q̃ & ipſa committenda fidei cenſuit: quæ ubi mouit, explicauitq; omnia, id addidit: Ego me arbitror nõ cõprehendiſſe. Non ego arbitror me non ſcire, aut noſſe dicit, ſed comprehẽdiſſe: ne ex toto uel ſcire uel ignorare intelligatur. Quòd enim fatetur ſe arbitrari nondum comprehendiſſe: adhuc illum eſſe in uia, & ambulare ac ulterius pergere, necdũ deueniſſe ad finem, quem totum adipiſceretur, ſignificat. Quod ad alios quoq; ſcribens ſic admonet, dicens: Quicunq; perfecti ſumus, hoc ſentiamus: & ſiqd aliter ſatis, hoc deus reuelabit, non ratio docebit. Vides nõ de uita & moribus agi, ſed de opinione & fide? Vita enim & mores non deſiderant reuelationem, ſed opinio & ſcientia. Quod idem etiam alibi ſignificans ſcribit: Siquis exiſtimat ſe aliquid ſcire, nondum aliquid nouit. Non enim nihil omnino ſcire aſſeuerat, ſed nihil quemadmodum oporteat. Habet quidem ſcientiam, ſed non perfectam illam & exquiſitam. Quod ut latius ita eſſe intelligas, omiſsis ſuperioribus illis, menteq; illa accipiendi, inferiorẽ hanc & ſenſu noſtro ſubditam creaturam proſequamur. Cœlũ hoc formam quidem cõcamerati gerere nouimus, idq; non ingenio noſtro & ratione, ſed diuinæ ſcripturæ ſententia. Complectiq; idem uniuerſam terram non ignoramus, quod & ipſum ab eodem diuino fonte hauſimus. Sed qua ſubſtantia conſtet, neſcimus. Dicat qui contẽdit, & ſe nouiſſe affirmat, quid ſubſtãtiæ cœlum ſit. Num humor quidam in gelu concretus? Num obdenſata nubes & in ſpiſsiorẽ obducta ſubſtãtiam? Num aër craſſus & corpulentior? Nemo certè quid ſit, planè docere poteſt. Quod ſi ita eſt, quis præterea poſtulet argumentum, quo amẽtiam intelligat, & furorem eorum qui deum, quid ſit ſe ſcire autumant? Cœli qđ quotidie cernis, naturam reddere nequis, & inuiſibilis dei ſubſtãtiam ſcire indubiè profiteris? Quis tam rudis & inſenſatus ſit, quin his qui hæc garrulãt, non poſtremũ inſaniæ irroget? Quas ob res uos fratres chariſsimi ones & hortor & rogo, curare tentetis pro uiribus eorum opinionem, perinde ac inſaniam & delirium furentium, cũ modeſtia tamen & cum clementia. Nam hæc eorũ opinio orta eſt ex ſtoliditate & inflatione mentis uehementiſsima: uulnera aũt inflata & tumeſcentia tactũ omnem recuſant aſperiorem, ne attrectationem quidem manus patiuntur. Proinde medici ſpongia quadam præmolli & humefacta ulcera leuiter leniterq; attrectare cõſueuerunt. Quòd cùm his quoq; ulcus in animo ſit inflatũ ac tumeſcens, officij eſt his quas diximus rationibus, uelut humore quodam clemente ac mirifico, ſpõgia molliſsima abluendum curare, atq; flatũ eorum compeſcere, ac tumorẽ omnem diffundere conari: & quanuis nos afficiant contumelia, quanuis inſpuant, calcitrent, quodcunq; faciunt, noli relinquere curã, noli deſerere hominem. Multa enim eiuſmodi patiatur neceſſe eſt, qui furioſum hominem curat. Non propterea deſiſtendũ eſt frater chariſsime, quinimmo ea propter maiorem in

modum miſerandũ, illachrymandumq;, quòd tali genere morbi laborant & pereunt. Hæc tamẽ ad eos dicta intelligi uolo, qui animo ſint firmiore, qui nullũ ex ſocietate, colloquijsq; eorũ poſsint capere detrimẽtum. Nam qui infirmior eſt, fugere debet cõgreſſum & uocem, deuitet is conuentũ eiuſmodi hominũ, ne ratio amicitiæ pariat errorem impietatis. Sic enim & Paulus facit, ipſe quidẽ cum ægris cõuerſatur, & dicit: Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, his qui ſine lege erant, tanquã ſine lege eſſem. Sed ſuos diſcipulos atq; infirmiores auocat, cõmonefaciens ad hunc modũ, dicens: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quod propheta etiam præcipit, cum dicit: Exite ex medio eorum, & ſeparamini, dicit dominus. Medicus enim cũ ad ægrotum accedat, prodeſt ſæpenumero & illi & ſibi. Sed ſiquis parum ſanus ualidusq; acceſſerit, & ſe & ægrotantem mutua contagione reddet infirmiorem: & qui prodeſſe illi haud quicquã potuiſſet, ſibiipſi magnã hauſit labem. Omnino quemadmodum, qui oculos inſpiciunt lippientium, malo affi ciuntur eodẽ: ita his accidit, qui cõſortiũ blaſphemorum & fœdorum illorũ hominum adeunt, eò quòd animo ſint infirmiori: plurimũ quippe contrahũt ſibi impietatis, & ſtolidorum numerũ augẽt. Igitur qui ita ſe habent, ut non offendantur, uitent & fugiant illorum colloquia, & optent duntaxat, ut clementiſsimus deus q oẽs homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire, liberet eos ab errore & diaboli laqueo, & ad lucẽ ſcientiæ reſtituat: hoc eſt, ad deũ & patrem, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorũ, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de incomprehenſibili dei natura, contra Anomæos. Homilia tertia.

Gricolę, quibus nõ deeſt induſtria, arborem quam ſylueſtrẽ ac ſterilem uiderint, ſuis offi cientem laboribus, uel ex radicis reptatu improbo, uel umbræ opacitate nimia detrimentũ inuehentem generi urbano ſtirpium & frugali, præcidendam tollendamq; ſummo ſtudio curare cõſueuerũt: qua in re flatus quoq; interdum, caſusq; adiuuat, qui ſuo impetu comam intorquens uehemẽtius arboris frãgat ſtipitem, molem totam proſternat, itaque ita bona laboris parte leuet agricolã. Cũ itaq; nos quoq; arborem præcidendam curemus ſylueſtrem, atq; eraticam ipſam Anomæorum opinionem, deum immortalem rogemus, nobis gratiam ſui diuini ſpiritus mittat, quæ omni uehementius flatu occurſans, errorem illũm ſtirpitus extrahat, & noſtrũ laborẽ reddat leuiorem. Profectò ut ſeges cultu ſolito deſtituta herbas uitioſas educit, & ſentibus horret, & arbores ſpõtè interdum edit ſylueſtres: ſic animus Anomæorũ cultu ſcripturæ ſacræ priuatus, & carens doctrinę ſanctæ & Chriſtianæ munere, ſponte ac ſuopte motu ferocem iſtam & horridam prompſit hæreſim. Hanc etenim arborẽ non Paulus plantauit, non Apollo rigauit, nõ deus auxit: ſed plantauit rationum intempeſtiua ſcrutatio, rigauit ſuperbia ſtolida, auxit ambitioſa cupiditas. Itaq; flamma ſpiritus ſancti opus eſt, ut non ſolũ extrahamus peſsimam iſtam radicem, ſed etiam peruramus. Inuocemus igitur deũ ipſum, quẽ illi maledictis laceſſunt, nos omni laude proſequamur & honore. Rogemusq;, ut linguam ad dicen-

G dum plenius & mentem ad intelligendū certius excitet. Cauſam enim illius agimus, pro eiuſq; gloria laboramus, uel, ut uerius loquar, pro ſalute noſtra contendimus. Deū nanq; nemo quiſquam eſt, qui uel cōtemnendo offuſcet, uel cōmendando reddat illuſtriorem. Manet ille quidem ſemper in ſuo eodē ſtatu cū gloria, neq; laudibus ampliandus, neq; maledictis diminuendus. Homines uerò, qui dignè illum cōmendant, uel potius qui pronioribus (nam dignè quis poteſt cōmendare?) fructum ſibi ex ea ipſa commendatione egregiè capiunt. Cōtrà, qui blaſphemant & pro nihilo putant, ipſi lædunt ſalutem & perimunt. Veriſſima nanq; illius ſnia eſt, qui blaſphemis inquit homi
Eccl.27.d nibus: Lapidem qui ſurſum iaciunt in excelſum, in ipſorum caput iaciunt & contendunt. Quemadmodū enim qui lapidem illò iaculatur, corpus cœleſte non attingere, nedum lacerare poteſt: plagam aūt ſuo capite excipit, cū lapis eodē unde iaculatus eſt redeat: ita qui beatam illam blaſphemat ſubſtantiā, ut nunq; offendere eam poteſt, cū longè potior atq; excelſior ſit, q; ut affici aliquo poſsit detrimēto: ſic ferrum adH uerſum animam ſuam acuit & parat, cū ſe ingratum domino bene merenti exhibet. Inuocemus itaq; ipſum ineffabilem, inuiſibilem, incomprehēſibilem, intelligibilem deum, qui omnem linguæ humanæ ſuperat facultatem, qui oēs mortalis intelligentiæ uires excedit: quem neq; angeli inueſtigare, non archangeli indagare, non uirtutes, non denique aliqua creatura cernere ualet: ſed filius dūtaxat cognoſcit & ſpiritus. Nec uerò ignoro aduerſarios noſtros uerbis his meis inſolentiam ſummam obiecturos, quòd ne ſupremis quidem uirtutibus deum eſſe comprehenſibilem iudicem. Verū ego ſuum ob idipſum illis obiicio furorem. Non inſolenter is agit, qui natiuorum omnium uim comprehēdi & ſuperari à ſuo creatore autumat: ſed qui ipſum incomprehenſibilem uirtutibus ſuperis exiſtimat, poſſe deſcribi & comprehendi rationibus hominum, qui terram hanc unam regionem incolunt, & tam à ſuperis illis diſtant ac diſcrepant. Ego niſi quod pollicitus ſum, probauerim atq; demōſtrauerim, me crimine inſolentiæ damnandum eſſe confiteor. Atqui uos poſteaquam oſtenſum ſit deum incōI prehenſibilem eſſe uirtutibus ſuperis, cōtendetis præterea & affirmabitis noſmet illum noſſe, & cōprehendere: quo terræ hiatu, quo præcipitio, qua mala cruce non iure optimo puniamini, qui eò inſolentiæ deueniſtis, ut quæ uirtutes incorporeæ omnes inſpicere nequeunt, hæc uos explorata, certaq; habere putetis, ac prædicetis? Agè igitur ad rem ipſam demonſtrandam explicandamq; ueniamus, ſi prius interim ora-
1.Tim.6.c uerimus, à deoq; implorauerimus auxilium. Sæpius enim orādi ratio rem de qua agitur, probabit atque exponet. Inuocemus itaq; ipſum regem regum, & dominum dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inacceſsibilem habitat: quē nullus hominum uidit, neq; uidere poteſt, cui eſt honor & imperium, in ſempiternum, Amen. Hæc non mea ſunt uerba, ſed Pauli. Tu uelim animi deuotionem intelligas, & amorem penè incredibilem. Cū enim dei meminerit, non antè ad deſtinatæ doctrinæ rationē uenire patitur, q; debitum ſuum exoluat, finem dicendi
Pro.10.b faciens cum commēdatione & laude. Nam ſi memoria iuſti cum laudibus, teſte Salomone uiro ſapientiſſimo: longè magis mentionem dei immortalis facere cum commendatione debemus & laude. Quod idem Paulus in exordijs ſuarum epiſtolarum facere K aſſolet. Sæpius enim cū epiſtolam ordiatur, ſi dei meminerit, nō potius pergit ulterius, q; debitam reddat cōmendationem, & gloriā. Audi quid ſcribens ad Ga
Gala.1.a latas dicat: Gratia uobis, & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto: qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de p̄ſenti ſeculo nequā: ſecundum uoluntatem dei & patris, cui eſt honor, &
1.Tim.1. gloria in ſecula, Amen. Atq; etiam alibi: Regi autē ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli ſapiēti deo honor d & gloria in ſecula, Amen. Sed nunquid in patre tantummodo hoc facere conſueuit, nō itidem ſeruat in filio? Vide quemadmodū in unigenito quoq; faciat
Rom.9.d hoc idem diligentiſsimè: cū enim dixiſſet, Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati ſecundum carnem: adiunxit, Quorum adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legislatio, & obſequium, & promiſſa, quorum ſunt patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundū carnem, qui eſt benedictus ſuper omnia in ſecula, Amen. Iam ut patri, ſic ēt filio poſtquàm laudem & gloriam reddiderit, ſermonem aggreditur: quippe qui dicentē audierit Chriſtū, L ut omnes honorent filium, ſicut patrē honorāt. Sed ut intelligatis ipſa noſtræ orationis propoſita uerba ea eſſe, quę rem, de qua agimus, probare poſsint, atq; exponere: agè hæc ipſa in mediū afferamus. Regem regum, inquit, & dominum dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inacceſsibilem habitat. Hic inſiſtendum interrogandumq; hæreticum illum, quid hoc ſignificet, Et lucem inacceſsibilem habitat. Atq; attendas uelim diligentiæ Pauli. Non enim dicit, qui lux inacceſsibilis eſt: ſed, qui lucem inacceſsibilem habitat, ſcilicet ut intelligas, quàm ipſe habitās deus inacceſsibilis ſit, quādo domicilium quod inhabitat inacceſsibile eſt. Non tamē ita hæc refert, ut dei locum, & domum eſſe ſuſpiceris. Sed quò latius, quā ipſe deus incomprehēſibilis ſit: accipias. Quapropter nec lucem incomprehenſibilem habitat, dicit, ſed inacceſsibilem: quod longè pluſquam incōprehenſibile eſt. Quod enim inquiſitum, inueſtigatumq; cōprehendi non poteſt, id eſſe incomprehēſibile dicimus. Quod autem ne inueſtigādi quidem ullo pacto operam patitur, & ad quod nemo propius accedere poM teſt, id inacceſsibile eſt. Exempli gratia: Mare incomprehēſibile dicimus, quod ſubeūtes urinatores, multumq; altitudinis tranſmittentes fundū attingere nequeunt: inacceſsibile, quod nemo uel urinari tenter, uel metari. Quid ad hæc dixeris? Hominibus, inquis, lux illa incomprehenſibilis eſt, non angelis; non uirtutibus ſuperis. Tu uerò angelus es, inter uirtutes incorporeas enumeraris: nō homo es, & eiuſdē cuius ego ſubſtantiæ? An etiam tuæ naturæ oblitus es? Sed ponamus hominibus tantū eſſe inacceſsibilem, quanquam hoc non auditū eſt, nec ita Paulus ait, hominibus lucem inacceſsibilem habitat, angelis uerò non inacceſsibilem. Veruntamen hoc ſi placet do tibi, & pono. Sed licèt angelis ſit acceſsibilis, quid hoc ad te hominem, qui examinas & contendis, & cōprehenſibilem eſſe naturę humanæ diuinam illam ſubſtantiā iudicas? Verū ut nō hominibus ſolùm, ſed etiam uirtutibus ſuperis incomprehenſibilem eſſe intelligas, audi quid Eſaias dicat: (cùm autem Eſaiam dico, ſentiam ſpiritus ſancti intelligo: propheta enim nō niſi quæ diuinitus inſpirantur, ſcribit & loquitur,) Anno quo mortuus eſt rex Ozias, uidi dominum ſeden-

A tem in ſolio excelſo & eleuato, & Seraphin ſtabāt circum eum, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus obuelabant facies ſuas, & duab. obuelabāt pedes. Dic q̄ ſo, quamobrē alas proponunt, & ſuas operiūt facies? qd aliud dixeris cauſæ, quā ſplendorem procurſantē è ſolio illo, & fulgur proſiliens ferre neqre? quanquā non ipſam meram uidebant lucem, nec ipſam ſyncerā ſubſtantiam: ſed quæ uidebant, condeſcenſus erant, & indulgentia. Quid nomen hoc condeſcenſus, ſignificat? Cū deus non ut eſt, ſe oſtendit: ſed quoad uidere is poteſt, qui aſpectum huiuſcemodi meruit, eatenus firmitatis uidentis ſuam repreſentationē metitur ac temperat, condeſcendere illum tantiſper dicimus: & eiuſmodi rem cōdeſcenſum nominamus, & indulgentiam. Conſtat illa condeſcenſum fuiſſe uerbis ipſius prophetæ: Vidi dominum, inquit, ſedentē. At deus non ſedet, corporis.n. hic habitus: & in ſolio cùm deum nullum ſolium complectatur. Eſt enim nullius penitus capiens deſcriptionis. Attamen ne cō deſcenſum quidem ferre potuerunt, quanquam propinquè: Seraphin enim ſtabant circum eū inqt: quod
B tamen non loci ſignat propinquitatem. Sed cū ſpiritus ſanctus uellet oſtendere illas eſſentias, quanquā diuinæ ſubſtantiæ propiores, non tamen propterea poſſe proſpicere: idcirco dixit, Seraphin ſtabant circū eum. non ut locum & ſpacium indicaret, ſed quò ex ipſa loci propinqtate propius quā nos illas eſſe oſtenderet: deum nanq; incomprehenſibilem eſſe non pari modo nos atq; uirtutes nouimus. Sed quantò illæ excretiores, puriores, ſapiētiores, & pſpicaciores ſunt natura humana, tantò perfectius norunt, & melius. Quemadmodū lucem radiorum Solis non tam cæcus, quàm qui uidet, eſſe inacceſsibilem nouit: ſic̄na turā dei inacceſsibilem nō eodem nos nouimus modo, quo illæ ſuperæ uirtutes & incorporeæ. Quantū enim inter hominem cæcū, & uidentem diſcriminis eſt, tantum illæ à nobis differunt. Quamobrē ſi prophetam dicentē audis, uidi dominū: noli quaſi eius ſubſtātiam uiderit, ſuſpicari, ſed cōdeſcenſum ipſum uidiſſe intellige, eumq; obſcurius, quā uirtutes ſuperę uideant: non enim tantùm uidere, quantùm Cherubin potuiſſet. Sed cur de beata illa ſubſtantia loquor,
C quando ne angeli quidem ſubſtantiam homo uidere liberè ualeat? Quod ut ita eſſe intelligatis, hominē uobis in medium ducam, dei immortalis familiarem, & plurimū confidentē audentemq; cum ſapientia & religione, cum iuſtitia cęteriſq; uirtutū officiis, ſanctum Danielē, cuius inſignem pietatem & probitatem iuuat audiuiſſe: ut cū eum oſtendam expauecſcentem, languentem, deficientem. deſtitutum omni no propter præſentiam angeli, nemo cauſa peccatorū malæq; conſcientiæ hoc accidiſſe exiſtimet: ſed expoſita illius animi audentia, uirtutisq; ampliſsima cōfidentia, naturæ humanæ fragilitas planè deprehendatur, & pateat. Hic igitur Daniel triū hebdomadarū, diebus panē conſiderabilē non comedit, & uinū aut mulſum non introiuit in os eius, neq; unguento uſus eſt. Tum uiſionem meruit illam, cū iam aptior eius animus eſſet ad recipiendam eiuſmodi faciē, lenior ſcilicet ieiunij beneficio factus, & ſpiritalior. Quid igitur inqt? Leuaui oculos meos, & uidi: & ecce uir lineis ueſtitus, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius quaſi ſpecies fulguris, & oculi eius quaſi lampas ardens, & brachia eius & crura, quaſi ſpecies æris candentis, & uox ſermonū eius, ut uox multitudinis. Vidi aūt ego D ſolus hanc uiſionē, porrò uiri qui erant mecum non uiderunt: ſed terror nimi? irruit ſuper eos, & fugierūt in abſconditum, ego ſolus relictus uidi, & nō remanſit in me fortitudo: ſed ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcuit, nec habui in me qcquā. Quid iſtud ſit, Species mea imutata eſt, & emarcuit? Fuit ille adoleſcens corpore pulchro, forma perquā uenuſta & liberali. Quem florem, qualem elegantiam oris, cùm ſummus præſentię diuini angeli pauor abſumpſiſſet pallorem̄q; induxiſſet, & uultus triſtitiam, adeo ut pinde quaſi aīam expirare uideretur, hac de cauſa dixit: Species mea immutata eſt, & emarcuit. Vt.n. ubi auriga perterritus habeās amiſit, equi præcipites feruntur, & currus diſtractus labefactatur, ac perit: Sic prorſus euenire aīo ſolitū eſt, quoties magno occupatur ſtupore, grauiq; metu detinetur: quippe q̄ictus expauidusq; ſuo deſit officio, ac ueluti quaſdam habenas ſuas actiones amittat, mēbraq; ereptis ſenſib. deſerat quæ protinus amiſſo, quo continentur & reE guntur, frigent, corruunt, & labūtur. Quod Danieli quoq; tunc accidit. Quid angelus facit? Erigit homi- Ibidem. c
nem, ſicq; alloquitur: Daniel uir deſideriorum intelli ge uerba, quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc.n. miſſus ad te ſum. Ille ſurrexit tremebundus. Et cū angelus item is ad eū fari inceperit: Ex die, quo poſuiſti cor tuū affligi in cōſpectu dei, exaudita ſunt uerba tua, & ego ueni propter ſermones tuos. Rurſum frangitur, & exanimatus labitur in terā. Quod euenire his, qbus animus deficit, ſolet. Vt enim illi cū receperint ſe, erectiq; reſpexerint, aliquandiu rurſum inter ſociorum amplexus, dum frigido inſperguntur rore, deficiunt, reſolutiſq; membris collabuntur: ſic nobilis ille propheta afficiebatur, laborabat, occumbebat: aīus enim metu uehementi perculſus, conſpectuſq; impatiens angeli, minimè lucē illam ferre idoneus, ſolicitabatur, & admodū cōturbatus cadebat, quaſi ſe extrudere corpore ueluti uinculis feſtinaret. Audiāt q principē angelorum perpenſant, atq; exami Ibid.6.e.
nāt. Daniel quē uenerati leonū oculi ſunt beluarū ferociſsimarū, Daniel qui plus quàm natura pateretur humana efficere potuit, præſentiā angeli ſui conſerF ui ferre nequiuit: ſed defectiſsimus uiribus, atq; exanimatus iacuit. Sunt.n. conuerſa, inqt, inteſtina mea Ibi.10.d
in uiſione mea, & nihil in me ſpiritus remanſit. Iſti q tam longè ab illius iuſtiſsimi hominis uirtute abſunt & iacent, & ſordent, ipſam ſubſtantiam dei eſſe diligentiſsimè noſſe profitentur: quæ ſuprema & prima eſt, quæ millia angelorum creauit, quorum unū Daniel uidere non potuit. Sed redeo ad id, quod propoſui explicandum, & quàm ſuperis quoque uirtutibus deus quanquam cōdeſcendens, minimè cōſpiciatur, oſtendam. Cùm.n. Seraphin alis productis ſeſe obuelant, nulla prorſus alia ratio eſt quàm lux, quam inacceſsibilem deū habitare præclarè Paulus retulit: nec Seraphin ſolùm re ipſa lucem eſſe inacceſsibilem prædicant, ſed etiam Cherubin qui his ſuperiores uirtutes ordinantur. His enim propè conſtare datū eſt: illæ ſedem deo miniſtrant, ipſæ pro ſolio ſubditę: nō quòd deus ſedili conſideret, ſed ut nobilitatem uirtutum earum intelligas & præſtantiam. Audi igitur alium quoque prophetam de his, modo quidem diuerſo, ſed cogitatione eadem narrantem: Factum eſt Exec.1.a
uerbum domini ad Ezechielē filium Buzi ſecus fluuium Thobar. Hic quoq; ad Thobar fluuiū, quomo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G do Daniel ad Tigrim diuinam rem accipit. Quoties enim deus nonnihil explicaturus suis famulis est, extra urbem tumultumq; hominum ducit, & loco trãquillo cõstituit, quò nullis rebus, quę sese aut oculis, aut auribus offerant, animus interpelletur: sed liber omnino, ac otiosus uacet eorũ, quę diuinitus aperiãtur, contemplationi. Sed quid se uidisse enarrat? Ecce nubes ueniebat ab Aquilone, & splendor in eo, & in medio similitudines animalium quatuor. Hic aspectus eorũ, similitudo hominis in his, & quatuor facies uni, & quatuor alæ uni. Erat his altitudo & aspectus horribilis, & terga eorum plena oculis, in circuitu eorũ quatuor: & similitudo super caput animaliũ firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis extẽti super capita eorum desuper: & alis unũquodq; duabus uelabat corpus suum: & super firmamentũ quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni: & sup similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et uidi quasi speciẽ electri à lumbis eus & desuper, & à lumbis eius usq; ad deorsum uidi speciem quasi ignis splendentis, uelut aspectũ arcus
H cũ fuerit in nube in die pluuiæ. Post hoc cũ uellet ex primere, nec à propheta, nec à uirtutibus illis meram
Exec.2.a ipsam substantiam recipi, illud addidit: Hęc uisio similitudinis glorię domini. Vides tam hic, q̃ ibi dei cõ descensum? Attamen uirtutes ipsæ suis etiam pennis sæpe operiuntur, utpote quæ facie detecta nequeãt cõtueri, quãquã sapientissimæ & purissimę. Vnde id constat? Ex ipsa nominum ratione. Nã ideo angelus dicitur, quia dei sẽtẽtias hominib⁹ angellei, hoc est
Angelus, nuncius: est enim ἀγγέλλω, nuncio, sicut et ἄρχω præsum: hinc archangelus. nunciat. Et archangelus nũcupatur, quòd angelis archei, id est imperat, siue præest. Sic illę quoq; uirtutes nomina sortiuntur, quæ sapientiã, puritatem, notam denicq; earum nobiliorem consignatissimè indicent. Et quemadmodũ angelorum pinnæ naturæ eminẽtiam referunt. Gabriel quippe uolitans repręsentatur non quòd deus pinnatos angelos cõdidit, sed ut eũ ex supremo domicilio, & cœlesti collegio, ad terram genus deuenisse humanũ intelligas: sic in his quoq;, de quibus agitur, nihil pinnę significant aliud, quàm uires sublimes atq; excelsas naturæ. Quo igitur modo pinnæ superiorẽ naturæ conditionẽ interpretantur, solium requiẽ in his ipsis dei designat, oculi perspicacem dei intelligentiã, propinquitas solij & hymnus assiduus insomnium & uigilantiã docent: Sic ẽt ipsa nomina partim sapientiam, partim puritatem, synceritatemq; declarant. Enimuero Cherubin nuncupatio plenam, accumulatamq; scientiam exprimit. Seraphin uerò à candente, flagranteq; ore nomen inuenerunt. Vides quam & puritatem, & sapientiã nomina explicent. Quòd si uirtutes tam expletę sciẽtiæ compotes, ne condescensum quidem dei ualeant tolerare: quantę sit amentiæ facinus, quæso, hoiem in quibus particularis quædã inest sciẽtia, Paulo autho re: Qui ex parte cognoscimus, inquit, & per speculũ & ænigma: ea sibi perspicua exploratacq; haberi putare, quæ ne illis quidẽ patere uirtutibus liceat? Statueram quidem non modò Cherubin ac Seraphin, uerumetiam principatibus, potestatibus, & omni uirtuti creatæ deum esse incomprehensibilẽ explicare: sed animum sessum iam sentio uestrum, nõ tam eorum quę proposui multitudine, quã horrore. Solet.n. animus pij hominis expauescere, quoties diu in suprema illa uersatur contemplatione. Quamobrem agè animum reuocemus de cœlo, & solita recreemus ex
I hortatione: qua, ut homines, qui eo morbo laborãt, K conualescant, aliquando optemus. Nam si pro ægrotis, pro laborantibus in argenti fodinis metallorum, pro seruientibus durã seruitutem, pro agitatis spiritu malo, deũ rogare præcipimur: quantò magis pro his orare debeamus? Error nanq; impietatis longè grauior agitatiõe illa dęmonis est: furori etenim illi signo sci potest, at uitiũ hoc omni caret purgandi ratione, nullã ueniam potest impetrare. Sed quoniã mentionem orationis pro agitatis fecimus, nonnihil ad uos quoque fratres charissimi censeo differendum, quò morbum perq̃ grauem à conuentu nostro eiiciã. Perperam enim, ac perabsurdè agetur, si quæ exterius tã accuratè medemur hominibus, mẽbra propria pessum ire patiantur. Quod genus morbi istud sit? Ingẽtem, & penè inauditam hanc populi multitudinem, quę modo affluxit, tantacq; cũ attentione sermonem audit meum, sæpenumero tempore illo perhorrẽdo requisiui, & tamen nũquam uidere potui: atq; ita me uehemens cepit suspirium, quòd cũ ego disputo uester conseruus, studium adhibetis & ingeniũ, contẽditis animum, alter alterum impellit & iactat, ut ipse L
propius adsit, frequentes ad finem usq; dicendi patiẽtissimè perseueratis. Cũ autem ipse Christus commu nis magister & dominus, sẽmet in sacris mysteriis ostensurus est, uacua desertacq; ecclesia redditur. Proh fidem hominum Christianorum, quo pacto isthæc ueniam consequantur? Facit profectò uestra ista siue desidia, siue negligentia, ut laudẽ studii auscultandi illius omnem amittatis. Quis.n.non tam uos, quàm me damnet, ac reprobet, cùm fructum omnem audiendi delapsum cernat, & uanidum? Nam si cũ diligentia his quæ docuissem attẽderitis, facto palã studium faceretis uestrũ, non uerbis tenus, corde habere monstraretis. Sed quòd statim cũ audiuistis, discẽditis, & fugam quasi uos hostis insectaretur arripitis: coniectari omnino licet, nihil uos recepisse & recondisse animo utilitatis. Nam si quæ proposita sunt, recondita in animis uestris seruarentur: prorsus uos illa in templo tenerent, & ad rem horribilem maiore cũ deuotione hortarentur, & mouerent. Nunc uerò quasi fidicinam audiretis aliquam, sic omni utilitate uacui, simul ac factus finis dicendi est, discẽditis. Sed ô
M frigidam excusationem excusandi, quam à compluribus reddi audio. Orare uel domi possumus, dicunt, sed homiliam doctrinamq; audire nõ nisi in ecclesia possumus. Te homo decipis, & magno in errore uersaris. Nã si & domi quoq; datur orãdi facultas, tamẽ fieri non potest, ut domi tam bene ores, q̃ in ecclesia ubi tot patres, ubi clamor fœlici societate exitus ad deum immortalẽ refertur, non pariter exoras cũ solus dominum obsecras, atq; tuis cum fratribus. Est enim in hoc plus aliquid, uidelicet concordia, cõspiratio, copula amoris & charitatis, facerdotũ clamores: præsunt enim ob eam rem sacerdotes, ut populi orationes, quę infirmiores per se sunt, ualidiores illas complexæ simul in cœlum euehantur. Adde qd nil fructus capi ex homilia potest, nisi oratio adiũgatur. Potrò sermoni oratio debet anteire. Sic apostoli dicunt: Nos in oratione, ac sermonis doctrina pseuerabimus. Sic Paulus facit cùm in exordiis suarũ epistolarũ oret, ut perinde quasi lumẽ lucernę lux ipsa orationis tegat sermonẽ, ac dirigat. Profectò si orare cũ diligentia insuescas, nihil est quòd doctrinã tui cõsequi desideres, cũ ipse deus sine ullo interprete mentẽ

1.Co.13.c Orare in ecclesia pẽ stantium, quam alibi.

Actor.1.c. & 2.g.

A tuã abundè luce afficiat. Quòd si ois oratio tantam uim habeat, longè magis eam, q̃ ore multorũ proueniat, ualere consentaneum est. Paulus.n.neruorũ in ea est, & multò audentia maior, quã in domestica illa, & priuata. Vnde in constet, Paulum ipsum dicẽte
1.Co.1.d audi: Qui ex tantis periculis eripuit nos & eruit, etiã speramus qd adhuc eripiet uobis quoq; in oratione pro nobis subuenientibus, ut dono in uos collato, à multis personis gratiæ agãtur pro nobis. Sic enim Petrus carcerẽ euasit. Oratio.n.pro eo ab ecclesia sedu
Act.12.a lò agebatur ad deũ. Quòd si Petro ecclesiæ oratio profuit, & columnã illã ac stabilimen nostræ religio nis carcere liberauit: cur eius uim tu contemnis & negligis? Qua te posis purgare ratione? Deũ quoq; dicẽtem audi, quã populò cũ beneuolentia inuocãte placetur, & parcat. Quippe qui se excusans apud Ionam
Ion.3.d prophetã fruticis augmẽto cucurbitæ, uerba ad hũc modũ faciat: Tu doles super cucurbita, in qua non laborasti, nec fecisti ut cresceret. Ego nõ parcam Niniue ciuitati meæ magnę, in qua habitant plures, q̃
B centum uigintimillia hominum? Non sine re amplũ populi numerũ proponit, sed ut intelligas plurimum eam pollere orationẽ, quæ cũ consensu agitur, & iugi cõcordia pluriũ hominũ. Qd exẽplo quoq; rei humanæ libet explanare. Nam decem ante hos annos capti nonnulli sunt, tyrannidem appetẽtes, cuius rei uos etiam meminisse arbitror. Fuit inter eos quidam dignitate ac principatu præditus, qui cũ dãnatus capite ad suppliciũ duceretur: populus motus misericordia, uniuersus prętorem adiit, & deprecandi communi opera efficere potuit, ut reus ille uenia nulla dignus liberaretur ab ira imperatoris. Quòd si cùm irã terreni imperatoris uelitis extinguere, uniuersi cum liberis, & uxoribus festinatis: cur quoties ad cœlestẽ illum imperatorem placandũ, reddendumq; propitium ire pergitis, ut eius iræ eximatis non unum, ut tunc nec duos, aut tres, aut cẽtum, sed omnes orbis terrarum peccatores, oẽs dæmone agitatos, à flagello liberetis diaboli: foris sedetis, non un uersi concurritis, & ecclesiam penetratis, ut deus uestrã reueritus atq; exosculatus concordiã, & illis pœnam dimittat, & uobis peccata absoluat? Si in negotiis neces
C sariis non omni leone uehementius, disruptis oĩbus uinculis, curriculo is, & te confers ad supplicationẽ communẽ: quam spem habere possis salutis, ni ita facias? Tpe illo mi frater charissime, non solùm homines clamorem illum horribilem reddũt, sed etiã angeli domino genu flectunt, & archãgeli rogãt: habẽt sibi tempus id idoneum, habent sacram illam oblationem in fauore. Itaq; ut homines ramos olearum gerentes mouere reges cõsueuerunt: eoq; arboris genere misericordiã commemorant, & humanitatem: sic angeli tũc pro ramis oleaginis corpus domini ipsum protendentes, rogãt pro genere humano, quasi dicãt: Pro his domine rogamus, quos tu adeò dilexisti, ut pro eorũ salute mortem obires, animam cruce efflares: pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem: pro his oramus, pro qbus corpus hoc immolasti. Agitatos quoq; ob eam rẽ diaconus tpe illo adducit, & iubet caput inclinare. Cùm eos unà cũ fratribus orare nõ liceat, adducit eos, ut tu miseratus, & quia tam acerbè uexantur: & qa uocẽ reddere nequeũt, tua facultate ad eorũ utaris defensionem & auxilium. His itaq; magis magisq; animaduersis fratres charissimi, omnes tpe illo in ecclesiam properemus, ut dominum ad misericordiã inuitemus, & tempestiui adiumenti gratiam comparemus. Probastis quæ dixi, magno cum tumultu & plausu admonitionem recepistis: sed uelim curam quoque adhibeatis, ut facto uestra approbatio ostẽ
1.Co.1.d datur. Iam non longum post tempus periculum faciam obtemperandi. Oratio excipere solet admonitionem. Equidem genus id probandi & commendandi cupio, atq; postulo: plausum illum desidero, quem non dicta, sed facta conficiant. Alter igitur alterum hortetur constare, quo nunc modo manetis & siquis se moueat, reuertite, retinete cum diligentia, ut duplicem tam proprij studij, quàm curæ in fratres mercedem adepti, fidentius ac audentius suppli cetis deo immortali, benigno atq; propitio, & conse qui uitæ fœlicitatem tum præsentis, tum futurę posi tis, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, qui cum patre uiuit, & regnat in unitatate spititus sancti in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, *de incomprehensibili dei natura contra Anomæos.*

Homilia quarta.

Atis iã esset fratres charissimi, si posteaquàm
F nuper ostendimus deum incõprehensibilẽ esse hominibus, atq; etiam Cherubin ipsis & Seraphin, molestia hominum hæreticorũ leuati nihil ulterius moneremus: sed cũ animus & studiũ sit, ut non solũ ora aduersariorum comprimamus, sed etiam uos faciamus doctiores, eãdem aggrediamur causam, & sermonem ulterius protrahendum censẽmus: Faciet enim mora, quã his in rebus traxerimus longiorem, ut & uos plura percipiatis, & ego palmã adipiscar splendidiorem, dum siquid reliquiarum restet, id penitus excidendũ delendumq; persequor. Nã herbas quoq; uitiosas & noxias non modò tõdere p summa cespitũ, subitò.n.radix repullulat: uerumetiã stirpitus ab ipso telluris gremio euellere, dispolatásque sua humo Solis ardori facilius macerandas, exic candasq; exponere, officium boni agricolæ est. Agè igitur cœlũ iterum sermone cogitatioeq; petamus, non tamen ut curiosẽ rem inquiramus diuinam, nõ ut plusquam satis sit indagemus: sed ut hominum, q se ignorant, nec modũ humanæ intelligere patiũtur contentionem intempestiuam peruertamus. Hinc enim magna argumentandi copia. Non solùm dei conspectum, sed etiam angeli intolerandum sanctissimo illi uiro extitisse ostendimus, totam uobis historiam recitauimus. Et sæpius beatum Danielẽ posuimus ante oculos pallentem, contrementẽ, nihilominus quã qui ex uita discedunt constantem, cùm eius animus uincula corporis abrumpere festinaret, & liber supremum petere domiciliũ. Nam ut domestica & mansueta quædã columba per tabulata spatians ædium, si strepitũ senserit, exterrita abuolat in tectum, & sublimem sese efferens, exitum solicitè petit, pauoreq; leuari enititur: Sic animus beati illius à corpore efferre, forasq; oi ex parte extrudere cogebatur. Et quidem exisset, abuolasset, corpus suum deser uisset, nisi cõtinuò angelus eum intimo liberasset metu, ad suumq; reuocasset diuersorium. Hæc ob eã rẽ tunc latius differebamus, ut illi re cognita, quantũ inter angelũ & hoiem interest, perspectacq; conserui pstantia emendarentur, atq; ita cessarent sæuire in dominũ. Vir ille iustissimus qui tãtùm apud deũ uale-

G bat,conſpectū nō tulit angeli: qui uerò tam ab illius
Dan.8.c uirtute longè abſunt,nō angelū, ſed ipſum dominū
angelorum perquirunt atq; examināt. Ille ferocitatē
leonū edomuit, nos ne uulpeculas qdē uincere poſ-
Ibi.ult.f ſumus. Ille draconē conuulſit, tamq; pernitioſam bel
Ibidem.c uam ſuperauit ſua in deū familiaritate: nos minutiſ-
ſima reptilia pertimeſcimus. Ille regē more leonis ſæ
uientē cohibuit, iram ille Nabuchodonoſoris flāma
Ibidem.g omni rapacioꝝ in hoſtes ruentē ſtatim, cū acceſsit
extinguere, & diſpulſa caligine lucē cunctis reſtituere,
potuit. Veruntamen qui lucē pbuit illā, cū angelum
dilucentem aſpexiſſet, caligine graui occupatus, hu-
mi proſtratus eſt. Quo igitur modo purgare ſeſe ha-
beant, q beatā illā dei naturā per luſtrare tentant, &
explorare? Sed nos finē dicendi nō in his ipſis tū feci
mus, ſed ēt ad ſapientiſsimas illas uirtutes cēſuimus
pergere, quas ſuos auertere oculos, pinnis ſe obuela-
re, cruribus cōſtare erectis, clamorē aſsiduū reddere
latē oſtendimus. Porrò illæ uirtutes pauorē, metūq;
rebus oibus ſuū uobis aperuerunt. Quò enim ſapien
tiores ſunt, ac propius ad ineffabilē, & beatā illā acce
H dunt ſubſtantiā, eò magis quā nos deum, quàm ſit
incomprehenſibilis norunt. Auget. n. admirationē
& metū ſapientiæ magnitudo. Diximus item quid in
acceſsibil eſt, quod eo plus eſt, quā in comprehenſi-
bile: poſtq; inueſtigatū eſt, incomprehenſibile eſſe cō
ſtat: inacceſsibile autē ne inueſtigandi quidem operā,
aut ullum aditum recipit: quam ad rem ſimilitudi-
nem quoque à mari petiuimus: Ad hæc Paulum non
deum lucem eſſe inacceſsibilem dixiſſe retulimus, ut
ſi domicilium dei inacceſsibile, lōgè magis ipſe habi
tans deus inacceſsibilis eſſe intelligeretur. Quæ tam
præclarus ille author ſcripſit, non ut loco deſcribat
deum, & ſpatio: ſed ut amplīſsima argumenti copia
doceret, quòd deus inacceſsibilis, minimēque intelli-
gibilis. Adduximus alias quoque uirtutes, id eſt Che
rubin, ſuper aquas firmamentum, cryſtallum, throni
ſimilitudinē, ſpeciem humanā, electrum, ignem, arcū
oſtendimus. Quæ cū propheta enumeraſſet omnia,
E Zec.2.b adiunxit, Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini. Atq;
ex his omnibus dei condeſcenſum intolerabilē
eſſe uirtutibus ſuperis explicauimus. Quæ modò nō
I uacanter cenſui repetenda: ſed quoniam promiſsio-
nis illius debitorem me eſſe ſcio, intelligere diligen-
tius uolo quantū exoluerim, quantū reſtet. Sic æris
alieni boni ratiocinatores faciunt, afferūt tabellas in
mediū, in quibus ratio cōputandi omnis notata eſt.
Vnde cū quantùm de ſumma ſuis reddiderint cre-
ditoribus conſtiterit, reliquū exoluunt. Quorum exē
plo ego quoque memoriam ueſtri animi uelut libel-
lum aperiam, & ſermone quaſi digito quodā, parte
quæ ſoluta iam eſt dogmatum demonſtrata, pergā
ad reliqua. Sed quid reſtet, an ut oſtēdamus nō prin-
cipatus, non poteſtates, nō dominationes, nō ſiqua
creata uirtus alia eſt, dei exquiſitā capere comprehē-
ſionem? Sunt enim uel aliæ uirtutes, quarū ne nomi-
na quidem nouimus. Animaduerte hæreticorū amē
tiam quæſo, ſeruorum ipſorum nomina ignoramus,
& tamen ſubſtantiam domini ipſius exquirunt, con
tenduntq; cōprehendere. Sunt. n. angeli, archangeli,
throni, dominationes, principatus, & poteſtates: ſed
non hi ordines ſolū, ſed innumera cœleſtem regio-
nem incolunt genera, quorum nulla dicēdi facultas
numerū poteſt exequi illorum. Vndénam conſtet q̄-
retis, plures hiſce enumeratis uirtutes eſſe, quarum
noia ignoramus? Paulus qui hæc docuit, id etiam di K
xit, cùm de Chriſto in hunc modū ſcriberet, Conſti- Eph.1.d
tuit eum ſuper omnem principatum, & poteſtatem,
& uirtutem, & dominationem, & omne nomen qd
nominatur, non ſolū in hoc ſeculo, ſed etiam in futu
ro. Videtis q̄ ſint aliqua facillimæ cognitionis nomi-
na: hac de cauſa non ſolū quæ in hoc ſeculo nomi-
nantur: ſed etiam in futuro, inquit. Verū quid mirū,
ſi uirtutes illæ exquiſita careant comprehenſione di
uinæ ſubſtantiæ? id. n. demonſtrare nil ardui eſt. Sūt
porrò diſpenſationes eiuſdem illius complures, quas
neſciant principatus iidē & poteſtates, & domina-
tiones. Quam ad rem teſtem religioſiſsimum item
apoſtolū citemus. Quippe cùm uerbis eiuſdem pla-
nè oſtendatur: eſſe nonullas diſpenſationes, quas uir
tutes illæ nobiſcū intellexere, cùm omnino antequā
nos intelligeremus, ignorarēt: nec modo nobiſcum,
uerū per nos ipſos accepere. Quod aliis generationi- Ibid.3.a.
bus, inquit, nō eſt agnitum: ſic nunc reuelatū eſt ſan
ctis apoſtolis eius, & prophetis i ſpiritu, eſſe gētes co
hæredes & concorporales, & cōparticipes promiſsio
nis eius per euāgelium, cuius factus ſum ego Paulus L
miniſter. Sed quò nam argumento cōſtat modò uir
tutes ſuperas accepiſſe (quę. n. propoſita adhuc ſunt,
de hominibus proculdubio diſſeruntur) audi: Mihi Ibidem.b
oīum hominum minimo eſt data gratia hæc euan-
gelizare in gentibus inueſtigabiles diuitias Chriſti.
Quid inueſtigabile eſt? quod quæri nō poteſt, quod
non ſolū ſcrutari, ſed inueſtigare etiam nequeas. Au-
diant quemadmodū per crebra aduerſum ſeſe iacu-
la à Paulo iaciantur. Nā ſi diuitiæ inueſtigabiles ſunt,
quī fieri poteſt, quin deus, qui largitus diuitias eſt, in
ueſtigabilis ſit? Et illuminare oēs quæ ſit diſpenſatio
ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo, qui creauit, ut
manifeſtetur nūc principatibus & poteſtatibus per
eccleſiam multiformis ſapientia dei. Audis quemad
modum nunc, non antè cognouerint hoc illæ uirtu-
tes, & rectè quidem. Rem. n. de qua apud imperato-
rem conſulatur, miles neſcit. Vt manifeſtetur princi-
patibus & poteſtatibus per eccleſiam multiformis ſa
pientia dei. Vide quantū honoris in genus humanū
deus immortalis contulerit, nobiſcū & per nos uirtu
tes ſupernæ regis ſummi ſecreta cognouerunt. Sed M
unde nam pateat de cœleſtibus illis dici? Nam & dæ
mōes principatus & poteſtates ſolet appellare, uelut
cū dicat, Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſangui Eph. 6.b
nem & carnem: ſed aduerſus principes, aduerſus po-
teſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarū ſcī huius. Nunquid ergo hoc etiā loco illud uelit intelligi,
uidelicet dæmones rē minimè tenuiſſe? Nequaquā,
ſed de illis uirtutib. ſupernis loquitur: ubi enim prin-
cipatib. & poteſtatib. dixit, addit in cœleſtib⁹: ille. n.
principatuū, & poteſtatum ordo cœleſtis eſt, hic ſub
cœlo uerſatur. Sed ad debitum illud ſoluendū uenia
mus, hoc eſt demonſtrandum nec principatus, nec
poteſtates nouiſſe dei ſubſtantiam. Quis hæc dicit?
Non item Paulus, aut Ezechiel, atq; Eſaias: ſed uas Marc.3.b
aliud immacul atū, & ſanctū, ipſe tonitrui filius cha- Ioan.21.f
riſsimus ille Chriſto Ioannes, qui ad pectus recubuit
domini, atq; ab illo diuino fonte ſacra ſua flumina
hauſit. Quid hic dicit? Deū nullus unquā uidit. Verè Ibi.1.b.c
tonitrui filius dictus qui uocem tam illuſtriorem, tā 1.Ioā.4.c
oī tuba clariorē reddidit, qui ut oēs contentioſi con
turbarentur, & obmuteſcant, facit diligētiſsimè. Sed
ſcrupulum qui ſe obiiciat, uideamus. Quid agis
Ioannes?

A Ioānes? deum nullus unquā uidit? Ergo minimè pro-
Eſai.6.a. phetis credemus, q ſeſe uidiſſe inquiunt, Eſaias. n. Vi
Dan.7.c. di dominum, inqt, ſedentem ſuper ſolium excelſum,
3.R.22.d & eleuatum. Daniel, Vſquequo throni poſiti ſunt, &
antiquus dierum ſedebat. Micheas, Vidi dominum
deum Iſrael ſedentem ſuper ſolium ſuum. Alius rur-
Amos. 9. ſus propheta, Vidi dominum ſtātem ſuper altare, &
dixit mihi, Percute cardinem, &c. Deniq; multa huiuſ
cemodi teſtimonia poſſunt colligi, quæ cū ita ſint,
quamobrem Ioannes negat ita eſſe quēquam, q deū
uiderit? Nullum uidiſſe deum Ioannes inquit, ut ex-
quiſitam illam cōprehenſionem, & expreſſam cogni
tionem in nullo adhuc contigiſſe intelligas, Conſtat
illa condeſcenſum fuiſſe omnia, nec uidiſſe quempiā
illorum ſynceram ipſam ſubſtantiam, eò quòd uariè
quiſque uiderit. Deus. n. ſimplex omni concretione
abiūctus, nulla forma aut figura effigiatus eſt. At ue-
rò illi omnes figuras uiderunt uarias: quod idē deus
Oſee.12.e per alium item prophetam inſinuans, ac ſuadens, ne
minem ſollicet exquiſitè ipſam ſuam uidiſſe ſubſtan-
tiam, inquit, Ego uiſiones multiplicaui, & in manib⁹
B prophetarum aſsimilatus ſum. Tum ex his, quę deus
Exo.33.d Moſi denegat: cùm enim ille uidere deū ſenſu ocu-
lorum cōcupiſceret: is, Nemo uidebit faciem meam
& uiuet, addidit. Liquidum itaq; nobis hoc, & confeſ
ſum habetur. Quamobrem non de natura humana
ſolū ſic ait, deum unquā nullus uidit, ſed etiā de uir-
tutibus ſuperis. Proinde unigenitum allegat eius dog
Ioan.1.b. matis pręceptorem & authorem. Nequis enim unde
id conſtet obiiceret, addidit: Vnigenitus filius qui eſt
in ſinu patris, ipſe expoſuit: teſtem prorſus locupletiſ
ſimum, & magiſtrum egregiū ſuæ opinionis allegat.
Atqui ſi Moſes id idē uellet deſignare, porrò hic ua-
canter dixiſſet, Vnigenitus, expoſuit filius. Nam uel
antequam Ioannes hæc tanquam ab unigenito acce
pta referret, cōſtaret ita eſſe uerbis prophetæ, qui ex
deo acceperat. Verūm quòd plus aliquid, quā olim
propoſitum fuiſſet, ipſe nobis eſſet reuelaturus, uide
licet ne uirtutes quidem ſupernas poſſe deum uidere
idcirco unigenitū allegare magiſtrum uoluit. Viſum
autē hoc loco pro cognitiōe poſitū arbitrare: haud
enim pupillę, & oculi, & genæ inſunt in uirtutibus il-
C lis ſupernis, ſed quod uiſus in nobis eſt, idē in illis co
gnitio. Quapropter quoties deum nullum unquam
uidiſſe audis, illud intellige, nullum eſſe qui deum no
uerit, qui deum cognouerit, qui ſubſtantiā dei exqſi-
ta ratione perceperit. Quinetiam cū de Seraphin au-
dis oculos auertiſſe, pinnas uiſui obduxiſſe, itēq; Che
rubin hoc idem feciſſe, noli oculos habere illos exiſti
mare, corpori enim hęc forma peculiaris eſt: ſed his
ipſis humanę, ac pinguis: Mineruę uocabulis cogni-
tionem illarū deſignari tibi à propheta intellige. Cū
itaq; dicat, deum quāuis condeſcendentem minimè
ferre illas uirtutes potuiſſe, nil aliud docet, niſi eius
cognitionem expreſſam, amplā, integram nō potuiſ-
ſe recipere, neq; auſas eſſe intueri ſynceram illam, per
fectiſsimamq; ſubſtātiam, imò ne ad ipſum quidem
eius condeſcenſum ſatis aſpirare. Hinc etiam euange
liſta certior, neq; humanę naturæ intereſſe rem tantā
ſcire, neq; ipſis uirtutibus ſuperis deum eſſe compre-
henſibilem, ipſum à dextris eius ſedentem, ac diligen
tiſsimè rem ſcientem allegat huius opinionis autho
rem. Nec filius tantummodo dixit, quanquam etiā
ſatis ſi ita dixiſſet, ora impudentium hominum com
primere, atque obdurare poſſemus. Vt. n. Chriſti eſſe
complures poſſunt, ſed uerus & præcipuus. xps unus D
eſt: & multi quidem domini nominantur, unus tamē
dominus per excellentiam eſt: ac etiam dij plures di-
cuntur, at uerus, princepsq; deus unus eſt. Sic multi
quoq; filij appellantur, uerus tamen filius unus eſt: &
quidem ipſa articuli Græcæ linguę adiectio pcipuam
& excellentem unigeniti exprimere poteſt conditio-
nem. Attamen non contentus his fuerat, ſed cùm di-
xiſſet, deum nullus unquam uidit: iunxit, Vnigenitus
filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe expoſuit. Primùm uni
genitus dixit, deinde filius: cùm enim propter nomi-
nis communitatem glorīā eius pleriq; minuant, unū
ex hoc uulgari filiorum numero eſſe arbitrantes: no-
men etenim filii cōmune omniū eſt: hinc quod eius
pręcipuum eſt, & peculiare ac nemini è cęteris tribui
poteſt hominib⁹, id eſt unigenitus, ante poſuit: ut ex
hoc credas, uel commune illud non præterea eſſe cō
mune, ſed peculiare eius & proprium, nec ulli eſſe cæ
terorū numero perinde ac ei conueniēs. Atq; ut dilu
cidius quod doceo fiat, exponam latius. Filii nomen
& hominib. datur, & xpo: ſed nobis abuſiuè, illi pro
priè: at uerò unigeniti nomen eius unius eſt, nec ulli E
è cæteris uel propriè, uel abuſiuè contingit. Vt igitur
ab ea, q̄ nemini cōgruat, niſi ipſi uni appellatione, al-
terā quoq; illam multitudinis propriam eius eſſe per
excellētiā arbitreris, ea propter primùm unigenitus,
poſt filius dicit. Sed ſi minus hęc tibi ſufficiant, inqt,
tertium illud addā, craſſum quidem atq; humanū,
uerùm efficax ſatis, ut uel iacentes homines ad uni-
geniti intelligendā glorīā erigat. quid hoc ſit, In ſinu
patris? Chariſsimi, hoc uerbum eſt ad explicandā co
gnitionem, & ueram germanamq; ut ita loquar, inti
mitatem, aptiſsimum: modò piè, & quemadmodū
deū deceat, accipiatur. Vt. n. cū ſedem audis, & ſedere
à dextris, non ſedile intelligis, nō locum, non aliquid
deſcriptionis: ſed ſedis uocabulo, & ſedendi ſocietate
honorē parē, & nulla ex parte diuerſum cogitas: ita
cùm ſinum audis, non amiculi gremiū, non loci qc-
quam adeſſe putandū, ſed ipſo ſinus uocabulo pro-
ximitatē ad parentem, & familiaritatē apud eundem
arbitrare. Nam cùm uerſari in ſinu dicitur, longè ex-
preſsius propinquitas genitoris, q̄ cùm ſedere à dex-
tris, ſignificatur: nec. n. pater ſuo in ſinu tenere filium F
pateretur, niſi eiuſdem eſſet ſubſtantiæ, nec filius in ſi
nu paterno degere auderet, ſi naturam inferiorē ſor-
tiretur. Ergo ut filius, & unigenitus in ſinu degēs pa-
terno, rem oēm patris diligentiſsimè nouit & tenet.
Ob eamq; rem uerbis hiſce euangeliſta uſus eſt, ut ſi
lij exquiſitam ſuo de patre cognitionē explicaret. De
hac enim ipſa cognitione agebatur. Quod niſi ita eſ
ſet, cur queſo, ſinus uocabulum ſumeretur? Nā ſi ne-
que corpore deus cōſtat, neq; cognitio, & ad genito-
rē propinqtas aduocat: fruſtra id nomē inferitur nul
lum ad uſum idoneum. Verū non fruſtra (dictum n.
quicquā à ſpiritu ſancto fruſtra putare nefas eſt) ſed
filij ad patrem propinqtatem, deuinctionemq; decla
rat. Cùm. n. rem magnam afferuiſſet, uidelicet ne ſu-
peram quidē creaturam poſſe deum uidere, id eſt ex
quiſita ratione cognoſcere, huiuſq; opinionis teſtem
fide dignū uellet adhibere, hęc inſeruit uerba: cui ut
filio, & unigenito, & ut in paterno ſinu degenti de re
bus oibus crederes, nec quicquā dubitares. Si autem
qs non contendat, nec agere impudentius uelit, idē
hoc æternitatem interpretari dixerim. Vt. n. eò quòd
ad Moſen dicitur, Ego ſum qui ſum, ſempiterni ratio Exod.3.d

Gnem dicimus: idē uel ex hac dictione, qui est in sinu patris, deducere sanè licet. Sed iam deū incomprehēsibilem esse oium creaturarum generi, latè ex his quę proposuimus patet. Restat ut à filio & spiritu sancto duntaxat exquisitè illum cognosci disseramus. Verū hoc in aliud tempus differri melius est, ne admodū prolixo sermone memoriā eorū, quæ proposuimus, obruamus atq; obliteremus. Hinc itaq; ad solitā ueniamus admonitionem. Quænā ista solita admonitio est? Vt orationem seruemus ingenuam mente sobria, animo uigili. Nuper.n. cùm hac de re disseruissemus, omnes facilè uidi obtemperantes: quamobrē perperam certè ageretur, si cùm negligitis, non increpem, cùm ex officio facitis, non laudem. Laudare igitur uos hodie uolo, & gratiā uobis ob illā obedientiam reddere. Gratiā autē reddā, si uos docuero, quā ob rem illa prę cæteris oratio solet fieri, & cur hoies dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, addu ci tępore illo & capita inclinare iubet diaconus. Qua de causa igitur ita agitur dicā. Vincula perquàm parua, & grauia agitatio dæmonum est: uincula.n. ferro
H ualidiora. Vt itaq; tempore instante, quo iudex prodire, & pro tribunali sedere solitus est: custodes carceris, hoies' quos in uinculis tenent, omnes carcere educunt, & pro cancello, septisq; fori collocant squalentes, sordentes, coma expletos nimia, pannis miserrimè obductos: sic patres statuerant, ut cū breui xp̄m uelut pro tribunali sedere, in ipsisq; sacramentis apparere futurum esset, hoies dęmone agitati illi tāquā uinculis quibusdā retenti adducerentur, non ut rerū quas cōmisissent, examen subirent modo eorū, qui in uinculis sunt: nec ut luerent pœnas, & supplicio afficerentur: sed ut populo, uniuersaq; ciuitate præsente cōmunes pro his fierent supplicationes, ut oēs iugi concordia dominū cōmunem orarent pro his, & quòd misereretur, magno clamore cōtenderent. Cæterùm ut his tunc succensui, q orationem hmōi negligerent, foris que tempore eo uersarentur: sic impræsentiarum his qui intus constant, succensendū utiq; reor: non qa intus manēt, sed quòd cum eo, quo debent maneant loco, nihilo melius afficiuntur, quàm qui foris euagentur. Disputant.n. inter sese, & aut iocantur, aut negotia tractant tempore illo perhorrēdo. Homo quid facis, cum tot in uinculis fratres uideas tuos adstantes, tu de rebus, quæ nihil ad te pertinent disputas? Vnus ipse aspectus non satis te paue
I sceret, & ad condescensum, commiserationemq; ducere potest frater tuus in uinculis, & tamē tu piger & negligens. Quo pacto tibi ignoscatur, cū tam durus sis, tam inhumanus, tam crudelis? non uereris, ne dū disputas, omittis, negligis, dæmon qs inde prosiliēs, tuam aiam nactus otiosam & scopis mundatam, ei sese insinuet, & summa cum facilitate domum patē tem ingrediatur? Quā cunctos tępore illo luctu confici, quā riuos lachrymarum effundere, madentesq; ubertim oculos peruideri, & flere atq; ingemere uniuersam ecclesiam deceat? Iam post sacramenti communionem, post sacri lauari splendorem, post Christi societatem lupus ille agnos de nostro ouili rapere potuit & retinere: tu cū tantam calamitatem, tantā iacturam uides, non lachrymas commoues? Quam purgandi rationem habere tua ista possint facinora? Si nolis uicem fratris dolere, saltē pro te ipse uerere & expergiscere. Si domū tui uicini cōsumi incendio uideris, et si infestissimus tibi sit ille uicinus: nonne in-
tētissimè ad extinguēdū occurres, ne ignis paulatim K
repens, tua quoq; uestibula ineat? Idē in his, q dęmōne agitātur, cōsidera: ignis quidē & exitiosum incendiū dæmonū agitatio est. Caue igitur ne tuā ēt aiam dæmon sensim, paulatimq; incedēs occupet. Cumq; eū p̄sentē uideris, refuge quamprimū ad dominū, ut perfecto animi tui ardore, & studio dæmon nullū sibi aditū apud te dari intelligat. Nā si uiderit desidiosum, oscitantē, otio & pigritia marcescētē: cōpendio te utpote diuersoriū desertum ingredietur. At si excitatum, intentū, studiosum, paratū, cœlū ipsum petētem, ne respicere quidē audebit: Quamobrē etsi fratrem cōtemnis, tamē rebus tuis cōsulere, & aditum oēm in tuum animum immundo illi spiritui occludere debes. Nihil autē est, quod tam excursionē eius aduersus nos arcere ac repellere ualeat, quā orādi ac deprecandi intentum studium. Haud.n. illa diaconi exhortatio erecti constantisq;, frustra & sine causa instituta sancitaq; est: sed ut nostras repentes humi eo gitationes erigeremus, ut nostrum animū pressum, demissum, fatigatū rerum humanarum cura, reiecta omni eiusmodi solicitudine, erectum, leuatū, recrea- L
tum, deo immortali repręsentaremus. Animū igitur iubemur erigere. Quo uerbo Paulū quoq; modo co dem utentē licet perspicere. Cūm.n. ad homines iacentes, & onere aduersarum rerū occumbentes, ac penè perditos scriberet, dicebat: Languentes manus, Hebr. 12
& resoluta genua erigite. Quid igitur? nū de manib. & genibus corporis scribit? Minimè. Non.n. cum hominibus cursum, pugilatumue exercentibus ille disputat: sed uires cogitationum prostratas tētatione, suscitandas his uerbis monet atq; hortatur. Cogita apud quē proximè stas, qbus cū inuoces deū, scilicet cum Cherubin, cum Seraphin, cū omnibus cœli uirtutibus: animaduerte quos habeas socios, satis hoc tibi sit ad sobrietatē, cū recordaris te corpore cōstantem & carne coaugmentatum admitti, cum uirtutibus incorporeis commendare oium dominum. Nemo igitur aio resoluto sacras illas & mysticas laudes ineat socius, nemo rerum uitæ humanæ consilia illo tempore uolutet: sed omni terrena sorte animo pulsa, in cœlum quisq; se totum transferat: utpote qui propinquus solio gloriæ suæ stet, & cū Seraphin uolitet, atque ita laudem sanctissimam referat summo, M
optimo, gloriosissimo deo. Idcirco bene constare tępore illo iubemur. Bene.n. constare nihil aliud est, nisi ita constare, ut hominem cōuenit, qui corā deo immortali stat, cum horrore tremoreq;, cum sobrio, parato, studiosoq; animo. Nam id quoq; uocabulū pertinere ad animum Paulus idem docet, cùm dicit: Phil. 4
Sic state in domino charissimi. Etenim ut sagittarius qui sua tela directurus sit, probè ac scitè priusquam mittat quemadmodum constet, procurat: & ubi se per directum calci propositæ accuratè constituit, tū iacere incipit. Idem etiam tu agere debes, cùm sagitta pessimū illud infestumq; hostis diaboli caput trāsfigere cupias, cura de statu cogitationum tuarū accipere prius, ut ex directo, & sine ullo impedimēto fixo pede tela tua probè in illum possis dirigere. Hactenꝰ de oratione. Cū autem post illam orandi desiderium genus insidiarum aliud aggressus hostis idem diabolus, molestiam quandam intulerit: nos hac ēt sua tentandi facultate eum frustrari faciamus. Quid item infestus & pessimus ille molitus est, cùm uos ad hunc modum, quasi ad corporis compagē unius

A adductos, constitutosq; uidisset magna cū intentione præcepta uitæ opinionisq; optimæ accipiētes animaduertisset? submittere quidem aliquos è suis ministris, qui cōsilio & hortatione uos à studio audiēdi abducerent, minimè ausus est, ratus. s. neminem uestrum tali consilio obtemperaturum: sed latrunculos quosdā, furaces homunculos uestræ inseruit multitudini, quibus molitus sæpius est, ut à multis aurū appensum subriperetur. Ne igitur hoc semp accidat, & uestrū auscultandi animum iactura pecuniæ furto indies inualescente extinguat, consulo atq; hortor neminem huc uenientem secum portare aurū: ita.n. efficietur, ut nunquam uestra attentatio præstet illis furandi occasionem: & lætitia quā ex mora huius cōuersationis capitis, nulla pecuniæ amissione puertatur. Hanc.n. rem ille molitus est, non ea gratia, ut uos redderet pauperiores, sed ut iacturæ pecuniariæ molestia reuocaret à studio audiendi. Nam & Iob illum ditissimum hominē omni dispoliauit pecunia, non ad eum finem, ut inops egenusq; fieret, sed ut pietate, amoreq; illo suo erga deum singulari enuda
B retur. Cupit.n. ille, & studet non pecunias auferre, quippe qui nihil esse hoc nouerit, sed per priuationē pecuniarum præcipitare in pecatum, delictumq; aię. Quod quidem si facere nequeat, nihil se perfecisse arbitratur. Certior itaque de eius animo, studióque in te frater charissime, quoties tibi aurum, uel per fures, uel per quasuis artes auferat, facilè patere, & gratias age, ut debes, domino. Ita enim plus possis lucrari, quàm amiseris: & uulnus duplex hosti infligas, & quia nō ægrè tulisti, & qa gratias domino egisti. Nam si te uiderit damno pecuniarum frangi, eoq; adduci, ut in dominum perturberis: nunquam desistet, quin idem moliatur & inuehat. Sed si te nō modò non blasphemare deū, qui te creauit, uerūetiam gratias illi agere in rebus perspexerit arduis: recedet prorsus à tentationum negotio, certus. s. causam gratiarum agendarum, fidelisq; & constantis animi p-
beri tibi ab ipso rerum aduersarum periculo: itaque palmam confici tibi illustriorem, & præmia dari ampliora. Quod certè uel iure Iob illi pijssimo euenisse constat. Cùm enim sublatis opibus, & corpore mor
C bo grauissimè infestato animum nihilominus sibi cōstare & gratias agi perspexerit, non itē aggredi ausus est sed turpiter, & oi uenia procul deiectus abiit, reliquitq; sua opera illum dei athletam clariorē. Hoc igitur nos quoque & tenentes, & cogitantes, peccatū rem unam metuamus, & euitemus: cætera animo forti & constanti feremus, siue iactura pecuniarum, siue corporis morbus, siue temporū difficultas, siue rerum molestia, siue hominū iniuria, siue quid aliud malum nobis inuehatur. Hæc enim non solùm detrimento afficere nequeunt, sed etiam prodesse egregiè possunt, si animo grato pioque feramus. Porrò longè plures, amplioresque mercedes nobis hæc comparabunt, atque efficient. Iam enim uides & Iob illum, quàm post adeptam patientiæ coronam & fortitudinis, omnia quæ amiserat, dupliciter recepit. Tu uero non duplicata, non triplicata, sed in centuplum exaucta recipies omnia, si modò forti animo tuleris & tranquillo, atque etiam uitam possidebis æternam: quam utinam omnes adipiscamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, D
de incomprehensibili dei natura, contra Anomæos hæreticos.
Homilia quinta.

Virem sibi explicandā proposuerit amplio
q rem, & tam prolixum desiderantem sermonem, ut non uno, ac altero die, sed uix pluribus possit expediri: eum necesse habere arbitror non uniuersam eodē dicendi cursu rem offerre auditorum auribus, sed in plura partiendo leuius hinc, & facilius reddere onus orationis. Nā & lingua, & aures, & singuli nostri sensus modum, normam, & limitem certum habent datum à natura. Quemadmodum q egredi, superareq; contēdit, uel ab ea ipsa data, p̄sentęq; sibi facultate eiicitur: & quod seruare pōt, amittit, cū plura, quā ualeat prosequatur. Quid luce iucūdius? quid radio Solis acceptius? Attamen res hæc tā iucunda, tam accepta & placida, ubi supra modum sese oculis nostris obtulerit, grauis molestaq; occurrit. Quamobrem deus immortalis noctē diei succedere uoluit, quæ oculos fatigatos demissis genis operiret, & pupillis quietem reconciliaret, atq; ita uim re E
crearet uidēdi, & ad futurū officium redderet aptiorem. Hinc etiam uigilia, & somnus res inter se contrariæ, pariter iucundissimæ accedunt suæ moderatione uicissitudinis: & cū lucem suauem nominemus, somnū quoq; suauem dicimus, qui nos dimouere à luce consueuit. Ita omnibus in rebus graue, molestumq; est, quod immodicū: suaue, utile & iucundū, quod modicū est. Quam ob causam & si dies iam quintus posteaq; agere de incomprehensibilitate incœpimus, tamen nondum perficere disputationem uoluimus totam: sed adhuc partim differenduū, partim relaxandū censuimus. Verùm ubi nam disputationem reliquimus nuper, inde etiam repetamus necesse est. cū una quædam dicendi sit series & sequela. Diximus autē à Ioanne filio illo tonitrui proposi tum eē, Deum nullus unquā uidit, unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipe expositi. Hodie quo loco ip se unigenitus dei filius exposuerit, cōperire atq; excipere operæpretium est: Respondit, inquit, Iudæis & Ioan. 6.c
dixit: Non quia patrem uidit quisquā, nisi is qui est ex deo, hic uidit patrem. Visionem hic rursus cogni- F
tionē appellat. Nec ubi, nullus uidit patrem, dixisset, tacuit, nequis de hoibus tantū hoc dici existimaret? sed cū ostendere uellet nec angelos, nec archangelos, nec uirtutes oino supernas cognoscere, certum hoc ipsum ex his quæ adiunxerat reddidit. Cùm.n. proposuisset, Non quia patrem uidit quisquā: addidit, nisi is qui ex deo est, hic uidit patrem. nā si nullus, tantummodò dixisset, complures credo de natura duntaxat humana hoc dici arbitrarētur: nūc uerò qd ubi nullus, proposuit: adiunxerit, Nisi filius: ea ipsa unigeniti adiectione omnem secludit creaturam. Quid igitur? nunquid spiritus etiā sanctus seclusus est? Nequaquā, pars.n. creaturæ ille non est: uocabulum id autem, nullus, semper ad distinguendā creaturæ tantū conditionem poni solitum est. Itaq; fit, ut nec si de patre agitur, filius remoueatur: nec si de filio, spūs unquā secludatur. Atque ut hoc ipsum cōtinuò explanetur, uidelicet uerbum hoc, nullus, non ad spiritus sancti seclusionem, sed ad craturæ positū, dum de ea ipsa cogitatiōe filii unius differitur, audiamus quid Paulus ad Corinthios scribat, Quis.n. scit 1. Co. 2.c
quæ sunt homini nisi spūs hominis qui in ipso est?

G Ita & quæ dei sunt, nullus cognouit, nisi spiritus dei.
Quemadmodum igitur eo loco cũ nullus, dicatur,
non seiungitur filius: sic etiã hic, ubi de Christo, nul
lus, posirũ est, non spiritus secluditur sanctus. Patet
ergo hoc ita esse, ut proposuimus. Nã si cũ diceret,
nullus patrem uidit, nisi is q ex deo est, secluderet spi
ritum: uacanter Paulus scriberet, ut hõ sua quisque
nouit, sic spiritus sanctus rẽ dei nouit diligentissimè,
& tenet. Vnus quoq; eodẽ hoc dicitur modo: habet
1.Co.1.b enim eandẽ oĩno uim atq; potestatẽ. Quod ita eẽ ex
eodẽ illo authore accipies, Vnus deus pater, ex quo
oĩa: & unus dominus Iesus Christus, per quem oĩa.
Nam si quòd unus dicitur pater, filius à deitate se-
cluditur: pari utiq; ratione pater quoq; dominatione
dimouebitur ipse, quòd filius unus dominus dici-
tur. At uerò non propterea pater secludetur à domi
natione, quia Christus unus dicitur dominus: ergo
nec filius dimoueri à deitate debet, cũ unus deus pa
ter proponitur. Si autẽ dicãt, idcirco unus deus dici-
tur pater, quoniã filius etsi deus est, tamẽ nõ talis est
H qualis pater: licet his eisdẽ uti in eos, quæ ipsi aduer-
sum nos sumũt, & ponũt. Cunus dominus Christus
dicitur quoniam dominus quidem pater quoq; est:
sed nõ talis qualis filius est. Quod si nephas dictu,
nec prius illud ratione ulla dicendũ est. Sed quemad
modum, cùm unus dominus Christus dixeris, non
patrem secludis à perfecta absolutaq; dominatone:
nec est cur filio uni rationem tribuas dominãdi: sic
cũ unus deus pater protuleris, nõ à uera germanaq;
deitate excludis filiũ. Nec est quòd patris unius dei-
tas esse confirmetur, filiũ quippe deum esse, & talem
qualis pater est deum, dũ tamẽ filius manet, constat
ex eo ipso, quod additur. Nã si nomen hoc, deus pa-
tris tantummodo esset, nec posset ullã significare per
sonã, siue hypostasim aliam: sed illam solam primã
atq; ingenitam utpote proprium eius unius, & pecu
liare (ut ita dicam) notificũ, uacanter pater adiunge-
retur. Satis.n. esset dixisse, unus deus, ita enim cùm
diceretur, facilè intelligeremus. Verũ quoniam, deus,
nomẽ cõmune patris & filij est: atq; ob eam causam,
si unus deus tantùm dixisset, quem nam deum refer
ret, minus constaret. Ideo pater addidit, ut de prima
I illa & ingenita hypostasi, seu persona dici ostendere
tur, tanquã, deus, nomen solum satis eã nõ posset ex
primere, cùm pater id cõmune haberet cũ filio: no-
mina.n. diuina partim communia, partim propria
habentur. Communia, ut eadem atq; indifferẽs sub-
stantia ostendetur: propria, ut personarũ denotetur
proprietas: pater nanq; & filius, nomẽ personæ pro-
prium est: deus uero & dominus, cõmune. Quãobrẽ
ubi nomẽ cõmune, deus, proposuisset author ille sa-
pientissimus, meritò proprium id addendũ censuit,
ut posses de quo diceret, intelligere, ne in execrandã
illam incideres Sabellij opinionẽ. Nec enim, deus, no
men maius, quàm dominus esse: nec dominus, mi-
nus quã deus, patet ueteri in testamento, in quo pa-
ter frequẽter dominus dicitur: Dominus deus tuus,
Deu. 6.a dominus unus est. Dominũ deum tuũ adorabis, &
Ibidem.c ei soli seruies. Itemq; Magnus dominus noster, & ma
Psa.46.a gna uirtus eius, & sapientiæ eius nõ est numerus. At
Ibid.82.c que etiam cognoscant: quia nomẽ tibi dominus, tu
solus altissimus in oĩ terra. Atq si, dominus, nomen
minus, quàm deus, indignumq; illa substantia esset:
haudquaquam filiũ, qui minor eorum sententia es-
set, noie eodem quod patri conueniat, eiusq; unius
propriũ sit, appellare oportet. Sed non ita, non ita. K
Nec.n. filius patre inferior est, nec dominus nomen,
quàm deus abiectius. Quapropter uicissim modò
de patre, modò de filio sine ullo discrimine scriptu-
ra sacra his appellationibus utitur. Itaq; ut patrẽ do-
minum appellari audiuistis, filium quoq; deũ dici au
dite: Ecce uirgo concipiet & pariet filiũ, & uocabitur
nomen eius Emmanuel, qd est interpretatũ nobiscũ Esa. 7.b
deus. Vides quo & patri dominus nomẽ, & filio deo
nomen reddatur: ut enim ibi est scriptum: Cogno- Psa. 82.c
scant, quia non tibi dominus: ita hoc loco: Vocabi- Hie. 23.b
tur nomen eius Emmanuel: itemq;, Puer natus est Cy. 33.c
nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur nomẽ eius Esa. 9.d
magni consilij angelus, deus fortis & potens. Velim
consideres ingenium, & spiritalem sapientiam pro-
phetarũ. Nam ne cùm deum tantummodo diceret,
de patre disserere putarẽtur, incarnationis prius me-
minerant. Non.n. pater ipse natus de uirgine est, nec Bar. 3. d
factus est puer. Quando etiã propheta alius ita scri- L
bit. Hic deus noster, nõ existimabitur alius aduersus
eum: addidit, Inuenit omnẽ uiam scientiæ, & dedit
eã Iacob puero suo, & Israël electo suo: post hęc i ter
ris uisus est, & cũ hominibus conuersatus est. Paulus
uerò sic ait: Ex quibus Christus scdm carnem, qui Rom. 9.d
est super oĩa deus benedictus, in secula, amen. item: 1.Co. 5.d
Omnis fornicator aut auarus non habebit hæreditã Eph. 5.b
tẽ in regno Christi & dei. Ad hæc per illuminationẽ
dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, Ioãnes quoq; sic Ioan. 1.a
noiat eum, cũ dicit: In principio erat uerbu, & uerbũ
erat apud deum, & deus erat uerbum. Sint ista, in-
quis, sed illud ostende, ubi scriptura filium patri cõ-
iungẽs, dominum patrem ipsum appellat. Ego uerò
non istud solũ, sed etiam dominum tam patrẽ, quã
filium appellari iunctis personis facilè ostendã. Vbi
Christus cũ aliquãdo cum Iudæis dissereret, quid uo Mat. 22.d
bis uidetur de xpo, interrogauit, cuius filius est? Illi
dicunt: Dauid. Dicit eis: Quo igitur Dauid in spiritu Ps. 109.a
dominum eum uocat, dicens: Dixit dominus domi-
no meo, sede à dextris meis? Ecce dominus, & domi
nus. Vis ne præterea ubi deũ patrem, & deum filium
nominet, iunctis personis accipere? Audi cũ Dauid M
prophetam, tum apostolum Paulũ: Sedes tua deus Ibi. 44.b
in seculum seculi, uirga directionis, uirga regni tui. Di
lexisti iustitiã, & odisti iniquitatem, ppea unxit te de
oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Paulus hoc idem
allegat, & suæ sententiæ testimonium adhibet cùm Heb. 1.c
dicat: Et ad angelos quidẽ dicit? Qui facit angelos Ps. 103.a
suos spiritus: ad filium autem: Thronus tuus in secu Ibi. 44.b
lum seculi. Sed quamobrem, inquis, patrem hoc lo- et 88.e.f
co deũ appellat, filium autem dominum? Non teme
rè, nec sine causa id facit, sed quòd aduersum genti-
les ageret, qui deorum opinione plurium laborent:
nec illi dicerent: Cũ nobis deorum, aut dominorum
plurimum cultũ uitio des, ipse eidẽ es obnoxius cri-
mini, cũ deos dicas, non deũ. Idcirco indulgens im-
becillitati eorum, nomine filium appellauit diuerso,
quod tamen uim eandem oĩno obtineret. Quod ita
esse latè intelliges, si eam epistolæ partem altius repe
tamus. De his autẽ quæ idolis sacrificantur, scimus 1.Co.8.a
quoniam oẽs scientiam habemus. Scientia inflat, cha-
ritas uerò ædificat. De escis autẽ quæ idolis sacrificã-
tur, scimus quoniam nullum idolum in mundo est:
& quoniam nullus deus, nisi unus. Vides quomodo
in eos, qui plures colerent deos differit. Nam & si
sunt qui dicuntur dij, & domini multi, siue in cœlo
siue

A siue in terra, eosdem ita impugnat. Vt certè sint dij
multi, & domini multi, hoc est qui dicãtur: nobis ta-
men unus deus pater, ex quo oĩa: & unus dominus
Iesus Christus, per quem omnia. Hic etiam, unus, ad-
didit, ne deos item plures introduci illi arbitrarẽtur.
Et quanuis patrem deum unum appellet, tamen nõ
à deitate secludit filium: ut etsi filium dominũ unũ
dicit, non tamẽ remouet patrem à dominatione, sed
imbecillitatem emendat gentium, nec ullam uult da
re occasionem. Quod idem certè causa etiam fuerat
quamobrẽ non expressè ac manifestè: sed obscurius
raroq; à prophetis filius dei Iudęis significaretur. Qd
enim ipsi nuper errore deorum pluriũ essent abiun-
cti, sed iterum deum & deum audiuissent, prorsus ad
morbum animi reuerterentur. Quocirca frequẽs id
apud prophetas usurpatum est: Vnus deus est pater:
cũ nullus est alius, nõ quòd secluderent filium, abst:
sed ut hoĩum imbecillitatem emendarent, ac suade-
rent ante suspicionem plurium filiorum deorum reii
cere, q̃ filium & hunc deum prædicarent. Quoties igi
B tur audis, unus & nullus, & cętera generis eiusdẽ: nõ
trinitatis opinionẽ diminui, sed quantũ inter eam, &
creaturam interest, uerbis his ipsis signari arbitrare.
Quippe cum etiam alibi dicat: Quis cognouit sen-
sum domini? Quod quidem, quis, nec filium, nec spi
ritum à cognitione secludere ostensum iã his quę su
prà diximus est, cũ testimoniũ afferrem⁹ illud: Quis
enim scit quæ sint hominis, nisi spiritus hominis qui
in ipso est? Ita & quæ dei sunt nullus cognouit, nisi spi
ritus dei. Ad hæc filius ait: Nullus cognoscit filiũ, nisi
pater: neq; patrem quis cognoscit, nisi filius. Igitur &
hoc loco ad eandem sententiam accipe: non quia pa
trem quis uidit, nisi qui est ex deo, hic uidit patrem,
plenè & exquisitè illum nouisse, & causam quamob
rem nouerit dicit, quoniã quòd ex eo est. Cuius itẽ
documentũ, quòd eũ norit exquisitè. Hinc.n. apertè
eum nouit, quia ex eo est, argumentoq; est ex eo, qd
eum planè aperteq; cognoscit. Subsũtia nanq; sub-
stantiã superiorẽ nunquã perfectè intelligere potest,
etiam si parũ interest. Audi quid propheta de ange-
lis, ac de hominũ genere dicat, quã parum inter eam
C utranq; naturã interest. Cùm.n. proposuisset: Quid
est homo, quòd memineris eius, aut filius hominis
qd uisitas eũ? addidit: Minuisti eum paulominus ab
angelis. Veruntamẽ etsi parum discriminis est, tamẽ
quia interest aliqd, nescimus exquisitè angelorũ sub-
stantiã, nec si summè philosophabimur, cõperire nũ
quam quid sit poterimus. Sed cur de angelis loquor?
Quando ne ipsius quidẽ animi nostri substantiã sa-
tis nouimus, imò nullatenus attingere ualeamus. Sin
illi nosse contendunt, percontare quid nã substantiæ
sit animus, nũquid ignis, nũ aër, num aqua, num ter
ra? Nihil ex his esse dicent. Hæc.n. omnia corporea
sunt, ille incorporeus est. Tamen qui angelos nesci-
unt, qui suos animos ignorant, iidẽ dominũ, & con-
ditorem oĩum rerũ scire exquisitè cõtendunt. Quid
hac amẽtia potest fieri tetrius? Sed cur de substantia
loquor animi? Iã quemadmodũ insit animus in no-
stro corpore ignoramus. Quòd.n. dixeris, extendit se
se unà cũ dimensione corporis, totãq; infusa p artus
mens agitat molẽ. At hoc penitus ratione caret. Cũ
id corporis propriũ sit, atq; ita euenire uideamus, ut
plerunq; & manibus præscisis & pedibus integer ille
permaneat, nihilo ipse truncatus, corpore diminuto
& manco. Sed non tota toto in corpore est, sed par-

te se colligit certa: & residet: ergo reliquas partes red D
di in animas necesse est. sed dici ne id quidem potest.
Verũ animum esse quidem in nostro corpore nouimus: sed quemadmodum sit, ignoramus. Et quidẽ etiã hanc rationem sciendi propterea deus immorta lis à nobis secluserat, ut larga quadam argumenti co pia nostra opprimeret ora, & mentẽ fragilem detine ret, ac deorsum moueret: cõstaretq; minimè res ma iores, quã uires possunt humanæ attingere, scrutari & curiosè exquirere. Sed ne rationibus nostris hęc cõ firmemus, scripturã iterum repetamus sacram, ut in- Ioan. 6.c.
de argumenta longè potiora deducamus. Nõ qa pa-
trem uidit quisquam, nisi is qui ex deo est, hic uidit
patrẽ. Sed quid hoc doceat, nondum id uerbũ cogni
tionem ulli plenã, exquisitámq; attestatur. Sed crea-
turam quidẽ minus eum nosse signat, cũ dicat: Non
quia patrem uidit quisquam. Filium itẽ nosse eundẽ
significat, cùm addat, nisi is qui ẽ ex deo, hic uidit pa
trem. Verũ exquisitè eum nouisse, & ita, ut ipse se no
uit, nondũ explicatum est. Dixeris.n. Esse itaque po-
test, ut nec creatura, nec filius eum expressè sciãt: sed
quanquã expressius, q̃ creatura filius nouerit, tamen E
plena illa & exquisita comprehensione filium quoq;
carere. Nam quòd eum uidet, quicquid tandem est
cognoscere ait: perfectè autẽ & absolutè cognoscere
& ita ut seipse, nondũ ostendit. Vultisne igitur huius
quoque fidem d sacris scripturis, atq; à uoce domini
ipsa petamus? Audi quid ad Iudęos ipse dicat: Sicut Ibi. 10.e.
cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ. Quid hac
cognitione certius quæras? Interroga aduersariũ, an
pater filium exquisitè norit, omnemq; eius teneat ra
tionẽ, nec eum quicquam filii lateat, sed integram, ex
pletam, & absolutam quandã cognitionem percal-
leat. Ita est inquit. Ergo cũ audis ita filium patrẽ nos-
se, ut & ipse pater filium nouit: nihil præterea quęre-
re, nihil ambigere debes: cum tam pari modo inter
sese æquent cognitiones. Quod idem etiam alibi ex-
primit, cũ dicit: Nemo cognoscit filium, nisi pater: ne Mat. 11.d
que patrem quis cognoscit, nisi filius, & cui uelit fi-
lius reuelare. Reuelat autẽ non quantum ipse cogno
scit, sed quantũ nos recipere possumus. Nam si Pau-
lus ita fecit, multò magis Christus idẽ facere debet. F
Ille quippe ad suos discipulos scribens, sic ait: Nõ po 1.Cor. 3.a
tui uobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnali-
bus: tanquã paruulis in Christo lac uobis potũ dedi
non escam: nondum.n. poteratis. Sed dicet fortasse
agendum ita fuisse cum Corinthiis tantum. Quid si
pleraque alia nouisse ipsum ostendam, quę nemo ac
ceperit, sed unus ipse sciens è uita abiit? Vt hoc in his 2.Cor. 12
quæ ad Corinthios scribit, sic enim dicit: Audiui ine- a.
fabilia uerba, quę nõ licet homini loqui. Veruntamẽ
hic etiam ipse, qui ineffabilia audiuisset, & quæ nemi
ni narrare liceret, particularẽ quandam cognitionẽ
tenuit, & multò futura illa inferiorem. Qui enim hoc 1. Co. 13.c
retulit, idem etiã illa scribit: Ex parte cognoscimus, Ibid.
& ex parte prophetamus. Itemq;, Cũ essem paruulus,
loquebar ut paroulus, sapiebam ut paruulus, cogita
bã ut paruulus. Atque ẽt nunc uideo per speculũ in
ænigmate, nũc autem facie ad faciem. Iã omnis isto-
rum deprehẽditur fraus, omnis fallacia coarguitur:
quando.n. ipsa dei substantia ignoratur, non inquã
an sit, sed quid sit: furoris certè est summi uel nomẽ
ei tribuere, nedum cõprehendere opinari. Quanquã
& si nota certaq; haberetur, non tutum propterea es
set nosipsos iudicio nostro modũ appellandi statue

re ſubſtantiæ domini. Nam ſi Paulus nomen uirtuti
Ephe.1.d bus ſuperis imponere minus auſus eſt, ſed cùm dixiſ-
ſet: Conſtituit Chriſtum ſuper oẽm principatum, & poteſtatẽ, & uirtutẽ, & omne nomen quod nomina tur, non ſolũ in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro: cũ docuiſſet nomina nonnulla eſſe uirtutẽ, quæ tunc ſcire poterimus, minimè ipſe confiſus eſt uel alia pro illis ſtatuere nomina, uel eadẽ illa exquirere: quí fieri poteſt, ut his omnibus aut ignoſcatur, aut purgãdi detur occaſio, qui in ipſa ſubſtantia domini tam temerè audent, totq; nefaria cõmittunt? Quando autẽ ipſius quoq; ſapientiæ ratio ignoratur, profectò genus id hominum non ſecus, q̃ inſanos deliroſq; deſpicere, aſpernariq; debemus. Iam deũ eſſe unigenitũ certum eſt, nomen tamẽ idipſum eſſe diuinæ illius ſubſtantiæ à nullo uel propheta, uel apoſtolo, uel euãgeliſta, aut expreſſẽ, aut per ambagem propoſitum eſt. Et rectè quidem: qui.n. ipſam ignorarent ſubſtantiã, quo pacto eius nomen tradere haberent? Sed cur de ſacris loquor ſcripturis, quando tã abſonẽ, tã iniquè
H de natura dei proponitur q̃ſtio, ut ne illis quidẽ gentilibus, qui à uera opinione aberrarunt, tale quid unquam placuerit? Nemo.n. naturæ diuinæ definitionẽ reddere, unóue amplecti nomine deũ auſus eſt. Sed cur naturã, inquam, diuinam, quando ne uirtutes quidem incorporeas, quos deos apellant, illi inferiores plenè definierunt, ſed obſcura quadã expoſitione ac deſcriptione, potius q̃ definitione docuerũt? Verùm quid iſti pro ſua eximia ſapiẽtia ex his quæ diximus, inferent? Ergo deum, quem colis, ignoras. Prorſus nihil ad hanc eorũ obiectionẽ reſpondere debemus, cùm tam latè ſcripturæ ſacræ authoritatibus demõſtratum ſit fieri nõ poſſe, ut quid ſubſtantiæ ſit deus ſciatur. Verùm quoniam non propter inimicitias agimus, ſed quò eos doceamus & emendemus: agè benignè id etiam oſtendamus, non eos qui neſciunt qd ſubſtantiæ deus ſit: ſed eos potius, q ſcire contendũt deum ignorare. Dic quæſo, ſi inter duos orta altercatio eſſet de cœli magnitudine: quorum alter negaret hominis oculum rem poſſe percipere, alter cõtenderet fieri poſſe, ut palmo ſuæ manus facilè metiendo
I totã molem tranſmitteret: quẽ cœli nouiſſe dixeris magnitudinem? eúmne, qui ſcire contendit, quot palmos cœli ambitus compleat, an eum qui neſcire confitetur? Hũc prorſus. Quòd ſiqui cœli amplitudini cedit, hic potius nouit eius magnitudinẽ: longè omnino abeſt, ut is mente ſit ſanus, qui in dei immortalis ratione ne tantillum quidẽ cenſeat temperandũ. Requiritur certè à nobis, ut eſſe deũ ſciamus, non ut qd
Heb.11.b. deus ſit indagemus. Quod Paulus doctor eximius docet, cũ dicit: Credere.n. oportet eum, qui ad deum accedit, quia eſt. Propheta item cũ impietatis quempiam argueret, nõ crimini aſsignat quòd neſcit, quid deus ſit: ſed quòd deũ eſſe ignorat, quippe qui ita ſcri
Pſal.13.a bat: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Igitur ut ille impius eſt, non quia deum quid ſubſtantiæ ſit, ignorat: ſed quia neſcit deum eſſe, ſic ſatis ad pietatẽ eſt ſcire deum eſſe. Sed habent aduerſarij noſtri aliã quoq; argumentandi meditatam, euigilatamq; ratio
Ioan.3.c. nem. Dicitur, inquiunt, deus ſpiritus eſt. Sed nunquã
et.2.Cor. hoc nomen exprimens diuinæ ſubſtantiæ eſt. Quis
3.d. enim ſi nuper adeò fores ſcripturæ ſacræ adierit, nõ peregrinã & oĩno alienam iudicet iſtam ſententiam? Iam.n. eadem ipſa ratione deus ignis quoq;. Nam ut ſcriptum eſt, deus ſpiritus eſt ita ſcriptum habemus, Deus noſter ignis conſumens eſt. Itemq; : fons aquæ K
Heb.12.g uiuæ. Nec ſpiritus, & ignis, & fons ſolũ ſit: ſed etiam
Hier.2.c animus, & uẽtus, & mens humana, & complura alia multò iis quæ modò enumeraui, abſurdiora. Non.n. omnia perſequi debeo, nec illorum inſaniã imitari. Spiritus quippe nomen plura ſignificat. Nã & aium
1.Co.5.b noſtrum, uelut cũ Paulus dicit: Tradite hominem hu iuſmodi ſatanæ, ut ſpiritus ſaluus ſit. Et uentum, ut
Pſa.47.b propheta inquit: Spiritu uiolento conteres eos. Do-
Heb.10.c num ẽt ſpirituale ſpiritus dicitur: Ipſe ſpiritus conteſtatur ſpiritui noſtro. Item: Orabo ſpiritu, orabo etiã
1.C.14.c mente. Ad hæc ira atq; excandeſcentia, authore Eſa-
Eſa.27.b ia: Nõ tu es, q meditaris ſpiritui duro interimere eos. Præſidium quoq; & auxilium dei uocari ſpiritum nouimus: ſpiritus.n. ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Erit igitur deus hæc oĩa illorum ſententia, atque ex his ipſis rebus conſtabit. Sed ne tempus incaſſum teramus, dum confutanda refellendaq; proponimus, quæ tã perſpicui ſunt erroris, ut nullã penitus poſtulent contradictionẽ: agè finẽ hic faciamus dicẽ
L di aduerſus eos, ad orandumq; more noſtro ueniamus. Ergo pro his amplius rogemus, atq; oremus, ut aliquando inſania liberentur: hoc.n. gratũ acceptũm
1.Ti.2.b. que deo ſaluatori eſt: Qui oẽs homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Minimè igitur negligẽdum, ut preces pro his agamus, ſupplicemúsque domino. Aptiſsima.n. arma oratio eſt, theſaurus certè perpetuus, diuitiæ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquillitatis, denicq; author parens, fons, & radix bonorum omnium, & innumerabilium oratio eſt, atq; etiam regia ipſa facultate potior & ſuperior. Sæpius itaq; euenit, ut cùm rex ipſe ægrotet, cubet, febriat, ardore laboret, & adſint medici, adſint clientes, familiares, proceres, milites, duces: nõ ars medicorum, non amicorũ p̃ſentia, non familiariũ adminiſtratio, non medicamentorũ copia, non apparatus magnificentia, non pecuniarũ facultates, non aliud quicquam rerum humanarũ poſsit reddere infeſtam tem morbum leuiorem. At ſiquis ualens apud deum familiaritate acceſſerit, & corpus languens duntaxat tetigerit, & ſyncerè pro eo orauerit, languorẽ omnẽ M
expellit: & quod non diuitiæ, nõ numerus miniſtrorum magnus, non medicinalis ſcientia, non regius faſtus efficere potuit, hæc unius pauperis, atque egeni oratio potuit. Orationem autẽ dico, non tenuem illam & deſidioſam, ſed eam quæ intẽta, & animo dolente, & corde cõtrito proficiſcatur. Hæc.n. eſt quæ in cœlũ ſcandere ualeat. Et quemadmodũ aqua dũ per plana & ampla ſpacia fertur, non in altũ exurgit, ſed tenuem ſeſe latè quaque uerſus expandit: cũ aũt manu artificum ſubtus, colligente ſtringenteq; coacta fuerit in anguſtum, iam inde ſolicita omni telo uelocius ſe in excelſum iaculatur petitq; regionem ſupernam. Sic mens humana dũ otioſa, & liberior, q̃ expediat degit, diffunditur, latéq; deſluit: cùm autem rerum euentu aſperiori, caſúq; ſubtus coarctãte aduerſo ſolicitetur, iam agilius ſe extrudit, & intentas, dilucidásq; orationes mittit in excelſum. Atque ut in telligas eas potiſsimũ orationes poſſe exaudiri, quæ preſſo afflictóque aĩo reddatur, audi quid propheta
Pſa.114.a referat: Ad dominum cũ tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Igitur noſtrã feruefaciamus conſcientiã, affligamus animam, torqueamus memoriã peccatorum, ut non in anguſtã deducamus uiam, ſed ut ido
Luc.18.c neam exaudiri à deo efficiamus, ut uigilẽ, ſobriã, &

A ipſum cœlum tangentem reddamus. Nihil tam pigri tiam & negligentiam poteſt expellere, quã dolor & afflictio animi, quæ undiq; cogitationes uagãtes colligat, & ſua ĩ ſede cõſtituat. Qui ita afflict' mœſtusq; orat, hic lætitiæ plurimũ poſt orationẽ ſibi poteſt conciliare. Et ut frequentia nubiũ principiò cœlũ obfuſcat: ubi uerò percrebras dimiſerit ſtillas, iam & humore ſepoſito, ſerenũ cœlũ & dilucidũ facit: ſic mœror animi dum intus uerſatur, caligine cogitationem noſtram obducit: cũ autẽ uerbis orationis & lachrymis, quæ ſolent comitari orationẽ, foras uerſus euaporatus, difflatusq; euanuit, plurimũ iam inde ſplendoris afferri in animũ ſolitum eſt, fauore. Ĩhumaniſimi & liberaliſsimi dei, ueluti radio quodam in eius qui orat animum ingruente, ac luce afficiẽte lætiſsima. Sed quã frigidam, q̃ ineptam & ſordidam complures ſui erroris reddant rationem. Non audeo, inquiunt, minimè confido, me puder, ne deſiicere qdẽ
B os poſſum, peccata mè detinent. Satanica iſta uerecũdia eſt, pudendi ratio peſsima, obtentus negligentię, ac deſidiæ occludere tibi aditum ad miſericordẽ & clementiſsimum deũ. Tuus hoſtis diabolus petit, cũ te tam uerecundũ facit, & pauidũ, Diffidiſne? Magna idipſum ad cõfidẽdum facultas, magna hinc profici ſcetur utilitas, ſi te arbitraris meritò carere fidendi audendiq; facultate, ut contrà ſummus pudor, ſummũ dedecus, ſumma cõdẽnandi ratio, ſi te arbitreris poſſe fidenter agere. Quanquã enim multa ex officio ſe ceris, quanquã nullius tibi ſis cõſcius mali: modò putes agere poſſe fidenter ac liberè, oĩ gradu orationis continuò eiicieris ac decides. Contrà, ſi onera cõſcięntię innumerabilia ſuſtines, peccatis ſummis grauaris: nec eſt quod te nõ premat delictũ, modò illud unũ perſuaſum ſit tibi, te oĩum eſſe minimum, mirificè tibi animus fidẽdi audendiq; apud deum præſtabitur. Quanquã id nulla humilitas eſt, ut cũ peccator ſis, peccatorẽ te opineris: humilitas.n. eſt quotiens quoſpiam rerum ſibi præclararum conſcius, nihil magni de ſeipſo exiſtimat. Quotiens qs Paulo ſimilis dicere iure ſuo poteſt: Nullus mihi ipſe ſum cõſcius: & tamẽ
C 1.Co.4.a dicit, nõ in hoc iuſtificatus ſum, &, Chriſtus Ieſus ue
1.Ti.1.d nit peccatores ſaluare, quorũ prim⁹ ſum ego. Hoc eſt humilitas, ſi te excelſum per uirtutũ officia, humilẽ per opinionem reddas. Deus tamẽ pro ſua ineffabili humanitate, non ſolũ modeſtos illos & humiles, ſed etiam eos qui ſua confitentur peccata, recipit, amplectitur, benigniſsimè tractat. Atq; ut planius intelligas, quàm ſit bonum nihil magnum de ſe opinari, finge ánimo bigam duplicem: quarũ ſub altera uirtus iuncta ſit cum ſuperbia, ſub altera peccatum cum humilitate. Videbis.n. bigã illam peccati uirtute facilè anteire, palmamq; decurſionis celerioris obtinere, non peccati pernicitate, ſed coniugatæ humilitatis facultate. Contrà, bigam alteram uirtutis retardari & uinci, nõ imbecillitate uirtutis, ſed ſuperbiæ mole ac põdere. Vt enim humilitas, præ ſumma ſua excellentia, peccati ſuperat pondus, atq; in cœlum peruenit: ſic ſupbia præ nimio ſuo põdere, ac intolerabili one re ſuæ molis prævalet, adeò ut etiã leuiſsimam illam & ſupernam uirtutem uincat, deorſumq; uerſus facilè detrahat. Quoniã alterũ quod dixi, parum exiſtat pernicius altero, latius ſanè exẽplo phariſæi, & publicani illius perſpicies. Iunxerat phariſæus iuſtitiam cũ ſuperbia, dixitq;: Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, nec D
uelut hic publicanus. O inſaniam hominis, uniuerſa natura hominũ minus explere ſuperbiã eius & inſolentiam potuit: itaq; publicanum proximè ſtantẽ petulãtiſsimè inuadit, & elatus ſua iuſtitia temerè inſultat in hominem. Sed quid hic agrit? non repellit probra ſibi obiecta, nõ angitur maledictis, nõ repugnat aduerſario, nõ ulciſcitur inimicũ, ſed patitur facilè petulantiam. Itaq; efficit, ut illud aduerſarii telũ medicamento ſibi occurrat, atq; remedio: & probrũ conuerſum in laudem ſit, & maledictum in coronam & commendationem. Tam magnum humilitas bonũ eſt, tam magnum cõparatur emolumentum, dũ hominum maledictis minus mordemur, dũ ad illatas cõtumelias minus, incendimur. Licet enim uel ex his ipſis fructum egregiè capere modo publicani illius: qd.n. patienter probra tuliſſet, peccata ſepoſuit oĩa: Luc.18.c.
cũq; dixiſſet, Deus propitius eſto mihi peccatori, deſcendit iuſtificatus ſuper illum, & dicta ſuperauerũt facta, & uerba uicerunt opera. Alter nanq; iuſtitiam, & ieiunia, & decimas propoſuit ſuas, alter uerba dũ
E taxat reddidit: atq; ita effectum eſt, ut magnus ille numerus delictorum deleretur, & peccata obliterarẽtur oĩa publicani. Non enim uerba deus tantummodo audiuit, uerumetiã aĩum, quo ita dicerentur, inſpexit: quem cũ humiliatum cõtritumq; comperiret, miſertus eſt, & benigniſsimè, ac humaniſsimè egit. Hæc tamen non ob eã rẽ dixi, ut licẽtius peccaremus: ſed ut animum ſeruaremus humilem & modeſtũ. Nam ſi homo publicanus ultimum uitiorũ genus non humili, ſed facili quodam & pio duntaxat animo pctis propoſitis, & rem, ut erat, confeſſus, tantum beneuolentiæ apud deum contraxit: quantũ meritũ quæſo ſibi homines comparare poſsint, qui cũ pręclara egerunt bona, nihil magni feciſſe arbitrentur? Quas obres uos hortor, & rogo, & oro fratres chariſsimi, crebrius deo immortali cõfiteamini, & enumeratis ueſtris delictis ueniam petatis, & numen propitiũ. Non te in theatrum conſeruorũ tuorum duco, non homínib. peccata tua detegere cogo. Repete corã deo cõſcientiam tuam, & explica, oſtende deo medico præ
F ſtantiſsimo tua uulnera, & pete ab eo medicamẽtũ. Oſtende ei qui nihil opprobret, ſed humaniſsimè curet. Cur taces, quę optimè ille nouit? Dic atq; enumera, ut fructũ maximum conſequaris. Dic ut, abſterſis hìc tuis maculis, abeas illuc mũdus, & ſine ullo decore, ut intolerabili promulgatione illa delictorũ tuorũ libereris. Tres illi pueri in fornace cõtinebãtur ſuaimq; animam expoſuerunt certo ſuæ uitæ periculo. Veruntamen poſt tot tantaq; uirtutis officia refe-
Dani.3.c runt: Nõ poſſumus aperire os, cõfuſio & opprobriũ facti ſumus ſeruis tuis, & colentibus te: Cur itaq; os aperuiſtis? Vt hoc ipſum diceremus, nobis os minus licere aperire, atq; ita dominum inuitaremus ad beneficium. Vis orationis uim ignis extinxit, impetum leonum cohibuit, bella cõpoſuit, prælia remouit, tẽpeſtates ſuſtulit, dæmonia expulit, cœli fores aperuit, uincula mortis diſrupit, languores eiecit, offenſas repreſsit, urbes terræmotu nutãtes firmauit, plagas cœlitus irruentes, inſidias hominũ, mala deniq; omnia deleuit oratio: Orationem autem, ut iterũ dicam, nõ eam cõmendo, quæ fruſtra in ore habeatur, ſed quę ab imis animi prodeat. Vt enim arbores, quæ radicẽ altius miſerint, quanuis ſummũ uentorũ excipiãt impetũ, non frangi, aut euelli poſſunt, cùm planta, & firmiſsima ſtirpe innitantur: ſic orationes quas aĩus

G de suo imo reddiderit per quã tutè affixæ efferũt seſe in excelſum, nulloq; peruertuntur aggreſſu cogitationũ. Vnde propheta inſignis ait: Deproſundis clamaui ad te domine. Hæc ita doceo, nõ ut uerbis probetis tantum, & laudetis: uerumetiam ut factis palã animum ueſtrũ recepiſſe, quę laudat faciatis. Nã ſi apud hoies ſuos quempiã caſus dixiſſe, ſuaſq; calamitates narraſſe affert non nihil cõſolationis, quaſi difflatio quędam malorum per ipſam narrationem ageretur: longè magis ſi cũ domino illo cõmuni ægritudines animi tui communicari, conſolationẽ atq; remediũ capies. Homo.n.uel grauatur plerunq; tædio alienæ querelæ, & luctus repellit, fugitq; hominem miſerũ: at uerò deo nõ ita agit nobiſcũ, ſed inuitat, ducit, hortatur, acceptat. Et ſi totum diẽ in cõmunicandis cũ eo tuis calamitatibus conſumpſeris, ita te magis magisq; diliget, & tuis precibus liberalius annuet. Et qui dẽ hoc ipſe dominus explicans: id dicebat: Venite ad me omnes q laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã uos. Vocat, obſequa mur: inuitat, accedamus: ſi pctis innumerabilibus detinemur, curſum ob eam rẽ, ma iorẽ in modũ eo agamus. Tales enim homines ad ſe uocat. Nõ ueni, inquit, iuſtos uocare, ſed peccatores ad pniam. Hoies oneratos, oppreſſos, feſſos, fatigatos pondere peccatorũ. Deus enim dicitur conſolationis, deus miſericordiarũ: quoniã hoc eius officiũ eſt perpetuũ, ut hoies dolentes, mœrentes, afflictos cõſoletur, atq; hortetur, etiã ſi peccata cõmiſerint innumerabilia, modò noſipſos ei dedam⁹, modò accedamus, nec negligamus: re ipſa experti ſcimus eorũ quæ propoſui ueritatẽ oĩum. Nihil penitus nos dolore afficere poterit, ſi orationẽ intentam exquiſitamq; habeamus: quicquid.n.acciderit, facilè per eius orationis facultatẽ repellemus. Nec mirũ ſi caſus humanos tollere uires poſſunt orationis, quando & ipſam peccatorũ naturã extinguunt, & cõpendio excidũt, ac delẽt. Vt igitur uitã cum facilitate agamus, & q̃cũque peccata contraximus, oĩa reiiciamus, & fidẽter ac ardẽter apud Chriſti iudicis noſtri tribunal cõſtemus: hoc aſſiduè nobis ipſi medicamentũ præparemus, ex lachrymis, ſtudio, ſedulitate pecunia compoſitum. Ita enim efficietur, ut perpetua ualetudine bona fruamur, & bona illa futura obtineamus: quæ utinã omnes nos conſequamur, gratia & humanitate domini noſtri Ieſu Chriſti, q cum patre uiuit, &c.

Pſ. 129.a

Mat. 11.d

Ibi. 9. b. et Ma. 2. e

Homiliarum de incomprehenſibili dei natura, finis.

DIVI IOAN. CHRYSOSTOMI *ſermo, quod neque uiui, neque mortui anathemate plectendi ſunt.*

Vper ad uos de incõprehenſibili cognitione dei diſſerens, tam ſcripturarum teſtimoniis, quã rationibus quas natura ſuppeditat copioſè declarabam qd licèt illam inuiſibiles poteſtates, quæ uitã oino beatam, & materiæ expertẽ agũt, attingere nequeant: nos tamen, quorũ uita planè diſpeſcẽs & fluitans eſt, & qui oĩbus uitiis immerſi ſumus, tentemus apprehendere id quod inuiſibilibus ſubſtantiis eſt denegatũ. Atqui dum id argumẽti tractamus, & multũ noſtro tribuentes iudicio, & manẽ ab auditoribus captãtes gloriolã, ſit interim, ut neq; naturæ noſtræ mẽſura nobis cõperta ſit, neq; diuinã ſcripturã, neq; patres probè imitemur, & proinde à noſtrarũ imaginationũ deliriis, q̃ſi à rapido torrente abſtracti, in grande ruimus peccatum. Agẽ; nũc & de anathemate, quæ'cõuenit, in mediũ fideliter afferamus, demonſtraturi uim mali, quod pleriq; neq; inter mala cõputant, ut detegatur morbus eorũ qui hoc malo laborant, cõpeſcãturq; ora perpetuò frænũ reſpuẽtia. Etenim in tã deploratã ualetudinẽ res noſtrę perductæ ſunt, ut quaſi uulgariter ægrotantes, ignoremus nos peſsimè habere. Atque adeò impletur in nobis uox prophetica: Nõ eſt, qd adhibeantur, uel malagma, uel oleũ, ut obligaculũ. Igitur de hoc malo, unde dicendi initiũ faciã: num à dominicorũ mãdatorũ diſpoſitionibus, an à ueſtra inſcitia & ſtupore? Rideor ne, & inſanire uideor, qd hæc dico? Exibilor, ne quòd tam iniucũda, lachrymisq; digna dicturũ me polliceor? At, qd mihi accidit? Doleo, mẽte diſſecor, rumpuntur uiſcera: qa uideo tam inſenſatos & malos ut legis tranſgreſsione Iudæi, & impietate gẽtes, ſuperẽtur. En ſpecto uiros, q nullum ex ſacris literis germanum ſenſum, immo nihil oĩno ſacrarum literarum tenẽt, & ut pleraq; tranſeam, nã erubeſco dicere, ſuribundos, nugaces, contẽtioſos, qui neq; ſciũt quæ dicunt, neq; de quibus affirmãt, in hoc uno tantũ audaces, qd dogmata ſtatuunt, & anathemata declarant ea q̃ maximè ignorãt. Hinc eſt, qd exteris hoſtibusq; fidei noſtræ ludibrio ſumus, habemurq; per inde nulla ſit nobis honeſtę uitę cura, & nunquã bene facere didicerimus. Heu mihi, quã dura atq; dolẽda ſunt hæc. Heu mihi. Prophetæ deſiderauerunt uidere quæ uidimus, & non uiderunt: & audire, q̃ audiuimus, & non audierunt: & nos inter hęc enutriti ſumus. Audite oro, quæ nã illa, ne quando pereamus. Nam ſi ſermo per angelos dictus, ita cõfirmatus eſt. ut oĩs tranſgreſsio & inobedientia iuſtam præmij repenſationem acceperit: quo pacto nos adeò ſalutis negligẽtes ſupplicia effugiemus? Dic quis ſcopus euãgelij gratiæ? quidnã ſpectat? an non filij dei in carne aduẽtum? Et quare? an ut mutuũ mordeamus & deuoremur? Minimè. Nam cùm ubiq; perfectiora ſunt præcepta quæ à Chriſto quã quę à lege data, etiã maior charitas à nobis expoſcitur. Lex dicit, Diliges proximũ ſicut teipſum: hic autem & moriẽdum eſt pro proximo. Audi & Chriſtũ qd dicat: Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalẽ in Hiericho, & in latrones incidit, qui & deſpoliarunt ipſum, & uulneribus inflictis abierunt ſemimortuo relicto: accidit autem, qd ſacerdos quidam deſcenderet eadem uia, uiſoq; ipſo, tranſit: ſimiliter & leuites, cũ eſſet in eodem loco, uiſo ipſo, tranſiit: Samaritanus autem quidã, ut uenit ad eum locũ, uiditq; illum, miſericordia motus eſt, & accedens obligauit uulnera eius, infundẽs oleum & uinum: & impoſito eo ſupra iumentum ſuum, duxit in diuerſoriũ, curamq; eius egit. Poſtero autẽ die depromptos denarios duos ſtabulario dedit, ac dixit: Curã eius habe, & ſiquid expenderis ultrà, cùm rediero reddam tibi. Quis igitur horũ triũ proximus tibi fuiſſe uidetur ei qui in latrones incidit? Ille autem dixit: Qui fecit cum eo miſericordiã. Dixit autem ei Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter. Papæ, quàm mira? Nõ ſacerdotem, non leuitam dixit proximũ: ſed illum qui iuxta Iudæorũ decreta, eiectus erat: qui Samaritanus erat, qui alienigena: qui in multis blaſphemabat, & illum ipſum uocat proximum: quia apud eum inuẽta eſt miſericordia. Hæc uerba filij dei ſunt. Hæc & opera eius ſunt, q̃ in carne aduẽniens demonſtrauit. Nã mortuus eſt, non ſolũ pro amicis & ſuis, ſed & pro inimicis, pro tyrãnis, pro maleficis, pro oſoribus, pro crucifigenti

K

L

Mat. 13.b

M

Ma. 22.d
Luc. 10.e

A crucifigentibus, atq; pro his ipſis quos tales fore ante conditionem mundi ſciebat, eosq; p̃ſcius formauit, uincente præſcientiã bonitate, & pro eis ſanguinẽ fudit, mortemq; ſubiit. Panis, inqt, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi uita. Paulus itẽ per epiſtolam ſic dicit: Si.n. cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortẽ filij eius. Et iterum in epiſtola ad Hebræos dicit ipſum pro uniuerſis guſtaſſe mortem. Cũ igitur & hæc ab ipſo geſta ſunt: & horũ typos exprimit eccleſia quotidie pro oĩbus preces faciens, qũo tu audes talia loqui? Quin hic, quid eſt iſtucipſum dicere anathema? Vide quid dicis: cognoſce qd loqueris. Noſti uerbi uim? Quãuis inuenies in ſacra ſcriptura, quod dicitur cõtra Hiericho: Et anathematizabis totam ciuitatem domino deo tuo. Et inualuit apud nos omnes cõſuetudo, quæ in hodiernum uſq; diẽ durat, ut anathema dicatur quod certo loco ſuſpenſum. An hoc tu dicis anathema? ſed hoc plerunq; in bonũ ſonat, & eſt interdũ oblatum deo. Quid ergo illud, quod anathema tu dicis eũ qui

B oblatus eſt diabolo, nec ultra regionẽ ſalutis inhabitat, ſed alienus eſt à Chriſto? Heus, q̃s tu tantę authoritatis, q̃ tantam tibi uſurpas potentiam? Tunc.n. ſedebit filius dei, & ſtatuet oues à dextris, & hœdos à ſiniſtris, Cur igitur dignitatem tantã aſſumis? q̃ apoſtolis tantum communicata, & his qui illorum idonei ſucceſſores, uerè pleni gratia & uirtute. Iam apoſtoli diligenter id mãdati ſeruarunt. Sic.n. hæreticos eiiciebant ex eccleſia, quaſi effodiendus eſſet dexter oculus. Qua tempeſtiua membri defectiõe, magnũ ſuæ compaſsionis & doloris indicium pr ęſe ferẽbat. Atque idcirco Chriſtus quoq; dextrum oculum dicit, ut illum abiecturis compaſsionem commenderet. In qua re, ſicut & in aliis admodũ diligentes fuere: hæreſes quidem redarguendo & eiiciendo, nulli autem hæreticorum hanc pœnã adhibendo. Porrò Apoſtolus in duobus duntaxat locis uocẽ hãc quaſi coactus affert, nec tamẽ certæ & determinatæ perſonæ illã intentat. Nã Corinthiis ſcribit: Siquis non amat dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, anathema ſit, &, Siquis uobis euãgelizauerit aliqd prẽter id qd

C accepiſtis, anathema ſit. Cur igitur quod nullus eorũ, qui poteſtatẽ acceperunt, uel facere, uel declarare auſus fuit, tu facere audes, planè aduerſarius mortis dominicæ, & præoccupans iudiciũ regis? Vultis diſcere qualia de hoc ſanctus quidã dixerit, qui & apoſtolorũ temporibus martyriũ meruit? Monſtraturus huius uerbi grauitatẽ, tali utebatur exemplo: Sicut priuatus homo, regiam ſibiipſi purpurã circumponens unà cum oĩbus qui ſe iuuant, punitur ut tyrannus: ita & qui dominicã ſententiam fert, & hominem facit anathema eccleſiæ, abducit ſeipſum in extremam perniciem, uſurpando dignitatẽ filii dei. Sic ille dicebat, Putatiſne hanc parui momenti rem eſſe, ante iudicem iudiciiq; tempus aliquem eiuſmodi ſententia condemnare? Anathema.n. omnibus modis à Chriſto ſeparat. Ad hæc quid reſpondẽt illi malitia potẽtes? Hæreticus, aiunt, ille factus eſt, inhabitantem habet diabolũ, aduerſus deum iniuſtitiã loquitur. multos in profundũ perditionis abducit eloquẽtiæ ſuæ efficaci ſuadela & deceptione. Sanè propter hoc à patribus eiectus eſt, maximè, quia eius magiſter quoq; partem eccleſię abſtulit, Paulinum uel Apollinarẽ de ſignando. Sanè de ſingulorum iſtorũ diſcrimine, ſermo multis bene nouitatem refutauit, errorẽ in perni-

Matt. 5.d

1C. 16. d.
Gala. 1. b

« « « «

D cioſiſsimæ præſumptionis penetralibus inualuiſſe re darguens. Doce, ait, in lenitate, erudiens eos qui obſtunt, ſiquãdo det eis deus pniam ad agnoſcendam ueritatem, ut reſipiſcãt à diaboli laqueo capti in uoluntatem illius. Extende ſagenam charitatis, ut non ſubuertatur claudicans, ſed potius ſanetur. Oſtẽde, quòd magna affectione bonũ proprium cupias facere cõmune. Affer dulcẽ eſcã compaſsionis in aculeo, & ſic ſcrutare profunda, atq; ex imo p̃ditionis extrahe eum qui ſenſu deſcenderat, ut & qd opinabatur, & qd ignorabat, bonũ exiſtimaret. Erudi ſicut alienum ab apoſtolica traditione, & ſi quidẽ hoc boni cõſulere uoluerit homo, q prius errore infectus erat, iuxta uocẽ prophetæ, & ille uiuet uita, & tu animam tuã liberabis: ſi autẽ reſpuit ſermonẽ, utpote contentioſus, tu cõteſtare: ne reus ſias, tantũ cum longanimitate & ſuauitate, ut ne animam eius de manu tua iudex requirat. Ne odio habeas, ne auerſeris, ne perſequaris, ſed ſynceram & uerã erga eum oſtende charitatem. Vt interim etiamſi aliud nullum, certè hoc feras lucri, & magna eſt hæc utilitas, egregiumq; lucrũ

E quòd diligis, & ſimul doctrinã Chriſti doces. In hoc enim, ait, cognoſcent, quòd mei ſitis diſcipuli, ſi charitatẽ habueritis inuicẽ. Qua abſente nihil proderit, uel ſcientia myſteriorum dei, uel fides, uel prophetia uel paupertas, uel cõfeſsio Chriſti: id quod & Paulus ipſe demonſtrauit, dicens: Si tenuero myſteria oĩa, & omnem ſcientiam, & fidem, ita ut etiam montes dimoueam: charitatem autem non habuero, nullã inde utilitatem capio. Et ſi linguis angelorũ loquar, & ſi impertitus fuero oĩs facultates meas, & ſi tradam corpus meum, ita ut cõburar: charitatem autem nõ habeam, nihil ſum. Charitas ſuauis eſt, non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt: oĩa ſuffert, oĩa ſperat, oĩa credit, oĩa ſuſtinet. Dilecti, nullus ex uobis taliter erga Chriſtũ affectus, qualiter iſta ſancta anima. Nullus hominum talia uerba præter illũ loqui auſus fuiſſet. Nam anima eius amburebatur cùm diceret, Adimpleo afflictiones Chriſti in carne mea quæ reliq. &, Precabar ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. &, Quis infirmatur, & nõ infirmor ego? cũque tanta erga Chriſtum affectione præditus eſſet, non iniuria, non uiolentias, non anathemata cuipiã inferebat: & profectò, quaſi non eſſet is q tot gentes, & integras ciuitates domino obtuliſſet: ſed quaſi humiliaretur, uerberaretur, colaphis cæderetur, ridiculusq; eſſet oĩbus, ita hæc curabat blandiẽdo, adhortando, obſecrãdo. Sic ſanè & apud Athenienſes ſibi pateſecit introitũ. Nam cũ inueniſſet oĩs idolorum cultu inſaniẽtes, nõ exprobrauit eis dicẽs: Impii eſtis uos, & planè omnis religionis expertes. Non dixit: Omnia uos diuino honore dignamini, deum ipſum unicum & uerum dominum & opificem uniuerſi, negatis. Sed quid? Obambulans, inquit, & conſideriãs culturas ueſtras, inueni etiam aram inſcriptã, ignoto deo. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego uobis annuncio. O miraculum, ô paterna uiſcera. Piè colere dicit Græcos & idololatras, quanuis impiè colentes. Quare? quia ut pii & uerè religioſi cultũ ſuũ perficiebant, deum ſe colere putantes. Hoc & uobis perſuadete. Huius uos imitatores omnes fieri precor, atque uobiſcum & meipſum. Nam cũ dominus, qui prænouit quid unuſquiſq; noſtrum elegit, & qualis futurus eſt: hoc facit, ut bonitatem & magnificentiã ſuam cõprobet. Neque enim propter malos creatio-

1. Co. 13. a

Colo. 1. d.
Rom 9. a
2. C. 11. g

F

Act. 17. e.

Gnem intermisit, sed etiam illos cõmunibus bonis locupletauit. Quo pacto igitur tu secus facis, qui in ecclesia cũ alijs adcurris, & hostiã filij dei perficis? Nescis quòd calamum confractũ non cõtriuit, & linum fumigans non extinxit? Et quorsum hoc dictũ? audi Iudam & eos qui sicut ille exciderant tandiu nõ abiecit, quousq; seipsum quisq; abductũ errori mãcipauit. Esa.43.a
Nõne & pro populi ignorãtijs preces offerimus? Nõne præceptum habemus, ut pro inimicis, & qui nos oderunt & persequuntur, precemur? En q̃ probè implemus ministerium? en obsecro ordinatio nõ effert, non in sublime extollit, non potentiam præstat? Omnes eundem spiritum accepimus, oẽs in adoptionem filiorũ uocati sumus: quos aũt probauit pater, eos fratribus in potestate seruire uoluit. Eia ministerium nostrum curemus: obsecramus, & contestamur uos, ut à tanto malo desistatis. Nam is quẽ tu anathematizare decreuisti, uel uiuit, & adhuc in mortali uita hac superest, uel mortuus est: quòd si adhuc supereſt, impiè agis, qui eum qui à malo in bonũ se uertere potest, crudeliter abſecas: sin mortuus est, multò magis crudelis es. Cur nã? Quia domino suo stat uel cadit, non iam sub iure humano existens. Et de eo quod occultatum reseruatumq; seculorũ iudici, pronunciare tutum est solũ ei, qui mensurã scientiæ, & quantitatem fidei cognoscit: dic mihi obsecro, qui scis, quibus nã uerbis seſe accusabit uel defendet ille in die quo deus uenturus est, ut iudicet occulta hominũ? Profectò in scrutabilia sunt iudicia, & imperuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, uel quis eius cõsiliarius fuit? Dilecti, fortè nullus ex uobis baptismũ se consecutum putat, nullus iudiciũ aliquando futurum suspicatur? Quid dico iudicium? ipsam nostram mortem & egressum è corpore non cogitamus. adeò corda nostra huius uitæ solicitudine & curis obrutescunt & desipiũt. Obsecro, desistite ab hoc malo. Ecce dico, & contestor corã deo & electis angelis, hinc uobis in die iudicij magnũ malum, & inextinguibilẽ ignem parari. Nam si in uirginũ ordine eos, qui cum fulgida fide, & morũ honestate uixerunt, dominus q omnium opera eorũ considerabit, ob misericordiæ penuriam à thalamo arcebit, qũo nos qui in omni luxu & crudelitate erga cognatos uersamur obliti dei, salutẽ assequemur? Ea propter uos oro, ne uobis uerba hæc mente excidãt. Dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus aũt parcendum, & pro salute ipsorum orandũ. Det deus oẽs nos ita charitatis erga deum & proximũ esse studiosos, implereq; mandata domini, ut cũ misericordiæ oleo, & fulgidis lampadibus occurramus in die resurrectionis ipsis superno & cœlesti sponso, offerentes ei plurimos in gloria, quos nostra cõpassione & pietate lucrifecimus: præstante gratia & misericordia ipsius unigeniti filij dei, cũ quo patri sit gloria, simulq; sancto spiritui in secula, Amẽ. Rom.12.c
H Ro.14.a
Ibid.11.d

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *contra Anomæos sermo.*

Num apud uos diem differui, & inde tantũ uos dilexi, quantũ si ab initio uobiscũ essem educatus: tantũ me uobis charitatis alligant uincula, quantum si plurimo tpe, fructus dulcissimæ cõsuetudinis à uobis percepissem. Quod fit, nõ quia ego admodũ ad amicitiã & charitatẽ sim idoneus, sed quia uos desiderabiles, omniũq; maximè amabiles. Quis enim non admiraretur, & obseruaret igneũ zelum, charitatem absq; simulatione, beneuolẽtiam in præceptores, cõcordiam inter uos, quibus conspicui estis. Sufficerent hæc & lapideam animam uobis conciliare. Et propterea non minus uos amamus, q̃ ecclesiam illam, in qua nati, scripti, & eruditi sumus. Soror enim illa huius uestræ est, uosq; cognationem illam opere declarastis. Quanuis aũt illa tempore sit antiquior, hæc tamẽ fide feruentior est: & illic maior cõuentus est ac celebrius theatrum, sed hìc maior patientia, maiorisq; fortitudinis indicium. Nam uideo undequaq; hìc lupos obambulare, ouile aũt non iminui. Quassant sanctam hanc nauim continua tempestas & hyems, procellarumq; uis: non submerguntur tamen qui in ea nauigant. Vndecunq; inuadũt hæreticæ flammæ, & qui in medio sunt camino, rore spirituali perfruuntur. Est & hoc admirabile, quòd, uidemus in hac parte ciuitatis ecclesiã hanc plantatam, & nihilominus quasi in medio camino oleam germinãtem, foliisq; comantem, & fructu grauem. Igitur cùm uos tam cordati, tamq; multis bonis digni, agè prõpto studio, promissionẽ pridem uobis receptã redda mus. Tũc.n. de armis Dauid & Goliath apud uos philosophabamur, sermone nostro ostendentes, hunc quidẽ omnigena grauiq; armatura undiq; munitum, illum aũt armis nudũ, fide munitissimũ: & hunc quidem extrinsecus fulgidũ thorace & scuto, illum autẽ intus spiritu & gratia radiantẽ. atq; hanc ob causam, à puero certamine uictum adolescentem, à nudo superatum armatũ, à pastore prostratũ militem, à pastoralis lapidis natura, bellici æris naturam contritã & corruptã. Proinde & nos lapidẽ illũ in manus accipiemus, angularem illũ & spiritualẽ inquam. Si enim Paulo philosophari licuit de petra in solitudine, neq; nobis quis succensebit, si lapidem illũ eodem modo accipiamus. Nã sicut non natura petræ uisibilis apud Iudæos, sed uirtus spiritualis petrę emittit illarũ aquarum flumina: ita utiq; apud Dauid non sensibilis, sed spiritualis lapis barbaricũ illud caput deiecit. Et nos quoq; pollicebamur uobis, nihil ex rationibus dicturos. Nostra enim arma, non carnalia, sed spiritualia, destruentia rationes, & oẽm sublimitatem, quę super terram seſe extollit contra scientiam dei. Præceptum nobis est, ut eas demoliamur, nõ extruamus: imperatum nobis est, ut eas dissoluamus, non armemus. Rationes enim mortalium timidæ sunt. Et quare nõ dicam timidæ? Quemadmodũ enim timidus, etiamsi securo loco ambulet, non audet, sed formidat ac trepidat, ita quæ propter rationes accepta sunt etiamsi uera sint, nondũ tamen satis certa argumẽta, dignãq; fidem animæ afferunt. Proinde quia tanta rationum infirmitas est, agè scripturis cõtra aduersarios pugnemus. Vnde igitur sermonis exordium sumendũ? Vnde uobis placet, an ex noua, uel ex ueteri? Non enim solũ in euangelijs, & apostolorũ uerbis, sed & in tota ueteri lege fulgentẽ unigeniti gloriam uidere licet. Vnde mea ſnia etiã inde aduersus illos corripienda sunt tela. Ita enim non illos tantũ, qui suos sermones inde afferunt: sed & multos alios hæreticos simul prosternere poterimus, uidelicet Marcionẽ, Manichæũ, Valẽtinum, Iudæorumq; omniũ ora. Nam sicut cũ à Dauid prostratus est Goliath, in fugam simul uersus est omnis Allophylorum exercitus: & mors quidẽ unius corporis, & percussio unius capitis erat, fuga aũt cõ- I
K
L
1.Re.17.
M

A munis & timor totius exercitus: Ita etsi nos unam hæresim deiecerimus, cõmunis erit enumeratorum omniũ profligatio. Manichæi enim, & qui factioni illorum socij, uidentur accipere Christum, qui prædicatur: prophetas autẽ & patriarchas, qui illum prędicant, contẽnunt. Contrà, Iudæi eos qui Christũ prędicant, accipere uidẽtur: prophetam, inquam, & legislatorem suum: Christum autem qui ab illis prædicatur, contẽnunt. Igitur si, fauente gratia dei, demonstrauerimus magnam unigeniti gloriã in ueteri prędictã, omnia illa, deo aduersa ora, linguasq; blasphemas cõfundemus & compescemus. Nam si colliquescet Christum in ueteri instrumẽto prædicari, qua se defensione tutabuntur Manichæi, & cæteri qui cũ illis scripturam contẽnunt, quæ prædicat illum communem omniũ deum? Quod item effugium erit Iudæis, quã ueniam merebũtur ij, qui à prophetis promissum nõ suscipiunt? Itaq; cum abunde de eis triumphare posimus, sermonẽ ad libros uetustiores uertamus, & ad ipsum qui alijs omnibus uetustior est, ad Genesin, inq̃, & ad caput Geneseos cõscẽdamus.
B Dicit.n. Christus: Si credidissetis Mosi, credidissetis utiq; & mihi: nam ille de me scripsit: id quod nũc declarare tentabimus. Posteaq̃ igitur perfecta est omnis creatura, cœlumq; uario sydetũ choro coronatum, & terra omnigenis floribus ornata est, multaq; essent montiũ cacumina, multi campi & ualles: & in summa, omnis terrę facies plãtis, & arboribus, & herbis cõspicua, lasciuiẽntque greges & armẽta, aerem aũt impleret genus auiũ cantilantiũ natura & singulari musica: maria quoque marinis animalibus plena: similiter & stagna, & fontes, & fluuij & omnibus quæ in eis nascũtur: nihilque esset imperfectum, sed perfecta omnia: tunc quęrebat corpus caput, ciuitas principẽ, creatura, inq̃, hominem. Formaturus igitur ipsum deus, inqt: Faciamus hominem secũdum imaginem & similitudinem nostrã. Ad quem dicit? Manifestũ quòd ad unigenitum suum. Non dixit, fac: ut ne seruile aliquid suspiceris præceptũ iuberi: sed dicit, faciamus: ut forma consultoriorũ uerborum æqualis detegeretur honor. Nam deus interdum consiliarium habere, interdum non habere dicitur, & non si
C biipsi pugnat scriptura, sed per duo hæc aperiuntur uobis abscõdita dogmata. Quando enim significare uult, deum nullius egere, dicit eũ non habere consiliariũ: quando autem docet æqualẽ unigeniti gloriã, consiliarium uocat Christum. Et ut discas duo hęc: quòd prophetæ filium uocẽt consiliarium: non quòd pater opus eius consilio habeat, sed ut unigeniti gloriã doceant: & quòd non opus habeat cõsiliario, audi Paulũ dicentem: O profunditatẽ diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ dei, q̃ inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis.n. nouit sensum domini? uel qs consiliarius eius fuit? & propterea dicit, eum nullius indigere. Esaias uero iterum de unigenito dei loquens, sic inqt: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur nomẽ eius magni consilij angelus, admirabilis, cõsiliarius. Et si admirabilis, consiliarius: qũo Paulus dicit, Quis sensum nouit domini, uel consiliarius eius fuit? nisi quòd Paulus, sicut dixi, uoluit patrẽ nullo indigere, prophetа aut̃ æqualem filij gloriam docere uoluit. Et idcir co ẽt hic non dixit, fac: sed faciamus. Dicere enim, fac præcepti esset seruo iniungendi, quod discere inde potes. Accesit aliquando Centurio Iesum, & dicit: Domine, filius meus iacet in domo paralyticus, & D
graui ter torquetur. Quid igitur Christus? Ego cũ ue- Mat.8.a
nero, curabo eum. Centurio aũt non audebat medi cum in domũ trahere, q̃uis misericors ille sponte sua pollicebatur se illò iturum, ut causam & occasionem illi daret, quò uirtutem suam nobis declararet. Præscius.n. quid ille dicturus erat, pollicitus est se affuturum: ut uiri pietatẽ discas. Dicit.n. Centurio: Nõ sum dignus ut intres sub tectũ meum. Neq; morbi necessitas eũ à pietate auertere ualebat, quin excellẽtiam domini testaretur, ẽt in tanta calamitate. Ea propter dicit. Dic tãtum uerbũ, & sanabitur puer meus. Nam & ego hõ sum, habens sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Vides quòd uerbum, fac, est domini ad seruũ loquentis? At, faciamus, uerbũ est eius cui æqualis honor. Quando.n. seruo dominus loqtur, dicit, Fac: quando autem pater filio, dicit, Faciamus. Quid ad hæc dicit hæreticus? Cẽturio ita suspicabatur: res aũt non sic se habet, neq; Apostolus est Centurio, neq; discipulus, ut ipsius uerbis credamus. Verisimile est, quòd errauerit. Bene nõ est Apostolus. E
Quid ergo? Videamus qd̃ sequitur. Num correxit ipsum Christus? nũ increpauit? nũ dixit ad ipsum, Cur hoc facis homo? Maiorẽ de me habes opinionem q̃ par est. Plura mihi tribuis, q̃ mihi debẽtur. Ex authoritate putas me Impare, cum non sit mihi authoritas. Nũ dixit tale qd̃? Minimè, sed stabiliuit illius sententiã, & comitibus dixit: Amen dico uobis, neq; in Israel tantã fidem inueni. Igitur dominus laudando, confirmat Cẽturionis uerba. Vnde iam nõ sunt Centurionis uerba, sed occasio quædã à domino ad uirtutem suã declarãdam oblata. Quod.n. ipse laudat, & calculo suo tanq̃ bene dictum approbat, pro diuino oraculo habendũ est. Authoritatem.n. supernè à domini iudicio sumit. Vides ut nouum ueteri consonet, & utraq; authoritatẽ Christi indicent? Quid igitur, si faciebat quidẽ hominem, cũ hoc ut minister fecerit, inquit? sed audi uerba quæ sequuntur, & desiste ab intẽpestiua contentione. Enimuero ut dixit, Faciamus hoiem: non dixit, secundum imaginẽ tuam minorẽ, neq; secundum imaginem meã maiorem: sed, secundũ imaginem nostram, nẽpe patris & filij imaginẽ, quæ una est. Non enim dixit imagines: sed, imaginẽ nostram: nõ quòd duæ sint inæquales, sed una & eadem æqualis patris, filiique imago. Vnde & à dextris iubet sedere, ut æqualẽ honorem & potestatem non inferiorẽ discas. Minister enim nõ sedet, sed adstat. Sedere dominicæ potestatis est, adstare seruilis & subiectæ conditionis, propterea & Daniel dicit: Dan.7.c
Aspiciebã donec positi sunt throni, & antiquus dierum sedit, mille myriades ministrabãt ei, & mille milia assistebãt ei. Et iterum Esaias: Videbã dominum sedentẽ super thronum excelsum, & eleuatum, & Seraphim in circuitu eius steterũt. Micheas autẽ: Videbam dominum deum Israel sedẽtem super thronum Esa.6.a
suum, & omnis exercitus cœli stabat à dextris eius & 3.re.22.d
à sinistris eius. Vides ubiq; supernas uirtutes assistentes, ipsum autem sedẽtem? Cum igitur uideris & filium à dextris habentem cathedram, non ministrantis dignitatem quandam putes, sed habentis authoritatem dominicam. Idcirco & Paulus cum utraque sciret, quòd adstare ministrantium sit, sedere autem imperantium & præsidentium: Vide quomodo hæc Heb.1.c.
separat, dicens: Angelis quidem suis, inquit, Qui fa- &

Gcit angelos suos spūs, & ministros suos flāmā ignis.
Ps. 103. a et Ps. 44. b. Filio autē: Thronus tuus deus in seculū seculi. Itaq; cū sermo noster omnino probauit, filii dignitatem nō seruilem, sed herilem esse, adoremus quoq; & dominū ipsum patri honore coæqualem: sic & ipse præcepit cū dixit, ut oēs uenerentur filium, sicut uenerātur patrem. Coniungamus item rectitudini dogmatum diligentiam uitæ & operū, ut ne dimidiatim quæ ad nostram salutem spectent, curentur. Iā uitæ diligentiam & puritatē, nihil sic efficit & corrigit, ut cōtinua in templis conuersatio, & alacre ad audiēdum uerbū dei studium. Quod.n.corpori est cibus, Ioan. 5 d
Deu. 8. a hoc animæ diuinorum eloquiorum doctrina. Non enim in solo pane uiuit homo, sed & in omni uerbo qd procedit per os dei. Hinc in & famē inducere solet, ut huic mensæ non cōmunicetur, & audi de hoc interminātem, & famem hanc in ordine suppliciorū, & pœnarum intentantem. Dabo enim, eis, inquit, nō
Am. 8. d famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermonē domini. Quomodo igitur non absurdum pro corporali fame repellenda facere & attētare om
H nia, animæ autem famem spontè quærere? quanuis multò grauior sit, quantò.s.grauius est & damnum. Oro & supplico, ne tam malè nobis cōsulamus: sed præferatur hoc studium occupationibus & curis omnibus. Quid enim tantum lucrari potes, quantum damni facis & tubūpsi, & toti domui, si conuentum & synaxin relinquis? Quāuis & integrum thesaurum auro refertum inuenias, & propter illum domi detinearis: maius tamen detrimentum quàm lucrum facies, & tantò maius, quantò sensibilibus spūalia sunt meliora. Nā licèt illa multa sint, & undiquaquè affluant: non tamen hinc tecum commigrabunt ad uitam futuram, neque simul nobiscum in cœlos trāsferentur, neq; adstabunt apud terribile tribunal: sed fæpe & ante mortem nos destituentia dilabuntur: qd si ad finem usq; manserint, necessario tamen sub ipsum finem tolluntur. Spiritualis autē thesaurus possessio est, quę auferri nequit, & ubiq; comes est, sequiturq; peregrè euntes, multum fiduciæ apud tribunal Christi nobis tribuens. Quòd si ex aliis conuentibus multum lucri consequimur, certè ab his qui hic celebrantur, duplex lucrū expectare licet. Non enim hūc
I fructū solū capimus, quòd animam diuinis eloquiis rigamus, sed & qd hostes confundimus & dispergimus, fratribus nostris magno solatio existentes. Nostræ huius aciei, & ordinis lucrum est laborare, utiq; periculosam partē in exercitu tenemus. Et propterea omnes huc confluere oportebat, & hostes qui nos adoriuntur repellere. Esto nequeas lōgum sermonē producere, nec habeas docēdi gratiam, adsis solū, & totum perfeciſti. Nōne qui ad hęc uestibula ascēdit, uidens paucos, alacritatem suā remittit, abiicit, torpescit, factusq; segnior inde recedit, fitq; sic omnis multitudo hæc paulatim dissolutior & ignauior? Sin uideris cōcurrere undiquaq;, magnoq; studio, nónne etiam si ualde ignauus sis, alacrior redderis? Nā si lapis sæpe ad lapidem concussus scintillas exilire facit, tametsi nihil sit frigidius lapide, nihilq; igne calidius: attamen concussio, uicta natura, ignem elicit. Quod cùm in lapillis contingit, multò magis idem fit & in animabus quæ mutuum atteruntur, & ignis spūs cōcalescūt. Non audistis, quòd apud maiores nostros tantū cētum & uiginti erat totus fidelium numerus, immo ante illos centum & uiginti, duodecim tantū erant, & neq; hi manserunt omnes, sed unus ex K
eis Iudas periit? & erant undecim omnes, attamen ex undecim illis sancti sunt centum & uiginti, & ex centum & uiginti tria millia, & deinde quinq; millia, de- Acto. 4. d
nique omnem orbem terrarum impleuerunt sciētia dei: non tunc conuētus tenuiores fiebāt, sed simul in tēplo conuersabantur, precibus & lectionibus intenti: & ppea magnum ignem incenderunt, propterea nunquam diffluxerunt, sed totum attraxerunt orbē. Hos & nos quoque imitemur. Quomodo enim nō absurdum, quòd non tanta cura ecclesiæ habetur, quantam uicinis suis mulieres exhibent? Ille cùm uiderint uirginem aliquam pauperem, & omni destitutam præsidio, officiosē sua afferunt, & magnam quis ibi uidet frequentiam, dū uirgo desponsatur: & aliæ quidem offerunt pecunias, aliæ corpore præsentes sunt, quod etiam ipsum nō est parum. Nam hisce studiis, existimantur humanæ & pacificæ, cōtegiturq; illarum pauptas. Facite hoc & uos in hac ecclesia, cōcurramus omnes undiquaq;, & eius contegamus inopiam, immo soluamus eius pauptatē, cotinuò hìc Ephe. 5. f
L
præsentes. Caput mulieris uir est, mulier, uiri adiutrix. Ne igitur caput absque corpore uiam ad hæc sancta arripiat, neq; corpus absq; capite, sed integer huc ingrediatur homo. Habete & pueros uobiscum. Nam si iucundum est uidere arborem, q̄ habet nouā plantam è radice sua exurgentem: multò magis iucundū est uidere hominē omni olea amœniorem à radice sua filium habere adstantem, quasi nouam plātam. Non iucundū autem hoc solùm, sed & utile. Etenim quod dixi, si congregati fuerimus, maius lucrū erit. Enimuero & agricolā tunc maximè admiramur, nō quando agrū colit antea bene cultum: sed si loca nō seminata & inarata, digna cura excoluerit. Sic & Paulus faciebat studiosus maiore studio euāgelizās, ubi Christus non erat nominatus. Illum & nos ad decorem ecclesiæ, utilitatémq; nostrā imitemur, quotidie ad hanc congregationem confluentes. Nā si cōcupiscentia flagras, poteris eā facilè restinguere tantum uisa hac domo, etsi irascaris facilè bestiā domabisi rā inquā: etsi alia quapiā affectione impeteris, tēpestatem eā facilè sedabis, reddesq; pacem & serenitatem animæ tuæ. Qua nos frui concedat dominus noster M
Iesus Christus, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria nunc, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CRYSOST.
aduersus hæreticos sermo. *Chrysaconion.*

Est lapis quidā, quem chrysaconion uocant, e quo probatur aurum adulterinū & nothū, si illi atteratur, ostenditurq; purum & immixtum, incorruptumq; nomisma. Hunc indicem ego fidelissimorū hominū cor dixerim. Nam ut qui de fide ratiōes orthodoxorum & aduersariorū accipiūt, & in gnomone cordis quasi atterunt & probāt, inueniunt fidē orthodoxorum synceram & puram, prauamq; aliud setientium opinionē, & fidem esse adulterinā. Verùm ne uidear à scripturis aberrare tali parabola utēs, audi Apostolum nos admonētē & cōsulētem: Estote probi numularij, & quia eloqa domini auro ignito & probato conferuntur, Dauid inquit: Eloquia domini casta, argentum ignitū probatum terræ. Esaias quoq; cùm cōsideraſſet apud Iudæos diuinæ legis eloquiū uitiatum sicut argentū, & diuinā doctrinā humanę malitię lenocinio adulteratā dicit eis: Argentū uestrum reprobum, caupones Psal. 11. b
Esa. 1. f

A uestri miscent uinum aqua. Proinde dilecti, cùm in prōptu habeatis & uos gnomonē & indicem cordis, cū nostras tum aduersariorum rationes accipite, nihil ad cuiusq; gratiam facientes, sed in ueritate ambulantes: & quorum rationes solidas probaueritis, eas in cordibus uestris sortiter seruate. Hæc autem dico non omnibus, sed his qui adhuc in fide claudicant & hæsitant. Nam qui stabiles & immutabiles in fide, anchoram confessionis triplici funiculo unitam, in profundum mentis suæ proiecerunt, etiam absq; his, in-
Ephe. 6. b concussam & immotā cordis sui scapham in fide custodiunt. Nunc non est nobis certamen aduersus sanguinem & carnem, sed contra principatus, contra potestates, contra mundi dominos, rectores tenebratū harū, contra spirituales uersutias in cœlestibus. A qui
B° excitati hostes fidei, blasphemos sermones ex gutture quasi sagittas è pharetra deprōptos, in sublime deitatis iaculantur. Et uide dilecte hæreticorum alia lingua loquentium aciem. Armatum est.n. cor eorū, quasi exercitus impiorum, contraq; deum pugnantium. Acuta est lingua eorum gentilū impietate, qua
B si serpentis. Fulget eorū sermo quasi honestus & aduersarius impietati spiritus: sed coinquinati sunt eorum mores, immanisq; illorū iniquitas est in deū. Habent arcū extentum, os inquam, quod porta carens, non clauditur. Habēt quoq; sagittas, iacula uerborū inquam contra ueritatem stridēria, quæ à mente eorum prodeunt, & simpliciorum animas & cōscientias uulnerāt. Propterea patres, & fratres precemur, ut dominus animæ nostræ manus contra aciem aduersariorum erudiat, & mentis nostrę digitos ad prælia ser-
Ps. 143. a monum instruat, ut & nos dicamus psalmū qui dudū decantatus est: Benedictus dominus, q docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Mi-
Arius. sericordia mea & refugium meum. Igitur primus ad bellum uocetur Arius. Nunq̄. n. ille pacificus esse potest dilectis: id quod ex nomine eius coniectari potest.
Arrianus. Ares.n. quo nomine exteri utuntur, bellum interpretamur. Mittant tela sua à diabolo fabricata. Non.n. timeo talia obtusa, ualdeq; inualida iacula. Veniat &
Marathonius Marathonius qui figura quidem ab Ario differre uidetur, re autem ipsa idem quod ille sentit. Nam cùm
C & illum uideris paris blasphemiæ sermones aduersus spiritum sanctum sagittare, disces quo duæ gentes diuersis linguis, figura tantùm distinctæ, re autem unitæ aduersus nos certent. Eunomij memoriam prætereo. Etenim si tanq̄ Dauid Goliathem principem impietatis illius subuerterimus, uniuersa castra simul fugabuntur: at quia nobis quoq; telis opus est, non deerunt ea. Habemus.n. tela diuina à spiritu sancto fabricata, quibus & flagitiosa opera interimuntur, & hominum animæ eruduntur. Quales hæ sagittæ? Sagittę potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. A
Ps. 119. a quibus eruditus clamabat: Domine ne in furore tuo
Iob. 37. a arguas me, neq; in ira tua corripias me: quoniā sagittę tuæ infixæ sunt mihi. Sed missum factis multis sagittis, dilecti, unica sagitta utemur, qua ois hæreticorum & Iudæorum, & Gētium phalanx prosternitur.
Ps. 44. a Qua sagitta? Sagitta ipsa loquitur in Esaia: Posuit me ut sagittā electā, & in pharetra sua occultauit me. Sagitta electa, uerbū dei est ante secula ex patre natum. Nā occultauit in pharetra corpis, dignitatē deitatis, à dracone. Aperi Ari sepulchrū gutturis tui impletum mortuis sermonibus. Non.n. habes uerbum illud uiuificū, qui tuis rōnibus factum illud & creatum fabri
D cas. At ille statim cùm accersitur, à scripturis dicendi facit initiū. Verū tu ut fidelis, ne timueris eum, cùm uideris ipsum ex scripturis loquentem. Nam & diabolus cū accederet Christum, & tentaret eum p scripturas locutus est cum eo dicens: Si filius dei es, mitte te Mat. 4. a
ipsum è supernis deorsum: scriptum est.n. Quia angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in oibus uijs Psal. 90. c
tuis, & in manibus portabunt te. Cætera autem quæ sequuntur, obticuit. Sciebat.n. quòd aduersum se dicta erant. Qualia hæc? Sup aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonē & draconem. Et attende diligenter dilecte quia ex eadē arte profectum est qd diabolus dixit, & quod sui, qui filij dei creaturam & factūram dicunt. Degustauit scripturam diabolus. Apiat os & Arius, ac dicat. Et inuenies etiam eum à capite exordiri, & cætera tacere, ut ne arguatur. Nam quid dicit? Dominus, inqt, in euāgelio, dicit, Descendi Ioan. 6. d
è cœlo, ut non faciā uoluntatem meam, sed uoluntatē eius qui misit me patris. Vides, inquit, quòd est minister patris? Vides qūo ei subditus sit? Ipse fatetur, & dicit: Descendi de cœlo, ut non faciam uoluntatem
E meam, sed eius qui misit me patris. O Ari, quid obtices? dic & sequentia. Imitaris diabolum præceptorem tuum, si cubi causæ tuæ seruit. Quanuis autem tu taceas, ego tamen clamabo cum euāgelio, nō furabor tecum diuina eloquia & uerba domini: timeo.n. iudicium dicentis: Nam tametsi uideres furem, currebas Psa. 49. a
cū eo, & cum adultero ponebas portionem tuā. Descendi de cœlo, non ut faciā uoluntatem meam, sed uoluntatē eius qui misit me patris. Dic & quæ sequūtur: Hæc est autem uoluntas patris, ut credāt in eum quem ille misit. Quid ergo pugnas? Cur non subijcis ceruicem cordis tui iugo seruitutis? sed incomposite oberrans, peruerso sulco pietatis aras. Iam iterum à scripturis inquirit, non ut ueneretur Christum, sed ut filium dei uituperet: non ut exaltet, sed ut minorem faciat, quanuis eloquium dicat, Exaltate dominum Ibi. 98. a
deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est. Et iubemur adorare scabellum pedum eius. Macedonius autem spiritum sanctum, qui ex patre ineffabiliter procedit, adorare nolebat. Verùm nobis nunc aduersus Arium sermo est. Et quō
F inquit, si habuit eundem honorem cum patre filius, gloriam à patre quærit? Dicit.n. ad patrem: Glorifica Ioan. 17. a
me pater gloria, quam habui apud te anteq̄ hic mundus esset. Nondum intellexisti, ò Ari, sacramentum, quod est in Christo: nec mirum, spiritu.n. cares qui te inducat in ueritatem: nondum capis, quòd non pro semetipso hoc dicit, sed pro Adam, quem & acceperat. Nam sicut aduocatus à malefactore instructus, ad tribunal accedit, & personam gerit eius cui patrocinatur, & omnia crimina eius q̄ iudicatur, in se assumit, & quasi pro seipso apud iudicem causam agit, ta metsi criminum minimè reus sit: eum in modum & Esa. 53. c
dominus noster Iesus Christus uenit è cœlis impec- Ibidem. b
cabilis. Peccatum enim non fecit. Induit me Adam, assumpsit in se mea crimina. Ipse enim peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Induit me Adæ personam, & pro me intercedit. Glorifica me pater, inquit, gloria, quam habui antequam hic mundus esset. Qui factus sum Adam, eram in incorruptibilitate æqualem cum angelis mensam sortitus eram, indefi-
cientem mihi cibum paradisus quotidie producebat, spiritus sancti gratiam & gloriam in facie ferebam, hanc per meam transgressionem amisi: nunc oro,

G glorifica me pater gloria, quam habui ante te, anteq̃ hic mundus esset. Eapropter supnè respondet pater, dicens: Et glorificaui tunc in paradiso, & iterũ glorifi cabo. Nam in eandem paradisi gloriam, & delicias te iterum collocabo. Quòd autem cũ hæc diceret filius
Ioan.10. f dei, habuerit gloriam patri æqualem, testatur ipse cũ
Ibi.14. b dicit: Ego & pater unum sumus: &, Qui uidet me, ui-
Ibid. 1. b det & patrem meum. Et Ioan. clamat, dicẽs: Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti à patre, plenũ gratia & ueritate. Verũ iterum curiosè inquirit & profert tela inæqualia & imbellia. Apud fideles. n. tela ista obtusa
Psa.63. b sunt & inutilia, sicut scriptum est: Sagittæ paruulorũ factæ sunt plagæ eorum. Si ante secula, inquit, regnauit filius dei: quare ipse ergo in Psalmis dicit, Ego au-
Ibid. 2. b tem constitutus sum rex ab eo? quod temporis signi ficatiuum est. Ne confusionẽ facito Ari, da carni passiones, & deitati diuinas dignitates. Nam quod dicit, Ego autem constitutus sum rex ab eo: non secũdum deitatem dicit, sed secundum formam serui, quæ in tpe genita ac i genealogia recẽsetur. Quippe diuinita tis illius genealogiam ne angeli quidem dicerent, hu-
H manitatis autem & euangelistæ narrant, dicentes: Li-
Matt.1.a ber generationis Iesu Christi. Et quòd ante secula regnauerit deus uerbum, audi prophetam iterum clamantem: Deus aũt noster rex ante secula Arius non-
Psal.73.c dum audiens quę sequuntur, statim audaci ore dicit, de patre hæc dicta sunt. At tu audi q̃ sequuntur. Non enim de patre dicuntur, sed de filio: & declarat id qd sequitur. Deus aũt noster rex, ante secula: operatus est, inquit, salutem in medio terræ. Quis ille? an non oino ille, q trophæũ crucis statuit. & mortem soluit, diabolũ ligauit, & hoiem seruauit? Sed profectò ait:
Ibi.109.a Recentem habet thronum. Dicit. n. ad ipsum pater: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sca bellum pedum tuorum. Ecce quod dicit, Sede: tpis est indicatiui. Atqui ignorant, quòd etiam hic simili-ter loquitur ei, qui è virgine natus est. Nã quòd deus sermo ante secula cum patre fuerit regnans, & sedem
Ps 44. b & Heb. 1 c habens, indicat Psaltes, & post eum Paulus: Thronus tuus deus in seculum seculi: uirga directionis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: pro pterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ con-
I sortibus tuis. Præ consortibus. n. eius unxit Iesum spi-
Colo 2.d ritu sancto. In ipso. n. erat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nos autẽ omnes de plenitudine eius
Ioan.1. b accipimus, sicut dicit Ioãnes, De plenitudine eius om nes nos accepimus. Ita quoq; & Apostolus dicit: Par
Heb.3.c ticipes eius sumus, si confessionis primitias ad finem usq; solidas seruauerimus. Mox autem occurrit & Ma
Marathonius. rathonius. Et qualia ille contra spiritum sanctum tela iaculatur! Profecto, inquit, bene dicis orthodoxe, Pater thronum habet, & sedet. Dicimus. n. quòd habet thronum decentem & dignum deo, non corporalẽ,
Psa.46.b sed sicut scriptum est: Deus sedet super thronum sanctitatis suę: habet etiã filius thronum, Thronus tuus, inquit, deus in seculum seculi. At ubi spiritus habet thronum, uel considet patri & filio? O aduersarie dei maxime: non oportebat. n. te de spiritu dei ambigere, quod sedeat, & habeat thronum sicut pater & filius. Quandoquidem & de patre, & filio, & spiritu sancto dicere licet, quòd sedeant, ut dicimus. Ita. n. scriptum est, alioqui diuinitas loco non continetur, sed ubiq; est. Quò. n. ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiã?
Ibi.138.b Thronum dei scriptura dicit regiam dignitatem. Iam si apostoli cathedras habent, ut dicit: Vos sedebitis K super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel: Spiritus sanctus ne throno daret? Sed quòd *Mat.19.d* spiritus sanctus thronum habeat, ut & hoc uos discatis, ostendimus quòd & dominus sit, & Sabaoth dicitur. Dicat igitur Esaias, qui & te & me maior. Vidi *Esa.6.a* dominum sabaoth sedentem super thronum sublimem & eleuatũ: quia plena erat domus gloria eius. Et Seraphim in circuitu adstabant, sex pennæ uni, & sex pennæ alteri: & reliqua. Et dixit dominus ad me, Quem uiderat dominũ sedentem super thronũ excel sum & eleuatũ, ille dicebat ei: Quem mittam? & quis *Ibidem.c* ibit ad pplm istum Iudæorum, ac dicet: Auribus audietis, & non intelligetis: & uidẽtes uidebitis, & nõ pspicietis? Venit Paulus post multos annos, ut diceret prophetiã illam, uenit, mittitur Romam à spiritu sancto, congregat Iudæorum gẽtem p omne sabbatum docẽs: & cũ non audiretur ab eis, memoriam huius scripturæ fecit sic inquiens Iudæis: Bene dicit spiritus *Act.ult.f* sanctus p Esaiam prophetã: Auribus audietis, & non intelligetis: & uidẽtes uidebitis, & non pspicietis: Itaq; quia ostendimus regiam dignitatem & diuinitatem spiritus, nos cathedra exurgẽtes, uno ore, & uno cor-
L de glorificemus patrem & filium, & spiritum sanctũ, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, ADVERSVS IVDAEOS ORATIO PRIMA.

Des. Erasmo Roterodamo interprete. aute Dominato

RVrsus infelices illi, mortaliumq; omnium miserrimi Iudæi ieiuna turi sunt, rursus Christi gregem muniamus necesse est. Quando- *Simile.*
quidem & pastores, quandiu no xia bestia molesta non est, sub dio licem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oues liberè pro suo arbitratu pascere. Verùm simul atq; senserint alicunde luporũ incursionem imminere, mox abiecta fistula, fundam M
arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant se, proq; septis consistentes magno emisso iubilo, ingentiq; ululatu uociferantes, frequenter ipso *Ἀναλύ γιον.*
clamore feram priusquam irrumpat, abigunt: Itidem & nos facimus. Superioribus. n. diebus in scriptura, uelut in prato ludentes choreasq; ducentes, nihil in enarratione attigimus cõtentiosi sermonis: eò quòd nullus esset, qui nobis obturbaret, aut molestus esset. *ἐφιάλτου.*
Cæterùm quoniam hodie lupis omnibus sæuiores Iudæi, oues nobis circumuallaturi sunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, nequid nobis ereptũ cedat in prædam ferarum. Ne uerò mirum uobis ui *Simile.*
deatur, si cum ieiunium illud post decem & eo amplius dies uenturum sit, nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas uestras. Quandoquidem & inter agricolas qui uigilantes & industrij sunt, cum habent uicinum torrentem, qui uexat lædit q; se *In tempore occurrendũ periculis.*
getem, non cũ suo tpe torrens inundat uidelicet hye me, sed tps illud præuertentes & ripas obsepiunt, & aggeres erigunt, & fossas agunt, denicq; modis omnibus sese pparant aduersus torrentis futuram uiolentiam: dum. n. tranquillus est & stagnãs, atq; angustus

A facilè est illi admoliri manus: uerũ posteaquàm increuit, multoq; aquarũ impetu fertur uiolentus, nõ perinde facilè est exundãtibus obsistere. Eoq; multo antè tempore præueniunt illius irruptionẽ, undiquaq; *Similia.*
præparãtes quicquid agros possit tutos reddere. Eundem ad modũ & milites, & nautæ, & agricolę, & messores facere cõsueuerũt. Siquidem & milites priusquã ueniat pugnandi tẽpus, & thoracem abstergũt, & scutum siquid desit circunspiciunt, & frænos apparãt, & equos omni diligentia nutriũt, cæteraq; omnia rectè diligenterq; curant. Similiter & nautæ priusquàm nauim in portũ detrahãt: & clauum apparant, & instau rant latera, & remos dolant, & uela consarcinant, denicq; quicquid præterea ad totius nauis armaturã pertinet, diligenter accurrant. Quin & messores cõsimili modo multis antè diebus, & falces acuunt, & aream præparant, boues itẽ & currum, breuiter quicquid ip fis ad messem ac trituram cõducibile iudicãt. Immo uideas oẽs homines siquid rerum agẽdũ est, prius ad eas apparatũ facere, ut cũ aduenerit rei gerendæ tem pus, facilè cõficiant quod est opus. Hos igitur & nos
B *Ieiunia Iudæorũ impia.* imitantes multis antè diebus præmunimus animas uestras, exhortantes uos ut impiũ hoc Iudæorum & sceleratum ieiuniũ fugiatis. Neq; enim ita dixeris, ieiunant: quin potius illud mihi ostendito, eos ex dei sen tentia ieiunare. Quod ni id fiet, quauis ebrietate scelę ratius est ieiuniũ. Neq; enim solũ considerandum est quid ab istis fiat, uerũ illud etiam obseruãdum, quã ob causam faciant. Etenim quod fit iuxta dei uolun tatem, quãuis uideatur improbum esse, tamen omni-
Bonũ opus animo æstimatur. no deo gratũ est & acceptum. Cõtrà, quod fit præter dei uoluntatem, ac secus q̃ ille uult fieri, quanquã exi stimatur acceptum deo, tamen est omnium pessimũ & iniquissimũ. Etiamsi quis occidat hominẽ ita uolẽ te deo, quauis humanitate melius est hoc homicidiũ. Rursus siquis parcat, & humanitatis officium collocarit in quempiam, præter dei sniam, quauis cædę sce leratior est ista sanguinis parsimonia. Non enim ipsa eorum quæ fiunt natura, sed dei uoluntas ac decretũ
3.Re.20. f 2 efficit, ut eadem uel bona sint uel mala. Vt aũt intelli gas hoc esse uerum, Achaab cum aliquando regem quædam Syrorũ cepisset, contra dei uoluntatem de-
C dit illi uitam, & assessu dignatus est, denicq; multa cũ honorificentia dimisit. Mox propheta quispiam acce dens dixit ad sibi proximum, in nomine domini per cute me, ille uerò noluit eũ percutere. Dixit igitur ad illum: Eò quòd non audisti uocem domini, ecce tu fugies à me, & percutiet te leo. Discessit ab illo, reperit eum leo & percussit. Ac mox propheta reperit alium hominem, cui dixit: Percute iam me. Et percussit eũ homo ille, uulnerauitq; eum, ac propheta sibi obliga uit faciem. Quid hoc absurdius fieri possit? Qui per-cussit prophetam, euasit incolumis: qui pepercit, dedit pœnas: nimirum ut intelligeres in iussis diuinis nõ oportere curiosum esse, examinare q; rerũ quæ præci-piũtur naurtam, sed nihil aliud q̃ obtẽperare. Etenim ne prior ille ueritus parceret prophetæ, non dixit illi simpliciter, percute me, sed addidit, in uerbo domini: hoc est, deus præcepit, ne quære ulterius. Rex est qui hanc præscribit legem. Reuerere iubentis authorita-tem, summaq; cũ animi promptitudine obtempera. At id facere non sustinuit, eoq; pœnas dedit grauissi-mas, suo exemplo secuturos adhortans, ut quicquid præceperit deus, per omnia obtemperarẽt, moremq; gererent in posterum. Vbi posterior ille percussisset eum & uulnerasset, propheta sibi caput obuinxit lo- D
ro, & oculos obtexit, denicq; in eam speciem sese trans formauit, ut à nemine posset agnosci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & sniam in eum laturus de salute regis Syriæ. Is igitur cũ, ut erat impius, semper odium gessisset aduersus prophetas, ne conspectum ipsum & agnitum ab oculis suis sub-moueret, eoq; facto non reciperet correctionẽ, uelat propheta simul & faciem suã & negotij narrationẽ, ut & ipsi contingeret potestas dicendi quæ uolebat, & regis confessionem extorqueret. Etenim cum rex præteriret clamore cõpellans eum dixit: Seruus tuus *3.Re.20. g* egressus est ad exercitum ut præliaretur, & ecce uir q-dam adduxit ad me uirum, dixitq; Serua mihi hunc, quòd si elapsus euaserit, erit anima tua pro anima illius, aut dependes argenti talentum. Et accidit dum seruus tuus circunspiceret huc & illuc, & ecce uir non comparebat. Et dixit illi rex Israel: Ecce iudex tu apud *Sententia sua damnatus.* me, occidisti. Et illico propheta detraxit uelamen ab oculis suis, & agnouit illũ rex Israel, quòd esset unus ex filijs prophetarum. Dixitq; ad illum: Hæc dicit do-minus, eò quòd dimisisti uirum exitio dignum è ma E nu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus popu-lus pro populo illius. Vides quòd nõ solùm deus, sed & homines simili modo iudicant, nõ respicientes ad eorum quæ fiunt naturam, sed ad finẽ potius & cau-sas ob quas fiunt. Ecce, inquit, etiam ipse rex, tu iudex apud me qui occideris: homicida es, inquit, eò quòd hostem dimiseris: ob hoc enim propheta uelum ad-diderat, & uelut in aliena causa sniam elicuit, ut rex quod uerũ & rectum erat pronunciaret: quod & ac-cidit. Etenim posteaquã rex seipsum sua snia cõdem-nasset, detracto uelo, dixit propheta: Quoniam tu di misisti uirum exitio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo il-lius. Vides quas pro humanitate pœnas luerit rex, proq; intẽpestiua sanguinis parsimonia quo affectus *Phinees ob homicidium sacerdotio honoratus.* sit supplicio? Et hic quidem qui seruauit, punitur: al-ter uerò, qui occidit, comprobatus est. Igitur & Phi-nees, qui eodem temporis articulo, duplex perpetra-uit homicidium, uirumq; simul cum muliere sustulit, sacerdotio honoratur, adeò non inquinauit manum F sanguine, uerùm etiam puriorem reddidit. Proinde cum uideris eum qui prophetam percusit esse seruatum, eum uerò qui non percusit extinctum, & illum qui pepercerat dare pœnas, rursus eum qui non pe-percit approbatum: semper apud te potior sit ratio, quid deus præcipiat, quàm quæ sit negotiorum na-tura. Quòd siquid compereris illo comprobante ge ri, illud solum amplectere. Atque hac utentes regula, & ieiunium hoc Iudæorum expendamus. Etenim ni id fecerimus, sed actiones nudas per se tantùm in me dium prolatas consideremus, ingens erit confusio, magnaq; iudicij perturbatio. Nam prædonibus ra-duntur latera, & monimentotum perfossoribus, ma-leficisque: uerùm idempatiuntur & martyres. Facta *Causa facit martyrem.* quidem sunt eadem, cæterum animus & causa cur hæc fiant, non est eadem, eoque plurimum est discri-minis inter hos & illos. Quemadmodum igitur in il-lis non tormentum tantùm expendimus, sed prius animum, & causam ob quam cruciatus inferuntur, consideramus: & ob id martyres amamus, nõ quòd cruciantur, sed quòd ob Christum cruciatus ferunt. Contrà, latrones detestamur, non quia puniun-tur, sed quòd ob malè facta puniuntur. Ad consimi-

Glem regulam & in hoc negotio Iudęorum, rationem eorũ quæ fiunt subducito. Quòd si uideris illos amore dei ieiunantes, amplectere quod fit. At si perspexeris illos hoc præter diuinam uoluntatẽ facientes, magis eos detestare, maioreq; odio prosequere q̃ ebrios, q̃ temulentię & comessationibus indulgentes. In hoc autem ieiunio non satis est causam inquirere, sed & locus & tempus consideranda sunt. Verũ priusquam moneamus aciem aduersus Iudæos, lubens orationem uerterim ad eos qui sunt nostri corporis membra, ac nostri quidẽ ordinis esse uidentur: cęterũ illorum cultum sequuntur: quandoquidẽ horum causa totum hoc quicquid est laboris suscepi, atq; hac quidem ex parte dignos esse uideo grauiore condemnatione, q̃ Iudæos uniuersos. Id esse uerũ non modò sapientes & cordati, uerũ etiam quicũq; uel paulum hàbent mentis ac rationis mecum fatebũtur. Nec enim opus est argumentis arte excogitatis, nec artificiosa probatione, nec prolixis sermonũ ambagib⁹ ad hoc demonstrandum, cum satis sit illos simplici percõtatione interrogatos, ex ipsa responsione capere. Quid igitur? Percontabimur istorum quenq;, qui in hiscerebus insaniũt, Christianus es? Quam igitur ob causam molestus es ecclesiæ? Qui Persa est, nõne quæ Persarum sunt curat? Barbarus, nõne Barbarorũ ritus ęmulatur? Qui habitat in ditione Romanorum nõne uesti is⁊ utitur legibus? Agẽ dic mihi, nõnne si quis horũ qui apud uos uiuunt, cum illis sentire fuerit deprehẽsus: inauditus, citraq; examinationẽ punitur, etiamsi multa habeat, quibus causam suam possit defendere? Et si quis apud istos extiterit, qui Romanis utatur institutis, nõne rursus idem perpetietur? Quomodo igitur tu qui ad impium illud uitæ institutum defecisti, audes sperare salutem? Neq; enim exiguum interuallum est inter nos & Iudæos, neq; de rebus leuibus aut uulgaribus inter nos est controuersia, ne tu unũ & idem esse credas nostrum & illorum institutum, ac non miscenda misceas. Illi crucifixerunt Christum, tu crucifixum adoras. Vides quantum interest? Qui fit igitur, ut ad illos qui Christum occiderũt curras, profitens te adorare crucifixum? Neque uerò ipse legem hanc fero, qua illos criminer, nec hanc accusationis formam inueni. An non scriptura simili modo accusat illos? Audi igitur quid dicat Hieremias aduersus eosdem illos: Abite in Cedar & uidete, emittite ad insulas Chettin, & iudicate, num talia facta sint. Quę nam ista? An gentes mutent deos suos, & isti nõ sunt dij. Vos autem mutastis gloriam uestram, in eam ex qua nihil utilitatis capietis. Porrò quod dicit, huiusmodi est: Illi, inquit, cum uenerentur simulacra, colantq; dæmones & adorent, tam constant in errore, ut ne uelint quidem illa relinquere, & ad ueritatẽ conuerti. Vos autem qui uerũ adoratis deum, relicta maiorum religione ultrò ad aliena defecistis, neque tantum religiosæ mentis præstatis in ueritate, quantum illi præstant in suo errore. Proinde dicit: Si istiusmodi facta sunt, si mutarunt gentes deos suos, & isti non sunt dij: uos autem mutastis gloriam uestram, unde nullam capietis utilitatem. Non dixit, mutastis deum uestrum: deus enim non mutatur: sed, mutastis gloriam uestram. Neq; enim me læsistis, inquit, neq; ulla noxa ad me peruenit: uosmetipsos affecistis ignominia. Meam gloriam non imminuistis, sed uestram ipsorum. Concedite sanè mihi, ut hunc sermonem etiã ad nostros accõmodem, si tamen par est illos appellare nostros, qui cũ illis sentiunt. Abite in synagógas, & uidete num Iudæi mutaturi sint suũ ieiuniũ, num illi sub Pascha nobiscũ celebrarint ieiuniũ, num hunc diem unquã prętermiserint. Atqui hoc nõ est ieiuniũ, sed legis trãsgressio, sed error, sed peccatũ: attamen illi nunq̃ mutarunt, uos aũt mutastis gloriam uestrã, unde mihi utilitatis capietis, & ultrò ad illorũ ritus descisistis. Quãdo Paschę ieiuniũ celebrarunt illi? Quando martyrum festos dies nobiscũ egerunt? Quando diem Epiphaniorũ nobiscum cõiter celebrarunt? Illi non accurrunt ad ueritatẽ, & uos ad iniquitatẽ properatis? Iniquitatẽ aũt dico, quandoquidem ista fiũt non suo tpe. Erat olim tempus quo conueniebat ista seruare, iam uerò non est amplius. Eòque quod tum iuxta legem fiebat, nunc præter legẽ fit. Cõcedite mihi, ut illũd etiam Heliæ dicam aduersus eos. Cũ enim illé consp̃iceret Iudæos impiè uiuentes, & nunc quidem obtemperantes deo, nunc rursus idola colentes ad hunc loquitur modũ: Quousq; claudicatis utroq; poplite uestro? Si dominus est deus, uenite & sequimini eum. Idẽ & ipse loquor ad istos. Si Iudaismũ putatis uerũ esse, qua gratia obstrepitis ecclesiæ? Quod si Christianismus uerus est, sicut re uera est, in eo manete, & illũ sequamini. Particeps es nobiscũ mysterio rum: agẽ dic mihi, Christũ adoras, ab illo bona petis, & cum illius hostibus festũ celebras? Et quo tandem animo prodis in ecclesiam? Verũ hæc dixisse sufficiat ad illos qui prædicant se nobiscũ sentire, cũ quærant diuersa. Igitur & ad illos uolo dirigere sermonẽ. Concedite mihi ut liceat doctrinam hanc altius repetere, quò perspicuum fiat, Iudæos nunc ieiunantes legem ignominia afficere, deiq; præcepta cõculcare, semper ea facientes quæ illius placitis aduersantur. Etenim cũ illos uolebat ieiunare, tum incrassabãtur dilatabãturq;. Rursus ubi non uult eos ieiunare, mordicus tenent ieiunium, cũ uellet illos uictimas offerre, ad simulacra properabant. Cũ non uult illos celebrare festum diem, studio festũ diem agunt. Et ideo Stephanus dixit ad illos: Vos semper spiritui sancto resistitis. In hoc, inquit, solũ incubuistis, ut quæcunq; deus præceperit, iis cõtraria faciatis, quemadmodũ & nunc faciunt. Vnde id liquet? Nimirũ ex ipsa lege. Siquidẽ in ipsis ẽt festis Iudaicis, non tẽpus solũ, uerũ & locum obseruare iussit ipsa lex. Nã & de Pascha qđ erat apud ipsos dissérens, loquitur hunc in modũ: Non potestis celebrare Pascha, in ulla ciuitatũ earũ quas dominus deus dat uobis. Sed quemadmodum decimo quarto die primi mensis, ita Hierosolymis iubet illud peragi, similr & Pentecostẽ. Et hic loci simul & tẽporis obseruationẽ cõplexa est, dum post septẽ hebdomadas iubet hoc festũ celebrari rursum cũ addit: In loco quẽ elegerit dominus deus tuus: Sic & festũ scenopegię & ieiuniũ hoc instituit. Sed dispiciamus, utrum tandem horũ est magis necessarium, locus an tẽpus. Et si non sint hæc inter se paria, utrũ obseruandũ est, tẽpus neglecto loco, an neglecto tpe loci ratio tenẽda est. Qđ dico tale est: Præcepit dominus ut in primo mense & Hierosolymis celebraretur Pascha, uidelicet tpe pariter & loco præfinito. Ponamus igitur duos quospiã esse qui Pascha celebrent, quorũ alter præuaricetur locum, tẽpus obseruet: rursus alter obseruet quidem locum, sed transgrediatur tẽpus. Atq; is qui tẽpus obseruat neglecto loco, celebret Pascha in primo mẽse, sed alicubi procul extra Hierosolymam. Is uerò qui locũ obseruat neglecto tempore, Pascha celebret Hierosolymis,

Christiani Iudaizantes.

Cap. 2. c

Impij constantiores in malo, quã nos in bono.

Iudaica posteri.

Iudaei contra legem ieiunant.

solymis, non tamen primo mense, sed secundo. Deinde uideamus uter horũ duorum sit in crimine, uter probandus is ne qui neglecto tpe locum seruauit, an qui loco neglecto tempus seruauit. Etenim si is qui tẽpus neglexit, ut intra ciuitatem Pascha celebraret, uidetur approbandus: contrà, qui seruato tempore locum neglexit, uocandus est in crimen, & impietatis reus peragendus: nimirum liquet, quòd isti quoq; legẽ uiolant, loco non suo facientes qđ faciunt, etiamsi decies milies p̃dicent sese seruare tempus. Vnde igitur hoc nobis perspicuum est? Videlicet ab ipso Mose. Siquidem cum quidam essent celebraturi Pascha, adierunt Mosen dicentes: Nos impuri sumus super hominis aĩa, num omittemus offerre munus domino iuxta tempus suum, in medio filiorum Israel? Respondit illis Moses: State hic, & audiã quid p̃cepturus sit dominus de uobis. Et respõsum dedit dominus Mosi, dicens: Homo quicunq; fuerit inter uos impurus super hois anima, aut in longo itinere, aut in nationibus, faciet mense secundo. Quod autem dicit tale est: Quisquis, inquit, primo mense deprehensus fuerit in peregrinatione, ne faciat Pascha extra ciuitatem, sed mense secundo, ut uenire possit Hierosolymam, ac tempus negligat potius quam faciat extra ciuitatem. Ex hoc declarans, quòd obseruatio loci temporis obseruatione magis est necessaria. Quid igitur habent isti quod dicant, qui extra ciuitatem præscriptam faciũt Pascha? Nam post eaq; transgrediunt urid quod magis est necessarium, nihil illos excusare potest eius obseruatio, quod minoris est momenti. Igitur etiamsi decies millies uideantur seruare tempus, extrema legis transgresio est quod faciunt. Atq; id esse uerum, non hinc liquet tantũ, uerumetiam ex prophetis. Cum.n. constet illos nunq̃ sacrificasse, neq; canticum cecinisse in terra aliena, neq; istiusmodi ieiunium ieiunasse: quam ueniam promerẽtur isti? Attamen illi quidem expectantes reditum in ciuitatem suam, nihilo secius persistebant in lege parentes illi, quæq; lex præscribebat implentes. Hoc enim lex ipsa illis fore promiserat. Isti uerò hæc faciunt cum nullam habeant spem, fore ut pristinum uitæ statum recipiant. Non habent, inq̃, ullam spem: id ipsorum prophetarũ testimonio docere possumus, & tamen ne sic quidẽ possunt conquiescere. Iam ut maximè sperarent se ciuitatem recepturos, etiam tunc oportebat sanctos illos imitari, tũ à ieiunijs, tum à cęteris obseruationibus abstinentes. Quòd enim istiusmodi rerum nihil illi fecerint, audi quid rogantibus responderit. Cum.n. urgerent, compellerent, cogerentq; Barbari, ut uterentur organis suis, dicerentq;: Cantate nobis canticum domini: Illi qui pulchrè legis mentem tenebant, responderunt: Nõ decere ut ista facerẽt extra Hierosolymam: quo, inquiunt, cantabimus canticum domini in terra aliena? Rursus tres illi pueri, qui uersabantur in Babylone dicebant: Non est hoc tẽpore princeps, neq; propheta, neq; dux, non locus ut sacrificemus in conspectu tuo, & inueniamus misericordiam. At sanè multus erat ibi locus, cæterũ quoniam ibi templum nõ erat, abstinebant a sacrificijs. Iam uerò & ad alios per Zachariam loquitur dominus: Num ieiunium ieiunastis mihi per annos septuaginta? Sentiens de annis quos egerant in captiuitate. Quomodo ergo tu nunc ieiunas, dic mihi, cum tui maiores nec sacrificauerint, nec festa celebrauerint? Id ex eo palã est, quòd ne Pascha quidẽ ibi celebrarunt. Nam ubi nõ erat sacrificium, ibi ne festum quidem erat, eò quòd omne festum sacrificio tũ peragi oportebat. Quòd si pleniorẽ huius rei demõstrationem exhibere uelimus, audi qđ dicat Daniel: In diebus illis erã ego Daniel lugens, panẽ desiderabilẽ non comedi, & uinũ carnes q̃ non ingressę sunt in os meum, & unguento non ungebar in hebdomadibus illis. Et factum est in decimo quarto die primi mensis uidi uisionẽ. Hic mihi diligẽter auscultate. Ex his.n. perspicuum est, quòd tum Pascha non celebraueritis. Qui sic? Dicam. Per dies azymorum, id est, quibus abstinebant à fermẽtatis, ieiunare Iudæis phas non erat. Hic aũt dies uiginti unum, prorsus nõ attigit panẽ. Et unde hoc docetur, dicet aliquis? Eo quòd isti uiginti dies & unus inciderint i dies azymorũ. Id inde demonstratur, quòd dicit, quarto & uigesimo die primi mẽsis. At Paschæ festũ uigesimo primo die finiebatur. Nã incipiẽtes à decimo quarto die primi mẽsis, deinde diebus septẽ continuata celebritate ad uigesimũ primũ diem pueniebant. Attamen Daniel perseuerabat ieiunans etiam cũ prætereisset Pascha, tempus. Nam cum cepisset à tertio die primi mẽsis, ac deinde p dies uiginti unum continuasset, nimirum decimum quartum diem præterijt, & post hunc item alios decem ieiunauit. An nõ igitur isti exleges & impij, qui cum illi sancti uiri, in aliena terra nihil seruauerint eorum quæ lex præscribebat, tamen p contentionem & peruicaciam diuersa factitãt? Etenim si quilibet fuissent incogitantes parumq; circunspecti, q talia uel facerent, uel dicerent: forsitan incogitantiæ negligentiæq; tribueret aliquis, quòd ea non obseruauerunt. Iam cum fuerint amantes dei, cum pij, cum ij qui pro dei præceptis tradiderunt animas suas: conspicuum est, eos haudquaq; per negligentiam fecisse quod fecerunt, sed ab ipsa potius lege psuasos, quòd non oporteat quicquam talium cæremoniarũ extra Hierosolymam obseruare. Quin & aliud quidđ ex his pspicuè colligitur lõgè maximum, uidelicet quòd obseruationes sacrificiorũ, fabbatorũ, & nouiluniorum, deniq; similium rituum omnium ex superfluo additæ sunt tudaicæ uitę, ut neq; si seruentur, aliquid magni momenti cõferre possint ad uirtutem: neq; si prætermittantur, possint ex bono facere malum, aut pietatis studium, quod in animo situm est, aliqua ex parte imminuere. Illi igitur qui uitam angelorum nobis in terris ostẽderunt, cum harum rerum nihil omnino peregerint, non uictimam mactarint, non festũ diem obseruarint, non istiusmodi ieiunium susceperint: adeò tamen placuerunt deo, ut ipsam etiam naturam transcenderint, totoq; terrarum orbe superiores, meritis suis in dei cognitionem raperentur. Quid enim proferri queat quod cum Daniele conferatur? quid quod cum tribus pueris? quãdo quidẽ illi quod est præceptum in euangelijs maximũ, quodq; bonorum oium caput, ante proditum euangelium occuparunt, ipsis q̃ factis declararunt. Maiorẽ hac, inquit, charitatem nemo habet, q̃ si quis animã suam exponat pro amicis suis. Illi uerò animam suam exposuerunt pro nomine dei. Nec hac parte solùm admirandi sunt, uerumetiam ob hoc quòd id nullius mercedis gratia fecerunt. Ideoq; dicebant, Est deus in cœlo potens eripere nos: qui etiam si non eripiat, notum sit tibi rex nos non seruituros dijs tuis. Sufficit nobis illa merces, quòd propter deum morimur. Hæc præstiterunt, tamq; insignem uirtutem exhibuerunt, nihil eorum obseruantes quæ lex præscripserat. Ergo

Cap. 10. a

Ritus Iudaici non præstant uirtutem

Ioan. 15. b

Dani. 3. e

Cur deus præcepit abolẽda.

Q qua tandem,inquies,gratia deus ista præcepit,si non uolebat obseruari? Qua gratia tuam ciuitatem demolitus est? Nam alterũ è duobus illi faciendum erat si uoluisset illa manere:aut non debebat p̃cipere,ut ipsi uno tantùm in loco sacrificia fierent, cum uos per omnes mundi plagas esset dispersurus:aut si nolebat uos eò in loco sacrificare, non solum debebat uos per uniuersum orbem dissipare, uerumetiam solam illam ciuitatẽ desertam & inaccessam reddere,in qua sola uictimas iusserat immolare. Quid igitur? An secũ ipse,inquis, pugnat deus, qui uno in loco sacrificari iusserit, & rursus ab hoc ipso loco quem præscripsit, excludat? Nequaquam,immo magnopere sibi constat deus: neq.n. initiò sibi uolebat offerri sacrificia.

Esaiæ.1.c

En ipsum prophetam adduco testem, qui loquitur hunc in modum: Audite uerbum domini principes Sodomorum, attendite sermoni dei uestri populus Gomorrhæ. Non ad Sodomitas & Gomorrhæos uerba faciens hæc loquitur,sed ad Iudæos. Sic autem appellat illos deus,quòd imitantes illorum malitiam, sibi cognationẽ cum illis asciuissent. Similiter & canes illos appellat, & equos insanientes in fœminas. Non quòd illorũ esset transformata natura,sed quòd illorum animalium incontinentiam imitarentur. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Cæterũ qui Sodomis habitabant, nunq̃ uisi sunt immolare uictimas, sed ad Iudæos sermo dei dirigitur, ob causam quam diximus, Sodomorũ cognomina illis tribuens. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarũ dicit dominus? Plenus sum holocaustomatis arietum, & adipem ouium, & sanguinem hircorum ac taurorum nolo. Nequaquam ueniatis in cõspectum meum. Quis.n. exquisiuit hæc omnia de manibus uestris? Audisti clarissimam uocem dicentem,quòd in initio nõ postularit hæc de manibus uestris? Etenim si postulasset,similiter & priscos illos omnes,qui antehos floruerunt,p[ro]phetas ad hoc uitæ institutũ adegisset. Quo igitur,inquis,consilio hæc præcepit? Nimirum uestræ morem gerens infirmitati non aliter q̃ medicus,uidens hominem febricitãtem, morosum minimeq; sibi temperantem,si concupiscat frigidam bibere, ac ni accipiat periturum,ac planè futurum, ut uel ad laqueum fugiat, uel è sublimi se præcipitem det, dum studet maius excludere malum,permittit quod minus est, cupiens illum à uiolenta morte reuocare. Cõsimilem ad modum fecit & deus, quoniam uidit illos insaniẽtes, anxios, concupiscentes uictimarum oblationem, iamq; nisi acciperẽt quod desiderabant paratos ut ad idola se deflecterent, immo nõ solùm paratos,uerumetiam eò iam prolapsos,permisit immolationem uictimarũ. Atq; ut scias hanc fuisse causam,uel ex ipso tempore declaratur id quod dico. Siquidem post festum quod impijs dæmonibus celebrarent,tum demum p̃misit illis immolationes pecudum, tantũ non dicens: Insanitis & uultis immolare uictimas,quin igitur mihi potius immolatis? Quanq̃ ne hoc quidẽ ita p̃misit, ut perpetuò liceret, sed prudentissimo consilio quod p̃miserat,rursus eripuit. Et quemadmodum si medicus ille (nihil enim uetat eodem exemplo denuò uti) posteaq̃ indulsit appetitui laborantis, mox phiala è suis ædibus allata præscribat,ut ex hac sola bibat aquã: deinde psuaso ęgroto, clam ijs qui ministrant, præcipiat confringere phialã illam,ut eum clam nihilq; suspicantem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Itidem fecit deus permittendo sacrificia. Neque enim in ullo orbis loco permisit id fieri,nisi in unis Hierosolymis. Mox ubi per breue tp̃s sacrificassent, diruit ciuitatem:& quem admodum ille fracto uase,ita deus subuersa ciuitate, uel inuitos illos abducere uoluit à uictimis. Etenim si clarè palamq; dixisset,desistite:haudquaq̃ facilè abimmolandi insania destitissent. Nunc autem loci adẽpti necessitate, clanculum ac dissimulanter illos abduxit ab oblationum insania. Sit igitur medicus quidem ipse deus,phiala uerò ciuitas: sit ęgrotus ille,morosus Iudæorum populus. Deniq; frigida potio,sit uictimarum permissio cõcessioq;. Quemadmodũ igitur medicus fracto uase ægrotum cohibet ab intẽpestiuo frigidi potus appetitu: sic & deus,euersa ciuitate ipsa,adeoq; funditus diruta,ut oibus facta sit inaccessa,Iudæos à sacrificijs abduxit. Nã si non hoc agebat, cur religionem illam in unum locum conclusit, qui nusquam nõ est præsens,q̃ implet uniuersa? Cur cultum redegit ad uictimas,uictimas ad certum modum, modum ad tempus, tempus ad unam ciuitatẽ contraxit, ac rursus hanc ipsam ciuitatem subuertit? Adde quod mirum est & incredibile, totus terrarum orbis cõceditur Iudæis ad sacrificandũ, ubi phas nõ est sacrificare: solam Hierosolymam illis adire non licet,in qua sola licet immolare. An nõ igitur uehementer etiam tardis clarum p̃spicuumq; est,quam ob causam ea ciuitas fuerit subuersa? quemadmodum faber iactis fundamẽtis,erectis parietibus, cõcamerata testudine,ipsaq; cõcameratione in unũ lapidem in medio positũ connexa, si eum tollat,totam ædificij cõpagem soluerit. Similiter deus cum eam ciuitatem fecisset quasi nodum totius religionis Iudaicæ,ac mox eam subuerterit: nõne pariter & uniuersum eius ciuitatis statũ dissoluit? Verũ hactenus aduersus Iudæos pugnatum esto. Nam hodie solũ eminus in illos iacu lis uelitati sumus,tantũ locuti, quantùm satis erat ad depellendũ periculum à fratribus nostris,immo multò etiam amplius. Restat aũt illud necessariò,ut uos qui adestis adhortemur,ut multã solicitudinẽ habeatis pro membris uestris. Ne dixeritis,quid mea refert, cur autem ego rerum alienarum curiosus sim & solicitus? Dominus pp nos mortuus est, tu uerò ne sermonẽ quidem profers pro illo? Et quam inuenies ueniam,aut quam repies excusationem? Quomodo adChristi tribunal stabis cum fiducia,dic mihi tot animarũ exitium dissimulans? Vtinam mihi contingat, eò currẽtes uidere,nequaquam uobis opus esset, sed celerrimam adhiberem correctionem. Quoties frater est ad meliora reuocandus,etiãsi uitam oporteat impẽdere,ne ſerues. Imitare dominum tuum. Quòd si famulum habes,si uxorem,multa cum austeritate illos domi cõtineas. Etenim si non permittis illis,ut in theatrum eant,quantò magis à synagoga Iudæorum sunt arcendi? Maius est hic scelus q̃ illic. Quod illic fit,peccatum est: quod hic impietas. Hæc nõ ideo loquor,ut illos sinatis in theatrum ire, nam & isthuc malũ est: sed ut ab illis arcentes, & ab his multò magis prohibeatis. Age dic mihi,qd spectaturus eò curris,num homines tuba canẽtes? At oportuit domi sedentem gemitus ac lachrymas pro illis profundere, quòd rebellant præcepto dei,quod diabolum habẽt cũ ipsis choreas agentem. Nam,ut antè dixi,quod fit præter uoluntatem dei, etiamsi quando fuit permissum: postea uiolatio legis est,& innumerabilium supplicíorum materia. Tuba canebant Iudæi,tum cùm

K Hierosolymis licebat immolare.

L Hierosolyma quare subuersa.

Simile.

Fraterna salutis cura.

M

Tuba in ieiunijs Iudaicis

A habebant sacrificia: nunc uerò nõ est illis permissum idem facere. Proinde accipe iam qua de causa datæ sint illis tubę. Fac,inquit,tibi tubas ductiles argẽteas, moxq; cõmonstrans usum illarum subiicit: Et illis canite in holocaustomatis uestris. Vbi igitur est altare, ubi arca,ubi tabernaculum & sancta sanctorum,ubi sacerdos,ubi Cherubin gloriæ,ubi turibulum aureũ, ubi propiciatorium,ubi phiala,ubi pateræ libatoriæ, ubi ignis ille cœlitus demissus? Cum omnia amiseris,nihil aliud retines quàm tubas? Vides illos ludere uerius quàm sacrificare? Verùm quemadmodum illos culpamus quòd legem transgrediuntur: ita multò magis uos incusamus, quòd ad transgressores legis concurritis,nec illos tantũ qui eò concurrunt, uerumetiam eos quibus cum sit authoritas prohibẽdi suos,nolint tamẽ id facere. Ne mihi dixeris: Quid mihi cum illo cõmercij est? Alienus est,ignotus est. Dum modò sit fidelis,dum eorundem particeps mysteriorum,dum eadem iũgatur ecclesia,& fratribus, & cognatis,& necessarijs, & cæteris omnibus est propinquior. Proinde quemadmodum non ipsi tantùm sures dant pœnas,uerũ etiam eadem pœna plectuntur ij,quibus cum esset potestas uetandi, non uetuerunt tamen: ita non solùm qui impiè agunt, uerùm etiam illi qui cum possint ab impietate reuocare,tamen uel ob pigritiam,uel ob timiditatem,id facere nolũt, simili cum illis pœna plectuntur. Alioqui talentũ illud quod acceperat ac defoderat seruus ille,reddidit integrum: attamen dat pœnas, eò quòd non auxerat lucrum: ita tu quidẽ etiamsi ipse purus & innocens perseueres,cæterùm non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad salutẽ, eadem quæ ille patitur patieris. Quid magni postulo? unusquisq; uestrũ, unũ mihi ex fratribus ad salutem reuocet. Hic solicitus, hic quisq; curiosus esto,quò nimirum in crastina cõmunione multa cum fiducia compareamus, donaria deo ferentes. Donaria,inquam,omniũ pretiosissima si animas errantium reduxerimus, etiamsi contumelia fuerit ferenda,si toleranda uerbera, breuiter si quid aliud his etiã molestius sufferendũ, omnia faciamus ut illos recuperemus. Quandoquidem & ægrotos ferimus,calcibus ferientes, cõtumelijs & cõuicijs incessantes,nec offendimur contumelijs: uerùm nihil aliud uidere cupimus,q̃ sanitatem hominis,per morbum indecora facientis. Quin & medici uestem sæpe lacerauit ægrotans,at nõ ideo à cura destitit ille. Qui fit igitur ut qui corporibus consulunt, tanta utantur diligentia: nos animabus istorum pereuntibus cessemus,perinde quasi existimemus nihil accidere graue, cum membra nostra putrescunt? At non ita Paulus: Sed quomodo? Quis,inquit,infirmatur, & non infirmor? Quis offenditur,& non uror ego? Hunc ignem tu quoque concipe,& si conspexeris fratrem pereuntem,quanuis conuicietur,quanuis uim & contumeliam inferat, quanuis uerberet, quanuis minitetur se futurum hostem,aut aliud quidlibet intẽtet, fac omnia perferas fortiter,ut illius lucrifacias salutem. Si ille fiat inimicus, deus tibi est amicus, magnisq; in die illo bonis te remunerabitur. Vtinam autem hæc donet deus sanctorum uotis ac precibus,ut & qui in errorem abducti sunt, recuperentur ad salutem,& uos in hoc uenatu uoti compotes euadatis: & illi ipsi blasphemi, liberati ab impietate sua Christum agnoscant ab ipsis crucifixum, ut omnes uno animo eodémque ore glorificemus deum & patrem domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen. D

Num.10.c

Cognatio spiritalis.

B Peccat, qui peccãtem non reuocat.

Ezech.3.c

Simile.

Ezech.33.g

C

EIVSDEM ADVERSVS *Iudæos, oratio secunda.*

NDe tandem nobis hodie frequentior conuentus factus est? Ad efflagitandum quod uolliciti sumus cõparuistis omnes, & in hoc aduenistis,ut argentum igni probatum quod me uobis exhibiturum promiseram,accipiatis. Nã eloquia, inquit,dei,eloquia pura,argentum ignitum probatũ terræ. Benedictus deus qui uobis tantum audiendi spirituales sermones inspirauit ardorẽ. Quemadmodum enim homines uino & potationibus dediti,singulo quoque die simul atq; surrexerunt, obambulãt, curioseque disquirunt, ubi compotationes agantur, ubi conuiuia,ubi cœnæ, ubi comessationes, ubi temulentiæ,phialæ,crateres,& pocula: Sic & uos quotidie simul atque surrexeritis curiosè perquiritis, ubi nam futura sit exhortatio, ubi salubris admonitio, ubi doctrina,ubi sermo ad sermonem Christi conducens. Quas ob res & nos quoq; propensiore studio hoc quod polliciti sumus,aggredimur: & quæ promisimus,summa cum fide præstabimus. Itaq; pugna nobis cum Iudæis susceptа,exitum quem debuit sortita est. Trophæum erectum est, & corona nobis parta est, & brauium ex superiore dictione reportauimus. Siquidem hoc susceperamus agendum, ut demõstraremus quòd ea quæ sunt ab istis,sit quædam transgressio legis præuaricatioq;,nec aliud ij hominum ad uersus deum erecta machina bellumq;, idq; deo auxiliante nobis accuratissimè demõstratum est. Etenim si ciuitatem suam essent aliquãdo recepturi, & ad pristinum uitæ statum redituri,templumq; instauratum uisuri,quemadmodum aiunt ipsi,quanquam id nunquam est futurum,ne sic quidem haberẽt iustam excusationem eorum quæ faciunt. Nam & tres illi pueri,& Daniel cæteriq; omnes,qui uiuebant in captiuitate,expectabant donec reciperent ciuitatem suam, ac post annos quadraginta uiderent patriæ solũ,pristinisq; uiuerent legibus. Atqui cum hoc illis palàm & euidenter esset promissum: non tamen ausi sunt quicquam eorum facere iuxta legis ritus, quæ faciũt isti. Hoc pacto poteris & ipse Iudęo occludere os. Roga illum,qua de causa ieiunas,cum non habeas ciuitatem? Quòd si dixerit: Quoniam spero me recepturum ciuitatem. Dicito illi: Proinde quiesce,donec receperis. Nam illi sancti donec ad patriam suam redirẽt, nihil eorum quæ tu facis,ausi sunt facere. Vnde palàm est,quòd nunc legem dei uiolas: etiamsi,ut uis, recepturus sis ciuitatem, tamen pacta cum deo inita rescindis,& in ipsum uitæ statum contumeliosus es. Igitur in oratione superiore diximus uestræ charitati,quantùm satis est ad retundendam Iudæorum impudentiam, & ad redarguendam eorum præuaricationem. Cæterùm quando non hoc tantùm nobis erat propositum, ut illorum ora clauderemus, uerũ ut ecclesiam copiosius de suis proprijs dogmatibus edoceremus: agè rursus & hoc ex abundanti demonstremus quòd templum nunquam instaurabitur, neque ad pristinum uitæ statum restituendi Iudæi sunt. Hoc pacto fiet ut & uos exactius noueritis apostolica dogmata, & illi contrà ad maiorem impietatem prolapsi capiantur. Harum uerò rerum testem adducemus non angelũ,non archangelum,sed orbis uni-

Auiditas audiendi conciones sacras.

Psal.11.b

Simile.

αὐτοσχεδιάζοι.

Cap.1.& seq.

Templũ Iudæorũ nunquã instaurãdum.

E

F

G uersi principē dominū nostrū Iesum Christū. Is enim
Luc.21.c cū ingressus Hierosolymam, uidisset templū: dixit futurū, ut Hierosolymam cōculcaretur à gentibus multis, donec implerentur tēpora gentium, uidelicet tempus significans usq; ad consummationem mundi. Ac
Mat.24. & Mar. 13.a. & Luc.19.g rursus hæc de templo cōminatus est loquens discipulis, non mansurum lapidē super lapidem in eo loco q non diruatur, uidelicet explanatè prædicens eū prorsus abolendū, & in perpetuam solitudinem redigendum. Verū Iudæus omnino reiiciet hoc testimoniū, nec recipiet ea quæ dicimus. Inimicus autem, inquit, meus est qui talia loquitur: ego illum adegi in crucē,
Iudæorū dispersio. & quomodo recipiam illius testimoniū? Atqui hoc ipsum prodigiosum est ò Iudæe, quòd cum tu crucifixeris eum, ille posteaquàm abs te crucifixus est, tunc ciuitatem tuam euertit, tuam gentem dissipauit, tuum populum per uniuersum orbē dispersit, uidelicet re ipsa declarans se resurrexisse ac uiuere, atq; nunc agere in cœlis. Quoniam enim ex benefactis noluisti potētiam illius cognoscere, per afflictionē ac supplicia demōstrauit robur suum ineuitabile, pariter & inexpu
H gnabile. At ne sic quidem credis, aut putas illum esse deum, ac totius orbis dominū, sed arbitraris hominē fuisse quemlibet è uulgo. Agè igitur perinde quasi nihil aliud q̄ homo fuerit, ipsum æstimemus. Cum aliFicti.
quos uidemus homines quos in omnibus comperimus esse ueraces, nec ulla in re mētientes: horū etiāsi fuerint hostes, modò sapiamus, dicta recipimus. Rursum si uiderimus eos mentientes, etiamsi in nonnullis ueraces fuerint, nec illa facilè recipimus quæ uerè ab illis dicta sunt. Agè nunc igitur cōsideremus Christi mores, & cuiusmodi fuerit uita. Non enim hoc tātùm quod diximus prædixit, clareq; pronunciauit: ue
rumetiam alia multa, longo pòst tempore uentura, uaticinatus est. Proferamus igitur prædictiones illas
Cōsensus ueritatis. in medium, in quibus si uideris illum mendacem, ne hanc quidē recipito, neq; putes illi fidem habendam. Cōtrà, si uideris illum in cæteris omnibus ueracem, & hanc ipsam prædictionem eueniſſe: deinde cū uideas immensum temporum curriculum atteſtās ueritati eorum quæ prædixit, ne uelis ultrà perfricare frōtem, neque rebus Sole clarioribus obstrepere. Videa
Mat.26.a mus igitur quid præterea prædixerit. Accesit ad illū mulier alabastrū habens unguenti pretiosi, & effudit unguentū in caput illius accumbentis. Hoc factum indignè ferentes, discipuli dicebant: Quin istud potius uenundatum est triginta denarijs, ac datum pauperibus? Hos reprehendens, loquitur hunc in modū: Quid molesti estis mulieri? bonum enim opus fecit. Dico enim uobis, cum prædicatum fuerit hoc euangelium in uniuersa terra, dicetur & hoc quod illa fecit, in ipsius memoriam. Vti ūmne mentitus est, an dixit uerum? Euenit quod prædixit, an fuit inane uaticinium? Interroga Iudæum, & si millies perfricuerit frōtem, aduersus hanc prædictionem non poterit oculos attollere. In omnibus enim ecclesijs appellari mulierem audimus. Sunt consules, duces, uiri, mulieres, nobiles, illustres, splendidi, in omnibus urbibus, & in quancunq; orbis partem deueneris, summo cum silentio audiunt omnes huius mulieris officium. Nec est ulla mundi plaga, quę factum hoc ignoret. Atqui quot reges multa magnaq; in multos contulerūt beneficia, bella cum laude gesserunt, trophæa statuerunt, gentes gubernarunt, ciuitates erexerunt, & innumeris commodis auxerunt rempublicā: & tamen cum suis benefactis silentio teguntur. Item reginę pri K
mariaeq; fœminæ innumerabilia benefacta contulerunt in eos quibus imperabant, quæ ne de nomine quidem ulli notæ sunt. Hæc aūt abiecta mulier, quæ tantū effudit unguentum, toto terrarum orbe decantatur. Ne temporis quidem tam immensa longitudo memoriam illius uel extinxit, uel extinguet unquam, idq; cum factum ipsum nō esset insigne. (Quid enim magni erat unguentū effundere?) neq; persona esset celebris. Erat enim mulier abiecta, neq; multi testes aderant. Nam inter discipulos res est gesta: neq; locus
Vt excutit circumstantias. nobilis, neq; enim hoc fecit per theatrum transiens, sed in domo decē duntaxat hominibus præsentibus. Attamen neq; personæ uilitas, neq; testium paucitas, neq; loci obscuritas, neq; ulla res alia potuit illius abolere memoriam. Quin potius reginis omnibus ac regibus uniuersis celebrior est nunc hæc mulier, nec ulla ætas obliuioni tradidit quod factū est. Vnde id? dic mihi, aut quis hoc effecit? An non deus ipse, cui tum hoc officium præstabatur hanc famam per omnia terrarum loca dispersit? Proinde dic mihi, num huiusL
modi prędicere, uirtutis humanę uidetur? Quis enim sanæ mentis hoc dixerit? Nam prædicere quæ facturus esset, priusquàm ab ipso fierent, mirum quidē ac prodigiosum: uerū prædicere quę fiunt ab alijs, effice req;, ut fides illis habeatur, sintq; cunctis perspicua,
Mat.16.c Petra fundamentū ecclesiæ. multò maius est, ac mirabilius. Rursum prædixit Petro: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Proinde dic agè Iudæe, quid habes quod reprehendas aut redarguas ex ijs quæ dicta sunt? Quid habes quo doceas hanc prædictionē esse mendacem? An non testimonium cū rebus cōsentit, etiamsi mille modis ipse contendas in aduersum? Quot enim bella aduer-
Ecclesia immobilis & inuicta. sus ecclesiam concitata sunt, quot excercitus instructi, quot arma mota, quod nou afflictionum & uindictæ genus excogitatum, sartagines, catapeltæ, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarū dentes, maria & proscriptiones, aliaq; innumera tormentorum genera, neq; dictis memoranda, neq; factis tolerāda? Atq; hæc nō tantùm ab extraneis, uerùm etiam à nostris domesticis. Nam ciuile quoddam bellum occuparat omnia, uel quouis potius ciuili bello perniciosius. Neq; enim ciues modò cum ciuibus, uerū etiamM
cognati cum cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis conflictabantur: nihil tamen horum dissoluit ecclesiam, ac ne inferiorem quidē reddidit. Atque id sanè mirum & incredibile, quòd hæc in ipsis statim primordijs mota sunt. Nam si tum iruissent hæc acerba, posteaquàm iam radices egerat, & per omnes mundi partes plantatum esset euangelium, haud perinde fuisset admirandū non fuisse subAmplificatio. uersam ecclesiam. Cæterùm cum in ipso doctrinæ exordio nuper iacto fidei semine, teneris etiamnum auditorum mentibus, tot procellæ bellorum irruperint, res nostras non solùm nulla ex parte fuisse demi nutas, uerumetiam multam accessionem adiunctam fuisse: hoc nimirum superat omne miraculū. Nequis autem dicere possit, quòd nunc ecclesia ob pacem à regibus præbitam constabilita sit, cum esset minor, cum uideretur imbecillior, tunc illam oppugnari permisit: uti cognoscas etiam quod nunc in tuto est, non acceptum esse ferendum paci quam præstāt reges, sed à potentia dei proficisci. Id quò magis cognoscas esse uerum, reputa tecū, quàm multi conati sunt

A sint apud Græcos opiniones nouas, ac peregrinas ui
uendi rationes inducere, ueluti Zenō, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, aliiq; innumeri: attamen adeò nō uicerunt, ut plerisq; ne de nomine quidem sint noti. Christus aūt non modo præscripsit uitæ formam, uerum etiam hāc per totum terrarum orbem plantauit. Quàm multa fertur Apollonius ille Tyaneus fecisse, uerū uti scires illa oīa esse conficta, uana, nihil habētia ueri, extincta sunt, & finem acceperūt.
Excusat q̄ quòd in concione nominarit pelli ces philosophos. Actio.17.c Iā ne quis arbitretur contumeliā esse Christi, quòd de illo uerba faciētes, Pythagorę, Platonis, Zenonis, & Tyanei meminerimus: non.n.id facimus ex animi nostri sententia, sed ad Iudæorum infirmitatem nos ipsos demittentes, qui credunt nihil aliud eum esse q̄ hominem. Itidem & à Paulo factum est. Is enim ingressus Athenarum urbem, non ex prophetis nec ex
B euangelio cum illis disseruit, sed ab ara cœpit exhortationem. Nō quòd aram illam ad faciendam fidem plus habere momēti crederet quàm euangelia, neq; quòd literas illic inscriptas potiores duceret prophetis: sed quoniam cum gentibus disputabat, quæ nulli nostrorū uoluminum credunt, à proprijs ipsorum dogmatibus ipsos aggressus est. Hinc est qd ait: Factus sum Iudæis Iudæus, his qui sine lege erant tanquam essem sine lege, quum sine lege nō essem deo, sed essem in lege Christi, ut lucrifaciam eos qui sine lege sunt. Itidem & ueteris testamenti scriptura facit de deo Iudæis loquēs. Sic enim ait: Quis similis tui in dijs domine? Quid ais propheta? Itáne cōparatio est ulla dei ueri ac deorum falsorum? Nō, inquit, hoc ut comparationē inducā locutus sum, uerū quoniam ad Iudæos mihi erat sermo, qui magnificā de dæmonibus habent opinionē, ad illorum imbecillitatem memet accōmodans, hoc docendi genere sum usus. Quoniā igitur nobis quoq; disputatio est aduersus Iudæos, qui Christū existimant simplicē fuisse hominem, & hominem quempiam legis pręuaricatorem: propterea ab his quæ apud gentes in admiratione sunt, induxi cōparationem. Quòd si uultis me & eorum qui apud ipsos Iudæos eadē conati sunt uel aduersus discipulos, uel aduersus principes aut præfectos, sed protinus extincti sunt, exēpla recensere, agè conabimur & hęc demōstrare. Hoc igitur modo Gamaliel illis obturauit os. Quum.n. uideret illos insaniētes, cupidosq; effundēdi sanguinis discipulorū, studens eos ab impotenti uęsania cohibere, iusis paulisper secedere apostolis, sic ad illos uerba fecit: Prospicite uobis qd de his hominibus sitis facturi. Ante hos.n. dies exortus est Theudas, dicēs se esse aliquē, & secuti sunt illū uiri quadringēti, & ille periit, & oēs quotquot ei paruerunt dispersi sunt. Et post illū exortus est Iudas Galilęus, qui cōcitauit turbā magnam, & mortuus est, discipuli q; illius perierunt. Et nunc dico uobis, prospicite uobis: quoniā si factum hoc fuerit ex hominibus, dissoluetur. Sin ex deo est, non potestis illud dissoluere, ne fortè cōperiamini & aduersus deū pugnare. Vnde igitur manifestū est fore, ut quicqd ex hominibus sit, dissoluatur? Experimētum, inquit, cepistis à Iuda & Theuda. Itaq; & hic qui ab istis prędicatur, si talis est quales fuerunt illi, nec diu
Actio.5.f
Hæresium ars sumit fabulas unde pugnet.
C na potētia peragit omnia, expectate paulisper, & ipse rerum euētus uobis faciet fidem: & ex ipso fine certum cognoscetis, utrū hic sit impostor, ut dicitis, ac legis transgressor, an deus uniuersa temperans, ineffabilique potentia res mortalium dispensans modeD
ránsque. Quod dico factum est. Expectarūt, & exip
sis factis declarata est diuina & inexpugnabilis potentia. Atque hoc inuentū quod ad decipiendos plurimos adhibirum erat, retortum est in caput diaboli. Nā quum uideret illū aduenisse, uolens illius obscurare aduentum, submisit deceptores aliquot, quò uidelicet & ille unusquispiam ex eorū numero putaretur. Quodq; de cruce fecit, procurans ut duo latrones cum illo crucifigerentur: idem fecit de illius aduentu, studēs ueritatem admisto mēdacio obscurare: uerū nec illi prævaluit, nec hic, quin magis hoc ipsum potentiam Christi declarauit. Alioqui dic mihi, quid est in causa, ut quum tres fuerint crucifixi eodem loco, eodem tempore, sub iisdem iudicibus, illi fileantur, hic solus adoretur? Rursus quā ob rem tandem, quum plures nouam uiuēdi rationem induxerint, ac discipulos habuerint, illorum ne nomen quidem hodie notū sit, hic per omnes mūdi plagas colatur? Res enim potissimum eluescūt ex collatione. Confer ista mihi ò Iudæe, ac disce ueritatis excellentiam. Quis impostor tot ecclesias toto terrarum orE
be parauit? Quis ab extremis ad extrema mundi cultum suum protulit? Quis oēs subiectos habuit, idq; quuū essent innumera obstacula? Nemo sanè. An non igitur perspicuū est Christum non esse impostorem, sed sospitatorē, sed beneficum, sed curatorē, sed principē uitæ nostræ? Proinde ad id qd erat propositum redibo, si prius unam adhuc prędictionē addidero.
Mat.10.d Non ueni, inquit, ut mitterem pacem super terram, sed gladium: non declarans quid ipse cuperet, sed rerum euentum prædicens. Veni enim, inquit, separare hominem, excitare filium aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & filiā aduersus matrem suā. Vnde hæc prædixit, si nihil aliud erat q̄ homo, & unusquispiam è uulgo? Quod autem dicit, hunc habet sensum: Quoniā eueniet, ut in eadem domo unus sit fidelis, alter infidelis: deinde pater uelit filium suum pertrahere ad impietatē, hoc ipsum prędicēs ait: Adeò uincet euāgelij potestas, ut filij quoque contemnant patres suos, & filiæ matres, & parentes liberos. Non solū autem prius habebunt familiares contēnere, uerum ēt suam animam exponere, cūctaq; sustinere ac perpeti, ne pietatē ab se repellāt, aut quicquam deserāt eorum quæ nostrę conducūt pF
prædicationi. Vnde hæc ille tū scire, tum efficere potuit, si fuit homo unusquispiam è uulgo? unde illi uenit in mentem hæc cogitare, quòd ipse filiis esset magis reuerendus futurus quàm patres, quòd parentibus dulcior, quàm liberi, quòd uxoribus desiderabilior q̄ mariti, idq; non una in domo, neque duabus, neq; tribus, neq; decē, neq; uiginti, neq; centum, sed ubiq; per orbem terrarum, in urbibus omnibus & regionibus, in terra pariter atq; in mari, & in pte mundi habitata simul & inhabitabili. Nec illud possis dicere, dixit quidē ista, uerum haud perduxit ad effectum. Cōplures igitur in primordijs ecclesiæ, atque adeò nunc quoq; ob pietatē habentur odio, ejiciuntur è paternis ædibus, nec ad quicq̄ horum reuertuntur, abundè magnum solatium esse ducentes, quòd hæc ob Christū perpetiuntur. Dic mihi, quis hæc unquam potuit inter homines? Hic igitur qui hæc omEpilogus.
nia p̄dixit, de muliere illa, de ecclesia: de bello hoc: idem prædixit templū ruiturum, Hierosolymam interituram, eamq; ciuitatem non amplius fore ciuitatem Iudæorum, quemadmodum fuit antea. Itaq; si

G mentitus est illa omnia, nec euenerunt quę prędixit, diffide & his. Quòd si uides illa clarissimè euenisse, inq; dies singulos augescere, neq; inferorũ portas aduersus ecclesiã prævalere, si uides quòd mulier illa fecit prædicari tanto iam tempore per uniuersum orbem, si homines qui illi crediderũt eum pluris faciũt quàm parentes, q̃ uxores, quàm liberos: quur, quæso te, huic uni prędictioni resistis, præsertim quũ ex ipso tempore testimoniũ illius silẽtium imponat impudẽtiæ tuę? Quòd si post excidium urbis non transissent nisi decem anni, aut uiginti, aut triginta, aut quinquaginta: minimè tamen decebat uel tum impudenter obsistere, ẽt si fuisset aliqua reluctandi reliqua occasio: iam uero si nõ quinquaginta tantũ, sed & centũ, imò bis ac ter tantum annorum multóque amplius, præterijt post ciuitatem captã, nec interim ullum uestigiũ, aut umbra apparuit, pollicens rerum uestrarum mutationem: quur frustra, nullaq; de causa impudẽtiam tuam obtines? Hæc satis erant ad demonstrandum uobis, nunquam fore ut templũ restituatur. Verum quando ueritas multis modis exuberat, omissis euangeliis ad prophetas me uerto, q̃bus & maximè uidentur fidere: atque ex his perspicuum faciam, neq; ciuitatem, neq; templum unquam posthac restituendum. Quãquam nihil erat mihi necesse demonstrare quòd nõ restituetur. Neque enim hoc meum erat, sed illorum partes erant, docere quòd esset restituendum. Nam ipse quidem ex ipso tempore cõgruum habeo testimonium, mihi patrocinãs: ipsi contrà, quum ex ipso rerum euentu deiiciantur, nec alioqui quicquam eorum quæ dicũt queant demonstrare, tamen nihil aliud q̃ ostentant sese, quũ oporteat ipsos hoc testimonium exhibere quod exhibeo. Nã illa quæ dico, ex ipso rerum euentu doceo esse uera. Corruit enim ciuitas, nec tam lõgo iam tempore instaurata est. Cõtra, quę dicunt isti, nudis uerbis nitũtur. Atqui debebãt ipsi docere, futurum ut ciuitas rursum instauretur, quandoqdem in forensibus iudiciis uidemus sic fieri probationẽs. Nã quoties inter illos aliqua incidit cõtrouersia, & alter alterum scripto conuenit, deinde is aduersus quem agitur, insiciatur ea quæ obiiciũtur, cogitur is qui negat postea testes & alias adferre probationes, q̃bus doceat non esse uera quæ scripto cõtinentur, nõ is qui scriptum produxit: Eodem modo cõueniebat & istos hic facere, nobisq; in mediũ producere prophetã qui prędixerit omnino futurum ut ciuitas restituatur. Nam quod prorsus est necesse, prophetas uobis prædixisse uenturũ istius captiuitatis in qua estis finem, si uenturus est, nimirũ perspicuum est omnibus qui uel inspexerint libros propheticos. Mos enim erat apud Iudæos uetus, ut prophetæ diuinitus afflati prædicerent illis quæ iminerent, seu bona, seu mala. Qua gratia & quã ob rem? Propter insignem illorum improbitatem & impudentiã. Alioqui fugisset illos, beneficia quibus afficiebantur, à deo proficisci: eaq; quę fiebant, dæmonibus ascripsissent, & bona illis imputassent. Ac nũc quidem cũ illis egressis ex Aegypto, mare scissum esset, aliaq; prodigia fierẽt, obliti quòd hęc author deo gererẽtur, iis qui dij nõ erant, tribuebãt ea quæ fiebant, dicẽtes Aaroni: Fac nobis deos, qui præcedant nos. Videtur autem & Hieremiæ dicere: Sermonem quem locutus es ad nos sub nomine domini, nõ audiemus ex te, quoniam faciemus omnia quę egredientur ex ore nostro, ut sacrificemus regi-

A tẽpore colligit cõfirmationem.

Exo.32.a

Hie..44.

K

χρηστὸν

Simile.

ne cœli, & immolemus illi uictimas, quẽadmodum hactenus fecimus & nos, & patres nostri, & principes nostri, & repleti sumus panibus, & bene nobis erat, & mala non uidimus: & posteaq; desistimus sacrificare reginę cœli, & immolare illi uictimas, diminuti sumus oẽs nos, & gladio fameq; defecimus. Proinde ne qd eorum quæ contingunt simulachris imputarent, sed potius crederent & ultiones, & beneficia ipsis à deo proficisci, illas quidem ob peccata, hęc uero per dei bonitatẽ erga genus humanum, prophetę diuinitus afflati prædicebant illis euentura. Atq; ut certius scias hãc esse causam prædictionis, uide quid dicat uocalissimus ille Esaias ad populũ Iudaicum: Scio quòd durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua: hoc est, inflexibilis, & frons tua ærea, hoc est, impudens. Sic & nos frequenter solemus eos qui nesciunt erubescere chalcoprosopus, id est, ærea habentes faciem appellare. Et annũciauit tibi quæ uentura erant in te priusq; fierẽt, & ingessi auribus tuis: deinde prędictionis causam explicans, subiicit: Ne quãdo dicas, idola me seduxerunt, & sculptilia conflatiliaq; præceperunt mihi. Ac rursus, quoniam peruicaces quidam & elati, post euentũ rei, perfricabant frontẽ, perinde quasi non antea fuisset illis prædictũ: prophetæ non solũ futura prædicebant, uerum ẽt testes adhibebãt eorum quæ gerebantur. Sic. n. rursus loquitur idem Esaias: Da mihi testes uiros bonæ fidei, Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Nec hoc contentus in nouo uolumine descriptam deposuit prophetiam, quò post̃q̃ euenisset, ipsæ res de se ipsis testimoniũ ferrent, quòd afflatu cœlesti multo antè tempore fuisset illis prędictum. Eoq; nõ solum scripsit in uolumine, sed in nouo uolumine, quò posset in multum durare tẽpus, nec facilè corrumpi, sed expectare euentum rerum quæ ibi continebantur. Equidem es se uerum quod dico, uidelicet deum illis omnia uentura prædixisse, non ex his tantum, uerum & ex ipsis quæ illis acciderũt, tum bona tum mala, demõstrabo. Tres seruitutes grauissimas ptulerunt Iudęi, quarum nullam deus illis ingessit non prædictã, sed singula illis prædicẽda curauit, & locum, & tempus, & personã, & afflictionis speciem, & reditum, aliaq; cuncta summa cum diligentia prænunciãs. Ac primo loco dicam de captiuitate quã passi sunt in Aegypto: Deus loquens ad Abraham his fermè uerbis utitur, Sciens scias, quòd semen tuũ peregrinum erit in terra non sua, & in seruitutem adigent, & affligent illud annis quadringentis. Gentem autem cuicunq; seruierint, ego iudicabo, dicit dominus. Quarta autẽ generatione reuenient huc cum apparatu copioso. Vides ut & numerũ annorum expresserit, & seruitutis modum, quũ non simpliciter, inquit, in seruitutem adigent, sed addit, affligent. Audi quo Moses paulò post exponat afflictionẽ: Paleæ, inquit, non dantur famulis tuis, & iubẽt nos lateres facere, & flagris cædebantur quotidie, ut intelligas qd sibi uelit, in seruitutem adigent & affligent. Gentem autem, inquit, cuicunque seruierint, ego iudicabo: significans Aegyptiorum submersionem in mari rubro, quam in canticis describens Moses sic loquitur, Equum & ascẽsorem proiecit in mare. Mox & reditus modum, quòd essent redituri cum multa supellectile, Sumite, inquit, commodato à suo quisque uicino & contubernali uasa aurea & argentea. Quoniã enim longo tempore seruierant, nec mercedem receperant, deus effecit

Seruitutes Iudeorum tres præcipuæ

Clamores cessa Esa.48.a

Ibidẽ.8.a

Prophetiæ fides.

Gen.15.c

Exod.5.b

Gene.15.c

Exo.15.a

Ibid.11.a

A ut insscientibus ac nolentibus etiam peterent, clamatq; propheta dicens: Eduxit eos cũ argento & auro, nec erat in tribubus eorum infirmus. Hæc est una seruitus exactissimè prædicta. Agè nunc & ad alterã captiuitatem uertamus sermonem, quam ppessi sunt in Babylone. Nam & hæc accuratè prædixerat Hieremias ita loquens: Sic ait dominus, Posteaquam impleti fuerint in Babylone septuaginta anni uisitabo eos, & ponã erga uos uerba mea bona ut redeatis in locum hunc, & conuertam captiuitatẽ uestrã, & congregabo uos ex omnibus gentibus, & ex cunctis locis in quos dispersi uos, dicit dominus, & conuertam uos in locum unde uos demigrare feci. Vides ut rursus hic & ciuitatẽ expresserit, & annorum numerum, & unde & quò esset illos congregaturus. Eóque Daniel non prius super his rogauit dominum quàm uidisset annos septuaginta completos. Quis hæc dicit? Ipse Daniel ita loquens: Et ego Daniel faciebam opera regis, & admirabar uisionem, nec erat qui intelligeret, & intellexi in libris numerum dierum, qui fuit sermo domini ad Hieremiam prophetam, ad explexionem desolationis Hierosolymæ anni septuaginta, & dedi faciem meam ad dominum deum meum, ut exquirerem precationem & obsecrationem in ieiunio, sacco, & cinere. Audisti quemadmodum hæc quoq; captiuitas prædicta fuerit, & propheta non ausus fuerit preces ac supplicationem admouere deo ante tẽpus præfinitum, ne frustra temeréque admouens audiret quod audiuit Hieremias: Ne rogaueris pro populo hoc, neque postularis pro illis: quoniam non audiam te. Verùm ubi uidit uaticinium esse completum, simúlque tempus uocare ad reditum, tunc orat nõ simpliciter, sed in ieiunio, sacco & cinere: & quod in hominum monbus euenire solet, id fecit erga deũ. Nos enim cum uidemus aliquos qui famulos post multa grauiáque commissa coniecerunt in uincula, non protinus in principio exordióque punitionis ad mouemus supplicationem: sed ubi sciuerimus illos aliquot dies temperatiores esse factos, tunc adimus heros, nactiiam & ab ipso tempore auxilium: hoc fanè & propheta fecit. posteaquam enim pœnas dederant, haudquaquam dederant dignas admissis, attamen iam adit deum pro illis uerba facturus. Quòd si uidetur, ipsam etiam deprecationem audiamus: Cõfessus sum. n. inquit, & dixi, Deus magne & admirabilis qui seruas pactum tuum & misericordiam tuam ijs, qui te diligunt, & seruant præcepta tua. Quid facis ô Daniel, pro hominibus, qui peccarant, & offenderunt intercedens, eorum mentionem facis qui leges illius seruauerunt? Ergo indigni uenia sunt, qui præcepta illius uiolant? Nõ ob istos hæc loquor, inquit, sed ob horum progenitores, ob Abraham, ob Isaac, ob Iacob. Illis promisit, illis pollicitus est deus, qui præcepta illius seruauerunt. Quoniam igitur hi nullo iure possunt petere salutem, idcirco progenitorũ mentionẽ facio. ac ne putares quòd de his uerba faceret, cũ adiecisset, Quis seruas pactum tuum & misericordiã tuã diligentibus te, & seruantibus præcepta tua: mox subijcit, peccauimus, iniquè egimus, iniustitiam ppetrauimus, excessimus, defleximus à præceptis tuis, & à iudicijs tuis, non auscultauimus seruis tuis prophetis. Vna siquidẽ solaq; purgatio pctóribus reliqua est post peccata, uidelicet ut sua commissa confiteãtur. Tu uerò mihi considera & iusti uirtutem, & Iudęorũ improbitatẽ. Nam ille quidem nullius mali sibi conscius seipsum multa cum austeritate damnat dicens: Peccauimus, iniquè fecimus, iniustitiam perpetrauimus: Hi uerò malis innumeris pleni, contrà fecerunt dicẽtes: Seruauimus præcepta tua: & nunc beatos dicimus alienos, & restituuntur q̃ patrauit inquitatem ac peccata. Quemadmodũ enim solent iusti post iusta facta modestè agere, ita solent mali post admissa scelera laudare sese. Qui nullius peccati sibi conscius erat, dicebat: Iniquitatẽ fecimus, defleximus à præceptis tuis: Cõtra, qui innumerabilium facinorum sibi conscij erant, dicebant: Seruauimus p̃cepta tua. Atq; hæc eò loquor, ut alterũ uitemus, alterũ imitemur. Post hæc quoniã attigerat illorum peccata, narrat & uindictam ac pœnam quã dederunt, & ex hoc deum ad misericordiam reuocare cupiens ait: Et uenit super nos execratio quæ scripta est in lege Mosi serui dei, quia peccauimus. Quæ nam est ista execratio? Vultis ne legamus illam? Nisi seruieritis, inqt, domino deo uestro, inducet super uos gentem impudentẽ, & non audies uocẽ illius, & eritis numero pauci. Hoc idem declarãtes tres illi pueri, palamq; facientes quòd ob ipsorũ peccata accidisset hoc uindictæ genus, & ipsi pro cõibus peccatis confessionem proferentes, dicebant: Tradidisti nos in manus hostium impiorum, inimicissimorum, desertorum, ac regi iniusto & sceleratissimo, terram q̃ transgressa est. Vide qũo completa est illa execratio q̃ dicit: Eritis numero pauci. Rursus quòd dicit, Adducã in uos gentem impudentem: Idem hoc & Daniel hìc rectè significans dicit: Venerũt super nos mala, qualia non acciderunt sub omni cœlo, præ his quæ facta sunt Hierosolymis. Quæ tandem ista? Matres liberos suos comederũt. & hoc sanè prædicit Moses: cæterũ Hieremias ostendit euenisse. Ille quidẽ loquitur: Ciuitas tenera ac delicios̃a. Cuius enim non cepit experientiam pes eius ut insisteret in uestigio pp teneritudinem ac delicias, attinget impiã mensam, & suos ipsius filius comedet. Hieremias autem declarat hoc euenisse dicens, Manus mulierum miserabilium aggressæ filios suos. Quanq̃ autem peccata illorum qui peccauerant elocutus esset, & ultionem in medium adduxisset: ne sic quidem illos ex his iudicat dignos qui seruẽtur. Vide bonitatem famuli. Siquidem hic cum ostendisset quòd nondum digna meritis essent perpessi, nec his quæ multa licèt ptulerant, dissoluissent quæ pro commissis debebãt, mox confugit ad dei misericordiã, & ad solitam illius bonitatem erga genus humanum dicẽs: Et nunc domine qui eduxisti populum tuum è terra Aegypti, & fecisti tibi nomen, ut hic est dies, peccauimus, inquitatem fecimus. Et quemadmodum illos, inquit, nõ ex ipsorum benefactis saluos fecisti, sed afflictionem uidens, & angustias & clamorem illorum exaudiẽs: sic & nos libera à præsentibus malis, pp solam bonitatẽ tuam erga genus hominum. Nam aliud nullum habemus ius sperandæ salutis. Hæc loquutus, multaq; lamentatus, mox inducit ipsam ciuitatem ceu mulierem aliquam captiuam, & ait: Ostende faciem tuam super sanctificationem tuam, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos, & uide interitum nostrum ciuitatisq; tuæ, in qua inuocatum est nomen tuum sanctum. Posteaquam circunspectis hominibus neminem uidit qui posit deum reddere propitium, ad ædificia confugit, & ciuitatem ipsam objcit, eiúsque desolationem ponit ob oculos, atq; ad hæc deflexo sermone deum propitium reddidit. Id perspicuũ est

Ibidem.c

Dan.9.a

Captiuitas Babylonię, Hier.29.c

Oratio submissa simile

Dan.9.b

Dan.9.c

Deu.18.f

Gens impudens.

Ibidẽ.9.c

Deu.28.f

Thre.4.b

Dan.9.d

Ibidem.c

Deu.28.f

G ex his quæ sequuntur. Verùm quod dicebam, oportet.n.ad id quod erat propositũ reuerti, quando hæc obiter interiecta sunt, nõ simpliciter, neq; temerè, sed ut animos uestros aliquantisper refocillarem ex perpetuis cõtentionibus fatigatos. Agè redeamus igitur unde digressi hæc diximus, demonstremusq;, quòd ea quæ Iudæis erant euentura, diuinitus p̃dicta sunt illis exactè plenèq;. Iam.n.duas captiuitates sermo noster demonstrauit illis accidisse, quemadmodum à prophetis erat prædictum, idq; non casu, neq; præter expectationem. Supereſt ut ubi tertiam adiecerimus de hac qua nũc tenentur, dicamus, doceamusq; perspicuè, quòd nullus propheta promisit illis futurũ ut ullo pacto ab his malis in quibus nunc sunt, soluã tur aut liberẽtur. Quæ est igitur tertia? Quæ facta est sub Antiocho cognomento Illustri. Nam Alexander Macedonum rex, ubi Darium Persarum regem deuicisset, in sese transtulit imperium. Hoc aũt extincto, quatuor post illum reges successerũt, è quorum uno prognatus Antiochus longo pòst tpe & templum incendit, & sancta sanctorum deuastauit, & sacrificia sustulit, & Iudæos subegit, denicq; totam illorum religionem ac ritus destruxit. Et hæc omnia ad unum usq; diem exactissimè prædicta sunt à Daniele, & quando hęc essent futura, & quomodo, & à quo, & qua ratione, & ubi finem acceptura, & quam tandem mutationem sortitura. Hoc autem euidentius perspicietis ubi uisionem ipsam audieritis, quam sub similitudinis inuolucro proposuit propheta. Arietis uocabulo designans Darium regem Persarum: hirci uerò Græcorũ regem uidelicet Alexandrum Macedonem: quatuor cornua uocat eos, qui post illum extiterũt: postremũ cornu ipsum signat Antiochum. Quin præstat ipsam audire uisionem. Vidi, inquit, uisionem & sedebã in Vbal: (Vbal locum quẽpiam dicit, Persarum lingua sic illũ appellans) Et sustuli oculos meos & uidi, & ecce aries unus stans in Vbal, & erant illi cornua excelsa, & unum excelsius cęteris, & excelsum illud peruenit usq; ad extrema, & uidebam arietem mouentem cornu contra mare, & Boream, & Notum, & omnes bestiæ non stetẽrũt in conspectu eius, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat iuxta uoluntatem suã, & magnificatus est, & ego intelligebã. De potẽtia loquitur Persica, quæ peruasit totam terram. Deinde De Alexandro Macedonum rege loquẽs dicit: Et ecce hircus caprarũ uenit ab Austro super faciem uniuersæ terræ, & non tangebat terram, & hirco illi prominebat cornu in medio oculorũ ipsius. Deinde narrans cõgressum Alexandri cum Dario, eiusq; uictoriã uiribus partam: Venit, inquit, hircus usq; ad arietem habentem cornua, & efferatus est in eum, & percussit arietem. Dicendum est.n.compendio, & contriuit utrunq; cornu illius, nec erat qui eriperet de manu illius. Post hæc, narrans mortem Alexandri & quatuor regum successionem, & cum hic inualesceret, inquit, contritum est cornu magnum, & exorta sunt quatuor cornua sub illo, ad quatuor uentos cœli. Hinc transiens deinceps ad Antiochi regnum uenit, & declaras quòd ex horum uno sit hortus, sic ferè ait: Ex uno prodijt cornu ualidũ, & exaltatum est uehementer supraq; modum ad Notum & Orientem: deinde designans, quòd Iudaicam ditionẽ funditus destruxit, Post hæc, inquit, per eum sacrificiũ turbatum est delicto. Et factum est, & successit illi prosperè, & sanctũ desolabitur, & datum est contra sacrificium peccatum, altari sublato, sanctis conculcatis, idolum statuit intus, & hostias immolauit dæmonibus impijs, & proiecta est in terram iustitia pp mala quæ fecit: Et successit illi prosperè. Deinde repetens denuò hanc eandem quę sub Antiocho Illustri facta est captiuitatem, excidiumq; ac desolationem templi, etiam ipm tempus addidit, Exorsus denuò ab Alexandri regno usq; ad finem libri, commemorans obiter & omnia quæ Ptolemæi & Seleuci conflictantes inter sese fecerunt, quæq; horum ductores gesserunt, dolos, uictorias, exercitus, pugnas nauales, prælia pedestria. Deinde progressus in Antiochum desinit iterum, dicens, Brachia ex ipso exorientur, & prophanabunt sanctũ, & transferent continuationem (Continuationẽ appellans, solennes & quotidianas uictimas) & inferent in illam abominationem, & eos qui uiolant testamẽtum, hoc est præuaricantes Iudæos abducent in ruinas, secum habebunt ac transferent, & populus cognoscens deum suum prævalebit: Maccabæorum res significans, quæ acciderunt sub Iuda & Simone & Ioanne: & prudentes populi intelligent ad multa, & infirmabuntur in gladio & flãma: nimirum iterum narrans incendium ciuitatis: & in captiuitate & in direptione dierum, & cum infirmati fuerint, adiuuabuntur adiutorio paruo: Significans quòd in medijs illis malis poterũt respirare, & emergere ex afflictionibus quibus inuoluti sunt. At adiungẽtur illis multi in ruinis, & ab intelligentibus infirmabuntur. His aũt uerbis significat futurum, ut multi etiam stantes cadãt. Deinde causam etiam aperit, ob quam permisit deus illos in tantis malis uersari. Quæ nam est ea? Vt intendant, inquit, in illis, & eligant ac dealbent usq; ad terminum temporis. Propter hæc enim, inquit, hæc permisit deus, ut eos repurgaret, ostenderetq; qui essent inter illos probati. Deinde commemorans regis illius potentiam, ait, Vt faciat iuxta uoluntatem suam, & exaltabitur & magnificabitur. Mox blasphemum illius animum significans addit: Aduersus deum deorum, inquit, loquetur superba, & prosperabitur, donec consummet iram: declarans quòd non ex proprio consilio, sed propter iram dei aduersus Iudæos ille sic inualuerit. Tandem ubi dixit quanta mala per alios complures facturus esset, tum Aegypto tum Palæstinę, quomodo rediturus sit & quo uocãte & qua urgente causa: postea narrat earum rerum commutationem: præterea quòd Iudæi posteaquam phęc omnia pœnas dederint, nanciscentur aliquod auxilium, misso angelo in illorum subsidium: In tempore enim illo, inquit, exorietur Michael princeps magnus, qui præfectus est filijs populi tui, & erit tempus afflictionis, quale non fuit ex quo gentes fuerunt in terra, usque ad tempus illud, & in tempore illo salua fiet omnis multitudo, quæ reperietur descripta in libro, hoc est qui digni sunt salute. Verùm ne nunc quidem adhuc demonstratum est de quo fuit instituta quæstio. Quid autem hoc est? Videlicet quòd illis etiam tempora præfinierit in his malis, uelut illic, annos quadringentos & postea septuaginta. Videamus igitur, an his quoque præfiniat tempus aliquod. Vbi uerò licebit hoc inuenire? In his quæ post hęc dicentur, Quoniam enim audierat multa magnaq; mala, Ciuitatis incendium, subuersionem, familiarum captiuitatem, postea desiderat finem illorum discere, & quæ futura sit earum calamitatum commutatio: Percontans aũt loquitur hunc in modum: Domine quis est istorum

Danielis uisio.

Dani 8.a Vbal, hieron. uertit, paludem.

Dani 8.b

Ibidem.

Finis Danielem. xij.

quod Hieron. uertit, ingressi sacrificiũ ἐνδε-λεχισ-μὸς.

Dan. 11.f

Ibidem.

Ibidem.

A istorum finis? Et dixit, ueni huc Daniel, quoniam signati sunt sermones, uidelicet tectè significãs obscuritatem eorũ, quę dicerentur usq; ad tẽporis finem. Mox causam aperiens quare ista permiserit euenire mala, donec eligantur, inquit, & dealbent, & igni examinentur, multi, & iniquè agent iniqui, & intelligent oẽs impij, & cordati intelligent. Deinde quanto tempore sint illos contristatura hæc mala prædicẽs ait, A tempore trãsmutationis endelechismi. Sic autem uocabatur quotidianũ sacrificium. Nam hoc perpetuum est frequẽs & continuum. Erat autem mos Iudæis & uesperi & sub auroram & singulo quoq; die sacrificiũ offerre deo. Atq; hac de causa sacrificium illud endelechismum, id est, assiduitatem siue continuationem uocabant. Itaq; uenięs Antiochus hunc morem sustulit, & immutauit: hoc est, quod ait angelus, A tẽpore trãsmutationis endelechismi, hoc est à tempore quo cõmutabitur hoc sacrificium. Sũt autem dies mille ducenti & nonaginta, hoc est, tres anni cum dimidiato, ac paulò amplius. Deinde quòd tum esset futurus horum malorũ finis ac terminus, subiicit: Beatus qui sustinuerit, ac peruenerit usq; ad B dies mille trecentos & triginta quinq;, Ducẽtis nonaginta addẽs quadraginta quinq;. Quoniam enim in mense & dimidio mensis accidit ut fieret ille conflictus, in quo uictoria illa pura facta est, & omnium malorum urgẽtium commutatio, quum ait: Beatus qui sustinuerit ad dies mille trecentos triginta quinque, rerum immutationem declarat. Neq; simpliciter dixit qui peruenerit, uerum quoniã multi eorum qui impietatem perpetrarant uiderunt cõmutationem, non eos simpliciter dixit beatos, sed eos qui testimonium præbuerant in diebus afflictionũ, nec à pietate defciuerant, ac deinde cõsequuti sunt relaxationẽ, nec amplius patiebãtur, quæ merito patiebantur qui nõ perdurarant in tẽpore certaminis ac probationes bonorũ ac malorũ, ut instabiles in bono, temporarijq; amici repirentur. Eoq; non simpliciter dixit, qui puenerit: sed, qui sustinuerit & peruenerit. Agè, qd his esse potest dilucidius? Vides ut non usq; ad annum unũ, aut mensem, sed ad unum usq; diem sũma cura & captiuitatẽ & captiuitatis solutionem C prædixerit propheta. Atq; ut sciatis quòd hęc non loquor ex coniecturis, agè proferamus & aliũ testem eorum quę dicta sunt, quem illi grauissimum habẽt authorem, Iosephũ loquor: qui calamitates illorum tragicas descripsit, ac uetus testamẽtum omne ueluti paraphrasi susius explicauit, qui fuit post Christi aduentum, & captiuitatem à prophetis prędictã commorãs, de hac quoq; disseruit, Danielis uisionem enarrãs, de ariete, de hirco, de quatuor cornibus, de postremo post illa exorto. Et ne quis habeat suspecta quę à nobis dicta fuerint, Agè referamus & illius uerba. Quum.n.laudasset Danielẽ, supraq; modum extulisset, cęteris omnibus prophetis anteponẽs, ad hanc uenit uisionem ac dicit: Reliquit autem nobis suorũ scriptorum monumẽta: unde nobis huius prophetiæ exactam & ineuitabilem certitudinem præstitit. Ait.n.Susis, quę Persidis est metropolis, quũ exisset in campum cũ socijs suis, subito terræ motu concussioneq; oborta, deprehensum fuisse solũ fugientibus cæteris: & ipse quidẽ turbatus pronus in faciem concidit innixus anibabus manibus: dein ubi quispiam tangeret eum interea, iuberetq; surgere ac uidere quæ post multas ætates ciuibus essent euentura, erecto monstratum ait fuisse arietem ingentem, cui D multa quidem enata sunt cornua, sed horum postremum excelsius fuisse cæteris. Deinde sustulisse oculos ad Occasum, uidisseq; hircum, qui per aerem impetu ferebatur. Hunc cõgressum fuisse cum ariete, & cornibus inuolutum bis eum in terram deiecisse, conculcasseq;. Atq; hircum fuisse uisum excelsiorem, è fronte producẽtem cornu maximum, nõ adglutinatum, sed agnatũ. Quatuor autẽ ad singulos obuersa uentos, ex his aliud minus exortum fuisse scripsit, quod increuit. Dicebat autem qui illi hęc ostẽdebat deus, futurum ut gẽs ipsius bellum gereret, ac ciuitatem ui subuerteret, tẽplum confunderet, sacra prohiberet: futurum aũt ad dies mille ducẽtos nonaginta. Hæc quidẽ uidit in cãpo iuxta Susas Daniel quæ scripsit. Declarat aũt quòd deus exposuerit quid sibi uellẽt, quę per uisum apparuerãt, uidelicet quòd aries indicaret regna Persarũ ac Medorum, cornua uero reges futuros, extremum aũt ac postremo natum regẽ esse, qui hos oẽs præcessurus esset tum opibus tũ gloria. Cęterũ hircus significabat & ex Gręcis oriturum regem, qui bis cõgressus cum Persa prælio superaret, ablaturus uniuersum illius principatũ. Significatum E aũt fuisse per magnũ cornu, quod erat in fronte hirci, primũ regem, & quatuor illorũ exortum. Exciso aũt illo significari, iuxta quatuor cornua singulorum successorum exortũ post mortem primi regis, foreq; ut regnũ illius inter multos diuideretur, quandoquidẽ primus ille, nec filios, nec fratres esset habiturus, eosq; pluribus annis regnaturos in orbe terrarũ. Ex his rursus exoriturũ regem quendam qui expugnaturus esset, & leges illius gentis & religionẽ ac ritus subuerturus, tũ sacrilegio spoliaturus templũ, ac per trienium uetiturus fieri sacra. Hæc sanè iam euenerunt oia. Passi sunt ista Iudæi ab Antiocho, cui cognomen Illustri, sicut Daniel multis antè annis præuiderat, scripsitq; euẽtura. Agè quid his posit esse euidentius? Nunc tẽpus est, nisi uidemur esse molesti, ut ad id qd quærebatur reuertamur, cuius gratia hãc præsentem captiuitatẽ ac seruitutẽ, reliquasq; omnia hodie mouimus. Agedum igitur nunc uigilãtibus animis ausultate. Nõ enim nobis de rebus uulgaribus certamen est. Absurdũ enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis usq; ad F meridiẽ perdurare, expectãtes ut uideant, cui cessura sit corona, nudoq; capite excipere Solis radios, nec prius abscedere, q̃ de certamine fuerit pronunciatũ: nos uero nunc quũ certamen sit nõ de tali corona, sed de corona imortali, defatigari ac tędio affici. Itaque quòd tres captiuitates prædictæ fuerint anteq; acciderent, una quæ annos habebat quadringẽtos, altera septuaginta, tertia tres ac dimidiatũ, hactenus satis est nobis demõstratũ: Agè supest ut & de hac loquamur. Quòd aũt & de hac uaticinatus sit propheta, rursus eundẽ Iosephum adducamus testem, qui res Iudaicas optimè nouit. Postq̃.n. illa dixerat, audi quid post subiiciat: Eodẽ autem, inquit, modo Daniel & de Romanorũ principatu scripsit, quodq; ab illis tollẽda esset Hierosolyma ac desolandũ templum. Tu uero illud mihi cõsidera, quòd tametsi Iudæus esset Iosephus, tamen ueritus est uestram imitari peruicaciam. Etenim quum dixisset subuertendam esse Hierosolymã, non ausus est addere quòd esset restituenda, neq; tempus aliquod certum præscribere: sed quoniã sciebat, prophetam non præfi-

Endelechismus.

Iudaicæ antiquitatis lib. cap. 14

Iosephus habet, sexaginta sex

Hactenus Iosephus.

Transitio

Gnituisse tempus, quanquam superius enarrans Antiochi uictoriam ac desolationem, & dies & annos expresserat, quantúcp temporis esset duratura, de uictoria Romanorũ nihil istiusmodi loquutus est: tantum hoc scripsit, quòd esset in solitudinẽ redigenda Hierosolyma, templumq; diruendum. Cæterũ quòd esset aliquãdo uenturus finis desolationis, non addidit, eo quòd uideret ne prophetã quidem hæc addidisse. Hæc autem oĩa, ut ait, Christo monstrante conscripta reliquit: ut qui legerint, & euenisse conspexerint, Danielẽ admirentur ob honorem illi à deo habitum. Vbi igitur dixerit Daniel, fore ut templũ redigeretur in solitudinẽ, nos deinceps consideremus. Nam ubi precationẽ illam in sacco & cinere perfecerat, uenit ad eum Gabriel, & ait: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuum & super ciuitatem sanctã. Ecce hic, inquit aliquis, & tẽpus expressum est. Tẽpus, non captiuitatis, sed post quantum temporis esset reditura captiuitas. Possumus & aliud tempus dicere, quãdiu esset duratura captiuitas, rursum tempus post qd esset uentura. Septuaginta, inq;, hebdomades abbreuiatæ sunt super populum: non ait, super populũ tuum, nõ super populũ meum. Atqui propheta dixerat, ostende facie tuam super populum tuũ, sed deus illum posthac pro alieno ducit, propter futurã audaciam. Mox & causam exprimit: donec inueteraſcat delictum, & cõsummentur peccata. Quid est hoc, donec cõsummẽtur peccata? Multa, inquit, peccant, sed malorũ finis tunc erit, quũ dominum suũ occiderint, & hoc dixit Christus: Implete mensurã patrum uestrorum, Seruos occidistis, addite & herilẽ sanguinem. Vide quo concordant sententiæ, Christus dixit, implete: Propheta ait, donec consummetur delictũ, & signentur peccata. Quid n. est, signentur? ne qd pꝛeterea reliquũ fiat, & adducat iustitiã sempiternam. Quid est aũt æterna iustitia, nisi quæ à Christo data est? Et donec propheta quoq; signet uisionẽ & inungatur sanctus sanctorũ: hoc est, Sistere oportet posthac prophetias: hoc. n. est signare, sistere unctionẽ, sistere uisionem. Ideo Christus dixit: Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ. Vides ut hęc omnino minẽtur desolationem, ac scelerum malefactorumq; uindictã? Non enim indulturum se, sed incubiturum peccatis illorũ, minitatur deus. Quando tandem hoc factum est? quãdo prorsus sublatę sunt prophetiæ, quãdo unctio lic est sublata, ut nunquam sit reditura? Et si nos sileamus, ipsi lapides clamabunt, adeo manifesta est ipsa rerũ uox, nec enim possunt aliud tẽpus proferre, quo hæc gesta sunt, q̃ hoc longum ac magnũ, sed maius ẽt futurum. Post hæc exactius etiam de his loquens ait, Et cognosces & intelliges ab exitu sermonũ, ut respondeas, utq; ædificetur Hierusalẽ, donec regnet Christus, Hebdomades septẽ, & hebdomades sexaginta duæ. Hic mihi diligenter auscultate, nã hic est totius quæstionis cardo: hebdomades septẽ, & hebdomades sexagintaduæ conficiũt annos quadringentos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierũ aut mensium, sed annorũ. Nam à Cyro usq; ad Antiochum qui dictus est Illustris, & captiuitatem illam, sunt anni trecenti nonaginta quatuor. Itaq; declarans quòd non de captiuitate sentiat, quæ fuit sub Pompeio Vespasiano, & Tito, ulterius profert tẽpus: mox docens nos, unde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandum à die reditus. Sed unde tandẽ? Ab exitu sermonum, ut respondeas, & ædificetur Hierusalẽ. At non fuit extructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomẽto Longimano. Post descensum. n. rursum ascendit Cãbyses, deinde Magi, post hos Darius Hystaspæ filius, deinceps Xerxes Darij filius, post hunc Artabanes, post Artabanẽ Artaxerxes Longimanus imperauit Persidi. Et dũ hic regnum obtineret anno uigesimo regni illius Neemias reuersus ciuitatem instaurauit, & hæc Esdras accuratissimè descripsit. Nos igitur hinc quadringẽtos octoginta annos numeremus, & haud dubiè ueniemus ad hanc subuersionem. Eoq; dicit: Aedificabitur platea & murorũ ambitus. Quũ igitur, ut ait, restituta fuerit, suumq; statũ receperit, ex hoc supputa hebdomadas septuaginta, & uidebis hanc captiuitatẽ nondum sortitam finẽ esse. Atque hoc ipsum euidentius ẽt aperiens, quòd mala qbus nunc tenentur, nõ sunt habitura finem, ad hunc fermè modũ loquitur. Post hebdomadas aũt septuaginta abolebitur unctio, & iudicium nõ erit in ea, & ciuitatem & sanctũ perdet, cum eo qui præcedit & uenturus est: & concidentur tãquam in diluuio, neq; supererunt reliquiæ, neque radix quæ repullulet, & usque ad finẽ belli abbreuiati internecionibus. Rursus loquens de hac captiuitate dicit: Tolletur sacrificium & libamen, ac pꝛeterea, super templum abominatio desolationis, cõsummatio dabitur ad desolationem. Heus tu dæe audis consummationem, quid adhuc supest quod expectes? Rursus post hæc. quid aũt est, post hæc? hoc est, pꝛeter hæc quę dicta sunt, post sacrificiorum & libaminis sublationem, & aliud maius accedet malum. Quod nam hoc dicis? Super templũ abominatio desolationis. Hieron enim uocat templum, abominationem autẽ desolationis uocat statuam quam collocauit in tẽplo, is qui ceperat ciuitatem. Et usq; ad consummationem, inquit, desolationis. Quam ob rem dicit Christus, qui iuxta carnem fuit posterior Antiocho illustri, uaticinans imminens urbis excidiũ, ac declarans quòd de hac pꝛe dixerit Daniel: Quum, inquit, uideritis abominationẽ desolationis, de qua loquutus est Daniel propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Quoniam. n. omne simulachrũ & hominis effigies apud Iudæos appellabatur abominatio, tectè significans statuã illam, simul aperuit & quo tpe, & simul quo rege captiuitas esset uentura. Quòd aũt de Romanis hæc dicta sunt, & ipse Iosephus quẽadmodum antè docuimus, asseuerauit. Quid igitur uobis reliquũ est quod loquamini? Quum reliquas captiuitates pꝛedicunt prophetę, certum & pꝛefinitum tempus expresserunt, in hac nullum tempus pꝛefiniunt. Quin potius contrarium addũt, uidelicet captiuitatem usq; ad consummationem duraturã. Porrò quòd hactenus dicta uana nõ sint, agẽ à rebus etiam ipsis exhibeamus testimonium. Nam si Iudæi nũquam tentassent ędificare templum, dicere poterant: Si uoluissemus aggredi templi instaurationem, omnino potuissemus & perfecissemus. Nunc autẽ res ipsa demonstrat eos non semel aut bis, sed ter aggressos & impetum feciſſe, non aliter q̃ fit in certaminibus Olympiacis, ut nulli dubiũ esse possit, quin ecclesiæ sit uictoria. Qui enim igitur hoc aggressi sunt? Nimirum illi qui semper resistũt spiritui sancto, qui res nouas moliuntur, qui seditiones concitãt. Post deuastationem quæ facta fuit sub Vespasiano ac Tito, sub Hadriano mota seditione conati sunt pꝛistinam rempublicam instaurare, haudquaq; intelligentes quòd arbitrio dei bellum gereretur, iubentis in ppetuum eam ciuitatem deuastari. Porrò deo bellante superare impossibile est. Impetu igitur facto in Cæsarẽ, rursus eũ adegerunt, ut funditus deleret ciuitatem, deuictis ac subactis illis omnibusq; reliquis abolitis, ne in posterum possent impudẽter agere, statuam suam in loco collocauit. Deinde sciens futurum ut illa tpe collaberetur, quò illius uictoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumentum, nomen suum ciuitatis ruinis imposuit. Quoniam. n. ipse dicebatur Aelius Hadrianus, ideo & ciuitati nomen Aeliæ iussit imponi, inde & Aelia dicitur in hodiernum usq; diem, cognomine Victoris & euersoris. Post hũc sub Constantino rursus eadem aggressi sunt. At ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, p omnia loca circunferebat illos, ceu fugitiua mãcipia ac uerberones, corporibus mutilatis, conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui p omnes regiones erãt sparsi erudiens, ne in posterum eadẽ conarentur. Sed hæc, inquient, prisca & obsoleta. Immo hoc potius notũ est etiam ijs qui inter uos sunt seniores. Quiddam etiam dicturus sum, ualde iuuenibus clarum ac pspicuum. Non. n. gestum est sub Hadriano aut Constantino, sed sub imperatore, qui fuit ætate nostra ante annos uiginti. Etenim cum Iulianus qui imꝑatores omnes superauit impietate, uocaret illos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem ptrahere conaretur, ac mox obijceret illis priscum culturę ritum, dicens: A uestris maioribus deus hoc modo cultus est, etiam nolentes tum fatebãtur hæc quæ nos nunc demonstrauimus, quòd phas nõ esset extra ciuitatẽ immolare uictimas. Sed totam, inquiebant, religionem uiolant, quicunq; sacrificant in terra aliena. Proinde si uis nos uidere sacrificantes, redde nobis ciuitatẽ, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorũ, colloca aram, & sacrificabimus nũc, quẽadmodum olim. Nec puduit sceleratos & effrontes hæc poscere à uiro impio paganoq;, & impuras manus uocare ad extructionem sanctorum: nec intelligebant se conari impossibilia, neq; perpendebant, quòd si hõ illa demolitus esset, potuisset homo illis ea restituere. Verùm cum deus esset qui ciuitatem illorum subuerterat, fieri nequaq̃ potuit, ut quæ deus decreuerat, unquam uerteret humana potẽtia. Nam quæ deus sanctus, inquit, statuit, qs disipabit? ac manum illius excelsam quis auertet? Sicut. n. quæcunq; ille stabilierit uolueritq; manere, nullus homo potest demoliri: ita quæcunq; destruxerit uolueritq; manere diruta, nemo poterit instaurare. Verùm esto sanè, tẽplum reddiderit, aram prorsus erexerit, quemadmodũ uos frustra potuisse fieri suspicamini: num & ignẽ cœlestem è sublimi poterat uobis demittere? qui si defuisset, impium & impurum fuisset sacrificium. Ob hoc. n. perierunt filij Aaron, quòd ignem alienum induxerint. Nihilominus ad omnia obcæcati, obsecrabant, ac supplicabant, ut cum ipsis susciperet & aggrederetur instaurationem templi. At is quidem & pecunias impendit, & pꝛefectis dedit negocium, uiros primates & artifices undiquaq; accersi iussit, nihil non fecit, nihil nõ tentauit, paulatim ac sensim hoc agẽs, speransq; futurũ, ut si posset illos ad sacrificandũ inducere, facilè illos reuocaret ad cultus simulacrorũ. Simul & illud fore sperabat insanus ille ac uæcors, ut Christi sententiã frustraretur, quæ non patitur templum illud instaurari. Verùm is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declarauit illi, quòd dei decretum omnibus est potentius, quodq; ualida sunt opera sermonum dei. Nam simul atq; tentassent hunc impium conatum, cœpissentq; nudare fundamenta, multamq; terram exhausissent, restaretq; ut iam structuram aggrederẽtur: protinus ignis exiliens è fundamẽtis excussit multos, & intempestiuam pertinaciam interrupit. Hæc ubi resciuit Imperator, quanq̃ tanta uæsania deditus erat illi negocio, ueritus tamen ne ultra progressus in suum ipsius caput ignem accerseret, destitit, extinctus cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamẽta: quòd si causam quæras, haud aliã quam hãc audies. Huius rei nos omnes testes sumus. Nostra. n. ætate hæc non ita pridem acciderunt. Iam considera uictoriam insignem. Non hoc accidit sub pijs Cæsaribus, ne qui dicere posint, quòd Christiani superuenientes opus perfici uetuerunt, sed tum cum res nostræ essent afflictæ, cum omnes de uita periclitaremur, cum omnis libertas esset sublata, cum flore ret paganismus, cum fideles alij quidẽ in ædibus suis latitabant, alij uerò in solitudines demigrarãt, foraq; fugerant, tum demum hæc acciderunt, ne qua istis uel impudens reliqua fieret occasio tergiuersandi.

Etiámne adhuc dubitas Iudæe, cum perspicias & ex Christi prædictione, & ex prophetarum uaticinijs, & ex ipsarum rerum demonstratione testimonium aduersus te cõfirmatum? Verùm nihil mirum est. Istius modi quippe fuit tua natio ab initio effrons & pertinax, semperq; rebus euidẽtibus repugnare solita. Vultis ut & alios prophetas in uos armemus, qui hoc ipsum aptè dicunt, futurum quòd uestra ditio, uestraq; religio finem esset sortitura: nostra contrà efflorituram totoq; terrarum orbe proroganda, Christi præconium, aliudq; sacrificiorum genus inducendum, ijs q̃ apud uos fuerunt abrogatis? Audi Malachiam, qui cæteris prophetis fuit posterior: nõdum. n. Esaiæ aut Hieremiæ produco testimonium, neq; cuiusq̃ aliorũ, qui præcesserũt captiuitatis tempus, ne dicere possis, quòd hæc mala quæ prædixerũt acciderint in captiuitate: sed adduco prophetam, qui fuit post reditum è Babylone, ac post ciuitatis instaurationem, deq; rebus nostris apertè uaticinatus est. Etenim posteaq̃ re dissent, ac restitura ciuitate templũ extruxissent, hanc præsentem desolationem narrans futuram sacrificiorumq; sublationem, hoc fermè pacto sub persona dei loquitur Malachias, Accipiam facies uestras, dicit dominus omnipotentes, quoniam ab ortu Solis usque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gẽtes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo & sacrificium purum. Vos autem prophanastis illud. Quando hæc euenerunt Iudæe? Quando in omni loco incensum oblatum est deo? Quando sacrificium purum? Non possis aliud proferre tempus, q̃ hoc, posteaq̃ Christus aduenit. Quod nisi de hoc tpe prædixit, nisi de nostro sacrificio uaticinatus est, sed de Iudaico, etiam legi repugnat prophetia. Nam cum Moses, uetet ullo alio in loco sacrificium fieri, pꝛeterq̃ in eo quem elegit dominus deus, cumque ille in unum locum sacrificia illa concluserit: nimirum propheta dicens, quòd in omni loco incensum adolendum sit, ac sacrificium purum, aduersatur ac repugnat Mosi. Verùm nulla est inter illos pugna, neque dissensio. Ille de alio loquutus est sacrificio,

Mat. 23. d

Dan. 9. c

Populus dei.

Consummari peccata quo modo dicuntur.

Mat. 23. d

Luc. 16. d

Res loquuntur.

Hebdomades annorum.

2. Esdra. 2. d. & sequen.

Dan. 9. &

ibidem.

Statua Hadriani.

Mat. 24. b

Dei decretis frustra resistit homo

Ignis è cœlo. Le. 10. & Num. 3. a

Hieroſolyma dicta Aelia.

Βάϊκον.

1. Cor. 3. d

Tẽpli instauratio miraculo interrupta.

Christi aduentus.

Deu. 16. b

Consensus eorum quæ ui dẽtur pugnare.

G & hic de alio pòst uaticinatus est. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quæ dicta sunt, tum ex alijs plurimis signis. Ac primùm ex ipso loco. Non.n.in una ciuitate, quemadmodum sub Iudæis, sed ab exortu Solis usq; ad occasum prædixit hanc culturam esse celebrãdam. Præterea ex sacrificijs modò, siquidem puram illam appellans, declarauit de qua loqueretur. Deniq; à personis offerentiũ. Non.n dixit, in Israel, sed in Gentibus. Ac ne putares, quòd in una duabúsue aut tribus ciuitatibus hoc culturæ genus instaurandum esset, non simpliciter dixit, in omni loco: sed, ab ortu Solis usq; ad occasum: demonstrans quòd quantum terræ Sol aspicit, tantundem & euangelium esset occupaturum. Purum aũt dicit sacrificium, quasi prius illud fuisset impurum, non quidem suapte natura, sed iuxta uoluntatẽ offerentium, & ideo dixit: Incensum abominatio est mihi. Quanq; & alioqui si quis ipsum hoc sacrificium conferat cũ illo, ingens immensumq; discrimẽ inueniet, ut iuxta comparationis rationem solum hoc purum dici mereatur. Quòdque de lege & gratia dixit Paulus, ne glorificatum quidem fuit, H quod erat glorificatum propter eminẽtem gloriam: idem & hic iure dixerimus, uidelicet quòd hoc sacrificium cum illo collatum solum dici debeat purum. Non.n.per fumum ac nidorem, non per sanguinem ac redemptionis pretia, sed p spũs gratiã offertur. Audi igitur & alium prophetam hoc idem prædicentẽ, quòd dei cultus non circunscribendus esset loco, sed ipsum omnes deinceps homines essent laudaturi. Sophonias autem ad hunc fermè modum loquitur, Illucescet dominus sup omnes gentes, & abolebit omnes deo gentiũ, & adorabunt illum è suo qsq; loco. Atqui non dixit hoc Moses, sed uno in loco sacrificari iussit. Cum igitur audias prophetas hoc dicẽtes ac uaticinantes, quòd non in unam ciuitatem, neque in unum locum compellẽdi sint homines, sed suę quisq; domi sedens culturus deum, quod aliud posis afferre tempus quàm hoc præsens? Audi sanè quo pacto & euangelia & apostoli cũ prophetia cũcordent. Hic dixit, Illucescet dominus: Apostolus ait, Illuxit gratia dei salutaris. Hic inquit, super gẽtes: Ille, super omnes homines. Hic dixit, Abolebit deos gentiũ: Ille erudiẽs I nos, ut abnegantes impietatem ac mundanas concupiscẽtias, sobriè & iustè & piè uiuamus. Rursum Christus Samaritanæ dixit: Crede mihi mulier, quòd uenturum est tempus, quãdo nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem. Spiritus est deus, & qui eum adorant, in spiritu & ueritate oportet adorare. Hæc autem dicebat, simul & necessitatẽ tollens obseruandi loci, & culturæ sublimius magisq; spirituale genus inducens. Ex his igitur rursum poterat demonstrari, quòd posthac neq; sacrificia, neq; sacerdotiũ, neq; regnum apud Iudæos futurum sit. Nam per urbis euersionem hæc omnia potissimum semel probata sunt: attamen poteramus & alios prophetas allegare, q hoc expressẽ loquuntur: sed uideo uos orationis longitudine fatigatos, uereorq; ne frustra temereq; uidear esse molestus. Quapropter polliceor me hæc alio tempore absoluturum. Illud interim rogabo uos, ut frẽs uestros seruetis, ab errore reuocetis, ad ueritatem reducatis. Nihil.n.profuerit audisse, nisi facta demonstrentur, quæ cum dictis consentiant. Etenim quæ dicta sunt, non propter nos dicta sunt, sed pp infirmos, ut illi postq; hæc à uobis didicerint, & à praua consuetudine fuerint liberati, syncerum & germanum præstent Christianismũ, fugiantq; praK uas Iudæorũ synagogas, siue q̃ fiunt in ciuitate, siue in suburbijs, speluncas latronum, dæmonũ habitacula. Proinde ne deseratis illorũ salutẽ, sed oĩa facientes, nihil nõ tentantes, ægrotos reducite ad xpm, ut & in hoc seculo & in futura uita recipiamus pmium bene factis nostris lõgè maius: Gratia & bonitate domini nostri Iesu xpi, qui cũ & p quem patri gloria unà cũ spiritusancto nũc & semp & in secula scorũ, Amen.

Iudæorũ sacrificia impura
Esai.1. d
Impurum comparatione puritatis eximiæ.
Cap. 2.c
Veteris ac noui testamenti concordia
Tit.2.c
Ioan.4.c
Iudæorũ synagogæ dæmonũ habitacula.

EIVSDEM ORATIO TERTIA. CVM SV *periori die prolixius disseruisset aduersus Iudæos, atque hinc raucedinem uocis contraxisset, hanc deinceps orationem habuit.*

Estiæ donec in syluis pascunt, & ab hominib bus negliguntur, mitiores sunt, minusq; sæuę. Verùm ubi uenatores eas captas in ciuitates adduxerint, atque inclusas extimularint, ut pugnent cum ijs qui bestijs obijciuntur, protinus irruentes ubi carnem degustauerunt, & sanguinem humanum biberunt, postea non facilè abstinent à talibus L epulis, sed multa cum auiditate ad eandem decurrũt mensam. Hoc sanè & nobis usu uenit: quoniam nunc cum Iudæis pugnam suscepimus, & imperu aduersus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum subuertimus, omnemq; celsitudinem erigentẽ sese aduersus cognitionem dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum xpo. maior etiam nos cepit aduersus illos bellandi cupiditas. Sed qd faciã? Videtis mihi uocem factam imbecillorem, idemq; mihi nunc accidere, quasi siqs miles concisis aliquot ex hostibus, magnoq; animo impressione facta i hostiũ condensatã aciem, pluribus prostratis, mox facto gladio cõsternatus ad suos sese referat. Quin potius quod nobis accidit, periculosius est. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam astantium ensem eripere suumq; animũ exerere, multamq; strenuitatem ostendere. Cæterùm si uox laboret, non licet ab alio uocem mutuò sumere. Quid igitur? suffugiemus & nos? At non pmittit hoc uestræ charitatis tyrannis ac uiolentia. Vereor & patris præsentiam, & uestrã reuereor promptitudinem. Proinde conabor & ea quæ supra uires meas sunt. Omnia cõmittemus & precibus huius, & charitati uestræ. Ne uerò uestrũ quisquam reprehendat orationem, uelut intempestiuam, si cum martyres uos hodie uocent, nos superstites illorũ exponere certamina, aduersus Iudæos exuimur. Nam & ipsis martyribus hic sermo est exoptatior. Ex nostris.n.laudationibus, nihil illis splendoris accresceret. Quid.n.egeant linguis nostris, quorum certamina superant naturam humanam, quorũ præmia uim ingenij nostri uincunt? Deriserunt hanc uitam, conculcarunt carnificinas ac tormenta, despexerunt mortẽ, ad cœlum euolarunt, erepti sunt è fluctibus rerum humanarum, in trãquillum enatigauerunt portum, haudquaq; aurum argentúmue, aut uestes pretiosas, sed thesauros quos nemo potest eripere importantes, tolerantiam, fortitudinem & charitatem. Nunc in Pauli chorum peruenerunt, ante coronas suas, expectatione coronarum alacres ac gestientes, eò quòd iam de futuro incerti esse desierũt. Quid igitur istis opus sit oratione nostra? Hoc igitur argumentum illis gratius. Ex nostris enim laudationibus, quemadmodũ antea cœperam dicere, nihil illorum

Simile.
Simile.
Dissimile
Dixit præsente episcopo.
Exui dicitur qui se expedit ad pugnam, & palæstrictum.
Animas nõ statim frui gloria uidentur sentire.

A glorię accesserit. Cęterũ ex nostris aduersus Iudæos conflictationibus multũ illis adiungetur gaudii, & libenter auscultaturi sunt maximè sermones eos qui pro gloria dei dicũtur. Iudæos in primis inuisos habent martyres, quandoquidem ab illis crucifixũ maxi
Mat.27.c mè diligunt. Nã isti dicebant: Sanguis eius super nos, & sup filios nostros: Illi uero sanguinẽ proprium effuderunt eius amore, quẽ illi occiderunt. Hos igitur
Transitio per epilogum.] sermones libẽter audient. Ergo quòd si hæc Iudæorum seruitus finẽ esset habitura, hoc quoq; prædictu ri fuerint prophetæ, & nequaq̃ silentio prætermittuntur, satis declarauimus: posteaq̃ docuimus omnes captiuitates, ut à prophetis prædictæ fuerant, in illos uenisse. Primum in Aegypto, deinde in Babylone, tertiam sub Antiocho illustri. Demonstrauimus.n.harum unicuiq; & locũ & tempus fuisse prædictum in sacris literis. Huic uero præsenti nullus propheta pręfiniuit tempus. Verũ quòd esset uentura omniaq; desolatura, ditionem insuper & religionẽ translatura, quantoq; tempore post reditum è Babylone uentura, prædixit Daniel. Cęterũ quòd sit habitura finem,
B quòdque aliquando sistenda sint ista mala, nec ille patefecit, nec quisq̃ aliorum prophetarũ. Quin contra magis prædixit, quòd ad finẽ usq; duratura esset hæc seruitus. Attestatur his quæ diximus & ipsum tempus, quod iam tantũ peractum est, nec ullum initium ad hũc usque diem bonæ cõmutationis ostendit, idq; quum crebro iam conati sint instaurare templum. Nã semel & iterũ ac tertiò, sub Hadriano, sub Constantino, sub Iuliano conatus illorũ interruptus est. Primũ quidem à militibus, rursus ab igni promicante è fundamẽtis, & illorum importunam peruiciam coercente. Iam uero lubens illos rogauerim, qua de causa quum tãtum temporis in Aegypto uersati receperint statum suæ ciuitatis, ac rursus abducti in Babylonẽ redierint Hierosolymam, tertio sub Antiocho tã multa passi mala, ad pristinum reuersi sint statũ, ac denuo sacrificia, altare, sancta sanctorum, breuiter omnia cũ pristina recepint dignitate, nunc nihil simile factum fuerit. uerũ quum centum anni, imò bis tantũ, imò ter, imò quater tantum, multoq; amplius annorum pręterierit. (Nam hic quingentesimus ex eo tẽpore agitur annus) ne significationem quidem ullam eius mutationis uidemus alicũde apparere, sed res illis funditus collapsas, ac ne per somnium quidem ullam spem eis ostẽdi, quẽadmodum prius. Etenim si peccata sua obijcerent dicẽtes, Quoniam peccauimus deo, offendimusq;, ideo nõ recipimus nostrã regionẽ, & si qui prius quum à prophetis accusarentur assiduè, non erubescebant, atq; illis atrociter exprobrantibus homicidia negabãt, iidem nunc confiterentur damnarentq; propria peccata: Iubens de integro unumquenq; illorum interrogauerim, ob quæ tãdem peccata ô Iudæe, extra Hierosolymã agis tanto tempore? Et quid istuc nouũ est aut mirum? Nõ.n.nunc tantũ in peccatis uiuitis, prius in iustitia rectéque factis soliti uiuere. Nonne iam olim ab initio in inumerabilibus peccatis uersabamini, an non inumera reprehendit in uobis Ezechiel prophe
Ezech.23.a ta, quũ inductis duabus meretricibus Oolla & Ooliba loquitur hũc in modum, Lupanar ædificatũ est in Aegypto, & insanistis in Barbaros, & alienos deos coluistis. Quid porrò? quũ mare finderetur, quũ
Exo.32.b træ rũperentur, quum tot miracula fierent in deserto, nonne uitulũ adorastis? Nonne Mosen nũc lapidibus impetentes, nunc alijs atq; alijs modis frequenD ter conati estis occidere? Nõne adhuc perseuerabatis
Ibid.16.f blasphemias iacientes in deum? Nõne Beelphegor im
Nu. 25. a molastis? nõne filios uestros, ac filias sacrificastis dæmonijs? nõne omne peccatorum genus perpetrastis?
Psa.94.b nõne propheta uobis sub persona dei loquitur, Quadraginta annos insensus fui generationi huic, & dixi semper errant corde? Qui fieri potuit, ut tum uos nõ auersaretur deus, sed post mactationẽ filiorum, post tantã improbitatem, post ineffabilem ingratitudinẽ etiam prophetã apud uos esse passus est, magnum illum Mosen, signaq; edidit miranda ac prodigiosa, quæq; sub alio mortalium nemine facta sunt? Hæc inter uos contigerunt, Nebula super uos testudinis uice
Nubes et colũna ignis. porrecta, columna tedæ loco uos præcedente, hosti bus uobis ultrò cedẽtibus, ciuitatibus sola propemodũ uoce captis, non armis uobis opus erat, non acie, non pugna tantùm insonuistis tuba, & ultrò mœnia corruerũt. Suppeditatus est uobis nouus quidam & inauditus cõmeatus, de quo clamat propheta, dicẽs:
Manna. Panem cœli dedit eis, panẽ angelorum comedit ho-
Psal.77.c mo. Quibus igitur de causis dicite mihi, tunc aspernantes Deũ, simulacris immolantes, liberos mactanE tes prophetas lapidibus obruentes, aliaq; innumera scelera ppetrantes, tantam beneuolentiam estis consequuti, tantam à deo prouidẽtiam? Nunc uerò cum nec idola colatis, nec liberos occidatis, nec prophetas lapidetis in ppetua degitis captiuitate? Nõ.n.tum alius erat deus q̃ nunc est. An non idem est qui tum illa gubernabat, & qui nunc q̃ fiunt operatur? Quid igitur in causa fuit, ut cũ grauioribus peccatis abundaretis, uberior fuerit erga uos dei beneficẽtia: nunc uerò cum leuiora peccetis, prorsus uos auersetur, ppetuæq; tradiderit ignominiæ? Etenim si uos nũc ob scelera reijcit, multò magis hoc tunc conueniebat facere. Quòd si tunc uos sustinuit impiè uiuentes, nũc multò magis oportebat sustinere, cũ nihil simile cõmittatis. Quamobrem igitur non sustinuit? Si uos pudet causam dicere, ego dilucidè profitebor, imo potius non ego, sed ipsa rerum ueritas loquetur. Posteaquam Christum occidistis, posteaq̃ in dominum iecistis manus, posteaq̃ sanguinem illum pretiosum effudistis: propterea non est uobis reliqua corrigendi spes, neq; uenia, neq; purgatio. Tum.n.quæ per audaciam perpetrastis, in seruos perpetrastis, in Mosen, in Esaiam, in Hieremiam. Tum tametsi impietas aliqua cõmittebatur, tamen audacia nondum processerat usq; ad malorum caput. Nunc autem omnia uetorum facinora uestris sceleribus occultastis, nec uobis ullum reliquistis locum atrociora committendi, ob
Iudæi immolabãt filios dæmonijs. insaniam qua debacchati estis in Christum: eoq; nũc grauiores luitis pœnas. Etenim si hæc nõ est causa uestra reiectionis, qua nũc tenemini, quare deus uester, tum uos occideres liberos uestros tolerauit, nũc autem à talibus abstinentes auersatur? Siquidem occiso Christo maius grauiusq; scelus commisistis, q̃ si mactassetis liberos. Agedum igitur dicite mihi, etiam ne posthac sustinebitis illum uocare impostorem ac legis transgressorem, ac non potius aliquo secedentes uosipsos occultabitis, qui corã oculis obtueamini tã manifestam & euidentem ueritatem? Etenim si im-
Ma.27.g postor erat Iesus, quemadmodum dicitis, legisq; trãsgressor: par erat ut hanc etiam laudem ferretis, qui ta
Christus innocens occisus. lem occideritis. Nam si Phinees unico tantũ perempto homine, totam numinis iram aduersus populũ

G exardescentē sedauit, (Stetit enim, inquit, Phinees, & placauit & cessauit quassatio) tamq; multos homines eripuit ab ira diuina unus hominis cæde, multò magis hæc uobis oportuit accidere, si legis transgressor erat quē uos crucifixistis. Cur igitur, quæso, Phinees, uiro legis transgressore perempto, iustus habitus est & sacerdotio honoratus? Vos aūt cum in crucem egeritis uirum impostorem, ut dicitis, deoq; aduersantē: quī sit ut non solū non feratis laudem & honorē, uerum etiam acerbiora passi sitis, q̄ tum cum filios uestros mactaretis? An non istud perspicuum est, etiam uehementer tardis & hebetibus, quòd posteaquàm aduersus seruatorem ac principē orbis impiè egistis, talis uindicta de uobis sumpta sit? Et nunc sanè absti netis à nefario sanguine, & sabbata seruatis, tum uerò ipsum etiam sabbati diem uiolabatis. At ecce deus p Hieremiā iusśit parci ciuitati uestræ, si desisteretis gestare onera sabbato. Sed hoc nūc facitis, neq; tollitis onera sabbato, attaniēn ne sic quidē uobis reconciliatur ille. Nam peccatum illud uestrum omniū erat maximum, ut ista uobis excusatio de peccatis, superuacanea sit. Non enim ob cætera uitæ commissa, sed propter illud facinus estis ī istis calamitatibus. Quod ni sic haberet, deus haud uos fuisset ad istū modum auersatus, etiamsi innumera alia peccata commisisse tis. Id cum perspicuum sit ex his omnibus quæ dicta sunt, ex hoc quod dicturus sum erit dilucidius. Quid autem est hoc? Audimus deum crebrò per prophetas dicentem maioribus nostris, uos quidem eratis digni malis innumeris, at ego nō facio propter nomē meū, ne prophanetur inter gentes. Non propter uos ego sacio domus Israel, sed propter nomē meum. Sensus autem hic est, Eratis quidē grauioribus digni supplicijs ac pœnis: uerū nequis diceret, quòd deus cū ob inopiam uirium nō posset seruare, reliquit Iudæos in manibus hostium, auxiliabor & prospiciam uobis. Itaq; si legis transgressor erat Christum, quem uos crucifixistis, etiamsi decies mille peccata commisissetis, multò etiā prioribus illis grauiora: profectò propter hoc factum seruasset uos deus, ne nomen ipsius polluere tur, ne ipse crederetur non esse magnus, néve quis diceret quòd ipsius causa hæc pateremini. Quòd si uidetur ob suam ipsius gloriam relaxare peccata: multò magis hoc nunc erat facturus, & mactationē hāc acceptam habuisset, ac multitudinem peccatorū uestrorum deleuisset. Cæterū, quoniam ut apparet, uos perpetuò auersatur, palàm est quòd per hanc iram ac perpetuam derelictionem, demonstrat etiam uehementer impudentibus, eum qui à uobis occisus est, non fuisse transgressorem legis, sed ipsum legis conditorem, & innumerabilium bonorū authorem uobis aduenisse. Eoq; uos qui impiè fecistis aduersus illum, in contumelia & ignominia degitis: nos uerò qui illū adoramus, honore uos omnes præcedimus, pérque dei gratiā, uenerabiliores uobis omnibus sumus, & ī maiore dignitate constituti. Et unde liquet, inquiūt, quòd nos repulit deus? Quæso te etiamnum opus est hoc uerbis demonstrare, cum ipsa res clamitet, ac uocem tuba clariorem emittat, tum per urbis euersionem, tum per templi destructionem, tum per cætera omnia? Verū homines, inquiunt, nobis hęc intulerūt, non deus. Immo deus ista potissimum effecit. Quòd si hæc hominibus imputas, illud rursum considera, quòd ut homines ista fuerint ausi, nisi deo placuisset, haudquaquam potuissent ad effectum perduce-

Psa.105. e *Argumentum ab euentis.* *Nu.25.b*

Cap.17.c

H

σάλπιγγος χαμὶ προτερον.

re. Cum igitur rediisset ille barbarus totam Persidem K
secū ducens, sperās fore ut uniuersos ex insidijs adortos caperet, ciuitatem totam uelut sagena quadā ac reti concluſam habebat: tunc demū, tum inquā, quoniam deus erat uobis propitius, absq; bello, sine conflictu, sine prælio cētum octoginta milibus militum interfectorum Assyriorū apud uos relictis, ita fugit, ut satis haberet si solus euaderet incolumis. Verū & alia bella innumerabilia frequenter istum ad modū iudicauit deus: itidem & nūc nisi ipse esset qui semel uos deseruit, haudquaquam potuissent ciuitatē uestram diruere, ac templum uastare, nequaquam huc usq; tanto tempore mansisset solitudinis calamitas, nequaquam uobis sæpe conantibus instaurationem conatus in uacuum cessisset. Iam non ex his solū, uerū etiam ex alijs conabor uobis facere fidem, quòd nō suapte uirtute uobis ista fecerunt Romanorum imperatores, sed quia deum habuistis iratū, qui uos deseruerat. Etenim si quod gestum est, humanum erat opus: oportuit uestras calamitates excidio finiri, nec longius proferri uestram ignominiam. Ponamus. n. iuxta uestrā sniam, mœnia ab hominibus fuisse subuersa, ciuitatem dirutam, altare deiectū: num & illud ab hominibus factū, quòd prophetæ cessarunt? num & spiritus gratiā sustulerunt? num alia, quæ apud uos fuere magnifica destruxerunt? ueluti uocem de propiciatorio reddi, uim unctionis, declarationem quæ fiebat in lapidibus sacerdotū: neq; enim Iudaica religio origines omnes habebat ex inferioribus, sed plures ac magnificentiores supernè è cœlis. Hoc aūt dico: Permisit sacrificia fieri. Altare quidem erat ex inferioribus, quemadmodum gladius & ligna, necnon sacerdos. Cæterūm ignis uenturus in adyta illa, uictimasq; consumpturus, è supernis habet originē. Nec enim homo inferebat ignem in templum, sed flāma è sublimi immissa suo ministerio consummabat hostiam. Rursum si quando cognoscendū erat aliquid, è propiciatorio, uox quæpiam è medio Cherubim prodibat, prædicens futura. Rursus è lapidibus qui erant in pectore summi sacerdotis, id uocabāt declarationem: relucebat fulgor quidam futura significās. Præterea quoties esset aliquis inungēdus, deuolabat spiritus gratia, & insiliebat in unguentū. Hæc aūt administrabant prophetæ. Quin & nebula frequēter & fumus adyta corripiebat. Itaq; ne ludæi perfricta frōte hominibus imputarent suarum rerū uastationem, non solùm ciuitatem deus passus est dirui ac templū uastari, uerùm etiam illa quæ cœlitus habebant originem è medio sustulit, uidelicet ignē, uocem, è lapidibus reddi solitum fulgorē, & huius generis alia uniuersa. Proinde cum tibi Iudæus dixerit, homines nos expugnarunt, homines insidijs adorti sunt, dicito illi: Profectò nequaquā expugnassent homines, nisi deus hoc permisisset. Verùm esto sanè, murum uestrum diruerint homines, num & ignem ex alto deuehi uetuit homo? Num uocem assiduè ex propiciatorio audiri solitam inhibuit homo? Num declarationem in lapidibus? num sacram unctionem? num cætera omnia sustulit homo? An non deus hæc omnia submouit? Nemini non perspicuum est, sed qua de causa sustulit? An non manifestum est ideo fecisse, quod uos odisset, quodq; semel auersatus esset? Nequaquā, inquiunt, sed quoniam ciuitate caremus, ideo caremus & istis. Quin potius, ut ex abundāti impudentia illorum ora claudamus: agè & hoc scripturarū testimo-

L

Quæ apud Iudæos religiosa.

Φιλοτιμίας ατιμον γε nus apud Iudæos.

Exo.25.c

Mat.27.b

M

Ignis cœlestis. *Leui.9.*

Vox de propiciatorio.

Ibidem.

Calo.3.a

A nijs demōstremus, quòd templi apparatus nō fuerit causa destructionis cæterorū à prophetis prædictæ, sed ira dei, & quòd magis ét ipsum prouocarint insanientes in Christum, q̄ tum cum uitulum adorarent. Nam cum uaticinaretur Moses, nec templū erat, nec altare, sed cū persisterent in innumeris impietatibus, tamen prophetię donum non cessauit. Verū & hic ipse, egregius uir, & alij rursus præter hunc septuaginta tum extitere prophetæ: nec id solū, uerū & post datū templum reliquamq; totā culturam: deinde hoc incēso, cunctisq; deportatis in Babylonem, rursus extiterunt Ezechiel & Daniel, qui nec sancta sanctorū aspicerent, nec altari assisterēt, sed in media Barbarorum regione & impurorum hominum consortio agentes spiritu repleti futura prædicebant, idq; de rebus multò tum pluribus, tum admirabilioribus q̄ præcesserāt: ac diuinam uisionem uiderunt, quatenus ipsis uidere licuit. Itaq; dicite mihi, quī ob causam non habetis nunc prophetas? An nō perspicuum est hanc esse causam, quòd deus uos repulerit? Sed quam ob causam repulit? Clarum item & hoc, quòd ob illum crucifixum, & impiū illud facinus. Vnde hoc liquet, inquis? Ex hoc quòd cum ante hac impiè uiueretis, nihil nō obtinebatis: nunc uerò cum uideamini modestius uiuere post crucem, atrociores lui is pœnas, neq; quicquam eorum contigit habere quæ prius habebatis. Vt autem & ipsis prophetis hoc euidenter & expresse testificantibus, præsentium malorum causam intelligatis, audite quid dicit Esaias quomodo prædicit simul & uenturam omnibus per Christum beneficētiam, & uestram improbam ingratitudinem. Liuore, inquit, eius nos sanati sumus: salutem indicās per crucem omnibus oblatam. Deinde de nostri similibus loquens subiecit: Omnes ut oues aberrauimus, homo in uia sua errauit. Tum crucis modum explicans, sic loquitur, Sicut ouis ad occisionem ductus est, & ut agnus in conspectu tōdentis ipsum sine uoce fuit. Hic nō aperit os suum. Et ubi licet hoc uidere? In nefasto prætorio Pilati, cum tam multa, inquit, testimonia proferrent aduersus ipsum, nihil eis respōdit Iesus. Et dixit ad illum præses: Audis q̄ multa in te testificētur? Verū nihil respondit, sed stabat tacitus. Hoc olim cœlitus afflatus propheta dixerat: Sicut ouis ad occisiooem ductus est, & sicut agnus coràm se tondente mutus. Post hæc exponens iniquitatem in prætorio pepetratam, ait: In dilectione eius iudicium sublatū est. Nemo tum illi iuxta iuris rationem de illo suffragium tulit, sed falsa potius aduersus illum recipiebāt testimonia. In causa erat quòd tum nolebat elabi: Nā si uoluisset, omnia turbasset, concussisseteq;. Et enim si id temporis quo pendebat in cruce, saxa dissidit, orbem terrarum obscurauit, Solis radios auertit, noctē medio die per uniuersam terrā induxit, idem potuisset in prætorio facere. Verùm noluit, māsuetudinem ac lenitatem exhibens. Eoq; dicit: In dilectione illius sublatam est iudicium. Deinde demonstrans, quòd non esset unusquilibet è uulgo subiecit: Generationē eius quis enarrabit? Quis enim est? De quo dicit: Tolletur de terra uita eius. Ideo & Paulus dicit: Vita nostra abscondita est cum Christo in deo. Cum apparuerit Christus uita nostra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Sed quod dicere proposueram, ut demonstrarem quòd propter hunc sustinuerint præsentia mala, tempus est ut ipsum Esaiam inducam loquentem. Vbi nam hoc est inquis? Post dictum prætorium, post occisionem, post assumptionem, ubi dixit: Tolletur de terra uita eius, & subiicit: Et dabo im probos pro sepultura eius, & diuites pro morte illius. Non simpliciter dixit, Iudæos, sed, improbos. Quid. n. illis improbius esse possit, qui post tot tāta; accepta beneficia, beneficum occiderunt? Nisi hæc euenerūt, nisi nunc uiuitis in ignominia, nisi omnibus quæ maiores habuerunt estis priuati, nisi corruit uestra ciuitas, nisi templum uestrum uersum est in ruinam, deniq; nisi uestræ calamitates superant omnem tragœdiam, ne credas ò Iudæe? Contrà, si res ipsæ clamitāt, si quod prædictum erat à prophetis perfectum est: quid frustra, quid incassum obtines tuam impudentiam? Nam ubi illa apud uos ueneranda, ubi pontifex, ubi stola & rationale, ubi declaratio? Ne uerò mihi istos patriarchas dixeris, caupones, negotiatores, iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, cū nō sit uetus illud oleum, neq; quicquam omnino ueteris sanctimoniæ? Dic, inquam, mihi, qualis sacrificus, cum non sit sacrificium, neq; altare, neq; cultura? Vis tibi recitē leges de sacerdotio, quomodo solent olim consecrari, ut intelligas quòd qui nunc apud uos dicuntur patriarchæ non sint sacerdotes, sed per simulationem sacerdotum agant personam, nec aliter ludant q̄ histriones in scena, immo ut uerius dicā, nec sustinere possint sacerdotis personam? nō dico iuxta ueritatem, uerùm ne iuxta simulationem quidem sacerdotij. Excute igitur, recordare quō tum Aaron factus sit sacerdos, quot hostias pro illo imolarit Moses, quot pecudes prostrauerit, quomodo illum lauerit, quomodo ilium unxerit, extremum auriculæ, manum dextram, in sancta sanctorū introduxerit. Post hæc iusśit præscripto septem dierum numero manere intus. Quin potius operæpretium est audire uerba illorum: Hæc, inquit, unctio Aaron, & unctio filiorū eius. Et dixit dominus ad Mosen, dicens: Assume Aaron & filios eius, & stolas, & unctionis oleum, & uitulum pro peccato, & arietem, & conuoca synagogam ad ostium tabernaculi testimonij. Et dixit Moses uniuersæ multitudini congregatæ sermonē quem mandarat dominus, & posteaquā applicuisset illos (dicendum est enim compendio) lauit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induxit ependyten, imposuit humerale, præcinxit illū ac substrinxit, imposuit rationale, imposuit declarationem & ueritatem, & mitrā imposuit capiti illius, & super mitram laminam aureā, deinde sumpto oleo conspersit altare, & sanctificauit, illud, & uasa, & basim sanctificauit ex eodē, & effudit ex eo in caput Aarō, & filijs illius similiter fecit, & adduxit uitulum. Cum autem occidisset eum, posteaquàm Aaron cum filijs suis imposuissent manus, sumpsit de sanguine, & imposuit cornibus altaris, & purificauit altare, & sanguinem effudit in basim, & sanctificauit illud, ut propitiaret super illud. Deinde posteaquàm quædam ex his mactasset, alia foris, alia intus, adduxit rursus alium arietem, & ipsum immolauit in holocaustum, & iterum adduxit arietem consummationis, & rursus Aaron cum filijs imponente manus, occidit, rursusq; sumens de sanguine eius super extremum auriculæ Aaron dextræ, & super extremū manus dextræ, & super extremū pedis dextri, simili modo fecit & filijs illius. Deinde sumēs hostias imposuit manibus Aaron & filiorum eius, ac sic obtulit. Et sumpto sanguine, rursus ex oleo conspersit super Aaron & stolas illius, & super filios eius, & super stolas

Prophetica sublata Iudæis

B

Esa.53.b *Prophetiæ de Christo.*

C

Esa.53.c

D

Esa.53.c

ρυπαροσθροισμος argumentorum.

E

Leui.7.d *Ibid.8.a*

F

eorum, & ſanctificauit eos, & iuſsit coqui carnes in
Leui. 8.g atrio tabernaculi teſtimonij, illicq; eis ueſci: & ab oſtio
tabernaculi teſtimonij ne egrediamini, inquit, dies ſe
ptem, donec impleatur dies ordinationis ueſtræ. Se-
ptem enim diebus conſummabit manus ueſtras, ut
propitietur pro uobis. Cũ igitur dicit, quòd his rebus
legitimè initiatus ſit Aaron, his purificatus, his ſancti
ficatus, per hæc placauerit deum: nihil aũt horũ nunc
fiat, neq; uictima, neq; holocauſtum, atque ſanguinis
aſperſio, neq; olei inunctio, nec adſit tabernaculũ te-
ſtimonij, neq; ad præfinitũ dierum numerum ſedea-
tur intus: profectò palàm eſt, quòd ſacerdos qui nũc
apud iſtos eſt, impurus ſit ac neſaſtus, illegitimus ac
prophanus, deniq; quòd nõ propitiet, ſed prouocet.
Etenim ſi non poterat aliter conſecrari, niſi hiſce ri-
tibus: omnino neceſſe eſt, totum ſacerdotium illorum
non cõſiſtere. Vides à me meritò dictũ, quòd non ſo
lùm à ueritate, uerũ etiã ab ipſa rei ſimulatione procul abſunt. Nec ex his tantũ, uerum etiam ex alijs diſcere licet, quanta tum fuerit ſacerdotij dignitas. Proinde cũ aduerſus Aarõ ſeditionẽ mouiſſent homines
H quidam ſcelerati perditiq;, conantes eum à principatu depellere, & de honore cum illo diſceptarent, man
Cõfirmatio ſacerdotij. ſuetiſsimus Moſes cupiens illis, rebus ipſis facere fidẽ,
Virga. quòd non ut fratrem, aut cognatũ, aut familiarẽ eue
Num.17.a xiſſet illum ad eum honorem, ſed dei parens edicto tradiderit illi ſacerdotium illud, iuſsit ut unaquæque tribus uirgam adferret, idem præcepit Aaron: cũ attu liſſent, omnes accepit, & intus repoſuit, eo facto iuſsit expectari diuinum iudicium, quod per uirgas illas eſſet proferẽdum. Deinde cum ſimul omnium reliquorum uirgæ manerẽt in eodẽ habitu, ſola uirga Aaron germinauit, frondesq; produxit ac fructus, ut intelligerẽt quòd naturæ dominus illum delegiſſet denuò, literarum uice folijs utens. Etenim qui in initio dicebat: Germinet terra herbam graminis, eiusq; uim ad
Gen.1.b fructificandum excitauit, idem & illud lignum quod erat aridum & infrugiferum, fecit ut abſq; terra, ſine radice germinaret. Ac nunc quidem illa uirga ſimul & illorum malitiam & dei iudiciũ declarat, non emittẽs quidem uocem, ſed ipſo aſpectu quauis tuba clarius exhortans, nequid talium facinorum in poſterũ
I aggrederentur. Nec hoc modo tantùm, ſed alio quodam argumento deus declarauit eum ſacerdotem. Etenim cum multi mota aduerſus illum ſeditione, appeterẽt ipſius honorem (principatus enim res eſt, pro qua depugnari ſolet, eò quòd expetatur à multis) iuſsit ut illatis thuribulis, & impoſito thymiamate, cœlitus expectarent ſententiam. Atque illis adolentibus,
Num. 16. a terra dehiſcens, omnes abſorbuit, & eos qui ipſis cõſenſerant foculoſq; ſumpſerãt, ignis è cœlo demiſſus exuſit. Tum ne quod acciderat temporis progreſſu
Vindicta in eos qui deſpiciũt ſacerdotes. deletum obliuione iaceret, néve admirabilem hanc dei ſententiam ignorarent poſteri, præcepit Moſes, ut thuribula ſublata applicarent ad altare, ut quemadmodum uirga ſine uoce uocem emiſit ipſo conſpectu, itidem & hæc per ora poſterorũ uolitantia cunctis commemorarentur, admonitura conſulturáque minoribus, ne maiorum amentiam imitarentur, ne quando ſimili pœna plecterentur. Ad hunc modum olim ſacerdotes creabantur. nũc uerò luſus meri ſunt riſusq;, quæ fiunt apud Iudæos omnia, pudor & cauponatio, plena immenſæ impietatis. Hos igitur ſequeris dic mihi, qui pertinaciter ſolent ſemper tum facere, tum dicere omnia, quæ dei legibus aduerſantur?
Ibidem. c

ad horum ſynagogas accurris? nec metuis, ne ſulmi-
K nis impetus cœlitus emicans exurat caput tuum? An
ignoras eos qui ipſi quidem non prædantur, ſed tamen in prædonum ſpeluncis conſpectu fuerint, eaſdem dare pœnas cum prædonibus? Quid autem loquor de prædonibus, profectò ſcitis oẽs ac meminiſtis, quòd apud nos ſcelerati quidã & impoſtores ſtatuas principis demoliti ſunt. Quid factum? Non illi tã tùm qui facinus auſi fuerant, ſed quotquot ſimpliciter præſentes erant ijs quæ gerebantur, quoniam uidebantur illis aſſentiri, in iudicium abrepti, eaſdẽ cũ
Iudæorũ blaſphemiæ. illis pœnas dederunt. Tu uerò ubi pater afficitur contumelia, ubi filius laceſsitur conuicijs, ubi ſpiritus ſanctus contemnitur, eò ſtudes accurrere? Agè dic mihi, non metuis, nõ horreſcis, cũ teipſum in loca prophana impuraq; conijcis? Dic mihi, quid habebis quod excuſes, quã ſperabis ueniam, qui uolens teipſum in barathrum immittas, in præcipitium des? Neq; n. mihi illud dixeris, quòd illic ſita eſt lex, & prophetarum
Antitheſis. libri. Neq; enim iſta res locũ reddit ſanctum. Vtrum enim maius eſt, libros eſſe repoſitos in loco, an loqui
L ea quæ ſunt in libris? Perſpicuum eſt melius eſſe ſi ea quæ ſunt in libris ſones, habeasq; animo. Ergo reſpõ de mihi, cũ diabolus recitaret ea q̃ ſunt in ſcripturis, num os illius ſanctificatum eſt? Non potes dicere, ſed permanſit id quod erat diabolus. Quid aũt dæmo-
Act.16.d nes? cũ prædicarẽt ac dicerent: Iſti homines ſerui dei altiſsimi ſunt, annunciantes uobis uiam ſalutis, an ideo illos in apoſtolorum ordinem referemus? Nequaquam, immo nihilominus execramur illos, odimusq; q̃ antea. Ergo cum uerba prolata non ſanctificent, libri repoſiti ſanctificant? Minimè. Qua tandem ratione id conſequitur? Immo hoc nomine odi ſynagogam, quòd legem habeat ac prophetas, & nũc ẽt amplius odi, q̃ ſi nihil iſtorum haberet. Cur ita tandem? Quoniam hinc habent eſcam uariamq; fraudis materiam, qua ſimpliciores alliciant. Quando quidẽ & Paulus ſpiritum illum loquentem magis q̃ tacentẽ inſectatus eſt. Etenim moleſtia tædioq; affectus, inquit ſpiritui: Exi ab illa. Qua de cauſa? Quoniam clamabat: Iſti homines ſerui dei altiſsimi ſunt. Tacentes enim non perinde decepiſſent ſimplices, loquentes autem multos ſimpliciores erant attracturi perſuaſu
M riq;, quò nimirum & alijs in rebus ſibi auſcultarent. Siquidẽ ut oſtium aperirent ſuis fraudibus, poſſentq; in poſterũ mentiri cõfidentius, propterea uera quoq; nonnulla commiſcebant: non aliter quàm qui letifera miſcent uenena, os poculi melle circumlinentes, efficiunt ut facilius accipiatur malum. Hanc ob cauſam & Paulus potiſsimum afficiebatur moleſtia, feſtinabatq; illis occludere os, quòd ſibi authoritatem uſurparent, nequaquam ipſis congruentem. Hãc ob cauſam & ipſe Iudæos odi, quòd cum legem habeãt, legem uiolant, & hoc modo ſimpliciores inefcare conantur. Non perinde graue crimen admitterent, niſi cum credant prophetis, diffiderent Chriſto. Nunc uerò ſibi omnem ueniæ ſpem ademerunt, qui cùm ſe iactent prophetis credere, contumelijs afficiunt eum quem illi prædixerũt. In ſumma, ſi credis illos eſſe ſanctos, eò quòd illic lex & prophetarum libri repoſiti
Externa nõ faciũt ſanctum. ſunt, ſupereſt ut & idola & idolorum templa pro ſanctis ducas: Quondam enim cum bellum teneret Iudæos, uictores Azotei ceperunt arcam, inque ſuum templum intulerunt. An ideo ſanctum erat illorum templũ quòd haberet arcam? Nequaquam, ſed prophanum,

A phanum, ſed impurum: id protinus ipſis factis declaratum eſt: ut hoſtes intelligerẽt uictoriã ipſis ceſsiſſe, non ob impotentiam dei, ſed ob iniquitatem eorum
1.Reg.5.a à quibus colebatur, arca capta in aliena terra uim ſuã oſtendit, idolo bis in ſolũ deiecto, effecit ut etiam cõminueretur. Tantũ aberat ut locũ ſanctificaret, ut locum ẽt expugnaret. Verũ hìc quæ nam eſt arca penes Iudæos, ubi non eſt propitiatorium, nõ unctio, non teſtamenti tabulæ, non ſancta ſanctorum, non uelũ, non ſummus ſacerdos, non thymiama, nõ holocauſtum, non uictima, nõ alia quæ tum arcam illis reddebant uenerandam? Mihi quidẽ Iudæorũ, quam nunc habent, arca nihilo melius habere uidetur, ijs quę ueneunt in foro, immo peius habet. Nam hæ nihil lędere poſſunt, ſiquis adeat, illa uerò quotidie multã no-
1.Cor.14. xam infert ijs qui acceſſerint. Fratres ne ſitis pueri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote: eosq; qui ad iſta ſtupent, ab hoc intempeſtiuo certamine liberantes, erudite quid oporteat timere reuereriq;, non iſtã arcam, ſed quòd cõcurrẽtes ad illam uiolant templum dei,
Gal.5.a per conſcientiam ad Iudaiſmũ propenſam, per intem
B peſtiuam iſtã obſeruationem. Quotquot, inquit, in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Hoc oportet time re, ne ĩ die illo audiatis ab eo qui uos iudicaturus eſt:
Mat.7.d Diſcedite, non noui uos: cõmunicaſtis enim cum his qui me crucifixerunt, ad Iudæorũ qui impiè agebant in me, ac legem uiolabant, ſynagogas concurriſtis. Atqui ego quidẽ templũ illorum ſubuerti, & in rudera aceruum uerti templũ illud uenerabile, templũ res uerendas & horrendas continens. Vos aũt habitacula negotiationum nihilo meliora ſpeluncis latronum colitis. Etenim ſi tunc cũ eſſet Cherubin, cũ arca, cum adhuc ſpiritus floreret gratia, dixit: Feciſtis illud ſpeluncam latronũ, aut ut refert Ioannes, domũ
Ier.7.b Ioan.2.c negotiationis, propter iniquitates ac cædes illorum. Nũc poſtquã illos ſpiritus deſeruit gratia, cunctaq; illa magnifica ſublata ſunt, etiam cũ deo pugnãtes impiam iſtam religionem celebrant, quid addere poſsit aliquis, ut nominatis ſynagogis reperiat illis dignam impietatẽ? Etenim ſi iam tum erat ſpelunca latronũ, cum ſtatum ſuum obtineret: nunc etiamſi lupanar, ſi tranſgreſsionis locũ, ſi diaboli ſpeluncam, ſi animarũ
C exitium dixeris, ſi totius perditionis præcipitiũ ac barathrum, deniq; quicquid addideris, minus q̃ pro re, dignitate dixeris. Templũ cupis uidere, ne curras ad
Templũ ſanctum. ſynagogã, ſed ipſe fias templum. Vnicum templũ diruit deus Hieroſolymis, & innumerabilia erexit illo lõ
1.Cor.6.d gè uenerabiliora. Vos, inquit, templum eſtis dei uiuẽtis. Hanc domum exorna, oẽm exige cogitationẽ malam, ut fias pretioſum membrum Chriſti, ut fias templum! deinde & alios redde tales. Et quemadmodũ cum uides pauperes non facilè prætercurris: ita cum uideris aliquem ad ſynagogam currẽtem, ne diſsimules, ſed oratione ceu fræno quodam cohibitũ reducas ad eccleſiam. Hæc eſt maior eleemoſyna quàm illa, immo maior q̃ decem milia talentorũ, quàm hic mundus uniuerſus, quãtus quantus undiq; patet oculis. Siquidem homo eſt toto mundo pretioſior, huius enim cauſa & cœlum, & terra, & mare cõdita ſunt & Sol & ſtellæ. Perpende igitur quanta ſit dignitas eius cuius ſaluti conſulitur, & ne contempſeris illius curã. Nam etiamſi pecuniæ uim immenſam dinumerarit aliquis, nihil ſimile præſtiterit ei quod præſtat is qui ſeruat animam, & abducens ab errore ad pietatẽ manu reducit. Qui dederit pauperi, famem ſoluit: qui lu
D dicantem correxerit, impietatem extinxit. Ille paupertati ſolatium adhibuit, hic iniquitatem inhibuit:
Cõtentio. ille corpus liberauit à dolore, hic animã eripuit à gehenna. Oſtende theſaurum, ne deſeratis lucrũ. Non eſt quòd hic paupertatẽ cauſemini, nõ eſt quòd mendicitatem prætexatis: uerba tantũ inſumẽda ſunt, ſermonis modò ſit impẽdium. Ne pigritemur igitur, ſed omni ſtudio uenemur fratres noſtros, eisq; uel inui-
Pertrahimus ad ſolutionem ieiunij Iudaici. tis in domum noſtram pertractis prandium apponamus, ad mẽſæ cõmunionem illos aſcſcamus hodie, ut ubi noſtro in conſpectu ieiunium ſoluerint, ſatisq; declarauerint, fidemq; plenam fecerint, quòd in melius correcti ſint, & ſibi ipſis & nobis ęterna bona cõcilient, gratia ac bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum & per quẽ patri unà cum ſpiritu ſancto gloria, imperium, honor, & adoratio in æuum.

EIVSDEM ADVERSVS *Iudæos, oratio quarta*

Trum uos pugnæ huius cũ Iudæis ſuſceptæ
u ſatietas cepit, an uultis, ut rurſus hodie quo-
E que materiam eandẽ tractemus? Quãquam enim multa ſunt iam dicta, attamen arbitror uos ſic affectos, ut cupiatis iiſdem de rebus iterum audire. Etenim qui nõ ſatiatur amore erga Ieſum, is nec unquã ſatiabitur pugna aduerſus eos ſuſcepta, q Ieſum oderunt. Super hæc, & alioqui nobis hic ſermo neceſ-
Scenopegia Iudæorum. ſarius eſt. Superſunt enim adhuc feſtorum Iudæorũ reliquiæ. Sed quemadmodũ illorum tubæ multò ſceleratiores erant ijs q ſonãt in theatris, & ieiunia quauis ebrietate & comeſſatione erãt improbiora: ita & tabernaculã quæ nũc apud illos figuntur, nihilo ſunt honeſtiora diuerſorijs, in quibus ſcorta uerſantur ac tibicinæ. Nequis autem orationis huius audaciam reprehendat. Nam auſus eſt extremus ſummaq; impietas ſecus de illis opinari. Cum enim aduerſus deum contendant, ac ſpiritui ſancto reſiſtant: quur non de illis feramus ſententiam? Erat olim hoc feſtum uenerabile cum iuxta legem fieret, deiq; iuſſu. Nunc autem nõ amplius, eò quod tota illius dignitas ſublata eſt, eò quòd contra dei mentem celebratur. Quiq; maximè uiolant legem priſcaq; feſta, ij maximè omnium
F ſunt qui nunc uidentur ea celebrare. At contrà, nos ſumus qui maximè legem ueneramur, qui eam uelut hominem ſenio defectum, quieſcere ſinimus, nec in caueas hominibus differtas protrahimus poſteaquã incanuit, neq; præter ætatem certare compellimus. Nunc enim nec eſſe legis tempus, neque uetuſtæ religionis, ſatis antè demonſtrauimus. Agè igitur, quod ſupereſt hodie perſoluamus. Satis quidẽ erat ex prophetis omnibus demonſtraſſe, quòd nũc extra Hieroſolymam tale quippiam facere, trãſgreſsio legis ſit & impietas. Nam ſi uerum eſſet quod iſti ſemper ubiq; iactantes prædicant, futurum ut ciuitatem denuò recipiant, ne ſic quidem poſſent à uiolatę legis crimine liberari: attamen nos ex abundanti hoc quoq; demõſtrabimus, quòd nec ciuitas ſit inſtauranda, neq; priſcum reipublicæ ſtatum ſint recepturi. Hoc autẽ demonſtrato, reliqua omnia in confeſſo ſunt, uidelicet quòd neq; ſacrificiorum ritus, neq; holocauſtorum, neq; legis uis, nec alia pars ulla ſtatus illius conſiſtere poterit. Primùm enim præcepit lex, ut ter in anno om-
Exo.23.b Leui.15.d ne maſculinum aſcenderet in templum, cęterùm deiecto templo hoc fieri nequaquam poterat. Rurſus

G præceperat, ut qui profluuio seminis laboraret, qui lepra contaminatus esset, quæ menstruo fluxu teneretur, quæ peperisset, offerret sacrificia. At qui nec hoc fieri potest, cũ desit locus, nec extet altare. Iusit cani sacros hymnos, & hoc antè declarauimus tum ipso loco uetari, tum à prophetis damnari accusantibus illos ac dicentibus, quòd foris legerent legẽ, & appellarent confessionẽ. Cùm igitur ne legere quidem fas fuerit extra ciuitatẽ, quomodo legem seruare potuerunt extra ciuitatẽ? Hanc ob causam & minitans illis dicit: Non uisitabo filias uestras, cum stuprum admiserint: neque nurus uestras, cum mœchatæ fuerint. Quid autem hoc est? Recitata ueteri lege conabor uobis reddere dilucidius. Quę est igitur illa lex? Si mulier præuaricata fuerit à uiro suo, eumq; negligẽs despexerit, dormieritq; aliquis cũ illa coitu seminis, & latuerit oculos uiri, nec testis fuerit aduersus illam, nec fuerit deprehensa: ac super ipsum quidẽ spiritus zelotypiæ, cæterũ ipsa nõ fuerit contaminata. Sensus horum uerborũ hic est: Si mulier, inquit, mœchata fuerit, & uir habeat illã adulterij suspectam, ille quidẽ suH spicabitur. Et si nõ fuerit testis, nec uterus coarguẽs, ducet, inquit, illam ad sacerdotẽ, & offeret donum illius, hordeaceam farinam. Cur ita tandem, non siligineam, nõ triticeam farinã, sed hordeaceam? quoniã id quod gerebatur luctus erat, & incusatio suspicioq; forma sacrificij domesticam calamitatẽ imitabatur, eoq; dicit: Non effundes super illam oleũ, neq; impones illi thus. (nam cõtrahendus est sermo.) Adducet illam sacerdos, sumetq; puram aquam in uase fictili, & sumet de terra quæ est in pauimento, sumptamq; conũciet in aquã, statuetq; mulierem, & adiurabit illam ac dicet: Si non es transgressa, nec polluta sub uiro tuo, salua esto ab aqua redargutiõis. Quòd si trãsgressa es ac polluta, & aliquis tecum concubuit, det dominus te in execrationẽ, ac detestationẽ in medio populi. Quid est, in execrationẽ, ac detestationem? Vt dicãt, ne mihi accidat quod accidit illi mulieri. Vt reddat dominus uterum tuum inflatum, & ingrediatur aqua execrata, infletq; uẽtrem tuum: & dicet mulier, fiat, fiat. Et erit si fuerit polluta, ingredietur aqua redargutionis, & inflabit uentrẽ illius, & erit mulier execrabilis. Quòd si non fuerit polluta mulier erit innocua, & proleminabit semen. Ergo postq; in captiuitatem abducti sunt, neque quicquam horũ fieri potest, cum nec tabernaculum habeant, nec offerantur hostiæ, dominus cõminans dixit: Non uisitabo filias uestras, cum stuprum admiserint: nec nurus uestras, cũ mœchatæ fuerint. Vides legem à loco uim habere? Ex hoc perspicuũ est ne sacerdotiũ quidem esse posse, cum desit ciuitas. Quemadmodũ enim fieri nõ potest, ut imperator sit, si nõ sit exercitus aut diadema, non purpura, non alia quæ regnum cõmendant, cõprobãtq; : ita nec sacrificus esse potest sublata hostia, uetita oblatione, sanctis cõculcatis, toto rerum statu abolito. Nam his rebus omnibus constabat sacerdotium. Sufficiebat igitur nobis ad probationẽ, quemadmodum dicere cœperamus, quòd neq; sacrificia, neq; holocaustomata, neque reliquæ purificationes, neq; præterea quicquam obseruationis Iudaicæ redditurum sit. Supererat, ut demonstraretur, nunq; fore ut templum instauretur. Nam quemadmodum omnia sunt abrogata, si nõ sit templum, & siquid uideatur fieri, facinus est aduersus legem commissum: Ita posteaquàm ratio demonstrauit nunq; fore ut templum redeat ad pristinum statum, eadem opera & illud demonstratũ est, quòd neq; cæteri ritus & cultus ad pristinum statum sint redituri: Non sacerdos erit quispiam, non rex. Etenim si non erat permissum utiquis ex ipsorum cognatione quanuis plebeius, seruiret alienigenis: multò magis fas non erat ipsum regẽ alienigenis subiici. Verũ quoniam hic cõtendimus conamurq;, nõ tantũ, ut illis obturemus os, uerũ etiam ut uestrã charitatem erudiamus: agè hoc ipsum aliunde demonstrabimus, uidelicet quòd illis & sacrificiorum & sacerdotij finis sit, adeo ut nunquam amplius ad pristinam consuetudinem hæc sint reditura. Quis igitur hęc dicit? Admirãdus ille ac magnus propheta Dauid: declarans enim quòd omne sacrificiorum genus esset eiiciendum, & aliud inducendum, loquitur hũc in modum: Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tui. Annunciaui & locutus sum. Vides prophetæ sapientiam: ubi dixisset, multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, stupefactus admiratione diuini opificij nihil dicit de conditione rerũ nobis conspicuarum, cœli, terræ, maris, & aquæ, & ignis, nõ de stupendis illis prodigijs, quæ acciderunt in Aegypto, non de cæteris huiusmodi oraculis. Sed quæ dicit esse miracula? Sacrificium & oblationem noluisti. Quid obsecro dicit? An istud stupẽdum est ac miranL dum? Nequaquam, inquam: non enim hoc solùm uidit, sed cœlitus edoctus prospiciebat oculis prophetis futurum ut gentes adducerẽtur: & quomodo qui prius erant addicti dijs, colebantq; lapides, miseriores ipsis brutis, repentè uisum reciperent, omniumq; dominum agnoscerẽt, ac relicta impura dæmonum cultura, purè citraq; sanguinem deũ colerent: simulq; intelligens quòd non illæ solũ, sed & Iudæi infirmiores relicta hostiarum, holocaustomatum aliorumq; corporalium rituum obseruatione, ad nostrã & ipsi philosophiam adducerentur, simulq; reputans ineffabilem dei erga genus humanum charitatem, quæ superat omnem intellectum, & attonitus admiratione tantæ mutationis futuræ, & quàm mirabiliter ista deus in alium ordinem trãslaturus esset, & homines ex dæmonibus facturus angelos, ac uitæ genus inducturus cœlis dignum. Tum quòd hæc omnia essent M futura uetere sacrificio abolito, & altero in illius locum inducto per corpus Christi: quod sacrificiũ admiratus ac stupefactus dicebat: Multa tu fecisti deus meus mirabilia tua, & ex persona Christi totum hoc uaticinium edit. Sanè cum dixisset: Sacrificiũ & oblationem noluisti, subiicit: Corpus autem adaptasti mihi. De corpore loquens dominico, cõmuni pro toto orbe sacrificio, quo nostras purificauit animas, peccata dissoluit, mortem extinxit, cœlos aperuit, multasq; ac magnas spes nobis ostendit, cæteraq; præparauit omnia: quæ quidem & Paulus uidens exclamauit, dicens: O altitudo diuitiarum, sapientiæ ac scientiæ dei, q̃ imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Hæc igitur omnia prospiciẽs dicebat: Multa tu fecisti domine deus meus mirabilia tua. Deinde cum ex persona Christi dixisset, Holocaustomata & pro peccato nõ probasti, subiunxit, Tũc dixi, ecce adsum: quoniam perfectioris doctrinæ tẽpus est. Nam imperfectiora per seruos erant docenda, sublimiora uerò & humanam superantia naturã per ipsum legis authorẽ, ideo & Paulus dicebat: Multifariè multisque modis deus locutus patribus noA stris per prophetas, extremis hisce diebus locutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omniũ. Ac rursus Ioannes: Lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est. Itaq; hæc summa legis laus est, quòd ea naturã humanam illi doctori præparauit. Deinde ne putares hunc esse recentẽ deũ, aut aliquid nuper inuentum adferre, audi quid dicit: In capite libri scriptum est de me. Iam olim meũ aduentum prædixerunt prophetæ, & in initio librorum meæ diuinitatis cognitionem obiter hominibus apposuerunt. Itaq; cum deus dicit in initio conditi mundi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, tectè nobis filij diuinitatem aperit ad quẽ loquitur. Post hęc declarans, quòd hæc uitæ ratio nõ est priori cõtraria, sed hoc quoq; uoluisse deũ, ut illo sacrificio antiquato in eius locũ hoc induceretur (Nã erat correctionis uehementia, nõ contrarietas aut pugna) ubi dixisset: In capite libri scriptũ est de me, subiicit: Vt facerem uoluntatem tuam deus, uolui, & legẽ tuam in medio uentris mei: pòst exponens quæ tandem esset uoluntas dei, prætermissa mentione hostiaB rum, holocaustomatum, oblationũ, laborum, ac sudorum, ait: Annunciaui iustitiam in ecclesia magna. Quid hoc est, annũciaui iustitiam in ecclesia magna? Non dixit, dedi: sed, annunciaui. Quid tandẽ igitur? non ex benefactis, nec laboribus, nec pensatione, sed ex sola gratia iustificauit genus nostrũ. Quod & Paulus declarans dicit: Nunc autem absq; lege iustitia dei manifestata est, iustitia aũt dei per fidem Iesu Christi, non per ullum sudorem aut laborem. Et hoc assumpto testimonio hunc in modum loquitur: Vmbram enim habens lex futurorum bonorũ, non ipsam rerũ imaginem, singulis annis iisdem hostijs qua semper offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Eóque ingrediens mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi: significans ingressum unigeniti in mũdum per carnis dispensationem. Sic enim ad nos uenit, non locũ loco commutans (quî nanq; conueniat hoc in eum, qui est ubique, quiq; cuncta complet?) sed per carnẽ nobis factùs conspicuus. Cæterùm quoniam non solùm aduersus Iudæos est nobis pugna, uerumetiam C aduersus gentes, ac multos hæreticos: agè profundiorem sensum quendam hic uobis aperiamus, quæramusq; quid tandem sibi uelit, quòd cum Paulus innumerabilia haberet testimonia, quæ docerent cessare legem ueteresq; ritus, huius meminit: neque enim simpliciter, neq; fortuitò id fecit, sed ratione ac sapientia quadam ineffabili. Quòd enim alia quoq; habuerit testimonia, tum maiora, tum uehementiora si uoluisset adducere, omnes confitebuntur. Esaias enim ait: Non est mihi uoluntas in uobis, plenus sum holocaustomatibus arietum, & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo, neq; si ueneritis in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hæc de manibus uestris? Si obtuleritis similaginẽ, frustra facietis. Incensum abominatio mihi est. Et alibi rursum: Non nunc aduocaui te Iacob, neq; molestiam tibi exhibui Israel, non glorificasti me sacrificijs, neque seruisti mihi in donis, neque tibi molestus fui in thure, neq; parasti mihi argento suffitum. Hieremias autem: Ad quid mihi thus è Saba offeras, & cinnamomum è terra longinqua? holocaustomata uestra nõ delectarunt me. Ac rursus. Holocaustomata uestra cũ sacrificijs uestris: & comeditis carnes. Et alius insu

per prophetarum sic ait: Auferà me strepitũ cantionum tuarum, & canticum organorum tuorum non audiam. Rursus alibi, cũ Iudæi dicerent: An accipiet dominus in holocaustomatibus, si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructũ uentris mei pro peccato animæ. Propheta increpãs illos dicebat: Annunciabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus deus quærat abs te, ut diligas misericordiam, & facias iudicium & iustitiam, ut paratus sis ambulare post dominum deum tuũ. Dauid quoq; sic dicebat: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quam igitur ob rem cum tot posset adferre testimonia, per quæ deus uidetur illa sacrificia reiicere, neomenias, sabbata, dies festos, omnib⁹ illis omissis huius unius meminit? Non simpliciter id factum, neq; fortuitò: sed iam causam dicemus. Multi infideles & ex Iudæis ipsis pugnãtes aduersus nos, dicunt ueterem religionem antiquatam esse, nõ quòd ipsa esset imperfecta, neque quòd inducta sit maior, nostra uidelicet religio, sed propter improbitatẽ eorum, qui tunc offerebant sacrificia. Esaias itaq; dicit: Si extenderitis manus uestras, auertam oculos meos D à uobis: si multiplicaueritis obsecrationẽ, non exaudiam uos. Mox causam addens prosequitur: Manus uestræ sanguine plenæ. Hoc aũt non est sacrificia accusare, sed offerẽtium iniquitatem criminari. Et ideo non accepta habuit sacrificia, quòd ea manibus impuris offerrent. Rursum cũ Dauid dixisset: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hœdos, adiecit dicẽs: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos post tergum tuum: si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adultero ponebas portionem tuam: os tuum abundauit malitia, & lingua tua contexebat dolos: sedẽs aduersus fratrem tuum obtrectabas, & aduersus filium matris tuæ ponebas offendiculũ. Vnde perspicuum est, quòd hic ob has etiam causas reiecerit sacrificia, quoniam furabãtur, quoniam fratribus insidiabãtur. Sed cum unusquisq; prophetarum, inquiunt, accuset offerentes, fatentur omnes deum has ob causas aspernatũ fuisse nostra sacrificia. Sed Paulus illis plagam satis magnã inflixit, & abundè illorum impudentiæ silentium imposuit hoc testimonio. Cum enim uellet ostẽdere, quòd ipsam Iudæorũ religionem, ut imperfectissimam reiecisset, irritamq; fecisset: hoc assumpsit testimonium, in quo accusatio offerentium nulla est, sed ipsius religionis imperfectio nuda per se declaratur. Propheta. n. nulla in re accusans Iudæos, simpliciter sic loquitur: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus aũt adaptasti mihi, holocaustomata & pro peccato nõ probasti. Idq; exponens Paulus ait: Tollit prius, ut posterius statuat. Nam posteaquã dixit, sacrificium & oblationem noluisti, deinde addidit, corpus aũt adaptasti mihi: quoniam ostendit aliud inductum sacrificium, nullam præterea spem dedit futurũ, ut illud restitueretur. Et hoc ipsum interpretãs Paulus dixit: Per oblationem hãc sanctificati in uoluntate Christi. Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem: quãtò magis sanguis Iesu Christi, qui per spiritũ æternum obtulit semetipsum immaculatum, emundabit cõscientiã uestrã ab operibus mortuis? Itaq; quòd illud sacrificiũ antiquatũ est, & aliud in eius locum in-

Osee. 4.c — Num. 5.b Pœna adulteræ. — Zelotypiæ remedium. Ibidem. — Simile. — Iudæorũ — Isa. 1.b Lex nos præparauit Christo. — Psa. 39.b — Gene. 1.c Filius Dei significatus in Genesi. — Psa. 39.b Christus finis legis — Psa. 39.b Victima Christi efficax. — Rom. 11.d — Psa. 39.b Perfectiora docuit ipse dominus. — Hebr. 1.a — Psa. 39.b — Isa. 43.d — Sap. 6.e — Ibid. 7.c — Ritus nunquam restituẽtur. — Amos. 5.g Mic. 6.b Victimæ deo gratissimæ. — Psa. 49.b Sacra Iudæorum cesserunt meliori uictimæ. — Esa. 1.d — Psa. 49.b Imperfectla Iudæorũ religio — Heb. 10.c Ibid. 9.d

G ductum, quódque posthac illud non sit restituendum: satis ex his demonstratũ est. Agè, iã supereſt, ut qd dudum conati sumus demõstrare, illius sacerdotij ritus posthac nõ exorituros, neque denuo redituros, euidẽter hoc palámque è scripturis ipsis diluci-
dum faciamus, pauca prius uobis præfati, quò fiat euidentior eorũ quæ dicentur enarratio. Abrahã reuersus è Perside genuit Isaac, Isaac deinde Iacob, Iacob duodecim patriarchas, ex quibus profectę sunt
Trib⁹ tre decim. duodecim tribus, magis aũt tredecim: quandoquidem loco Ioseph duo ipsius filij Ephrain & Manasses extiterunt tribuũ principes. & quẽadmodum unicuique filiorũ Iacob, tribus cognomine respondebat, Rubim, Symeon, Leui, Iuda, Nephthalim, Gad, Aser, Beniamin: sic sub Ioseph duo illius filij cognomẽ in debãt tribubus, et appellabãtur, altera qdẽ Ephraim, altera uero Manasse. Harũ itaq; tredecim, cæterę quidem oẽs agros habebant ac prouentus multos, & agricolabantur oẽs, reliquáque omnia exercebãt ad
Tribus Leuiticæ. uictũ pertinentia. Cæterũ tribus Leui sola honorata
H sacerdotio à negotijs ad uictũ pertinentibus liberata erat, neq; colebãt agros, neq; tractabant opificia, neq; pterea quicq̃ huius generis exercebant, sed soli sacerdotio uacabãt, ac decimas accipiebãt à toto populo tũ frumẽti, tum hordei. Ex his enim rebus illis portionem dabãt omnes, & hic erat illis prouentus. Nec phas erat ex ulla alia tribu sacerdotem unquam fieri. Ex hac enim tribu factus est Aarõ, nimirum de tribu Leui, ac per succesionem illius posteri sacerdotium accipiebant, neq; quisquam unquam ex alia tribu creatus est. Hi itaq; Leuitæ decimas ab illis accipiebant, & sic alebãtur. Sed ante Iacob, sub Isaac, sub Abraham quum nondum esset Moses, nondum scripta lex, nõdum Leuiticum sacerdotium esset proditum, nõ tabernaculum, non templum esset, non tribus discretæ, nõ Hierusalem extaret, quũ nullus omnino in Iudæos rerum principatum occupasset, fuit
Melchisedec ante legẽ sacerdos. quidã Melchisedec, rex idem & sacerdos: typus enim futurus erat Christi, cuius & scriptura manifestè me
I minit. Quum enim Abrahã irruptione facta in Persas, ac fratris filio Loth ex illorum manibus erepto, oĩbus spolijs direptis rediret, hostibus uirtute deuictis, hunc in modũ de Melchisedec loquitur scriptu-
Gen.14.c ra: Et Melchisedec rex Salẽ obtulit panem ac uinum: erat.n. sacerdos dei altissimi, & benedixit Abrahæ, dixítque: Benedictus es Abraham deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & benedictus deus altissimus, q tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit illi decimas ex omnibus Abraham. Si quis igitur prophetarũ extitit qui dicat, quòd post Abrahã pòstque sacerdotium illud, & hæc sacrificia, atq; oblationes exorituras esset sacerdos alius, nõ ex illa tribu, sed ex alia, ex qua nũquam creatus est sacerdos, non secundũ ordinem Melchisedec: manifestum est quòd uetus sacerdotium cessauit, aliud autẽ nouum in illius locum inductum est. Nã si futurum erat ut uetus illud obtineret, non secundũ ordinem Melchisedec, sed secundũ ordinem Aaron, oportuit hoc explicare. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse, qui de sacrificijs locutus, de Christo disserẽs hoc quoq; alicubi di
Psa.109a cit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.
Christus deus. Deinde ne quis de uulgariũ hominum aliquo suspicaretur illud esse dictum, non dicit hoc Esaias, neq; Hieremias, neq; quisquã alius propheta priuatæ conditionis, sed ipse rex: ut intelligeres quòd non posset hominem appellare suum dominum, sed deum so- K
lum. Nam si priuatus fuisset, fortasis aliquis improborum dixisset illum de homine loqui. Quo.n. si de quopiam hoium hęc loquutus fuisset Dauid, dixisset quòd homo à dextris consedisset ineffabilis ac summæ illius maiestatis? Hoc.n. impossibile. De hoc uerò ait: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deinde ne putares eum imbecillem esse minusq; potẽtem: Tecum, inquit, principatus est in diebus potentiæ tuæ. Manifestius ẽt declarans addidit: Ea utero ante luciferũ genui te. Ante luciferũ nullus hominũ fuit genitus. Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Non dixit secundũ ordinem Aaron. Proinde percontare Iudæum, si sacerdotium uetus nõ est antiquandum, quã ob causam induxit alium sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron. Per hoc igitur ipsum rem euidentiorem reddidit. Cum.n. dixisset de Christo, quemadmodum & alibi loquitur:
Heb.7.a Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi
L sedec, subiunxit, de quo multus nobis sermo & enarratu difficilis. Deinde cum increpasset discipulos, (dicendum est enim breuiter) ait: Quis est ille Melchisedec? & adducit historiam quæ loquitur hoc modo: Hic occurrit Abrahæ reuertenti à concisione regum, benedixitq; illi, cui & decimas impartitus est Abraham. Pòst aperiens considerationem figuræ: Cõtemplamini autem quantus sit iste, inquit. Hoc autẽ non simpliciter dixit, sed ostẽdere cupiẽs, quòd maius sit sacerdotium nostrum quàm Iudæorum, atq; in ipsis typis præueniens rerum excellentia declaratur. Nam Abraham Isaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, siquidem Iacobi filius erat Leui. Ex Leui sacerdotiũ apud Iudæos sumpsit originem. Verùm hic Abrahã progenitor Leuitarum ac Iudaicorum sacerdotũ, sub Melchisedec, qui typum gerebat nostri sacerdotij, laici locum obtinuit, idq; duplici modo declarauit. Primùm quòd illi dederit decimas. Nam laici sacerdotibus dabant decimas. Deinde quòd benedictionẽ acceperit ab eo. Etenim laici à sacerdotibus benedictionem accipiunt. Rursum considera, quanta sit excellẽtia nostratis sacerdotij, quandoquidem Abraham patriarcha Iudæorum, progenitor Leuitarum comperitur benedictionem accipere à Melchisedec, illiq; dare decimas. Nam horum utrunq; narrat uetus testamentum, & quòd Melchisedec benedixerit Abrahæ, & quòd decimas ab eo accepit. His igitur in medium adductis Paulus dicebat: Cõsiderant quãtus est iste. Quis? Melchisedec, inquit, cui etiam decimas Abrahã ex præcipuis dedit, ipsorum patriarcha. Et quidem hi qui sunt ex filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habẽt, ut decimas accipiant à populo, hoc est à fratribus suis, quãquam egressis è lumbis Abrahæ. Quod autẽ dicit tale est: Leuitæ, inquit, qui apud Iudæos sunt sacerdotes, mandatũ acceperunt iuxta legem, ut decimas acciperent ab alijs Iudæis, attamen omnes Leuitæ progeniti sunt ex Abraham, quemadmodũ & reliquus populus, nihilominus decimas accipiunt à fratribus suis. Melchisedec uerò qui non ducit originem ab illis, neque enim ex Abraham progenitus erat, neq; ex tribu Leuitica, sed ex alio genere: decimauit Abrahã, hoc est decimas accepit ab Abraham, nec id solũ, uerũ & aliud quiddam fecit. Quid autem hoc? quòd eidem, qui promissiones habebat,

M Sacerdotij Christiani dignitas.

uidelicet

A uidelicet Abrahamo, benedixerit. Et qd hoc inquis, significat? quòd hoc sacerdotium illo multo sit inferius. Quomodo? Citra omnem controuersiã quod minus est, à maiore benedictionẽ accipit. Itaque nisi Abraham progenitor Leuitarũ fuisset inferior Melchisedec, nequaquam ille huic benedixisset, neq; hic illi decimas dedisset. Deinde uolens ostẽdere quòd
Heb.7.b per Melchisedec aduenerit hoc sacerdotiũ, subiecit dicens: Et, ut ita loquar, hoc est propemodum, per Abraham ẽt ipse Leui qui decimas accipiet decimatus est. Quid est, decimatus est? Decimas dedit Melchisedec & ipse Leui, qui nondũ erat genitus per patrẽ ipsius, inquit: Adhuc.n. in lũbis patris erat quum occurreret Abrahæ Melchisedec. Nam ideo hoc occupans dixit. Cuius igitur causa hęc dicebat? Subijcit dicẽs: Si consummatio igitur erat per Leuiticum sacerdotium, populus enim sub illo legem accepit, qd opus erat deinde secundũ ordinem Melchisedec exoriri aliũ sacerdotem, qui non dicatur iuxta ordinem Aaron? Quid autem est quod dicit? Si res, inquit, erãt
B perfectæ quæ gerebantur apud Iudæos, neque lex erat umbra futurorum bonorũ, sed ipsa totum efficiebat, nec futurum erat ut cuiquam alteri concederet, neq; ut sacerdotium prius cessaret, qua de causa propheta dixit: Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedec, dicendum enim erat, secundum ordinem Aarõ. Et idcirco ait: Si consummatio per Leuiticum sacerdotium erat, quid deinde opus erat secundũ ordinem Melchisedec exoriri sacerdotem alium, qui non diceretur secundũ ordinem Aarõ? Ex hoc enim liquet, quòd illud finem acceperit, aliud in illius locum inductũ sit multo melius ac sublimius. Hoc autem euicto, simul & illud in cõfesso
Ibidem. est, quòd alius etiã uitæ status sacerdotio congruẽs, simul inducendus esset, neque nõ legislatio melior, nimirum nostra. Quòd sanè demonstrãs Paulus dicebat: Translato enim sacerdotio, necessario fit & legis translatio. Quoniam autem pleraq; legalia circa sacerdotij ministeriũ consistebant, prius autem sacerdotium profligatum est, nimirum alio in illius uicem inducto, legislationem ẽt meliorem in illius locum induci oportuit. Post hæc declarãs de quo hęc dicat
C ait: De quo enim dicuntur hæc, alterius tribus particeps fuit, ex qua nullus uacabat altari. Manifestũ est enim quòd ex Iuda exortus est dominus noster, in quã tribum nihil de sacerdotio Moses loquutus est. Quum igitur clarũ sit Christum ex illa esse tribu, nimirum ex Iuda, & sacerdotẽ iuxta ordinem Melchisedec, porrò Melchisedec eẽ multo honorabiliorem Abrahamo, nimirũ & illud undiquaq; constat, quòd etiam aliud pro alio inducitur sacerdotium, multo q̃ prius fuerat sublimius. Nã si typus talis, etiam Iudaico sacerdotio splendidior erat, multo magis ipsa ueritas: quod tractans idem Apostolus, dixit: Amplius
Heb.7.c adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec exoritur alius rex, qui nõ sit iuxta legem præcepti carnalis, sed iuxta uirtutẽ uitæ incorruptibilis, quòd nullũ illius præceptum erat carnale. Non.n. oues mactare neq; uitulos iussit, sed uirtutem animi curare, & hoc pacto deum colere, & horum præmia uitam nobis designauit, quę nũquam corrumpetur. Ac rursum mortuos nos sub peccatis ueniens suscitauit, & in uitam reduxit destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniam igitur uenit, propter hoc dicit: Non iuxta legem præcepti, sed iuxta

uirtutem uitæ incorruptibilis. Iam igitur & illud qd D
restabat demonstratum est, quòd translato sacerdotio, legis quoq; translationẽ fieri conueniebat. Attamen & hoc ipsum expresse licebat demonstrare, prophetasq; testes rursus adducere, quòd & lex esset trãsferenda, quòd reipublicæ status in melius transmutandus, & quòd nunq̃ rex aliquis Iudęus exoriturus sit. Verum quoniã tantum est dicendũ, quantũ auditor possit capere, nec omnia simul, nec aceruatim, illis in aliud tempus dispensatis: hic sermonem finiemus, exhortantes uestrã charitatem, memineritis eorum quæ dicta sunt, & hæc illis quæ prius dicta sunt *Cura fraannectatis, quodq; prius rogauimus idem & nũc ro- ternæ sagamus, ut fratres uestros reducatis ad salutem, mul- lutis.* tam solicitudinẽ habeatis pro mẽbris neglectis. Propter hoc enim nos tãtum laborum suspicimus, non ut uulgari more loquamur, neque ut plausũm strepitumq; feramus: sed ut auulsos, ad uiam ueritatis reducamus. Ac nequis mihi dicat, nihil mihi est cum eo negotij, utinam cõtingat mihi mea ipsius negotia rectè gerere. Nemo suum ipsius negotium rectè gerere pòt, neglecta proximi salute, propter hoc & Paulus ait: Nemo quod suum est quærat, sed quisq; E
quod alterius: sciens quòd sua cuiusq; utilitas in pro- *1.Co.10.f*
ximi utilitate sita est. Sanus es tu, sed oculus tuus infirmatur: hoc est, est ægrotus. Itaque si uerè solicitus fueris pro ægrotante, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoque beatũ illum qui dicit: Quis infirmatur, *2.Co.11.g* & ego nõ infirmor? quis offenditur, & ego nõ uror? Etenim si quũ duos obolos dederimus, paulúmque pecuniæ insumpserimus in paupes, gaudemus: si poterimus animas seruare, quãto maiorem uoluptatis fructum capiemus? quantum aũt in futuro seculo recipiemus gaudiũ? Nam ibi quoq; quoties conueniemus, multã capiemus uoluptatẽ ex congressu, reminiscentes officiorũ, quæ uicissim alij in alios præstitimus. Deinde quũ illos conspexerimus ad tribunal illud metuendũ, multę fiduciæ participes erimus: & quemadmodũ qui iniuria afficiunt, qui usurpãt aliena, qui rapiunt, qui mala inumera proximis inferũt, quũ illuc uenerint, eosq; uiderint qui hæc passi sunt. Videbunt.n. uidebunt inq̃, omnino (id quod perspicuũ est, & ex diuite illo & Lazaro) neque os aperire poterunt, neque habebũt quod dicant aut excusent, F
sed multo pudore magnáque condemnatione repleti ex illorum aspectu, ad ignea flumina adducentur. Itidem qui bene uiuũt, qui docent, qui instituũt, ubi uiderint eos quos seruauerunt, illic patrocinantes ipsis, multa fiducia replebũtur. Et hoc Paulus declarãs dixit: Gloria uestra sumus, quẽadmodum & uos no- *2.Cor.1.c*
stra. Quando hoc? In die domini nostri Iesu Christi. Ac rursus Christus exhortatur, dicens: Facite uobis *Luc.16.c* amicos ex mãmona iniquitatis, ut quũ defeceritis, accipiant uos in ęterna sua tabernacula. Vides quòd multa fiducia uobis cõtingit ab his, quos hic nostro beneficio iuuerimus. Quòd si ubi pecunia duntaxat insumitur, tot sunt coronæ, tãta merces, tanta remuneratio: ubi iuuatur anima, quî fieri pòt, ut non multa magnaq; nobis contingãt bona? Etenim si Tabi- *Acto.9.g* tha illa, quæ uiduas uestiebat, quæ paupertati subueniebat, à morte in uitã reuocata est, & lachrymæ eorũ qui beneficiis affecti fuerant, animã in corpus reduxerunt, quũ nondum uenissent resurrectio: qd facient hoium lachrymæ pet te seruatorũ? Quemadmodũ. n. hanc circũstantes uiduæ uiuam ex mortua

G reddiderunt, ſic & te tunc circūſtantes qui nunc per te ſeruati fuerint, efficient, ut multā experiaris humanitatem, & ex incendio gehēnæ eripient. Hæc igitur ſciētes non ad præſentem horam tantum feruidi ſimus & uigilantes, ſed ignē quem habetis nunc, excitate egreſſi foras, luſtrantesq; curate ſalutem ciuitatis. Quod ſi ignoretis, diſqrite ubi ſint qui his malis ægrotāt. Sic enim & nos uobis promptius lubentiúſque loquemur, ipſis factis cognoſcētes quòd non in petram ſemē iacimus, & uos ipſi circa uirtutis exercitationem eritis alacriores. Quemadmodum in pecunijs, qui duos lucratus eſt aureos, procliuis eſt ad decem, ad uiginti colligēdos congregandóſque. Sic uſu uenit & in uirtute, qui fecerit bonū opus, officiúmue præſtiterit, extimulationem aliquam aut exhortationem ad agendum ſumit, ut alia quoq; benefacta aggrediatur. Vt igitur & fratres ſeruemus, & nobis ipſis ueniam pro peccatis, imò potius multā fiduciam reponamus, deniq; curemus & illud, ut à cęteris omnibus nomen dei glorificetur, cum uxoribus, liberis, & famulis ad hunc uenatū & indaginem egreſſi, extra-
H hamus è diaboli laqueis captos ab illo iuxta ipſius uolūtatem: nec prius deſiſtamus, q̄ quicquid per nos præſtari poterit, præſtiterimus, ſiue pareant, ſiue non pareant. Quin potius impoſsibile eſt, ut Chriſtiani quū ſint, non pareāt: ſed ne uel hanc excuſationē habeatis illud dico. Si poſtq̄ multa uerba exhauſeris, & quicquid per te præſtari poterit, expleueris: uideris illum non obtemperare, adducito ad ſacerdotes', & oēs per dei gratiam potiētur uenatu, totumq; tuum erit, qui illū adduxeris. Expedit ut hæc & uxores dicant uiris, & uiri uxoribus, & filij parētibus, & patres filiis, & amici amicis. Diſcāt hęc & Iudæi, & ij qui nobis qdem coniuncti uidentur, ſed cum illis ſentiunt, quòd nobis aliquod ſtudium eſt, ac ſolicitudo, uigilantiaq; pro fratribus noſtris ad illos ultro currentibus. Et oēs ante nos, illos corrigent, qui quū noſtræ profeſsionis ſint, tamen illo cōmeant. Quin potius nemo poſthac auſurus eſt ad illos confugere, ſed erit
1. Tim. 2b corpus eccleſiæ purū. Deus autem qui uult oēs homines fieri ſaluos, & ad agnitionē ueritatis uenire, & uos ad iſtū uenatum corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Deniq; cunctos ad ſalutem reuocatos dignos reddat cœlorum regno, in gloriam ejuſdē domini noſtri ac ſaluatoris Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium, nunc & ſemp, & in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS *Iudæos, oratio quinta.*

Ræteriit ieiunium Iudæorum, immo potius
ἀ πόνος μέθη. P ebrietas Iudęorum. Eſt enim & abſque uino ebrietas, eſt & in ſobrietate temulentia luxurioſaq; comeſſatio. Quòd ſi nemo poſſet uino temulentus eſſe, nequaq̄ propheta diceret: Væ iis qui ebrij ſunt, & nō à uino: ſi nó eſſet ſine uino ebrietas, haud
Ephe. 5. d quaq̄ dixiſſet Paulus, Nolite ebriari uino in quo eſt luxuria. Nā quemadmodum uino, ſic & alio modo poſsit aliquis inebriari. Eoq; dixit, nolite inebriari uino. Eſt n. ebrietas & in ira, & in abſurda concupiſcentia, & in auaritia, & in amore gloriæ, denique in alijs innumeris affectibus; Ebrietas. n. nihil aliud eſt, q̄ excidiſſe à recta ratione deliratióque, & ſanæ mētis priuatio. Non ſolū igitur qui multum exhaurit merum, ſed etiam qui alium quempiam morbū alit in animo, uehementer ebrius eſſe iudicabitur. Etenim qui K
mulieris alienę tenetur amore, q̄ ſcortis uacat, ebrius eſt. Et quēadmodum is qui multū ebibit merum, ſeſeq; ingurgitauit, illiberales uoces effundit, aliúdque pro alio uidet: ſic & hic ueluti mero quopiā, ſua cupiditate repletus, neq; ſana profert uerba, ſed obſcœna oia, ſed pniciosa, ſed illiberalia, riſuſq; plena, aliaq; pro alijs uidet, cæcutiēs ad ea quæ cernuntur. Quòd ſicui mulieri ſtuprū inferre concupiſcit, hanc ubiq; imaginans, non aliter q̄ mente captus, ac delirans, in conuenticulis, in conuiuijs, in omni tēpore, in omni loco, & ſi inumera hominū millia ipſum alloquantur, ne audire quidē uidetur, ſed ad illā tantum intentus eſt animus, nec aliud ſomniat q̄ peccatū, habetq; λυγο - ſuſpecta oia, metuit omnia, nihilo melior animante πληξ. quod alligatum ſcutica impellitur. Ruſuſq; quē tenet ira, ebrius eſt. Similiter & huic turget facies, uox ſit aſperior, oculi fiūt ſanguinolenti, mēs obtenebratur, prudētia ſubmergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro alijs audiunt, nimirū ira longē grauius q̄ ullum merum ſoleat percellente cerebrum, tēpeſtatem concitāte, turbationemq; gignēte L
inſedabilem. Quòd ſi ebrius eſt, quem tenet cōcupiſcentia, iráue: multo magis homo impius & in deum blaſphemus, illiúſque legibus repugnās, quíq; hanc intempeſtiuā ludæorum pertinaciam nūquam uult effugere, ebrius eſt inſanitq;, deterius affectus, quàm ij qui comeſſantur, quíq; mente capti ſunt, licēt ipſe morbum ſuū non ſentire uideatur. Nam id maximè conuenit ebrietati, etiā ſenſu uacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud eſt *Simile.* grauiſsimum in mēte captis & attonitis, quòd quum ægrotēt: nec hoc ipſum ſentiant ſe ægrotos: ſic & Iudæi, nunc quum ſint ebrij, non ſentiunt tamen morbum ſuum. Præterijt igitur illorum ieiunium, quauis ebrietate fœdius. Nos autem ne remittamus pro fratribus noſtris ſolicitudinem, neque poſthac exiſtimemus ullam illorū curam eſſe importunā: ſed quemadmodum faciunt milites, ubi cōmiſſo prælio uerterint in fugam aduerſarios, ab inſectatione redeūtes', non protinus currunt ad tabernacula, ſed prius ad conflictus locū profecti, tollunt eos qui ex ipſorum numero cæſi ſunt, ac uita quidē defunctos terra oc- M
culunt: cæterū ſi quos uiderint inter mortuos ſpirantes adhuc, nec letale uulnus habētes, iis in tentoria ſublatis, multam adhibent curationē extracto telo, accerſitis medicis, abſterſo ſanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omni curatione admota ad ſanitatem reducunt. Et nos igitur quoniam opitulante dei gratia Iudæos pſequuti ſumus armatis aduerſus illos undiquaq; prophetis, reuerſi ad nos uideamus, num quis fratrū noſtrorum ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti ſint, num qui illis in feſto cōmunicarint: ac neminem quidem tradamus ſepulturę, ſed potius ſublatos omnes curemus. Nam ſub externis quidem hoſtibus, qui ſemel conciderit, animamq; efflarit: fieri non poteſt ut miles eū recuperet, & ad uitam reuo- *Diſſimile*
cet. Cæterum in hoc bello prælióque, etiamſi quis letale uulnus acceperit, ſi eri poteſt ut auxiliante nobis dei gratia eum ad uitam reducamus. Non enim hæc naturę mors eſt, quemadmodum illa, ſed uoluntatis ac propoſiti. Volūtatem autem mortuam licet denuò ſuſcitare, animæq; morti datæ pſuadere licet, ut ad ſuam uitam redeat, ſuſumque dominum agnoſcat. Agitè ne defatigemur fratres, neq; deſſemur,

A neq; deſiſtamus, neq; quiſquā illa uerba dicat, quòd ante iei uniū illis cauere oportuerit, omnémque mouere lapidem: nunc uero poſteaquā ieiunatū eſt, poſteaq̄ peccatum admiſſum eſt, poſteaquam iniquitas conſummata eſt, quæ ſup eſt utilitas? Etenim ſiqs nouit quid ſit fratri cōſulere, nouit & illud quod nūc potiſſimum oporteat admouere manus, omneq; ſtudium impendere. Neque enim tantum ante peccatū admiſſum cōuenit fratris ſaluti cauere, uerum & poſt
Prima cautio ne peccetur, de lapſis tamen nō deſperandum. lapſum manus porrigendę ſunt. Etenim ſi deus ab initio feciſſet iſtud, tantúmq; nobis cōſuluiſſet ante peccatū, poſt peccatū neglexiſſet hominē, paſſúsque fuiſſet perpetua in ruina iacere: nullus adhuc noſtrum unquam ſalutem fuiſſet conſequutus. Verū hoc non facit deus, quippe amans humani generis ac mitis, noſtræque ſalutis auidiſſimus. Quin & poſt peccata multam præſtat ſolicitudinem, quando quidē & Adę cauit ante peccatum, dicens è quouis ligno quod eſt in paradiſo comedens comedes: è ligno uero cognitionis boni malique nō comedetis, ſed quocunque die
B comederitis, morte moriemini. Ecce & facilitate legis, & largitate conceſſorum, & acerbitate ſupplicji: & ipſo fine illationis proſpexit ne peccaret. Non enim dixit, poſt unū aut duos trēsue dies ſed in ipſo die quo comederitis, morte moriemini. Denique cunctis quibus cauere oportuit modis, cauit homini: attamen ubi poſt tantā prouidentiā, eruditionem, exhortationem, beneficentiam lapſus eſt, nec obtēperauit iuſsis diuinis, nō dixit deus, quæ iam reſtat utilitas? Comedit, cecidit, trāſgreſſus eſt legem, credidit diabolo, deſpexit præceptū dei, accepit uulnus, mortuus eſt, neci traditus eſt, in damnationis ſentētiam incidit. Quid poſthac eſt quod illi loquamur? Nihil horū dixit, ſed protinus ad illū uenit, alloquutus eſt, conſolatus eſt, ac rurſus aliud admouit remediū, uidelicet laborem ac ſudorē, nec prius deſtitit oia facere, conari omnia, donec naturam collapſam reſtituiſſet, atq; à morte liberaſſet, & ad cœlum prouexiſſet, maioraq; q̄ perdiderat homini bona dediſſet: factis ipſis docens diabolum, quòd his inſidijs nihil profeciſſet, ſed quòd homines eiectos è paradiſo, paulò pòſt uiſurus eſſet in cœlis angelis pmiſtos. Idem fecit in Cain. Siquidem
C & illius priuſq̄ peccaret, cauerat ſaluti, denunciato periculo dicens: Peccaſti quieſce, ad te conuerſio illius, & tu illius dominaberis. Vide ſapientiā prudentiamq; dei. Hoc metuis, inquit, ne te frater ſpoliet prærogatiua primogenitorum, propterea quòd mihi charus eſt, ne principatum ſibi uſurpet tibi debitum. Nam primogenitos, poſterius genitis oportebat honorabiliores eſſe. Bono, inquit, animo ſis, ne metue, ne hac de cauſa deſpōdeas animum: ad te conuerſio eius, & tu dominaberis illius. Quod autem dicit hunc habet ſenſum: Mane in honore primogeniti, & eſto fratri tuo refugium, umbraculum, ac patrocinium, imperaq; & dominare illius, tantùm ne ad parricidium profilias, neque ad impiam illam feraris occiſionem. Verùm ne ſic quidem auſcultauit, neq; conquieuit, ſed cędę ſemet impiauit, dexteram in fraternum immiſit iugulum. Quid igitur? num dixit deus, Sinamus illum in poſterum? Quis poſthac erit profectus? Perpetrauit parricidium, mactauit fratrem, contempſit admonitionem meam, inſanabile minimeq; condonandum homicidium auſus eſt perpetrare, taliq; ac tanta dignatus ſolicitudine mea, eruditione, conſilio, cuncta illa protulit ex animo, nec ulla ratione conuerſus eſt.

Gen. 4. b Sept. LXX. Noua interpretatio.

Deſeratur igitur in poſterum ac proiectus eſto, nec ul D
lo meo reſpectu dignus habeatur. Nihil tale deus nec dixit, nec fecit, ſed ad illū uenit denuò & corrigit hominē dicens: Vbi eſt Abel frater tuus? Ac ne inficiantem quidem deſerit, ſed uel inuitium adigit ad facinoris confeſsionem: cumq; ille dixiſſet, Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? ait, uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipſæ, inquit, res prædicant te homicidio inquinatum. Quid igitur ille? Maius eſt peccatum meum q̄ ut mihi remittatur, etſi eijcias me de terra, etiam à facie tua occultabor. Huius ſermonis ſententia ſic habet, Grauiora quidem commiſi, q̄ ut ueniam mereantur, aut excuſari poſsint, aut condonanda ſint: ſed ſi uelis urgere quod factū eſt, omnibus obiiciar, tuo auxilio deſtitutus. Quid igitur deus? Nō ſic, inquit, immo quiſquis occiderit Cain, ſeptē uindictas pſoluet. Ne metuas inquit, hoc, uiues longam uitā. Siquis te occiderit, obnoxius erit multis ſupplicijs. Nam ſeptenarius numerus in ſcriptis infini *Septuplū pro pluri mum in.* tæ multitudinis ſignificationē habet. Quoniam igi- E
tur Cain multis ſupplicijs obnoxius erat, anxietati, tremori, ſuſpirijs, delectionib' animi, diſſolutioni corporis: Qui occiderit, inquit, te, & ab illis uinculis liberarit, ipſe in ſeſe uindictas accerſet. Ac uidetur quidē id quod dicitur uehementer atrox eſſe, cum contrà declaret domini beneuolentiam. Etenim deus uolēs poſteros ad temperantiam adducere, tale ſupplicij genus excogitauit, quod Cain à peccato poſſet libera- *Cain quāre ſeruatus in uita.* re. Nam ſi protinus illum interfeciſſet, abiiſſet quidem peccatum in ſeſe tectum ferens, neq; poſteris ullo pacto fuiſſet cognitus. Nunc aūt permiſſus multo tempore uiuere in illo tremore, docuit obuios oēs ipſo aſpectu, uacillationeq; carnis, exhortans nequando ſimilia auderēt, ne ſimilia paterētur: ſimul & ipſe redditus eſt melior. Nam tremor & timor ac uita cum anxietate peracta, corporisq; diſſolutio, ueluti uinculo quopiam conſtrinxit illum, neq; permiſit denuò ad ſimile facinus prorumpere, & prioris aſsiduè commonefecit, & interim ipſius animam moderatiorem reddidit. Sed inter hæc loquenti mihi uenit in mentē, ut in medium adducam, queramq; quamobrem tandem cum peccatum ſuum eſſet confeſſus, factumq; damnaſſet, dicens ſe maiora peccaſſe quàm ut ueniā F
mereretur, nullaq; excuſatione ſe dignum eſſe, non potuerit abluere peccata, cum propheta dicat, Dic tu *Eſa. 43. d* iniquitates tuas prior, ut iuſtificeris: ſed cōdemnatus *Confeſsio ultro faciēda.* fuerit. Quoniam non dixit quemadmodū iuſsit propheta: non enim ſimpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas, ſed ait, dic tu prior iniquitates tuas. Quod q̄ritur hoc eſt, nō ſimpliciter eſſe dicendas, ſed prius eſſe dicēdas, non expectandam redargutionem accuſantis. Hic aūt non dixit prior, ſed expectauit donec redargueretur à deo, quin potius illo redarguēte negauit. Poſtquam autem ſemel factum eſt peccatum palā, tum dixit peccatum, quæ quidem non eſt confeſsio. Proinde tu quoq; dilecte cum peccaueris, ne expectaris ut ab alio accuſeris: ſed priuſquam accuſetis ac deferaris, tu condemna quæ facta ſunt. Nam ſiquis alius deinde te redarguerit, non iam confeſsionis eſt officium, ſed illius qui accuſat correctio. Quapropter *Pro. 18. c* & alius quiſpiam inquit, Iuſtus ſuijpſius accuſator eſt in principio ſermonis. Itaq; non hoc eſt quod q̄ritur ut accuſes teipſum, ſed ut prior teipſum accuſes, nec expectes ab alijs redargutionem. Petrus itaq; poſt illā nefariam abiurationē, quoniam celeriter ſuum ipſius

G peccatum recordatus est, nulloq; accusante dixit pec
Matt. 26 & Luce 22 g catum fleuitq; amarè: adeò abluit illā abnegationem
ut etiam primus apl'orum fuerit factus, ac terrarum
orbē totū subiecerit. Sed quòd dicebā, (nam oportet
ad id quod propositū erat reuerti) satis uobis ex his
demonstrauit ratio, quòd nō oporteat fratres lapsos
negligere neq; contemnere, uerū prosp icere quidem
illis ante peccatum, cęterū etiam post peccatū multā
erga illos pstare curam. Itidem faciunt & medici: præ
scribunt.n.ac præcipiunt hominibus, quæ possunt il
lorum sanitatem tueri, omnemq; morbū excludere,
cæterū ubi neglexerint præscripta, & in ualetudinem
aduersam inciderint, non negligunt eos ipsi, sed tum
maximè multā adhibēt solicitudinem, quò illos mor
bo leuent. Itidem & Paulus fecit, qui eum qui stuprū
1. Cor. 5. a cōmiserat, post illud peccatum quod ne inter gentes
quidem inueniebatur, non contempsit: uerū etiam
auersantē, nolentemq; confiteri peccatū, sed subduce
re se parantem ac resilientem, reduxit ad sanitatem: &
ita reduxit, ut coniungeret corpori ecclesiæ: neq; di-
xit apud sese, quid amplius? q̄ utilitas? Stuprum com-
misit, peccatum ppetrauit, nec uult desistere à lasci-
H uia, uerū sibi placet, & imedicabile uulnus reddidit:
sinamus igitur illum ac deseramus. Nihil horum di-
xit, sed pp hoc ipsum maximè multa usus est erga il-
lum solicitudine, quòd ad non referendam malitiam
uidebat illum esse delapsum: neq; cessauit terrere, mi-
nari, punire, tum p se se, tum per alios complures, ni-
hil nō faciens, nihil nō tentans, donec illum ad agni-
tionem peccati perduxisset, ad sensum iniquitatis, po
Samaritani miseri cordia. stremò donec ipm liberasset ab omni nota. Hoc sanè
facito tu quoq; imitare Samaritanū illū, qui in euan-
gelio tantam erga uulneratum præstitit solicitudinē.
Etenim illic prætерijt Leuita, prætерijt pharisæus, ac
Luc 10. c neuter deflexit ad iacentem, sed inclementer crudeli-
terq; relicto seminece abierunt. Samaritanus autem
quispiam, qui nulla ex parte illi coniunctus erat, non
prætercurrit: sed accurrēs misertus est, instillauit oleū
& uinū, imposuit asino, duxit ad diuersorium, pecu-
niā partim dedit præsentē, partim pollicitus est, pro
eius qui nihil ad ipsum ptinebat curatione, nec dixit
apud sese: Quę mihi cura est istius? Samaritanus sum,
nihil mihi cum illo, procul absumus à ciuitate, & ille
I ne ingredi quidem pōt. Quid aūt si ferre non possit
uiæ longitudinem, mortuū adferam? capiendus sum
ob cædē, obnoxius ero homicido. His sanè de causis
multi sæpe prætereuntes ac uidentes hoies uulnera-
tos, prætereunt, nō quòd grauētur tollere pecuniisq;
parcant, sed metuentes ne & ipsi ptrahantur in iudi-
cium tanq; cædis rei: uerùm humanus ille ac mitis ni-
hil horum metuit, sed his omnibus contemptis im-
posuit eū asino, & in diuersorium pduxit, neq; quicq;
harum rerum spectabat, non periculum, non pecu-
niarum impendium, non aliud prætерea quicquam.
Allegoria parabolæ Quòd si Samaritanus adeò humanus mitisq; fuit er-
ga hoiem ignotum, quam habituri sumus nos uenā,
si proprios frēs neglexerimus in malis grauioribus?
Nam & isti qui nunc ieiunauerūt, inciderunt in pdo-
nes Iudæos, immo uerius omnibus pdonibus fœuio
res, quiq; grauioribus malis afficiunt eos q in ipsos in
cidunt. Neq;.n.uestes illorum lacerarūt, neq; corpori
inflixerunt uulnera, quemadmodū illi tunc fecerant:
sed animam sauciarunt, multisq; uulneribus illi infli-
ctis sic abierūt illos relinquētes in fouea peccati iacē
tes. Ne igitur dissimulemus talē tragœdiam calamita
temq;, neq; prætereamus inclementer tam miserabile K
spectaculum. Quinetiam si alij hoc fecerint, tu ne fe- Omnium est prodesse proximo.
ris. Ne dixeris apud temetipsum, homo sum munda-
nus, uxorem & liberos habeo, ista sacerdotum sunt,
ista monachorū. Neq;.n. Samaritanus ille hæc dice-
bat, ubi nūc sacerdotes? ubi nūc pharisæi? ubi Iudæo
rū doctores? sed perinde quasi uenatū quempiā ma-
ximū nactus esset, ita lucrū arripuit. Et tu igitur cum
uideris aliquē egentē curatione, uel corporis uel ani-
mi: ne dicito apud teipsum, quare ille & ille eum non
curauerūt, sed à morbo libera. Ne petas ab illis causas
negligentiæ. Si inueneris aurū iacens, non dicis apud Simile.
teipsum, quare ille aut ille hoc nō sustulerūt, sed festi
nas ante alios rapere. Itidem & de fratribus collapsis
cogita, putatoq; te thesaurū reperisse, nimirum occa-
sionem illis medendi. Etenim si instillaueris illi uelut
oleū sermonis doctrinam, si obligaueris humanitate
temperantiaq; uulneratū, si sanaueris, ille te faciet di- Hie. 15. d χαμευ-
tiorem quouis thesauro. Qui.n.eduxerit pretiosum γίκε
ex indignitate, tanq; os meum erit, inquit, ille. Quid L
huic poterit æquiparari? Quod neq; ieiunium, neq; hu
mi peractæ cubationes, neq; peruigilia, neq; aliud qp
piā potest efficere, efficit fratris procurata salus. Co-
gita q̄ multa tuum os frequenter peccauerit, q̄ multa
uerba obscœna protulerit, q̄ multa conuicia, q̄ multa
maledicta euomuerit, & omnino suscipies collapsi
curam. Nam hoc uno benefacto omnē illam delere
maculam poteris. Et quid dico delere? facies ut sit os
tuum, sicut os dei. Quid huic honori possit æquipa-
rari? Non.n. ego ista polliceor, ipse deus hoc dixit. Si
unum quempiam eduxeris, inquit, ut os meum, erit
os tuum, purū, sanctumq;. Ne igitur negligamus fra-
tres neq; prætereuntes dicamus, q̄ multi sunt qui ieiu
narunt, q̄ multi intercepti sunt, sed curam habeamus
illorum, etiamsi multi sint qui ieiunarunt, tu ne tra-
ducas, néue in fabulam uertas ecclesię calamitatem,
sed medere potius. Etsi quis dixerit, Multi ieiunarunt,
obtura illi os, ne fama diuulgetur, eiq; dicito: Ego q-
dē non noui, deceptus es homo, mentirisq; dicens il-
los esse multos. Ac delatori qdē impone silentiū, cæ-
terū eos qui intercepti sunt ne neglexeris: ut utrinque
multa securitas cōtingat ecclesię, tū ex eo quòd fama
nō sit euulgata, tum inde quòd eosipsos interceptos
M ad sacrū gregē reduxeris. Ne igitur obambulantes re-
feramus q peccauerint, sed festinemus ut eos qui pec
carunt, corrigamus. Est.n. praua consuetudo tantùm
accusare frēs, nec illorū curam habere, traducere ma
la infirmorū, nec mederi. Auferamus igitur hanc pra
uam consuetudinem charissimi. Neq;.n. ea mediocrē
pestem inuehit. Et quo pacto? ego dicam. Audiuit ali
quis ex te quòd multi cum Iudæis ieiunauerint, mini
meq; expendens quo animo dixeris in aliud id quod
dictum est, detorsit. Rursus ille parum attentus, alteri
hoc ipsum elocutus est, deinde paulatim hac mala fa
ma increscēte, magnū quidem probrum offunditur
ecclesiæ: his uerò qui pereunt nulla adfertur utilitas,
quin potius grauissima noxa tū his tum alijs. Etiamsi
pauci fuerint, nos tamen eos rumorib. malis multos
facimus: & eos q stāt, imbecilliores reddimus, & eos
qui ad causam procliues sunt, impellimus. Frater.n.
audiēs esse multos q ieiunarūt, ipse negligentior erit:
Deinde rursus q infirmior est, hoc audito, accurret ad
multitudinem eorum qui ceciderunt. Ne igitur uel su
per hoc, uel sup alio quouis improbo facto gaudea-
mus, etiamsi multi fuerint peccatores, traducere eos
ac dicere

Celanda peccantiū multitudo.

Quare non expediat publicare turbam peccantium.

A ac dicere multos esse, sed potius obturemus os, &
coerceamus. Ne mihi dixeris multi sunt qui ieiuna-
rūt, sed corrige multos. Non ideo mihi cōsumptum
est tantū uerborū, ut accuses multos, sed ut ex mul-
tis facias paucos: imò potius ne paucos quidē, sed &
hos ipsos ēt sanes. Ne itaq; traduxeris peccata, sed me
dere. Quēadmodum.n. qui traducunt, & in hoc tan-
tum uacant, etiam si pauci fuerint qui peccauerūt, fa
ciunt ut multi esse putentur: sic qui cohibent ac silen
tium imponūt traductoribus, lapsorūmque curā ha
bent, ēt si multi fuerint & eos ipsos facilè corrigunt;
nec quēquam sinunt ex horum fama lædi. Nō audi-
stis quòd Dauid deplorās Saulem dixit, Quomodo
2. reg. 1. d ceciderunt potētes? Ne annunciaueritis in Geth, neq;
prædicaueritis in uijs Ascalonis, ne lætentur filiæ in-
circuncisorum. Quòd si ille rem manifestam noluit
traduci, ne aduersarijs gigneret uoluptatem: quanto
magis nō oportet hęc efferre ad aures alienas, sed po
Peccata sananda potius q̄ traducenda. tius ad nostras, ut neq; hostes audientes gaudeant,
neq; nostri re cognita concidāt, sed oportet cohibere
rumorē, & undiquaq; compescere. Ne mihi dixeris,
B hoc illi dicebāt, apud te ipsum cōtine uerbū. Quem
admodum tu non poteras tacere, ita nec ille poterit
hæc apud sese cōtinere. Hæc non de hoc præsente tan
tum ieiunio dico, sed de cæteris ēt innumerabilibus
peccatis. Ne hoc consideremus tantū, an multi sint
abrepti: sed illud cōsideremus, quō illos reducamus,
ne exaggeremus res hostiū, ac nostras deiiciamus:
ne illos potētes ostendamus, nostras uero res imbe-
cilles: sed oia potius in contrariū faciamus. Nouit ēt
fama uel deiicere, uel erigere aium. Ideoq; moneo ut
illos rumores augeamus, qui res nostras attollunt,
magnásque uideri faciunt: non aūt illa fratres exag-
geremus, quę tori sodalitati dedecus offundūt. Con
tra, siqd audierimus boni, apud omnes proferamus:
siqd uero mali, prauiq;, apud nos ipsos occultemus,
idq; ut tollamus, nihil nō faciamus. Et nunc obam-
bulemus, curiosē scrutemur, contēplemur eos qui la
psi sunt, etiamsi in ædes oporteat ingredi, ne grauē-
mur. Quòd si ignotus fuerit, nec ulla ex pte ad te per
tinens is qui cecidit, scrutare, esto curiosus, quē ha-
beat amicū aut necessarium, & cui maximè obtem-
C peret, hoc assumpto ingredere in ædes, ne pudeāscas,
neq; erubescas. Si ingredereris pecuniā postulaturus
aut beneficiū accepturus ab illo, æquū erat erubesce
re. Cæterū quum pro illius salute ingrediēdi occa sio
nem ceperis, liberatus es ab omni crimine. Aſside sa-
nè, loquere cū illo, alijs de rebus facto sermonis exor
dio, quò correctio careat suspiciōe. Dic mihi, laudās
ne Iudæos eo quòd Christū crucifixerint, quódque
eū conuicijs afficiant, & legis transgressorē appellāt?
Profecto non sustinebit si fuerit christianus, etiamsi
milies Iudaizet dicere, laudo: sed obturabit aures, di
cetq; tibi, absit. Bono animo sis homo, quum ab ip-
so cepis consensum unius proloqi. Rursus assumito
dicens: Quō igitur cum illis, dic mihi, quomodo par
ticeps es festi? quomodo cum illis ieiunas? Post hæc
accusa illorū improbitatem, expone omnē iniquita-
tē, quam supioribus diebus narrabā apud uestram
charitatem, a loco, à tempore, à tēplo, à prædictione
prophetarum redargui, ostende quō frustra & incas-
sum omnia faciunt, nec unquā ad pristinum statum
rediturī sunt, quodq; fas illis nō est extra Hierosoly-
mam quicq; tale facere. Ad hęc cōmonefacias gehen
næ, formidādi tribunalis Christi, eorū quæ nostram
D causam illic, uel leuatura uel grauatura sunt, quodq;
illorum oium redituri sumus rationem, quòd ultio
non parua reposita est eis qui talia audent. Cōmone
facito & Pauli dicētis, Quicunq; in lege iustificamini Galat. 5. a
à gratia excidistis: & rursus cōminantis, Si circūcida Ibidem.
mini, Christus nihil uobis proderit: dicitóque quòd
quēadmodum circūcisio, ita & ieiunium Iudaicum
è cœlis expellit ieiunantē, etiamsi habuerit alia innu
merabilia benefacta. Dic, quòd christiani propter
hoc uocamur & sumus, ut Christo pareamus, nō ut
ad hostes curramus. Quòd si ptexat curationes ali-
quas, dixeritq; tibi, pollicentur remediū, & ideo ad il-
los curro: patefacito illi imposturas, incātationes, ap
plicaturas, ueneficia. Neq;.n. alio modo uidētur me-
deri, neq;.n. uerè medentur. Absit. Quin ego qdem
illud longè mirabilius dicam, etiāsi uerè sanarent, sa-
tius tamē esse emori, q̄ ad Christi hostes accurrere,
itaque sanari. Quid.n. prodest curare corpus aīa pe-
reunte? Quid aūt lucri, aut quid solatij nancisc amur, Deut. 13. a
mox coniiciēdi in ignem æternum? Nam ne dicerent
ista, audi qd dicit dominus: Si extiterit propheta in
te, aut somniū somnians, ædideritq; signū ac prodi-
E giū, eueneritq; signū ac prodigiū sicut loquutus est,
dixeritq;, eamus & seruiamus dijs alijs: ne auscultetis
prophetæ illi quoniā tentat uos dominus deus ue-
ster, an diligatis ipsum ex toto corde uestro. Qd di-
cit tale est: Si qs, inquit, propheta dixerit, Possum ex- Ne miraculis quidem credendum aduersus scripturā sacram.
citare mortuū, mederi cæco, sed obtemperate mihi,
adoremus dęmones, imolemus idolis. Deinde si qui
hæc loquitur, possit mederi cæco, aut excitare mor-
tuū: nec ista præstanti credideris, inqt, eo quòd deus
tentans te, pmisit ut ille hoc posset, nō quòd ille non
nosset tuū animum, sed ut tibi probationis occasio-
nem exhiberet, an uerè diligeres deum. Est aūt aman
tis, etiāsi exanimes, ad uitā reuocent qui nos conan
tur ab amato distrahere, nequaq; tamen ab amato
deficere. Quòd si hæc dixit Iudæis, multo magis ad
maiorē sapientiam inuitauit eos, qbus resurrectionis
ostiū aperuit, quibus præcepit ne in rebus præsenti-
bus figerent amorē, sed spes oēs ad uitam futuram
transferrent. Sed qd dicis? Affligit te, premitq; corpo
ris morbus? Atqui nondū tanta passus es, q̄ta bea-
tus ille Iob, imò ne minimā quidem partē malorum F
illius. Siquidem postq̄ simul interissent greges & ar-
menta cū cæteris oibus, in prædam abductus est &
puerorū totus chorus, eaq; oīa uno die peracta sunt,
ut non modo natura calamitatū, uerum ēt perpetui-
tas deiicere posset athletam. Post hęc oia uulnus ac-
cepit letale, uidit uermes toto undique corpore sca-
tentes, nudusq; sedit in sterqlinio, publicū iis qui ade
rant, calamitatis spectaculū, ille iustus, ille pius, ille ab
omni malo opere abstinens athleta. Ne hic quidem
erat malorū finis, sed dolores addebātur diurni pari-
ter ac nocturni, nouaq; quædā & admirabilis illū fa-
mes oppugnabat: Auenā, inquit, uideo cibū meum,
probra quotidiana, scommata, risus: Nam famuli, in-
quit, mei, & concubinarū mearum filij insurrexerunt
aduersum me, & in somnis terrores, cogitationum
perpetua quædā fluctuatio. Atqui uxor consiliū de-
dit, ut ab his oibus malis liberaretur, ita loquēs, Dic
aliquod uerbū aduersus dominum, ac morere. Dic,
inquit, blasphemiā, & ab urgētibus malis liberabere.
Quid igitur? Nū subuertit sanctū illum uirū mulieris
consilium? Imò contrarium fecit, magisq; sibi sum-
psit alas, sic ut etiā increparet uxorem. Potius enim

G duxit, maioribus affici cruciarique doloribus, innumeraque perpeti mala, q̃ blasphema ulla tantorum malorum relaxationẽ consequi. Itidem & ille qui triginta octo annis detentus fuerat in infirmitate sua, singulis annis currebat ad piscinam, & singulo quoque anno repellebatur, nec assequebatur sanitatem: sed quotãnis conspiciebat alios sanari, propterea quòd multos haberent à qbus curarẽtur, se uero quoniam nullos haberet qui ipsum exhiberent, in ppetua manere paralysi. Ne hic quidẽ confugit ad diuinos, non adijt incãtatores, aut profilijt ad eos qui per applicaturas promittunt sanitatẽ, sed expectauit diuinam opem, eoq; tandem admirandã quandam & inaudi
Luc.16. c tam sanitatem adeptus est. Lazarus aũt cum fame, cum morbo, cũ solitudine per oẽm uitam colluctatus est, nõ triginta & octo annos uersatus in his, sed per omne uitæ tẽpus. Sic igitur & expirauit in diuitis uestibulo iacens, contẽptus, irrisus, esuriens, canibus obiectus pabulum. Sic aũt illius corpus debilitatum erat, ut nec canes irruentes ulceraq; illius ligentes posset abigere. Haud tamen quærebat incantationem,
H non petala circũligauit, non exptus est imposturas, non ueneficos ad se uocauit, nec aliud quicquam uetitarum artium tẽtauit, sed prius habuit illis immori malis, q̃ ulla ex parte deserere pietatem. Quam igitur ueniam nos impetrabimus, qui cum illi in tantis malis perdurarint, ob febriculam, aut leue uulnus procurrimus ad synagogas, uenesicos & impostores in
Eccleſiaſti.2.a ædes nostras accersimus? Nõ audisti, quid dicat scriptura: Fili si accedis seruituris domino, præpara animam tuã ad tentationem: dirige cor tuum, & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidens esto. Sicut
Simile. in igni probatur aurũ, sic homo fit acceptus in camino deiectionis. Si tu famulũ tuum flagris ecideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatem, aut deserat tuũ dominium. & ad alios quospiã sese conferat, qui te oderint, eosque in te concitet: dic mihi, nõ is abs te ueniam impetraturus sit? An quisquã pro illo poterit esse patronus? Nequaquã. Quur ita tandem? Quoniã officium est heri, punire talẽ famulum. Non ob id tantum, uerum ét ob hoc: quòd si fugiendum erat, non ad hostes & osores domini prioris oportebat fugere, sed
I ad amicos & cognatos. Proinde tu quoq; si uideris
Flagellũ domini patienter ferendũ. te puniri à deo, ne profugias ad inimicos ludæos, ne magis etiã illum in te prouoces, sed ad amicos illius martyres ac sanctos, qui illi placuerũt, quíq; multam apud illum habent authoritatẽ. Sed quid loquor de famulis & heris? Filius nõ poterit hoc facere, nec abnegare cognationẽ quam habet cum patre. Nam & naturæ leges & leges ab hoibus institutæ, sic præscribunt, etiã si flagris cædat pater, si à mensa depellat, si ædibus exigat, si quocũq; modo puniat: iubet oia fortiter perpeti, nec ullã illi ueniam concedunt, ni paruerit pertuleritque. Etiamsi filius cæsus innumeras querimonias deplorãs proferat, hæc uerba audit ab oibus: Pater est qui cæcidit ac dominus, habetq; potestatem in te quod uult faciendi, & oportet omnia placidè ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filij parẽtes, frequenter & præter æquũ punientes: tu uero non sustines deũ te corripientem, qui plus habet in te iuris, utpote uerè dominus, qui plus te diligit q̃ pater, quíque nihil per iracundiam, sed omnia facit in tuã utilitatem: sed si leuis aliquis morbus acciderit, illico resiliens ab illius domino, ad dæmones
K accurris, & ad synagogas cõfugis? Et quam tandem post hæc ueniam consequeris? Quo pacto ualebis illum denuo tibi propitium reddere? Quin potius nec alius quisq̃ pro te deprecari poterit etiãsi tantum ualeat apud deum authoritate quantũ Moses. Non est, inquam, quisquam qui hoc facere poterit. Nõ audis
Exemplũ bonũ pro deſtei qui dedit. quid deus loquatur ad Hieremiã de Iudæis? Ne deCap. 7. d & 15.a preceris pro populo isto, quoniã si surrexerit Moses & Samuel, non exaudiã illos. Adeo sunt peccata omnem remissionẽ superantia, quæq; nullam recipiãt excusationem. Itaque ne tantam in nos prouocemus iram, etiãsi uideantur aliqui febrem incantamẽtis sedare, non enim uerè sedant: tamen aliã in conscientiam inducũt febrem, ratione singulis diebus stimulante, conscietiaque flagellante ac dicente: Impiè fecisti, iniquitatẽ perpetrasti, uiolasti fœdus cum Christo ictũ, ob paululum bonæ ualetudinis pietatẽ deseruisti. Nũ tu solus hęc passus es? An non alij multo q̃ tu acerbiora passi sunt? Attamẽ nullus illorum tale qd ausus est. tu uero mollis ac dissolutus animam
L tuã oppigneraſti. Quomodo excusaberis Christo? quomodo illũ implorabis precibus? qua conscientia posthac ingredieris ecclesiã? quibus oculis uidebis sacerdotẽ? qua manu sacram attinges mensam? qbus auribus audies scripturas, quæ illic leguntur? Quum his stimulis quotidie ratio te pũget, urgebitq;, quum conscietia flagellabit, rursus ipse dices: Quæ hæc est sanitas, quũ intus tam multas habeam cogitationes accusatrices? Quòd si pdurueris paulisper, eosq; qui uel incantatione aliquam canere uoluerint, uel applicationes aliquas applicare corpori, multa etiã cum contumelia tuis ex ædibus ejeceris: protinus ab ipsa conscietia refrigerationẽ acceperis. Etiãsi millies exurat febris, aĩa tua quouis liquore, quauis irroratione meliorẽ utiliorémque mitigationẽ adducet. Quemadmodum enim postq̃ receperis incantationem, sanúsque factus fueris, miserius affectus es iis qui febre laborãt, dum tecũ reputas peccati magnitudinem: sic nunc quoq; etiam si febriciteris, iunumeráque patiaris mala, repulsis impijs illis, quouis sano melius eris affectus aio, gestiente præ gaudio conscientia ac laudãte te probanteq; ac dicẽte, euge euge, heus homo Christi seruus, fidelis uir, athleta pietatis, qui maIaus sol-
lueris molestijs imori q̃ deserere tuam pietatẽ, proM licitus. ximo secundũ martyres loco stabis in illo die. Quẽadmodum enim illi præoptarũt cædi flagris torqueríque, ut ad honorem peruenirent: ita tu quoq; hodie præoptasti flagellari torqueríque à febri uulneribúsque, ne abiiceres pietatẽ, non incantamẽtis, non
1 Ti.5.d applicaturis ac spebus istiusmodi inescatus, neq; sensu prementiũ dolorum deiectus. Nam etsi te non auferat hæc febris, alia prorsus auferet, etsi nunc non moriamur, tamen posthac moriemur. Mortale corpus sortiti sumus, non ut illius cupiditatibus obtemperantes impietatẽ amplectamur, sed ut illius affectionibus ad pietatẽ abutamur. Hæc.n. corruptibilitas, & hoc ipsum mortale corpus si sobrij fuerimus, nobis est materia probationis, multãq; nobis in illo die præstabit fiduciam. non aũt in illo solum, uerum etiã in præsenti uita. Siquidẽ quum ejeceris incantationes multa cũ contumelia ex ædibus tuis, oẽs hoc audito collaudabũt, mirabũtur, & iter se dicẽt: ille laLaus ve-
ræ fidei. borãs ęgrotansq; plurimis exhortãtibus, incitãtibus, cõsulẽtibꝰ, ut magicis qbusdã incãramẽtis uteretur, nõ accesit: sed respondit, Satius est hoc pacto mori,
Heb.12.b quàm deserere pietatem. Ad hæc cõsequentur multi plausus ab his qui audierint: cunctis stupentibus, deũ glorificantibus. Hoc qd statuis erit tibi honorabilius? quot imaginibus magnificentius? quãto honore insignius? Omnes laudabunt, oẽs tuam felicitatẽ prædicabunt, oẽs te corona dignũ iudicabunt. Præterea
Exemplũ bonũ pro deſtei qui dedit. ipsi quoq; meliores fiẽt, ac uicissim tuum exemplum æmulabuntur, imitabunturq; fortitudinem, & siquis alius tale quippiã fecerit, tu mercedem feres, qui exẽpli fueris author. Neq; tantùm consequentur laudes rectè factorum, uerùm etiam celerrima morbi leuatio, cum ipsa tua præclara uoluntate conciliante tibi deum ad maiorem beneuolentiam, tum sanctis omnibus gratulantibus tuæ promptitudini, atq; ex intimo corde pro te preces fundentibus. Quòd si hìc talia sunt præmia fortitudinis huius, cogita quantas illic recipies coronas, cum angelis omnibus præsentibus, oibus archangelis, Christus aduenies prehensa manu tua in mediũ te illud theatrum produxerit, cunctisq; audientibus dixerit. Hic homo cum aliquando
B febre correptus esset, multis ipsum exhortantibus ut à morbo liberaretur, propter nomen meum, ac reuerẽtiam quam habet erga me, nequid offenderet meã bonitatem, omnes qui pollicebantur ipsi damnatarum artium præsidio sanitatem, repulit, cumq; ignominia reiecit, ac præoptauit emori potius morbo, q̃ deserere meam beneuolẽtiam. Etenim si eos qui ipsi potũ dederunt, qui uestierunt, qui cibum dederunt, in mediũ adducit: multò magis adducet eos qui propter ipsum optarunt obnoxij esse & affligi febri. Neq; enim simile est dare panem ac uestem, & morbũ diutinum pferre. Immo hoc illo multò maius est. Quantò.n. laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tantò etiam corona erit magnificentior. Hæc & sani meditemur, & ægrotantes inter nos colloquamur, & si uiderimus nosipsos aliquando febri intolerabili correptos illud apud nosipsos dicamus: Quid autem si nobis alicũde intẽrata lite ad tribunal rapiamur, moxq; sublatis nudentur latera, an non necesse fuerit omnino perpeti, idq; nullo lucro nullaq; mercede? Hoc & nunc cogitemus, proposita sit etiam tolerantiæ merces satis magna, ut leniat collapsum aĩum. Sed mole-
C sta est febris. Verùm oppone ille incendium gehẽnæ, quod effugies omnino, si uolueris istam febrim cum omni tolerãtia perferre. Reputa tecum quàm multa passi sunt apostoli, considera iustos perpetuò in afflictionibus fuisse, recordare B. Tim. qui nunquam ab aduersa ualetudine respirauit, sed ab adolescentia iugi morbo erat obnoxius, idq; Paulus declarãs dixit, modico uino utere propter stomachum tuum ac frequẽtes infirmitates tuas. Quòd si ille iustus, ille sanctus, ille qui orbis præfecturam susceperit, qui mortuos excitauit, qui dæmones abegit, qui morbos innumerabiles in alijs correxit, tam acerba passus est, quam excusationẽ habebit q tumultuatur ac deficit in morbis tẽporarijs? Non audisti scripturã dicentem, Quem diligit dominus castigat, flagellat autẽ omnem filium quem recipit? Quam multi frequenter optarunt martyrij coronã accipere? Hæc est parata martyrij corona. Non.n. is modò martyrium peragit, qui iussus sacrificare, potius ducit emori: uerũ etiam seruantem quod iustum est, ac sponte propter deũ mortem accersere, manifestum est martyrium. At ut intelligas hoc esse uerum, recordare quomodo Ioan. Baptista mortuus sit, & qua de causa, & quãobrẽ, quomodo

Abel. Neuter.n. horum uel altare uidit incensum, uel D statuam positam, uel iussus fuit immolare dæmonibus, sed ille quidem quia tantummodo reprehendit Mat.14.a Herodẽ, decollatus est: hic uerò quoniam deum me- Gen.4. b liori sacrificio honorauit q̃ frater, occisus est. Num igitur priuati sunt martyrij corona? At quis hoc audeat dicere? quandoquidem ipsum etiã mortis genus sufficit ad omnibus persuadendum, quòd inter primos martyres celebrantur. Quòd si etiam diuinam sniam super his prolatam quæris, audi quid dicit Paulus. Nã quæ ille loquitur, sine dubio spiritus sunt. Puto.n. inquit, quòd spiritum dei habeam. Quid igitur hic di- 1.Cor.7.g cit? Exorsus ab Abel cum dixisset, quòd maiorem hostiam Abel præ Cain obtulisset deo, & propter hanc Heb.11.a mortuus adhuc loqueretur: deinde digressus ad prophetas ac decursa serie usq; ad Ioannem, dixisset, occisione gladij mortui sunt, alij uerò distenti sunt, mul- Ibidem.g tis & diuersis mortis generibus commemoratis, sub- Ibid.12.a iecit hoc modo: Itaq; nos quoq; tantam habentes circundantem nos nubem martyrum abiecta omni segnicie, & tenaciter inhærente peccato, per tolerantiã curramus: Vides quòd etiam Abel appellauit martyrem, & Noe & Abraham & Isaac & Iacob. nam & isti E propter deum mortui sunt. Quemadmodum, inquit 1.Co.15.d Paulus, quotidie morior: atqui non mortuus est, sed proposito tantũ perpessus est mortem: Sic & tu si repueris incãtamẽta, ueneficia, ac magicas artes, etiãsi morbo moriaris, martyr pfectus sueris, eò quòd alijs pollicentibus morbi leuationem cum impietate, pręoptaris mortem cũ pietate. Et hęc nobis dicta sunto, aduersus eos qui iactant dicuntq; dæmones mederi. Cæterũ ut intelligas, ne hoc quidem esse uerum, audi quid Christꝰ dicat de diabolo, Ille homicida erat ab Ioan. 8.f initio. Deus dicit, homicida est, & tu ad illum tanq̃ ad medicum curris? Dic mihi cum accusaberis, quam rationem adferre poteris, qui credas horum imposturis esse fidendum potius q̃ Christi sententiæ? Cum igitur deus dicat, homicida est, isti uerò dicãt, potest leuare morbos, nimirum repugnantes sententiæ diuinæ. tu recipiens maleficia illa, & incantamenta, nihil aliud q̃ ipsis factis tuis iudicas, istorum uerbis potius habendam fidem q̃ Christi. Quòd si diabolus homicida est, manifestum est quòd illi seruientes dæmones sunt. Et hoc quoq; te ipsis factis docuit Christus, F qui permisit illos irruere in illum gregem porcorum, Mat.8. d ut intelligeres quòd eadem facturi fuerint hominibꝰ & Lucæ statimq; præfocassent, si deus illis permisisset aduer- 8.c sus eos propria potentia ac uoluntate uti. Nunc uerò ipse illos coercuit prohibuitq;, nec quicq̃ eis permisit facere aduersus homines: quod quidem ipsi potestate accepta in porcos declararunt. Etenim si porcis nõ pepercerunt, multò minus à nobis abstinuissent, si aduersus nos potestatem habuissent. Ne igitur dilecte fraudibus illorum abducaris, sed esto cõfirmatus in timore dei, ne similis illorum fias. Nam similes illorum sunt qui faciunt eadem, & omnes qui confidũt Dilemma in illis. Et quo ingredieris synagogam? Si signaris frõtem tuam, illico fugiet praua potestas synagogam inhabitans: sin uero nõ signaueris, in ipsis foribus protinus arma abiecisti, mox nudum & inermem abreptum diabolus malis innumeris afficiet. Sed quid attinet de illis loqui? Nam quod ipse quoq; maximum peccatum esse iudicas, ac sceleratum illum locum ac- Pudor aq̃ currere, manifestum est ex ipso adeundi mõ. Etenim guit conquoties illuc accedis, studes & famulos & amicos & scientiam

Guicinos fallere, iubesq; ne te deferant ad sacerdotes: ac si quis detulerit, indignaris. An nō igitur magnæ dementiæ sit, homines uelle fallere, cū deus qui uidet, ubiq; sit præsens, perfrictaq; facie tantum facinus audere? Sed nō times deum? Ergo saltem ipsos reuerere Iudæos. Quibus. n. oculis ipsos intueberis? quo ore aloqueris, profitens te esse Christianum, tamen ad illorum artes currens, & ab illis opem implorans? Non pendis quantum risum in te effundent, quot scōmata, quantam subsannationem, quanta dedecora, quā tā irrisionē, quanta probra? Etsi non palā, certè in sua ipsorum cōscientia. Proinde dic mihi, hæccine sunt tolerabilia? hęccine ferēda? Etiamsi mille mortes sint oppetēdæ, si nō ferēda mala tolerare sit necesse: multò satius erat omnes illas perpeti molestias, q̄ istis scelestis risui & ludibrio fieri, præterea cū mala conscientia uiuere. Hæc non dico ut audiatis tantùm, uerùm etiam ut his morbis laborantes sanetis. Quemadmodum. n. illos incusamus, quòd ad sceleratū illud theatrum, & impiam illam aberrēt synagogam: sic & uos quòd infirmos corrigere non uultis. Non igitur hoc
H est quod quæritur dilecte, ut huc ingressus tantùm audias quæ dicuntur. Nam id quidem etiam ad condemnationē facit, cū auditis sermonibus non adiungitur operum demonstratio. Etenim propterea Christianus es, ideo hoc nomen accepisti, ut Christū imiteris, eiusq; legibus operū exhibitione pareas. Quid autem ille fecit? Non Hierosolymis desidens uocauit ad se ægrotos, sed obābulabat ciuitates ac uicos, geminos curās morbo, tum animi, tum corporis: attamen poterat eodem in loco sedens oēs ad se attrahere, non tamen hoc fecit, nobis præbens exemplum, ut obambulemus & q̄ramus eos qui pereunt. Rursus
Luc.15.a hoc etiam parabola de pastore significauit: non. n. desidebat cū nonaginta ouibus, expectans donec q̄ aberrauerat ueniret ad ipm, sed abijt ipse & inuenit,
Simile. inuētamq; gestauit humeris ac reduxit. An non uides medicos quoq; hoc ipm facere? Non cogūt ægrotos lecto decumbētes ad ipsorū ædes deferri, sed ipsi accurrunt ad eos. Hoc & tu facito dilecte, sciens hanc præsentē uitā esse breuem: quodq; nisi hæc lucra parauerimus, nullam illic sumus habituri salutem. Sæpe
I una anima quam lucrati fuerimus, potest innumerabilium pctorum pondus abolere, animæq; redimendæ fieri pretium in illo die. Cogita quamobrem propheta, quamobrem apls, quamobrem iusti, quamobrem frequenter angeli missi sint, quapropter ipse primogenitus filius ac uerbū dei aduenit. An non ut homines seruaret? an nō ut eos errantes reduceret? Hoc idē fac agas tu quoq; pro uiribus tuis, omneq; studiū ac solicitudinē impendas ad reducendū eos qui aberrārunt. Ad hæc uos singulis cōcionibus adhortari nō cesso: siue mētem adhibeatis siue nō adhibeatis, ego dicere non desinam. Nam hāc legem nobis deus præscripsit, ut siue audieritis, siue nō audieritis, hoc ministerium impleamus. Et siquidem audieritis ea quę dicūtur, multa cum uoluptate hoc ipsum faciemus. Sin aūt neglexeritis ac per insignem socordiam contempseritis, nobis quidem ex uestra inobediētia nullum futurū est periculum: (quandoquidem quidqd erat nostrum, præstitimus) attamen quanq̄ non periclitamur nos q̄ præstiterimus omnia quæ in nobis sunt, dolemus tamen quòd uos accusabimini in die illo. Non. n. absq; periculo uobis erit audisse, si non accesserint opera. Audi igitur quō Christus accusans docto-

A ptijs ac congressu, uoluptatis habere nōnihil. Quòd si nō rectè sentio, nó est quod dicam. Meā uobis sententiam narro, mox autem non meam solum, sed & illorum dicā: nam & illis sic uidetur. Quod inde colliquescit. Tantam. n. gloriam, & tanta scandala neutiquam despicerēt, nisi ingens quædam & uehemēs cohabitandi uoluptas esset. Precor ut nobis uenia detur, desitq; indignatio. Neq;. n. temerè & simpliciter, inimicos uellem. Nō sum tam miser ac æruminosus, qui temerè omnes offendere uelim: sed ualde doleo ac crucior, & gloriam dei blasphemari, & multorum salutem propter uoluptatem hanc paulatim perire. Et habet uoluptas hęc maiorem cohabitandi amorem, quàm legitimę nuptię. Quod nunc fortè uobis mirum uidetur: sed ubi qd auditis declararo, eritis & uos mihi testes. Etenim cum legitima muliere congredi, quum non sit uetitū, concupiscētiæ uehementiam demulcet, & sępenumero satietatem affert, immodicū restinguens ardorē. Præterea partus & partuum dolores, puerorūq; procreationes ac educationes, necnō & frequentes qui ex his sequūtur morbi,
B corpus affligunt, florē ætatis marcidū reddunt, inualidumq; uoluptatis calcar faciunt. In uirgine aūt cohabitatrice nihil horum repies. Abest enim coitus, qui naturæ impetū deprimat, ac calcar obtūdat: neq; dolores partus, neq; puerorū educationes carnē languescere faciūt: sed iuuenilem uigorem diu conseruat, utpote intacta manēs. Vnde post partus & educationes puerorū corpora uxorum infirmiora fiūt, illa autē usq; in quadragesimum annum in sua permanet forma, & cū uirginibus iam elocādis certat, hinc est quòd cohabitātes dupliciigne accenduntur: nam & ardor eorum nō restinguitur coitu eis interdicto, & ardoris fomes redditur ualidior. Quā ergo huius contuberniij causam suspicer? Sed ne ualde succensea mus eis, neq; difficiles simus & importuni. Nam qui ægrū uult restituere, non hoc agit ira & uerberibus, sed aptat magis pharmaca magna cura, & blāda adhortatione. Nobis, quāuis illos punire & eis indigna riliceret, utpote in iudicum adscitis ordinē: non tamen hoc facimus, sed medicorū magis, & eorū qui curare solent, morē sequi lubet. unde obsecramus &
C adhortamur, & eorū si opus est genua attingimus, si fortè quod agendū suscepimus, pficiamus. Igitur quemadmodū medici, qui ægros à cibo uel potu nociuo abarcere cupiunt, licet illa mistā habeant uoluptatē, ante omnia tamen persuadent, inesse illis præter nocumēta etiam multum insuauitatis: sic & nos faciemus, cōmonstrando illis quòd cohabitatio illa, quāuis suauis & iucunda uideatur, pernicios sit, & nihilo melior, quàm mortiferæ potiones. Et uidetur quidem multam habere lętitiā, latet tamen multum in ea amaritudins, quā animę quę uoluptatibus oblectatur, infundit. Nā qui persuasus discedit, facilè discedit. Sanè qui metu & necessitate à dilecta seiungitur, fortior amator fit, & fortasis iterū ad illam accedet: at si ut rem damnosam & amaram fugit, haudquaq̄ iterum reuertitur ob calculum sniæ suæ, quæ quauis necessitate uiolentius illi persuadet. Quo circa quō persuadebimus illis, quòd hoc non solum noceat, sed & amarum sit? & quō aliter q̄ ex ipsa rerum natura? Interrogamus ergo eos, si quis mensa sumptuosa appositā, uarijs dulcissimisq; plena edulijs, denunciet summis minis, ne quid propositorum cōtingatur: num uelint ad talem mensam considere, & se-

ipsos cruciare? Ego utiq; non opinor: neq;. n. ex aspectu uoluptate fruētur, quantam tristitiam ex interdicto concipient. Quid autem si quis sitienti & ardenti prę siti fontem lympidum & purū demonstratū, non solùm nō degustare, sed ne extremis quidem digitis cōtingere permitteret, an quid eo cruciatu acerbius? Neq; hic mihi contradixerit ullus. Tantum enim hoc malū est, ut etiam exteri, qui plurimum ualent in naturæ uoluptate, & tristitia expendenda, uolētes effingere quosdam, qui ualde cruciantur, talem quādam fabulā in medio proferant. Introducitur in fabula ex *Tantalus* tremo supplicio afficiendus, cui ostenditur oīum ciborum copia, & prætersluens aqua: nec cōceditur, ut aliquo istorum fruatur: & cùm extendit ille manum, omnia quę uidētur, à tactu fugiunt, fitq; hoc semper, Et hęc est externorum fabula. Et philosophorum q̄dam, cùm uidisset sodalium quendam osculum formoso puero dare, admirabundus dixit: Cur tantū intra se caminū accendere, & in ignem se ausit cū periculo inijcere? Ego aūt non idem dixerim de his qui
E cohabitantes amant & contrectant: At si qui sunt qui hæc calumnientur, demonstrare tentabo, quòd & hi illo usq; perueniant, & durius sibi q̄ sit dictum supplicium accersant. Nam si aspectus solus tantum infert dolorem: quanto maiorem & contactus accendit, ex quo ut est uoluptas multò crasior, q̄ ex aspectu, ita maiorem struit flammam, & acerbiorem efficit dolorem, qui magis q̄ fera exasperatur? Quantò enim magis concupiscentias augemus, & plura eis fomenta suppeditamus, tantò & dolores nostri magis intenduntur. Et quēadmodū qui mensæ & fonti assident, nō sic uidēdo dolent, ut cui pmissum est attingere, & tamen ne degustet prohibetur: sic utiq; qui ad cōtrectanda uirginum corpora admittuntur, grauius puniuntur, q̄ qui ex solius spectaculi refocillatione hauriunt cruciatum? Et quid opus est philosophari in his afferendo res externas? Dei. n. sententia his omnibus potentior, ipsa nobis ostendit rē ita sese habere. Nam cum uellet punire Adam, non procul à paradiso ipm *Gene.3.d* habitare fecit, sed propè paradisum, ut continuā pœnam haberet è spectaculo loci quem desiderabat, &
F eo quanuis semper illum ante se uideret, frui non permitteretur. Iam fortè aliquis dixerit, & quō si hoc natura tam amarum, plerique tanto studio sectantur? Ad quod ego dixerim, quòd istucipsum extremæ ægritudinis maximum est argumentum. Nam hic mos est ægrotantium, ut quærāt frigidam quādam breuisq; temporis uoluptatem, unde prolixiorem sibi conciliant pœnam. Hoc & in febrientibus uidere quis potest, qui cùm paulisper abstinere nolunt à refocillatione momentanea uetitorum uel esculētorum, uel pòculentorum, longum quendam & difficillimum inuehunt sibi morbum. Oportet aūt ut hi qui bene ualent, non eorum qui malè habent sniam & mores sequātur. Nam si illos sequemur, & à medica arte, & à philosophia condemnabimur. Non autem hoc solū in febri cōtingit, uel mulierū amore, sed & in diuitijs & omnibus alijs qui ita ægrotant. Etenim qui in pecunias insaniūt, licèt sciant quòd hi qui parua hęc indigis impartiātur, infinita bona inde capiāt: detinent tamen ea & defodiūt, & bonis omnibus excidere malunt, ob frigidā breuemq; hanc uoluptatulam, q̄ æterna pœna liberari, & immortalē uitā adipisci, illas ad breuet̄ps despiciendo. Hoc utiq; & illis contingit obpaucā oculorū concupiscentiā: nam dum non ferunt

Ab hostib⁹ arguit

Matt.25.c

Ma.22.b

L

Ibid.25.b

K

M

m

Gen.2.d

Universidad de Navarra Biblioteca

res sermonem occultantes, etiam his qui docentur, loquatur. Cum. n. dixisset, Oportuit deponere pecuniam meam apud mensarios: & adiecisset, Ego ueniens cū usura utiq; repetissem illam: ostendit, quòd postq̄ audierit (nam hæc est pecuniæ depositio) qui accepit doctrinam, usuram facere oporteat, tanq̄ domino repetituro. Vsura autem doctrinæ nihil aliud est, q̄ operum exhibitio. Ergo quoniam nos quoq; deponimus pecuniam in aures uestras: necesse est, ut uos reddatis usuram domino, hoc est salutem fratrū uestrorum. Itaq; si hæc ipsa quæ dicuntur tantū detinueritis, nihil ex his lucri facientes: metuo ne eandē detis pœnam, quam dedit ille qui defoderat talentū. Nam ille propterea manibus ac pedibus uinctus in tenebras eiectus est externas, quoniā non deprompsit in alios quæ audierat. Ne igitur nos quoq; eadem patiamur, eū qui quinq; talentis acceptis duo lucratus est imitemur, etiamsi sermonem, etiamsi pecuniam, etiāsi corporis laborem, etiāsi preces aut aliud quippiā quicquid illud fuerit proximo seruando insumere oportuerit, ne grauemur: ut undecunq; talentum nobis à deo traditū pro sua quisq; portione multiplicantes posimus illā beatam audire uocē, Euge serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, intra in gaudiū domini tui: quam nobis omnibus audire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu xpi, qui cum & p quem, patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Orationum aduersus Iudæos, finis.

[Habes tom. 3. fo. 92. sermonem D. Ioan. Chrys. contra Iudæos, Gentiles & hæreticos: quem idonee magis attexisse mus loco huic, sed nobis imposuit iscriptio, videlicet, Nuptiæ factæ sunt. &c. quam inducit solū, non item explicat.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI,
ADVERSVS EOS, QVI APVD SE
fouēt sorores adoptiuas, quas syniſactus & sub introductas uocant, & contrà concubinarios sermo.

Aioribus nostris duæ tantùm cognitæ fuerunt causæ pp quas mulieribus uiri cohabitent. Et nna quidem uetus est, ac iusta, rationiq; consentanea: nempè matrimonium, quod deo legislatore instituerunt. Propter hoc. n. inquit, relinquet uir patrem suum & matrem suam, & adhæret ebit uxori suæ, eruntq; duo in carnem unam. Altera uerò posterior & ex confesso iniusta, & legi aduersa, nēpè stuprū quod à malignis introductū est dæmonibus. Atqui nostra hac ætate tertius qdam nouus & insolitus mos prodijt, cuius causam haud facilè inuestigaueris. Sunt. n. nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domū ducant, & usq; in extremam senectā inclusas tenent, ac fouent, non procreandorum puerorum gratia, negant. n. se cum illis rem habere: neq; libidinis causa, aiunt. n. quòd illas & integras & incorruptas seruent. Et siquis ab eis causam rogauerit dicunt sibi multas esse: sed fingunt. Ego. n. nullam eos habere crediderim, quæ uel honesta uel idonea sit. Verū de his nunc non dicemus. Afferemus autem in mediū, quam potissimū causam suspicemur. Et quæ nam illa? Omnino, si à scopo aberrauero, fas uobis esto ut me redarguatis. Et q̄ nam causa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris cōuictus, etiā absq; nu-

M

m

Gen.2.d

G ut seipsos aliquantisper contineant, intolerabilē intra se ignem cogunt. & quantò.s. se magis oblectari pu-
tant, tantò magis malo implicantur, diabolo suis arti
bus hoc curante ad incrementū & perseuerantiā incē
dij, ut ardentes & delectentur & doleant, absurdum
quoddā temperamentū in animabus suis plantātes.
Iam, quid siquis nos intemperantiæ ob hęc uerba cō
demnet? Sanè strenuos illos uiros, & cū mulierib⁹ ha
bitantes, qui nihil graue patiantur, beatos quidem di
co, qui tales sunt, & uellem, et ipse hoc robore dona-
ri: & ipse quidē fortè adducor ut credā, quòd possibi-
le sit esse aliquos tales. Vellem tamen eos qui nos re-
prehendunt, posse hoc nobis persuadere, quòd adole-
scens feruens, puellęq; uirgini cohabitans, & ad late
ra eius assidens, & simul cœnans, & per diem totū cō
fabulās, ut nihil aliud apponam, intempestiuos risus
& effusos cachinnos, & mollia uerba, atq; alia quę di
ctu inhonesta audiens, & eadem habitans domo, ea
demq; cōmunicans mensa, ubi ultro citroq; est liber-
tas uerborū, nulla humanarū affectionum capiatur,
sed purus à mala uoluptate & cōcupiscentia perma-
H neat. Vellē hæc ab his qui nos arguūt mè doceri pos-
se: sed neq; ipsi uolūt doceri, & reclamāt nobis, quasi
impudentibus & eodē morbo decūbentibus, suoq;
uitio correptis si nos defendamus. Et quid hæc ad
nos, inquit? Neq; nos sumus obnoxij insipientiæ alie-
næ, neq; siquis stultè scandalizetur, dignus ego sum,
Rom.14.c qui pœnas dem ob illius insipientiā. Sed Paulus non
dixit hoc, sed iusit, ut si iniustè scandalizetur aliquis,
eius infirmitati cōsulatur. Tunc enim solū liberamur
à pœna, quæ posita est in eos qui scandalū dant alijs,
si ex scandalo aliud quoddā lucrum nascatur maius
damno, quod ex scandalo fit. Adeoq; si hoc non fue
rit, & hoc solū obuenerit, ut scandalizentur alij, siue
ob rationē aliquam, siue ob nullam, siue ut infirmi
offendātur, sanguis illorū super caput nostrum, & ex
manibus nostris deus animas tales requiret. Et pro-
pter hoc ne per omnia curā nullam haberemus, uel
abiiceremus eorū quibus offendiculo sumus, termi-
nos quosdam & regulas tales nobis Christus præscri
sit. Nam & hoc & illud fecit, nūc illos curans, nunc cō
temnēs prout temporis postulabat. Enimuero cū de
I natura ciborū dissereret & ostenderet eam esse purā,
& à Iudaica obseruatione liberaret, ubi scilicet Petro
Mat.15.b egresso ac dicente, Scādalizati sunt: dixit, Sinite ipsos.
Ibidem. Et non solū despexit, quin & accusauit. Omnis enim
plantatio, quā nō plantauit pater meus cœlestis, era-
Ibid.12.b dicabitur. Ita legem de cibis statuit. Vbi aūt petebāt
à Petro drachmā, tunc non idem egit sicut antea, sed
rationem habuit scandali, & ait: Vt aūt non scandali-
zemus ipsos, mitte hamum in mare, & piscem qui pri
mum egressus fuerit, tolle, inueniesq; in ore eius state
rem: hunc acceptū da pro me & te. Vides ut scandali
& curam habet, & negligit. Nam hoc loco nihil ual-
de referebat ēt gloriam unigeniti obscurari: aut qūo,
cùm & alibi studuerit eam adumbrare, præceperitq;
multis, ne cui dicerēt quòd ipse esset Christus? Et pro
pterea nihil damni ex eo quòd dependit didrachmū:
si aūt non soluisset, nata fuissent mala. Nam ut tyran
num & obluctantem & ciuitatis uniuersæ inimicū, &
in extrema pericula iniicientē utiq; auersati fuissent: &
propterea ipsos qui uolebāt rapere Christū, & facere
regem longius fugit, eamq; opinionē à multis, qui cir
cà ipsum erāt, repulit. Alio aūt loco opus erat, ut cor-
rigeretur factum, propterea q; utiliter ac tempestiuè,
& ut in meliori opere contempsit scandalum. Etiam K
postea ualde tempori congruebat, ut ad excellentio-
rem philosophiam ascensuri, nō prohiberentur lege,
quæ ad Iudæos pertinebat, sed abirēt posthac ita uo
cante tēpore ad animi puritatem, neq; remorarentur
corporali obseruatione, sed permitterentur ab humi
litate illa eximi: Sic & Paulus contempsit eos, qui scan
dalizabantur, magistrū sequēs, & dixit: Per omnia oi- 1.Co.10.g
bus placeo, non quærens quod mihi cōducit, sed qđ
multis, ut saluentur. Si aūt Paulus suam cōtemnit uti-
litatem, ut inueniat quod multis prosit: quāta nos di
gni erimus pœna, si neq; propriū fugimus damnum,
nec cogitamus quomodo inueniamus quod utile
sit alijs? nos quoq; cū alijs suauiter perdimus, cū opor
tebat & nos ipsos & alios seruare. Atque propter hoc
cū uidet maius lucrum q̄ damnū quod oritur, cōtem
nit eos qui scandalum patiuntur. Vbi aūt lucrū nul-
lum, ipsum scandalizari solum habet pro iusta causa,
omnia & facere & pati paratus ne eueniat. Et non di
sputat tali more nostro. Non enim dicit, Quare sunt
tam infirmi? quare tam stupidi? quare affectiones il-
las admittunt? Sed ea de causa ipsis potissimū parcit, L
quia ob rationis penuriam ita se habēt, & ita infirmi
sunt. Dic enim mihi, qualem ille rationabilē prætextū
dicere potest qui scandalizatur in comedente carnē,
& bibente uinum? An non hanc nobis legē deus ipse
permittit? Veruntamen in his si scandalizetur aliquis, Ibid.8.g
Paulus abstinet. Nunquā enim carnē comedā, inquit,
ut ne scandalizē fratrem: & non dixit sicut nos, Subij
ciendūsne ego alienæ insipiētiæ? num quia alicui sim
pliciori uidetur esse scandalum, egōne dignus qui sup
plicium luam? Quā uis si ēt dixisset, multò tamen iu-
stius dixisset q̄ nos. Nam qui in illis scandalizatur, in-
sensatus est, & ualde insipiēs. Verū in his ipse multas
iustas & dignas causas, quas diceret habet, & multò
iustiores dixisset Paulus, siquidem dicere uoluisset: at
nō dixit, sed ad unum solū spectauit, nempè salutem
proximi. Et uide eminentiam. Non enim dixit semel,
aut bis, uel tanto aut tanto tempore: sed, in æternū, Ro.14.d
ait, non comedam, si scandalizetur alius. Et ut ne pu
tes in his eum subsistere, & aliud quiddā adiicit hoc
maius. Vt enim dixit, bonū est non comedere carnē,
& non bibere uinū, coniunxit & illud: Neq; aliud per M
quod frater tuus impingit, uel scandalizatur, uel infir
matur. Et animaduerte sapientiam præceptoris. Reli
cto enim infirmo, fortem corrigit ante illū. Nam for-
tis author est, quòd ille infirmus est, eò quòd possit
infirmitatē corrigere, & non facit. Et quid dico de in-
firmis fratribus? Etenim Iudæis & Gētibus iubet eam 1.Co.10.g
dem curam impendi. Absq; offendiculo enim, ait, si-
tis & Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ dei. Itaq; quantò
fortiorem esse dicis, nihilq; ab hac cohabitatione in-
commodi accipere, tantò magis teipsum debitorem
cōstituas, ut uinculum hoc rumpas. Nam quātò for-
tior eras, tantò & iustior fuisses, infirmiorē gestando.
Igitur si infimus es, propter teipsum desiste: sin robu
stior, propter alterius infirmitatē. Non enim sibiipsi
duntaxat, sed & alijs fortem esse oportet eū qui fortis
est. Quòd si te fortem esse dicis, & infirmitatem illius
contemnis: duplum dabis pœnam, tum quòd nō pe
percisti, tum quòd multa tibi uis erat, ut illi parcere
posses. Nam unusquisq; nostrum, debitor est salutis
proximi. Propterea iussi sumus, ut non q̄ nostra sunt, 1.Co.10.c
sed quæ proximi spectemus. Pretio enim magno em- 1 Cor.6.
pti sumus, & qui nos redemit, hoc præcepit in com- C.7.d

A munem animarum nostrarū utilitatē. Nō enim hoc
solū nostrum est lucrum, quando propria saluamus
membra, sed & quando alios in maiori securitate cō
stituimus. Quanuis te perpetuò defendas, redargue-
ris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione
accepturus non uulgare. Quando enim te uideo ita
auelli nō posse, & despicere millia quæ offendunt, &
non conuerti te tam multis reprehendentibus, sed &
gloriam tuam conculcare, ecclesiæq; accusationē uul
go proterere, & infideliū ora laxare, & oēs mala opi-
nione imbuere: & tāta quidem ex cohabitatione no-
bis nascuntur mala, nullum aūt prouenit bonū: ex se
paratione uerò, horū omnium malorum subleuatio
nem, multorum aūt aliorum bonorum possessionē
adipisci licet. Cæterū cum non fers, ut à te transeat,
quomodo persuadere potero alijs, quòd affectionis
sis expers, & à concupiscētia mala purus? propter hęc
nihil contendo: sed esto quòd sis etiam cohabitādo
purus, quanuis ne Iob quidem ille beatus ausus fuit
tantam uirtutem & sapientiam sibi adscribere, & de
se ita testari. Sed qui oēm transcenderet uirtutem, ex
B omnib⁹ diaboli retibus extractus: & primus, & solus
tantam fortitudinem demōstrauit, & omne ferrū, &
adamantem sua cōtinentia prætergressus, subneruа-
uit diaboli potestatem: sic ueritus erat talem pugnā,
& putauit impossibile esse: cohabitare uirgini sine dā
no & purum, adeò ut nō solùm à cohabitatione tali
Iob.31.a procul & longè seipsum, sed & ab aspectu prorsus &
occursu subduxerit, legemq; posuerit oculis suis om-
nino in uirginem ne respicere quidē: sciebat enim ma
nifestè, quòd non solùm cohabitantē, sed & uidentē
curiosè in faciem uirginis, difficile, fortè aūt & impos
sibile sit effugere damnum quod inde oritur. Propter
quod & dicebat, ne cogitem quidem de uirgine. At si
paruus uidetur uobis ad certamen Iob, quanuis reue
ra neq; stercore illius simus digni: ueruntamen licēt
minus tua magnanimitate esse putas exemplū, cogi-
ta uocalissimum præconē ueritatis, qui totū orbem
circuit, & dicere potuit uerba illa multa sapiētia refer-
ta. Quòd nō iam ipse sit uiuens, sed Christus in ipso: Gala.2.d
&, quòd crucifixus sit mūdo, & mūdus sibi: &, quòd Ibid.6.d
quotidie moriatur: post tantam spiritus gratiā, & tan 2.Co.15.c
ta certaminum specimina, post tam innumera pericu
la, post tam eximiæ diligentiæ sapientię studiū: decla
rat nobis & cōmonstrat, quòd donec spirauerimus,
& hac carne fuerimus circūdati, certaminibus nobis
opus est & laboribus: neq; unquam otio temperātia
paratur, sed multis sudoribus & laboribus opus est.
Ibid.9.d Ad hoc enim trophæum parandū sic dicebat: Casti-
go corpus meū, & in seruitutem redigo: ne dum alijs
prædicauero, ipse reprobus fiam. Hæc autē dicebat,
declarans seditionē carnis, & cōcupiscentiæ rabiem,
præliumq; continuum, ac uitam semper in agone cō
stitutam. Et idcirco etiā Christus arduitatē rei decla-
rans, neq; uel licitè aspicere permittit mulierū facies:
Mat 5.d quoniam & adulterorū pœna puniendos sic spectan
res interminatus est. Et cū dixisset Petrus, nō expedit
Ibid.19.b uxorem ducere: non statuit legem, ne ducantur uxo-
res, sed naturam rei declarans dicebat: Qui potest ca-
Ibidem. pere capiat. Audimus aūt & hoc nostro seculo, quòd
nonnulli ferro totum corpus obligantes, & sacco ue-
stientes, & ad uertices montium currentes, & conti-
nuis uigilijs ac inedia summa uiuentes, & omnem di
sciplinæ seueritatem ostendentes, ab omnibus mulie
ribus segregati, ascēdere in domunculam & tuguriū, ut hac ratione se ipsos castigantes concupiscentiæ fu D
rorem cōprimāt. At tu dicis, quòd licēt uideas cohā
bitantem uirgini, & alligatū, & deliciantem, & animā
potius amittētem q̄ cohabitatricem, paratumq; om-
nia & facere & pati potius q̄ separari à dilecta: ne su-
spiceris aliquid mali, ne putes cōcupiscentiæ negotiū,
sed pietatis potius. Admirande uir, is affectus est his
qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Et tu qui
dem fortè non credis ob magnam tuam cōtinentiā.
Ego aūt audiui multos dicentes, quòd etiam multi
apud lapides & statuas aliquid passi sint. Quòd si tā-
tùm ualuit dura effigies, quantam operabitur insa-
niam in effigie pulchra tenerum corpus? Quomodo
non credentur magis uerisimilia dicere, qui nos accu
sant, q̄ nos qui defendimus? Quid enim uerisimile,
dic mihi? An quòd uir mulierē concupiscit, uel quòd
non concupiscit? Omnino dixerimus quòd concupi
scat. Rursum cum innumerę causæ impellunt ut egre
diatur, & non fert quòd egrediatur, sed uult ut intra
domum se cōtineat, haud in ullum bonum, quin po
tius multa sunt probra, & damna tam à suis, quā ab
alienis. Quid hìc uerisimile. Ex bono ne hoc agatur E
proposito, an ex malo? Opinor quis facilè dixerit
quòd ex malo. Veruntamen non de his ipsis diligen-
ter scrutabimur: sed ponatur, ut fingi potest, quòd ij
qui scandalizantur, non scandalizētur iustè, sed teme
rè & sine causa. Sed dic mihi, cuius gratia uirgini co-
habitas? Nulla enim alia causa cœpta est cohabitatio
hæc, q̄ propter dilectionem & amorem. Sed circūscri
be hoc, & auferetur rei utilitas. Quis enim qui uir est,
uellet sine hac ferre necessitates, delicias, & iniurias
mulierū, & alias huius generis imperfectiones? Pro-
pterea & ab initio deus mulierem hoc robore arma-
uit, bene sciens quòd ualde despicabilis esset, nisi hoc
sibi initiò conferret, & quòd nullus ei cohabitaturus
esset, cui purificandarū conscientiarum est studiū: nā
quòd nūc tam necessariæ & utiles sunt, ideo est, quia
& pueros procreant, & domū custodiūt, & alia mul-
ta his plura administrant. Si igitur, in quam, quæ uiris
ministrant, sæpe tamen contemptæ sunt, ut & è do-
mo eiiciantur: quomodo absq; cōcupiscentia nobis
esse possunt dilectæ, præsertim à quibus tot oppro-
bria? Vel ergo causam cohabitationis dicite, uel nullā F
aliam suspicari necesse, q̄ malam concupiscentiam, &
ignominiosam uoluptatē. Quid igitur si poterimus,
ait, causam iustam & rationabilē dicere? Frustra hæc
apud nos dixeris, præsertim si nullam talem dices. Ve
runtamen & ipsam uellem dicere, si uel umbram ali-
quam iusti prætextus dicere posses. Defensore caret,
ait, uirgo, neq; uirum habet, neq; tutorem, neq; patrē,
sæpe item nec fratrem, & indiget aliquo, qui ei manū
præbeat, & solitariæ mœrorē consoletur, & ubiq; se
pro ea opponat aduersarijs, & ipsam in securitate &
portu cōstituat. Quam tu mihi, dic, securitatē, quem
portum narras? Portū enim nō arcentem fluctus, sed
excitantem: & portum, non comprimentem tempe-
states, sed & proprias habentem & grauiores procel-
las. Non cōfundimini, nō uultus uestros obtegitis ita
uos defendētes? Nam hoc ministerio neq; excusatio,
neq; damnū, neq; scandalū nasceretur, sed fama ad-
huc salua liceret istucipsum facere. Cur igitur nō estis
misericordiores, & ut augeatis eius diuitias, & secula-
ri studio dediti, & negotijs uos immiscētes, ac in mū-
danis conuersantes curis, reditis in dispensatorum, &
exactorum, & mercatorum ordinē? Non poteritis de

G paupertate differere,uel persuadere,ut facultates contemnantur,qui omnia facitis nequid ex uestris facultatibus uobis decedat,ut opibus opes accrescant,pp uos,& iterum etiã propter illas institores facti.Neque enim ingenua & iucunda sunt uestra officia. Qui iussi estis portare crucem & sequi Christũ,abiecistis crucẽ, quasi effœminati milites scuto sublato ad fusum & calathum cõsidetis,propter alium turpiorem congressum aperta in præsentem uitam ianua. Nõ enim tam turpe est eos qui in matrimonio sunt hæc administrare,ut uos qui simulatis uos resiliisse à præsentiũ rerũ curis,ob alterius personam iterum easdẽ subire. Propterea helluonum,& adulatorũ,& parasitorũ, & mulieribus seruientium,ubiq; curã suscipimus,quandoquidem inhumanum abiectam,oẽm generositatem nobis supernè datam seruilitate & utilitate terrena commutamus. Et uiduarum quidem dispensare opes noluerunt generosi olim illi uiri: nam cũ oriretur cõtentio, eò quòd nullus esset qui administraret, existimauerunt hoc inferius esse sua philosophia,unde alijs demandarũt. Nos aũt non erubescimus diuitias alienas augere, cũ damno earum quas possidemus,nihilo meliores eunuchis illis in hoc potissimũ opus occupatis:qui ordinati ut quotidie sanguinẽ & animã pro uiduis exponamus,& hæc nostra sunt arma? Quid igitur? oportebitne omnia q̃ uirgini sunt ablata contemnere,& quæ tolluntur & circunferuntur à cognatis,à familiarib⁹,& alienis,& domesticis? Non profectò: bonã reddemus uirgini retributionẽ, propter quæ neq; nuptias habuit,neq; præsentẽ mundum dilexit,sed pro omnibus Christum rapuit. Sinamus illam iacere ante eos, qui eam facultatibus suis priuant? Et quantò satius erat nuptui esse traditam: usamq; cohabitatore,cui incumberet harũ rerum administratio,q̃ cum innupta manet, fœderaq; cũ deo conculcat,& iniuriã facit rei tam honestæ ac reuerendę,& alios quoq; ad suffragia suorũ malorum trahit? Quo pacto aũt hanc pro omnibus Christum delegisse dices,cũ Christus dicat:Non potestis simul seruire deo & mãmonæ? Quo pacto item mundũ & præsentia odio habere poterit, quæ concupiscentias huius mundi non aspernandas suadet? Quomodo autem eam,quæ uirum habet hortari potes, ut contemnat mũdana,cũ tu uirgini diuitias conquiris,hanc ipsam olim relicturus,ut continuò seruiat domino, & indiuulsẽ oẽm uitam & omne studiũ in id negotij expendat? Quomodo poterit uirgo philosophari,cũ te mirum uideat,& habitũ in opinione aliqua, suis in opibus ita negotiosum? Quomodo discet damnũ contẽptui habere,cũ te uideat omnia & facientẽ & patientem,ut illius opes accumules? Non sic nos deus à negotijs liberari uult,sed contemnere facultates, & omnibus quæ ad hanc uitã pertinent renunciare: at non sinitis uos,neq; conceditis legem dei ualere. Quid ergo,si aliorũ opus habeat præfectura & patrocinio,dicit,interim multa ferens indigna? An nõ indigna sunt hæc uirgine? Immo nihil tam indignũ,uirgine,ut ditari & negotiorũ turba adobrui. Quid aũt si & alia cũ his iubeat,qualia sunt fœnerari aureos: deinde nobis uocatis ad cõpositiones,nihil persuadeamus: & cùm persuasa nõ fuerit,nocuerit alijs: arguemúrne nos ut authores? Quid aũt,si negotiationes illas illiberales & seruiles instruat? Deinde cũ nos cooperari noluerimus, alijs quibusdã opus habet: dignine erimus qui redarguamur? Nullo modo,quin potius digni q̃ laudemur. Itaq; si secus agitur, & accusationẽ meremur, quòd earum cooperarij similia facimus: uis non auferri bona illius? admone eam ut deponat,ubi neque uiro opus habet ad custodiã,& perpetuò inconsumpta maneant: si aũt uoluerit opes habere,cuius gratia ludit in non ludicris? Nam si uirgo hæc agat, ludit ludum non iucundũ,sed mortiferũ. Quandoquidem debitricem horũ certaminũ se constituit,omnino indigna sua pollicitatione facit. Maior pœna, grauior uindicta. Num audisti qualem ipsi legem posuit Paulus,immo Christus qui per illũ locutus est, quòd diuisa est & mulier,& uirgo. Et quę innupta est,cogitat quæ sunt domini,ut sit sancta & corpore, & spiritu? Sed uos non sinitis,ad omnia earũ desideria auscultãtes magis q̃ emptitia mancipia. Etiã dicit quis: Quid igitur,si extrema inopia laboret? Nam de abundantibus bene à te dicta sunt. Quæ aũt in mendicitate, & inopia multa neglectæ iacent,reprehẽdis nos, si iuuẽtur? Vtinam non deiecissetis & depulissetis eas in alia perditionis barathra, & bonũ esset. Enimuero si hac satis abductus persuasione,qui iusserit præesse pauperibus:habes multos fratres ibi,persuade & mõstra, ut subeatur honestũ illud opus ab eo,de quo nulla suboritur suspicio & scandalũ,eò quòd hoc loco eleemosyna omni inhumanitate & crudelitate sit deterior. Quę enim utilitas,dum tu quidem corpus bene alis, animam aũt expolias: quãdo uestem das,suspicione autem hac & nudis turpiorem facis: quando prodes in his quæ sunt corporis:omnia aũt spiritualia disperdis:quando ei multa præparas super terram, eiicis autem è cœlis? Qualis aũt hæc eleemosyna,quando gloria domini contemptui est, quando palàm sunt opprobria & confusio,& cõuicia, & scommata, & eius cui misericordia fit,& aliorum multorũ qui scandalizantur? Non à misericorde,sed inhumana anima hęc proficiscuntur. Nam si ex misericordia & humanitate essent,hæc circa uiros quoq; declarare oportebat. At mulieres,inquis,maiore opus habent cura:uiri autem natura,multa habet adiumenta. Quin & in uiris multi sunt mulieribus deterius habentes,& ob grandem senectam,& ob ualetudinem,& ob cęcitatẽ corporis,& ob morbos graues, aliasq; id genus causas. Veruntamen quia maximæ uobis curę est mulierum genus,utpote infirmius,& ad eas ualde misericordes & cõpatientes estis,neq; hìc hoc prętextu destituami ni:sed ostendemus hæc argumenta in his,quibus nihil suspicionis,& mercedis plurimũ. Sunt enim & mulieres quædam quæ præsenio confectæ, uel absectis manibus,uel captæ oculis,uarijsq; alijs morbis inualidæ,& difficiliore morbis paupertate. Siquidẽ inopia, cũ prorsus nihil habetur,corporis morbos affert. Hęc aũt paupertas à morbis quoq; grauior fit,& intolerabilior:has si inueneris,collige, imo i colligẽdis nullo opus erit labore,ita ante oẽs iacent,paratę oĩbus qui porrigant manũ. Si opes habes,his expẽde: si ualidus es,has corporis ministerio adiuua, multa & hic opera uidebis quæ indigent corporali ministerio, & sumptu opum & circuncursitatione. Nam opus habent ut illis assignentur domicilia,præparentur potiones, & lauentur ipsæ & uestes,& curentur cibi boni,aliaq; multa. Etiamsi solũ decem essent,q̃ ita ægrotant: nũc aũt ciuitas nostra his tota impleta est,inueniesq; mille aut duo millia quib⁹ cura opus forer. Istæ desolatę sunt,istæ humi iacent. Hęc est eleemosyna,hęc est humanitas,hoc in gloriam transit dei, & in utilitatẽ eorum

A rum qui uident,& qui accipiunt,& q̃ faciunt. Etenim iustius adiuuantur infirmiores,q̃ fortiores: & uetulę, quàm iũniores: & hæ quibus neq; necessaria sunt, q̃ illæ quæ mediocria possident: & illæ quæ apud multos abominabiles,q̃ quas multi adamant: & illę quæ contemptæ diu fuerunt ob intolerabiles dolores, q̃ quæ fauorem alijs conciliare possunt. Ostende igitur quòd propter deũ hoc facias,& illis opitulare. Quòd si has neque per somnum uidere uis,sed formosas & adolescentes obambulando uenaris,& illiberalis huius uenationis causam quidem aliam habes nõ ferendam: prætexis autẽ aliam quæ in speciem honesta & accepta est,nempe causam tutelę. Licèt aũt homines decipias,sed non item tribunal dei,quod muneribus corrumpi nequit. Nam ob aliam quidẽ causam hæc facis,& aliam prętexis:nam dicitis,quòd propter deũ faciatis omnia. facitis aũt opera quæ sunt inimicorũ dei. Ego aũt & addo aliquid amplius. Ponamus enim quòd uera dicat,qui sic dicit,& ab omni cõcupiscentia purus sit,neque ex ullo alio,q̃ ex sola pietate hanc præfecturam suscipiat: attamen neq; sic ipsum à pœ
B nis fore liberum inueniemus. Nam si deessent occasiones aliæ,in quibus etiam pietatem declarare,face req; nullis animabus in eo impingentibus posset: nec sic tamen hoc agere oporteret,ubi minus lucro damnum. Quo feres,ut ob corporalia negotia unius aut duarum uirginũ infinita multitudo animarum iactu
ram faciat? Veruntamen nec sic grauissima est accusatio: cum aũt innumeras inuenies uias, & alienas ab accusatione,& liberas à scandalis,& quæ maiorẽ habent abundantiam: cuius gratia tibiipsi nectis negotia fruſtra & incassum,& lucrum subtrahis,& periculose extruis,& ignominiose? Et liceret sine damno & cũ gloria. An nescis fulgidam Christiani uitã usquequaq; lucere debere, & eum qui suam gloriã fœdat, ubiq; postea inuti'em,& nihil magnũ lucrari posse,ẽt si fortunatus sit? Nam si sal infatuũ fuerit,dicit,ad qd
Mar.9. et Luc.14.g ualebit ultrà? Sal enim nos esse uult,& lumen,& fermentum deus,ut & alij à nobis utilitatem accipiant. Quòd si homines irreprehensibiliter uiuentes,uix cõ uertere ualent negligentes: quõ si illis damno simus, non undequaq; rei erimus? Nam sicut qui peruersam
C agit uitam,nunq̃ saluatur, ita neq; qui seipsum ignominia aspergit,pœnam effugere poterit. Quòd si etiã admirabile quiddam dicendũ,etiam si grauiter quis peccet,atq; clam hoc faciat,& neminem scandalizet, minorem dabit pœnã,q̃ qui leuiter peccauit,idq; impudenter,& cum multorũ scandalo. Et ne dictũ admireris,neq; plus iusto dictum putes,ipsam tibi hanc è cœlo sententiam afferemus,& hanc legẽ inde prolatam probabimus: nam beatum Mosen omniũ qui superterram hominum mitissimum dei amicũ,prophetarum maximũ,quandoquidem deus alijs per ænigmata locutus est,huic aũt sicut amicus amico. Hunc talem qui multas miserias in deserto tulit,tot annis,q̃ in extremis sæpe periculis fuit apud Aegyptios propter Iudæos,& apud Iudæos pro ipsis ingratis: tamẽ hunc talem & tantum nihil aliud prohibuit post tot ærumnas & labores,multaq; præclarè gesta promissione potiri,q̃ quòd scandalizati sunt ij, qui cum ipso erant apud aquam. Et hoc est,quod insinuabat deus dicendo,Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me corã filijs Israel, propter hoc non inducetis cõgregationem hanc in terram,quam dedi eis. Quãuis aũt ante hoc in nonnullis minus obedisset, contradixit enim deo semel ac iterum cũ mitteretur in Aegyptũ, D
& postea in deserto incredulus dicebat: Sexcenta mil *Ibid.11 c*
lia sunt peditum,& tu dixisti, carnem dabo ipsis, & comedent mensem dierum: num oues & boues mactabũr,uel omnia edulia maris cõgregabuntur & sufficient ipsis? Et postea iterum difficilem se reddidit, *Exo. 18.c*
& populi præfecturã detrectabat, attamẽ nihil aliud *& Deut.*
potuit ipsum propositis præmijs priuare, q̃ solũ illud *1.b*
quod apud aquã contigit: quod natura quidem minus alijs erat,sed quia cum dãno aliorũ fiebat, multò maius iudicatũ. Illa enim priuatim & occultè acci debant, hoc aũt manifestè, & apud populum omnẽ committebat. Præterea & reprehẽdens deus hoc,insinuabat dicens: Quia non sanctificastis me corã filijs Israel,peccati eorum naturam detegens, & unde factum quod ueniam non mereatur declarans. Si autẽ talem uirum hoc fecit impingere, nos uermiculos & nullius pensi, quomodo non destruet & perdet? Nihil enim ita exacerbat deum,ut quando nomen eius blasphematur. Vnde sursum ac deorsum apud Iudæos hoc iactat,eos reprehẽdens,quòd nomen meũ prophanastis. & iterum,Vos prophanastis ipsum. &, E
Propter uos nomen meum blasphematur in gentib⁹. *Esa.52.b*
& tanta ipsi cura ne eueniret quod euenit, ut & indignos sæpe saluarit, ut ne hoc fieret. Feci enim, ait, ne *Ibi. 48.b*
nomen meum prophanetur,& non propter uos ego facio domus Israel,sed ut nomen meum nõ prophanetur. Iam Paulus anathema esse optabat pro gloria *Rom.9.a*
dei: & ipse Moses quoq; è libro uitæ deleri orabat pro *Exo.32.g*
gloria nominis dei: uos aũt nõ solum nihil eligitis pati,atq; adeò in ipsam inciditis blasphemiã, & omnia facitis per quæ illam augeatis,& quotidie intendatis. Quis igitur uos excusaret? quis item ignosceret? Nullus est,& planè nullus. Tantam aũt curam & deus facit,ut non blasphemetur nomẽ suum: similiter & sancti,non quòd deus opus habeat, ut à nobis glorificetur: Nullius enim indiget & perfectus est, sed ex ea re multũ dãni hominibus. Quando enim apud nos malè audit nomẽ dei,& gloria eius nobis nihil ultrà prodest. Quòd si deus cum accusatur,nihil prodest: multò minus uos. Omnia igitur faciamus, ut nulla sit occasio scandali,etiam si iniustè reprehendant: persuasionibus diluamus crimina,& imitemur sanctos,qui F
bus tantum fuit studiũ & gloriæ dei, & suæ propter deum. Ne abiectis omnibus & conculcatis, sufficere arbitremur ad defensionem si dixerimus. Vestẽ emimus uirgini,& calceos, & alia q̃ ad corporalem curã uirginis attinent,bene disposuimus. Quis,ait,admini straret ea quæ domi nostræ? quis possessionibus intẽderet? quis præesset domui nobis absentibus? & cùm intus nõ sit mulier. quãdoquidẽ & hæc prioribus cõtraria,& turpiora. Et nullius ipsi curã habent,neq; erubescũt,sicuti ebrij omne quod in buccã uenit loquẽtes: quapropter neq; nos defatigabimur,etiamsi talia sunt q̃ ab ijs dicũtur, ut nullũ responsum mereantur. Non grauabimur,inquam,& respondere, & mansuetè cũ eis agere, donec ab hac ebrietate illos liberem⁹, quantùm.s. ad nos attinet: confundor quidẽ & erubesco cũ hæc euertere attento, quibus contrà dicere illi non erubescunt, ferenda tamen omnino erubescẽtia, propter eos qui erubescere nescĩũt. Etenim absurdum fuerit, redarguentem eos qui fratres quos scandalizant contemnunt, seque ipsos cõfundunt, pp pudorem illorum curam abiicere. Dic enim, quę sunt illa, quæ domi agunt, propter quæ tantopere neces-

G farius usus uirginis? Barbarorū puellorum tibi exami
na sunt, & nuper empta, quæ oportet erudire & ad la
nificiū, & ad alia ministeria. Ad hæc dicis, promptua-
rium mihi est opū multarū, & oportet custodē intus
semper sedere, & familiariū malitiam obfirmare ocu
los uirginis, cœnam quoq; & cōuiuia continuè appa
rare, & oportet domum ornari & coquos & mensæ
ministros cura regi uirginis. Sunt itē multi uarij sum-
ptus, sunt & continui, & oportet aliquem semper præ
sidem esse, & superintendētem, ut custodiantur cum
diligentia, ut ne illa à domo sine utilitate elabantur.
Nihil horū ait, sed quo pacto ipsam hāc aream & ue
stem, & aliam aspiciat facultatulam? bene uertat mē
sam, bene sternat lectū, & incendat ignem, & abluat
pedes, & aliā quietem oēm præbeat. Dein pro parua
& frigida refocillatione hac tantam feremus accusa
tionem? tanta sustinebimus opprobria? Et quātò me
lius frater & facilius administraret? Natura enim for-
tior est muliere uir. Vsu aūt nobis magis familiaris, &
nō tam sumptuosus. Mulier quippe utpote tenerior,
& molliere indiget lectulo, & tenuiore uestitu, & for-
H tasis puella altera, quæ ei ministret: & non tantū no
bis ministeriū præbebit, quanto ipsi opus erit apud
nos: frater autem hic non tantis eget. Quòd si aliquo
eget, eodē & nos indigemus, quod non paruæ com-
moditatis, si contubernales non uarijs, sed iisdē utan
tur: id quod certè in uirgine non est. Primū sanè siue
lauari uelit, siue nudare corpus, neq; frater ipsi ad hęc
ministrabit, tametsi ualde impudens sit, neq; ipsa sibi
sufficiens est. Si aūt fratres sunt qui cohabitant, uicis-
sim ministrare poterūt. Item quando dormire opus
fuerit, uirgine quidem intus sedente, & lectos seiun-
ctos duos esse oportet, & strata duo, & lodices duos
si autem castius agant, & domicilia duo. At si fratres
sint, iterum re familiari tanta nō est opus. Etenim do
mus una, ceruical unum, & lectus unus, & eadē teg-
mina utriq; sufficiunt: & in summa, si quis omnium
pertractet ministerium, hic multam inueniet facilita-
tem, alibi aūt difficultatem. Et transeo domus turpi-
tudinē. Quale enim est, si in domū uiri solitarij itur,
uidere calceos muliebres suspensos, & cingula, & mi-
tras, calathiscos & circulos, & pectines, & fusa, & alia
I quæ particulatim omnia numerare non datur? Si aūt
ulterius de his quæsieris, plurimus est risus. Primū qui
dem in puellarum tanta turba solus pascitur, quasi
choraulis in orchestra, qui in choro mulierū saltan-
tium concinit: quo quid turpius & inhonestius? De-
inde disrumpitur tota die familiaribus succensens ob
res quæ ad mulieres spectant. Nam ei necessariū om-
nino silere, & omnia negligere, & ab illa increpari uel
dicentem & increpantem cōfundi, & uide quid con-
tingat. Nam qui iussus est, ne propè quidem ad tem-
poralia negotia accedere, nō solū temporalia, sed mu
liebria ipsissima tractat. Etenim uasa muliebria affer-
re non detrectabit argentarijs, subinde rogans num
speculum dominæ præparatū sit, num cadum, num
lechytum, reddiderint: nam in eam corruptionē ue-
nerunt omnia, ut pluribus uasis utantur, q̄ seculares
uirgines. Hinc iterum ad unguentariam officinā cur-
rit disputans de aromatibus dominæ, sæpe etiā plus
quàm mediocri studio. Nec detrectabit si & pauper
criminandus sit. Vtuntur autē & uirgines unguentis,
nō modò uarijs, sed & sumptuosis. Deinde ab unguē
taria ad uendentem linteа: & ab illo iterum, ad pellio
nem. Non enim uerentur imperare hæc parua, quia
uident eos ualde obedientes, & gratiam habētes im- K
perantibus maiorem, q̄ alij ministrantibus. Hinc iteū
siquando aliquid apparandum quod ad circungesta
bile tabernaculum hoc pertinet, usq; ad uesperā im-
pransi perseuerant officinis affixi. Et de loco non est
miraculum, sed quòd & miseris famulis sunt moles-
ti, & frequēti iniuria, & inclamatione & clamore hos
urgent. Cogita quantæ hinc accusationes: minister
enim iniuria affectus & pro talibus rebus, quia eum
qui iniuria affecit nō alio modo ulcisci potest, lingua
hoc facit, & occulta obtrectatione: nec parcit alicui
eorum, quin furori suo satisfaciat, sed tam immodi-
cè ulciscitur, quātum uerisimile est seruum ita expro-
bratum, & cui sola hęc est consolatio, è malis suis ad-
uersus eum qui cōtristauit. At qui pauperi, inquit, co-
habitat, nec cum argentarijs negotia habet: nō enim
paupertas sinit assidere officinis unguentarijs, & cū
sutoribus, & textoribus, & uariegatoribus, & tinctori
bus multum conuersari: & quid opus catalogo om-
nium sordium, ut quando in domum inducūt cerus-
sæ, & croci uenditores, & deinde in foro talia iterum
requirunt? Et hæc quidem in domo & foro contin- L
gunt, sed ferunt his multò magis ridicula. In ecclesia
dici non potest quanta sit cōfusio. Nam sicut nemo
ignorat ipsorum locum contemptum, & illiberalem
seruitutem: sic & in loco hoc sancto, & terribili, om-
nibus suam intemperantiam prędicant: & quod utiq;
molestius & maioris ignominiæ, quòd & se fucant &
ornant, de quo erubescere oportebat. Ante fores ip-
sas excipiunt eunuchorum loco, pompam habent, &
præambulantes fastum spirant uidentibus omnibus,
& non humiliter descendūt, sed cū exultatione assul-
tant, id in sancto & reuerendo sacramentorum tem-
pore, & ministrando multas ut illis placent occasio-
nes, his qui eas uident, præbentes. Illæ aūt miseræ &
calamitosæ eos ab hac gratia prohibēt, idq; miris de-
licijs & fastu. Quanuis, siquis uel his, uel illis maledi-
cere uellet: quid maledicto hoc inueniret atrocius, q̄
ut tam innumeris testibus intemperantia eorum ar-
guatur, & in oculis omnium fœdē agant? Quid opus
est dicere, quot in ecclesijs ob illorū gratiam subuer-
tantur, quot diuina opera à multis negligantur, ut ne
has irritent? Et quid dico ne irritent, siquis tantū in- M
suauiter & tristius eas uideat? omnia malunt ferre, q̄
dissimulare illam hoc passam, & nō ulcisci. Hactenus
& nos fœdè agimus, illorum omnia enarrantes. Non
utiq; hoc proposuimus: nam si omnia tractare ueli-
mus, multa & lōga nobis oratione opus esset: immo
si maximè prolixior esse uellem, non possent omnia
dici, quando quidē dum ex multis pauca colligimus,
etiam sic prolixi sumus: sed non ad hoc uenimus, ue
rùm inuiti ad illorum memoriam rapti sumus, ut cor
dati auditores parumper admonerentur: reliquum
operæpretium obsecratione & precatione. Oro igi-
tur & supplico, & ante genua uestra me prouoluo, &
omnib⁹ preces affero, persuadeamini, & ab hac ebrie-
tate redeamus, simus nostri ipsorum compotes, &
agnoscamus honorem, quē dedit nobis deus. Et Pau 1. Co. 7. d
lum clamantem audiamus: Ne sitis serui hominum:
& desinamus, ut seruiamus mulieribus ad commu-
nem omnium nostrorum perniciem. Milites nos esse
Christus uult, & strenuos, & athletas. Num propter
hoc nos armauit armis spiritualibus, ut puellarū trio
bolarium ministeria suscipiamus, ut circa lanas & sta
mina, & alia ministeria uersemur, ut assideamus ad

A mulierculas nentes & texentes, ut totum diem consu
mamus, uerbaq; & mores muliebres in animas de-
mungamus? sed ut configamus inuisibiles uirtutes,
quæ nobis aduersantur: ut diabolum percutiamus,
qui contra nos militat, ut abigamus feroces dæmo-
num phalanges, ut subuertamus eorum præsidia, ut
potestates & mundi dominos, rectores harum tene-
brarum ligatos in seruitutem ducamus, ut spiritualia
malitiæ in exiliū effugemus, ut ignem spiremus, ut ad
quotidianas mortes paraci simus. Propter hoc induit
nos thorace iustitiæ, propter hoc cinxit nos zona ue
ritatis, propter hoc imposuit galeam salutis, propter
hoc calceauit præparatione euangelij pacis, & tradi-
dit gladium spiritus, propter hoc ignem accendit no
stris animabus. Si igitur militem aliquem postquàm
induerit galeam, suralia, thoracem, postquā acceperit
scutum, gladium, lanceam, tela, sagittas, pharetrā,
tuba iam clarū sonante, & omnes euocāte, hostibus
magno impetu fœuientibns, & ciuitatem à fundamē
tis euertere molientibus, uideres non in agmen foras
currere, sed in domum ingredi, & mulieri assidere cū
B armis: an non si modò liceret, gladio mediū transfo-
deres, ne sermone quidem eum dignatus. At si tu tā-
ta ira impletus es, quomodo putas deū in multò tur
pioribus erga nos affici? Tantò enim turpiora & ab-
surdiora sunt hæc q̄ illa, quantò & grauius bellum, &
hostes truculentiores, & præmia pro quibus bellatur
maiora, & in summa, omnia tantū transcēdunt, quan
tùm umbrā ueritas. Itaq; ne effeminemus robur no-
strum, ne succidamus neruos nostros istis cohabita-
tionibus. Etenim indicibilem & infinitam animabus
nostris instillat malitiam. Quid enim, etiamsi nō sen
tiamus amore ebrij? Istuc enim ipsum omniū est lon-
gè grauissimum, quòd nescimus quomodo eneruе-
mur, ceraq; omni molliores reddamur. Nam sicut si
quis leonem superbum & toruè uidentem arripiat, &
iubas abradat, dentes excutiat, ungues amputet, tur
pemq; faciat & ridiculū, & terribilem illum & intole-
rabilem, & rugitu solo omnia concutientē, facilè iam
à puero uincibilem: ita & hos omnes, quos capiunt,
facilè posse capi faciunt à diabolo, molliores, conci-
tatiores, impudentes, inconsiderantes, iracundos, au
C daces, intempestiuos, humiles, abiectos, seruiles, illi-
berales, sordidos, nugaces, & in summa, omnino cor
ruptos mulierum mores in animam illorū immittūt
& inferunt. Etenim fieri non potest mulieri cohabitā
tem cum tanta compassione, & illarū conuersationi
bus emollitum non esse sordidum quendam & forē
se mancipium: & siquid loquitur, de staminibus & la
nis loquitur, lingua eius qualitate muliebrium uerbo
rū infecta. Et siquid facit: hoc magna seruilitate ope-
ratur, & seipsum procul à Christiana libertate seiun-
git, ad nihil eximium, & quod præclarè fit, utilis. Nā
cū ad seculares & ciuiles res hominum inutilis sit, &
nullius frugis, multò magis ad magnitudinem rerum
spiritualium, quæ tantò generosiores uires requirūt,
ut ne attingi quidē possint, nisi ab his qui ad eas tran
siturі angeli ex hominibus fiant: nō ipsi aūt solū tan-
to malo afficiuntur, sed & illis morum perssimorum
authores fiunt. Nam quemadmodum illi qui istis im
pendiò placere uolūt, officij sui rationem negligunt:
ita ipsæ propter illos à sua uerecundia excidunt ma-
lam & pernicioſam inuicem exhibētes retributionē.
Etenim se ornant curiosius, delicatiorum uestium &
incessus multam curam habent, & quę nō licet, quo- D
tidie nugantur: quando quidē uident multos incom-
positis moribus & uerbis oblectari, omnia instruūt
per quæ ipsos in seruitute contineant. Iam si uoluerі-
mus paulisper respicere, & nostri ipsorū esse, & illos
lucrabimur, & nosipsos & alios omnes: & sicut nunc
perditionis multorum rei facti sumus, sic & à multo-
rum salute mercedem accipiemus: & quibus nūc po
timur turpiter, illis fruemur magno cū honore. Cur
enim uis honorari à mulieribus, dic mihi? Maximè in
dignum hoc est uiro spirituali amare talem honorē.
Veruntamen & hic aderit, quando non quærimus ip
sum. Solet enim homo despicere eos, qui sibi mini-
strant, & in admiratione habere eos qui non adulan-
tur. cui rei muliebris natura magis obnoxia est. Nā si
illis quis aduletur, intolerabilis est. Admirantur autē
multò maximè eos, qui cedere nesciunt, nec succum-
bant intempestiuis suis concupiscentijs: & huius uos
mihi testes eritis. Nam nunc non solū externæ, sed &
ipsę quoq; uos irrident: etsi nō manifestè, certè tamē
in conscientia, gloriantur q̄ hac dura tyrannide, tunc
aūt omnino uos admirabuntur, & uestram obstupe
scent libertatem. Quòd si nostris sermonibus nō cre- E
ditis, illasipsas interrogate, utros magis laudent & ap
probent, an eos qui seruiunt, & qui dominantur: an
subiectos, & qui omnia faciunt & patiuntur ob ipsa-
rum gratiam, uel qui nihil horum ferunt, & duris suis
præceptis eas erubescete faciunt? Et si uolent dicere
uerū, omnino illos dicent: immo neq; respōso opus,
rebus istucipsum clamantibus. At uoluptatis gratia,
qui cohabitat, opus inhiat, oculos pascens uirginum
aspectibus, maximè quidem si & hoc sic poterit. Ve-
rū propter hoc ipsum fugere oportebat: nunc aūt no
bis satis demonstratū est, quòd suaue hoc nō sit, sed
planè contrariū, siquis hac contemplatione nō fruа-
tur: & tu illis adiicito, etiam è bona cōscientia lætitiā
illis auferri. Nihil enim nos sic exhilarare solet, ut con
scientia pura & bona spes. Sed quietis gratia hoc in-
quiris? Iam demōstratum est, quòd hoc facilius esset,
si frater cohabitaret: at nūc penè nihil à seruo differs,
& quærens requiem, seruitutem inuenisti multò gra
uissimā: extra hoc ministeriū stabas, erasq; inter eos
qui imperabant, non quibus imperabatur. Igitur hic
pro uoluptate mœror, & pro gloria confusio, & pro F
libertate seruitus, & pro requie labor. Accedunt ad
hęc, quòd & deus blasphematur, & tanta perditio ac
scandala, & immortalis pœna, & plurimorū bonorū
amissio. Ibi aūt contraria omnia, gloria, honor, uolu
ptas, libertas & uitę & sermonis, salus animarū, regni
hæreditas, pœnæ effugium. Cuius ergo gratia nō hęc
illis cōmutamus, ego certè nescio. Veruntamē si quis
seipsum perdere desiderat, nulla nobis posthac defen
sione opus erit, neq; uenia. Si enim nihil horum esset,
omnia tamen pro gloria dei ferre oportebat: cùm &
præsentia percipere, & futura assequi bona liceat. Nun
quid cura de hoc quòd dei gloria cōtemnitur & bla-
sphematur, & nosipsos perdimus? quis eripiet & libe-
rabit à supplicio propter hoc imminente? Nullus, nul
lus. Omnia igitur hæc nobiscum perpendētes, repare
mus ut tardè animarum nostrarum salutem. Quòd
siquid difficultatis habet diuelli cōsuetudine longa,
uirtute rationis post dei gratiam hoc tantū subuerta
mus: & illud nobis persuadeamus, uel si principiū so-
lùm imponamus operi, nō ultrà uisuros non difficul-
tatem, sic aduersus consuetudinem prævalebis. Nā si
decem dies te abstraxeris, facilè feres uiginti: & iterū

G bis tantos, deindeq; uia progrediens, neq; senties difficultatem, quã habuisti initio, uidebisq; facillimum factu, quod tot agones prius exposcebat, & in aliam te mutabis consuetudinem, inueniens haud ita grauem translationem: neque id per consuetudinem solum, sed & per bonam spem contingit. Sic te illæ magis admirabuntur, & deus præ alijs acceptum habebit, & homines coronabunt, uiuesq; liberè & iucundè. Quid enim fuerit suauius, quàm à mala conscientia liberari, & perpetuum concupiscentiæ bellum dirimere, & multa facilitate bonam continentiæ coronam plectere, & liberis oculis in cœlum respicere, puráque uoce & corde dominum uniuersorum inuocare? Nullus catenis, pondere, & alijs carcerũ incommodis exemptus, immo nullus qui cæcus erat apertis oculis, & uisa hac dulci luce sic exultat, gestit & tripudiat, ut cum ab hac seruitute liberari cõtigit. Longè enim dulcior hac luce est liberatio ab hac tyrannide, & omni caligine grauior seruitutis huius & incolarum miseria. Verum quid opus est hæc prolixius referre? & uitæ illius indignitatem, tristitiam, dãnum,

H & corruptionem: & huius libertatem, uoluptatẽ, utilitatẽ, & multifarias uirtutes nullus sermo satis commendare potest, sed sola rerum experientia. Et tunc scietis bene. à quibus malis liberati sitis, quam assecuti fueritis uitam, cum re ipsa parere uolueritis. Parete igitur, ut opere ipsa quæ dicta sunt discatis. Quòd si adhuc respuitis, & nostris sermonibus non creditis: dicite aliquem qui hanc seruitutem tulerit aliquãdo, & deinde liberatus ad libertatem bonam recurrerit, & scietis admonitionis huius lucrum. Etenim & Salomon cum secularium rerum concupiscentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multúmq; in eis laboris & solicitudinis insumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coaceruãdo aurum, congregando cantorum choros, uaria genera ministrorum mensæ, & popinæ, quærendo animę suę uoluptatem ab hortorum & corporũ famosorum gratia: & omnem, ut ita dicam, oblectationis & refrigerij uiam sectãdo. At ubi inde ad se reuersus, & quasi ex umbrosa quadam abysso ad lumẽ ueræ sapientię

I respicere ualuit, tunc sublimẽ illam, & cœlis dignam emisit uocem: Vanitas uanitatum, dicens, & omnia uanitas. Hanc & uos & hac sublimiorem, si uolueritis efferetis sentẽtiam de intempestiua hac uoluptate, si aliquantisper à mala cõsuetudine uos sequestra ueritis. Quãuis autem à Solomone seculis superioribus non tam multa sapientiæ exigebatur diligentia: neq; enim delicias lex uetus prohibebat, neque alijs frui superuacuis dicebat uanum: attamẽ & sic se habentibus rebus, in ipsis contueri licebit, q̃ uiles & uanitati obnoxiæ res sint. Nos uero ad maiorem uocati uitam, & ad excellentiam fastigium ascendimus, & in maioribus exercemur palæstris. Et quid aliud, q̃ quòd sicut supernæ uirtutes, intellectuales & incorporeæ illę uitam instituere iubemur? Igitur, quo pacto non est turpe, extremoq; supplicio dignum, illis multo minores apparere? & nõ solum concessis non fieri sublimiores, ut illæ, sed & uetita aggredi, quantis intolerabilem pœnam afferant? Nã in anima malum amorem pascere, ex concupiscentia spectare mulierem, speculari alienam formositatem, confundere seipsum, nocere infirmioribus, Iudæis ac Gentilibus ansas nostram fidem blasphemandi præbere, domesticos & alienos supplantare, seruili ministerio man-

Ecclesiast. 1.a. & 12.c

K cipatos esse, ad secularium negociorum turbam nosipsos intrudere donatam nobis libertatem diabolo offerre, & immanissima tyrannide commutare: ridiculum quidem amicis, opprobriosum uerò inimicis esse, malam omni ecclesiæ opinionem inuehere, confundere honestam uirginitatis dignitatem, & luxuriantibus multas præbere occasiones, aliáque his plura facere grauia. Neque enim omnia scire licet, quæ pro his rebus fuerat, quæ tamen ualde prohibita sunt, & cruciatum intolerabilem secum afferunt: atq; adeo si parua etiam uoluptas sit, & opponantur ei risus cõfusio, multorum suspiciones, reprehensiones, cõuicia, opprobrationes, uermis perpetuus, tenebræ exteriores, ignis inextinguibilis, tribulatio, angustia, stridor dentium, uincula insolubilia. Et si hæc in tabula proponamus ante oculos, resiliamúsque & uel

L serò à pernicioso, grauissimóque hoc morbo, ut cum fulgentibus coronis hinc migremus, & posimus libero ore ad Christum dicere. Propter te & gloriam tuã, & familiaritates contempsimus, & uoluptati imperauimus, & animam nostram afflximus, & eiectis amicis & suspectis, te amorémque tui rebus omnibus præposuimus. Sic enim lucramur nosipsos, lucramur miseras illas, lucramur eos qui scandalizãtur: & cum martyribus collocabimur, primóque in ordine erimus eorum qui hoc maximo certamine uicerunt, & fortiter cruciatus tulerunt. Non. n. minorem pono hominem, concupiscentia ueteri detentum, & in sua uissima & antiqua consuetudine comprehensum: & deinde per timorem dei disrumpẽtem uincula, & ad id quod deo probatur, recurrentem. Est enim & hoc multò difficillimum, compassionem & affectionem inueteratam eijcere, & multiplices occasiones auellere, & assumptis alis ad cœlestes apsides recurrere. Et sicut martyrum uelox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronæ, quoniam & certamina inter se respondent, & similia. Et siquis educit, & separat pretiosum à prophano, sicut os dei erit: qui & seipsum liberauerit, & multos alios à calumnijs exemerit. cogita quantam accipiet mercedem, & prę

M miorum spe leuis & alacris, contemnet malam consuetudinem, ut iuxta dei uolũtatem transita uita hac pura deum conscientia alibi uideat, sanctisiáq; conuersatione fruatur. Nam ut corporales affectiones solutæ fuerint, & extinguetur tyrannica concupiscentia: nullum erit obstaculum simul ibi esse mulierem & uirum, è medióq; sublatis, omnibus suspicionibus malis, & agere & seruare uitam, quẽ agunt angeli & intellectuales illę uirtutes, & omnes qui in regnum cœlorum introducuntur,

Amen.

Missa

A MISSA SANCTI IOANNIS Chrysostomi supra complures annos ab Erasmo Roterodamo, in gratiam Episcopi Roffensis, uersa.

Oratio quam dicit sacerdos, priusquam ingrediatur templum ubi sacrificat.

DOMINE Deus noster emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propositum ministerium tuum, ut citra cõdemnationẽ assistam metuendo altari, & imaculatum sacrificium peragam, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio quam dicit sacerdos, cum ingreditur.

Psal. 5. b B Introibo in domum tuam, adorabo ad templũ sanctum tuum in timore tuo domine, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hæc ubi dixit, osculatur mensam quater in figuram crucis, & accipit stecharion, id est lineam uestem, dextra manu: et osculatur, ac benedicit eam.

Esa. 61. d Exultet anima mea in domino: induit enim me uestimentum salutis & tunicam lætitię, circũposuit mihi mitram, & tanquam sponsum, adornauit me decore nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In ceruicale.

Ibid. 92 a Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus uirtutem, & circuncinctus est nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In cingulum.

Ibid. 44 a Accingere gladio tuo super femoribus tuis potens: specie & pulchritudine tua, & intẽde, & prosperare, & regna propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Oratio pallij.

Psal. 131 b & 2. Para. 6. g C Sacerdotes tui domine induẽtur iustitia, & sancti tui exultationem exultabunt nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ad primam sublationem.

Esa. 53. c Tanq̃ ouis ad mactationem ductus es Christe rex, & tanquam agnus corã eo qui totundit se mutus, sic non aperuit os suũ, In humilitate illius iudicium eius sublatum est. Generationem aũt eius qs enarrabit? Sacrifica domine agnum: quoniam tollitur de terra uita illius.

Immolatur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Ad secundam sublationem.

Precibus domine eius quæ genuit te deiparę, & semper uirginis Mariæ, sanctarum omnium potestatum spiritualium, pretiosi prophetæ præcursoris ac Baptistæ Ioannis, sanctorum gloriosorum apostolorum, & sancti Nicolai cuius & memoriã celebramus, miserere, & serua nos.

Benedictio tertiæ sublationis.

Memento domine augustissimorũ & dei obseruantium regum nostrorum: Memento domine spiritualis nostri patris, & totius in Christo fraternitatis nostræ, & omnium qui præmigrarunt è uita, patrum & fratrum nostrorum.

Ad infusionem uini.

Et unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis. D Ioan. 19. f

Et addens aquam dicit:

Et aqua, & qui uidit testimoniũ perhibuit, & uerum est testimonium eius. Ibidem.

Diaconus. Dominum obsecremus.

Oratio mystica.

Domine deus noster qui obtulisti teipsum agnum irreprehensibilem, pro mundi uita, respice ad nos, & ad panẽ hunc, & ad poculum hoc, & fac illum immaculatũ & preciosum tuũ sanguinem in transsumptionem animarum & corporũ: quoniam sanctificatum est, & glorificatum preciosissimũ & augustum nomen tuum patris, & filij, & spiritus sancti.

Oratio thymiamatis.

Thymiama offerimus in cõspectu tuo domine deus noster in odorẽ beneuolentię spiritualis, quã accipe domine in sanctũ & supcœleste & intellectuale sacrariũ, ac uicissim mitte nobis diuites misericordias tuas bonas seruis tuis, qui inuocãt nomen tuũ sanctum: quoniam glorificatum & sanctificatum est preciosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & E sancti spiritus.

Ad discum.

Opuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra. Abac. 3. a

Cum tetigit calicem.

Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. Psal. 92. a

Cum mittit nebulam.

Et nebula lucida obũbrauit eos. Verbo domini cœli stabiliti sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Mat. 17. a & Psal. 32. b

Oratio ad oblationẽ cũ ponũtur sacra, priusquam inferãtur ad altare: q locus est in sinistra altaris.

Deus deus noster, qui cœlestem panẽ alimoniam totius mundi dominum nostrum Iesum Christum & deum emisisti saluatorem, & redemptorem, & benefícum benedicentẽ, ac sanctificantem nos, ipse benedic oblationem hanc, & accipe eam in supercœleste tuũ sacrariũ. Memento, quippe bonus, & humanus, eorũ qui intulerunt, & per quos intulerunt. Nosq; sine condẽnatione seruа in celebratione diuinorũ tuorum mysteriorũ: quoniam benedictũ est, & sanctificatum est, & glorificatum est preciosissimum & augustum nomen tuum patris & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. F

Deinde uenit Diaconus, & accipit benedictionem à sacerdote, & sacerdos dicit:

Angelus domini dirigit uiã tuam, & unà nobiscum sacra peraget.

Primum benedicit sacerdos populum.

Gratia sanctissimi, & boni, & uiuificantis spiritus sit uobiscum.

Sacerdos autem cum diacono faciunt assensiones tres in sanctum sacrarium, & accipit benedictionem sacerdotis diaconus, & sacerdos benedecit caput illius dicens.

Angelus domini dirigit uiã tuam, & unà nobiscum sacra peraget.

Diaconus autem egressus sacrarium, dicit:

Benedic domine.

Et sacerdos. *Ecphonesis.* Γ Exclamatio: siue pronũciatio.

Benedictum regnum patris, & filij, & sancti spiritus nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tunc diaconus exclamat:

G In pace dominum obsecremus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro superna pace, & salute animarũ nostrarum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro pace totius mũdi, prosperitate sanctarum dei ecclesiarum, & omnium unione, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro sancta hac domo, & cum fide, reuerẽtia, timore, dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro uniuerso episcopatu orthodoxorum, honorabili presbyteratu, toto in Christo diaconatu, clero & populo, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro augustissimis & deo deditis regibus nostris, toto palatio, & exercitu illorum, dominum rogemus. H
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt illos in bello adiuuet, & subiiciat pedibus illorum omnem hostem & inimicum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro sancta hac sola ciuitate tota, & regione, & fide habitantium in eis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro temperie aeris, fertilitate, & temporibus pacificis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro nauigãtibus, uiatoribus, egrotãtibus, laborantibus, captiuis, & pro salute illorũ, dominũ rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Dum diaconus pronunciat rogationes, sacerdos dicit hanc orationem secretè:
Domine deus noster, cuius robur inæstimabile, & gloria incõprehensibilis, cuius misericordia imensurabilis, & humanitas ineffabilis, ipse domine scdm clementiam tuã respice in nos, & ad sanctam domum hanc: & fac nobiscũ, cumq; his qui nobiscũ uota faciũt, diuites misericordias tuas & miserationes tuas.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia. Sãctissimę, incontaminatę, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ, deiparæ, & semp uirginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agẽtes, nosipsos, & inuicem, & omnem uitam nostrã Christo deo nostro commendemus.
Populus. Domine miserere.
Exclamatio sacerdotis.
Quoniã decet te omnis gloria, honor, & adoratio, patrem & filium & sanctum spiritũ, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum primum. *Chorus unus canit:*
Bonum confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. K *Psal.91.a*
Hoc idem in altera chori parte canitur:
Precibus sanctissimæ deiparæ, seruator, serua nos.
Ad annunciandum mane misericordiam tuã & ueritatem tuam omnibus diebus nostris, precibus deiparæ, seruator, serua nos. *Ibidem.*
Quoniam rectus dominus deus noster, & nũc est in iustitia uultus illius. Precibus deiparæ, seruator, serua nos. *Ibidem.e*
Oratio.
Domine deus serua populũ tuum, & benedic hęreditati tuæ, plenitudinẽ ecclesiæ tuę serua: sanctifica diligentes decorẽ domus tuæ. Tu eos uicissim glorifica diuina tua uirtute, & ne deseras nos sperãtes in te. *Ibid.27.e*
Diaconus.
Defẽde, serua, miserere, & custodi nos de° tua gratia.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ, deiparæ, & semper uirginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agẽtes, nosipsos, & inuicem, & omnem uitam nostrã Christo deo nostro commendemus. L
Populus. Domine miserere.
Exclamatio sacerdotis.
Quoniam tua est potentia, & tuũ est regnum patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum secundum. *Ex una parte chori canitur:*
Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. *Ibid.92.a*
Hoc idem in altera parte chori canitur.
Etenim firmauit orbẽ terræ, qui non cõmouebitur: Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis.
Precibus sanctorum serua nos.
Gloria patri, & filio, & spũi sancto: Sicut erat in principio, & nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.
Oratio.
Vnigenitus filius, & uerbum dei, qui est immortalis, quique ut nos saluos faceret, carnem assumpsit, ex sancta deipara, semperq; uirgine Maria, intrepidè assumpto homine, & crucifixus deus mortem morte conculcans, æqualis in trinitate, conglorificatus, cum patre, & spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. M
Diaconus.
Etiam atque etiam, in pace dominum rogemus.
Oratio.
Qui communes has & concordes preces largitus es, quicq; quando duo aut tres concordant in noie tuo, petitiones præstaturũ, te promisisti: ipse nũc quoque domine seruorũ tuorũ postulationes ad eorũ utilitatẽ imple, concedẽs nobis in præsenti seculo, cognitionẽ ueritatis, & in futuro uitam æternam largiaris. *Mat.18.c*
Diaconus.
Etiam atque etiam, dominum rogemus.
Defẽde, serua, miserere, & custodi nos de° tua gratia.
Populus. Domine miserere.
Sanctissimę, incõtaminatę, super omnes benedictæ, dominæ nostræ, deiparæ, & semper uirginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agẽtes, nosipsos, & inuicem, & omnem uitam nostram Christo deo nostro commendemus.
Exclamatio sacerdotis.

A Quoniam bonus, & humanus deus es, & tibi gloriã referimus, patri, filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum.III. *Ex una parte chori canitur:*
Psal.94.a Venite exultemus domino, iubilemus deo seruatori nostro.
Hoc idem in altera parte chori canitur:
Serua nos filij dei unigenite, qui in sanctis es mirabilis canentes tibi, alleluia.
Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.
Serua nos filij dei unigenite, &c.
Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram.
Serua nos. *ut supra.*
Quoniã in manu illius fines terræ, & altitudines mõtium ipse conspicit. Serua nos, *ut supra.*
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius.
Serua nos, *ut supra.*
B Gloria patri, & filio, & spirituisctõ: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Canũtur hæc ab utroq; choro alternatim. Sacerdos aũt egreditur è paruo ostio, portans euangelium, præcedẽte ministro cũ lucerna. Et cõuersus ad xpi imaginẽ inter duo ostia inflexo capite, cum exclamatione dicit hanc orationem primùm secretè:
Here domine deus noster, qui constituisti in cœlis ordines, & exercitus angelorum & archangelorum in ministerium tuæ gloriæ, fac ut cum nostro ingressu, fiat ingressus sanctorũ angelorum nobiscũ sacra celebrãtium, & pariter glorificantium tuam bonitatem,
Tunc addit sacerdos:
Benedictus sit ingressus sanctorum tuorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Et tollens in altum euangelium in imaginem crucis, magna uoce dicit:
Sapientia recta.
Chorus.
Venite adoremus, & prouoluamur Christo.
Serua nos fili dei, *&c.*
C Quoniam sanctus tu deus noster, & tibi ter sanctum hymnum referimus, patri, & filio, & sancto spiritui Amen.
Cantor uerò canit hæc:
Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.
Gloria patri, & filio, & sancto spiritui nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Cantor uerò canit hæc magna uoce:
Sanctus deus, sanctus immortalis, miserere nobis.
Dum hæc cauuntur, sacerdos dicit tacitè hanc orationem.
Deus sancte, qui in sanctis requiescis: q ter sancta uoce à Seraphim laudaris, & à Cherubin glorificaris, & ab omni supercœlesti potestate adoraris: qui à nõ ente ad esse producis uniuersa: qui hominem cõdidisti iuxta imaginem tuam & similitudinem, eumq; omni tua gratia coornasti, dans postulanti sapientiã & intellectum, non despiciens errantem, sed ponens ad salutem pniam: qui dignatus es nos humiles, & indignos seruos tuos, etiam in hoc tempore constituere in conspectu gloriæ sancti sacrarij tui, ut prouoluantur tuis miserationibus, & debitã tibi adorationem, & glorificationẽ offerant: ipse domine susci pe ex ore nostro peccatorum ter sanctum hymnum, & respice nos in bonitate tua. Cõdona nobis omne delictum, & uoluntarium, & inuoluntariũ, & sanctifica nostras animas, & corpora. Et da nobis in pietate seruire tibi oĩbus diebus uitæ nostræ, precibus sanctę deipare, & omnium sanctorum, qui à seculo tibi placuerunt. D
Sacerdos.
Attendamus. Pax omnibus.
Sapientia recta.
Cantor. Psalmus Dauid.
Diaconus. Attendamus.
Cantor. Quod proponitur.
Et post hoc quod proponitur, *sacerdos dicit:*
Qui facit angelos suos spũs, & ministros suos ignis flammam. *Versus.* *Ps.103.a*
Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. *Ib.102.a*
Tunc dicit epistolam ad Hebræos.
Epistola Pauli. *Lectio.*
Fratres, Si.n.per angelos dictus sermo fuit firmus, &c. *Hebr.2.a*
Post epistolam sacerdos dicit: E
Pax omnibus.
Cantor. Sapientia recta.
Psalmus Dauid, & Alleluia.
Tunc uenit diaconus ad sacerdotem flexo capite, sacerdos autem orat super eum.
Dominus dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa, p preces dominę nostræ, deiparæ, & semp uirginis Mariæ sancti & gloriosi apostoli & euãgelistæ huius. *Psal.67.c*
Et sacerdos.
Sapientia recta. Audiamus sanctum euangelium.
Diaconus. Ex Lucæ euangelio.
Et populus. Gloria tibi domine.
Et sacerdos: Attendamus.
Diaconus.
Dixit dominus discipulis suis: Qui uos audit, me audit: & qui spernit uos, me spernit, &c. *Luc.10.c*
Post euangelium, Diaconus.
Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota mente dicamus.
Sacerdotis exclamatio.
Domine omnipotẽs deus patrum nostrorum, diues in misericordia, & bonus in miserationibus, qui non uis mortem peccatoris, sed expectas cõuersionem & pœnitentiam, ut conuertatur & uiuat. *Ezc.18.g* F
Diaconus.
Pro sancta domo hac, & ijs qui cum fide, pietate, & timore dei ingrediuntur eam, rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.
Oratio secreta.
Domine deus noster prolixam hanc supplicationem accipe à tuis seruis, & miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & miserationes tuas dimitte super nos, & super omnem populum tuum expectantem abs te diuitem misericordiam.
Diaconus.
Vt propitius, beneuolus, & placabilis fiat, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Vt exaudiat dominus deus uocem deprecationis nostræ peccatorum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.

G Pro spirituali nostro patre, sacræ legis administratore, & omni in Christo ministerio, dominũ rogemus.
Populus. Domine miserere.
Pro omnibus qui ante nos laborarunt, & sacris initiatis runt, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Pro circunstante populo, & expectante abs te diuitẽ misericordiam, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Exclamatio sacerdotis.
Quoniam misericors, & amans hominum est deus, & tibi gloriam referimus, patri & filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Diaconus.
Precamini catechumeni dominum.
Fideles, pro catechumenis rogemus, ut dominus eorum misereatur.
Populus. Domine miserere.
Catechizabit eos uerbo ueritatis.
Populus. Domine miserere.
Aperiet illis euangelium iustitiæ.
H *Populus.* Domine miserere.
Aduniet eos sanctæ suæ catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ.
Populus. Domine miserere.
Sacerdos.
Serua, miserere, & custodi eos deus tua gratia.
Diaconus.
Catechumeni capita uestra domino flectite.
Oratio sacerdotis super catechumenos.
Domine deus noster qui in altis habitas, & humilia respicis, qui salutem hominum generi emisisti unigenitum tuum filium, & deum dominum nostrum Iesum Christum, respice super seruos tuos catechumenos, quicq; tibi suas ceruices inclinarũt, ac dignos eos facito in tempore opportuno, lotione renascentiæ, remissionem peccatorum, & indumẽto incorruptionis. Aduni eos sanctæ tuæ catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ, & annumera eos electo tuo ouili.
Exclamatio sacerdotis.
Vt & ipsi nobiscum glorificent pretiosissimum, & augustum nomen tuum, patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Diaconus.
Quotquot estis catechumeni accedite. Catechumeni accedite. Quotquot estis catechumeni accedite. Ne quis catechumenorum: quotquot estis fideles, etiam atq; etiam in pace dominum rogemus.
Oratio fidelium prima.
Gratias agimus tibi domine deus uirtutũ, qui dignatus es nos, ut assistamus, & nũc tuo sancto sacratio, & ut prouoluamur tuis miserationib. pro nostris peccatis, & populi ignorantijs, suscipe deus deprecationẽ nostrã: fac nos dignos, ut offeramus tibi deprecationes: & supplicationes, & sacrificia imaculata pro populo tuo: & idoneos nos reside, quos posuisti in ministerio tuo hoc, in uirtute spũs tui sancti, sine condemnatione, & offensa in puro testimonio cõscientiæ nostræ, ut inuocemus te in omni tpe, & loco, ut exaudiens nos propitius nobis sis in multitudine bonitatis tuæ.
Diaconus.
Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia.
Populus.
‖In exemplari quo Domine miserere, & custodi nos deus.‖ Sapientia.

Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adoratio, K dã Græco desunt & custodi nos deus. Et post sapientia ponitur, ἐκφωνῶς τοῦ ἱερέως,
patrem, & filium, & sanctum spiritum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Diaconus.
Etiam atq; etiam dominum rogemus.
Diaconus autem dicit litanias.
Oratio fidelium secunda.
Iterũ & sæpius tibi prouoluamur, & te rogamus bone, & humane, ut respicias ad deprecationẽ nostram. Purifica nostras animas, & corpora ab omni iniquamẽto, carnisq; & spiritus: & da nobis, ut innoxij, & sine cõdẽnatione assistamus sancto tuo sacrario: da uerò deus ẽt his, qui nobiscũ rogant profectũ uitæ, & fidei, & intelligentiæ spiritualis. Da ipsis semper cum timore & dilectione seruientibus tibi citra, noxam & absq; cõdẽnatione participes esse sctõrum tuorũ mysteriorũ, & supercœlesti tuo regno digni habeantur.
Diaconus.
Defende, serua, miserere nostri deus tua gratia.
Populus. Domine miserere.
Sapientia. L
Exclamatio sacerdotis.
Vt à tua uirtute semper seruati tibi gloriã referamus, patri, & filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Oratio cherubici, à sacerdote prolata.
Nullus dignus est implicitus carnalibus desiderijs & uoluptatibus, accedere, aut appropinquare, aut ministrare tibi rex gloriæ. Siquidẽ ministrare tibi magnũ, ac formidandum ẽt supercœlestibus uirtutibus. Attamen propter ineffabilem & immensam tuam humanitatem intrepidẽ & irreuocabiliter factus es homo, & summus pontifex noster. Sacrificiorum ritum insti tuisti, ac solennis huius & immaculati sacrificij celebrationem nobis tradidisti, tanq; dominus omnium. Tu.n. solus domine deus noster dominaris supercœlestibus, & terrestribus, qui super thronum Churubicum ueheris, qui Seraphim dominus rex Israel, qui solus sanctus es, & in sanctis requiescis. Te igitur exoro solum bonum & placabilem, respice ad me peccatorem, & antiquum ſseruum tuum, ac purga animam meam, & cor à conscientia mala, & idoneum me redde, uirtute tui sancti spũs indutũ, tui sacerdotij gratia: ut assistam sanctæ tuæ huic mensæ, cõsecrem sanctũ & immaculatum tuum corpus, & ptiosum sanguinẽ. Ad te.n. accedo inflexa mea ceruice, & precor te ne, auertas faciem tuã à me, neq; reprobes me à pueris tuis: sed patiaris, ut offerantur tibi à me peccatore, & indigno seruo tuo dona hæc. Tu.n. es, qui offers, & offerris, & accipiens, & dans Christe deus noster. Ac tibi gloriam referimus, cum patre tuo initio carente, & sanctissimo, ac bono, ac uiuificãte tuo spiritu, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.
M ſ Legisse uidentur interpres ἀ'χραντον, ον pro ἀχραντον ideſt immaculatum.
Et cùm sacerdos dicit hanc orationem, cantores canunt hæc:
Qui Cherubin mystice repræsentamus, & uiuificanti trinitati ter sanctum hymnum canimus, & omnẽ uitæ deponimus solicitudinem, tanq; regem omnium suscipientes, & angelicis inuisibiliter stipati agminibus, Alleluia,
Sacerdos uerò post orationem sequitur diaconum, & uadit ad oblationem. Et inclinatis capitibus ter in terram, sumunt, diaconus quidem corpus, sacerdos uerò sanguinẽ & exeunt ex patno ostio, dicente sacerdote paulum egresso.
Meminerit

A Meminerit tui dominus deus in regno suo, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Et siquis est episcopus, dicit:
Sancte sacerdos, memento mei.
Sacerdos autem dicit:
Meminerit tui dominus deus noster in regno suo.
Et iterum, ac tertiò dicit:
Luc. 23 c Memento mei, dum ueneris in regnum tuum.
Post hæc ingressi alterum ostium, ponũt sacra dona in magno altari. Et dicit sacerdos hæc.
Ioan. 19 g Decorus ille Ioseph à ligno deponens immaculatum corpus tuum, sindone pura inuoluit, & aromatibus, imposuit monumento nouo.
Diaconus egrediens dicit:
Impleamus deprecationem nostram domino.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro appositis & sanctificatis preciosis donis, dominum rogemus,
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
B Pro sancta domo hac, & cum fide, pietate, ac timore dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Oratio post depositionem sanctorum donorum à sacerdote.
Domine deus noster, qui omnipotens es, q solus sanctus, qui accipis sacrificiũ laudis ab iis, qui inuocant te in toto corde, accipe & nostrã peccatorum deprecationẽ, & adducito in sanctum tuum sacrarium. Et idoneos nos redde ad inferenda tibi dona & sacrificia spũalia pro nostris peccatis, & populi ignorãtijs, & dignos nos fac: ut inueniamus gratiam in conspectu tuo, ut acceptabile fiat sacrificiũ nostrum, & ut obumbret spiritus gratiæ tuæ bonus super nos, & super proposita dona hæc, & omnẽ populum tuum.
Populus. Præsta domine.
Subueni, serua, miserere, & custodi nos deus tua gra
C tia.
Populus. Præsta domine.
Diem omnem perfectũ, sanctum, pacificum, peccati expertem à domino postulemus.
Populus. Præsta domine.
Veniam & remissionẽ peccatorum, & delictorũ nostrorum à domino postulemus.
Populus. Præsta domine.
Honesta & cõducibilia animabus nostris, & pacem mundo à domino postulemus.
Populus. Præsta domine.
Reliquum tempus uitæ nostræ in pace & pœnitentia nostra, à domino postulemus.
Populus. Præsta domine.
Christianum finem uitæ nostræ, doloris, ac turpitudinis expertẽ, pacatum, & honestam defensionem, à domino postulemus.
Populus. Præsta domine.
Sanctissimæ, imaculatæ, super omnes benedictę, dominæ nostræ deiparę, & semper uirginis Marię, cum omnibus sanctis memoriã facientes, nosipsos, & inuicem, & omnem uitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Tomus quintus.

Exclamatio. D
Propter miserationes unigeniti tui filij, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & uiuificante tuo spũ, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et cum spiritu tuo.
Diaconus.
Diligamus inuicem, ut in concordia confiteamur.
Populus.
Patrem, filium, & sanctum spiritum, trinitatẽ unius essentiæ, & inseparabilem.
Tunc osculatur sacerdos operculum quater, et dicit:
Hostia, hostia, in sapientia attendamus.
Lector autem dicit:
Credo in unum deum, patrem, omnipotentẽ, creatorem cœli & terræ, uisibiliumq; omnium & inuisibilium, & in unum dominum, & reliqua.
Post symbolum autem dicit sacerdos:
Stemus honestè. Stemus cum timore dei. Attendamus sacram sublationem in pace offerre.
Chorus.
Misericordiam pacis. Laudis hymnum. E
Exclamatio sacerdotis:
Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei patris, & cõmunio sancti spiritus cum omnibus uobis.
Populus. Amen.
Diaconus. Sursum habeamus corda.
Populus. Habemus ad dominum.
Diaconus. Gratias agamus domino.
Populus. Dignum & iustum.
Sacerdos secretè:
Dignum & iustũ te canere, te benedicere, te laudare, tibi gratias agere, te adorare in omni loco dominationis. Tu.n. es deus ineffabilis, incogitabilis, inuisibilis, incõprehensibilis, semper existens, eodem modo existẽs, tu & unigenitus tuus filius & spiritus tuus sanctus. Tu à nihilo ad esse nos produxisti, prolapsos restituisti rursum, neque destitisti omnia facere, donec nos in cœlum subduceres, & regnum largireris futurum. Gratias agimus tibi, & unigenito tuo filio, & spiritui tuo sancto, pro omnibus quæ scimus & quæ non scimus, manifestis & occultis beneficijs tuis in nos collatis. Gratias agimus tibi & pro hoc F
ministerio, quod è manibus nostris accipere dignatus es. Et quidẽ tibi assistunt milia archangelorũ, & multa milia angelorum, Cherubin ac Seraphin, senis alis, pluribus oculis, sublimia pennata.
Exclamatio sacerdotis.
Victorialem hymnum canentia, uociferãtia, clamantia, & dicentia:
Populus.
Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua: osanna in excelsissimis. Benedictus qui uenit in nomine domini.
Sacerdos autem inclinato capite dicit:
Cum his & nos beatis potestatibus domine hoium amator clamamus, & dicimus: Sãctus es, & totus sanctus: tu & unigenitus filius tuus ac spũs sanctus, sanctus es, & totus sanctus, & magnifica gloria tua, qui Ioan. 3. b
mundũ tuum sic dilexisti, ut filiũ tuum unigenitũ dares, ut oĩs credens in illum non pereat, sed habeat uitam æternam: qui ueniens & oẽm pro nobis dispensationẽ adimplens, nocte qua traditus est, magis autẽ seipsum tradidit pro mundi uita, accipiens panem in sanctis suis, & immaculatis, & incõtaminatis ma-

G nibus, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens dedit sanctis suis discipulis, & apostolis, dicens:
Mat. 26 et Mar. 14. c & Luc. 22. b Accipite, comedite, Hoc est corpus meũ, quod pro uobis frangitur in remissionem peccatorum, Amen. Similiter postq̃ cœnatum est, accipiens calicem, & benedicens, dicit: Bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis & multis effunditur in remissionem prccatorum.

Secreta oratio.

Memoriã igitur agentes salutaris huius mandati, & omnium pro nobis factorũ, crucis, sepulchri, triduanæ resurrectionis, in cœlos ascẽsionis, ad dexteram consessus, secundi & glorioſi rursum aduentus.

Exclamatio sacerdotis.

Tua ex tuis tibi offerentes, & omnia, & per omnia.

Chorus.

Te laudamus, tibi benedicimus, tibi grarias agimus.

Rursus inclinato capite dicit sacerdos:

Propter hoc tibi offerimus rationalẽ hunc, & immaculatum cultum, & inuocamus, & rogamus, & supplicamus. Emitte spiritum tuum sanctum super nos,
H & super proposita dona hæc, Amen.

Et surgens, obsignat sacra dona, & dicit:

Et fac panem quidem hunc preciosum corpus Christi tui, Amen.

Et in calice dicit:

In calice uero hoc preciosum sanguinem Christi tui, transmutans spiritu tuo sancto.

Sacerdos orat.

Vt fiat assumentibus in lotionem aĩarum, in remissionem peccatorum, in cõionem sancti spiritus, in regni cœlorum impletionem, in fiduciã apud te, non in iudicium, non in condẽnationem. Præterea offerimus tibi rõnalem hunc cultũ, pro in fide requiescentibus maioribus, patribus, patriarchis, prophetis, & apostolis, præconibus, & euãgelistis, martyribus, cõfessoribus, cõtinentibus, & omni spiritu in fide initiato. Præcipuè pro sanctissima, imaculata, super oẽs benedicta, domina nostra deipara, & semp uirgine Maria. Vt uerè dignũ & iustum est, glorificare te deiparam, & semp beatissimã, & penitus incontaminatam matrẽ dei nostri, honoratiorẽ Cherubim, & gloriosiorẽ incõparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem deum pepit: uerè deiparam te magnificamus.

Hæc canente choro sacerdos dicit:

Luc. 1. a Aue gratia plena Maria dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uẽtris tui: quoniam saluatorem peperisti animarum nostrarum.

Oratio.

Honorabilium, incorporaliũ, supercœlestium, sancti Ioãnis prophetę præcursoris & Baptistę, sanctorum glorioſorum & omnino celebrium apostolorũ, sancti huius cuius & memoriã agimus, & omnium sanctorum tuorũ, quorum supplicationibus respice nos deus, & memento omniũ qui dormierunt in spe resurrectionis & uitæ æternæ, & requiescere eos facito, ubi uidetur lumen uultus tui.

Adhuc te inuocamus. In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorũ rectè interpretantium uerbũ tuæ ueritatis, totius sacerdotij, in Christo diaconatus & oĩs sacerdotalis ordinis. Etiam offerimus tibi rõnale hoc obsequium pro orbe terrarum, pro sancta catholica & apostolica ecclesia, pro iis quoq; qui in pura & casta uita degunt. Pro fidelissimis & Christũ amantibus nostris regibus, omni patK latio & exercitu illorum. Da illis domine pacificum robur, ut & nos in tranquillitate illorum pacatam & quietam uitã agamus in omni pietate & religione.

Exclamatio.

In primis memento domine oĩs episcopatus orthodoxorũ & rectè interpretantiũ uerbum tuę ueritatis.

Chorus.

Et quos quisque in animo cogitat.

Diaconus.

Et da nobis uno ore & uno corde glorificare & celebrare preciosum & augustum nomẽ tuum patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum.

Et sint misericordiæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi cum omnibus nobis.

Populus. Amen.

Omnium sanctorum memoriam agentes, etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

Super adductis, & sanctificatis preciosis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Quoniam humanus deus noster, qui suscepit hæc L
in sanctum & supercœleste & intellectuale sacrarium suum.

Populus. Domine miserere.

Vt uicissim dimittat & nobis diuinã gratiam & communionem sancti spiritus, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio.

Memẽto domine gregis nostri huius in quo habitamus, & totius ciuitatis & regionis, & in fide habitantium in ipsis. Memẽto domine nauigantium, uiatorum, ægrotantiũ, laborãtium, captiuorũ, & salutis ipsorũ. Memento domine fructificantiũ & laborãtium in sanctis tuis ecclesijs, & qui pauperũ meminerunt, & super omnes nos misericordias tuas emitte.

Sacerdos inclinans orat:

Tibi cõmendamus uitam nostram omnem & spem domine amator hominum, & inuocamus te, & rogamus, & supplicamus. Dignos nos facito, ut particiI M
pes simus supercœlestiũ tuorum & tremendorũ mysteriorum huius sacrę, & spiritualis mensæ cum pura conscientia in remissionem peccatorũ, in condonationem delictorum, in spiritus sancti cõmunionem, in regni cœlestis hæreditatẽ, in fiduciam ergate, non in iudicium aut condemnationem.

Diaconus.

Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Diem omnem perfectum, sanctum, pacificum, & sine peccatis à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Nuncium pacis, fidelem ducẽ, custodem animarum & corporum nostrorum, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Veniam & remissionem peccatorum & delictorum nostrorum à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Honesta & cõducibilia animabus nostris, & pacem mundo, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Vt reliquum tẽpus uitæ nostræ in pace finiamus, &

A pœnitentia nostra, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Christianum finem uitæ nostræ, doloris & turpitudinis expertem, pacatum, & honestam purgationem, à domino postulemus.

Exclamatio sacerdotis.

Et dignos fac nos domine, ut cum fiducia & sine cõdemnatione audeamus inuocare te supercœlestem deum, & dicere: *Populus.*

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ: & reliqua. *Exclamatio.*

Quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria, patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita uestra deo inclinate.

Sacerdos dicit orationem hanc:

Gratias agimus tibi rex inuisibilis, qui immensa tua uirtute oia condidisti, & multitudine misericordiæ tuæ à nihilo ad esse uniuersa produxisti, ipse domine cœlitus respice ad seruos tuos inclinantes tibi sua caB pita. Non. n. inclinarunt carni & sanguini, sed tibi metuendo & humano deo. Tu igitur domine proposita dona omnibus nobis in bonum exæques iuxta propriã cuiusq; indigentiam, cum nauigantibus nauiga, cum uiatoribus uiã ambula, ægrotos sana, medicus animarum & corporum. Gratia & miserationibus, & humanitate unigeniti tui filij, cũ quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & uiuificante tuo spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos orat:

Attende domine Iesu xpe deus noster, de sancto habitaculo tuo, & de throno glorię regni tui, & ueni ad sanctificandũ nos, q in excelsis unà cũ patre sedes, & hic nobiscũ inuisibiliter ades, & dignos nos redde potente manu tua, ut participes simus imaculati tui corporis, & pretiosi tui sanguinis, & p nos oĩs populus.

Sacerdos autem spargit fumum incensi sacris.

Exclamatio. Attendamus.

Sacerdos eleuans sanctum panem, dicit:

Sancta sanctis.

C *Chorus dicit:*

Vnus sanctus, unus dominus Iesus Christus in gloria dei patris.

Sacerdos autem eleuat panem, dicens:

Super cœlos deus, & super omnem terrã gloria eius effusa est.

Diuisurus sacerdos panem, dicit:

Diuiditur agnus dei. qui tollit peccatum mundi.

Et accipiens sacerdos ex pane particulam mittit in calicem, dicens:

Plenitudo spiritussancti, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et tunc sacerdos assumit, & populus canit, & sacerdos potitus particula diuini corporis, dicit.

Conuiuij tui mystici hodie fili dei communionem assumpsi, nõ tamen hostibus tuis dixi mysterium. Neq; osculum tibi dabo quemadmodum Iudas, sed ueluLuc. 23. c ti latro ille confitebor tibi, Memento mei domine, cùm ueneris in regnum tuum.

Hanc orationem dicunt duo priusquam assumant diuina.

Deus remitte, dimitte, ignosce mihi peccatori peccata mea & uoluntaria & inuolũtaria, siue in cognitione, siue in ignorãtia, siue in uerbo, siue in ope, siue in concupiscentia feci, omnia ignosce: quoniã bonus, & D
humanus, longanimis, & multæ misericordiæ. Et intercessione immaculatæ, dominæ nostræ deiparæ, & semper uirginis Mariæ dignum me fac, ut sine condemnatione accipiã immaculatum tuum donum in remissionem peccatorum in uitam æternam, in purgationẽ malarum mearum cogitationum, in illustrationem mandatorum tuorum: quoniãte decet gloria, honor, & adoratio, patrem, & filium, & sanctũ spiritum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Fiat mihi domine Iesu Christe corpus tuum sanctũ in remissionem peccatorũ meorum, & sanguis tuus pretiosus in uitam æternam. Et in secundo tuo aduẽ tu annumera me iustis tuis, & electis ouibus.

Oratio.

Gratias agimus tibi domine humane benefactor animarũ nostrarum, quoniam & hodierno die dignatus es nos supcœlestibus tuis & immortalibus mysterijs: dirige nostram uiã, confirma nos in timore tuo omnes, custodi uitam nostram, stabili nostros gressus, precibus & supplicationibus sanctæ deiparæ, & sem- E
per uirginis Mariæ, & omnium sanctorum.

Tunc aperitur magnum ostium suspensis lucernis, Et sacerdos ostendit calicem populo, dicens:

Cum timore dei, & fide, & dilectione accedite.

Chorus dicit:

Benedictus, qui uenit in nomine domini.

Sacerdos dicit:

Benedictus deus noster, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Diaconus egressus è sancto altari, dicit: post depositionem sanctorum donorum:

Recti qui participes fuimus diuinorũ, immaculatorũ immortaliũ, supcœlestiũ, uiuificantiũ, tremẽdorum mysteriorũ dignè in oĩbus gratias agamus domino.

Diaconus addit:

Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia.

Omnem diem perfectum, sanctum, pacatum, & peccati expertem postulantes, nosipsos, & inuicem, &c.

Exclamatio.

Quoniam tu sanctificatio nostra, & tibi gloriam referimus, patri, & filio, & spiritui sancto. F

Diaconus. In pace accedite.

Populus. In nomine domini.

Diaconus. Dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio post ambonem.

Qui benedicis benedicentibus tibi domine, & sancti ficas in te cõfidentes, salua populũ tuum, & benedic hæreditati tuæ. Plenitudinẽ ecclesiæ tuæ custodi, sanctifica diligentes decorẽ domus tuæ. Tu ipsos uicissim glorifica diuina tua uirtute, & ne deseras nos sperantes in te: pacem mundo tuo da, ecclesijs tuis, sacerdotibus, regibus nostris, exercitui, & omni pplo tuo: quoniam omne donum bonum, & omne datum perfectum desursum est descendens ex te patre luminũ. Et tibi gloriam, & gratiarum actionem, & adorationem offerimus, patri, & filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ἀμβων locus editus ascensus.

Iacob. 1. b

Tunc populus dicit:

Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & usq; in seculum. Psal. 71. d

Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: & reliqua. Ibid. 33. a

G *Sacerdos autem benedicit sancta & exuit.*
Qui ipse es impletio legis & prophetarū Christe deus noster, qui implesti omnem paternam dispēsationē, imple gaudio & exultatione corda nostra, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Deo gratia.

Missæ D. Ioan. Chrysost. finis.

EX EPISTOLIS DIVI IOANNIS

Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, quas non dubium est numerosas fuisse, etiam testibus ijs, qui tanti doctoris uitam descripserunt, quatuor hactenus solùm impressæ circunferuntur. Nos autem inter sedulò euoluēda uiri huius beati opera deprehendimus paræneſim illam, quæ ad Theodorum lapsum prior est, epistolam esse genere quidem paræneticō descriptam. Quare in hunc locum relegauimus, suppleturam quintæ epistolæ uicem. Proinde homilia illa, quæ ad Theodorum monachum est, cùm sit epistolaris, non incongruè implebit sextam. Septimam item, ea, quæ est ad Eutropium & alios aliquot. His septem octauam attexui-
H *eam, quæ ad Olympiam est, quæ utinam tam felicem nacta esset interpretem, quàm est sententijs prægnans. Bene uale lector.*

INNOCENTIO EPISCOPO ROMAE

domino meo reuerendissimo, pientissimóque
Ioannes in domino salutem.

Tiam ante quàm redditæ sunt literæ nostræ, opinor pietatem uestram audiuisse, quid nam hic patrare ausa fuerit iniquitas. Ea. n. rerum est magnitudo & grauitas ut nulla fermè orbis pars relicta sit, quæ tristem hanc tragœdiam non audierit. Quandoquidem fama usq; ad fines terræ perlata, plurima ubiq; lamenta & eiulatus excitauit. Verùm quia non satis est plangere, sed opus etiā, ut cura geratur, & spectetur qua ratione, & quo consilio grauissima illa ecclesiæ tempestas sedetur. Proinde necessarium esse duximus, ut persuadetur Demetrio, Pansophio, Pappo, & Eugonio, dominis meis maximè uenerabilibus, pijsq; episcopis, relictis negocijs proprijs, pelago se committere: susceptaq; longinqua peregrinatione hac, ad uestram properare charitatem, de omnibus uos manifestè docētes, quò quātocyus rebus succurratur. Misimus autem cum eis uenerabiles dilectosq; diaconum Paulū & Cyriacum, qui & ipsi, quæ facta sunt, charitati uestræ exponēt: Et nos quoq; paucis, in epistolæ forma docebimus. Thophilus ille, qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum regendum suscepit, cùm à pientissimo rege, cui aduersus illum quædam nunciata erant, iussus esset uenire solus, collecta multitudine episcoporum non paucorū huc uenit, quo preludio, quasi declarare uolebat, se ad bellum & ad aciem pergere, cumq; in magnā, diuinoq; culuti deditā urbem Cōstantinopolim ingressus esset, iuxta consuetudinem & constitutionē hactenus obseruatā non intrauit in ecclīam, neq; ad nos accesit, neq; participem se fecit, uel sermonis, uel precum, uel cōionis: sed egressus è naui, & prætercursis ecclesiæ uestibulis, alicubi extra urbem diuersatus est, tametsi nos plurimum obsecraremus & ipsum, & eos qui cum ipso erant, ut apud nos diuerterent. Erāt enim diuersoria, & omnia alia quæ oportebat, bene K instructa. At neq; illi, neq; ipse nobis morē gerebant. Vnde nos ea uidentes, ualde consternabamur aio: & quāuis iniustarū illarum inimicitiarum cām nullā inuenire possemus, nihilominus tamen officium eis, qd illi nobis debebāt, impendimus. Nam iterum atq; iterū eum obsecrauimus, ut se nobis coniungeret, ac diceret cuius gratia, statim ab initio tantū excitaret bellum, tantamq; urbem seditiosam faceret. Verū, cū ille cām dicere nollet, neq; urgerent accusatores eius: uocauit nos rex pietissimus, & iussit ut iremus ad locū, in quo ille agebat, reiq; summā ab eo audiremus. Nā insidias, & cędes, & alia plurima causabātur: nos aūt scientes leges patrum, uiroq; honorem habentes, habentes etiā super hac re eius literas, Oportere in quibusq; prouincijs sua negocia tractari, trāsmōtanosq; ad nostra iudicia non trahendos, fortiter, detrectauimus, ne cām susciperemus iudicandā. Porrò ille sicut & prius nobis obluctari cœpit, & multa authoritate uocato archidiacono meo, quasi iā ecclesia uiduata esset, ac episcopum non haberet, clerum oēm si per illū adiunxit: factaq; sunt ecclesię seditiosæ, & è singu L lis ecclesijs abducebantur clerici, & instruebantur, ut nos accusarent, & libellos aduersus nos producerēt. Post hæc uocauit & nos ad iudicium, nōdum dilutis quæ aduersum se erant causis, id quod contra oēs canones & leges est. Porrò nos sciētes, quòd nō ad iudicū, sed ad hostē & inimicū perrecturi essemus, id qd satis declarant, q̄ prius ac postea sunt facta, misimus ad eum episcopos, Demetrium epm Pisinatium, Eleusium, Apamiæ, Lupinum, Appianæ: presbyteros autem, Germanum & Seuerum, qui congrua lenitate reprōderent, ac dicerent: Non uitare nos iudicium, sed inimicum apertum, & hostem manifestarium. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecit, & seipsum abstraxit ab ecclesiæ precibus & communione, & insup accusatores subornauit, clerum ad se traxit, ecclesiā desolauit: quō idoneus censeri possit huiusmodi, ut in iudicis thronum conscendat sibi minimè congruentem? Neq; n. congruum est, ut hi qui in Aegypto sunt, iudicent eos qui in Thracia, & præsertim ille, qui ipse reus est, inimicus & hostis. At ille nihil horum reueritus, magno studio anhelabat, ut M perficeret ea quæ mente conceperat. Cū autem contestaremur paratos nos ad diluēdum crimina, & ad innocentiā, sicut & innocentes sumus, declarandam, corā centum, uel mille episcopis non assensit: sed licèt absentes essemus, & ad synodū appellaremus, & iudicium inquireremus: & non auditorium, sed manifestas inimicitias fugeremus: ipse tamen accusatores suscepit, meos excōicauit, & de illis, qui nondum se de suis purgauerant criminibus, libellos collegit: quæ omnia legibus & canonibus prohibita sunt. Et quid opus est multùm dicere? non destitit omnia facere & tractare, donec nos ui, & potentia è ciuitate & ecclesia eijceret, etiam iam prouecta uespera, & uniuerso populo nos attrahente. Tractus igitur ui, & abductus à magistratu ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim coniectus per noctem nauigaui, eò quòd ad synodum & iustum iudicium prouocaram. Quis hæc sine lachrymis, etiam si cor lapideum habeat, audiret? Verùm sicut prius dixi, ea, quæ perperam fiunt, non solùm deploranda, sed & corrigenda sunt: & ideo charitatem uestram obsecro, ut prouocetur ad condolendum, faciendumq; omnia, quò mala hæc

A sistantur. Neq; enim hic facinorum illius finis, sed ad priora adiecit & alia. Nā postq̄ eos qui ecclesiam inuaserāt pientissimus rex eiecit, & multi episcopi qui aderant cognoscentes iniquitatem, & fugientes insidias illorum, quasi incendium depascens oia, in suas regiones cōcesserunt, nosq; iterum in urbem & in ecclesiam, à qua eiecti eramus, uocati sumus, inducētibus nos episcopis supra triginta, & notario à rege pietissimo, in hoc misso: ille statim aufugit, eo quòd ingressi mox obsecrabamus Christianissimū regem, ut conciliū cogeret, quo facta hæc iustificarētur. Male conscius. n. sibi erat, & reprehensionem pertimescens, & idcirco cū regis literæ in omnia loca mitterentur, & undequaq; oēs congregarent, occultè, mediaq; nocte & ipse & sui conscensa naui elapsi sunt. Porrò utpote cōscientiæ nostræ fidentes, nō propterea destitimus, sed eadē iterum à Christiano rege rogauimus. Qui & pro sua pietate, missus ad illum nunc ijs, eum & oēs qui cum eo erant, ex Aegypto uocauit, utrationem factorum redderent: neq; sufficere putarent ad defensionem, quæ attentarant ex una
B parte absentibus nobis, tam iniustè cōtra tot ac tantos canones. Atq regijs literis ille nō obtemperauit, sed domi māsit, prætexens seditionem populi, & intempestiuam festinationē: tametsi etiam illic erant qui ei reluctabantur: & populus quoque ante literas conuicijs eū innumeris abluerat. Verū hæc nos exactè prosequi nolumus, summatim nefarios illius conatus ostendētes. Itaq; nos nō quieuimus, sed in hoc incubuimus, orantes regē, ut haberetur iudicium, in quo agere & respōdere liceret. Dicebamus. n. nos paratos ad ostendendum nos non esse reos, sed illos legum extremos trāsgressores. Erant aūt relicti hic Syri, qui cū eo affuerant, & cōmuniter omnia fecerant. Quos ēt accesimus, ad dādam rationem parati, atque super ea re sæpe eos interpellauimus, obsecrantes ut dignētur nobis libellos & cōmentarios accusationum dare, uel genus criminum, uel accusatores ipsos significare. Verum nihil horum obtinuimus: iterumq; ex ecclesia eiecti sumus. Quòd si quæ tūc contigerant & oēm excedūt tragœdiā, enarrare uellem: quis sermo explicaret? quæ auris sine horrore perci-
C peret? Cū autem illa, quæ dixi, prætenderemus, ipso magna sabbato collecta manus militū, ad uesperam diei in ecclesias ingressa, clerum oēm qui nobiscum erat, ui eiecit, & armis gradū undiq; muniuit. Mulieres quoq;, quæ per illud tps se exuerāt, ut baptizarentur, metu grauiorū insidiarū nudę aufugerunt. Neq; enim cōcedebatur, ut se uelarēt, sicut mulieres honestas decet. Multæ ēt acceptis uulneribus eiiciebātur, & sanguine implebantur natatoria, & sancto cruore rubescebāt fluenta. Neq; hic rerū finis erat. Nā & sanctuaria ingressi sunt milites, quorū aliquos scimus, nullis initiatos mysterijs, & uiderunt oia quæ intus erant. Quin & sanctissimus Christi sanguis, sicut in tali tumultu cōtingit, in prædictorum militū uestes effusus est. Fiebantq; quasi in Barbarica captiuitate oia. Vulgus. n. in solitudiné fugabatur, populus omnis extra ciuitatē uersabatur, erantq; in tāto festo uacuæ ecclesiæ, & plures q̄ quadraginta episcopi, qui nobis cōmunicarant, cū populo & clero, sine causa fugabātur. Et ob prodigiosa flagitia, ubiq; per fora, per domos, per solitudines, per oēs ciuitatis ptes, omnia lamētis, eiulatibus, fontibus lachrymarum, & id genus calamitatibus plena erāt: & in tanto tumultu, & trepidatione ac planctu erant omnia, ut nō modò D qui affligebantur, sed & qui nihil tale patiebantur: & non solū qui nostræ fidei erant, sed & hæretici, & Iudæi, & gentiles, quasi ciuitate capta nobiscum dolebant. Talia ausi sunt præter sententiam pientissimi regis nocte profunda, episcopis hæc instruentibus, & ubiq; militātibus, nec erubescētibus, quòd essent duces militum, & pro diaconis satellites præeuntes haberent. Facto aūt die, omnis ciuitas extra muros sub arbores, & in nemora emigrauit, ibi festum diem celebrans, quasi oues dispersæ. Liceat uobis ex his & cęteris omnia pensare: nam omnia quæ facta sunt, sermone complecti, ut dixi, impossibile est. Est autē & hoc perquam molestum, quòd talia, tātaq; mala, nullum adhuc finem accipiunt: neq; spes est quòd statim finiantur: sed augentur indies magis ac magis, nósque multis ridiculo facti sumus, immo ridet nullus, etiam ualde peruersus: lugēt aūt omnes, propter extremam & inauditā hanc malitiam, malorum facilè colophonem. Quid, siquis dicet, de turbationibus etiam in alijs ecclesijs postea excitatis? Non. n. hic cessauit hoc malum, sed usq; ad Orientem puenit. Nam sicut à ca E pite quod malis humoribus plenū, & reliqua mēbra corrumpūtur: ita & nunc quoq; tumultus, qui in hac magna ciuitate ceperunt, quasi ex fonte in omnia loca effluunt, & clerici ubiq; in episcopos insurgunt, & episcopi ab episcopis, & populi à populis scissi sunt, & alij propediem scindentur, & expectatur ubiq; malorum partus, orbisq; totius subuersio. Igitur domini maximè ueneranda, & pij, cū hæc ita se habere didiceritis, studium uestrum, & magnam diligentiam adhibete, quò retūdatur hæc, quæ in ecclesias irrupit iniquitas. Quippe si mos hic inualuerit: & fas erit cuiuis in alienam parœciam irrumpere, idq; ex tantis interuallis, & eijcere quos uoluerit, & authoritate propria quæq; pro libidine sua facere, scitote quòd breui trāsibunt omnia, & totus orbis premetur bello non indicto, oibus ab omnibus electis, & oēs eijcientibus. Quapropter ne confusio hæc oēm quæ sub cœlo est nationē inuadat, obsecro, ut scribas quòd hęc tā iniquè facta, & absentibus nobis, & nō declinantibus iudicium, non habeant robur, sicut neq; sua natura habent: illi aūr, qui iniquè egerunt, pœnæ ecclesiasticarū legū subiaceant: nobis uerò, qui nec conuicti, nec redarguti, nec habiti ut rei, literis uestris & charitate uestra, aliorúmq; omnium, quorum. s. & antea societate fruebamur, frui concedite. Si autem aduersariF nostri, qui ita iniquè egerunt, adhuc fingunt crimina q̄dam, propter quæ nos iniustè eiecerunt, non datis nobis neq; commentarijs, neq; libellis, neq; manifestatis accusatoribus, agemus & tuebimur eriā nos libenter causam, monstrabimūsq; illo ipsos, non nos reos esse eorum quæ nobis impingunt, sicut & planè innoxij sumus: & contrà, quæ ab ipsis facta, contra omnē sunt honestatem, contrà omnes leges, contra oēs ecclesiasticos canones. Et quid dico canones ecclesiasticos? Neq; in Gentilium iudicijs, neq; in Barbarorum tribunalibus talia attentata sunt unq̄. Neque Scythæ, neq; Sauromatæ unq̄ iudicarunt, iudicium dandum uni parti, absente ea quæ accusatur, & uitante non iudicum, sed inimicitias, & inuocante multa milia iudicium, & protestante corā toto orbe declaraturam se non esse ream, depulsaramq; crimina, & ostensuram suam innocentiam. Hæc igitur oia cùm ita se habere intellexeritis à dominis meis pientissi-

Gmis fratribus nostris episcopis, obsecro, ut præstetis id quod petent officij. Quo non solũ nobis gratificabimini, sed & ecclesiarum uniuersitati, mercedẽq; acceptur estis à deo, qui nihil nõ propter ecclesiarum pacem facere dignatur. Sẽper uale, & ora pro me domine dignissime & sanctissime.

INNOCENTIO EPISCOPO ROmæ, *Ioannes in domino salutem.*

Orpus quidẽ nostrũ, uno eodẽq; loco tenetur, & stabilitũ est: animus aũt charitatis ala in uniuerso orbe circũuolitat. Proinde licẽt tanta itineris intercapedine separati simus, à pietate tamẽ uestra non absumus, sed quotide uobis psentes sumus. Animi.n. oculis uidemus uestrã illã fortitudinẽ, & syncerã affectionem, cõstantiamq; non mutabilem, & quòd uos cõsolari nos plurimum & perpetuò cupiatis. Quantò.n. fluctus extolluntur sublimius, & plures latent scopuli, uehemẽtioresq; uenti sunt, & tẽpestates, tantò & uigilantia uestra augetur. Neq; uos
H tãta uiæ prolixitas, neq; tantũ tẽporis interuallũ, neq; causarũ difficultas, segniores reddidit. sed perseueranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maximè uigiles sunt, quando eleuari fluctus, & mare intumescere, & multas aquas in nauim inundare, grauisi mamq; interdiu noctẽ ingruere uident. Eapropter & gratias uobis habemus multas, & desideramus qdẽ ad uos dare crebras literas, id qd nobis maximo foret solatio. Verũ quia solitudo huiꝰ loci intantũ uos à nobis separat: neq; facilè ad uos peruenire ualent hi qui nobiscũ agunt, uel ẽt qui in uicino habitant, tũ quòd in extremis finibꝰ locus ille situs est, tum quòd latrones uias illas undiq; obsident: precamur ut diuturnũ silentiũ nostrũ efficiat, quòd magis nobis condoleatis, q̃ quòd nos reos putetis negligẽtiæ. Neq;.n. cõtemptus in causa est, quòd tacuimus. Nunc.n. multo tpe uenerabilem, & dilectũ Ioannẽ pr̃esbyterũ, Paulumq; diaconũ in hoc tenuimus, ut scriberemus. Perpetuas enim uobis gratias agimus, quòd paternã erga nos beneuolentiã declaratis. Nã quantũ in uestra pietate situm fuit, iam res oẽs sedatæ & emendatę, & sublata
I omnia scandala fuissent, gauderentq; ecclesiæ trãquilla & syncera pace: & essent planè secũda omnia, neq; cõtẽptæ leges, neq; uiolatæ patrũ cõstitutiones forẽt. At illi in suis impijs operibus pergunt, & quasi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recẽtibus uincere certãt. Nolo aũt omnia, q̃ interim gesta sunt singillatim recensere, quando quidẽ non solũ epistolæ, sed & historiæ modũ trãscẽderet narratio. Cæterũ uestrã oro uigilantiã, quòd licẽt illi omnia tumultuꝰ impleuerint, laborauerintq; morbis incurabilibus, & pniæ nõ capacibꝰ: si tamẽ curari morbo uos luerti, ne affligãtur, neq; è cœtu abiiciantur, cõsiderata tãti operis magnitudine. Certamẽ.n. illud fermè totius orbis est. Ecclesiæ usq; ad genua humiliatę sunt, populi dispersi, clerus diuexatus, episcopi exules, cõstitutiones patrum uiolatæ. Et idcirco iterũ atq; iterũ, & sæpius uestram oro diligentiã, ut quantò maior est tẽpestas, tãtò maius adhibeatur studiũ. Expecto quidẽ futuriũ ut aliquanto amplius corrigãtur. Quod si minus fiet, uos uestrã coronam paratã apud misericordẽ deum habetis: & hi, qui iniuria afficiuntur, cõsolationem ex incremẽto charitatis uestræ non minorẽ accipiẽt. Nã & nos tertiũ nunc annum in exilio uersamur, exposi-
ti pesti, fami, bello, cõtinuis obsidionibus, solitudini K
indicibili, quotidianæ morti, & lsauricis gladijs: & nõ mediocriter nos cõsolantur solida uestra fides & charitas, q̃ se in me tam tenui & simplice oblectant. Hic noster murus, hęc securitas: hic portus absq; fluctib', hic multorũ bonorum thesaurus, hæc lætitiæ mirificæq; uoluptatis causa est. Et si in desolatiorem, q̃ ille est, locum iterum abigemur, non paruam hinc habẽtes nostrarum afflictionũ consolationem, abimus.

CYRIACO EPISCOPO *exuli Ioannes exul.*

Gè mœstitiæ tuę ulcus denuò exhauriam, &
a cogitationes q̃ tibi hanc tristitiæ nubẽ inuehunt, denuò discutiam. Quid enim est quod mœres & luges? An quòd periculosa tempestas, & luctuosum naufragiũ ecclesiam inuaserunt? Hoc & ego scio, nec est qui cotradicat. Et si uis depingã formã rerum, qũo sese habeant. Mare ab infima abysso, amotis repagulis oibus turbari cœpit, & nautæ relictis remis, & gubernaculis, manibus amplexati genua, & L
omni consilio pp tempestatẽ destituti, neq; cœlũ spectant, neq; pelagus, neq; aridã: sed in stratis iacent, plorantes & flentes. Et talia quidẽ in mari cõtingunt. Verùm in mari nostro, grauiores tẽpestates, grauioresq; fluctus sunt: sed ora dominũ nostrum Christum, qui nõ arte tempestatẽ sedat, sed nutu solo maris sæuitiã soluit. Ne sis aũt pusillo animo, quòd licẽt sepe rogaueris, nõ tamen sis exauditus. Habet.n. hanc cõsuetudinem deus. An nõ potuit ipse tres pueros liberare, ut non iniicerentur in caminũ ignis? sed cũ in seruitutem redacti, cũ in regionem Barbarorum abducti, cũ paterna hæreditate priuati essent, cũ ab oibus ignorarẽtur, & nihil eis penitus relictum esset, tunc deniq; Christus uerax deus repentè mirabili opere dispersit ignẽ. Ignis.n. nõ ferens iustorũ uirtutẽ exilijt foris, & Chaldæos, quos circa caminũ inuenit, incendit, fuitq; illis postea caminus pro ecclesia. Vnde & oẽs creaturas aduocabant, tam uisibiles q̃ inuisibiles, angelosq; ac uirtutes, & omnia complexi, dicebãt: Benedicite omnia opera domini dominũ. Vides qũo patientia sanctorum, ignẽ in rorem cõmutauit, tyrãnumq; ita placauit, ut in oẽm orbem terrarum literas mitteret? Magnus deus, inquit, Sidrack, Misak, & Abdenago. Et ecce quãta seueritate præcipit, statuens, quòd si quis uerbum aduersus illos dixerit, domus eius cõfiscetur, facultatesq; diripiantur. Ne igitur mœsto & pusillo animo fies. Etenim ego cũ à ciuitate fugarer, nihil horũ curabã, sed dicebã intra memetipsum: Si quidẽ uult regina me exulem, agat in exilium. Domini est terra & plenitudo eius. Et si uult secare, secet. Idem passus est & Esaias, subscribar illi. Si uult in pelagus me mittere, Ionæ recordabor: si uult in caminũ inticere, idẽ passi sunt tres illi pueri. ¶Si me feris uult obiicere, obiiciat: Danielis in lacũ leonibus obiecti recordabor. Si me lapidare uult, lapidet me. Stephanũ habeo primũ martyrem sociũ. Si & caput tollere uult, tollat: habeo socium Ioannem Baptistam. Si & substantiã auferre, auferat. Nudus exiui de utero matris meę, nudus etiam abibo. Me admonet Apostolus: Hominis personam deus non accipit. Et si adhuc hominibus placerem, seruus Christi utiq; nõ essem. Armat me & Dauid dicens: Loquebar coràm regibus, & non cõfundebar. Multa quidem aduersus me confixerunt, & dixerunt,

Dan.3.c M *Ibidem.g* P *sa.23.a* *In argumẽto Esaiæ.* *Ionæ.1.d* *Dan.3.d* *Ibid.14.f* *Acto.7.g* *Mat.14.a* *Iob.1.b* *Act.10.c* *Gala.1.* *Psa.118.f.*

A quòd ad cõionem non ieiunos receperim. Et si quidem hoc feci, expungatur nomẽ meũ ex albo episcoporũ, & non scribatur in libro orthodoxæ fidei. Quo niam ecce si tale quid admisi, abiiciat me ẽt Christus è regno suo. Si aũt pergunt hoc mihi obiicere & con-
Act.16.f tendere, deponant & Paulum, qui postquã cœnauit,
Luc.22.b totam domũ baptizauit. Deponãt & Christũ ipsum, qui postquã cœnatum est, apostolis cõionem dedit. Dicũt, quòd cum muliere dormiuerim, exuite me, & inuenietis membrorũ meorũ mortificationem. Sed hæc omnia per inuidiam excogitarunt. Iam multum contristaris frater Cyriace, quòd illi nos in exiliũ abegerunt, ipsi aũt in concione fidenter ambulant, & loquuntur, multitudineq; satellitum stipantur. Verùm hoc loco mente uersa Lazarum & diuitem. Vter illorum hoc seculo afflictus? uter fructum accepit? Quid nocuit illi inopia? Nonne quasi athleta & uictor in sinus Abrahæ abductus? Quid profuit huic opulẽtia, & quòd in purpura & byssо uitam egit? Vbinam qui fasces gestabant? ubi satellites? ubi equi aureis frenis? ubi parasiti, & regia mensa? Nõne ut latro uinctus in
B sepulchrũ abductus est, nudam animã exportans, &
Luc.16.c clamans uana uoce: Pater Abrahã mitte Lazarũ, ut riget, & refrigeret summitate digiti linguam meã, quia grauiter torqueor? Cur patrẽ uocas Abrahã, cuius ui tam nõ es imitatus? Ille oẽm hominem in domo sua hospitabatur, tu aũt neq; inopis curam habebas. Nõ est plorandũ & stendum, quòd diues ille aquæ gutta dignus nõ habetur? Micas cadentes de mensa, pauperi non dedit: quid mirum, si nunc guttam aquæ non accipit? Hyeme non seminauit misericordiam, uenit æstas, & nihil messuit. Est & hæc dispensatio domini, ut quando impios punit, & iustos remunerat, mutuũ se uideant & cognoscãt. Etenim nunc martyres, suos quiq; tyrannos agnoscent, & tyranni suos quos afflixerunt martyres. Neq; mea uerba sunt hæc, sed sapien
q.5.a tis, qui dicit: Tunc in magna fiducia stabit iustus aduersum eos, qui se afflixerũt. Nam sicut si uiator, qui in æstu & calore ambulat, inuenitq; fontẽ lympidum siti flagrans: & magna fame laborans, exhibita mẽsa omnigenis dapibus instructa, prohibeatur à potẽtio re aliquo, ne mensam uel fontẽ contingat, nẽve cibis
C & aqua fruatur, ualde graui dolore afficitur: Ita & in die iudicij uidebunt impij sanctos lætari, & ipsi mẽsa regia frui non poterũt. Ita & deus Adamũ punire uolens, fecit eum è regione paradisi terrã operari, ut locum illũ desiderabilem quotidie uidẽs, maiorẽ in anima dolorem haberet. Cæterũ nos, quanuis hìc non conuenimus mutuum: attamen alibi nullus est qui prohibeat, ne simul uersemur. Videbimus sanè eos, q in exilium nos miserũt, sicut Lazarus diuitẽ, & martyres tyrannos. Ne igitur animo cõficiaris, sed esto memor prophetæ dicentis: Subsannationem hominum ne timueritis, & ab improbitate eorũ ne uincamini. Nã sicut lana à tinea deuorabuntur, & sicut uestes uterascent, Cogita aũt & dominum, qũo statim à cunabulis persecutionẽ tulerit, & in terram barbarã fuerit missus. Qui terrã continet, factus est nobis figura, ne deficeremus in tentationibus. Recordare passionum saluatoris, & iniuriarũ quas tulit pro nobis. Alij eum Samaritanum uocabant, alij dæmoniacum, & uoracem, & pseudoprophetam: dicebant enim, Ecce homo uorax & uini potor: &, In principe dæmoniorum dæmonia eiicit. Quid aũt quòd duxerunt eum, ut præcipitarent? Quid, quòd in faciem eius cõspue-
runt, & alapas ei dederunt? Quid, quòd aceto & felle D
potarunt, & arundine caput eius percusserunt? Quid, *Mat.15.b*
quòd eum circundederunt chlamyde, & spinis coronauerunt, & supplicando, omniq; alio irridendi genere deriserunt, circundederuntq; eũ sanguinarij illi canes? Quid, quòd ad passionẽ ductus, & nudatus, dereliquerunt q; eum oẽs discipuli? Et unus quidẽ negauit, alius etiam prodidit, alij aũt omnes fugam' inierunt, & solus ipse steterit nudus in medio illarum turbarum, quas festus dies coegerat: & quòd ut malefactorem in medio malefactorum eum crucifixerunt: & quòd sepultura carens pendebat, neq; deponebãt ipsum à cruce donec precibus à quodam impetratus, qui eum sepeliret: & quòd sepulturam nõ habuit, cõuiciaq; mala aduersus eum pronunciabãt, & inter cætera, quòd discipuli ipsum furati essent, & quòd non *Mat.28.c*
resurrexisset. Cogita item apostolos, quòd ubiq; persecutionem ferebant, & occultabãtur in ciuitatibus, nõ ualentes in aperto ambulare: & qũo Petrus apud *Acto.9.g*
Simonem coriarium, & Paulus apud mulierẽ purpu- *Ibid.16.e*
rariam latuerint: neq; enim diuitibus fidere audebat, sed post hæc facta sunt omnia prospera: ita & nunc. E
Igitur ne sis tristi animo. Audiui enim & ego de deliro illo Nectatio, quem regina in throno collocauit, quòd afflixerit fratres & uirgines nõ uolentes sibi cõmunicare, & quòd multi illorũ propter me in carcere mortui sint. Nam lupus ille est in agnino habitu, & personã gerit episcopi, cũ sit adulter. Nam sicut adultera est mulier, quæ uiuente uiro alteri se cõiunxerit: ita & ille non carnalis, sed spiritualis est adulter, qui me uiuo sedem meæ ecclesiæ inuasit. Hęc tibi per epistolam significata sint à Cucusis Ciliciæ, quo loco regina me exulem manere iussit. Porrò in itinere multa aduersa mihi acciderunt, quæ nõ curauimus. Vbi aũt in Cappadociæ prouinciã Taurociliciam uenimus, multi sanctorum patrum chori nobis occurrerunt, in primis examina monachorum & uirginũ, iuges lachrymarum fontes effundentiũ & flentium, eò quòd in exilium nos proficisci uidebant, dicebantq;: Tolerabilius fuisse, si Sol radios suos retraxisset obscuratus, q̃ quòd os Ioannis tacuit. Turbauerunt & afflixerunt hæc me nõ parum, eò quòd omnes propter me flentes uidebam: alia enim omnia nõ admodũ curabam. Episcopus autem huius ciuitatis me perquàm F
humaniter excepit, multamq; in nos declarauit charitatem: atq; adeò si licuisset, sede sua nobis cessisset, nisi nos à patribus præscriptam legem obseruassemus. Oro, & supplico, genuaq; tua contingo frater, abiice luctũ mœroris tui, & nostri apud deũ memor esto, nobisq; rescribe precor.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *ad episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos, epistola.*

Eati uos ob carcerẽ, ob catenas, ob iniecta
b uincula: beati inquam, & ter beati, immo sæpius. Totum orbem uobis cõciliastis. Etiam lõgè absentes, amicos uobis fecistis. Vbiq; terrarũ & mariũ canuntur uestra præclara facinora: fortitudo, constans fnia, animusq; minimè seruilis. Nihil quod alijs uidetur graue, uos deterruit: non tribunal, non carnifex, non tormentorũ coaceruationes, nõ minæ, quæ innumeras mortes nunciabant: nõ iudex q ignẽ ab ore flabat, nõ aduersarij qui frendebant dẽtibus,

G & innumeris alijs insultādi modis gestiebant,nō tantæ calumniæ,non impudentissimæ accusationes, nō mors antè oculos quotidie proposita,sed hęc oīa uobis uberem potius ac sufficientē consolationis materiam prestitere.Et idcirco clari quidē uos & celebrāt, ac prędicant uos oēs,non amici solū,sed & inimici ipsi,qui hæc effecerunt.Eorū siquis introspiciat cōscientiam,licèt nō manifestè fateātur,inueniet ēt apud ipsos uestrū miraculū magnificari.Tanta res est uirtus, ut illam ēt impugnantes admirētur.Tanta res est malitia,ut etiam ij qui eā operantur,condēnent.Et ita in hac uita res uestræ se habent. Quæ aūt in cœlis fiūt, quis sermo dignè explicabit? Inscripta sunt nomina uestra in libro uitæ:cū sanctis martyribus cōnumerati estis.Scio hęc ego certò,non quòd in cœlū trāscenderim,sed è diuinis oraculis didici. Nam si Ioānes ille insęcundæ fructus,& eremi ciuis,nuptijs in quas pecabatur,patrocinatus est:& cū prævaricatione corrigere nō posset,arguit tamē,& propterea in carcerem coniectus, & decollatus, martyr, & martyrū primus est.Vos qui legibus,& cōstitutionibus patrum,quas
H transgrediuntur aliqui,& sacerdotio,quod inuadunt & contaminant,patrocinamini,& pp ueritatem hæc patimini,ut cessent ipudentes calūniæ:cogitate qua-
Mat.6.c lem accepturi sitis mercedē. Nō licet tibi habere uxorē Philippi fratris tui,dixit fortis & sublimis ille satisq; ei fuit ad recentē arguendi libertatem. Locuti estis & uos,Et exposita sunt ēt uestra corpora pœnis, suppliciis,tormentis.Nondū decapitati estis,sed longè acerbiora tulistis.Non.n.idem est breui tēporis momēto caput amittere,& tanto tpe cum talibus luctari dolo-
ribus,terroribus, minis, uinculis, abductionibus ad tribunal,carnificū manibus,sycophantarū impudentissimis linguis,conuicijs,falsibus,& dicacitatibus. Nā & hoc maximum certaminis genus, ponitur; à bea-
Heb.10.f to Paulo in magnorū certaminum ordine,cū sic ait: Recordamini dies pristinos,in quibus illuminati, ingens certamen afflictionum sustinuistis. Deinde certamē narrans,ipsum ponit sic dicēdo:Partim opprobrijs & afflictionibus spectaculo estis,partim cōmunicantes his,qui sic affliguntur. Si ergo qui cōmunicant,certant:multò magis qui sustinent.Non.n.unā,
I aut duas,aut tres,sed lōgè plures sustinuistis mortes. etsi non experientia:certum tamē quòd animo. Gaudete igitur & plaudite.Dominus cœlorū iusit nō solùm nō dolere,uel frangi animo,uel decidere,sed gau-
Luc.6.d dere & exultare,quando nomen uestrū tanq; malum eiicient.Quòd si in sycophantijs gaudendū, quando his accedunt calumniæ,uerbera,tormēta, gladij acuti,uincula,catenæ,abductiones,traductiones,inimicorum atroces cateruę,cogitate qualis merces,q̄ coceruātæ erunt retributiones. Gaudete igitur, exultate, uiriles estote, corroboramini,cogitate quot uestro exēplo ad certamina armatis, quantos fluctuabundos cōfirmatis,quantos spiritus resuscitatis. Nā afflictionibus uestris multū profuturi estis,nō solùm præsentibus,sed & absentibus:nec his solū qui uidēt, sed & his qui audiunt.Cotinuò uersetur in ore uestro
Rom. 8.d illud apostolicum dictū:Non sunt æquales afflictiones,quæ nunc tolerātur, ad futuram gloriā in nobis reuelandam.Expectate:breuì tentationū finis erit liberatioq; perfecta.Orate ēt iugiter pro nobis.Nā etsi uiarū prolixitate longè diuersis locis habitamus,mulq; tpe à uobis segregati sumus:attamē uos ut præsentes & cōuiuentes nobis deamamus, uestrū amicū caput exosculamur,coronatos uos expāsis manibus K excipimus.Expectate ēt uos ex mutua erga nos charitate lucrū uestrū maximum. Nā si magnā mercedem expectare licet his, q uos amant:cogitate quales uos, qui tantis claretis uirtutibus,manēt retributiones.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD *Theodorum lapsum paræneſis prior, uel de reparatione lapſi,liber unus:uiro quodam docto interprete.*

Vis dabit capiti meo aquā,& oculis meis fon- Hier.9.a
q tem lachrymarū?Quod in tpe quidē nunc dixerim, lōgeq; tēpestiuius, q̄ tum propheta ille:tametsi multas ciuitates deflere,aut uniuersas gentes,consiliū non est.Animā tuam deploro, numerosissimis adeoq; amplissimis populis adæquatā dignitate,immo multis nominibus digniorē.Quandoquidē unus iste melior est,qui dei uoluntatem amplecti tur,q̄ sunt decē milia transgressorū. Melior nimirū, & tu pridē fuisti infinitis Iudæorū milibus. Qua de causa nemo mihi uitio uerterit, si ex propheta luctū acerbiorē assumam,altioremq; dolorē ostēdā. Equidem L
nec ciuitatem aliquā euersam lugeo , neq; uiros iniustos in ius uictoris coactos. Quinimmo sacrā animā lugeo destitutā esse,deploratamq;, ac templū demolitum atq; extinctū,cui Christus nuper prefuit, hoc est ornatum cogitationis istius,quem modo exusit diabolus.Quis honestus & clarus non ingemuit, qui incidit in ploratum prophetæ,qui animaduertit barbaram manū sancta sanctorū prophanasse , & subiectis ignibus perdidisse omnia,Cherubim, arcam,tabulas lapideas,urnā auream. Atqui damnū istud illo est tātò perniciosius,quò illorum significatio pretiosior,q̄ ad tuam ipsius animā pertinet. Tu es illo sanctius tēplum,quod neq; auro,neq; argento, sed ex gratia spiritus resplenduit:& in uicem Cherubim, atque arcæ, Christū & huius patrem,simul atq; consolatorem habuit couuersantē intra ipsum,at non amplius habet. Vastū nunc est desertum, ac deformis nuditas à pulchritudine ac decore pristino,quādo diuinū & incredibile ornamentum detractū est. Desertū plenū periculis,ac sine custode.Ibi nec ianua,nec pessulum,om
nia oībus patent corruptoribus animæ,turpibus ani M
mi diiudicationibus.Si superbia,si scortatio,si habendi libido aditum captat,nemo prohibebit . Principiò quemadmodū cœlū est inaccessum omnibus,ita fuit puritas cogitationis tuæ.Et fortè uideor incredibilia dixisse ijs,qui uident destitutionē tuā,& subuersionē: Psa.xii.a
propterea doleo & lugeo,nec in hac aduersitate cesso,quouscq; te in pristina alacritate uidero. Hominib⁹ hoc esse supra uires apparet,deo tamen omnia in manu sunt.Is est enim qui erigit è terra mēdicū,& è stercore exaltat pauperē,ut sedeat cū principibus cū principibus populi sui.Is est qui facit incolere sterilē in domo,matrem pp liberos lætantē. Itaq; ne desperes ad optima cōmutari.Quòd si cacodæmō tantū potuit, ut te à uertice illo & fastigio uirtutis in extremū malitiæ detruderet:multò magis deus in pristinā te poterit uindicare libertatē, neq; in eam solū,sed tibi multò feliciorem,q̄ fuit prior,perficere.Tantū ne relabaris,ne excindas spes amplas,ne in te admittas,quę impijs accidunt . Nunquam enim peccatorum quālibet exuberans copia in desperationem coniicere solita fuit , sed cum illis impiam habere animam . Propterea Salomon non dixit simpliciter, Quisquis uenit

in profundum

A in profundum malorū,cōtemnit:sed nominatim,in-
Pro.18.a quit,impius:quia illorum tantū est ille morbus,postquā in profundū malorum descenderunt.Et hoc est, quod nō permittit eos respicere,neq; eò reuerti,unde exciderant.Nam flagitiosa disceptatio perinde atque collarium incumbit in animæ ceruicē & compellens oculos in terram demittere, prohibet ne ad dominū suum suspiciat.Atqui uiri est perquā generosi,planeq; admirabilis conterere hmōi lignum, & impositū sibi lictorem deturbare, adeoq; dicere prophetæ uerba:
Psa.122.a Quemadmodū oculi ancillæ in manus dominæ suę, sic oculi nostri ad dominū deum nostrū,donec misereatur nostri. Miserere nostri domine, miserere nostri:quoniā multifariā repleti sumus despectione.Hęc sunt diuinæ disciplinæ,& supremæ philosophiæ uerè dogmata.Repleti sumus,inquit,despectione,& infinitis rerum tristiū procellis quatimur, neq; tamē prohibemur à suspiciendo ad deū. Et priusquā nacti fuerimus postulata,nō intermittimus eum orare. Hoc est nimirum animi generosi,nō consternari, nec à spe discedere propter uim incidentium malorū: neq; referre pedē,propterea quòd subinde precādo nihil emo-
B lumēti persensit,sed perdurare quoad misereatur nostri,iuxta beati Dauid sniam. Quare diabolus in uarias desperationis cogitationes nos immittit,quò excludat in deum expectationem, hoc est,ancoram tutam,substantiā uitę nostrę,manuductionē in ea uia,
Rom.8.c qua in deum ferimur,salutem perditarū animarū. Ipsa enim spe,inquit,seruabimur. Siquidē ea ipsa est catena aurea & firma, qua de cœlo propensa subducimus animas nostras:quæ breui sursum in illud summum fastigiū retracta,eos qui ipsam fortiter manib⁹ seruant,euellit & rapit supra fluctus p̄sentis uitæ, omnium longè periculosissimos. Quamobrem qui mollis per indulgentiam hanc sacrā ancoram amittit,cōtinuò decidit & suffocatur,submersus in profundum malitiæ. Quę cū agnouit uersipellis,posteaquàm ipsi nos cōscientia malorum operū onerauimus, tum ille reuersus,ingerit cogitationē omni plumbo grauiorē, qua uergimus ad extremā salutis desperationē: qua semel suscepta,cōtinuò deprimimur pōdere,& omissa catena illa,delabimur in ultima malorū,Quo in re
C rum statu dudū es,qui reiecto mandato domini tam māsueti,tam humilis,istius tyranni & sine fœdere nostram salutem impugnātis atrox imperium sustines. Benigno iugo dissipato, abiectoq; leui onere, in uicē illorum ferreis uinculis collū insertasti . Et quod amplius est,lapidē molarem,quem asinarium nomināt, de tua ipsius ceruice depēdisti. Vbi igitur subsistes in posterum, qui demersisti in tam uastū mare animam miserrimam,cum ipse tantam tibi necessitatem, quæ continuò deorsum cogit,ultro induxisti.Mulier itaq; illa quando inuenit unam drachmam,uicinas cōuocauit participes lætitiæ : Gratulamini mihi,ait:Equidem amicos omnes & meos, & tuos in rem planè diuersam conuocabo,nō dicam gratulamini mihi,sed lugete mecum,ploratus illos assumite,ac tristè & flebile quiddam nobiscū exclamate. Maximam nimirū iacturam fecimus,non quia tot aut tot auri talenta è manibus exciderunt, neq; quòd magna uis lapidum pretiosorum,sed quòd is qui omniū illorum est pretiosior, nauigās nobiscum hoc mare magnum & uastissimum,nescio quo pacto excussus , ad profundū perditionis prorui.Si qui me tentarint à luctu seduce
c.22.a re,ijs hæc uerba prophetæ respondebo, dicēs:Omittite,me amarè flebo,consolari me nō potestis.Equi- D
dem huiusmodi luctum lugeo,qui nobis immensam uim lachrymarum adduxit,de quo haud dubiū neq; Paulum,neq; Petrum puduisset lugere ac plorare,omni consolatione reiecta. Quandoquidem hanc communem mortem deplorantibus,quispiam facilè paucis multum animi reddit . Cæterū quando uice corporis anima morti succumbit, infinitis confecta uulneribus,ubi cum morte bona forma, quæ prius apparuit,& habitus & pulchritudo omnis extincta est? quis tam durus,tam alienus à cōdolendi affectu, qui in locum fletus, & lachrymarū sermonē se solantem queat adducere?Quemadmodū illic non lugere,ita è diuerso hic lugere,philosophiæ est. Qui ad cœlū peruenit, qui seculi huius uanitatem irrisit , qui formam corporum nō aliter atq; lapideum simulachrum inspexit:qui aurum ut lutum,delicias omnes uti cœnū contempsit , ille nobis ex insperato , febre correptus absurdæ concupiscentiæ,sanitatem,uirile robur,speciem omnem perdidit,seruusq; factus est uoluptatū. Hūc itaq; num iure obsecro deplorabimus?num plangemus,donec eum nobis iterum asseramus? Alioqui E
quis esset in nobis sensus humani animi?nam corporeæ mortis destructionem nemo hìc inueniet, id tamen lugentes à lamentis nihil cohibet.Cæterū unius Psa.6.b
animæ mors hìc aboleri contingit . In inferno enim quis,inquit,confitebitur tibi? Quo igitur pacto non maximi est flagitij,tam incuriosè ferre animæ interitum? Qui corporis mortem lugēt,tanta id solent uehementia, quanquam uident quòd defunctū lachrymis in uitam reuocare nequeāt:& nos nihil tale exhibemus , qui scimus spem esse de anima in pristinam uitam reducenda.Siquidem complures & hac tempestate, & progenitorū nostrorum seculis , qui ordinis sui desertores,& è frequentata uia præcipites euntes, tanta alacritate resurrexerunt: ut priora sequentibus facilè celarent,palmamq; corriperent, ac redimiti corona cum uictoribus prædicarentur,ac in cœtū beatorum allegarentur . Quandiu tamen quis in fornace uoluptatum consistit, etiam si exemplis abundat infinitis,ipsi res esse supra uires apparet : cæterū si uel leuiter cœpit illinc egredi,identidem procedens, uim
ignis à tergo relinquit,uidetq; ante se,& ad pedes pro F
pemodum uiam roscidam,atq; eximię facilitatis,tantum ne desperemus,ne dubitemus,de reditu ad superos.Etenim cui deest fiducia,is frustra possidet uel infinitam ac fortissimam animi promptitudinem . Ianuam enim sibi resipiscendi semel obfirmauit , & ad curriculum aditum intercluſit.Quis potest autem foris manens præclarum facinus designare? Quapropter malignus nihil non tentat, quò nobis hanc diffidentem cogitationem inferat. Etenim non est sudādum ei,neque amodo opus habet industria , ut nos oppugnet,nimirum lapsos & iacentes, quibus nec reluctandi consilium supereſt . Qui uerò uinculis magna ui ruptis receperit pristinum robur , & in rebus istis perditissimis non est acturus quietem,sedulò diabolo reluctās,sit uel millies lapsus,surget iterū,& hostem conficiet.Cæterùm qui cogitatu desperationis impeditus, animoq; fractus est,quomodo abibit uictor? quomodo reluctabitur? quin abiecto , quod aiunt,clypeo,mox fugam capescit.Caue dicas,ijs tātùm ueniæ locum concedi,qui modicè deliquerunt. Nam finge,si lubet,aliquem uniuersa malitia tedundantem,qui patrarit omnia,quę à regno excludunt,

G is ut demus non sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit, acceptusq; deo: postea uerò factus scortator, adulter, mollis, pædico, fur, ebrius, calũniator, aliaq; id genus flagitia sedulò committat, equidem illi non ero desperandi author, neq; si perseuerauit ad extremam usq; senectam, cũ infandis illis maximisq; uitijs. Quòd si morbus esset ita dei, nõ iniuria quis à spe decideret, perinde atq; concitata tantis facinoribus flãma deinceps restingui nequeat. Cæterũ diuinum numen quia liberum est à perturbationibus, & punit, & in promeritos animaduertit: neq; tamen ulla ultionis cupiditate unquam tangitur, sed amorem potius ad nos id faciẽs præ se fert, magnamq; curam. Bono esse animo addecet, & confidere de uirtute resipiscentiæ. Siquidẽ illis qui in ipsum deliquerunt, non solet propter suam cõtumeliam immittere, aut quicquam incommodi in hanc naturam inducere: sed omnino ad nostram spectans utilitatem, uidelicet ne peruersitas nostra aut in peius abeat, aut contemnat, despiciatq; illius benignitatem. Quemadmodum is qui è conspectu lucis ultro secedit, ea damnum non dedit, sua po
H tissimum ipsius culpa coniectus est in tenebras: sic qui solitus fastidite uirtutem dei omnia potentem, ex ea quidem nihil mali habet, summum aũt exitium ipse sibi aduexit. Hac de causa deus flagella nobis minatur, & interim adducit, non ut se ulciscatur, sed ut nos ad se trahat. Medicus enim propter contumeliã mente captorum non dolet, neq; mordetur: sed omnia facit, omnia molitur, quæ ad sedandos illorum absurdos mores attinent, non suam spectans, sed illorum utilitatem. Quòd si tenuem ægrotus coniecturã temperantiæ & frugalitatis ostendit, continuò gaudet & lętatur, multoq; accuratius medicinam appouit. non propterea quòd sit uindex, aut quòd expetat pœnas prioris contumeliæ, sed quia tam pulchrum initium prouehere uult, ac absoluere in synceram sanitatem. Non aliter deus postquã nos in extremã cecidimus insaniam, non est ultor ueteris flagitij, sed ut morbũ arceat, omnia dicit ac facit: quod satis à rectis cogitationib⁹uidere est, idipsum contestantibus, cæterũ incredulo nobis de his rebus facilè fidem faciemus ex diuinis scripturis. Nam quis est rege Babyloniorũ sceleratior? Profer aliquem si potes, qui tantam uim diuinæ potentiæ prius acceperat, ut & prophetam adoraret, & ei sacrum ceu deo fieri iuberet: rursum in ueterem superbiam proiectus, eos qui ipsum noluerũt prę ferre deo, uinctos in fornacem accẽsam dedit, nihilo tamen secius hunc tam atrocem ac impium, qui fera potius q̃ homo censendus erat, ad resipiscentiam cohortatur: uariasq; offert occasiones mutãdi animi in melius, primò miraculũ quod in ardente fornace cõtigit: deinde faciem quã rex uidit, & Daniel interpretatus est, quæ idonea erat uel saxum, nedum animã inflectere. Tandem post illam rerum admonitionem, etiam propheta in mediũ fideliter cõsuluit, quãdo dixit: Propterea rex consilium meum tibi gratum esto, peccata tua per eleemosynas redimito, ac iniquitates per commiserationẽ super pauperes, forsitan erit longanimitas delictis tuis. Quid dicis tu sapiens ac beate? Est ne post tantũ casum reditus? post morbũ tam desperatum iterum sanitas, iterum prudentia speranda, post mentem scilicet adeò motam? Omni se respõsione nudauit rex, qua prius esse potuit utcunq; purgatus. Nam antea nesciebat eum, qui ipsum creauit, & qui ipsum in eximiam illam euexit gloriam: quanquam iure habuit tam potentiæ eius, q̃ prouidentiæ K
argumenta recẽsere, quæ plurima sunt facta, tum erga se, tum erga progenitores. Quandoquidem ubi sapientiæ eius & præscientiæ euidentia signa suscepisset, atq; magicam astronomiam, omnemq; diabolicæ insaniæ umbram uidisset subuersam, grauiora priori bus exhibuit. Nam quæ sapientes magi Gazareni exponere nequibant, candideq; profitebantur esse maiora, q̃ quòd iuxta humanã industriam paterent, ea puellus illi reddidit absoluta: quo miraculo eũ sic reduxit, ut non solùm crederet, sed & ut orbi terrarum toti fieret eius dogmatis præco, & magister manifestus. Quare si erat ante suscepta signa uenia idignus, quòd deũ ignoraret: multò magis indignus erit post illa portenta, post cõfessionem eius, post doctrinam erga alios ostensam. Neq; enim parum probè credidit, quòd solus esset deus uerus, qui tantam in seruũ suum gloriam posuisset, quanuis id alijs præcepisset, nihilo tamen secius ab hmõi confessione recidit in idololatriam. Qui pridem prostratus in faciem, dei seruum adorauit, tanto deinde furore correptus est, ut & seruos dei, qui ipsum adorare recusarunt, in fornacem immitteret. Quid igitur? Num deus, sicut erat puniendus, desertorem puniuit? Quinimmo maiora ei argumenta potentiæ tribuit, sedulò reducens à socordi arrogantia in ueterem modestiam: & quod est sanè magis admirandum (neq; enim est cur ob excessum miraculorum minus credas) quæ facta sunt, in nullo alio signum fecit, quemadmodum in camino, quem ille ipse accendit cotra pueros, quos ligatos in eum coniecit. Fuit itaq; flamma supra opinionem ad miraculum usq; exardens. At clemẽtissimus, quo ma
L iore metu illum expauescerẽt, quóve terrore ampliore examinaret, omnemq; excluderet ab eo pertinaciam, id quod est magis obstupescendum, inexpecta tumq; effecit. Siquidẽ permisit eam conflagrare, quãtum ille uolebat, suamq; ostendit potẽtiam moderatam ea prudentia, quæ non dissolueret opus inimico rum, permanẽs tamen inane reddidit ac sine uiribus: ne aliquis cũ eos intra flammas obambulantes uidisset, arbitraretur flammam esse quiddam fictitij, permisit ut combureret illos, qui eos iniecerãt, etiam co
M rigiam calceorũ & stupam, totq; aboleuit corpora. Quandoquidẽ imperio dei nihil est potentius, quem sequitur omnium, quæ sunt natura, ut qui eam ex eo quod non est in esse produxit, quemadmodum tum demonstrauit: nam flamma corripuit mortalia corpora non aliter atq; à mortalibus abstinuit, integrũq; reddidit apud se depositum, idq; multo cũ splendore. Nam quemadmodũ ex regibus reges, ita de camino egressi sunt illi pueri. Nemo ad regẽ dignatus est uel respicere, quin ab illo omnes uisum in hoc incomparabile spectaculum obuerterunt: nec diadema, nec purpura, nec aliud quidpiam regiæ phantasiæ populum adeò promouit, atq; species illorum fidelium, ut per talia ceu per somnium peferre uidebãtur. Quod enim est in nobis maximè infirmum, & abolitu facil limum, nempe capillorum natura: id uelut omni robustius adamante superauit flammas, alioqui omnia deuorantes. Cæterũ ne id quidem solum erat suspiciendum, quòd in medium ignis accepti nihil incõmodi senserunt, sed quia semper locuti sunt. Omnes sciunt qui ardentibus adfuerunt, quandiu habuerũt labia in sermonem soluta, pauliſper quidem ad incendium substiterunt, uisuri quo modo futura esset

Dan. 3.c
Ibid. 1.c
Ibid. 4.c

A ex ore dissoluto discessio animæ. Verũ tot miraculis animaduersis, omnibusq; obstupescentibus tam prę sentibus & spectatoribus, quã absentibus, & illis quicunq; per literas didicerũt. Rex ille qui alios edocuit, perdurauit inemẽdabilis, iterũq; in ueterem reuersus est malitiã. At ne tum quidẽ adeò desperatũ afflixit, quin adhuc animũ continuit, & per somnium, & per prophetã ei consulens. Cęterũ sanè ubi nihilo melior est factus, tum inducit in posterũ flagellum, nec id ue lut ultor præteriti delicti, sed ut futura incommoda præscindat, ut reliquã malitiã arceat: nec dum tamen omnino extinxit, sed paucis annis erudito pristinum reddidit honorem. Pœna quã deus irrogat, nihil dãni dat, sed lucrifecit: quod est inter bona omnia maximum. Solidã enim dat in Christũ tenere fiduciam, & resipiscere à peccatis aduersus illũ commissis. Siquidẽ tanta est dei humanitas, & erga nos amor, nunq̃ auersatur pniam syncerè factam siquis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eum ad uirtutis uiam reducere conatur, & suscipit redeuntẽ, & suauiter amplectitur, nihilq; non facit, quò in pristinam dignitatem reformet. Quodq; est maioris facilitatis argumentũ, etiam
B si non omnem præ se fert pœnitentiam, breuem illã, & exiguo tempore factam nõ abnuit, sed magna pensitat mercede: id quod manifestum est ex ijs quæ de
Esa. 57.d populo ludæorũ alicubi dicit Esaias: Propter peccata pauliſper cõtristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meã ab eo, & ipse cõtristatus sum, & ambulaui mœstus, & sanaui eum, solatus sum eũ. Testor uos, quòd rex ille impientissimus, qui propter mulierẽ factus est maximè deditus peccatis, ubi semel dũtaxat luxit, & saccũ indutus agnouit scelera sua, usqueadeo
Ibid. 21.g dei misericordiam arripuit, ut euitaret omnia mala, quæ tum ei imminebant. Nam deus Heliæ dixit: Vidi quomodo compunctus est Achab à facie mea, non inducam malũ in diebus eius. Post hunc Manasse cũctos insania anteiuit, ac tyrannide, legalẽ euertit cultum, templum clausit, idolorum errorem deo aduersum inuexit, uniuersis qui ante se uixerunt impietate præstans. Is posteaquã aliquando resipuit, relatus est in numerũ amicorum: si conspecta imagine suarum iniquitatum de reditu desperasset, ac de immutatio-
C ne, decidisset profectò ab his bonis, quę postea obuenerunt: nunc uerò quia perpendit, q̃ exiguum sit, uel excessus tantus suorum peccatorum respectu infinitæ cõmiserationis dei, diaboli uincula dissipauit, eua sit uictor, bonum cursum consummauit. Cæterùm deus non solũ per ea, quæ in hunc facta sunt, sed per
Esa. 54.b uerba prophetæ eliminauit cogitationem desperatio nis. Hodie enim, inquit, si uocem eius audieritis, ne obfirmetis corda uestra sicut i exacerbatione. In hũc modum hodie nobis per oẽm uitam dicẽdum est, & si libet ad senectam usq;. Non enim ad temporis rationem, sed iuxta affectum anima solet diiudicari pœ
Ibid. 3.d nitentia. Niniuitæ non multis diebus precati, ut peccatum eorũ deleret, diei tempus exiguum potuit uni uersam eorum abolere iniquitatem. Et latro haud lõgo tempore ingressum paradisi impetrauit. Quacunque quis hora se deiiciens, uel unum dixerit uerbum,
Hier. 23.c in eo momento totius uitæ peccata simul absterſit, atq; ante apostolos officij grati præmium suscepit. Videmus etiam martyres non ita multis annis, immo paucis diebus, adeoq; non rarò intra dieculam splendidas consecutos coronas. Quapropter ubiq; nobis opus est alacritate, sedulo affectu: itaq; paremus cõ
scientiam, ut tanta uehementia cùm ueterem odisse D
malitiam, tum diuersam elegisse uiã uideamur, quantam deus nobis imperat ac requirit, nihil ob temporis breuitatem habeamus minus, quãdo multi ex postremis ardenti studio se priores præuenerunt. Neq; enim graue est hominem cecidisse, sed lapsum iacere, nec resurgere conari, ultro perferre malum, torpereq; ob desperationis sermonẽ, & morbum corrupti iudicij prædicare graue est. Cõtra quos exardens prophe
Hier. 8.b ta dixit: Nõ qui cadit, non resurgit: nec qui auertitur, nunquã reuertitur? Si quem à nobis requiris, qui post susceptam fidẽ sit prolapsus animaduertas quòd de hoc etiam illa dicta sunt: nam qui cecidit, ex eorũ est numero, qui prius steterunt, non qui iacuerunt: nam qui iacet, quomodo is potest cadere? Verũ alia quoq; dicuntur per parabolas, per manifesta facta, nedum
Luc. 15.a uerba. Ouis illa quæ separata fuit à nonagintanouẽ, moxq; inuenta & reducta, quid aliud nobis demonstrat, quàm casum & reditum? Quoniã ouis erat non alieni pastoris, de reliquarum erat grege, priusq; sub eodem pastore pascebatur: & errauit neutiquã casu, sed per montes & saltus, hoc est per uiam longã, de-
E flectentemq; à recto. Quid? num neglexit errantem? Nequaquam, reportauit eam impositã humeris suis, non egit ante se, nec uerberauit. Quemadmodũ opti mi medici difficili diuturnoq; morbo decumbentes, uarijs medicinis ad sanitatem restituunt, non semper utentes arte: interim enim nõnihil cupientibus diuersa obsecundat: sic deus uehementer corruptos non impellit magna ui ad uirtutẽ, sed mansuetè & sensim promouet: immo plerunq; portat, ne immanior scissura fiat, aut error productior. Non est unum hoc si-
Ibidem. c mile, quod hmõi doctrinam cõfirmat, parabola etiã de intemperante puero stat ab eadem, qui non erat patri alienus, utpote filius, & fratri pueri acceptissimi, nec in malitiam casu incurrit: quinimmo sciens prudensq;, ut sic dicam, in alterum littus malorũ prorupit, diues, liber, bene natus, omnibus seruis, omnib⁹ mercenarijs, nedum hospitibus factus est calamitosior: atqui redditus est pristinæ dignitati, amissamq; gloriã recuperauit. Si de uita desperasset, ac de his rebus, quæ ei cõtigerunt, ambiguus in aliena resedisset
F regione, orbatus fuisset nimirũ bonis illis, quæ mox obuenerunt: periisset fame, mortemq; obisset omniũ maximè miserabilem. Verũ quia pœnituit, nec diffisus est super reditu, è tanta corruptione in priorẽ claritatem commutatus, amicitur stola pulcherrima, fruitur potioribus, quàm frater à lapsu immunis. Tot annos, inquit, seruio tibi, & nunquam præceptũ tuum
Hier. 23.c sum prætergressus, nec mihi unquam hœdum dedisti, ut cum amicis meis lętarer: at postquàm filius ille tuus, qui deuorauit substantiam suam, uenit, occidisti ei uitulum illum saginatũ. Tanta est uirtus pœnitentiæ. Tam præclaris itaq; exemplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuemus de mutandis nobis in melius, quin magna fiducia dicamus: Pergamus ad patrem, appropinquemus deo, is nequaquam nos auersabitur. Atqui nos consultò, de
Esa. 59.a ditaq; opera procul ipsos seiungimus'. Deus autem, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Quemadmodum per prophetam iterum exprobrat: Non, inquit, peccata uestra diuidant inter me & uos. Quare cùm peccata nos longè dirimunt à deo, tollamus necesse est ea, ceu interuallum molestissimũ, quod nos propiores fieri prohibet. Audi, iam in rem

G præsentem duceris. Apud Corinthios uir quidam in
1.Cor.5.a signis patrauit peccatū, quale nec apud ethnicos no
minabatur: is erat fidelis de familia Christi: sunt qui
eū fuisse sacerdotem quoq; autumant. Quid tū? Paulusne à spe illorum qui seruabuntur, eum deiecit? Ille
inquam Paulus, qui in supioribus & consequentibus
toties expostulat cum Corinthijs hunc non esse rece
ptum in pœnitentiā, ostensurus deniq; nullū esse pec
catum, quod medicinā refugiat, iterum loquitur de
1.Cor.5.b eo qui grauius, q̄ gentes peccauerat: Tradite, inquit,
eum satanæ ad interitū carnis, quò spiritus saluus sit
in die domini Iesu. Id quidē ante pœnitentiam dixit.
2.Cor.2.b Mox ut resipuit: Satis est, inquit, istiusmodi homini
increpatio hæc, quæ facta est à pluribus. Et scripsit
ut eū consolarentur, ut resipiscentiæ locū darent, ne
eum in satanæ potestatem trāsire contingeret. Item
Galatę gens perfecta, post susceptā fidem, post signa
per se facta, post multas tētationes propter fidē Chri
sti exuperatas, lapsi sunt, iterūq; resurrexerunt: siquidem claruerunt miraculis, quemadmodū idem ma
Gala.3.a nifestat. Qui igitur uobis, ait, præbet spiritū, & opera
H tur uirtutes in uobis. Multa fidei certamina decerta-
Ibidem. runt, quod sic docuit: Tā multa, inqt, passi estis frustra, si tamē & frustra. Post tanta uirtutis incrementa
graue flagitium cōmiserunt in hoc, quod à Christo
diuerterūt, de quo uidetur ille dixisse: Ecce ego Pau-
Gala.5.a lus dico uobis, si circuncidamini, Christus nihil uo-
Ibidem. bis proderit. Et iterū: Quicunq; à lege iustificamini, à
gratia excidistis. A lapsu tam pernicioso, perq̄ amanter eos recepit: nā dicit Filioli mei, quos iterum partu
Ibidē.4.c rio, donec formetur Christus in uobis, ostendit nimi
rum uel ab ultima destructione posse Christū superiorem reformari in nobis. Non uult. n. mortem pec
Exec.18.g catoris, sed ut reuertatur & uiuat. Reuertamur itaq;
amicū caput, & uoluntatem dei perficiamus. In hoc
quidē nos creauit, ac in istud esse produxit, quo nos
æternis bonis participaret, utq; tribueret regnū cœlo
rum, non ut in gehennam detrudat, aut ignibus de
dat, qui quidē facti sunt propter diabolum, nō propter nos, non aliter atq; nostri gratia paratum est regnum cœlorū. Vtrunq; subindicat cū dicit illis, qui à
Mat.25.c dextris adstabunt: Venite benedicti patris mei, possi
I dete regnū paratum uobis ab exordio mundi: à sinistris autem constitutis, Discedite à me maledicti in
ignem æternū, qui paratus est: non addit, uobis: sed
diabolo & angelis eius. Qua de causa, nō est gehenna instituta propter nos, sed propter aduersarium &
angelos eius: regnum aūt cœlorū ab exordio mundi
propter nos adornatū, modo ne nos rēddamus indignos ad hæc, ut cū sponso ingrediamur: quandiu. n.
hic sumus, ēt si peccamus decies millies, semper erit
spei locus, oia dabitor abluere scelera dignam exhibentibus pœnitētiam. Cæterum siquādo hinc abierimus. nondū consecuti uehementissimam pœnitentiam, manebit nos quiddā acerbius: nam tum uel dē
tibus frendemus, uel plāgemus, uel rogemus infinita, sed ne sūmo quidem digito paulūlū quidam refrigerij quidpiā destillabit ardētibus nobis: qn eadem
audiemus, quę quondā diues ille, nēpe magnū esse
Luc.16.g hiatū inter nos & uos. Redeamus itaq; ad frugē meliorem moneo, dū hic degimus, & agnoscamus dominū sicut agnoscre fas est. Etenim non est cur alibi
speremus pniam, in inferno constituti, quo in loco
pharmacum hoc infirmum est: hoc autem seculo,
etiam in extrema senecta impositū, miram uim præ
dent in

se fert. Vnde diabolus omnem, quod aiunt, lapidem K
mouet, quò in nobis altè radicē agat cogitatio despe
rationis. Quando quidē nouit quālibet exiguū pœnitu
erimus, nullo id pacto facturos indonatos à deo.
Quemadmodum. n. malitia subfrigida, si incidit, imminētem habet retalionem: sic actus pœnitudine sū
per commissis à se, quanq̄ idoneam delictis pœniten
tiam non exhibet, æqualem tamen illi quam habet,
quantulacunq; est, retributionē sentiet. Etenim nihil
bonorū, sit uel minutissimum, à iudice neglectū erit.
Mat.12.c Quādo peccata tanta cura disquiruntur, ut de uerbis
& cogitationibus pœnam attemperet: quantò accuratius bonorum operum tam insignium, q̄ obscurorū rationem habebit illis temporibus? Quare si uires
nō sufficiunt ad amissam diligentiam reuerti, & fortè
præsens morbus, libidoq; te destituit, nihil adhuc deploratū uidetur, modo initiū rei feceris, atq; ad certa
men aditum recluseris. Quanto tpe ante uestibulum
oberras, optimo iure omnia tibi difficilia ac desperata uidebuntur: ante nimirum experientiam res facilli
mè, maximeq; parabiles, arduæ difficultatis speciem
præbere solent, deinde ubi facto periculo paulùm in L
troserpsimus, & animum pduximus, pro tremore,
pro desperatione cōfidentia subit, diminuit timorem
facilitatem auget, spes amplas confirmat: ppea malignus Iudam inde seduxit, quò minus facto feliciter
initio, redierit per pniam, unde prolapsus erat. Equidem dico quod supra ueri fidē alijs apparet, ne illud
quidem peccatum Iudę esse maius, q̄ auxilium quod
nobis à pnia uenit. Quare rogo & obsecro, omnem
satanæ cogitationem à septis animæ procul arceas,
atq; ad hunc penetres portum salutis. Si uno uelut nisu ad summum illud fastigium conscendere iuberem
haud iniuria grauatim tentares, propter permistam
rei difficultatem: quando uerò tātulum duntaxat in
præsentia requiro, non dico quantum malis peractis
debetur, sed quātulacunq; eū, qui hoc loci consistit,
retinere sufficit, ne in contrariū relabatur. quid dum
cōtaris? quid refugis? quid teipsum retrahis? Num uidisti quosdā qui in delicijs, in ebrietatibus, in reliquo
huius uitæ ludibrio mortui sunt? Vbi nūc sunt, q pridem uidelicet p forum tumidi superbia, cum multis
assectatoribus se mouebāt, qui fericis induti uestimē M
tis, unguētum olentes, arridentes parasito, & semper
affixi scenæ, ubi nunc illorum est phantasia à sublata
est. Cœnarū sumptus, immodicus risus, quies animę,
cogitationis diffusio, uita mollis, otiosa, luxu perdita:
ubi nunc? Euolarūt omnia. Quid ex corpore factum
est, quod pridē tanto famulitio, tam exquisita mūdi
tia abundabat? Abijt nimirum ad sepulchrum. Contemplare puluerem, cineres, uermes, eius formæ speciem, & amarè suspires. Atque utinam ad puluerem
tantùm eiusmodi damnum pertingeret. Verùm interim ā sepulchro, & his uermibus deduc oculos mentis ad uermem illum immortalem, ad ignem illum in
extinguibilem, ad fremitum dentium, ad extremas te
nebras ad afflictionem & angustiam, ad simile Laza Luc.16.f
ri ac diuitis, qui amictus purpura, & tot numorum
dominus, factus est omnium rerum adeò indigus, ut
nec unius guttulæ aquæ dominus esset, & sub acerbissima tormentorū necessitate cōstitueretur. Quid? putāsne somnijs pstare huius perituri seculi bona? Quēadmodum. n. qui ad metalla damnati, aut aliā quan
dā pœnam luunt hac grauiorem, siquando sub duris
illis laboribus, & acerbissima uita cōsopiuntur, se ui-

A dent in delicijs, ac læta rerum affluentia, experrecti
autem à somnijs nihil oblectamenti reliquum intelligunt: sic diues ille tanq̄ in somnio tantum diues fuisset, posteaq̄ hinc emigrauit, amaram suā pœnā per
soluit. Hæc cōsidera, & isti igni repugna, qui te occupat nunc ardore concupiscentiarū. Recede à fornace interim, nā qui eam hic probè restinxit, nec eius in
calescet alibi uicinio: siquis eam non exuperat, hunc
abeūtem excipiet tanto uehemētior, quò tibi cupis
longiore tēpore huius uitę fructum supereſſe. Equidem opinor non plures annos tibi, q̄ quinquaginta
expectandos, imo ne hoc quidem nobis certum est:
siquidem de nostra uita nescimus, an uesperum imminens assequatur: qua fronte sup tot annis asseuerabimus? Prēterea dubia aliarum rerum uicissitudo, &
inobseruabilis, nedū temporis: quandoq;. n. dum uita in longū tempus producitur, quæ oblectant non
æqualiter producūtur, modò adsunt, modo elabuntur. Verū ut demus gratia sermonis ita fore, teq; tot
annos uicturū, neq; ullus casus felicitatem intercipiat: quantulum hoc ad secula infinita sempiternaq;
B erit? quantulū ad sæua flagella, & inenarrabile cœlorum gaudium? Hic habent tam iucunda, q̄ tristia finem, eumq; celerrimū: illic seculis extenduntur utraque immortalibus, nec dici potest quantum uirtute
& potentia differant à rebus præsentibus. Cū ignem
audis, ne arbitreris esse similem huic igni, accensus
enim deferuescit & mutatur: ille autē semel in flammam exurgens, ardet perpetuo, nūquam intermoritur. Qui peccauerūt, necesse est ut imortalitatem induant, non tamen ad honorem sibi: uerum ut continuum supersit uiaticū illius supplicij: quod q̄ sit horrendum, oratio nequit unquam explicare. Ab experimento rerū tenuium, fieri potest ut accipiamus de
magnis aliquid coniecturę. Siquādo in balneo fueris nimium efferuescēte, tum gehennę recorderis: &
rursum, siquādo febre acriore cōflagraueris, ad flammam: quę tunc est progredere: tum probè intelliges,
quia balneū & febris adeo nos afflictant ac territāt:
quo animo futuri sumus, quando in fluuiū ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrēdo tribunali? Profecto frendemus dentibus propter labores & crucia
C tus illos indicibiles, nemo suppetias feret. Plorabimus oēs tristissimē, flāma nobis uehemētius incumbente. Neminē uidebimus præter condemnatos nobiscū, & immanem solitudinem. Quis potest uerbis
consequi, q̄ formidabiles pauores à tenebris exorientur, quæ in animis nostris extabunt? Quēadmodum
ignis illic nō habet uim resoluendi, sic nec lucere potest: alioqui non essent tenebræ. Hmōi igitur pauorem à tenebris, tremorē, solutionem mēbrorum, attonitum stuporē adducere sufficit una illius tēporis
ratio. Multa illic, uariaq; tormenta, grumuli pœnarum, ceu niuis inūdant. Cęterū siquis fortè dubitat,
quo pacto satis esse, ac ęternum durare immortalis
queat aia, confecta tanta ui pœnarum, is cognoscat
quæ hic fiunt: quo non raro multi ad morbum non
minus acrem q̄ diuturnum suffecerint, nec aia dissoluta est: sed corpus est constrictū ac depressum, anima afflicti remanēte in negotio, nō aliter atq; si corpori non indita foret. Quare postquā incorruptibile
corpus, insolubileq; acceperit, nihil prohibet in infinitū protendi supplicium: hic quidē non simul contingunt uehementia pœnarū & earum diuturnitas.
Altera. n. cum altera pugnat, propter cōditionē cor-
ruptibilis huius corporis non ferentis ea: imortalitate aūt succedente soluitur hæc pugna, & magna potentia nos in infinitū utraq; mala possidebunt, nec
excessus ullus tormētorum perimet aiam nostram.
Sic inq̄ licet nos esse persuasos: neq;. n. hoc corpus poterit in illo tempore consumi cruciatibus: afflictum
permanebit cum aia, nec finis ullus erit. Quàm exquisitas igitur delicias appetis, & quantum temporis
opponi cupis illi supplicio & pœnæ? Vísne centū annos, aut bis centum? Verū quid hi sunt ad secula interminabilia? quod. n. est somniū unius diei per omnem uitā, id est fructus rerum præsentium compara
tus ad statum futurorum bonorum: Est'ne qui propterea ut suaue somnium uideat, per omnem uitam
eligat ferre cruciatū? & qui sic stultus est, ut ultro ad
talē mercedem aduolet? Nihil dum eędem delicias,
nec amaritudinē, quæ in eis occultur, aperio: quandoquidē loqui de his rebus adhuc est intempestiuum:
ubi eas effugere ualebis, tū locus erit hmōi tractandi. Nūc quia morbo illo detineris, uidebimur tibi nugas agere, siquando uoluptatem amarā nominauero: liberatus olim à morbo dei beneficio, mox planè E
intelliges malitiā. Quare sermones illos in aliud tempus differamus, hoc nunc dicemus. Fingamus delicias esse delicias, & uoluptatē uoluptatem, nihilq; habere fellis: sed qd obsecro dicemus de iminente pœna? quid tū faciemus? qui modo læti gestimus uelut
in umbra & imagine, opere quidē alibi persoluemus
pœnā: & præterea quia exiguo tempore, quę tum fu
tura diximus, aut ēt absurdiora effugere licet, fruiq;
bonis adiacentibus. Hoc est. n. opus clementiæ diui
næ, qd nobis certamina non in longum tēpus præscripsit, breui quidem & in momēto, & in ictu oculi
finientur: nam tantula est præsens uita, quæ omnino
bello debetur, si eā ad infinita secula cōfers. Num id
animas dānatorum contristabit, quādo meminerint
quod occasiōe emēdandi per hos paucos dies non
usi, se tradiderint malis immortalibus? Surgamus ergo, ne simile quiddā patiamur, dum tempus est acceptum, dū est salutis dies, dū est uis magna pœnitentiæ. Siquidem malis ignauiter cohærēres, quæ dicta
sunt omnia excipient, multoq; illis duriora. Ea enim
quæ in gehenna noxijs parātur, multo sunt molestiora, à tantis excidisse bonis tantū habet dolorem, tan F
tam afflictionē, tantam angustiam, quantum ullum
esse potest aliud flagellū: certè hic debitum peccantibus, cuiusmodi per se sufficere, & q̄ tormenta reliqua
gehennæ acerbius mordere, contererēq; animas nostras uidetur. Concipe aio statum uitæ illius, quantum homini cōcipere datur: nā iuxta rei dignitatem
nobis sermo nullus adesse potest: ex iis tamē quæ audimus, ceu per ænigmata coniecturam quantulamcunque faciemus. Abiuit, inqt, dolor, & tristitia, & ge
mitus. Quid igitur ea uita beatius erit? Non est cur illic pauperiē metuas, & morbum. Nemo uidebit contumelioſum, nec iniquè oppressum, nemo exasperatum, aut irascentē, aut inuidentem: nemo ardentem Esa.35.d
absurda concupiscentia, aut mœrētem propter sumptum necessariū, aut à magistratū uapulantem. Omnis enim affectuum turba, quæ hic sedata est, perimetur: omnia erunt pax, lætitia, gaudium, omnia serenitas & trāquillitas, omnia dies & splendor & lux:
lux non quæ nunc est, sed planè alia, quæ hanc tantum excedit fulgore, quantū ea lumen lychni: neque
enim occultur illic aut nocte, aut cōgressu nubium,

G nec urit, neq; inflammat corpora: nam nox non obumbrat, nec aderit uespa, nec frigora, nec æstus, nec alia huius generis imutatio: sed omnino alia est conditio, quã demum ad hoc idonei reperti intelligent: non est illic senũ, nec senectæ mala: quæq; obnoxia sunt corruptioni, è medio & è pedibus, qd aiunt, tollentur. Omnia occupabit ubiq; incorruptibilis gloria, & quod omnium longè est maximum, continua fruentur cõuersatione cum Christo una cum angelis, cum archangelis, cum superioribus potestatibus. Cõtemplare cœlum, animaduerte permutatum fore habitum totius creaturę: nihil enim hmõi ut nunc est, manebit, sed multo pulchrius erit, ac præclarius: & quantũ plumbo aurum uibrans aera, tantũ hac rerum præsentium specie futurus ille decor illustrior
Rom.8.d erit: quẽadmodum beatus Paulus ait: Quoniã & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Etenim nũc ceu corruptionis particeps multa patitur, quæ ferre corpus contingit: tum uero hæc uniuersa reiicier, nobisq; exhibebit elegantem & incorruptibi lem habitudinem. Incorruptibile nancisc etur anima
H corpus, quæ & ipsa in melius formabitur. Vnde putas tũ simultas? unde pugna? Iucundus nimirũ concentus erit in hoc, quòd oẽs sancti perpetuo inter se consentient: nullus illic calũniator timendus, nullæ dæmonũ insidię, nullę minę, nulla mors, nec ea qua hic extinguimur, nec altera, quæ hac multo est acerbior: omnis harum rerũ expectatio desiit. Et quemadmodũ puellus regius primum alitur cibo non admodum splẽdido, terretur minis pædagogi, ne per indulgentiam lapsus, paterna se indignum reddat hęreditate: mox regiam nactus maiestatem, omnia hæc mutat, pręsidet cũ magna libertate, uestitus purpura, diademateq; ornatus, & stipatus numeroso satellitio, abiectis ab aia rebus humilibus ac subamaris, in quorum tunc locum oia magnifica, omnia iucunda successerũt: sic tum eueniet omnibus sanctis. Atqui sermonis elegãtia, & uires nihil possunt: ad montem illum oratione pergamus, ubi dominus trãsformatus est: cõtemplemur eum splendentem, sicut resplenduit, quãquam ne sic quidem uniuersum nobis futuri seculi splendorẽ exhibuit: quia fuit quod tum
I apparuit, attẽperatio quædã pro captu nostro, neutiquã accurata rei demõstratio: quod à ueribus euan-
Mat.17.a gelistæ manifestũ est. Quidnam ait? Splenduit, inqt, sicut Sol. Cæterũ incorruptibilium corporum gloria non tantã lucem demittit, quantã illud corruptibile corpus: neq; talẽ, cuiusmodi oculi mortales capere sufficiunt. Ad hanc quidẽ uisionẽ oculi reqruntur incorruptibiles & immortales. Verum in monte tum aperuit tantum lucis, quantũ ferre potuerunt citra læsionẽ aciei, atq; afflictionem oculorũ contuentium in illud: quod tamen aliter cecidit, prociderunt enim in faciẽ. Dic, obsecro, siquis te in theatrum induceret, ubi magna hominũ multitudo sederet, amicta stolis aureis, & in medio oium ostenderet alium quendã adornatum eximiè gẽmis, regio uestitu insignem, coronam habẽtem in capite, deinde pollicetur te assumpturum in numerum eorum, nũ omnia faceres quæ ipse iussisset? Euola nunc in cœlos aio, in illud intende theatrũ, quod non coiit ex huiusmodi uiris. Conuentus est illic eorum, qui exuperant omne precium, auri, lapidum precioforum, radiorũ Solis, & omnis uisibilis formæ, non hominum solum, sed eorũ qui hominibus antecellunt, angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, principa K
tuum, potestatũ. De rege ipso nihil satis idoneum dici potest, adeo sermonẽ & mentem omnem excedit eius pulchritudo, formositas, splendor, gloria, maiestas, magnificentia. Tantúmne bonorũ à nobis ipsis summouebimus, quò declinemus exigui tẽporis laborem? Quòd si quotidie foret infinities moriẽdum, ferendũ tamen esset. Præterea gehennã, tormentaq; omnia cõuenit sustinere, ut uidere queas Christũ uenientem in gloria sua, & cõscribi ordini sanctorũ. Au
Mat.17.d di quid Petrus dicit: Bonum est nos hic esse. Si Petrus qui uidit obscurã quandam imaginem futurorum, omnia continuo reiecit ab animo propter uoluptatem inditã animæ à tali aspectu: quid dicemus, quando rerũ ueritas aderit, quãdo regijs cubiculis adaperti s, contueri licebit ipsum regẽ, non per ænigma, nec per speculum, sed facie ad faciẽ, non amplius inq; per fidem, sed per speciẽ? Sunt quidam absurdi iudicij, ij duntaxat amãt effugisse gehennã: contra ego multo durius esse tormentũ quoddam assero, q; gehẽna est: hoc est, non assecutũ esse tantam gloriã, & illinc elapsum esse. Nec opinor equidẽ tanto dolore lugẽdum L
de malis gehẽnæ, quanto necesse est casum deplorare, quo de cœlis excidimus, qui est nimirum cruciatus oium durissimus. Quando regem uidemus frequẽti satellitio palatium adequitantẽ, eos qui illi proximo cohęrent, sermonis, cõsiliiq; & maiestatis eius participes, felices iudicamus, nosq; miseros: licet. n. infinitis bonis abundauerimus, & harum rerũ nihil sentimus, suspicientes in gloriã sanctorũ. Adde quod compertissimũ est, seculi fastũ esse dubium & infirmum propter uim bellorũ, propter insidias & inuidiam, propter hoc quòd uel extra teli iactũ, & extra periculi suspicionẽ, per se tamen ne huius quidem faciendus est: cæterũ tuta perpetuaq; erit felicitas, regnante rege oium, qui possidet non modo quæ terra, uerum ẽt quæ ambitu cœli continentur: imò terram pugno cõplectitur, & palmo cœlos, qui oia sustinet uerbo potentiæ suæ, cui gẽtes cunctæ pro nihilo cõputantur: & adhuc dubitamus, an summũ sit suppliciũ à choro, qui est apud eum, excludi? adhuc amabimus ceu bonũ præcipuũ effugisse gehennam? Quid aia sic affecta miserius? Nã rex ille non iugo al- M
borum mulorũ, nec aureo uehiculo uectus, nec purpura, neq; diademate ornatus ueniet diiudicaturus terram. Sed quo modo ueniet? Audi prophetas clamantes & dicentes, quoniã hominum facultatẽ excedit. Deus. n. uester, ait qdam, palam ueniet, nec silebit: ignis corã eo exardebit, circa eũ tempestas uehe Ppsa.49a
mens. Aduocabit cœlũ à superioribus, & terrã ad diiudicandũ populum suũ. Ad hæc Esaias pœnam nobis proponit: Ecce, inquit, dies domini ueniet, austeEsa.33.b
rus furore & ira, ad ponendũ totum orbẽ terrarum in solitudinẽ, & ad abolendos peccatores ex ea: quia nec stellæ cœli, nec Oriõ, neq; quis alius ornatus cœli lucẽ diffundet, & obtenebrescet Sol in exortu suo, neq; luna dabit lumen suũ, & orbi terrarum ingeram mala, & impijs peccata sua: & perdam superbiam iniquorum, & altitudinem superborum humiliabo: & erunt qui relicti sunt precioriores, q; aurũ ualde exustum igni: & homo pluris ęstimabitur lapide, qui est ex Sapphir. Cœlos. n. cõmouebit, & terra excutietur ex fundamentis suis propter furorem ire domini sa-
Fsa.24.c baoth, in die qua uenerit furor eius. Et iterum: Fenestræ, inquit, de cœlo aperiẽtur, & commouebuntur

A fundamenta terræ, & turbabitur terra, & eliquescet terra: inclinando inclinabitur terra, sicut ebrius & crapulans: concutietur sicut casula custodũ, terra concidet, nec poterit resurgere: confirmabitur. n. contra se iniquitas, & inducet deus aduersus ornatũ cœli in alto manũ suam in illo die, & contra regna terræ: & cõgregabũtur congregationes eius ad carcerem, & ex-
Mala.3.a cludent munitionem. Subscribit Malachias: Ecce, inquit, ueniet dominus omnipotens, & quis expectabit diem ingressus eius, aut quis subsistet in uisione? propterea quòd ipse ingreditur tanq; ignis conflatilis, & tanq; urceus fullonum, & sedebit ad conflandum, & ad purgandum uelut argẽtum & aurum? Et iterum:
Ibid.4.a Ecce, inquit, dies domini ueniet exardens ut fornax, & inflammabit eos: & erunt omnes alienigenæ, & omnes qui faciunt absurda, arundo, accẽdet eos dies uentura, dicit dominus omnipotẽs: nec relinquetur, neq; radix, neq; palmes. Cæterùm uir desideriorum:
Dani.7.c Vidi, inquit, usq; dum throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, & uestimentum eius album sicut nix: & capillis capitis eius tanq; lana munda, thronus eius
B flãma ignis, rotæ eius ignis cõsumens, fluuius igneus proruit, antecedens ante eum: mille milia ministrabant ei, & decies millies decem millia consistebant ante eum: concio iudicum consedit, & libri aperti
Ibidem.d sunt. Deinde post pauca, Vidi, inquit, in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli sicut filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & corã eo est ei oblatus, & datus est ei principatus & honor & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ei seruient: & potestas eius potestas æterna, regnũ eius nõ destruetur. Horruit spũs meus: ego Daniel territus sum: uisiones capitis mei conturbauerunt me. Tum aperientur oẽs cœlestium fastigiorum portæ, immo istud ipsum cœlum è medio subducetur, haud aliter atque scenæ pelles, ac uelum contrahitur è medio, ut commutetur in melius. Tum omnia stupore cõferta erunt, & horrore, & metu tum etiam angelos ingens metus occupabit: neq; solùm angelos, sed etiam archangelos, & thronos, & ptãtes cœlorum, propterea quòd conserui iudicium subituri sunt de peracta in mũdo uita. Nam si in iudicio unius ciuitatis, quæ in
C ipsorum cura, omnes exhorruerunt, quanq; erant extra periculum: quid tum erit, quando cognoscetur de uniuerso terrarum orbe, sub iudice non requirẽte testes, nec iudicia: sed quando absq; illis facta simul & uerba in medium ipse reus exactè prodet, ostendetq; scelera ipsorũ istorum authoribus, pariterq; illis, qui ea ignorant? Quomodo, inquit, fieri potest, ut tũ non concutiatur quælibet potentia? Si. n. fluuius ignem non uolueret, neq; angeli assisterent adeò formidabiles: soli aũt conuocati homines, quorum pars laudata est, & in admiratione habita, pars ablegata inglorię ne gl'iam dei uideat: nũ istud p se pœna foret tota gehẽna lõgè acerbior? A tãtis bonis esse prolapsum, orbatas aias mordet perpetuò, quantum illud malũ putas? Nullo sermone quisq; hic explicabit, alibi autẽ dilucidè perspiciemus. Quare obsecro ob oculos modò ponas, non dico immanissimam illam pœnam & suffusos graui pudore, necnon palã conspicuos, defixis in terram oculis ob conscientiam ignominiæ: sed illam uiam teterrimam, quæ ad ignem abripit, sed & ferentes tormenta, traditosq; atrocibus punitoribus: idq; eo temporis, quo coronis adornati, celebresq; ex cantantibus angelis regio throno assistunt, quicunq; hic bona fecerunt, quiq; digni fuerunt reperti æterna D
uita. Hæc in illa die. Quæ autem sequuntur, quis sermo nobis exprimet? Quis uel deliniabit uoluptatem, quæ ex coniuctu Christi extabit, aut utilitatem, aut gaudium? Etenim anima quæ in propriam redijt naturã, quæ in reliquum tempus multa libertate dominum suum suscipit, quantum ea fructum capiat, quã tum dulcedinis, quãtum lucrum, haud quisquam unquam satis explicabit: nec solùm læta bonis præsentibus, sed secura, tutaq; erit, quòd tanta gaudiorũ semina nequaq; desitura sint. Eam itaq; iucunditatem uniuersam sermone quis effinget, quis attinget cogitatione? Obscurè utpote minutis magna demonstratus, tentabo facere perspicuum. Perpendamus igitur eos, qui in hac uita huius mundi commodis oblectãtur, diuitijs inquam & magistratu atq; gloria, quanta libidine superbiaq; efferuntur? In terra. n. se adhuc degere, negare uidentur? quanq; fruuntur ijs demum bonis, quæ bona esse nondum omnibus persuasum est, quę possessores mutare solita, frequẽtius ex insperato euolant, & quandoq; citius, q; somnia. Quòd si paulisper consistunt, iuxta modum forsitan uitæ huius, si E
latissimè, extẽduntur: nã ulterius protendi nequeunt. Quòd si hæc fluxa suos possessores in tãta gaudia sustollunt, & aium, licèt incerta subitaq; sint, in iugem effundunt lætitiam: quid putas futurũ de animis illis accersitis ad infinita bona, quæ in cœlis pios manẽt, quæ fixa semperq; duratura sint, q; uirtute quoq; his præsentibus longè præstant, nedum constantia sua, nunq; desitura, & cuiusmodi haudquaq; ascenderunt in cor hominis? Nunc. n. quemadmodum in utero puellus, sic in mundo uiuimus multis intercluſi angustijs, uenturiq; seculi nec fulgorem, neq; claritatem ualentes contueri: cæterũ ubi tempus imminet partu
ritionis, & partus editur iuxta legitimum præuisumq; tempus hæc uita omnes tum excipit mortales. Nam abortiui de tenebris ingrediũtur ex afflictione ad afflictionẽ non paulò duriorem. Maturi autem fœtus, qui notam regij simulachri gerunt obseruantq;, pducuntur ad regẽ, eiusq; mysterium capessunt: quod angeli quoq;, & archangeli deo rerum oium perficiunt. Quare noli characteres illos perpetuò nobis obscura
re amice optime, sed eos uestigio instaura, refingeq; F
in melius: pulchritudinem corporis intra naturæ uim deus descripsit: decorem aũt animæ illinc à necessitate & seruitute exemit, ueluti corporis luce meliorem, atq; eius potiundæ copiam omnem nobis attemperauit diuina trutina. Quando quidẽ dominus noster impendiò nos amat, eoq; uehementius cohonestat genus nostrum. Minora quidem illa, nec quicq; eximij præ se ferentia proficiunt nobis: & quò minimè præstantia credas, ea necessitati naturæ producenda cõmisit. Porrò uerorum bonorum nos esse opifices dedit, propterea quòd corporis pulchritudo in nostra fita potestate, mox curæ niniæ fuisset, semperq; rebus infructuosis impendissemus operam, & animę dotes ubiq; neglexissemus, cum negata ea facultate iam nunc omnia facimus, omnia molimur: pigmentis formam à nobis quasi ab inuitis asserimus: cum ueram, nequimus, coloribus, tincturis, cõcinnatione capillorum, uestium circunductu, oculorum lubricitate, multisq; eius generis ineptijs falsam affingimus: quod studium rebus frugi tribuissemus, si potuissemus ad bonam formam aliquid adiungere. Haud temerè aliud quicq; egissemus, ubi fuisset nostrarum ui-

G rium, quàm excolere formam: quin omnia simul in hoc tempora consumpsissemus, & uenustassemus, abiectissimam seruam infinitis ornamentis, relicta domina nobilissima, inculta magis, magisq; neglecta quouis mancipio. Qua de causa deus adempta infeli ci cura, melioris rei artem nobis indidit, p quam qui corpus ex deformi elegãs reddere nequit, is animam uel ultimæ turpitudinis, in summam speciem reduce re sufficiet: adeoq; amabilem reddere, atq; adeò illicem, ut & deum regem omnium in suam concupiscẽ tiam pelliceat, ne dum uiros bonos, iuxta ea, quę psal
Psa.44.c morum cantor de huiusmodi pulchritudine animæ absoluit. Et concupiscet, inquit, rex pulchritudinem tuam. Num uides quòd deformes, impudentesq; mu lieres prostitutæ uix possunt obtrudi gladiatoribus, & ijs quoq;, qui cum bestijs depugnare soliti sunt? Cæterùm siquæ bonæ formæ, si ingenuæ liberalisq; facie, per occasionem in eam incident calamitatem, quemlibet generosum eximiumq; uirum nihil pudebit uel connubio sibi talẽ adiunxisse. Tanta est apud homines misericordia, tanta despectio uulgaris opi-
H nionis, quæ sæpenumero in propatulo affectas igno minia, liberat ab infami seruitute, recepitq; in ordinẽ matronarum. Quantò benignior facilitas erit apud deum erga animam propter superni generis præstan tiam, quæ per tyrannidem diaboli in huius uitæ turpissimum lupanar coniecta est? Harum rerum exem pla plurima sunt apud prophetas, qui uaticinãtur aduersus Hierosolymam, prolapsam in scortationẽ aliquam nouo modo, quemadmodum Ezechiel dicit:
Eze 16.d Quibuslibet meretricibus datur merces, tu autem ad didisti mercedẽ, & in te euenit contra omnium mulierum consuetudinem: sedisti expectans eos, tanq; coturnix sola in eremo. Hanc adeò deperditæ libidinis uocat rursum deus. Etenim captiuitas eis pœna non fuit, sed potius ad occasionẽ reditus, & ad correctionem: ppea quia si deo libuisset conticere pœnis commeritos, profectò domum non reduxisset, nec ci uitatem celebriorem, nec templum augustius uetere
Agg. 2.b apparasset. Erit.n. gloria, inquit, huius domus, illa ulti ma præstantior priore: quia sæpius conspurcatam libidine deus à pnia non summouit: multò auidius
I animam tuam amplexabitur, ne dubita, isto duntaxat casu prolapsam. Nemo.n. nemo amator formæ quamlibet insanus, aduersum adamatam tanto con flagrat igni, quanto studio deus nostram appetit salutem: quod uidere est de unaquaq; anima, & de diui nis scripturis. Obserua in præfationibus Hieremiæ, & passim apud prophetas, contemptum fastiditumq; dominum, iterum tamen aduolantem, ac instauran tem amicitiam erga defectores, iuxta id quod etiam
Mat.23.d in euangelijs ipse contestatur: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, &
2.Co.5.d noluisti? Deus, inquit, erat in Christo, mundum recõcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur: tanquam deo uos obsecrãte per nos, rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Hæc ad nos modò dicta putato, non enim incredulitas tantùm, sed & uita immunda solet excitare grauem inimicitiam. Affectus enim carnis, inquit,
Rom.8.b inimicitia est aduersus deum. Destruamus igitur interiectum murum, dissipemusq;, atque cadauer eijcia-

mus, quò beata reconciliatio contingat, quò reddamur iterum amabiles, & expetẽdi deo. Scio quòd admiraris Hermiones faciem, & bonam formam eius, nihil ei in terris existimas simile: uerũ si uoles ò amice, iam nunc eris ea multò elegantior, & pulchrior: tantumq; præstabis, quantum luteis aureæ statuæ. Si super corpore illustri multorum mentes percelluntur & obstupescunt, quando in aia refulserit lumen deco ris, quid æquale huic sic pulchro oppones? Nam huius pulchritudinis substantia est pituita, sanguis fluidus, atra bilis, succus sibi bene mansi. Talibus enim pigmentis, oculi, genæ, & reliqua membra uenustantur: quanq; non suscipiant huiusmodi aspersionẽ quo tidie, quod sæpenumero propter uentris malitiam, aut hepatis corrũpitur, ipsaq; cutis marcescit, cõgruo farcimento destituta, atq; oculi excauantur. Citius euolat, q̃ intellexeris oris decor uniuersus. Quid subest micantibus ocellis? quid occultur rectis naribus? quid ore celatur gratioso, & malis purpureis? Certè ni hil aliud, quàm gypso incrustatum sepulchrum esse dixeris, bonam corporis formam: modò exactè cognoscas, tam diuersis oppleta intus sordibus. Deinde L
& pannum rerectum, quem cùm uides implicitum, tenere simile quiddam pituitæ aut fluori, cuiusmodi ex ore ultrò distillat: quemq; ne summis quidem digitis audes attingere, immo ne intueri quidem: sed ad plicas eius, & conuolutiones intimas conuertens uisum, exhorrescis nauseans. Huiusmodi est, si penitus expendis, corporis uenustas, quæ conferta est putore & sanie multa: cæterùm ista tua dignitas, qua pridem claruisti, erat multò alia. Sicut enim terram cœlum, sic ea formã corporis euanidam exuperat quinimmo & cœlo ipso est illustrior, meliorq;. Animam enim à corpore exutam nemo uspiam uidit, aliunde tamen eius tibi demonstrare decorem tentabo, à potentijs nimirum maioribus. Audi igitur qũo uirum desiderium consternauit illarum decor: nam demonstraturus earum pulchritudinem, neq; corpus cui componeret potuit inuenire, ad metalli materiam profugit, qua nihil dum contentus, fulgurationis uim acerrimam in exemplum quoq; assumpsit. Quare cũ substantiam angeli nec puram, nec nudam uidit, sed obscurè admodum & obtectè, sic tamẽ eam illustrauit, M
ut decuit apparere expositã extra omne uelamentũ. Ejusmodi quiddã etiam de pulchritudine animæ cogitasse phas est. Erunt enim, inquit, angeli in corpori- Matt.22.
bus leuiora & tenuiora quæ fecesserunt ad uitam fe- & Marc.
rentem super corpora, quo nomine meliora, magisq; 12.c
admiranda istis credũtur: ergo terra cœlum, & aqua ignis, & lapidibus stellæ sunt speciosiores: & iridem potius, q̃ uiolas, aut rosas, aut quoslibet flores terræ admiramur. Sic nimirum illis omnibus Christianæ animæ facies præfulget, sed & modis omnibus, ubi oculis corporibus liceret contueri speciem huius, deridicula uiderẽtur, quæcunq; exempla è rebus crassis & uilibilius desumpserimus. Vsqueadeo tenuiter deliniant incomparabiles animæ dotes, & uenustatem. Cuiusmodi possessionem & felicitatem ne negligamus, maximè quia facilis aditus nobis ad illud pulchrum consequendũ datur per spem futurorũ: conti nuò enim leuiusculum afflictionis, graue & inæstimabile pondus gloriæ perficit, nobis uidelicet consi derãtibus non quæ uidentur, sed quæ non uidentur: nam quæ uidentur, temporaria: quæ autem non ui- 2.Co.4.d
dẽtur, æterna sunt. Quòd si afflictiones, quas nosti, fa-

ciles

A ciles portatu, leuesq; nominauit beatus Paulus, propterea quòd nõ respicitur ad ea, quę uidentur: quanto procliuius erit eo ingenio petulantiã restinguere? Nam ad pericula te nõ uocamus, quæ à pijs interim obeunda sunt, neq; ad mortem quotidie obeũdam: neq; ad perpetuos labores, neq; ad flagra, neque ad uincula, neq; ad inimicitiam cum orbe terrarum sine fœdere gerendam, neq; ad odiũ domesticorum, neq; ad uigilias frequentes, neque ad longam peregri nationem, neq; ad naufragia, neq; ad latronũ incursus, neq; ad insidias cognatorum, neq; ad affectum doloris pro fortunis amicorũ afflictis suscipiendum, neque ad famem, neque ad algores, neque ad nuditatem, neque ad experimentum aliquod durum, neque ad animum consternatũ, de rebus tuis alienisue confouendũ. Interea quidem à te nihil harum rerum requiro, tantum studeo maledictam seruitutẽ amouere, pristinamq; reducere libertatem: quæ quidem
B libertas exactè nouerat & agnouerat, quanta sit intemperantiæ pœna, quodq; præmium superiori uitæ probę futurũ est. Nam incredulos de resurrectione ex mortuis leuius cõmoueri, nullumq; metum sentire, non admodum est admirandum: sed quòd nos qui credimus: quæ hic sunt, uel potius ea, quæ alibi prospiciemus, tã miserè uitam transigimus, tam calamitosè, & earũ rerum memoria nihil excitamur, exu ti prorsus omni sensũ, istud quidè longè est omnium absurdissimũ, maximeq; obstupescẽdum: siquidem credentes, quæ sunt incredulorũ designamus: parum dixi: multo nimirum indigniora, q̃ illi perpetramus. Sunt enim inter illos, qui secundũ uirtutem huius uitæ clari extiterunt, quæ nobis esse debet uehemens admonitio. Nũ deinceps uenia iure negabitur? Naufragio enim periclitati mercatores fermè nihil dum concidũt, eandem uiã audent iterum tentare, quanquam ex incuria id nõ euenit, sed ex ui uentorũ ineui tabile damnum pertulerunt: & nos contamur semel frustrati rursum accingi negotio, qui scimus ante ultimum uitæ momentum nihil desperandũ, qui prænouimus nec naufragium, nec dãnum incidens, nisi uolẽtibus accidere. Quid abstinemus mapum? quid cessamus? quantus pudor sic resupinos consertis in-
C ter se mutuo manibus iacere, atq; utinã inter se consertis, & non contra seipsas cõmissis. Quod quidẽ insignis est insania, non minor q̃ siquis eorum in arena pugnis decertant, omisso aduersario, in suum caput manibus irrueret, faciemq; contunderet propriam. Ex insidijs nos obseruat diabolus, & incautos in magnam abdueit perniciem: quare necesse est, ut resista mus intrepidi, ut caueamus ne iterum subripiamur ad pericula, ne ipsi nos in præceps collocemus, ne ci catricem ab illo inflictam, nostra culpa refricemus.
2.reg.11. Quandoquidẽ beatus Dauid casu decidit nõ leuiore, q̃ tu modo, imò non tantum æquali: subinde.n. aliud flagitium adiecit, nempe cædem atrocissimam innocentis Vriæ. Quid igitur? Num prostratus nihil amplius tentauit, quò resurgeret? Nunquid forti animo arma resumpsit aduersus inimicum? Adeo enim constanti pectore est ei reluctatus, ut & mortuus fi-
3.reg.11.f lijs suis præsidio foret: nam Salomoni cõmerito mille mortes, propter Dauid deus (scriptũ est) reliquit regnum integrum, cũ sic loquitur: Scindens scindam regnũ in manu tua, & dabo istud seruo tuo: uerum temporibus tuis id non faciã, propter Dauid patrem tuum: è manibus filij tui istud accipiam. Ipsi deniq;

D Ezechiæ periclitaturo ultimo discrimine, quãquam iustus esset propter beatũ illum uirum, auxilium pro misit. Protegã eam, inquit, urbem, ut seruetur eã pro- 4.reg.19g
pter me, & propter Dauid seruũ meum: tanta est pœnitentiæ uirtus. Porrò si eius sententiæ fuisset, cuius tu nunc es, deũ non posse deinceps placari: & si dixisset, affecit me honore eximio, allegit in numerũ prophetarum, & imperiũ in contribules concesit, periculisq; infinitis eripuit: quo itaq; pacto cõtinget, ut eum iterum placẽ, cui post tanta beneficia sum aduersatus omnia pessima temerè perpetrando? Hmõi si unq̃ uenire in mentem permisisset, non solum non attigisset ea, quæ inde præstitit, sed ẽt priora insignia dissipasset. Neque enim sola corporis uulnera dũ negliguntur, inducunt mortem, sed etiam ipsius animę: & insciti a nostra tãta est, ut illius plagis accuratis simè medeamur, huius aũt obstinatè cõtemnimus: quanquam corpori malum imedicabile sæpenumero accidit, nihil tamẽ de salute desperamus, quin dicto medicorum audientes, quanquã morbum pharmacis abolere nequeũt, studemus tamẽ ex uerbis eo
E rum qualẽcunque possumus consolationem uenari. Animis hic nullus est morbus deploratus, quoniam naturæ uiribus nõ subest, & perinde negligimus huius incõmoda desperato salutis obtẽtu, tanq̃ ad nos nihil pertineret: inde quidẽ existit, quo detrudimur in barathrũ desperationis. Quemadmodum ægrotos qui bona spe sustinentur, salubriter curamus, pro pterea quòd nihil in eis, de quo dubitandũ uideatur: ita ab illis abstinemus, qui animũ ad sanitatem prorsus abiecerunt, eosq; nolumus accipere curãdos, tanto diligentiorem corporis, q̃ animæ curã habemus: quo fit, ut nec seruare corpus ualeamus, optimo qui dem iure: nã qui neglecto potiore, de minutis omni solicitudine distringitur, utraque dissipat & perdit: cæterum qui ordinem, cui maxima uirtus, custodit, & qd prius est, maximè curat: altero, quod est uilius, posthabito, per potioris qdem salutem seruat etiam posterius. Sicut & Christus insinuare uidetur: Ne ti- Mat.10.c
meatis, inquit, eos qui occîdunt corpus, aiam autem nequeunt occidere: quin potius timeatis potẽtem & animã & corpus perdere in gehennam. Fortasis tibi
F per nos persuasum erit, nunquã esse negãdum reditum animæ ad sanitatem à morbis tanquam desperatis. Non absurdũ itaq; uidetur aliorum iam cogitationes rememorare. Quanlibet ipse animum abiecris, nos utiq; spem de consequẽda sanitate tua, nunquam uocabimus in dubium: neutiquã enim id nobis permittemus, quod solemus alijs uitio uertere: & multum interest, utrũ à spe ipse te sũmoueas, an ab alio sũmouearis. Etenim ab alio in eũ torporem detrusus, non raro celerẽ ueniam obtinebis: at is qui sibiipsi omnem ademit fiduciã, nunquam inde confidet, Et quid ita? quia nemo alterius studia, resipiscentiamq; in manu habet, suorum autẽ potestatem omnino tenet: atqui nihil dum tantopere præcludimus sperandi uiam, quanquã infinities ignauia hac labo raueris, fortè dabitur aliquis in uirtutem regressus, & de malitia ueteris uitæ recõciliatio. Audi sequentia. Niniuitæ audita prophetæ inuectione & minis, qui
Ion.c.3.b ait. Adhuc. xl. dies, & Niniue subuerteretur: non ita consternati sunt, quãquam nihil spei uspiam fuit de deo precibus impetrando, imò potius contrariũ habuerunt suspicari ex oracculo. Nam non erat dictum cum aliqua disiunctione, sed apta sententia, & nihilo

G secius tantam exhibuerunt pœnitentiam: Quis scit,
Ionæ.3.d inquit, si pœnitebit & consolatur nos deus, & auertet aium ab indignatione, neq; nos pereamus? Et uidit deus opa eorum quòd summoti essent à uijs suis peruersis, & pœnituit deũ super afflictione, quam locutus erat se ipsis facturum, & non fecit. Homines illi barbari & imprudentes tantũ potuerunt intelligere: multo amplius conuenit ut nos idẽ perficiamus, qui diuinis decretis, totq; exẽplis eruditi sumus, qui tam in uerbis, q̃ in operibus quouis populo plus perspexi
Esa.55.c mus: Consilia, inquit, mea nõ sunt, ut cõsilia uestra: nec uiæ meę, sicut uiæ uestræ. Quantũ abest à terra cœlum, tantum distant iustificationes meæ à cogitationibus uestris, & consilia mea à uestris consilijs. Porrò nos ministri, qui sæpenumero deliquimus, in meliorẽ frugem proficisci stipulati sumus, q̃ blandè reuersi suscipimur, q̃ta gloria cohonestamur, & nos non raro delabimus in maiorẽ licentiam. Non quidem in eum casum à deo describimur: siquidem ubi deus in hoc nos creasset, ut perderet, probè quidem id pernosses, iureq; dubitasses super propria salute: cę
H terum quia non ob aliud, q̃ propter bonitatem nos produxit, quò bonis fruamur sempiternis, atq; in hoc omnia facit: oia molitur in præsentem horam usq;: quod factum ipsius idoneum est, nos dubios redde re. Vehementer eũ exasperamus, qualiter alioqui nemo alius: quo fit, ut ea de causa maximè oporteat abstinuisse sceleribus, duci pœnitudine sup peractis, multumq; specimen præbere animi demutati. Quan doquidẽ nihil est quod in nos queat, soleatq; illum ipsum semel perinde irritare, atq; in posterũ nolle reflexisse in uiã: nam peccasse est humanũ, perdurasse autem in flagitijs non humanũ est, sed penitus diabolicum. Considera quanto maiore stomacho deus id
Hiere.3.c ferat apud prophetã. Scriptum est enim, posteaq̃ ab eo defecerint omnia: Ad me, inquit, reuertere, neque reuersus est. Et econtrario iterum adnitens demonstrare, quàm benignè lancẽ, quæ continet salutẽ nostram, inclinet, ubi post tãta, tamq; enormia delicta se receperunt recta incedere, cum id audisset, inquit:
Ibid.30d Quis dabit ut sic parẽtur corda eorũ intra ipsos quò me timeant, custodiantq; præcepta mea omni tem
I pore, ut eis bene sit, & filijs eorũ per seculum? Prætea
Deut.10c rea Moses subscribit: Agè, inqt, Israel quid dominus deus à te petit? Vt timeas dominũ deum tuũ, ut ambules in cunctis uijs eius, & ut ames eum. Quare qui captat omnibus modis, ut à nobis ametur, & in hoc omnia facit: neq; unigenito propter amicitiam nostram pepcit, utq; ipsi aliquando reconciliemur, tam amabilem rem prestitit: quî fieri possit, ut resipiscentes non admittat? ut nõ redamet? Audi quid per pro
Esa.43.d phetã dicit: Dic, inquit, tu iniqtates tuas prior, ut sis iustificatus: & hoc, quò in amicitiam fortiter ardeamus, expetit à nobis. Qui est amore captus, si ipsum ii quos amat, afficiunt quãlibet graui contumelia, nondũ extingui sustinet concupiscentiam, nullius rei gratia illatas iniurias in mediũ festinat proponere, q̃ ut solido ipsius amore demõstrato, arctiore eos dilectione obuinciat. Quoniam aũt confessum esse peccata, tantũ affert solatij: quantum putas allaturũ, per opera diluisse? Nisi sic foret, & à recto cursu semel deflectentibus pateret reditus: quotus tum quisque ex tot hominum milibus in cœlum introisse uidebitur? præter admodũ paucos, qui supra nos iã nunc sunt cooptati in numerũ bonorum. Atqui maximè refulgentes inueniemus post lapsus enormes, qui magnum impetũ in malitia præ se tulerunt, eundẽ rursus adhibuerũt sæpenumero rebus optimis, ppensis apud se debitis, qbus sunt uelut obærati per sua ipsorum malefacta? qđ & Christus ipse illustre reddidit,
Luc.7.g ubi Simoni de muliere respondet: Vides.n.ait, hanc mulierẽ: sum ingressus domum tuã, aquam ad pedes meos non dedisti, ea autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis absterssit: osculũ mihi non dedisti, ipsa uero ex eo tẽpore quo intrauit, non intermisit pedes meos exosculari: oleo caput mihi non unxisti, hæc autẽ unguento pedes meos inunxit. Non temerè dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Cæterum cui parũ remittitur, is parũ diligit, eiq; dixit: Remittuntur tua peccata. Qua re aduersarius cũ his rebus cognitis, planè intelligit eos qui malefacta quantunlibet immania perpetrarunt, ut primũ cœperint pœnitere, qđ maiore studio id faciunt, tanq̃ conscij delictorum suorũ, uehementer timet, ac formidat, ne quando rem exordiantur. Gradu.n. facto, amplius detineri nequeunt: conflagrant per pœnitentiam tanquam uehemens ignis, & L
auro puto purõq; animas suas puriores efficiunt, tanquam uento rapido conscientiæ, ac memoria precedentium peccatorum, in uirtutis portum conuehuntur. Et hoc est quod peccatores plus possident, q̃ qui nunquam ceciderũt: quoniam maiore alacritate reditum tentant, tantum rem, ut sic dixerim, auspicentur. Nam arduum est, & difficile factu, posse ingredi cliuum primũ, & uestibula contingere pniæ, & inimi cum illic exufflanlẽ ignem & iminentem abigere atque prosternere: ille autem tãto furore deinceps non digrassabitur semel exuperatus, ex ea re fortis est qui cecidit. Cæterum nos maiorem alacritatem concipiemus, multáque facilitate pulcherrimam illam pugnam depugnabimus. Suscipiamus itaq; quod superest ascensus, recurramus in urbem cœlestem, in qua profiteamur, in qua ciues agere iussi sumus. Nã à nobis spem oẽm abijcere, non solũ id mali habet, quòd eius ciuitatis portas nobis intercludit, aut quòd in peiorem ignauiam trahit, atq; contemptũ, aliud habet facile pesimũ: intrudit enim in socordiam, cuiusmodi est ipsi satanę: Etenim diabolus ex nulla re tan M
tus euasit, atq; ex prima desperatione, unde in socordiam ceu per gradus delapsus est. Vt primum enim anima de cõsequenda salute dubitat, non sentit amplius, quo periclitetur pręcipitio, quidlibet faciẽdo, dicendoq; contra salutem suam. Quemadmodum furia correpti, deperdita semel sanitate capitis nihil uerẽtur, nihil eos pudet, intrepidè quid uis audẽt, in ignem, in mare, in prærupta, editáque saxa impigrè conuolant. In hunc modum qui se incuriæ per desperationem permisere, deinceps sunt intolerabiles, per auia uitiorum assiduo discursitant, neq; mors immi nens eos ab insania deterret, atq; à deprauatione infinitis se calamitatibus cõficiunt. Quare adhortor, antequã altius ab ea ebrietate cõmadueris, ut resipiscas, ut resurgas, ut crapulam diabolicam secludas. Si putas esse supra uires, ut uniuersam secludas, & sensim & paululũ eius mali, atq; iterum paululum deme. At mihi quidẽ longè facillimum uidetur, omnes laqueos quibus cõplicamur, simul abrumpere conferendo nos in palæstrã pœnitentiæ: cęterum quia tibi fortassis arduũ apparet, sicut lubet attingas uiam ad meliora ducentẽ, modo attingas & apprehẽdas ui-

A tam æternam. Magno siquidem studio precor & oro per superiorem probationem, per istam libertatẽ, ut iterũ uideamus omissum animi robur: miserere offensorum per caput tuum, miserere cadentium, & eorum qui facti sunt per te segniores, qui uirtutis uiam desperarunt. Et nunc quidem ingẽs mœror occupat fratrum conuentum, uoluptas autem & lætitia cõfessum incredulorũ, & iuuenum otio deditorum: cæterũm ubi redieris in illam accuratam diligentiam contrarium erit, nostraq; ignominia in aduersarios uniuersa deriuabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, uidentes te iterum cum eximio splendore coronatum, prædicatumq;: tales uictoriæ maiorem ferunt & iucunditatem, & uoluptatem. Non enim propria benefacta mercede pẽsabũtur, sed quòd alijs cohortationi fuisti & solatio, exemplum est maximum quisquis in tanta mala inciderit ad resurgendũ, & ad
B conquerendum contra se. Ne contemnas tantum lucri, neq; animas nostras ad inferos cum mœrore subducas, quin dederis nobis & respirasse, & excussisse nubila pectoris, q̃ per tristitiam nos occuparunt: nostris enim malis omissis, tua damna lamẽtamur. Quando autem in animum induxeris resipiscere, despicere omnia prudenter, & angelicæ militiæ cõnumerari: tum nos à luctu reuocabis, bonámq; partem de peccatis nostris auferes. Qui per resipiscentiam iterum exurgunt, magna claritate resplendent, & non raro maio
Mat.21.c re, q̃ alij qui nunq̃ ceciderunt: quod primò demonstraui etiam à diuinis scripturis. Ea nimirum ratione & uectigalium exactores, & ipsæ meretrices hæreditate acquirunt regnum cœlorum: ea ratione multi
Ma.20.b ex nouissimis anteferuntur prioribus. Narrabo tibi, quæ nostris cõtigere temporibus, & quorum ipse testis esse ualeo. Noui iuuenem illum filiũ Vrbani, qui cõtinuò à teneris unguiculis absq; custodia fuit educationis legitimæ, dominus aũt multarum rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorum. Is cùm dixisset, q̃ sit oblectatus consuetudine rei musicę, depositio illo splendidissimo amictu, totoq; huius uitæ factu, repẽtè pallio se uiliore contexit, ad montes, ad solitudinẽ secesssit, egregiamq; exhibuit philosophiam, non iuxta illius ætatis modum, sed qualem posset uir quis-
C piam admirabilis & excellens: deinde ad sacra mysteriorum sacerrima idoneus reputatus, magnam accessionem uirtuti adiecit. Omnes gauisi sunt impensè, deumq; glorificarunt, quòd in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus & admodũ adolescens, cunctam huius uitæ phantasiam, fucatamq; felicitatem, semel conculcasset, & euasisset ad uerum fastigium uirtutis. Cũ esset eò loci constitutus, & nũc iure suspiciendus: ecce corruptores quidam considerantes id esse præter dignitatem generis, iterum illum in fluctus pristinos abduxerunt. Reiectis iterum cunctis eius uitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus in medium forum se contulit, & equis uectus, & magno stipatus famulitio, totam, urbem, obiuit, neq; sapere, neq; temperatè uiuere libuit: nimijs.n.delicijs incalescens, in absurdos amores ceu nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu conuersantiũ, qui nõ de ipsius salute putaret actũ esse tantum ei examen adulatorum cohæsit: cui accesserunt carentia parentum, iuuentus, multæ opes: qui oia solent calumniari, hominẽ traduxerunt eo nomine, quòd à spiritalibus defecisset, inutilis futurus & rei familiari, quòd superiori tpe sermoni & eloquentiæ deditus, retulisset, pedẽ, illicq; nihil fructus ualuerit cõsequi, huiusmodi quid- D
dam crebrò occinuerunt. Cùm esset itaq; multo suffusus pudore, quiddam sancti uiri qui sæpenumero in tales beluas impegerunt, & per experientiam probè sunt edocti, quòd spe diuina communitis neutiq̃ sit desperandum: obseruarũt eum assiduè, uisumq; in foro accesserunt, amplexiq; sunt: quos ille principiò sequentes uelut è sublimi, equo infidẽs alloquebatur contẽptim, tanta erat primum impudentia hominis. At illi misericordes, studioseq; in rẽ alioqui perituræ pueritiæ, non ita multũ ea contumelia mouebãtur, in unum istud figentes obtutum, ut quacunq; uia lupo agnellum subtrahant, & callidè perfecerunt. Si quidẽ posthac aliquando uelut obstupescens, intra se abreptus est. Assiduam eorum curam tum cœpit reuereri, quoties illos uel procul obuiã factos conspexit, ab equo citò desilijt, & oculis in terram deiectis, cũ multo silẽtio, quæ apud illos agerentur, auscultauit, propioriq; factus maiori pudore suffundebatur, & eis habuit honorem debitũ. Atq; eo ingenio lapsum diuinæ gratiæ paucis diebus reddiderunt, omniaq; ista retia simul expedientes, pristinæ tranquillitati, philo- E
sophiæq; liberum tradiderunt. In tantam autem lucẽ tũc temporis emicuit, ut superiorem uitam, quę post casum peracta est, incessens, homo nihili uideretur.
Cùm enim probè perspexisset, quę sit malorum esca, distribuit in egentes diuitias omnes: eo facto se à noxijs curis exonerans, omnem occasionẽ, quæ potuit insidias tẽdere, abscidit. Viam quæ ducit ad cœlũ incedẽs, ad apicem uirtutis iandudum penetrauit. En ille cùm esset iuuenis, excidit, & iterum surrexit. A lius quispiam post multos sudores eremiticæ conuesationis, cui dutaxat unus fuit conuictor, cum quo uixit planè angelicam uitam, ad senectam usque perseuerãs. Is aliquando ex uersutia diaboli uelut oscitans, ac remissior factus, accessum dedit maligno ad incitandã concupiscentiam: & lapsus est cũ muliere se commiscendo, qui nunq̃ uidit mulierem ab eo tempore, quo se ad monasticam uitam contulit. Principiò cõtubernalem suum orauit, ut ipsi daret carnes, atq; uinum, adiectis minis, nisi impetraret, in forum se perrecturum: quod dixi non ex desiderio carniũ, sed causam & ptextum captaturus descensus in urbem. Cõ- F
milito eius cũ uaria curioseè dispexisset, formidaretq; ne renuens, illum in maius flagitium conijceret, permisit ut satisfaceret affecto animo. Postq̃ in eo refriguit amor sapientiæ, depositia fronte fictionem aperuit, palamq; profitebatur sibi necesse esse, ut in ciuitatem proficisceretur. Is qui prohibebat, dum uidit se frustra niti, tandem id etiam concessit: at procul affectatus, abeuntem obseruauit, quónam terrarum eo deflexu descenderet. Vidit autem intrantem lupanar, & cùm intellexisset eum commistum fuisse cum muliere meretrice, expectauit foras: & post absurdæ concupiscentiæ saturitatem, egrediẽtem obijs manibus excepit, amplexumq;, ac multum exosculatum, nihil expostulando de commissis flagitijs, tantũ est adhortatus, ut expleta iam cõcupiscentia, in solitudinis domicilium uelit reuerti. De tãta mansuetudine pudere cœpit, moxq; animo perculsus, compunctusq; super temerè perpetratis, ad mõtem est socium persecutus: eoq; loci constitutus uir ille, se casa quapiam conclusit, & eius domunculæ ianua obserata alter ipsi panẽ & aquam quotidie præbuit: quærentibus aũt ad se, iussit ut respõderet se somnum capere. Hæc cùm di-

Gxisset, facilè inuenit illum ipsum amicum assensorem, seipsum introclusit, perseuerauitq; illic per omnem ui tam in ieiunijs, in precationibus, in lachrymis repurgans animã à sorde peccati. Tempore autem non ita multo peracto, magna siccitas uiciniam inuasit: oës incolæ cũ frustra plorarent, quispiam ex eis per somnium mandatum accepit, ut abiret ad uirum illũ inclusum, hortaturus eũ, quò uelit orare ac dissoluere siccitatem. Itaq; discessit assumpto socio, & inuenerunt uterem illius conuictorem solum: à quo dum percontantur, accipiunt, quẽ tum quæsitũ uenerant, obijsse diem: qua in re cùm sibi imponi putarent, ad preces iterum conuertuntur, iterumq; per priorem ui sionẽ eadem superioribus didicerunt: circunsteterũt deinde hactenus uerum fateri dissimulantem, obtestatiq; sunt, ut ipsis uiri illius indicium faceret: nam quòd mortuus nõ esset, quodq; adhuc uiueret, omni contentione affirmarunt. Is cũ hæc audisset, ac uideret quæ ex pacto inter se arcana tenuerunt euulgata, deduxit eos ad uirum illum, & parietẽ demolito (qa ianuam obstruxerat) intrauerunt omnes, mox aduo
H luti pedibus exposito mãdato suo, rogarũt, ut ferret suppetias aduersus ariditatem. Ille primum resistere, esserens abesse se à tanta impudentia: nã ut subitò factum est peccatum, ita semper ante oculos conserua uit: tandem cõmemorantes omnia quæ sibi contige rant, psuaserunt ut oraret. Vt primùm autem orauit, mutata est siccitas. Quę gesta sunt cũ illo iuuene, qui pridem discipulus fuit Ioannis filij Zebedæi: deinde longo tpe ducem egit latronum: iterum à sanctis ma nibus beati senis interceptus, in superiorem uirtutem è lustro, è spelunca latronũ penetrauit, ipse non igno ras: nosti.n.non minus q̃ ego. Sæpenumero te admi rante audiui referre beati uiri condescensum, & man suetudinem & suauitatem illicem: quoniam prior cruentam dexteram exosculatus est, hærens in amplexu adulescentis, & ea uia reduxit ad amissam uir tutem. Beatus item Paulus sic Onesimon inutilem transfugam, furem illum non solùm ipse amplexus est demutatum in melius: sed etiam idoneum puta uit, quem pœnitentem honore præceptoris dignare tur. Rogo te, inquit, pro filio meo, quem genui in uin culis meis, Onesimo, quondam tibi inutili, nũc uerò I mihi & tibi putili, quem remisi. Tu autem eum, hoc est, uiscera mea suscipe, quẽ ego cupiebam apud me retinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euan gelij: sed absq; tua sentẽtia nihil uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed spõtaneũ. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut seruum, sed supra seruum: nempè fratrem dilectum maximè mihi, quantò autẽ magis tibi & in carne & in domino? Si igitur me ha bes consortem, suscipe illum tanq̃ me. Ad Corint. scri bens: Ne fortè, inquit, ubi ueneno, lugeam multos, qui antè peccauerint & non pœnituerint. Et iterum. Sicut prædixi, & prædico, quòd si uenero denuò, nõ parcam. Intelligísne quos lugeat, quibus non parcat? Non ijs qui peccauerunt, sed qui semel atq; iterũ oran tibus ut resipiscerent, refugerunt aures præbere. Siqui dem quòd ait, prædixi & prædico, ut præsens cùm es sem, iterum scribo: nihil est aliud q̃ ne timor nos exa nimet. Etenim Paulus & si non adest, ut olim, quan do cum Corinth. expostulauit: at Christus ipse in prę sentia manet, qui tum per hunc locutus est. Vbi pdu rabimus in peccatis obstinatè, non parcet, magnum uulnus instiget, atq; hic interim permittet conscindi K flagris. Anteuertamus igitur faciem eius in confessio Psa.94.a ne, effundamus coràm eo cor da nostra. Peccasti.n. Eccl.21.a ait scriptura, ne superaddas amplius, atq; de prioribus Pro.18.c tuis preceris. Et iterum: Iustus est sui accusator ab ex ordio sermonis. Ne expectemus igitur accusatorem, quin illius partes præripiamus, eoq; officio iudicem nobis pacatiorem constituemus. Cæterùm tu confi teris peccata, teq; tui miseret supra modum: scio equi dem satis: uerùm id non requiro solùm, cupio autẽ, ut te res aliqua iustificet, ut primum te obsequentem præbueris. Quandiu.n.lucrosam intermittis cõfessio nem illam, nihil est cur te accuses: quoniam nescis in posterum de peccatis discedere. Nam nemo quicq̃ perficiet cum alacritate & idonea obseruantia, cui nõ prius persuasum fuerit, quòd ea res sibi commodo sit futura. Num is qui seminat, postq̃ messem non ex- 1.Co.9.b pectat, post sementem unquam metet? Quis.n.pro posuit aliquando frustra laborare, & non consequi ex industria fructum? Non aliter qui seminat uisio nes, lachrymas, & confessionem extra spem alioquin utilissimam, nequit à peccatis abstinere, det entus ad L huc malo incredulitatis. Sed quemadmodum agrico la ille, qui desperato fructuum prouẽtu segetes deua stantia non arcebit: ita & ille qui seminat per lachrym mas confessionem, nihil lucri expectãs, neutiq̃ dimo uere studebit ea quæ resipiscentiam corrumpũt. Cor rumpit autem pniam, iterum ijsdem malis institisse. Nam unus est, ait scriptura, qui extruit, & alter qui de Eccl.34.d molitur. Quid lucri accedit præter laborem? Expiatur quis à tactu mortui, & iterũ attingit sunus quid emo lumenti huic ex lauacro? Haud secus homo, qui ieiu nat de peccatis. s. suis & pergit, eademq; denuò com mittit, quis huius preces exaudiet? Et rursum: Qui di Ibi. 26.d uertit, inquit, à iustitia ad peccatum, eum dominus Pro.26.b præparabit in gladium. Et sicut canis ad uomitum reglutiendum redit, sitq; odiosus: sic imprudens, qui per propriam malitiam ad peccata reflectit. Ne igitur perinde peccatum atq; accusator traduxeris: sed tan quam qui debet iustificari per formam pœnitentiæ: quo pacto animam confitentis assidua cura licebit continere, nequando ad uitia relabatur. Nam uehe menter se damnare, profiteriq; peccatorem, commu ne est, ut sic dixerim, etiam cum infidelibus. Multos M à scena tam uiros q̃ mulieres, cum turpitudinem suã perpendunt, sui miseret: at non collimant ad uerum scopum: ideoq; istud confessionem nulla ratione no minarim: quia non est cum animæ compunctione, neq; cum amaritudine lachrymarum, neq; cum pec catorum abolitione, quòd ea sic enunciant. Verùm sunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirũ elegantia, & gratia sermonum aucupantur. Peccata enim non apparent eiusdem molestiæ, quando alius quispiam ingerit, & quando ipse audes. Sunt rursum qui nimia desperatione obstupescunt, insensatiq; red duntur, & bonam existimationem & sinistram opi nionẽ iuxta ponentes, magna petulantia sua, ceu alie na mala proclamant: cæterùm caue ne fueris neq; de horum neq; de illorum numero. Nolo.n.ut proficis caris à desperatione ad confessionem, quin cum ala critate ac fiducia eruta radice desperationis, quãtum uales huic diuersum studium ostendas. At quæ tan dem est radix & mater desperationis? Ignauia inq̃, im mo quam quis haud ineptè nominauerit non tantũ radicem, sed uicissim illius quoq; & parentem & al-

A tricem. Quemadmodum in cadauere tabes gignit uermiculos, quę ab is iterum augetur: ita est prope modum hoc loci. Nã ignauia desperationem parit, ab ea mutuo & illa nutricatur, adeoq; dum seruant inter se execrabiles uices dandi, accipiendiq;, confir mantur in potentiã haud mediocrem: alterã itaq; re scindens abarcensq;, alteram quæ consequitur facili opera conficiet. Nunq̃ enim qui non torpescit, in de sperationẽ prorueret: neque qui alitur spe bona, aut qui expectationẽ salutis non abdicat, in socordiam delabitur. Par istud pessimũ dissipa, & iugum cõfrin ge, hoc est illã uariam, illam grauem cogitationem. Quandoqdem qui utrunque malum coniũxit, non est unius formæ, sed multiplicẽ de se prębet speciem, omnifariamq;. Quis autẽ talis est? Vsu uenire solet, ut is qui pœnituit, corrigat plurima, maximaq; facino ra: interim autem quia denuò peccat, nactæ correc tioni nõ minoris ponderis peccatũ opponit: quod maximè in desperationẽ abripit: haud segnius atque hi ab expectatione cadunt, qui simul eadẽ ut ædifica runt, demoliuntur exhaucto frustra tãto labore: ne
B cesse est, ut illa in mente habeamus, utq; expleamus tam pernicioſam cogitationẽ. Siquidem uirtutis mo do alterã uitiorum lancẽ adæquante non anteuerte rimus, à mole peccatorum quę interim obrepserũt, penitus opprimemur: nihil enim tum retinebit, quò minus absorbeamur: sin actione boni ꝓmuniti fue rimus, ea nos defendet nõ aliter atq; thorax firmus, acuta noxiaq; tela summouet, quò minus, qđ solent, queant præstare: qn his disiectis, omne periculum à corpore defendit. Nã qui illinc abscedit, tam bonis q̃ malis opibus affluens, habebit aliquid solatij in pœ na & diris illis tormentis: qui autẽ à factis melio ribus alienus, tãtumq; est peioribus stipatus, dici non potest, q̃ arctissimæ pœnæ sempiternæ cohæreat à uita illinc abmãdatus. Nam illic bellũ erit malorum operum cum alijs diuersæ conditionis. Si hæc depri munt libra, saluum reddunt nõ mediocriter autho rem suũ: & non tantum poterit damnum, quod usu malorum operum accreuit, quantũ eam deorsum ra pit prior ordo. Peruersa aũt opera si exuperant, ab
C ducunt ad ignẽ gehennæ: propterea quòd nõ sit tan tum agmen operũ uirtutis, quod ualeat restitisse im pulsu tã uiolento: sermo noster solus hoc nõ astruit, uerũ contestantur omnia diuina eloquia, siquidem Mat.16.d ait ille: Reddet unicuiq; secundum opera sua, neq; id in gehenna tantum, inuenies ẽt in cœlo discrimina Ioan 14.d plurima. Mansiones enim multæ, inquit, sunt apud 1.Co.15.f patrem meũ: &, Alia est claritas Solis, alia claritas lu næ. Et quid miraculi est eum tã curiosè illa esse per scrutatum, quãdo stellæ quoque differẽtiam ad stel lam asseruit? Quare rebus his omnibus perspectis, nunquã ab exercitio operum cessemus. Vbi assurge re ad ordinẽ Solis aut lunę non datur, ne contempse rimus astrorũ cœtum, donec tantum uirtutis de no bis præbuerimus, ut liceat incolere cœlum. Si nõ au rum, si non preciosus lapis habebimur, ad argẽti mo dum pertingentes, adhuc pmaneamus in fundamen to. Id unum curæ sit, ne ad eam deflectamus mate riam, quam ignis cito corripit: deinde cum uidemus egregia facinora superare captum nostrum, minora perfeciſſe nihil pudeat. Reiicere enim parua, ubi ma gna cõsequi non uales, extremæ est demẽtiæ, quàm omnibus modis effugiamus. Quẽadmodũ.n.opes corporis accumulantur, quũ amatores illarũ ne mi-
D nimum, quidem lucellum negligunt: sic spirituales diuitiæ. Nam absurdũ apparet, quòd iudex quoq; frigidi poculi mercedẽ rependit? Atqui nos ftolidiores, nisi magna benefacta posimus, minorũ curam omnẽ abijcimus. Minima qui non despicit, accurato stu dio uel maxima pficiet: qui uerò illa fastidit, ab his in- Ma.10.d terim excidet: quod ne contingat, libuit Christo pro illis mercedẽ amplissimam certò polliceri. Quid.n.fa cilius, q̃ respectum agere eorum, qui laborãt, de quo tamen magnum uicissim præmium tribuit? Itaq; ui tam sempiternam susci pe, oblectes te domino, & ei supplica, iterum arripe iugum commodum, subeas leue onus, dignum principiò finem superadde. Ne de spexeris diuitias tãtas, quæ ultro afferunt: quas semel uniuersas amittes, ubi pseueraueris exasperando deũ per ea, quæ nunc facis. Vbi autem obstruxeris cana les anteq̃ multum damni datum, aut anteq̃ alluuium aquarum exculta aura corruperit, recuperare poteris ab initio cuncta quæ perierant, adiecto etiam illis nõ exiguo fœnore. Quæ quidem cùm ritè perpenderis, excutias obsecro lutum & sordes: à terra ubi iaces, re surgas & formidabilis eris aduersario, qui te ceu nun- E quam resurrecturum prostrauit: postq̃ uiderit manus te mouentem contrà, inexpectato uulnere percussus segnior erit ad insidias denuò ponendas: ipse autem tutior factus, non amplius accipies tam acerbam pla gam. Si aliorum calamitates idoneæ sunt, ut nos eru diãt: quantò potẽtius quas ipsi exhausimus erudiẽt? Videor mihi propediem uisurus istud in tuo capite, & iterum ex libramine diuino te clariorem, pulchrio rémue euasurum, tãtamq; præstaturum uirtutem, ut alijs illic anteferri queas, modò ne desperes, neq; recidas. Hæc.n.ad iudicium proficiunt, sic mihi quidem usus est. Postq̃ aliquid uel per alios intelligo, nõ cesso quod mihi cõducat eligere: qua in re si probè auscul tas, nihil erit loci reliquis medicamentis.

AD THEODORVM MONACHVM,

Homilia epistolaris: sed incerto interprete.

Ifletus posset & gemitus per literas nuncia- F
ri, redundantia lachrymis atq; suspirijs profe
ctò ad te scripta misissem. Equidem fleo, nõ
quòd paternarum rerum solicitudine geras, sed quòd ex fraterno te deleueris numero, quòd negligendo calcaueris, quicquid ante de pectore Christo spopon deras, ad hæc inhorresco, his angore crucior, propter ista formido, non immerito: ut.n.non obijcitur de sertio militiæ non militanti: ita is qui semel esse cepe rit miles, cùm deseruisse detegitur, pœna dignus ulti ma iudicatur. Non est graue Theodore charissime ca dere luctantem, sed iacere deiectum: non est pernicio sum in prelio uulnerari, sed post uulnus acceptum de speratione curandi medelam ulceri denegare. Nullus se demergit, naue fluctibus semel mersa, ac totum onus perditum desijt nauigare: sed rursus ad maria nudusq; festinat, rursus immensa peruolat freta, & iterato felicius cursu, casus prioris damna compen sat. Sæpe etiam athletas uidemus, post frequentes la psus, & deiectiones plurimas coronatos: militẽ quo que scimus post fugas multas uirum fortem fuisse, & uicisse uictores. Multi ẽt qui negauerant prius Chri stum propter crudelitatem, necessitatemq; pœnarũ, simile rursus certamen aggressi glorioſẽ coronã mar tyrij receperunt. Quòd si unusquisq; eorum quos di-

Vide Eusebiũ Cæsariẽsem hist. eccles siast. lib. iij. c. xxiij

Ad Philemonẽ. c.

2.Co.12.f

Ibid.13.a

G numerauimus propter aduersa principia desperando
cessisset, nunq̃ ad sequentium uoluntatẽ, ac fructum
bonorũ peruenire potuisset: similis profectò res est
frater charissime, ideoq̃ considera nequis paulisper
cõis inimicus, & ubi bene steteras, loco mouit: idcir-
co & ipse te totũ ad præceps, quod uidetur, impellas.
Persiste, immo magnanimus esto, & unde extuleras
pedem reuoca, néue ignominię, uel opprobrij genus
credas exiguam hanc parui temporis plagam. Neque
enim reprehenditur miles, cũ de prælio reuertitur uul
neratus, sed reprehensibile magis, ac semper turpe est
arma deponere, & seruitutis iugum subire captiuum.
Quandiu aũt quis in cõflictibus perseuerat, siue pro
tempore cadat ille, siue fugiat, nullus usqueadeo in-
gratus ac durus, & bellicæ disciplinæ expers erit, qui
uituperet denuò dimicantem. Non pugnantẽ quippe
est nõ uulnerari. Quicunq̃ aũt iracundia pertinaci in
hostes feruntur, aut cadere nonnunquam uidentur,
aut uincere. Quod quidem tibi nunc prouenisse non
miror, qui dum subitò serpentem occisurus insequeris, minimè morsum tetri dentis euadis. Verũ si con-
H stantior redeas, & sobrio ut conuenit paululũ corde
confidas: non solũ & ipsa uestigia impressi ulceris re-
pentè delebis, sed diuinitatis auxilio, & iam caput sce
lerati anguis extingues. Neque illud te fortè terreat,
quòd tam subitò, & in exordijs suis refrænatus tibi
cursus uidetur, & ipedita principia. Vidit sine dubio,
& uelociter uidit oculos hostilis, non modicarum in
sensibus tuis signa uirtutũ, & inuictũ debellatorem
suis, rebus increscere longè antè præsensit. Qui enim
contra ipsum subitò moliri tot & tãta cœpisset, eum
nisi inimicitijs occuparet, expugnandũ à se postea dif
ficilius æstimauit. Ob quod solicitius, uigilantiusq̃ se
stinãs, aduersum te totus exiluit, immo aduersum se
magis: si tamẽ ita ipse persteteris, ut cœperas repugna
re. Quis enim non in te iure miratus sit, post repenti-
nam illam mutationẽ, & rapidum ad meliora trãscur
sum, cœlestis iam uerè animæ probos mores? Epula-
rum quidem tibi oblectatio omnis, & luxus contem
ptui erat. Despiciebatur supellex uaria, atque pretiosa
omnis inanium rerũ iactura ignorabatur. Totũ illud
externæ, atq̃ peregrinæ philosophiæ studiũ à diuer-
I sis lectionibus sufficiebat dies non perpetuæ oratio-
num noctes, exciderat paternæ sensibus tuis memo-
ria dignitatis, diuitias obliuio profunda possederat.
Fraterna aũt genua complecti, & sanctorũ pedibus
aduolui omni nobilitate sublimius iudicabas. Ista dę
monem perculerant, ista illũ ad certamen armarunt.
Propter hæc factum est, ut intorqueret quidem tela
uiolentius, sed tamen certius non feriret. Et quidem
si post multorũ hoc tibi temporum spatia, post diu-
turna ieiunia, post terrenorum duriciam lectulorum,
post alios labores cœlestis philosophiæ contigisset,
nec sic quidem desperandũ putarem: quanuis uidere
tur non parua priorum iactura meritorũ, licèt maxi-
mum damnum plures putarent post tot, tantosq̃ su
dores, tot luctas, tot pericula, tot palmas, subitò iace
re conuicti. Verũ quia is nũc te in procinctu certami-
nis, cum quo eras certaturus, elisit, hoc tantũ profi-
cit, ut fortiorem te sentiat resurgentem. Modò enim
tibi è portu soluenti magis, q̃ de cõmercijs reuertenti, ac repetita à diuitijs repetitis naugia reportãti oc-
currit incassum pirata uiolentus: ut si quispiam pro-
uocatum leonem conetur occidere, sola tantũ rudẽ-
tis trãsitum ferri pellis agnoscat, non solũ illum profe
ctò non læsit, sed cautiorem, sæuioremq̃ in sui magis K
perniciem prouocauit. Lubricum genus est natura
mortalis, citò quidem labitur, sed nõ serò reparatur.
Et ut facilè cadit, ita & uelociter surget. Beatus quoq̃
ille Dauid, uir electus in ordine regum, electus in nu-
mero prophetarum: posteaquàm in plurimis deo di- 2. Re. 11.
gnus apparuit, hominem se esse mõstrauit, & in amo a.b.c
re quodam alienæ mulieris exarsit. Nec hoc solo con
tentus fuit, sed adulterium ex cupiditate cõmisit, &
homicidium propter adulterium perpetrauit. Sed nõ
ideo, quoniam duplex uulnus acceperat, etiam tertio
seipse percussit: uerũ mox ad medicum conuolauit, Ibid. 12. d
& diuersa medicamina plagis festinus appposuit, ieiu-
nia, lachrymas, luctus, preces, & indefessam peccato-
rum confessionẽ, ac si per ista placato ueniam à deo
meruit, & ad priorem dignitatem rediit, usqueadeo, 3. Re. 11. c
ut post adulterij, & homicidij crimen, impietatem ac
scelus filij paterna memoria potuerit obumbrare. Fi-
lius enim eius cui Salomon uocabulũ erat, iisdẽ qui-
bus pater uitijs inuolutus, ob mulierũ gratiam à pa-
terno recedere ausus est deo. Hinc aduerte q̃ leue sit
non uincere uoluptatem cupiditatis: sed peruertere L
ordinem naturæ, & uirum genitum subiacere serui-
tio fœminarum. Hunc ipsum ergo Salomonem, qui
omni penitus spoliari imperio dignissimus erat, pater
norum cõtemplatione meritorũ sextam regni domi
nus portionem habere permisit. Et sanè securè, & ubi
esset eloquentia secularis, & repentè in exercendis ne
gligentior studijs, fori uoces, ad tribunalium palmas,
& coronas illas atq̃ uictorias deseruisse. Reuocarẽ
profectò sensibus tuis memoriam præteritorum, &
peterem ne tibi perire patereris tot, ac tantos inter il-
la iudicia desudatos labores. Verũ quia omnis nobis
solicitudo est cœlestium rerum, ne terrestribus pror-
sus cogitationibus præpediamur: aliud magis con-
templare, quæso, iudicium, aliud prospice, quod sine
fine reuerendum est, atq̃ intermiscendum tribunali.
Omnes enim nos, inquit, necesse est manifestari ante Rom. 14.
tribunal Christi. Ille tunc iudex sedebit, qui nunc à te b. & 2.
repudiatur. Quid tunc ergo dicemus? quo colere ex- Cor. 5. b
cusationis utemur, si in eodem crimine permanebi-
mus? Interrogo quid loquimur. Negotiorum fortè,
atq̃ causarum uarias solicitudines prætendimus. Sed M
ante nos commonens ipse prædixit: Quid proderit Mat. 16. d
homini, si totum mundum lucretur, animæ autem
suæ damnum patiatur? Sed seductos nos à quocunq̃
causabimur. Sed non potuit Adam uxoris illecebras
excusare dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, ip Gen. 3. b
sa me seduxit. Nec rursum uxorem serpentis culpa de
fendit, magni horrendiq̃ timoris plenum, illud Theo
dore iudicium est, non accusatore eget, neq; testes re
quirit. Omnia enim nuda, atque detecta sunt oculis Heb. 4. d
iudicantis: nec factorũ tantummodo, uerumetiam
cogitationum nostrarum rei necessario subiacemus.
Scrutator enim, atq̃ discretor est cogitationis & cor- Sapiẽ. 1. b
dis ille qui iudicat. Sed fonsitan naturali infirmitate
tentabimus crimen obtegere, nec potuisse nos susce-
ptum iugum ferre dicemus. Et qualis hæc excusa-
tio erit, iugum nos placidum non uoluisse sufferre,
onus non potuisse portare, quod ipse uocauerit leue? immo graue, & onerosum pondus putarem quie
tum laborem, ad quem nos Christus inuitat, dicens:
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & Mat. 11.
ego uos requiescere faciam. Et rursus: Tollite iugum Ibidem.
meum, quia suaue est, & onus meum leue est. Quid

A enim leuius esse dices, ac melius, q̃ solicitudine secula
ri, & laboribus & metu exui, q̃ ab istius mundi fluctu
bus segregari, & possidere placidi tranquilliq̃ portus
securitatem? Agè perspiciamus quid in hoc seculo no
bis beatum, quid optabile esse uideatur. Sine dubio
dignitatẽ, & opes dices, & ambitionis humanæ felici
tatẽ. Sed quid his miserabilius erit, si ea libertati Chri
stianorum uolueris cõparare? Illũ primatem beatum
æstimas. Iudex populari iracundiæ subiacet, multitu
dinisq̃ uulgaris irrationabilem impetũ tremit: maio-
rum aũt potestatum authoritatem ueretur, & perpe-
tua pro his quos regit, solicitudine frangitur: & qui
paulò antè iudex erat, fit repẽtè priuatus. Nõ est pro-
fectò theatralibus scenis præsens uita dissimilis. Nam
ut illic ille imperatoris, hic iudicis, alter & militis im-
plet officium: ubi aũt consecuta non fuerit, nec impe
rator agnoscitur iperator, nec iudex qui fuerit, iudex
uidetur, nec miles postea q prius miles: ita unusquisq̃
nostrum in illius seculi die, nõ personis, sed rebus atq̃
Iob. 13. d actibus competentem accipiet dignitatem. Hæc ergo
Psa. 102. c gloria iudicãda est, quæ sic ab homine defluit, ut ca
B dere diuinus sermo florem dixit à fœno? Sed diuitia-
1. Pet. 1. d rum pompa laudanda est, quam qui possident, mise
Luc. 6. d rabiles iudicantur. Væ enim, inquit, diuitibus. Et ali-
Psa. 48. b bi: Væ his, qui confidunt in uirtute propria, & qui in
ubertate diuiarum suarũ gloriantur. Christianus aũt
nec priuatus ex iudice, nec pauper ex diuite, nec ex
glorioso esse inglorioſus potest, sed opibus semper ex
ubertate fit egendo locupletior: at tunc maximè su-
pra oẽs esse incipit, cum inferiorẽ se omnibus facit, &
ex dignitate illa, per quã regit non homines, sed mun
di istius potestates, ipsumq̃ secularium tenebrarum
obtinet principem. Humilitas quippe non illa tantũ
laudatur, quę de conscientia peccatorũ uenit, sed illa,
quæ ex uirtute descendit, deo chara est. Et quia in ea
requiescit deus, ideo omnibus dominatur, & nullus
Heb. 13. a cum de hac dominatione detrudere potest. Bonum
quidem nuptias & ipse cõfiteor. Honorabiles, inquit,
nuptiæ, & cubile immaculatum. Fornicatores aũt, &
adulteros iudicat deus. Sed te iam seruare non cõue-
nit priuilegia nuptiarum: Angelorum enim societate
semel iunctum, illud relinquere, & uxoris laqueis im-
plicari, adulterij crimen incurrere est: quanuis frequẽ
C ter hoc ipsum nuptias uoces, ego tamen & adulterio
illud tantò peius affirmo, quantò maior ac melior
mortalibus angelus. Neq; ullus tibi fortè persuaserit,
dicens: Nihil de non accipienda uxore dominus præ
cepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulteriũ in-
terdixit, non nuptias uetuit, uerũ in te adulterij nomẽ
accipiet, si uolueris unquam, quod absit, nuptias co-
gitare. Et quid mirũ, si nuptiæ, tales, quibus offendi-
tur deus, adulterio cõparantur? Maius longè audies:
Homicida iustorũ laude donatur, & misericors plus,
quàm homicida punitur: quoniam hoc uetãte fit do
mino, illud uolẽte. Et Phinees quidem ad iustitiam re
Nu. 25. b putatum est, quòd impudicum cũ turpi fœmina ui-
rum uno gladio percussisset. Saulem aũt Samuel san
1. Re. 15. c & 16. a ctus dei in luctibus, lachrymis, precibusq̃ pernoctãs,
damnatione, cui illum addixerat deus, liberare non
potuit: quo hostium ducem, quem debuerat trucida
re, inuito parcẽdum credidit deo? Cũ hæc ita sint, stu
pere desiste: si nuptiæ peiores adulterio iudicantur,
quoties Christus offenditur? Atq̃ ut illud repetã, qđ
in principio posui epistolæ, si militiæ uincula nõ tene
rent, quis tibi desertionis crimen obiiceret? Nunc aũt
nihil in te penitus tui iuris est, quippe qui tanto impe D
ratori militare cœpisti. Nam si mulier proprij corpo- 1. Cor. 7. a
ris nõ habet potestatem, sed uir: multò magis hi, qui
Christo potius q̃ sibi uiuunt, conditionem corporis
sui habere nõ possunt. Iste qui nunc Theodore con-
temnitur, ipse tunc sine dubio iudicabit. Hoc præci-
puè cogitemus, prospiciamus illũ igneum fluuiũ, qui
ante conspectum ipsius præcedet: & quòd qui illis se
mel traditus fuerit flãmis, sperare non poterit requiẽ,
finemq̃ pœnarum. In hoc quippe seculo aut quæri-
tur uita, aut amittitur. Huius enim uitæ diuitiæ, & illi-
citę uoluptates, somno similes umbrisq̃ transcurrũt,
in quibus anteq̃ peccato terminus detur, delectatio
cupiditatis extinguitur: illa uerò supplicia, quæ homi
nes propter ista suscipiunt, non carent sine tormenti:
& quod hic oblectare creditur, temporale est: quic-
quid aũt illic cruciat & consumit, æternũ est. Quid in
hoc mundo stabile, quid perenne est? Credo diuitiæ,
quæ usq̃ ad uespertinas quidẽ horas plerunq̃ manse
runt? Sed fortasse gloria secularis? Audi ergo cuiusdã
uenerabilis uiri uocem: Tempus, inquit, uitæ meæ, le Iob. 9. c
uius cursoribus fuit. Vt enim illi prius q̃ bene stent, exi E
liunt: ita & hæc euolat antequam ueniat. Nec ignoro
quòd inferiorẽ te fecerit cõtra inimici conflictũ cessa
tio dimicãdi: scio quòd in medio uerseris incendio se-
culariũ uoluptatũ, Sed si aduersariè dictum uelis, nõ
seruiemus oblectationibus tuis, nec radicem adora-
mus omniũ malorum: si sustuleris ad cœlũ oculos,
mox caliginẽ dominus tetri ignis excutiet: & eos qui
dem, qui te ad incendiũ impulerunt, concremabit: te
aũt in medio fornacis cõstitutũ resperget rore nebu-
larum, & sibilantis auræ spiritu æstuantia tibi corda
mulcebit, ita ut nec ad cogitatiões, nec ad cõscientiã
tuam uis ignis accedat: tantũ ne requiescere segnior
uelis, & sponte uincaris. Nã & munitissimas ciuitatũ,
cũ sæpe omnia obsidentiũ tela uicissent, omniũ expu
gnationũ genera uitassent, unius tantũ, uel alterius ci
uium interius cõmanentiũ occulta proditio sine ullo
repentè certamine capi fecit. Et nunc caue, nequa in
sensibus tuis cogitatio proditionis tibi machinã mo
liatur innumeris artibus, licèt tẽporis expugnatione
murorum utatur inimicus, incassum cũcta tentauit.
Multos nanq̃, ac magnos habes diuini muneris gra- F
tia uiros, qui nobiscũ dolent, qui te palæstri oleo spi-
rituali sæpe perfundũt qui pro animæ tuæ diebus, ac
noctibus salute formidãt. Habes sanctũ Valerium, ac
deo dignũ, Florentiũ quoq̃ per omnia eidẽ morum
ornamento germanũ. Habes Porphyriũ philosophiã
Christi philosophantẽ, aliosq̃ præterea plures nume
ro, & pares uita. Oẽs hi indefessa casum fraternum la
mẽtatione deplorant. Etiã sine dubio iugi prece me-
ruissent assequi dudũ quod precabantur, si paulisper
hostiũ temetipsum laqueis eruere tẽtasses. Qũo ergo
non incongruũ, & reprehensione dignum uidetur, si
cũ alij ne nunc quidẽ de tua salute desperent, sed con
tinuis orationibus recepturos se proprij corporis fra-
trem esse confidant, nolis ipse cõsurgere semel lapsus,
sed iacere perfixas, atq̃ ipsum quodãmodo hostem
increpes, dicens: Occide, ne parcas. Nunquid qui ca-
dit, nõ resurget? in libris cœlestibus legimus dictum: Hier. 8. b
Verũ cõtradicis ipse his sermonibus, & repugnas. Nã
desperare semel lapsum, nihil aliud est dicere, q̃ hoc, q
semel ceciderit nõ resurgat. Ne quæso, ne usqueadeo
in expugnatione tui, ac læsione permaneas, néue tan
tũ ignominiæ oĩbus nobis effundas dolorẽ. Et qui-

Gdem non nunc solũ loquor, quando annũ uicesimũ necdum agis, sed etiã si omni te æuo Christo uixisse meminisses: postmodũ aũt in ultimo senectutis curriculo æquè ut nunc lapsum uiderem, ne tunc quidem hmõi in te desperationẽ probarem. Sed erige obsecro
Luc. 23.f mentem euãgelici latronis exemplo iustificati in cru-
Mat. 20.a ce, & ĩ ipsa morte saluati. Ante oculos collocabo eos etiam, qui undecima quidẽ hora aggressi sunt opus, sed ad totius mercedem diei peruenire meruerũt. Vt igitur satis durum uidetur, ac barbarum his, qui deuoluti fuerint ad profundum imi gurgitis cœnum, si tamen casus prioris crimina emendent, salutare correctis remedium denegare: ita rursus haud tutũ est hac hac spe hominem ad uitia nutriri, ut dicat enim, datio post ista succurrit, nunc interim uoluptatibus uitæ istius fruar, postea aũt per exigui temporis castitatem mercedes transactorũ quoq; adipiscar annorum. Memini nanq; te sæpe dixisse his, qui in studijs tibi secularibus posito tam pernicioſa suadebãt, etiamsi in
Eccl. 5.b isto, aiebas, breuis temporis spatio, bonum terminũ
H uitæ minimè fuero consecutus, quemadmodũ ad illum ibi, qui dixit: Nolo differas conuerti ad deũ, neq; diem ex die protrahas: nescis enim quid pariat superuentura dies, huius animi, huiusq; cõsilij recipe, ac recordare obsecrationem, & cõstringe uinculis furem.
Matt. 24. d & Luc. 12. e. et. 1. Thes 5. a Hoc enim nomine excessum de hoc seculo nostrum Christus appellat, quòd ignorantibus ueniat, & nescientibus nobis repentinus assistat. Cõsidera uniuersas mundi istius curas, uel quæ singulis quibusq; sunt propriæ, uel quæ multis solent esse cões, mecum intolerabilis iudicij, & extrema nonnunquã pericula, quæ ad inuidiam ciuium plerunq; nascuntur, miserabiles illos labores, & seruile adulationis ingenium: immo & seruos quosq;, qui honestiores paululum uidentur indignos terrenorum operũ, ac breues fructus, quorum infelici cupiditate deficiunt. Multi etiã uoluptate, ob quam tot labores impenderant caruerunt, & priori omni æuo in solicitudinibus, periculisq; consumpto: tunc cũ recepisse se immensi sudoris putauere mercedem subita morte præuenti, nihil secum exhis, quibus nec hìc quidem uti potuerãt, abstulerũt: nec immerito. Nam si huius telluris imperatorem uix
I aliquem post multa discrimina, post frequẽtium trophæa bellorum cũ authoritate promerita uidere cõtingit: quemadmodum cœlestem omnium regẽ poterit intueri ille, qui per totum suæ tempus ætatis alij uixerit, & alij militarit? Agè ut & de domestica, quę in uxore, filijs, seruulisq; sunt solicitudines dicam, durũ esse filios non habere monstrabo: quorũ alterum frustra nuptus illigare est, alterum amarissimæ succumbere seruituti. Aegritudo tẽtabit paruulum, formido præcipuè immaturæ mortis disrumpat orbita nõ ferenda, crescentibus deinceps annorũ gradibus quoq; curam adipiscar animorũ, ac semper pro ipsis, aut timorem parens sustineat, aut dolorẽ. Graue æquè est, si se magis pauperẽ quis agnoscat uxore: graue etiã, si ditior sit illa, quæ nubit: uni enim facultates mariti iminuũtur, alio libertas & authoritas derogatur. Qui præterea illas enumerare molestias possit, quæ à dominis ingeruntur seruis? Hæc ergo Theodore charissime uita dicenda est, unam discerpi ac diuidi animã in tam uarias rerum, ac personarum necessitates, tot hominibus seruire, tot uiuere, sibi autem soli tempus omne uiuendi penitus denegare. Nihil horum apud nos dilectissime, quod & te teste confirmo, inueniri
K potest. Illo enim ipso per breue tempus, quando paulisper demersum fluctibus caput expedire tẽtasti, memor es quæ dulcedo, quod gaudium in tua mente diffuderat. Nõ est profectò, nõ est omnibus curis solutus, ac liber, nisi solus ille, qui Christo uiuit ac seruit. Ille semper uniuersis quæcũq; sunt malis superior inuenitur: tantũ ut seipso aduersum se uti nolit inimico. Alius ei obesse nihil poterit, nullius unquã regi captiua colla iugo submittit, non facultatũ damnis soli *1. Tim. 6.*
citatur: quippe qui dicit, quòd nihil intulimus in hũc *b*
mundum, neq; hinc quicquam auferre poterimus: nõ gloriæ, aut bonorum cupiditate superatur. Scit enim quòd nobis dignitas nostra seruatur in cœlo, non cõuicijs, non plagis ad iracũdiam commouetur: unum tantũmodo Christianus iudicat malum, solumq; formidat domini cœlestis offensam. Nam illa alia, hoc est imminutionem pecuniarũ, amissionem patrię, periculũ uitæ: quorũ omnes etiam memoriam perhorrescunt, pernicioſa prorsus esse non credit. Hinc autẽ aliquando migrare, & ad superna transire fore dulcius, sub ipsa uitę istius luce confidit: ut si quispiam rupis excelsæ uerticem tenẽs, pelagus omne prospiciat, L
multosq; inde nauigãtium crebris fluctibus freti, unda submergi, alios in prærupti montis saxo collidi, nonnullos ad alia littora contendendo properare, & subitò ui tempestatis, ut uinctos ad alia deduci, plures sorbentes unda sęuientis profundi ima penetrare, aliquos tabulæ unius auxilio ex fragmentis nauis inuentæ à morte defendi, aliquãdo pro gubernaculo, atq; remigijs manibus tantũmodu suis uti: alios autẽ uideat turbidos fluctus multiformi atq; multiplici genere cadauera ferri: ita est ergo ille, qui militat Christo, cũ se à tempestatibus, atq; turbinibus uitæ istius separat, consistit in arduo semper, ac tuto securus loco. Quid enim celsius potest esse, quid tutius, q̃ unã tantũ nos solicitudinem gerere, quemadmodũ deo placere possimus? Vidisti certè Theodore naufragia hmõi, pelagus, undasq; declina, & excelsum illum huiusce modi pelago quære nauigantem: quamobrem obtestor ac deprecor, fuge maria, undasq; declina, & excelsum illũ, atq; à periculo captiuitatis immunẽ occupa locum. Resurrectionem Theodore non ambigis fore, & illud cœleste iudiciũ, quod nos post finem M
uitæ huius expectat. Omnes, inquit beatus Apostolus, nos adstare oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gesit siue bonum siue malũ. Non incassum gehenna cũ pœnis denunciatur, nec frustra tot ac tantorũ bonorum præmia præparantur. Vmbra aũt quædã ipsisq; umbris inanior, nequiorq; est conuersatio secularis, plena periculorũ, plena tormentorum, extremo cuidam seruitio subiugata. Ne quæso & præsentis temporis bono frauderis, & futuri. Licet aũt utrunq; lucrari, si uelis facere, clamat beatus Ioannes: Qui in Christo credit, *1. Ioã. 2. a*
debet sicut & ille ambulauit, & ipse ambulare. Et alibi: Fugite fornicationem, & iterum: Tẽpus breue est. *1. Cor. 6. b*
&, Bonum est, inquit, homini mulierem nõ tangere, *Ibid. 7. c*
quasi & in tactu solo periculum sit: & iterum, Volo *Ibidem.*
autem omnes homines esse, ut metipsum. Beatus qui Pauli similis fuerit, felix qui audit Apostolum præcipientem, non ignoscentem. Liberi nos arbitrij esse natura permisit, ut quod uolumus, hoc faciamus. Eligamus igitur bonum potius, quia boni dei creatura sumus, ne nos diaboli opprimant mala. Nam qui in Christo uiuunt, etiam istius mundi cõmoda consequuntur,

A quũtur, dicente Apostolo: Vos, inquit, templum dei
1. Co. 3. c estis, & spiritus dei habitat in uobis. Et quem cœlũ, & terra non capit, famuli dei pectus capit. Vides ergo Theodore, quòd in hac uita, ẽt melior, ac maior ostẽditur ille qui deum, q̃ ille qui cõiugis curã gerit. Nullus quippe hinc ad illã trãsgressis pniæ locus est. Neq; enim aliquis athletarũ posteaquã egressus stadio fuerit, spectaculis ex more finitis luctamen aggredi põt. Hoc si cogitare semper uelis, terribilem illũ, atq; uiolẽtum maligni dæmonis gladium, frangendo comminues, quo interficere plurimos solet, per quẽ deiectio spem resurrectionis abscindit. Graue istud, ac durum est armorũ ipsius genus, & alia semel captus arte non retinet, sed hmõi uinculis illigatos constringere solet, quos potuerit subiugare. Quos tamen nexus citò, si uolueris dei nutu dissoluendo rumpemus. Scio quidem me epistolæ excessisse mensuram, sed ignosce quòd longius paulò non spontè processi, sed tristitiæ acerbitate cõpulsus, & charitatis affectu: propter quã & ipse mihi, ut ignoscis, imposui istam scribendi necessitatem, uetantibus multis, atq; dicentibus: OmitB te, quid incassum laboras, & supra petrã, ut aiunt, seris? Sed cũ multi mihi ista suaderent, nulli acquiescendum putabã. Spero enim, ut mecũ ipse confero, Christi dei nostri clementia faciente literas aliquid profuturas: sin aũt id, quod abhorret ex uotis fuerit consecutum, nobis tamen non mediocriter consolemur. Silentij crimen uitare potuerimus, neq; his, qbus mos est peragrare totum nauibus fretum, peiores esse credimus. Qui quoties uiderint eiusdẽ artificis disciplina nauem fluctibus mersam, aut uẽtorum impetu dissolutam, incumbentes alicuius tabulæ pelago sæuiente differri, uela deponunt, & ancoras iaciũt, & minoris nauiculæ remigijs occupãtes homines, alias fortasis ignotos, sed ex præsentis periculi conditione noscendos, oibus modis seruare festinãt. Verũ si illi forte respuerint salutis auxiliũ, nullus his credo poterit imputare eorundem perditionẽ, quasi uoluissent, manifestum est seruare perituros: hæc à nobis trãsmissa perspicies. Speramus aũt quòd ẽt à te inuicem nobis uotiua referẽtur, & quòd iteratò te sancto atq; felici saluatoris discipulorũ choro uidebimus aggregatũ, incolumem te sanitate, quæ uera est, citius recipiamus, C
orationibus sanctorũ. O mihi amicum caput, si qua etiam nunc in sensibus tuis memoria nostri est, neq; ab arcano pectoris tui expulisti, dignare scribere. Nõ enim ambigis ex literis tuis maximum nobis gaudiũ esse uenturum, Amen.

AD EVTROPIVM, ET ALIOS ALIquot, *Homilia epistolaris: sed incerto interprete.*

Huius epistolæ genus partim paramythicum est, partim parænęticum.

Emper quidẽ frater, sed nunc præcipuè com
S petenter dicetur: Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Vbi nũc est refulgens cõsulatus am-
Eccle. 1. a bitio? Vbi resplendẽtes ad inuicem syderũ toto orbe lampades? ubi equorũ certamina? ubi diuersorũ munerũ pompa? ubi coronæ, & uarius totius orbis ornatus? ubi tubæ, & theatralis illa populi adulantis acclamatio? Repentini spiritus flatu tanq̃ folia cũcta decussa sunt, & arbor nuda derelicta est: & non solũ nuda, sed & ab ipsis cõuulsa radicibus: tãta enim ui uentus incubuit, ut ipsius arboris absoluerit neruos. Vbi D
nunc simulati illi amici? ubi uariæ adulationũ facies? ubi cõuiuæ, & prandiorũ, cœnarumq; assectlæ? ubi paropsides? ubi electa uina, & per totũ diem tracta conuiuia? ubi cocorũ exquisitæ artes? ubi denique omnis illa potentia, & clientũ greges, ad gratiã cũcta loquentium? Nox erant omnia illa, & somniũ, & die exorto nusquã comparuerunt. Vmbra erat, & pertransijt: fumus fuit, & dissolutus est: bullæ aquarum fuerunt, & disruptæ sunt: araneæ telæ erant, & discissæ sunt. Propterea q; iterum spirituale istud carmen canimus dicẽtes: Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Hunc enim uersiculũ, si saperent, qui in potentia uersantur, in parietibus oibus, & in uestibus suis scriberẽt, in foro, in domo, in ianuis, in ingressibus: & ante omnia in conscientijs suis, ut semper eum oculis cernerẽt, & cordesentirent: quoniam quidem multæ sunt rerum facies, multæ imagines fallæ, quæ decipiunt incautos: istud oportet quotidie salutare carmen, & in prandijs, & in cœnis, & in omni cõuentu unumquẽq; proximo suo canere, & à proximo suo libẽter audire: quia uanitas uanitatũ est, & omnia uanitas. Non tibi semper dice- E
bam, quia fugaces sunt diuitię, & stare nesciunt loco? Sed tu me nõ libenter audiebas. Nõne tibi dicebam, quia nulla certa est in potentia tua fides? Sed tu hæc ægrè accipiebas. Ecce nunc ipse te rerũ exitus docet, quia non solũ infideles & fugaces, sed exitiabiles sunt diuitiæ. Inde deniq; est, quòd pertimescis, quòd turpi concuteris metu. Nõne tibi dicebam, cũ me frequenter corriperes, & increpares uera prosequentẽ: qa ego te magis diligerem, q̃ illi qui adulabantur: Ego qui arguebam te, plus tibi profueram, si audire uoluisses, q̃
Pro. 27. a illi qui assentabantur? Nõ mentristi cũ dicerem tibi, quia meliora sunt uulnera amici, q̃ uoluntaria oscula inimicorum? Si mea uerba, quæ tunc uulnera uidebãtur, audisses: nunq̃ tibi oscula adulatorum istũ exitũ peperissent. Mea enim uerborum uulnera sanitatem ferebant, illorum aũt oscula blandimenta morbũ tibi insanabilem generabant. Vbi sunt illi nunc, qui te in foro longis ambagibus cõstipabant, qui dom⁹, foris q; laudabãt? Abnegauerunt te oẽs amici tui, discesserunt unusquisq; in sua, & nudũ te atq; inanem reliquerunt, nullus illorũ uel propè accedere ausus est. F
Nos uerò non ita, sed & tunc cũ difficilis esses, ac durus admonita nostra, non pertimescebamus: & nunc casum tuũ nõ perhorremus, nec deserimus, sed quantum possumus, subleuamus: & ecclesia quidẽ, quæ à te impugnata est, apertis te gremijs suis suscipit. Turbæ uerò illæ theatrales, pro quibus aduersum nos sæpe inflatus es, acclamant interitũ tuum, nos tamen nunquam cessauimus, dicentes tibi: Quid agis? quorsum hęc? Cur ad insaniam prouocas ciuitatẽ? Cur populos tantæ urbis spectaculorũ contentione præcipitas? Sed tu nihil horũ curabas, quinimo diuitias tuas in his cõsumebas, à quibus nũc gladij acuũtur in te? Ecclesia uerò, quæ iram tuam, & impetũ furoris tui, sæpe perpessa est: ubique discurrit, & satagit, & ex isto te laqueo conatur eripere. Verũ hæc dicens, nõ insulto lapsis, nec superbo pede ceruices iacentium calco, sed eos qui stare uidentur, solicitos reddo: non saucia to uulnus exaspero, sed eorũ quos nondum inuoluerunt aduersa tenebrarum, conseruare cupio sanitatẽ. Nõ, inquam, submergere studeo fluctuantẽ, sed eos moneo, qui secundis nauigant uelis, ne fortè si nõ caueant, submergantur. quod nõ fieri potest, si permu-

G tationes non cogitentur rerum, ut non incidatur in eas. Nã qui in secundis aduersa prospiciunt, inopinatum nihil patiũtur in aduersis. Sed quoniam hic neque ex seipso cogitare hęc potuit, neq; ab alijs admonitus corrigi uoluit: uos saltẽ, quibus à deo cõmissa est dispensatio diuitiarũ, & potentia temporalis, discite uerecundiã moniti: & correptione alterius erudimini, nihil superbum sapere, neq; in incerto diuitiarum spare. Tam nihil sunt enim hæc omnia quę uidetis: etenim si ea fumũ, & umbram, & fœnum, aut florẽ fœni nominemus, si somnium dixerimus, minus profecto q̃ se habet ueritas, dicimus. Nã cum eo quòd in certatorũ stadio & breuis est, atque infida possessio, multũ tamen secum periculi gerunt, & plurimum indignæ & fidæ mortis annectãt. Quis enim hoc celsior uidebatur? Nonne orbẽ supergressus est apice dignitatis? nonne ipsis ẽt Romani imperij insulis terribilis fuit? nonne summa rerum potestas huic subiecta erat? nonne ad ingressum eius diadema regni tremuit, & impij purpura inclinata, quassata est? Et ecce nunc infelix, & prostratus iacet, captiuo misere H rabilior, seruo uilior, egenis abiectior, omni reo despectior, per horas. n. singulas iminere gladios cerui cibus suis, & instare carnifices uidet: nec quia fuerit unq̃ ei uoluptas aliqua meminit in uita, aut deliciarum ulla recordatio in memoriã eius uenit. Sed quid dico uoluptatis, ac deliciarũ recordatio? Sol si in cœlo nunc resplendeat, aut si sit in mundo, lux ipsa non sentit: sed die medio atra nox oculis eius incumbit, & nihil nisi tenebras uidet. Sed quãdiu hęc? Non puto me posse ullo sermone explicare, quæ patitur. Hesternus. n. dies indicium fuit, cũ ad eum uentum fuisset ex palatio, & ad sacrarium confugisset, q̃ uultus eius buxei coloris effectus, & nihil omnino à mortuo differens, tremor dentiũ, mentumq; demissum, interrupta uox, lingua resoluta. Et hæc dicimus non exprobrantes, ut superius dixi, neq; insultantes ruinæ eius, sed uestram mentem mollire cupientes, & ad misericordiam prouocare, ut contẽti iam sitis cruciatibus eius, & effugiat à nobis pœna, quam patitur. Multi enim sunt inter nos crudelius agentes, & in supplicia eius ardẽtius sæuientes, qui ẽt nos culpant, cur eum susceperimus, & cur iudulserimus, ut sacrosanctum altare contingeret. Propterea ergo exposui supplicia eius, quæ nullo inserẽte perpetitur. Sed dic mihi frater, qd indignaris? quid tã pertinaciter sæuis? Cur igitur ad ecclesiã confugiat is, qui semp expugnauit ecclesiã? Propter hoc maximè, in his. n. oportet glorificare deũ, qui permisit eũ in id necessitatis adduci, ut per ipsum & uirtus, quæ ineſt ecclesiæ, & misericordia nosceretur. Virtus quidẽ ex eo, quòd impugnatorem suum supplicem uidet: Misericordia uero ex eo, quòd protegit supplicẽ, & sub alis suis cõtegit, cuius dudũ hostilia tela contempsit: quodq; imemor priorum malorum suorũ sinum suum cum pietate pandit ei, cuius uulneribus nunq̃ cessit. Quid hac uictoria clarius? Quid ista uirtute præstantius, hosti non cedere, misero subuenire? hæc pietas Gentiles cõfundit, Iudæos arguit, lætificat credentes: nunc enim in eum misericordiam facit, cum oẽs amici & familiares eius reliquerunt eũ, cum adulatorũ & satellitum eius nusquam ullus est: sola ecclesia uelut omniũ mater, & quæ memor sit sese ex hostibus, ac persecutoribus diluniatã, receptã sub alas suas, & pectus suum iracundiæ regis opponit, furori plebis obsistit, odia ominiũ perfert, & impugnari se gaudet pro eo, à quo K expugnatur. Ista sunt ornamẽta altaris ecclesiæ, istud est decus uirtutũ eius, ista sunt Christianæ pietatis insignia. Sed nefas est, inquit, istum flagitiosum raptorem atq; inuasorem cunctorum diuinum altare contingere. Nolo hæc dicas charissime, quoniamquidem Luc.7.g & meretrix illa peccatrix contigit pedes Christi, & nõ ex hoc opprobrium cõtulit Christo, sed insignia uirtutis eius elicuit. Neq; enim immunditia eius polluit mundum, sed puritas mũdi purificauit immundum. Nolite, quæso, uos malorũ memores existere: aut nescitis cuius domini sumus famuli, cuiusq; magistri discipuli. Recordamini illius nos esse seruos, q pro his, à quibus ad crucem deductus est, dicebat: Pater, dimit Ibid.23.c te illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed refugiũ, inquit, ecclesiæ ipse prohibuit & legẽ dedit, quæ uelut muro quodam misso confugere eos ad diuinũ altare prohiberet. Sed ecce ita dispẽsauit deus, ut prior disceret ipse quod fecit, & uim legis suæ ipse prior sentiret. Si uindictam quæris, quid esse hac amplius potest, q̃ ut ipse solueret quod ligauerat, destrueret quod ædificauerat, pateretur ipse quod cæteros pati iusserat? Quid L hoc spectaculo quæris amplius? Hic positus & tacẽs, orbi terrarũ iniquitatem suę legis annunciat, monet oẽs, & dicit: Nolite facere talia, ne talia patiamini. Est ne quisq̃, qui talem doctorem non audiat, qui nõ ac quiescat huiuscemodi monitori quiq; non sermonibus doceat, ne exemplis aliunde quæsitis: sed seipse, inq̃, & suum exilium offerat omnibus ad exemplum? Quid tu putas altare nũc pollui? Immo uerò nũc effulget in uirtute, nunc terribile apud omnes efficitur, & metuendum. Non aspicias quantum leonẽ tenet in uinculis, quos spiritus subiectus premit, quantam superbiam deiecit ac fregit. Aut ignoras, quia & imagines regũ non ita magnæ, nec mirabiles uidẽtur, cum reclinati solio, & auro ac purpura refulgẽtes pinguntur: cumq; adhuc pedes eorum uincti post tergum, barbari iacent, capite in terrã demerso. Sed quid pluribus opus est? Vosipsi fidem date sermonibus meis. Nunquid non clarior nobis, & celebrior hodie conuentus est? Nihil minus esse uideo in multitudine, q̃ si sanctus Paschæ dies ageretur. Quis istas huc hodie in numeras multitudines cõgregauit? Cõueniſſe uideo M non solũ uirorum insolitos uultus, sed & mulierũ: si quę illæ erant, q̃ clausæ semper domibus habebãtur, neglexerunt domesticã curam, & ad ecclesiam cõuolarunt. Virgines ẽt uideo prorupisse de thalamis, nec uerecundia detinuit, quas dei gloria inuitauit. Conuolauit. n. undiq; omnis sexus, & oĩs ætas, omnisq; cõditio, ut illum quem uiderant altaris hostem, nunc captiuum uidereẽt altaris, ut perspicerent iudicia dei: Qui respicit super terrã, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant, ut uideat omnis oculus, & Ps.103.d suismetipsis aspectibus credat, mortalium res, quàm sint fragiles, quàm caducæ, ut intueantur omnes, & perspiciant uultus istius: qui hesterno læti, exultantes, erecti, & despicientes omne hominum genus, hodie rugosæ anus, & annis decrepitæ esse fœdiores: ita enim se rerum succeſſus, & prosperitas habet. Hæc. n. est huiuscemodi cõuersorum uirtus, ut quãtò elatior prius fuit, tantò nunc deiectior fiat. Ad hanc rerũ faciẽ etiam si diues, etiam si superbus aspiciat, emẽdatur: intuens eum qui in tanto culmine erat, nunc usq; ad ima deiectum: & eum qui orbem terræ extẽta manu quatiebat, nũc lepusculi alicuius, aut ranæ timidi-

A tate attractũ latitare, absq; ullis uinculis ad basim columnæ huius astrictum, formidantẽ, ac trementem: nõne intuens deponet cõtinuò superbiam, & incipit nihil sperare de dignitate & diuitijs suis, sed incipiet cõtinuò philosophari, & ad memoriam reuocare sermo
Esa.40.b nem scripturę, quo dicitur: Omnis caro fœnũ, & om-
Iaco.1.b nis gloria hominis sicut flos fœni? Aruit fœnũ, & flos
Psa.36.a decidit, & sicut fœnum arescit: &, Sicut olera herbarũ
Ibi.143.a citò cadent: quoniam homo uanitati assimilatur. &,
Ibi.101.a Sicut fumus dies eius. Et quæcunq; his similia scripta sunt, recordabitur: si uerò hæc aliquis pauper aspiciat, continuò eleuatur, & incipiet semetipsum consolari, & penuriæ suæ deponere dolorem. Gratulabitur enim in paupertate sua, quòd præstitit ei paupertas sua, ne incurreret diuitũ ruinas, & penuriam suam cẽtuplo oĩbus diuitijs præferet, agens gratias deo, quòd sibi sortem paupertatis indulserit, ne pro diuitijs usq; ad uitæ ipsius periculũ peruenire. Vide quantũ lucri & diuitibus & pauperibus contulit, humilibus & elatis, seruis & liberis, quòd iste ad altare cõfugit? Vides quo unusquisq; inuenit ex ista cõuersatione remediũ,
B &! ex ipso tantũ ædificatur intuitu? Puto uos mitigatos, puto repressam iracundiam, & impetũ impij furoris extinctum: puto quòd iam uos ad miserandũ magis, q̃ ad persequendũ sermo conuerterit. Et quid dico, Puto, immo iam certus sum. Video enim uultus uestros furore depulso lachrymas proferẽtes: induti enim estis Christum, & induti estis uiscera misericordię: & ideo didicistis dolere cũ dolentibus, flere cum flentibus. Quã breui seminanti mihi sermonem misericordiæ, seges fœcunda pietatis ascendit: & confido quòd iam nunc misericordię manipulos cõgregabo. Prosternamus nos, quæso, religioso principi, immo potius obsecremus primò misericordiã dei, qui cor regis emolliat, qui furorẽ regis mitiget, ut integrã ab eo gratiam mereamur. Et quidẽ comperi, quod iandudum ad aures eius delatũ est, quòd hic ad altare dei, & uerũ istud asylum confugisset, & insistente exercitu expoſcentes, ut eum traderet ob scelerũ suorũ pœnas luendas, longa oratione usum, qua sedaret exercitum. Audio. n. prosecutũ, quòd in singulis quibusque delinquentibus, nõ ea tantũ cõsideranda essent, quæ
C peccauerint, sed & ea quę aliquando fortè utiliter gesserint. Cumq; in his non solũ tumentes animos non placaret, uerũ & acrius inflammaret, dolentiũ præcipuè & imperatoris iniuriam: tum ille de sereniſsimo uultus profusis lachrymis admonuisse fertur exercitum, quòd ad altare dei cõfugerit, & ita tanti illius furoris impetũ restrinxisset. Sed & nos quod ex nobis est, agamus. Si enim propriæ iniuriæ acerbitatẽ non exequitur imperator: quid sanctos facere decet, quid filijs ecclesiæ agere conueniet, quibus paulò post accedendũ est ad sancta, quibus contingenda sunt mysteria, quibus oratio dominica offerenda est, in qua dicendum est: Remitte nobis debita nostra, sicut & Mat.6.b nos dimittimus debitoribus nostris? Scimus hũc debitorem esse multorũ, scimus eũ ingentis iniurię uerbo. Non est nunc iudicij tempus, sed pietatis: nec ultionis, sed miserationis: neq; sententiæ, sed indulgentiæ. Desinite, quęso, uos ab indignatione animi, cohibite iras, tumoremq; depellite, & ad preces uos misericordis domini una mecum conuertite, ut det ei ueniam, liberet eum de imminentibus gladijs, & concedat ei tempus pœnitentiq;, ut porsit se exuere oĩbus malis quibus infeliciter indutus est. Rogemus impe- D ratorem, ut honoret ecclesiam, honoret altare, & hominẽ qui ex eo sperauit salutẽ, non inaniter patiatur credidisse: addo & illud, quia si nos rogamus pro eo, ipsi quoq; imperatori gratissimũ erit, & laudabit nos pro tanto pietatis opere, ac salute hominis remunerabitur opus nostrũ. Iam uerò apud deum quanta merces est, qui utiq; misericordes diligit, crudeles respuit? Nam uiro misericordi, si quidẽ iustus sit, coronas gloriæ dabit: si uerò peccator sit, misericordiã cõferet, & ueniam peccatorum. Misericordibus enim miseretur deus, qui dixit: Misericordiam uolo, & non sacrificiũ. Osee.6.b Et in omnibus scripturis hoc inuenies quærere deũ, & in hoc opere remissionẽ fieri peccatorũ. Si quis ergo uult suis peccatis ueniam dari, si quis sibi ult propitium fieri deum: ipse faciat misericordiã peccatori, & ad exorandum pro eo clementissimũ principẽ ueniat. In hoc enim & sibi diximus, ut misericordiam q̃rat, & ecclesiæ laudem conferet. Sed & oẽs, ad quoscunq; plebis nostræ uenerit, tantę pietatis auditus mirabũtur, & dabunt gloriam deo, atq; in oẽm terram odor boni operis diffundetur. Vt ergo tantorum bonorum participes existimus rogemus, deprecemur, E eripiamus hominem de periculo, liberemus captiuũ, manum supplici porrigamus, ut & nos futurorũ bonorum participes effici mereamur, per gratiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria & imperium, unà cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

EPISTOLA DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, ad Olympiam fœminam cum primis illustrem.

Genus huius epistolæ non satis alioqui feliciter uersæ, paramyticum est, simul & protrepticum: In qua Chrysostomus ut nusquam non solet, & exemplis densus est. & homœoses interspargit non inelegantes, ab his etiam epistolam exorsus.

E T corpora, quæ cum ualidis luctata sunt febribus: & maria, quę cũ uentis ferocibus certarunt, nõ repentè, neq; illa aduersitatẽ deposuerunt, quam susceperе de febribus: nec ista motus, quos habuere de fluctibus: sed sensim paulatimq; Nã & corpora plurimo tpe indigent, cùm febrire cessaue F rint, ad diluendũ omne imbecillitatis, quod ex se met remanserat, tædium. A quæ quoq; ubi ẽt aduersi spiritus flare desierint, diutius fluctuant ac mouẽtur & durant, huc illucq; iactitatæ, & plurimo impetu circũ actæ opus habent ipsæ etiam tpe ad redeundum in tranquillitatem serenam. Hæc aũt prooemia sum prę locutus tuæ non simpliciter ueneration, sed ut addi scas, quòd & istam tibi necessario epistolã mittimus. Et si oẽm mœroris dissoluimus tyrannidẽ, & omnẽ arcem eius effodimus per literas precedentes: tamen multam habet instans sermo necessitatẽ, profundã etiam operandi pacem: ut memoriam omniũ delẽs, quæ ueniunt ex mœrore turbarũ, tranquillitatẽ tibi candidam monstret & firmam: & in plurima te securitate constituat. Id enim nobis studij est, non ut solã te à mœrore liberemus, sed & repleamus iocũditate q̃ plurima atq; perpetua. Possibile enim erit, si uoles. Neq; enim in immutabilibus naturę legibus, quas cõmutare uel transponere non ualemus: sed in arbitrij sensibus liberis, quos tractabiles habemus, status ipse ciuitatis est positus: ut & nosti, & antè fortè meministi. Neque enim multum temporis interceſit plurn-

ῥᾳθύμως. i. non temerè: uel, non sine causa.

mos me ac prolixos super hoc consumpsisse sermones, cũ frequenter historias recensere, quas in mediũ deducebam. Non. n. ita in natura negotiorũ, sicut in hominum mente assolet stare felicitas. Igitur quoniã ad hunc se habet modũ rerum præsentiũ conditio: ut & multi diuitijs affluentes, uitã istã arbitrati sint non uiuendam: alij contrà in extrema paupertate degentes, lætiores oẽs perdurarunt. Et illi quidem dum uterentur officijs, gloriaq; uel honoribus fruerentur, uitę maledixerũt suæ: hi uerò ignobiles, & ex ignobilibus, & nulli penitus noti, beatiores plurimis se crediderũt. Neq; enim ut in natura causarum, sic in animis hominum, ea quæ eueniunt, à prosperitate cõsistunt. Neq; sanè cessabo frequenter istud recantans. Ne ergo rece das: sed erige te, & sermoni dexteram porrige. Et hoc nobis adiutoriũ præsta: ut plenius te ab istarũ cogitationum amarissima captiuitate rapiamus. Si enim no lueris ipsa quoq; tantum, quantũ nos studium commendare: nihil uobis proderit ista medicina. Et quid mirum est, si nobis ista contingunt? Etenim omnipotens deus, cũ exhortatus fuerit & consolatus quenlibet: ille uerò qui audit, nõ obediat dictis: ne tum qui dem aliqua ex parte proficiet: sed & maioris hinc pœ næ occasio ei, qui noluerit obedire, nascetur. Et hoc
Ioan.15.d significans Christus dicebat: Si non uenissem, & locu tus eis non fuissem: peccatum non haberent. Modò
Mat.23.d uerò excusationem non habent de peccato. Et prętea, Hierusalẽ quæ occidis prophetas & lapidas eos, q ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus uestra deserta. Hoc igitur sciens labora, & da operam, atq; contẽde habens subsidium eorum quæ dicta sunt, expellendi & eiiciendi cum multa uirtute turbantes te cogitationes, tumultũ & tempestatem maximam cõcitantes. Sed quòd istud operaberis, & hãc nostram admittes exhortationem: omnino non dubito. Oportet aũt te tibi præparare gladios & hastilia, & arcus & sagittas, & clypeum & tibialia: ut his quidem muniaris, illis uerò adoriaris atq; cõfingas: & tanq; mortuas exponas superuenientes tibi tumultuosas cogitationes. Vnde itaq; machinamẽta & funditores comparemus: quatenus ne quidem iuxta hostes permittantur accedere, sed admodum procul mœror cum plurima excellentia propellatur. Pauca quædam de ea philosophemur, atq; mõstremus, q; grauis hæc res sit & molesta.
Tristitiæ passionẽ definit. Nam tristitia animarum crudele tormentũ est, dolor quidam inexplicabilis: & iudicium omni iudicio, uin dictaq; deterius. Nam & uermi est similis uenenato: non solummodo carnem, sed & animam ipsam perimens. Et tinea non solũ ad ossa, sed ad corda pertingens: & perpetuus quidam carnifex non animam dilanians, sed uires animæ consumens: & iugis nox, ac tenebræ profundæ, & tempestas, & turbo, febris non apparens omni igni ualidius incendens, & pugna requiem nõ habens, & languor plurimos obscurans uidentium. Nam & Sol, & huius perspicui aẽris natura impedimẽto uidetur esse taliter affectis: & in ipso meridie profundissimam noctem uidetur imitari. Vnde & admirabilis propheta, dum significaret ista, dicebat: Occidit illis Sol meridie. non tanq; sydere dissipato, neq; tãquam si huius cursus esset incisus. sed quòd
Amos.8.c in mœroribus anima cõstituta, etiam diei lucem noctem putaret. Non enim noctis tenebræ tales sunt: qualis nox mœroris existit, non quidem ueniens ex lege naturæ, sed ex cogitationum obscuritate collecta: formidabilis quædam & intoleranda subsistens, crucem circunferens, faciemq; omni tyranno crudeliorem præ se ferens: nulli facilè obtemperans eorũ, qui eam dissoluere moliuntur, sed adamante fortius tenet frequenter animam captiuatam: siquando hæc plurima philosophia usa nõ fuerit. Quid istiud opus est recensere, tanq; de proprio proferentẽ? Est in manibus in eos qui superati sunt, iam uenire, & inde eos ipsius uires addiscere. Magis aũt, si uidetur, prius interim probationẽ eius aliunde faciam. Quando enim Adam peccauit illud graue peccatũ, & omne genus hominum in cõmune damnauit, de mœrore pœnas luebat: illa uerò quæ amplius deliquerat. Ideoq; graiore tristitia mœrebat: adeò ut huius peccatũ, dum cum uiri comparatur errore, non putetur esse peccatum. Adam enim non est seductus: mulier aũt seducta in prænaricatione fuit. In prænaricatione igitur ista seducta fuit, dum tale sibi ac uiro poculũ temperasset: ideoq; hoc genere uindictæ punitur, quasi quæ posit dolorem sufferre mœroris. Multiplicans enim, inquit, multiplicabo mœrores tuos, & gemitũ tuum. In tristitia filios generabis. Nusquam dolor, nusquam labor & sudor: sed mœror & gemitus. Et illa, quæ ex his uindicta descẽdit: doloribus & infinitis mortibus est coæqualis, immo etiam multò deterior. Nõne caput humanorum malorũ formidabile, & non ferendum, & mille uidetur luctibus dignum? Nõne iniquitatis extremæ hanc esse Paulus dixit ultimam pœnã? Nam indignè mysteriorum sacramenta tangentes, &
1.Co.11.g uenerandæ mensæ participes inhonestos, hanc pœnam luere memorauit. ita dicẽs: Propterea inter uos, multi debiles & infirmi, & dormiũt plurimi. Nõne & legislator & omnes, eos, qui intolerabiliter deliquerunt, hoc uindictæ genere damnauerũt? Sed & deus nõne hanc in lege posuit ultimam pœnã, his qui magna peccassent? Nõne propter huius mortis timorẽ, patriarcha ille Abraham & qui magnam uicisset naturam: uxorem propriam maluit uoluptatibus donare barbaricis, & Aegyptiæ tyrannidi? Nam fabulam ipse componebat iniuriæ, & rogabat uxorem, ut cum eo tam horrendam tragœdiam simularet. Nõnne erube
Gen.12.f scit, huiusmodi scenę proferens causam? Erit enim, inquit, ut cũ uiderint te facie claram, & speciosam uultu, occident me: te uerò reseruabunt. Dic ergo, quòd soror mea sis, ut bene mihi sit, & uiuat anima mea propter te. Vides timorem? uides tremorem, & exagitantem excelsam & philosophicam illam animã? Vides adamantem formidine solutum? Mentitũ genus, & aliam pro alia persona inferebat. Quis enim non confundatur, & decidat: cùm uideat eum, qui heri & ante paucos dies gradiebatur stipatus, atque mille actus exequebatur domus, uxoris, famulorum, libero rum curam gerebat, minabatur, terrebat, irrogabat pœnas, inferebat supplicia, mille alia per ciuitates atque regiones operabatur: subitò iacere præ ipsis lapidibus plus tacẽtem, plurimis se lamentãtibus & amicis lugentibus, muliere uulnerante cor, genas laceran te, crinẽsque soluente, ancillarum choros undique congregante: cum multo, ut dixmus, planctu: illo mhil penitus sentiente? Omnia enim subito recesse re de medio meus cogitatus, & anima, & flos ipse faciei, motúsque membrorum: & succesisse deformis uocis amissio, insensibilitas, corruptio, sanies, uermis, cinis, puluis, fœtor, dissipatio plena uisionis

A sionis horrendæ: usqueadeo, ut ossa ipsa totius soluantur corporis. Sed interim totũ hoc formidabile & ipsis rebus ostẽsum ex sanctorũ illorũ timore longè leuius est à mœroris tui defectione. Propter hanc enim prolixiore uerborũ ambitu diẽ consumpsi: ut te doceã, quam pœnam modo sustineas: & qũo ad æqualẽ libram huius defectionis, multo maiorẽ uicem expectes bonorum. Vt aũt discas quoniam hæc ita sunt, ut dicũtur: ad eos iã confugiã, qui ab hac captiuati esse nosc uuntur, ad quos & prius uenire cogebar. Hebręorum. n. populus, dũ Moyses uenisset, & libertatẽ euangelizasset, & Aegyptiorum malorum liberationẽ: neq; se eum audire sunt passi. Nam & causam apponẽs legislator ille, memorabat: Locutus est
Exod.8.a aũt Moyses populo, & nõ audiuit populus Moysen à pusillanimitate. Et quãdo maximas Iudęis deus te tenderat minas pro iniquitate multa, post cõmorationẽ in aliena regione, post fames, post morbos, &
Deu.28.g humani generis cibũ: hanc infert uindictã, dicens: Da bo illis cor deficiẽs, & oculos deficientes, & aiam tabescentẽ. Sed quid opus est noiare Iudęos, populum uidelicet inquetum, & insipientẽ, & carni solũmodo
B mancipatũ, & philosophari nescientem? Possumus in præsentia magis ex præclaris illis uiris super his accipere probationẽ. Nãq; Apostoli triẽnio cum fuissent cum Christo uersati, & de imortalitate multa fuissent edocti, aliisq; secretis: cum operati fuissent signa miranda, & oẽm gloriam supgressi, & ipsum admirationis authorẽ multo tẽpore ob oculos habuissent, & cũ mensæ unius & confabulationis tantorum ser monum participes extitissent, & essent omnimodis eruditi: qa audiere uerba, quæ pusillanimitatẽ sibimet concitarent, frequẽter eum retinentes & suspẽsi ab eo: sicut infantes, qui intenti sunt sub mãmis, &
Io.13.d semp eum interrogantes, Quò uadis? ita extincti sunt
Ibid 16.a tristitiæ tyrãnide, & toti mœrore cõfecti sunt, ut ab eo hæc ultra nõ quærerent. Et ob hoc increpans eos Christus, dicebat: Audistis, qa uado ad eum, qui me misit, & uenio ad uos: & nullus ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quoniã ista locutus sum uobis, tristitia repleuit cor uestrũ. Vides, quãdo amor Christi tristitiæ tenebras fecerit, & qũo. Est in illos grassa ta captiuitas, & suos esse penitus hæc effecit. Helias
C uero ille, non. n. discedã ab eo, ne nunc quidem post fugã atq; discesionem à palæstina, tristitiæ ferens regnum, ẽt fortiter mœrebat. Hoc itẽ conscriptor iste
3.re.19.a significabat, dicens: Quoniam abiit secundum aiam suam. Audi quid dicit, orans: Sufficit domine, accipe
Ibidem. animam meam: quoniã non sum ego melior, supra fratres meos. Et illud timendũ, illius totius uindictæ cumulum, malorum oium caput, totius peccati supplicium: hoc in orationibus postulabat, & pro gratia quærit accipe. ita morte mœror grauior est. Vt enim illud fugeret, refugit ad mortẽ. Hoc in loco aliquam tibi uolo etiam soluere quæstionem. Noui. n. desiderium tuũ circa solutiones eiusmodi: & admodũ noui quãtum tibi hinc conferam gratiæ. Quid sibi uult ista quæstio? Si mortẽ meliorem mœrore credebat: quare & patriã & populum, ne mortem incurreret, reliquit & fugit? Qũo autem mortem quam tunc fugerat, nunc requirit? Vt uideas hinc ẽt maximè quomodo morte peior est mœror. Cum. n. eum solus ille timor turbasset: sine dubio agebat omnia, ut eũ posset effugere. Cũ uero incidens ista tristitia propriam ostenderit naturã exedens eum, & cõsumens dẽtibus

suis intolerabiliter huic penitus factam: tũc demum D ille, quod erat plus oĩbus graue, leuius æstimauit. Ita & Ionas mœstitiã fugiens, confugit ad mortẽ: & ipse, ne intret, postulat dicens: Accipe aiam meam à me, quoniã bonum est mihi mori magis, q; uiuere. Et Da *Ionæ.4.b* uid, siue ex psona propria, siue alijs quibusq; plãgentibus: psalmũ scribens, id ipsum indicat: Obmutui, & *Psal.38.a* humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescit ignis. Illum ignẽ & igne ualidiorem mœroris significans passionẽ. Vnde nequaq; ferens plagas eius & dolores locutus sum, inqt, in lingua mea. Dicis mihi, quid loquitur? Mortẽ. Et ita po- *Ibidem.* stulat dicẽs: Notum fac mihi domine finẽ meum. Et numerũ dierum meorum, quis est: ut sciã, quid desit mihi. Vt qd, inquit, ego derelictus sum, & quid deest mihi? Hoc est, ut qd hic remãsi, & in præsenti cõmoror uita, alijs in mortẽ concedẽtibus? Et sic mortẽ requirit, siue ipse, siue ille cuius psona loquitur susceptat: ut & interitu nõ instante, tẽpus præsentię eius non optaret addiscere. Notum. n. fac, inquit, domine mihi finẽ meum: ut & hic fruatur maxima uoluptate. ita uotiuum, qd timebatur, efficitur. Propter into- E lerabilẽ mœstitiæ dolorem, & ignẽ qui in mente succenditur: in meditatione, inqt, mea exardescit ignis. Tantã itaq; supplicij uim sustinens, bonorũ uices maximas sperabat: multa brauia, inumerabiles retributiones, claras ac ualde florẽtes huiusc emodi certaminum coronas. Nã non solum bona noui, inqt, facere: sed & pati quidlibet mali, spe fretus plurimæ mercedis atq; maximis præmijs illectus. Et ad hunc iam ecce procedo sermonem satis tibi & oĩbus profuturum, & idoneũ urgere homines ad patientiã, & erigere ad tolerãdum: nec sinere istis passionũ sudoribus cedere. Itaq; quòd oĩbus passionibus peiorẽ constaret esse tristitiã, & malorũ oium cumulũ, principiũq;: sermo iã nobis istud abundãtissimè cõprobauit. Restat aũt iam rectè factorũ & piculorum facere cõparationẽ: ut scias manifestè, quòd nõ solũmodo præclara faciẽtibus, sed aduersa sustinentibus, retributiones appositæ sunt, & remunerationes admodũ magnæ: quæ non minus ad tribulationes ptinent, q; ad uirtutes. Magis aũt est, ubi & debeãtur amplius tribulationibus. Et si placet, maximũ inducamus patiẽtiæ F certatorẽ, qui in utroq; eorũ fortiter splenduit, illum in q; adamantẽ, illam patientiæ petrã, qui in Ausitide quidẽ regione durauit: per oẽm uero orbẽ excellẽtię suæ uirtutibus inclaruit. Et dicã eius actus & passiones, ut uideas, unde amplius eluxerit. Qui igitur erant huius boni actus? Domus, inqt, mea omni ueniẽti patuit: & cõis erat uiatoribus portus. Illius ferè omnia possidebant. Ego. n. inquit, erã oculus cæcorum: pes uero claudorum. Ego erã pater inualidorum. Iudicium aũt, quod non noueram, inuestigaui: & confregi molas iniustorũ, & de medio dentium eorũ eripui rapinã. Infirmi autem quãcunq; habuerunt aliquando necessitatẽ, à me impetrauerunt. Neq; exiit quisquam ianuam meã sinu uacuo. Vidisti uarias species humanitatis, & diuersos misericordiæ portus: & eos qui opprimerẽtur, modis oĩbus adiuuantem. Vidisti inopẽ sufferentem, uidisti uiduitati subuenientẽ, oppressos tuentẽ, uim faciẽtibus formidabilẽ. Neq; tantum ut adesset ac iuuaret, studiũ propriũ demonstrabat. Hoc. n. solet esse multorum: sed & ut negotiũ ad finem usq; deduceret, & cũ magnis hoc uiribus fa- *Iob subiũdicat, qui teste Hieronymo de regiõe Ausitide fuit de terra Vz. Iob.31.b*

G ceret. Confregi enim, inquit, molas iniquorum: contra contentionē uidelicet illorū, prouidentiam ſuam erigēs, uelut murū. Non autem ſolis hoīum malignitatibus, ſed & ipſius naturæ inſidijs oppoſuit diligentiam ſuā: ex abundantia uirium ſuarū emendās eius errores. Non.n. habebat, quæ tribueret, mēbra peccatis. Nam cū dat oculos ſuos cæcis, pedes claudis, flebat totus mēbra debilium: & per eū orbati luminibus, priuati cruribꝰ, illi uidebāt, hi ambulabāt. Quid par iſti inueniri poſſit humanitati? Noſti cęteras eius, credo, uirtutes: ut ne oīa proſequens, uidear elōgare ſermonē. Manſuetudinem uidelicet, lenitatē, caſtitatem uerā. Qui etiamnum, cū ualidus eſſet: cōtra iniqua facientes, nā uerè admiratione maiore iſtud eſt dignū, mitis erat atq; manſuetus, & ipſo dulcior mele, etiā cæteris omnibus è famulis ſuis: quia amoris, quem circa illū ſumpſerant, demōſtrabant dicentes:

Iob.31.d Quis det nobis de eius carnibus ſatiari? Si aūt ſeruis ita deſiderabilis erat & amandus, quibus neceſſe eſt frequenter timori eſſe dominantē: multo utiq; magis cæteris ſanctis oībus. Hęc igitur & his plura apud te-

H metipſam colligēs ueni, egredere mecū in quendam paſſionis eius catalogū: & uideamus ſingula comparantes, quando clarior apparebat cū illa operaretur, an cū triſtitiam pateretur: & quæ defectum ei plurimum cōmouerunt. Quādo itaq; erat Iob illuſtrior, quando domū ſuam oībus aduenientibus apuit: an cū ea ruente, uerba amara nō protulit, ſed potius domino benedixit? Vtiq; cum hoc quidem uirtus eſſet, iſtud ærūna. Quando ſplendidior erat, dic mihi, cum ſacrificabat pro filijs ſuis, & eos ad concordiā congregabat: an cum deſoſi & amariſſimo genere ſuiſſent mortis extincti, cū magna philoſophia pertulit qđ euenit? Quando potius ille radiauit, quādo ne de tonſura ouiū ſuarū calefacti ſunt humeri nudorum: an cū audiſſet ignem deſcendiſſe de cœlo, & exediſſe cū paſtoribus greges, non eſt cōmotus, neq; turbatus: ſed māſuetiſſimè pertulit caſum? Quādo maior eluxit, cū ſanitate corporis ad oppreſſorum patrocinium utebatur cōterens molas iniquorum, & ex medio dentiū rapiens rapinā, miſeris portus exiſtens: an cū hoc idem corpus eius, hoc eſt indigētium ſcutum uermibus uidebatur abſumi, ſedēs in ſtercore, & teſta illud radēs, impleo, inquit, tabo glebas terrę? At-

I *Iob.2.c.* qui illa quidem oīa præclara ſacinora erant, iſta uero oīa paſſiones: ſed tamen iſta illum clariorem, q̄ illa fecēre. Hæc.n. maximè amariſſima certaminum portio, & maiorē uirtutem requirens, & animam fortiorem & mentē philoſophiæ appoſitiorem: quę maiorem circa deū habebat charitatē. Et præterea cum illa quidē fierent, etſi impudēter & ualde crudeliter:

Ibid.1.b. attamen contradicit diabolus, dicēs: Nunquid gratis colit Iob deū? Hæc uero cū contigiſſent: confuſus abſceſsit, terga dās quòd neq; uel impudentem contradictionem, umbrā ſaltem habentem aliquā poſſet opponere. Hæc.n. coronæ perfectio, hoc uirtutis cacumē, iſta fortitudinis aperta probatio, hoc ueriſimū philoſophiæ incrementum. Indicat aūt hic ipſe beatus Iob: quāto tyrannis hæc animorum, mœror ſcilicet, ſit ipſa deterior morte, requiem eam uocans.

Ibid.17.d Mors.n. inquit, uiro requies. Hinc eā pro munere poſtulabat: tantū ut à triſtitia liberaretur, dicēs. Si enim concedat dominus, & ueniat mihi petitio mea, & ſpem meā det mihi deus: incipiens dominus uulneret me, & in finē me interficiat. Sit autem ciuitas mea ſepulchrum, in qua ſupra murum eius inſiliebam. K Quanto itaq; animi mœſtitudo talis oībus erat grauior, tanto maiores expectat retributiones. Vt aūt & aliunde diſcas, quantū lucri afferant paſſiones, etiā ſi non propter deū quiſq; patiatur. Et nequis hoc hyperbolicos dicere me credat. Patienter aūt, & fortiter ferat atq; manſuetè: deū uero in omnibus glorificet. Iſte ipſe neſciebat propter deū iſta ſe pati: & tamen pro hoc coronabatur, quòd cū cauſam neſciret, patienter hoc ferret: Sed & ille Lazarus naturali infirmi *Luc.16.f* tate comprehenſus. Hoc autē non erat pro deo pati: quoniā interim ſolūmodo patiebatur, uiriliterq; portabat, quum nō eſſet qui curaret. Tolerauerat enim dolorem ueniētem à uulneribus, à fame, ab aſpectu diuitis & crudelitate: Noſti quantas adipiſci meruit, poſtea coronas. Et quidē eius nullum præclarum ſacinus inuenimus. Nō quòd pauperibus ſit miſertus, non quòd oppreſsis affuerit, nō quòd boni fortè aliquid fecerit: ſed quòd ianuæ diuitis pertulit excluſionem, & debilitatem, & canum linguas, & deſpectum contra ſe diuitis. Quæ oīa periculoſa eſſe conſtabāt. Sed interim magnificū iſte nihil fecerat. Verum quo L niām tantūmodo malorum iſtorum triſtitiā fortiter pertulit: parē patriarchę, quē plurimas ſcimus feciſſe uirtutes, ſinē habere promeruit. Dicā aliquid cū his etiā aliud, quod opinionē multorum uideatur excedere: non tamen ueritatē. Et ſi bonum qs operatus fuerit magnificū uel uirile, non aūt cum labore atq; periculo: non aliq̄ multam recipiet mercedem. Vnuſ quiſq; ſanè propriam mercedem accipiet, ſecundum *1.Co.3.b* ſuū laborem: non ſecundum magnitudinē facti, ſed prout fuerit qualitas paſſionis. Propterea & Paulus glorians, non eo quòd magnū quid feciſſet, ſolūmodo gloriatur: ſed & quòd aduerſa toleraſſet. Cum *2.Co.11.c* enim dixiſſet: Miniſtri Chriſti ſunt, ut minus ſapiens dico, magis ego: & per cōparationē in quo ipſe præcederet, texens nō dixit, tātis & tantis prædicaui: ſed dimittens oīa ſua præclara facinora, mala quæ tolerauit enumerat ita dicēs: In laboribus plurimis, in plagis ſupra modū, in carceribus abundantius, in morti *Ibidē.* bus frequēter. Quinquies quadraginta à Iudęis unà minus accepi. Ter uirgis cæſus ſum: ter naufragiū feci. Nocte & die in profundo maris fui. In itineribus ſę

M pe, periculis fluminū, periculis latronū, piculis ex genere, periculis ex gētibus, periculis in ciuitate, piculis in ſolitudine, piculis in mari, periculis in falſis fratribus. In fame & ſiti, in frigore & nuditate. Præter illa, quę extrinſecus ſunt, incurſus mei cotidiani. Vides ue lut ſeriē paſſionum, & gloriæ occaſiones. Deinde infert facinus præclarū. Et in hoc rurſus, plus paſſionis aliquid inuenimus, q̄ ipſius facti magnificum. Cum enim dixiſſet, Concurſus mei cotidiani, ea quæ ſuper uenirent, memorāt frequētes uidelicet conturbationes: hoc.n. eſt, quod dicit, concurſus mei. Intulit.n. dicens: Solicitudo oīum eccleſiarum. Nō dixit, correctio, ſed, ſolicitudo: qđ plus habet de paſſione, q̄ de uirtute. Et ſequētia hæc deſignant: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Nō dixit, corrigor: ſed, infirmor. Et denuo: Quis ſcādalizatur, & ego nō uror? Liber ab ſcādalo, ſed particeps ſum mœroris effectus. Deinde oſtēdens quòd hæc talia maximas haberent retributiones, ſecutus eſt dicens: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meę ſunt, gloriabor. Et alibi denuo infert eiuſmodi fugā, per feneſtrā in ſporta demiſſus *Ibidem g* ſum p murū. Hoc aūt de malè patiēdi genere deſcen-

A debat. Si itaq;, ut diximus, paſsiones, magnas habent mercedes: omnibus uerò paſsionibus peius & pnicioſius animi dēfectus atq; triſtitia: cogita quātæ tibi repoſitæ ſint remunerationes. Non.n. ceſſabo frequenter tibi hanc inſonare cantilenā: ut quod in principio uideor eſſe pollicitus, modò cōplere præualeā: & ab ea ipſa tibi mœſtitia afferēs cogitationes, quę poſsint cōtra eandem tibi pārere conſolationem. Vt autem & aliunde cognoſcas, quantū ſit cum paſsionibus aliquid fortiter facere, & quātò minus ſit id ipſum ſine labore pficere: Nabuchodonoſor ille Babylonius, q̄ cū in ſceptris & diademate uiueret, euangelicū opus aliquando perfeciſſe dicitur: Poſt illam.n. fornacem, & glorioſam inopinatamq; uirtutē: in orbe toto terrarū extitit prædicator. Nam non lingua ſolūmodo, ſed & p literas ubiq; ſic ſcripſit: Nabuchodonoſor populis, tribubus, linguis, habitātibus in omni terra, pax uobis adimpleatur. Signa & prodigia, q̄ fecit mecum deus excelſus, placuit corā me annūciare uobis: quoniam magna & fortia ſunt, & quoniam ingēs & fortè

B regnum eius, regnum oīum ſeculorum & poteſtas in generatione & generationē. Et edictū propoſuit eiuſ

Dani.3.g modi: Omnis ppls, tribus, uel linguæ, ſi dixerint uerbū contra deum Sydrack, Miſak, & Abdenago, erunt in perditionem, & domus eorū in direptionē. Et adiungit: Quoniā non eſt deus alter, q̄ ita poſsit liberare. Vides minas in alteris poſitas, uides timorē, uides doctrinā, uides excelſam prædicationem, & extenſas literas ubiq; terrarū? Quid itaq;, dic mihi, parem num apoſtolis accipiet iſte mercedē, quoniā locutꝰ eſt dei non impari prædicatione uirtutē: quoniā tanto ſtudio tam bonū ſparſit ubiq; ſermonē? Non planè, nec quaſi aliqua ex parte: ſed ſupra modū prorſus minorē. Atqui idipſum opus fecit, quod & illi. Sed quoniā non hic uel afflictiones uel paſsiones uidentur adiūctæ: ideo interciſa ſunt iura mercedis. Hic nanq; cum poteſtate agebat hoc totum: illi uerò prohibitionem & expulſionem ſuſtinentes, pœnas omnes ferētes ac uerbera in miſerijs conſtituti, præcipitati, ſubmerſi, fame necati per ſingulos moriebantur dies: iam ipſa p

C deſidiam anima ſuſtinente tormenta, per unūquenq; infirmum infirmantes, per ſingulos qui ſcandalizabantur uſti. Sed & erant in his doloribus & mœrore,

1.Co.3.b uices plurimæ retributionum. Nam unuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Non.n. deſiſtam frequenter hoc dicens: ac propterea & miſericors deus, cū ſæpe Paulus rogaſſet liberari ſe ab his paſsionibus & defectiōibus dolorū atq; diſcri

2. Co.12. b minum, nequaq̄ annuit. Propter hoc.n. inquit, ter dominū rogaui: & non merui poſtulata. Et dic mihi, rogo te, qua ex cauſā iam poterat maximam ille ſperare mercedē, ſi eundem prædicaret in ſecuritate & delicijs cōſtitutus, ob hoc quòd os apuit, lingua mouit, domi ſedens? Sed hoc cuilibet facile erat, & ei qui animi uideretur eſſe deiecti, & q̄ inſanè diſſolutaq; uiueret uita. Modò uerò ubi eorū mortium, curſuū mari

Act.20.f norū, mœſtitiæ ipſius lachrymarū, dolorumq;: (nam triennio, inquit, nocte & die cū lachrymis exhortans unūquenq; ueſtrum non deſtiti cum omni fiducia) remunerationes accipiet & coronas? Hęc itaq; cogitās ac retractās, quantum ſit lucri, acta cùm moleſtijs ac doloribus uita: gaude & delectare q̄ſtuoſam & mille plenā coronis uitam à prima tua ætate proficiens, etiā per frequentiſsimas paſsiones. Nā & imbecillitas corporis multiformis, & uaria, & innumeris mortibꝰ pe-

ior, non deſijt expugnare te ſæpe, & detractionem & D iniuriarum quidam imbres, & calumniæ nunq̄, quæ tibi inferrentur, ceſſauerunt. Mœrores aūt & crebri fontes lachrymarum per omnia inquietauere tēpora. De iſtis aūt etiam unum per ſeipſum ſufficit eis ad utilitatē plurimam. Lazarus.n. propter ſolam infirmi *Luc.16.e* tatem, ſimilem patriarchæ adeptus eſt finem: & publicano detractio phariſæi iuſtitiam, q̄ phariſæū uinceret, deportauit. Et apoſtolorū princeps correxit ex *Matt.26.* lachrymis illud peccati uulnus horrendi. Quando er *& Luc.* go unum ac ſolū de paſsionibus prædictis uides ad *22.g* meritū potuiſſe ſufficere: cogita, quātas ipſa receptura es remunerationes, q̄ cuncta ſimul, modum omnē ſuperans toleraſti: & per omne, quod eſt amplius, tempus. Nihil.n. inq̄, ita claros & bonos æmulatores bonis ſatiat infinitis: ſicut turba tentationum, & pericula, & dolores, & mœrores, & ſuſtinere ſemper inſidias malignorum, & eorū uel maximè à quibus iſta fieri non debent, eaq; omnia ferre manſuetè. Deniq; & filiū Iacob nihil ita beatificauit, & fecit placere: ſi- *Ioſeph in* cut tūc illa omnia, calumnia, & uincula, & catenæ, & *ſinuat.* miſeria, quę inde deſcendit. Magnum etenim illud ca E ſtitatis indiciū, quando Aegyptiam libidinem uicit, & *Gen.39.a* miſertimam illam uocantem ſe ad cōuentionem iniquiſsimā reſpuit, reperitur: ſed non magnum hoc ita, ſicut paſsiones. Qualis.n. laus eſt, dic mihi, non mœchari, neq; alienā copulam diſsipare, neq; cubile ad ſe nō pertinēs uiolare: neq; lædere eum, qui ſibi benefecerat: nec pudore perfundere domum patroni ſui, q̄ eum magnum fecit? Illud eſt maximum, id eſt, diſcrimen, inſidiæ, furor libidinis mancipatæ, illata uiolentia, ineuitabile quoddā uinculū thalami, qđ ei adultera illa compoſuit: retia, quæ undiq; accuſatio tetēdit: calumnia, carcer, catenæ: & quod nihil eorum, quę iuſta fuerāt, impetrauit poſt certamen uidelicet tantū, pro quo debuit coronari: & quòd in cuſtodiam tāq̄ reus criminis uſq; deducitur: & cum his, qui extrema deliquerant, clauditur. Fecit ergo eum magnum pædor, ferrum, & omnis miſeria uinculorum. Tūc eum uideo magis clarere, q̄ cùm ſupra ſedem Aegyptiam frumēta indigētibus diuidebat, famemq; ſoluebat, & cōis fiebat omnibus portus. Tunc.n. uideo ſplendentem magis, cùm illi compedes & manicæ imponerētur, q̄ cùm in ſuperbis ueſtibus magna potentia inge F rebatur. Tempus.n. illud cuiuſdam negociationis & infiniti quæſtus erat, illud. ſ. uinculorum: deliciarum autem & libertatis & honoris tempus habebat quidē plurimam uoluptatem, non autem plurimum lucrum. Pręterea nec ſic quidem eum beatum dixerim, cum honoratur à patre, q̄ cùm ei inuident fratres, & domeſticos patitur inimicos. Nam à prima illi ætate grauiſsima pugna de domo ueniebat ab his, q̄ in eo, quod arguerent, non habebant: conficiebantur aūtē & diſsiliebant, eò quòd maiorem patris mereretur affectum. Et quidem amorē ipſum legislator Moyſes non de pueri meritis habuiſſe principium, ſed à tpe ipſo, quo natus eſt: quoniam ultimus eſt, inquit, genitus, & in ultima ſenectute. Eiuſmodi autem amabilis filij puericia, quippe qui contra ſpem generatur, propterea diligebatur. Amabat.n. inquit, eum: propterea *Gen.37.a* quoniam filius ſenectutis erat ei. Hoc autem legislator ſcripſit, ſicut ego arbitror, nō quod uerè erat: ſed ipſam patris cogitationem & occaſionem exponens. Nam cùm uideret infantem inuidiam ſuſtinere: curare hunc affectum in fratribus uolens, finxit cauſam

dilectionis, quę non magnam ei inuidiam generaret. Nam quia non erat amoris hæc causa, sed uirtus aiæ, quæ esset & in ipsa ætate uiridior, de Beniamin utiq; apparet. Si.n. ille propterea diligebatur, multò magis iuniorem plus eo diligi oportebat. Post Ioseph.n. est ille generatus: & magis iste, q̃ ille erat ei filius senectutis. Sed sicut prædixi: patris hoc constabat esse figmẽtum, pugnam uolentis dissipare fraternam. Sed nec sic quidem potuit, & incenditur flamma ualidior. Et quoniam nihil facere prætalebãt: interim detulerunt contra eum detractionẽ maligniſsimam, & criminatione appetiuere turpiſsima: pũenientes in odijs barbaram fœminã multò apparentes ab ea esse peiores. Siquidẽ hæc in extraneũ: illi iniqui extitisse uidebãtur in fratrem. Sed nec hucusq; suam statuere malitiã, sed priora semper augebant: & solum apprehendentes illũ in solitudine uendiderunt: & seruum ex ingenuo facientes, inuexerunt amariſsimam seruitutem. Non.n. tribulibus quibusdam, sed barbaris & alienæ linguæ uiris, & in barbaras abeuntibus partes fratrem proprium uendiderunt. Deus uerò clariorem eum parãs facere patiebatur ea, quæ fiebant: & longanimiter tolerabat succedentia pericula periculis. Post inuidiã.n. illam & accusationem turpiſsimam interfectio secuta est: seruitus. s. ipsa morte acerbior. Non.n. tibi simpliciter transeat, quod dictum est: sed cogita, quale erat: ut infantulus, qui fuerat bene natus in domo paterna, cũ oĩ ingenuitate nutritus & dilectione tãta patris, subitò à fratribus uenundaretur, qui nihil haberent, quod accusarent: & alienis ac barbaris traderetur, & moribus peregrinis & extraneis: &, ut uerius dicam, magis bestijs q̃ hominibus, & sine ciuitate & transmigrator & peregrinus, & seruus ex ingenuo efficeretur & ciue: ut qui tanta fruebatur felicitate, ad ultimam deduceretur miseriã seruitutis: ut supra modum iniuriæ acciperet amariſsimos dominos, & deduceretur in barbaram terram. Sed nec in hoc mala ista cessauerunt: & expectabãt insidiæ rursus insidias. Post omnia illa miseranda ubi fratres suos adoraturos se esse prædixerat: cùm.n. eum accepiſsent hi negociatores, non apud semetipsos retinuerũt, sed alijs eum peioribus barbaris tradiderunt. Nosti autem & hoc, qũo ad cumulũ calamitatis accedat, malos dominos mutare peioribus. Moleſtiorem.n. facit seruitutem, cùm peregrini sunt denuò illi qui comparant, & prioribus sæuiores. Et peruenit ad illam Aegyptiã & insanam mulierem, deoq; contrariam. Illuc inq̃, ubi impudentia ora nascuntur: & est apud Aegyptios, ex quibus unus solus potuit magnum illum Moysen in fugam uertere: & uix paululũ ibi requieuit benigno circa se deo mirabilia faciente, & tanq̃ ouem, feram illam, quæ eum comparauerat, mitigante. Statim.n. palæstræ parabatur & aliud denuò stadium: aliaq; luctamina, certamina alia, & sudores prioribus fortiores. Cùm.n. uidiſſet eum iniquiſsimis oculis illa, quæ emerat, & fuisset uultus eius specie captiuata, & uitijs omnino possessa: à concupiscentia huius libidinis leæna facta est de fœmina. Et erat iterum Ioseph hostis domesticus, agens aduersus eum contraria magis, q̃ priores. Illi etenim odientes eum, domo expulerant: hæc diligens & incensa iuuenis specie. Et erat istud duplex bellum, magis autẽ triplex ac multiplex. Non enim, quia euasit hæc retia, & cõcidit hunc laqueum breui momẽto temporis: putes eum certamen istud tanq̃ sine labore superasse. Nam & sudorem sustinuit ingentem. Et si uis eum manifeſtius discere: cogita, quantum est iuuentuti certamen hoc. Nam in ipso flore ætatis tunc erat constitutus: quãdo naturę maius erat incendium, quando maior concupiscentiæ tempestas, quando infirmiora consilia sunt. Adolescentium.n. animæ non admodum prudẽtia muniũtur, nec plurimum uirtuti commodant studium: sed tempestas in eis acerbior paſsionum, & ratio, quæ uitia gubernet, infirmior. Cũ natura uerò & ętate accesſit & libido mulieris. Et sicut Babyloniam fornacẽ manus illæ Perſicæ cum multo studio succendebãt, abundatiorem escam ignibus suggerentes, & porrigẽtes flammæ diuersa fomenta: sic tunc misera hęc atq; miseranda mulier accendit ignem ab illa fornace maiorem: unguentis oblita, fricamentis genarum, pictu ris oculorum, uoce confracta, motibus & greſsibus dissolutis, mollibus ueſtimẽtis, auri circulis, & infinitis eiusmodi machinamẽtis, quaſi p magica quędam turpitudinẽ uolens illicere infantem. Et sicut capturus feram, ad quã difficile peruenitur, omnia incitat artis ingenia: sic & hæc, utpote quæ sciret adoleſcẽtis optimè castitatem (nec.n. tanto adhuc tempore poterat latere) arbitrata est plurimo opus esse apparatu ut iuuenis iste caperetur: & propterea oĩa artificia luxuriæ cõmouebat. Sed nec hæc sola sufficiebant: sed aptum tanq̃ ad hanc uenationem tempus, locumq; quærebat. Ac ppea non ſtatim ubi amore capta est, semet ingesit: sed expectauit plurimum tps, malam istam quaſi parturiens concupiscentiã, & seipsam diu apparãs: timens ne in ipsa uelocitate & repẽtinis insidijs posset effugere. Et aliquando cum solũ inuenisset intus in domo solito more degentem: barathrũ tentatiõis profundius fodit, & undiq; alas uoluptatis expandens, tanq̃ in medijs iam retibus habens aquilã, sic subintrat: & sola solum retentans, immo uerò nõ sola. Non habebat ætatem, & insidias ornamentorũ secum cooperantes. Ecce ad illicitum actum illũ pertrahit uirum fortem. Quid hac tentatione peius inuenias? Qua nõ istud est fornace ualidius: ut iuuenis speciosus, seruus desolatus, pegrinus, trãsmigrator, à domina sic luxuriosa & insana, sic diuite, sic potẽte, & tãta in solitudine (nam & hæc ad captiuitatẽ istam plurimũ facit) comprehenderetur, teneretur, blãdimentis adiretur, & ad cubile dominicũ traheretur, & fierent hæc omnia, post tãta pericula, & tãtas insidias? Nosti etenim quòd plerique ubi aduersa euaserint, & ad delicias uocati fuerint, ad requiẽ & uitã solutiorẽ animosius currunt. Sed non ille ita: sed perseuerabat per oĩa propriam continentiam demonstrans. Ego thalamũ illum demonstrãs, fornacem Babyloniam, & Danielis lacum, & uterum bestiæ marinæ, in quem propheta Ionas dimissus est, fidẽter unũ esse dixerim: immo thalamum ab istis esse peiorem. Ibi.n. insidiarum uictoria corporis erat periculum: hic autem aiæ aperta pernicies, & mors, ut ita dicam, immortalis, & calamitas remedium non habens. Nõ autem ex solo malũ esse constabat genus hoc discriminis: sed quod cũ maleuolentia & dolo plenum erat plurimis blandimentis, multò magis igne uario atq; multiplici, nõ qui corpus incenderet, sed qui animam ipsam consumeret. Et hoc significans Salomon, dicebat: qui ualde bene nouerat, q̃ periculosum esset uirum mulieri propinquare: Alligabit, inqt, quis in sinum ignem: & uestimenta non coburet? Quis ambulabit super carbones ignis, pedes aũt suos non incendet? Sic qui intrat ad

Ecc. 4. a

Dani. 3. c

Argumẽtum à simili.

Iona. 2. d

Prou. 6. d

trat ad mulierem uirum habentem, & omnis qui tangit eam. Hoc est autẽ, quod dicit: Quomodo impossibile est coniunctum igni non incendi: ita qui accedit ad mulieres, nõ potest illud effugere. Hic autem, quod multo fortius erat, sustinuit. Neq; enim ipse ad eam accesſit, sed ab illa tenebatur solus, à sola cõprehensus: plurimis malis constrictus & insidijs, qui refrigerium quæreret & quietẽ. Sed tamen intantũ retibus constitutus, & tam urbanam ferã uidens ad semetipsum accedere: omni eum ex parte percutere requirentem per tactum, per uocẽ, per oculos, per colores, per stibium, per aurũ, per unguenta, per ueſtimentum, per affectũ, per uerba, per circũpoſitum ornamentũ, per secretum, per solitudinẽ, per hoc quod poterat latere, per diuitias, per potentiã, & quæ habebat in eo secũ facientia: cum his omnibus, quæ supra cõmemoraui, ætatem, seruitutem, peregrinationẽ: uicit omne illud incendiũ. Istam ergo tentationem dixerim grauiorẽ esse, & à fratrum inuidia, & ab affinium odio, & à distractione, & à barbaroũ dominatione, & à longiſsima illa profectione, & à peregrina conuersatione, & à uinculis, & à catenis, & à longo malorũ tempore, & à miseria quę ei illic euenit. Nam & de ultimis ei periculum uertebatur. Quoniam autem & hoc bellũ fugit: & hic quoq; factus est spiritus roris flãs à dei gratia, & à iuuenis ipsius uiribus. Tantum enim abundabat modeſtiæ & castitatis, ut & illius insaniã soluere festinaret. Sed tamen, quia ipse exiuit intactus: sicut illi olim iuuenes, qui apud ꝑsidem ignem fugerũt (neq;.n. odor, inquit, ignis in eis erat) & castimoniæ magnus athleta probatus est, adamãtis robur imitatus: uideamus qualibus rebus postea frui meruit, & quid post ob coronandũ uirum illũ succedit. Insidiæ rursus & barathrum, & mors, & periculum, & calũniæ, & odium irrationabile. Nã mi ſerrima tunc illa horrẽdo furore bacchata, amorem iracundia cõsolatur, & paſsionem unã coniungit alteri paſsioni, & cõcupiscentiæ luxurioſæ irã nectit iniustã, & fit homicida post adulterij quæsitã uoluptatem. Et feritatẽ plurimam inſpirans, & ad necem hominis attẽdens conuocat iudicẽ corruptum, dominum inq̃ illius uirum suum: illum inq̃ barbarum Aegyptium, & introducit accusationẽ ſine teſte: & non ſinit intrare ad iudiciũ eum, qui appetebatur: sed absentem accusat, apud ſtultitiã iudicis ſimul & furentis, eo quòd quaſi hæc persona esse existeret, cui facilẽ crederetur: & ille seruus esset, qui accusabatur. Et confidẽs loquensq; contraria, obtinuit iudicãtem, & quaſi uictrice persuasit eum proferre ſniam, innocentemq; dãnare, & uindictam inferre sæuiſsimã. Et ecce uincula, carcer, catenæ: & ne accusatorem quidem sciens, condẽnatur quaſi adulter, quaſi dominicum thorũ concupiſſet, & alienas nuptias polluiſſet: quaſi deprehensus, quaſi confeſſus, quaſi conuictus. Nã & iudex & accusatrix apud pleroſq;, qui non nouerant ueritatẽ, & uindicta ipsa quæ proceſſerat, fabulã ipsam tanq̃ fide dignam faciebant uideri. Sed nihil horum illũ turbare potuit: nec dixit, istæ sunt somniorum retributiones, hic est finis uiſionũ illarum, ista sunt præmia castitatis: cognitio ſine ratione & sententia ſine æquitate, & maligna rursus opinio. Tanq̃ fornicator de paterna domo nuper expulsus sum: & quaſi adulter modo, & quaſi mulieris castimoniam uiolaſſem, modo cogor in uincula: & hoc in me omnium cõpletur aſſensu. Et fratres quidẽ mei illi adoraturi me (hoc.n. ſomnia illa monstrabant) in libertate & abundantia delicijsq; uersantur in patria, & in domo degunt paterna: ego aũt, qui supra illos uidebar futurus, cũ sacrilegis & latronibus, & cũ furibus hic uincior. Nec posteaq̃ patria carui, periculis liberor & rebus incertis: sed in aliena iterũ terra alia præcipitia nos expectãt, & gladij districti. Et illa qdem, quæ talia ꝑpetrauit, & calũniata est, & quæ dignam pro his pœnã uere deberet, exultat modo atq; bacchatur quaſi quibusdã trophæis, clariſsimisq; uictorijs coronata: ego autem nullius consciꝰ iniquitatis soluo ultimam pœnam? Nihil ille horum neq; dixit, neq; cogitauit: sed sicut uir fortis per ſupplicia, tanquam per coronas ambulãs gratulabatur: neq; contra fratres, neq; cõtra adulteram doloris memoriam retinebat. Et unde hoc manifeſtum est? Ex his, quæ, ipse ad quendam, qui in carcere ligatus tenebatur, diſputauerat. Tantum enim aberat ut à mœrore poſsideretur: ut triſtitias solueret aliorum. Nam quoniam uidit nonnullos illic turbatos, & cõfusos, atque deiectos: accesſit ſtatim. Et ubi didicit causam, quòd ex ſomnijs fuerat nata turbela: quę uiderant, soluit. Deinde cum rogaret, ut rex admoneretur de sui liberatione: etenim ſi uir fortis erat & admirandus, homo tamen erat, & nolebat catenis illis miserabiliter cruciari. Dum ergo rogaret, uti memor eius esset ad regem, & ſuaderet ut ipse quoque dimitteretur ex uinculis: cum neceſse eũ esset, & causam dicere, propter quam istuc truſus esset: ut posset & ille, qui pro eo rogaturus erat, dignam habere occasionem pro eo petendi: nullum tetigit de his, qui se læserant: sed cum se de criminibus liberaſſet, ſtetit hucusq;, & nõ anne xuit eos, quos in eũ iniquos fuiſſe constabat. Nam & ego, inquit, ablatione ablatus sum de terra Hebræorum: & quũ nihil fecerim, miſerunt me in hũc locum tormentorũ. Et ob quã causam nõ dicis? Taces meretricẽ, adulteram: taces fratres fratricidas, inuidiam, necem, distractionẽ, furorem, insidias dominæ & luxuriã, laqueos, machinas, tãtam calũniam, iniquum iudicium, corruptum iudicem, iniustam ſniam, uindictam non habentẽ rationem? Vt quid ista taces & celas? Non, inquit, noui retinẽre malitiam: quia hæc mihi coronæ sunt potius & brauia, & plurimæ mercedis occaſio. Vides aiam multa philoſophia eruditam? uides mẽtem ĩmunem ab iracundia, & ipſis periculis altiorẽ? Vides eum condolentem magis inimicis, q̃ memorem malignitatis? Ne enim fratres in medium deduceret, uel illã sanguinariã: rapina, inquit, raptus sum de terra Hebræorum, quũ nihil fecerim. Et nunq̃ personã illius dicit: nec lacus illius memor est, nec ſmahelitarum, nec rei cuiuslibet alterius. Sed interim post ista non leuis eum tentatio ſuscepit. Nam ille qui tantum ab eo adeptus fuerat ſolatium, liberatus à uinculis, & reuocatus ad honorem priorem: ſtatim, ut est beneficiũ consecutus, oblitus iuſtitiæ fidẽ negauit. Nam homo hic quidẽ seruus in aulis regalibus uersabatur cum prosperitate q̃ plurima: ille uero, qui splẽduerat supra Solẽ, & ita claros uirtutis emiserat radios, habitabat ĩ carcere, & nemo erat, qui regem cõmoneret. Oportebat enim adhuc multas ei cõponi coronas, & brauia plurima comparari: unde & prolixi laborũ ambitus agebãtur. Manere quidẽ oportuit certamina deo ſinẽte, non tamẽ deſerente, ſed tantũ permittẽte his, qui in eũ propriam exercebant malitiã, quantum uirum illius fortẽ diſ-

Gene. 4. c

G sipare non possent, nec auferre de medio uirtutis optimũ certamen. Nam in lacum eũ mitti permisit, & uestem eius cruentari: ad necem uero eius illos uenire non siuit. Et uidebatur quidem frater nimirum Iudas hoc dedisse consilium: hoc autem ex dei prouidentia ueniebat. Et in Aegyptia muliere istud euenit. Qua enim ex causa, dic mihi, feruidus ille & luxuriosus (scis enim Aegyptium genus) ille inquam, furiosus & iracundus: ideoq; non admodum iudicio & æquitati utilis (quando & hæc quoq; species passionis isti hominum generi innata est.) Qua, quæso te, causa, ut quem credidit mœchum & uxori propriæ uiolentum, non statim commotus peremit, aut ignibus tradidit? Sed sic cum esset irrationabilis, ut cum una parte sentiret, & accusato audientiam non præberet: in ipso tempore uindicandi uultum se habere mansuetudinis demonstrauit: ut uidẽs, quod maius est, furentem fœminam & rabidam, flentem, uestes scissas circunferentem, & hic maximè subincensam, lugentem, & ululantem, ne sic tamẽ ad iuuenis exarsit interitum. Vnde dic mihi? Nonne manifestum est, quoniam ille qui leones frænauit, & in fornacem frigus immisit: hic etiam bestiæ huius compescuit immoderatum furorem, & iram extinxit ingentẽ, adeo ut temperaretur ipsa uindicta? Hoc quiuis facilè addiscere potest, & in ipsis uinculis contigisse. Nam permisit eum ille uinciri, & cum condemnatis sedere: à crudelitate uero carcerem custodientis eripuit. Gen. 37. c

H Nosti enim quid potest carceris custos. Sed ille tunc mitis erat atq; mansuetus. Non solum enim non aliquibus affecit iniurijs, sed omnibus eum, quos illic uidebatur habere, præposuit. Atqui cum eum pro adultero suscepisset, atq; damnato, & adultero satis nobili: non enim in domo aliqua uilissima, sed satis magna hoc scelus admisisse putabatur, sed interim nihil horum illum terruit uel coegit, ut circa eũ crudelis existeret: sed coronæ iusto de illis passionibus nectebantur, diuinumq; subsidiũ cum multa in eum abundantia fundebatur. Vellem adhuc aliquid epistolæ prolixitati adiungere: sed quoniam hoc, quod diximus, ultra sufficientiam, modum arbitror excessisse: hoc in loco finem sermoni iam faciens, obsecro tuam uenerationem, quod semper te rogare non destiti, ut à mœrore quidem liberata glorifices deum, quod semper fecisti uel facis, & ei gratias pro omnibus molestijs & doloribus redde. Ita enim & ipsa plurima præmia consequeris, & diabolo letale uulnus infliges: & nobis plurimam tribues consolationem, & poteris tristitiæ nebulam cum omni facilitate dispergere, & serenissima frui tranquillitate. Ne itaque tu recidas, sed emergere ex hoc fumo elabora. Fumo enim, si uolueris, facilius hunc omnem mœrorem prorsus excuties Hoc nobis iterũ facito manifestum, ut longè etiam, constituti, plurimam de talibus nos etiam literis metamus iocunditatem.

A D. IOAN. CHRYSOSTOMI, ORATIO CALENDIS D

HABITA, CVM NON VENISSET IN PVBLICVM EO DIE EPISCOPVS ANTIOCHIAE FLAVIANVS,

CONTRA EOS QVI NOVILVNIA OBSERVANT, ET in ciuitate choros ducant, & in dictum Apostoli, omnia in gloriam Dei facite.

Ioanne Checo Cantabrigiensi interprete.

QVEMADMODVM chorus præsultorem, & nautarum multitudo gubernatore inquirit, sic & sacerdotum iste cœtus Pontificem hodie suum & cõmunem patrem Flauianũ desiderat. Sed in choro & naui, eorum qui præ-
B esse debent, absentia multum sæpe tum ornamenti, tum salutis detrahit, hac in re autẽ non ita fit. Quanuis enim carne non adsit, spiritu tamen adest, & nunc nobiscum est, domi cum sedeat, quemadmodum nos cum illo sumus, quanquam hic stemus. Ita enim charitatis natura est, ut longè interuallo disiunctos congreget & deuinciat. Nam hominem in aliena regione commemorantẽ, & magnis à nobis fretis disiunctum, si diligamus, quotidie eum locum, ubi ille permanet, animo, cogitationeq; sequimur: quemadmodũ cum erga aliquem non ita affecti sumus, eum ne propè quidem astantem aspicere sustinemus. Sed ut cum charitas adest, nullum impedimentum ex loci interuallo est: sic eadem cum abest, nullum præsidium ex locorũ uicinitate paratur. Nuper autem cum diuum Paulum laudaremus, ita exultauistis, quasi ipsum præsentem uidissetis. Atqui corpus eius cum in basilica Romæ iaceat, anima autem in manu dei sit, charitatis tamen uis illum ante oculos uestros collocauit. cuperem autem in idem quoque argumentum hodie descendere, sed ad alia quędam, quæ magis urgent, oratio nostra prouehitur,
C in quibus à tota hodie ciuitate peccatur. Eos enim qui laudes Pauli audire cupiunt, prius uirtutis Paulinæ æmulos esse oportet, deinde hoc se sermone dignos iudicare. Quoniam ergo non adest hodie pontifex, agè precibus illius freti aliquid, quod ad institutionem uestri pertinet, attingemus. Nam & Moyses, quanquam corpore nequaquam præsens cum exercitu fuit, nihilominus tamen, immo multò magis q̃ reliqui præliantes uictoriam promouit pansis manibus sustentans, causam suorum subleuans, & hostibus terrorem incutiens. Quemadmodum autem neque charitatis uis, ita neq; precationis efficacitas loci interuallo coercetur, sed quemadmodum illa longè disiunctos copulat, sic & hęc eos, qui procul absunt, admodum iuuare potest. Fidentes igitur in pugnam procedamus. Nam & nobis hodie bellum indictum est, non Amalechitis inuadentibus, ut tum fecerant, aut alijs barbaris incursantibus, sed dæmonibus põpam in foro ducentibus. Diabolicæ enim pernoctationes quæ hodiæ siunt, & cauæ ludorum & conuitia, & saltationes nocturnæ, & explodendę comœdiæ, quouis hoste deterius ciuitatem nostram expugnant, & propterea par est ut animo contrahantur, lugeant, erubescant, tum qui delinquunt, illi quidem propter admissa facinora, hi uero quia fratres uiderunt fuisse immodestos. Lęta cum primis ciuitas fuit, & splendide coronabat, & forum quasi elegans sumptuosaq; mulier, ambitiose hodie exornabatur, & auro, indumentis pretiosis, calceis, & reliquis eius generis uestiebatur, singulis in officina sua opificij sui uẽ- E
ditatione, eiusdem artificij socios antecellere studentibus. Hæc autem concertatio, quanquam puerilis cuiusdam cogitationis est, et animi nihil neque magnum, neque sublime cogitantis, non ita multum tamen secum incommodi apportat, sed cum inconsiderata sit quædam uenditatio, irrisionem continet eorum, qui in illis elaborãt. Si enim exornare aliquid uolueris, non officinam, sed mentem: non forum, sed intelligentiam tuam exornato, ut angeli mirentur, archangeli hoc approbent, ipse angelorũ dominus suis te donis compenset. Hęc. n. quæ nunc est uenditatio, tum risum, tum æmulationẽ apportat, ab his qui excelso sunt animo, risum, ab illis qui in eadem ægritudine sunt æmulationẽ, inuidiamq; multam. Sed quẽadmodũ ante dixi, non ita adeo reprehendẽdæ sunt hę cõcertationes: q uero in tabernis ludi hodie siunt, illi me maxime excruciant, & impietatis atq; intemperantiæ pleni sunt: impietatis quidem quòd qui hoc faciunt dies obseruant, & augurijs addicuntur, & putãt si nouilunium mensis huius cum uoluptate & lętitia degant, reliquum se annum sic transacturos: intem- F
perantiæ uero, quòd cum prima luce fœminæ & uiri pocula implentes, multa cum intemperantia uinum merum hauriunt. Hæc quanq; uosipsi non facitis, indigna tamen nostra religione sunt, si uel alios hoc facere pmittatis, siue hi famuli uestri, siue amici, siue uicini fuerint. Non audis Paulũ dicentẽ: dies obseruatis & menses, & tempora, & annos, metuo uobis, ne frustra in uobis laborauerim. Nempè extremæ hoc est amentiæ, propter unum diem si auspicatus fuerit, per uniuersum hoc expectat annum: neque amentiæ solum, sed diabolicæ cuiusdam efficientię indicium est, non proprio studio & alacritati, sed quibusdam dierum circuitionibus, uitam nostram cõmendare. Fortunatus tibi in uniuersum annus erit, nõ si in nouilunio ebrius fueris, sed si in nouiluuio & singulo quoq; die q̃ deo probata sunt, feceris. Dies. n. bon⁹ & malus est, nõ sua quadem & propria natura, nihil enim dies à die differt, sed nostra uel diligentia, uel ignauia. Si iustitiam feceris, bonus tibi dies erit: sin peccatum desi gnaueris, malus & supplicij plenus. Si ista meditatus, si ita animo affectus fueris, & preces eleemosynasq; quotidie adhibueris, fortunatum habebis totum an

G num: sin uirtutem neglexeris initijs mensium, ac
statis diebus animi tui oblectationem concredideris, omnium inanis erit bonorum. Quod cum diabolus perspiciat & studeat nostros in uirtute labores frangere, & animi alacritatem extinguere, tum bonas tum malas felicitates diebus ascribere nos docet. Nam qui sibijpsi persuadet diem uel bonum uel malum esse, neque in malo die, bonorum factorum curam habebit, quasi propter diei necessitatem frustra laborando nihil proficiet: neque contra in bono die quicquam faciet, quasi propter bonum diei successum propria socordia nequaquam lædatur. Sic utrique suam ipsius prodet salutem, interdum quasi inaniter, interdum quasi superuacue laborans, in ocio & nequitia uitam deget. Quod cum sciamus omnes, diaboli astutias fugere oportet, & hunc animi sensum deponere, ut neque dies obseruemus, neque hanc diem refugiamus, illum persequamur. Non enim solum ut nos in socordiam inijciat, sed etiam ut opera dei sugillet, hæc malus ille molitur dæmon, & in impietatem socordiám-
H que simul animas nostras pertrahere cogitat. Sed resilire nos oportet, & certò statuere, nihil malum esse, nisi peccatum solum, & nihil bonum, nisi uirtutem solam, & perpetuum cultum dei. oblectationem animi non ebrietas, sed precatio spiritualis: non uinum, sed uerbum erudies adfert. Vinum enim tempestatem, uerbum tranquillitatem creat: illud tumultum introducit, hoc turbulentiã expellit: illud obscurat mentem, hoc obscuram illuminat: illud animi demissiones quæ ante nõ fuerant inuehit, hoc eas quæ adsunt rursus expellit. Nihil.n. ita tranquillitatem ac sedationem animorum ingenerat, atq; hæc religionis nostræ institutа: res præsentes despicere, futuris inhia re: nihil humanum stabile iudicare, non diuitias, non potentiam, non honores, non clientelas. Hæc si recta ratione reputes, cum diuitem uideris, non te inuidia mordebit: si in paupertatem incideris, non desponde bis animum, atq; adeò perpetuo feriari poteris. Christianum.n. non mensibus, non nouilunijs, non domi nicis diebus feriari oportet: sed per omnem uitam festum diem sibi accommodatum agere. At quis illi festus dies maxime conuenies est? Audiamus Paulum
I dicentem: itaq; feriemur non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in fermenta integritatis & ueritatis. Si ergo puram habes conscientiã, festum diem ages ppetuo, bona semper nutritus spe, & futurorum bonorũ perfusus expectatione: Sin animo perturbatus, & sceleribus multis obnoxius fueris quanq; sexcętæ feriæ & celebritates sint, nihilo tamen melius quã hi qui lugent constitutus es. Quæ.n. splẽdidæ diei utilitas esse põt, si ego mihi animæ obscuratæ conscius sim? Sin fructum aliquem percipere è nouilunio uis, hoc facito: Vbi annum expletũ uideris, gratias age domino, qui te ad hanc annorum circuitionem perduxit. Extimula cor tuum, uitæ tuæ tempus tecum reputa, tecum ad hunc modum uerba facito: Dies auolant & prætereunt, anni finiuntur, magnam uitæ nostræ partem confecimus: quid boni à nobis factum est? iudicium dei pro foribus est, & reliquum uitæ tempus ad senectutem uergit. Hæc in nouilunijs meditare, hæc de annorum conuersionibus reuolue. Futuræ diei perpetuo recordemur, ne aduersum nos loquatur quis illud, quod aduersus Iudæos à propheta dictum est: Abierunt dies eorum cum ua-
K nitate, & anni illorum cum celeritate. Has ergo ferias perpetuas & in ambitus annorum nequaquam concluſas, neque dierum permensione descriptas, tum diues, tum pauper ex æquo potest agere. Non enim hic pecunijs, neque rerum affluentia opus est, sed uirtute sola. Non habes pecunias? at dei timorem habes, omnibus pecunijs uberiorem thesaurum, qui neque consumitur, neque interuertitur, neque exhaurit unquam. Intuere in cœlum, terram, mare, aerem, in genera animantium, ac uarietatem stirpium, in naturam hominum uniuersam: considera angelos, archangelos, superiores potestates: reputa hæc in domini tui ditione esse. haud fieri potest, ut domini tam locupletis, præsertim si propitium habeat dominum, pauper quisquam seruus sit. Dies obseruare non christianæ religionis, sed græce cuiusdam inanitatis est. In cœlestem ciuitatem ascriptus es, in rem publi. eam receptus es, angelis teipsum admiscuisti: ubi non est lumen quod in tenebris desinit, neque dies quæ in noctem terminatur, sed perpetua dies, & perpetua lux. in illa ergo intueamur omnino. Cœ-
L lestia (inquit ille) quærite, ubi Christus ad dexteram dei sedet. Nihil habes commune cum terra, ubi solis cursus & conuersiones, & dierum uicissitudines sunt, sed si recte uiuas, nox tibi dies fiet: contra ac illis qui in lasciuia, & ebrietate, & intemperantia uiuunt, quibus dies ad noctis conuertitur tenebras, non quidem defectione solis, sed illorum, propter ebrietatẽ, obscuratione mentis. Dies ergo tales in admiratione habere, & magnam ex illis uoluptatem capere, & lucernas in foro accendere, & coronis admodum redimire, puerilis cuiusdam amentiæ est. Ab hac iam imbecillitate liberatus es, & in uirum euasisti, & in cœlestem ascriptus es rempub. non ergo in foro accendas lumen sensibile, sed in animo accende lumen spirituale. luceat.n. lux uestra corã hominibus, ut uideant bona opera uestra, & gloria afficiant patrem uestrũ cœlestem. hæc lux, hanc adfert compensationem: nõ ut domus tuę fores sertis coronentur, sed ubi talem tuũ demonstraueris cum cæteris conuictum, ut iustitiæ coronam capiti impositam, à Christi manu accipias: Nihil temere, nihil impudenter à uobis fiat. ita.n. Paulus præcepit, omnia in gloriam dei ut faceremus: Si-
M ue enim inquit, editis, siue bibitis, sed quid facitis, ad gloriam dei faciatis. At quomodo, inquies, edere & bibere ad gloriam dei possumus? Accerse pauperem, participem mensæ tuæ facias Christum, & ad gloriã dei edisti, ac bibisti. At non hoc solum præcepit ad gloriam dei fieri, sed & reliqua omnia, ut in forum ire, domi se continere. Hæc enim utraque propter deum fiant. At quomodo utraq; ista propter deum fient? Quando ad ecclesiam accedis, quando præcationis, quando doctrinæ spiritualis particeps es, hæc progressio ad gloriam dei est. Sed domi etiam licet propter deum manere. Quomodo? aut qua ratione? Vbi audieris tumultus immodestos, pompas diabolicas, malis atque intemperantibus hominibus forum plenum esse, domi maneto, & à turba tali discedito, & ad gloriam dei ibi mãsisti. Quemadmodum autem, tum domi permansio, tum egressio foras, sic tum laus, tum uituperatio quoq; ad dei gloriam esse potest. quomodo autem ad gloriam dei licet aliquem laudare ac uituperare? Sedetis sæpe in officinis, uidetis prætire homines malos, atq; improbos, supercilia cõtrahentes, inflatos, qui multos post

A se parasitos & adulatores ducũt, q pretiosas habent uestes, & multis imanitatibus amicuntur, alienarum rerum direptores, atq; auari. Hic si quenq; audieris dicentem: An non præstabilis hic uir? an non beatus? Increpa, redargue, os obstrue, commiserator, lachrymare: hunc tu ad gloriam dei uituperabis. Vituperatio enim talis, ad religionem reliquorum præsentium & uirtutem instructio est, ut in res ad uictum spectãtes minus inhient, quære ab illo qui illa dixit: cur tam beatus hic est? Num quia admirabilem habet equũ auro exornatum? aut quia magnum famulatum? aut præclaram habet uestem? & ebrietate delicijsq; quotidie soluitur? Sed proptetea miser atq; infelix est, & multis lachrymis prosequendus. Video certe uos nullam illius partem laudare posse, sed extremas res omnes, equum, frænum, uestes, quæ omnia nulla illius pars existunt. Dicas ergo, quid omnino miserius esse potest, q̃ ut equus, & equi frænum, & uestium splendor ac famulorum bona corporis constitutio laudetur, ipse illaudatus prorsus prætereatur? Quid eo homine pauperius, q̃ cum nullum habeat bonum pro-
B prium aut domesticum, neq; quicquã quod inde educere in aspectum potest, alienis ut rebus totus exornetur? proprium enim & domesticum ornamentum diuitiæq; nostræ sunt, non famuli, non uestes, non equi, sed animi uirtus. sed bonorum operum abundãtia, sed libera & secura cum deo collocutio. Rursus cum uideris pauperem abiectum, spretum, cum penuria uitam transigentem, & à sodalibus, qui tecum sunt, cõmiseratum, laudato illum, & hæc prætereuntis laus, institutio est & adhortatio ad bonam & honestam uitam transigendã. Si dixerint, ærumnosus & miser est: tu contra illum omnium beatissimũ prædica, qui deum habet amicum, qui uirtuti incũbit, qui diuitias nequaq̃ fluxas possidet, qui conscientiam habet puram. Quid enim illi incommodi est, si pecunijs terrenis egeat, cum cœli & cœlestium hæreditatẽ aditurus sit? si tu cum illis sic disputaueris, atq; alios institueris, magnam recipies tum uituperationis tum laudationis tuæ mercedem, cum utraq; ad gloriam dei facias. Quod aũt nequaquam temere animũ tuum
C his uerbis pellexerim, sed quòd permagna quędã hic qui ita animo constituti sunt, a deo compensatio futura sit, & in summa hoc uirtute habẽt, ita de illis qui sic uitam degunt statuere: audi quid propheta dicat, & in quo recte factorum numero ponat, tum malos homines pro nihilo habere, tum timentes deum gloria afficere. Postquã enim reliquas uirtutes commemorasset illius, qui à deo honorandus esset, & qualẽ illum esse oporteret, qui in sancto illius tabernaculo habitaturus esset, hoc est, inculpatum, & colẽtem iustitiam, & à nequitia uacuum, etiã hoc subiecit. Qui nõ dolosus fuit lingua sua, nec fecit proximo suo malum: & paulò pòst, pro nihilo habitus est apud illum maleficus, timentes autem dominum gloria afficit. His uerbis demonstrat unum certum eius officium esse, malos contemnere, laudare & beare bonos: & alibi idem significauit cum diceret: Mihi autem admodum honorati sunt amici tui ò deus, multiplicati sunt magistratus eorum. Quem deus laudat, tu ne'ui tuperes. Laudat aũt eum, qui cum iustitia uiuit, quanuis pauper sit. Quem deus auersatur, tu ne laudaueris: auersatur autem omnem qui cum nequitia uiuit, quãuis multis opibus circũfluat, sed siue laudaueris, siue uituperaueris, utraq; ad dei uoluntatem facias. li-
D cet enim ad gloriam dei obiurgare: licet etiam ad gloriam dei corrigere, quemadmodum erga seruos nostros sæpe animo commouemur, quomodo autem licet propter deum obiurgare? Si ebrium aut furentem uideris, uel seruũ, uel amicum, uel alium quempiam uicinum tuum, aut in theatrum currentem, aut animam suam ipsius prodentem, aut iurantem, aut peierantem, aut mentientem: stomachare, punito, reuoca, corrige, & hæc omnia propter deum feci-
E sti. Si erga te peccantem uideris, aut aliquam officij partem erga te sui prætermittentem, remitte hoc ei, & remisisti propter Christum. Nunc uero multi contra faciunt, cum erga amicos, tum erga seruos: quando enim erga se alij peccant, acerbi, inexorabiléque sunt iudices: quando autem in deum contumelioſi sunt, & suas ipsorum perdunt animas, nullam eius rei rationem habent. Amici tibi acquirendi sunt? propter deum acquirito, inimici tibi capiendi sunt? propter deum capito. At quomodo amici & inimici propter deum acquirẽdi sunt? Si nõ amicitias illas colligamus, unde pecunias corripere, conuiuia agitare, imperia consequi poterimus: Sed
F illos prosequamur & acquiramus amicos, qui mentem nostram moderari, præcipere honesta, peccantes increpare, delinquentes arguere, supplantatos erigere, consilio ac precibus opem ferre, & ad deum adducere possunt, rursus, inimicos licet facere propter deum: Si uideris aliquem intemperantem, nefarium, nequitiæ plenum, opinionibus impuris re- Mat. 5.
fertum, supplantantem te ac nocere cupientem, recede, & resilias ab illo. Sic enim Christus iubet: si dexter oculus offenderit te, extrahe eum, & abijce abs te. Hoc nempe præcepit, ut amicos quos æque ac oculos charos habes, & ad omnem uitæ usum necessarios, si ad animæ salutem impedimentum afferant, amputes & abijcias. Si in cœtum hominum prodieris, & uerba multa cum alijs feceris, propter deum hoc facito: si tacueris, propter deum taceto. At quomodo in cœtu uersari propter deum licet? si cum alijs sedens, non de rebus externis differas, neq; de his quæ nobis planè perparum aut nihil conducunt, sed de religione nostra, de gehenna, de regno cœlorum, non autem de rebus manibus aut su-
peruacaneis, cuius generis hæc sunt: quis magistratum gerit? quis magistratu abijt? qua de causa hic mulctatus sit? Vnde ille tantum lucratus sit, & locupletissimus euaserit? quid ille huic reliquerit moriens? quomodo ille ab hæreditate abfuerit, cũ in primis hæredibus se ascribendum putauerit? ac multa alia his similia. De his rebus autem neque nos communicemus, neque alios communicare permitta-
mus, sed consideremus potius quibus dictis aut factis deo placeamus. Rursus poteris propter deum silere, exagitatus, uiolatus, infinita mala passus, si feras generose, & nulla maledicta referas illi qui hæc designauit. Non autem laudare solum & uituperare, nec domi manere, aut foras ire, non loqui, aut silere, sed etiam flere, dolere, & lætari quoque ad gloriam dei licet. Quando enim uel fratrem uideris peccantem, uel teipsum in peccatum aliquod delapsum, deinde ingemiscas, ac animo mœreas, haud pœnitendam salutem ex hoc lucrifecisti: quemadmodum Paulus ait. Qui secundum deum dolor est, salutem haud pœnitendam efficit. Si florentem alterum uideas, nolito illi continuo inuidere, sed deo, qui tam

G præclarum effecit fratrem tuum, perinde ac de proprijs bonis gratias agito, & huius lætitiæ permagnũ habes fructum. Quid enim inuidis hominibus est miserabilius, quibus cum liceat gaudere, & fructum lætitiæ suæ capere, ipsi tamen mallẽt propter alienas felicitates dolere, & cum dolore ipso, pœnam à deo, & supplicium intolerabile arcessere. Cæterum qd laudes, & uituperationes, dolores, & lætitias cõmemoro? ubi etiã à leuissimis rebus & uilissimis, maximas utilitates percipiemus, si propter deum ipsum ea faciamus? quid enim est tonsione crinium uilius? hoc tamen licet propter deum facere. Quando enim comam non composueris, neq; uultum tuum ornaueris, neq; te ad illecebras, ac lenocinia eorũ qui te intuentur compseris, sed inculte, atq; horride, & quantum usus fert, teipsum apparaueris, tantum propter deum feciſti, & eius mercedem reportabis, tum quia cupiditatem represisti malam, tũ quia ambitionem importunam coercuisti. Si enim qui poculum frigidæ solum dat propter deum, regni cœlorum hæreditatem adibit: qui omnia fecerit propter deum, consi
H dera quantam habebit compensationẽ. Quin & propter deum ingredi, & propter deũ intueri possumus. At quomodo intueri & ingredi propter deum licet? quando non ad improbitatem curris: quando non in alienam pulchritudinem nimis inquiris: quando mulierem occurrentem uidens, refrænas oculos, & timore dei, propter deum, munis aspectum: quando non preciosis uestibus & delicatis, sed his quæ tegere nos satis possunt, induimur. Sed & ad imos usque calceos demittere hunc morem licet. Eousque enim mollicies luxusq; delapsi sunt homines, ut & calceos exornent, & omni ex parte æquè ac faciem suam alij componunt, uariare soleãt, quod animæ impuræ ac deprauatę signum est. Quãquam enim perexiguum hoc esse uideatur, tamen tum in uiris, tum in fœminis magnum perditæ mentis argumentum & significatio est. Licebit ergo & calceis ipsis propter deum uti, cum omnino usum quærimus, & hunc utendorum calceorum finem habuerimus. Ingressu enim & amictu nos deum gloria afficere posse, cognosce ex eo, quòd sapiens quidam olim dixit: Vestitus uiri, &
I uisus oris, & incessus pedum, indicant hominẽ. quando enim honestè uestiti, grauitatis pleni, & multam in omni re gerendam modestiam adhibẽtes, in aspectum hominum prodimus: qui infidelis, qui intemperans, qui turbulentus est uir, is quanq; futilis, atque inconsideratus fuerit, tamen primo quoq; occursu, in aliquem eius generis hominem intuens, omni illum honore, ac admiratiõe prosequetur. Si uxorem duxerimus, propter deum hoc faciamus: non ut facultates maiores acquiramus, sed ut temperãter uiuamus: animæ nobilitatem, non pecuniarum abundantiam inquiramus: non maiorũ splendorem, sed morum uirtutem persequamur & modestiam, uitæ sociam, non lenociniorũ comitem capiamus. cæterum quid opus est omnia cõmemorare? licet uobis ex his quæ dicta sunt, aut geruntur percurrere, & omnia propter deum facere. & quẽadmodum mercatores nauigantes maria, & ad ciuitates appellẽtes, non prius abeunt à portu, & in foros conscendunt, priusquam intelligunt aliquod lucrum esse in mercimonijs: sic nec tu quicq; facias, nec dicas, nisi lucrũ aliquod habeas secundum deum. Ne dicas autẽ neminem posse omnia propter deũ facere: quando enim calciamenta, cęsaries, uestitus, incessus, aspectus, uer- K
ba, confessus, ingressus, exitus, facetiæ, laudationes, uituperationes, commendationes, amicitiæ, inimicitię, possunt propter deũ fieri: quid restat, si uoluerimus, quod nõ poterimus propter deum facere? quid carceris custodibus deterius esse potest? Nónne hæc uita omnium nequissima esse uidetur? licet tamen ei qui uelit, inde lucrum reportare, quando iunctis parcit, quando iniuste carcerem coniectis commodat, & in alienis calamitatibus commodatur: quando communis proponitur omnibus afflictis portus. Ita custos carceris Pauli seruabatur. ex quo satis liquet, quòd ex omnibus rebus, si uoluerimus, lucrum facere poterimus. Quid parricidio indignus esse potest? at tamen iustitiam afferre potest, etiam hoc facinus, si quis admittat: tanti est propter deum quicquam facere. At qũo põt parricidium iustitiam afferre? Madianitæ olim uolebant infensum deum Iudæis facere, hac uia arbitrati se illos superare posse, si beneuolẽ
L tiam dei erga illos minuerent, puellas exornantes, & in exercitus conspectu collocantes, lenocinabantur eos, & ad stuprum primo, deinde etiam ad impietatem adducebant. Hoc cum uidisset Phinees, duos in ipso facinore deprehendens, districto gladio utroq; transfodit, & hac rei susceptione, dei iram à destinata sententia deduxit. Ac facinus quidem ipsum parricidium fuit: fructus autem illius, omnium perdendorum salus fuit: unde & iustitiam attulit, qui hoc fecit. Et non modo non manus hęc cædes inquinauit, sed multo etiam puriores fecit. atque id iure quidem. Nõ enim ad eorum, quos interfecit, inuidiam, sed ad eorum qui superfuerant, salutem, hoc suscepit. Duos interfecit, & infinitam hominum multitudinem seruauit. Perinde autẽ fecit ac medici solent, qui partes corporis putrescentes amputando, integrum corpus cõseruant. Sic & ille fecerat, propterea psalmus ait: Stetit Phinees, & placauit, & cessauit plaga, & habitum est illi hoc ad iustitiam, à generatione ad generationem, & usque ad perpetuitatem immortalis huius recte facti memoria permanet. Rursus, alius orauit, & lacessiuit deum: adeò est aliquid, non propter deum facere: Phariseum dico. Sed quemadmodum Phinees etiam cum cędem feciſſet, gratiosus apud deum fuit: M
sic & iste non propter precationis naturam offendit, sed propter animi affectionem, qua cum precabatur prolapsus est. Ita etiam si spirituale aliquid fuerit, si tamen propter deum non fiat, cum primis illum lædit, qui facit quemadmodum si aliquid externum fiat, modo propter deum fiat, admodum adiuuat eum, qui cum religiosa id facit mẽte. Quid enim cæde grauius, aut horribilius esse potest? iustum tamen effecit eum, qui hoc susceperat. Qualem ergo excusationem habebimus nos, qui dicimus ex omnibus rebus lucri facere, & omnia propter deum nos facere non posse, cum inueniamus etiam qui è cæde lucrum fecerunt? Si animaduertere uoluerimus, siue emendũ, siue uendendum sit, per omnem uitam spiritualem hanc mercaturam faciemus, ut si tolerabili pretio nihil amplius requiramus: si difficultatem annonæ nequaquam obseruemus, & tum egentibus diuendamus. Maledictus enim, inquit ille, qui rei frumentariæ caritatem auget. Sed quid oportet singula percensere? Prouę. 11.
uno exemplo omnia colligenda fuerant. Quemadmodum enim ędificatores eũ murum extructi sunt, extru-
amussim ab angulo ad angulum ducunt, atq; ita mu cturi.

A rum perteaunt, ut minime inæqualis eius ora existat:
1. Cor. 10. sic & nos pro amussi uerbũ ad hoc adhibeamus, qd apud apostolum est: siue editis, siue bibitis, seu quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite. Siue ergo precemur, siue ieiunemus, siue accusemus, siue condonemus: siue laudemus, siue uituperemus: siue ingrediamur, siue exeamus: siue uendamus, siue emamus: siue taceamus, siue disputemus: siue aliqd aliud faciamus, omnia ad gloriam dei faciamus. & si quid ad gloriam dei non pertineat, illud neq; facto, neq; dicto à nobis usurpetur. Sed pro baculo magno, pro armis, pro præsidio, pro thesauris inexplicabilibus, hoc dictum animo inscribentes, nobiscũ, quãcunque uiam ingressi fuerimus, circunferamus, ut omnia ad gloriam dei facientes, loquẽtes, susципientes, tum hic, tum post huius uitę peregrinationem, gloriam ab eo consequamur. Ait enim: gloria afficientes me, gloria afficiam. Nõ dictis ergo, sed factis ipsis illum assidue gloria afficiamus: quia illum decet gloria ad omnem æternitatem. Amen.

B EIVSDEM HOMILIA IN EVTROPIVM

eunuchum patricium ac consulem præfectumq; cubiculi Arcadij Augusti, cum offenso principe delitesceret sub altari ecclesiæ, cui ipse antea ius asyli abrogare conatus fuerat, Sigismundo Gelenio interprete.

SIunquam antea, nunc maxime licet dicere, Vanitas uanitatũ, omnia uanitas. Vbi nunc inclytus ille consulatus splendor? ubi illustres illę faces? ubi applausus illi ac choreæ, epulæq; & festi conuentus? ubi coronę & aulęa? ubi strepitus urbis, & ille circensium spectatorum faustæ acclamationes atq; adulationes? omnia illa perierunt: procella uehemens folia deiecit, arborem spoliatam reddidit, iam radicitus uacillantem: tantaq; uis uenti impacta est, ut cum neruos eius uniuersos cõcusserit, tum ipsam funditus prosternere minetur. ubi nunc fucati illi amici? ubi compotationes & cœnæ? ubi parasitorum examẽ, & merum per totam diem exhaustum, C uariæq; coquorum artes, & potentatus cultores illi, ad gratiam omnia dicere ac facere assueti? omnia illa nihil nisi nocturnum somnium fuerunt, appetẽte die euanescens: Flores fuerũt uerni, uere exacto emarcuerunt omnia. umbra erant, & prætierũt: fumus erãt, & soluta sunt: bullæ erãt, & dirupta sunt: aranęæ erãt, & lacerata sunt. Quapropter spirituale hoc dictũ occinimus, indesinenter dicentes, Vanitas uanitatũ, omnia uanitas. hoc enim dictum in parietibus, in uestibus, in foro, in ędibus, in uijs, in fenestris, i ianuis, sed potissimum in ipsa cuiusq; conscientia cõtinenter inscriptum esse oportet, omniq; tẽpore cognitioni obuersari: quandoquidem negotia fraudulenta & persona ac inimica ueritatis opinionem apud plerosque sibi parauerunt. hoc dicto, in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quenq; proximum suum compellare oportebat, idéq; ab illo uicissim audire, nempe quòd uanitas uanitatum, omnia uanitas. An non assidue tibi dicebam fugitiuas esse diuitias? tu uero nos non sequebas. An non dicebam fugitiui serui naturam eas habere? tu uero credere nolebas. ecce experiẽtia docuit, quòd non solum fugitiuæ & ingratę, sed homicidæ etiam sunt, ut quę in metũ nunc te coniecerint. Nón- D
ne dicebam tibi, cum me indesinenter obiurgares uera monentem, quòd ego tibi potius amicus essem q̃ adulatores, ego redargutor maiorem tui curam gerem q̃ hi qui tibi per omnia obsequerentur? nónne & hoc addebam, fidedigniora esse uulnera ab amicis, q̃ ultrò ingerentia se oscula inimicorum? Si mea uulnera tulisses, haudquaquã tibi illorum oscula hoc exitiũ attulissent. mea enim uulnera sanitatem afferũt: illorũ oscula morbum immedicabilem tibi conciliauerũt. ubi nunc pocillatores tui? ubi qui in foro populum de uia decedere cogebãt, tuasq; laudes passim apud omnes deprędicabant? Transfugerunt, deseruerunt tuam amicitiam, suam securitatem tuis periculis quęrunt. At non tales nos, sed & tunc, quãtuis ægreferentem non destituimus, & nũc collapsum protegimus ac curamus. Ecclesia à te hostiliter habita expanso sinu te suscepit: theatra autẽ magnis obsequijs à te culta, quorum causa sæpius nobis infensus fuisti, & prodiderunt te, & perdiderunt, attamẽ nunq̃ destitimus his te uerbis alloqui: cur ista facis? in ecclesiã debaccaris, & teipsum in exitium præcipitem agis. & tu hęc omnia monita neglectim prætercurrebas. & circẽsis E
quidẽ multitudo exhaustis in se tuis facultatibus gladiũ in te acuit: ecclesia uero tuo furore exagitata ultro citroq; curritat, si quo pacto te ex his casibus implicitum extricare queat. & hæc nunc dico, non quo prostrato insultem, sed quòd eos qui adhuc stant, tutiores reddere cupiam: nec ut plagas uulnerati refricem, sed ut nõdum uulneratos in sanitate conseruẽ: non ut iactatum fluctibus demergam, sed ut eos qui secundis auris nauigant erudiam, ne fortè cum ipso nauigio in profundum deferantur. Quo aũt modo caueri possit? Nimirum si rerum humanarum mutabilitates consideremus. Si enim iste mutationem timuisset, nunc eam non pateretur. Sed quoniam iste nec domesticis nec alienis cõsilijs corrigi potuit, uos saltem qui diuitijs extollimini, huius calamitatem in uestrum profectum conuertite. Nihil enim est humanis rebus infirmius. quapropter quocunque nomine earum uilitatem significaueris, minus q̃ pro rei ueritate dixeris: uel si fumũ eas, uel fœnum, uel somniũ, uel flores uernos, uel quidlibet aliud nominaueris: usq; adeò sunt fragiles, & magis nihili quàm nihil ipF
sum. Quòd autem non solum nihili sint, sed & in præcipiti stent, uel hinc apparet. Quis hoc homine fuit ex celsior? nõne in toto orbe diuitijs præcellebat? nónne ad ipsa fastigia honorum conscendit? nónne omnes eum formidabant ac uerebantur? Sed ecce factus est & uinctis miserior, & seruis miserabilior & mendicis fametabescentib⁹ indigẽtior, per singulos dies gladios præ oculis habẽs in se exacutos, & pcipitia & carnifices, & uiam quæ ad supplicium ducit: ac neq; memoria præteritarũ uoluptatum fruitur, immo ne luce quidem communi, sed meridie quoq; tanq̃ in densissima nocte angustijs parietum inclusus oculorum usu priuatur. & quorsum hæc commemorare attiner, cum quãtumuis adnitar, nullis uerbis exprimere ualeã, quis illi animus sit, per singulas horas capitis supplicium expectanti? aut quid nostris uerbis opus est, cum ipsius calamitatis imago ob oculos nostros uersetur? Nuper nanque missis ad eum à rege qui uel per uim hominem pertraherent, cum ad sacraria confugisset, buxo pallidior factus, nunc quoq; nihilo melior rem quàm mortui colorem obtinet. Accedit huc dẽ tium arietatio, tremor totius corporis, uox singul-

G tiens & lingua titubans, in summa talis habitus, qualem oporteat habere animam quæ iam metu diriguisset. Hæc dico non exprobrandi causa, neq; insultans eius infortunio, sed ut uestrum animum molliã, & ad cõmiserationem pertraham, eosq; inducam, ut præsenti hominis pœna sit contentus. quoniã enim multi sunt è nostris adeò inhumani, ut nos etiam incusent, qui eum susceperimus, illorũ duritiem nostris sermonibus mollire uolens, miserias istius traduco. Quid enim est, quæso dilecte, quod indigne fers? dicens: quia in ecclesiam confugit, qui eam indesinenter impugnabat. Atqui hoc potissimum nomine glorificandus erat deus, quòd permisit eum in tanta constitui necessitate, ut & potentiam ecclesiæ & clementiã disceret, potentiam, eò quòd tantam inciderit mutationem ob simultatem quam cum illa habebat: clementiam uero, quòd infestatorem suũ obiecto nũc scuto protegat, & alarum obtentu tueatur, præterita rumq; iniuriarum oblita sinus ei amantissime pandat. hoc enim quouis trophęo splendidius, quauis victoria illustrius. hoc ethnicos, hoc Iudæos pudefacit,
H hoc placiditatem uultus eius ostentat, quòd hosti captiuo parcat, & ab omnibus desertum & contemptũ ut amantissima mater suis uelamentis occultet, regis simul irę & intolerabili populi furori ac odio se opponens. Hoc ipsum est eximium altaris ornamentum: Dices: hoccine ornamẽtum, hominẽ sceleste, auarum, rapacem altaria contingere? caue talia dixeris: quandoquidem & meretrix pedes ipsius Christi contigit, incesta illa & impurata: nec tamen hoc in crimẽ domino Iesu cessit, sed in laudem magnam & admirationem, neq; enim purum impura offendit, sed sceleste meretricem purus & inculpabilis suo cõtactu purificauit, caue iniuriarum memineris ò homo. Crucifixi illius serui sumus dicentis: remitte illis, nõ enim sciunt quid faciant. Dicent: at præclusit huius loci refugium, legibus scriptis quibus hoc irritum facere conatus est. At nunc re ipsa didicit quale sit quod fecit: & suomet facto legem suã primus abrogauit, factus orbis totius spectaculum: & sileat licet, omnes tamẽ admonet: nolite hæc facere, ne qualia ego patiamini. Sua calamitate alios docet: & altare hoc ipse illustrẽ
I ex se splendorem emittit, ac uenerationem sibi comparat, quòd leonem uinctum contineat. quandoquidem & regiæ effigiei non tantam ornatus ex eo contingat, si solio rex sublimis sedeat purpuratus & diademate redimitus, quantum si sub pedibus quoq; regis barbari manibus post terga reuinctis proni iaceant, & quòd hæc non uerba modo sint ad persuadendum parata, uosmet festinatione uestra ac cõcursu attestamini, etenim præclarum hoc uobis spectaculum & hilaris conuentus contigit: nec minorẽ nũc uideo populi frequentiam, q̃ in proxima sacrata paschæ celebritate, adeo exciti estis istius silentio, quod in præsentiarum quauis tuba clariorem sonum emittit, & uirgines penetralibus, & mulieres gynæceis, & uiri foro uacuo relicto, uniuersi huc concurristis, ut humanam naturam traduci uideretis, & secularium negociorum momentaneam mutabilitatem detegi, illamq; in republica uersantiũ speciem, heri ac nudius tertius præclarissime splendentem, talis enim est ex alienis iniurijs felicitas, quauis anicula rugosa deformior demonstrata, mutatione reipublicæ, ac si spongia eius tectoria sucosq; abolente, tanta nempe est huius infortunij uis, quę uirum felicem ac conspicuũ, nunc omnium abiectissimum reddidit. Introeat di- K
ues aliquis, & magnam utilitatem percipiet, uidens enim à tam celso fastigio delapsum eum qui totum orbem nutu concutiebat, ac formidine cõtractum, quauisq; rana aut lepore timidiorem, & absq; uinculis columnæ huic hærentem, & uice catenæ timore affixum trementemq;, deprimet fastum suum: & cõsideratis quæ in humanis casibus cõsideranda sunt, discedet re ipsa doctus, quæ uerbis scripturæ nos docẽt. Quale est illud omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni: aruit fœnum, & flos eius decidit. Item illud: sicut fœnum cito arescent, & sicut olera uirentia cito decident, quoniã sicut fumus dies eorum sunt, & reliqua similia, cõtra pauper introgressus, & hoc spectaculum animaduertens, non diffidet sibi ipse, neq; sortem suam deplorat. sed gratias in super paupertati habet, quæ sibi & asyli uice sit tutissimi, & portus tranquillissimi, & arcis munitissimę: & his usis, si detur optio, mallet præsenti cõditione cõtentus esse, q̃ omnium facultatibus paulisper occupatis, mox in proprij sanguinis periculum uenire. Vides quòd non parua utilitas diuitibus & pauperibus, cel L
sis & humilibus, seruis & ingenuis, ex hoc istius refugio enata est? Vides ut cum remedio quisq; hinc abit, huius rei spectaculo affectus suos curaturus? Num igitur molliui uestros animos, aut indignationem expulit? num inhumanitatem extinxit? num ad commiserationem adduxi? equidem adduxisse me opinor: idq; ex uultibus uestris ac lachrymis colligo, quandoquidem igitur terra cordis uestri in pinguem & fertilem agrum uersa est, age iam fructum quoq; misericordię proferentes, flauentesq; commiserationis spicas præseferentes, procũbamus regi ad genua: uel potius deprecemur benignissimum deum, ut molliat iram regis, & cor illi tenerum dare dignetur, quo hanc gratiã integram ab ipso auferre possimus, iam enim ex illo die quo huc confugit iste, non parua est facta mutatio. Postquã enim cognouit rex eum ad asylum hoc se recepisse, affluente milite & cõcitato ob eius crimina, deposcente hominem ad supplicium, longam habuit orationem qua militarem indignationem compesceret, postulans ut nõ culparum modo, sed etiam recte factorum rationem haberẽt: ut qui pro illis gra M
tiam haberet, & si quid humanum secus accidisset, ignoscendum duceret, eum autem illi de integro urgerent ad uindictam læsi regis, clamantes, exilientes, ad mortem deposcentes, hastas uibrantes: tum uero ne à lachrymis quidem clemẽtissimis suis oculis temperans & sacrosanctæ mensæ ad quam perfugerat, religionem illis incutiens, ægre tandem iram eorũ sedauit. Admoueamus igitur nos quoq; quę à nobis adhiberi par est. Qua enim ipsi uenia digni essetis, si regem propriam iniuriam condonante & oblito, uos nihil tale passi ira obstinate pergatis? aut quomodo hoc cœtu soluto sacramenta contrectabitis & precationem illam dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus nostris: Si à debitore uestro pœnas exigatis? iniuriis uos forte magnis affecit ac cõtumeliis? ne nos quidem istud inficias ibimus. Sed nõ tribunalis præsens est tempus, sed misericordię potius: non repetundarum, sed clementiæ: non examinationis, sed condẽnationis: non suffragiorum ac calculorum, sed misetionis ac gratiæ. Ne igitur quis uestrum accendatur, néue ægre ferat, sed potius mitissimum deum depræ

A cemur, ut reo uitam proroget, cumq; ex impendente cæde eripiat, ut ipse errata sua corrigat: & cõi opera interpellemus clementissimũ regem pro ecclesia & altari, unum hominem sacrosanctæ mensæ donari obsecrantes. Quod si fecerimus, & regi gratũ faciemus, & deus uel magis q̃ rex factũ nostrũ approbabit, magnamq; nobis huius humanitatis mercedẽ retribuet. Sicut enim crudelem & inhumanũ auersatur & odit: ita misericordem & humanum amplectitur & amat: eiq; siue iustus sit, splendidiores plectit coronas: siue peccator, peccata eius dissimulat, cõmiserationis erga conseruum talionem illi retribuẽs. Misericordiam uolo, inquit, & non sacrificium, & per uniuersam scripturam uides eum semper hoc requirere, atq; hãc pec
B catorum medelam adhibere. Proinde nos quoq; ad hunc modũ illum propitiemus: si enim peccata nostra redimemus, sic ecclesiam ornabimus, sic & regẽ clementissimum, ut dixi, demerebimur: ita fiet ut uniuersus populus nobis applaudat, & usq; ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ nostræ rumor celebretur, mercedemq; simus ubiq; terrarum laudem nostri facti recepturi. Vt igitur talibus bonis frui contingat, accedamus ad genua, obtestemur, deprecemur: eripiamus è periculis captiuum, profugum, supplicem, ut & ipsi futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorũ Amẽ.

Eiusdem de fato Oratio VI.

Damus & bibamus, cras. n. morie
mur: apud prophetas multi è Iudæis dicunt. At Iudæos hoc dicere, quorum deus uenter & gloria in ignominia eorũ, haud mirabile est. Esse uero quosdam, qui post acceptã gratiam, post præsentiũ rerum despicientiam, post hanc perfectionẽ atq; absolutionem, q̃q̃ hoc uerbis non efferant, factis tamen hoc idem personent, quanta putas reprehensione dignum est? Sunt enim, sunt planè, qui propterea putãt se editos in hanc lucem esse, ut delicijs diffluentes, & corpore adipato, & abdomine distento, ita exeunt è
C uita, uermibus sui ipsius corporis delicatius epulum apparantes. Vtinã uero hæc sola offensio esset, quòd temere, quòd inconsulto, quòd nequicq̃ presentia cõsumerent. Atqui hoc reprehẽsione & accusatione uacare non potest. Quando enim quæ ad corporis alimentum, & ad earum rerum quibus egemus præsidia pecuniæ nobis à deo dantur, per luxuriam & lasciuiam & extremam socordiam effundimus, non integer esse potest hic effusissimus sumptus, sed reddituri planè rationem sumus. Parabola uero quæ de quinqui talentis, duobus, & uno habita est, ad pecunias & alias res accõmodari potest. Quod igitur initiò dixi, si q̃ maxime temere, ac nulla de causa hic in uicauersaremur, ne sic quidem integræ nobis tales actiones essent. Nunc uero etiam alia quædam iuste conseD
quentur. Qui enim in delitijs perpetuo uersatur, & ebrietati indulget, & parasitos alit atq; adulatores, & cibo potioneq; completur, nolens uolens per sępe ne cessario peccat, tum opportunitate quadam loci præsentis, tum etiam post eius inde discessum. Quemadmodum enim nauis cum maiorem mercium copiã habet, q̃ pro iusta magnitudine, grauitate ponderis oppressa demergitur: ita anima, corporisq; nostri natura, copiosiorẽ capiens cibum, deprimitur, & onus ingestorũ ciborum nõ ferens, in perniciei dimergitur pelagus, & nautas, gubernatorem, proreptam, & uectores & uniuersum onus cũ omnibus perdit. Quem admodum igitur in ita affectis nauibus, non trãquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non apparatus cõmoditas, non animi tẽpestiuitas, non aliud quippiam, ita periclitantẽ iuuat nauem: ita in his qui delicate ac molliter uiuunt, non rationum uis, non doctrina & institutio, non admonitio & consilium, non aliud quipiam, non timor futurorũ, non pudor, non accusatio præsentiũ cõseruare poterit ita fluctuantẽ animam, sed immoderatio omnia exuperat, & uolentẽ nolentem de cætero eum qui hac ægritudine laborat, & madidum deprimit, & naufragum eò proiicit, unde sese referre difficile est. Neq; ad res futuras, & rationes ibi reddendas, sed ne ad presentẽ quoq; uitam, iste utilis aut quicq̃ idoneus est, sed oĩno deridẽdus tum ciuilibus tum priuatis in rebus, & si aliquid quod urget conficiendũ sit, nullã prouisionem, nullã administrationem rerum habeE
re inuenietur, sed facile ab inimicis capitur, amicis au tẽ & propinquis oĩbus inutilis. Neq; solũ in periculis, & rerũ asperitatibus facile euertitur, neq; in rebus pacatis & tranquillis tantũ intolerabilis, sed ẽt in rebus afflictis & perturbatis, pp animi immodestiã unicuiq; obiectæ rei succũbet. Hic. n. in his rerũ perturbationibus dico, ignauia, exanimatio, & formido ingens, ac temeritas magna occupabit. Illic uero audacia, socordia, luxuria, immodestia, superbia & arrogantia, superioribus intractabilẽ facit. Non solũ. n. corpora eorũ qui sic afficiuntur deformata, languida, & fluctia, & odoris grauitate intolerabili undiq; completa sunt, sed anima multò magis corpore deformata est, multo maiores q̃ corpus ęgritudines ex hac mollitie suscipit. Quemadmodũ. n. corpus non modo secundũ naturam ex crementa emittit, sed omni ex parte uberrime multa profundit, nã & oculi & nares, & ora eorũ qui hac abundãtia grauantur, halitu teterrimo & corruptione cõplentur, & ipsa carnis natura flaccidior, q̃ pro naturali tẽperatione, quasi cœno & inquinatissima illuuie expleta, putida & iners existit, atque ad oẽ F
bonũ factũ in exercitata. Nam & terra ipsa tali copia cũ superatur, calorẽ suum ac naturalẽ deperdit, simul robur ẽt amittit, & neq; ad culturã, neq; ad fertilitatẽ suam idonea est, ibi grauib^a & insanabilibus morbis corripiuntur, qui in delicijs perpetuis uiuebãt, tremore, dissolutione membrorũ, tabe, grauedine, pedum, manuũq; cruciatibus, & alijs cõpluribus, quibus medici asserunt illos obnoxios esse. Itaq; si neq; gehẽna, neq; animaduersio, neq; extrema damnatio à deo essent, neq; ab hominibus reprehẽsio, neq; sumptus importunus, neq; alia sexcenta q̃ a delicijs oriuntur, sed hæc sola adessent, an nõ satis esset ad oẽs auertẽdos? Mortiferis. n. uenenis nihilo melius hę mẽsæ cõstitutę sunt. Immo uero si uerũ dicendum sit, multo peius, multo deterius. Venenũ. n. sumentem cõfestim è medio tollit, & ad uitæ exitũ sine ullo cruciatu deducit, ut neq; hoc ipso quidẽ crucietur moriẽs. Delicię uero, uitã multis mortibus miserabiliorũ his afferunt, quibus illas plurimi faciunt, nõ modo miserabilẽ, sed turpem etiam & aspernabilẽ. Reliquæ. n. ægritudines permultos habent qui unà mœreant. Quæ uero ex delicijs & ebrietate oriũtur, ne eos qdẽ q̃ intuẽtur permittũt,

G ut uelint mœrere propter ea quæ ab illis geruntur. Sed magnitudo mali ad misericordiã ieflectit: materia ægritudinis scientem exasperat. Itaq; media quadã ægritudine tenemur, neq; cõmiseramur illos, causa enim malorum hoc non permittit: neq; irascimur, magnitudo enim malorũ hoc non sinit: sed inter reprehensionem & ueniã statur. Neque enim à natura perturbantur, quẽadmodum illi, neq; ab hominibus insidijs appetuntur, sed ipsi authores harũ ægritudinum sibi sunt, & uoluntariè seipsos in malorũ uoraginem præcipitant. Quẽadmodum igitur eos qui laqueo sibi gulã frangunt, & qui per præcipitẽ locum seipsos deiciunt, & qui districto gladio seipsos confodiunt, nõ admodum cõmiseramur: ita neq; istos. Quanq; si uenia danda sit, & si minimã omnino ueniam merentur, facilius tamen illi q̃ hi, eam assequerentur. Illi enim uel calumnijs uel pecunijs mulctati, aut iminens malum plagas'ue metuentes, aut aliud quippiã terribile expectantes, ut maioribus se malis eripiant, quasi in tranquillũ aliquem portum, ab imminẽtibus tẽpestatibus summa cũ festinatione con
H tendunt. Hi cũ nil tale pro seipsis afferre possent, uitæ sexcentis uiolentis morbis asperiori, seipsos tradiderunt. oportune igitur hoc loco cõmemorari post illud sapientis. quis cõmiseratur eum, qui incantat, si à serpente mordeatur, aut ullũ alium qui ad bestias se accõmodat? Bestia enim quædã difficilis & intractabilis deliciæ sunt: neq; scorpius aut uipera in uiscera nostris inhærescens ita perpetuo nos uexat, ut hæc deliciarũ cupiditas omnia euertit atq; cõsumit. Bestiæ enim illæ corpori tantũ insidiantur, hæc sicubi se collocauerit, corpus unà cũ anima etiã uastat. quare, uobis iã prudentibus loquor, fugiamus ab illa. Quòd si utilitatis cõtinet hæc opinio, ne istã proferamus, ne persuadeamur. Sin uera sunt quæ dicũtur, & omniũ pernicies in hac ponitur, & extrema illusio sequitur, parcite iã uobis ipsis, parcite corporis robori, parcite animæ, parcite sanitati. Nõ id præcipio, nisi tu id uolueris, ut ad uitã aridam nos ipsos adducamus. Tantũ quod supfluum est detrahamus, quod supra uitæ usum est, præcidamus. Quali enim hoc uenia dignũ est, quando alij quorum interest, ne rebus
I quidẽ necessarijs potiantur, nos plus q̃ opus est omnibus affluentijs onustos incedere? Nostri uictus nobis terminus sit, quod non lædat, quod famẽ sine offensione depellat, ac nil ulterius requiramus. Quòd siquid admirabile liceat dicere, & uerum, sed præter uulgi opinionẽ: si uoluptatẽ quærimus, in eo quòd satis, potius q̃ in delicijs inueniemus. Audi quomodo in eo maior, q̃ in his, & uberior uoluptas est. Hæc enim moderari seipsam de cætero non potest, neque naturã sanguinum idoneã sibi inuenit, illa uero contra sibi moderari potest. quis hoc ait? Qui maxime ex omnibus ea fruebatur. Animæ, inquit, uacuę, quę amara sunt, dulcia uidentur: anima saciata, etiã cum fauo ludit. Vides ut illa tũ in paucis, tum in omnibus facile sibiipsi moderari possit: hæc nullo modo possit. Si enim ne fauũ quidem expetimus, quid potest esse uolupe de cætero? si id quod suauissimũ est, afferre uoluptatẽ non potest, quid potest nos in uoluptate constituere? Quare si uoluptatẽ quærimus, hic magis illã inueniemus. Extremæ igitur amentię erit, uoluptatẽ, quæ sanitate & omnibus bonis continetur, & deo amabilẽ mensam fugere: alteram uero apparare, quæ infinitis referta calamitatibus, iniocunda, molesta, morborumq; efficiens est, & quod omnium est grauissimum deum contra nos prouocat. Si enim uidua delicatior, etiam cum uiuit, mortua est, quid de uiris dicemus? Si in ueteri testamẽto mul 1. Timot. 5
ta cum cura hoc uetitum est, & magna contra delicijs affluentes uehementia usus est propheta? quanquam genus ipsum deliciarum non admodum sumptuosum neque opiparum posuit: dicit enim, qui uescuntur hœdis cum ouibus, & uitulis lactentibus: qui bibunt uinum defæcatum, & præcipuis unguentis perfunduntur: qui in lectis eburneis dormiunt, & in stratis suis lasciuiunt. Si hæc reprehẽsione tum digna erant, quando omnia carnalia, quando cœlestium ratio nulla, quando Iudaica omnia, introductio quędam erant: quid dicemus de hac præsenti rerum mollitie? Si hœdorum & uitulorum lactentium esus profluentis & immoderatę uitę reprehensionem habet: quid dicemus de his qui omnes recessus maris, extremas terrarum oras indagant, & auium ac piscium omnis generis uenatores undique conquirunt? Siqui uinum defęcatum bibunt, in reprehensione sunt: quid
L dicemus de his, qui peregrinationes maritimas pro uino suscipiunt, & omnia commouent, ut nullum genus uitis eos lateat, quasi si rationem reddituri essent & extremæ impietatis condemnarentur, si non omnis generis uino complerentur? Si eburneo lecto uti, reprehensione non uacat: qui multo sese argento circumuestiunt, immo uero ex argento omnia fabricãt, non lectos solum, sed scabella etiam, sed lebetes, sed uasa & matulas, qualem ueniæ locum habebunt? qd uel minimum ad defensionem suam afferre possunt? Ego uero etiam hoc adiungo, quòd ex alienis calamitatibus congregarunt. Atqui propheta hoc nõ posuit, sed delicias solum reprehẽdit. quando igitur culpa adest delicijs ipsis intolerabilior, quis ab extremo supplicio eos qui talia patrant eripiet? Quis Nochus? Quis Iobus? quis Daniel intercedere possit? Nullus omnino certè. Sed in eos dici potest: Exuretur aius, quasi fumus. An non, quæso, iure quis ira, atque excandescentia efferuescat, ac compleatur, quãdo alius ne ijs quidem quæ ad uictum necessaria sunt fruitur: tu uero temere, ac nec quicquam, ad nullum, usum, immo ne ad ostentationem quidem, tantum argenti M
fabricaueris? Neque enim ad hoc ipsum tibi conducibile esse potest, immo uero in contrariam partem potius traducitur. Tu.n.ut spectabilis atq; illustris fias, hæc facis, sed contrarium tamen illius usuuenit. Non enim spectabilis atque illustris propterea es, sed propter crudelitatem ac plurimarum rerum cupiditatẽ, & extrema flagitia, omnes te reprehendunt. Quanta enim inuidia, quanta indignatio, quantum odium, quanta conuersionis tuæ cupiditas apud omnes est? uerborum contumelias in deum prætermitto, quas diuitiæ istę pariunt. Atqui hoc longe grauissimũ est, quod uero hoc antecedit, grauius etiam eo est, &, ut ita dicam, quo magis progrederis, singula singulis deteriora inuenies. Sed non temperantem & modestã, quàm non propheta illudit, non homo reprehendit, non deus accusat, non ignis punit, nõ quis auersatur, non odit, non inuidet, sed approbat deus, participãt angeli, homines laudant, cœlum capit. Hæ mensæ angelos recipiunt, his & non illis, Christus adest. Tales prophetarum mensæ, tales apostolorum, tales iustorum fuerant. Regum uero mensæ & aliorum, qui in terris nefarie locupletantur, quę saltatores habent,

A & alios qui ad labem, & pernitiem aliorum uiuunt, hæ latronum, & præstigiatorum & eorum qui sepulchra suffodiunt, mensæ sunt, quando igitur talem apponis mensam, angelus resilit: exasperatur deus: gaudet dæmonum princeps: auersantur, oderunt, contabescunt, non inimici solum, uerum etiam spectati atque honesti homines, & inuidię epulis potius comple rentur, q̃ hisce præsentibus fruerentur. Quando igitur illam quis apponit mensam sobriam ac modestã, nullaq; efferuescentia contentam, suauis ea & oblectabilis omnibus, & deo, angelis & hominib⁹. Adest præterea dei unigena filius. Quemadmodum enim fastum fugit ac elatiouem, perturbationemq; omnẽ: sic humili amicus est, & cum illo perpetuo uersatur, omni ex parte illum circumuallat, atq; undique munit: Christo uero præsente, nihil ulterius quærendum est. Hoc cum sciamus dilecti, illa fugiamus, hæc persequamur, ut tum præsentibus, tum futuris bonis fruamur, gratia &c.

EIVSDEM AD EOS QVI COMMVNIO-
B *ne relicta ad theatra concurrunt: & quòd non solum utilius sit in ecclesia uersari quàm in theatro, sed etiã iucundius: & de secunda parte precationis Annæ: quodque indesinenter, & in omni loco precari oporteat, uel in foro, uel in uia, uel in tecto, Homilia. IIII. Sigismundo Gelenio interprete.*

HAVD scio quibus uerbis debeã uti hodie, cum enim uideam cõmuniones parũ frequentari, Prophetas affici contumelia, apostolos despici, patres contemni, eãq; contumeliam qua serui appetuntur ad ipsum eorum dominũ pertinere, libet quidem incusare, sed qui accusationem hanc audire deberent, nusquã hic apparent: uos soli adestis quibus hac admonitione nihil opus est. Verũtamen ne sic quidem silendum est nobis. Nam & indignationem quam nobis mouerunt releuabimus, unaq; cum uerbis eiiciemus: & illos ipsos ad ¦uerecundiam & ruborem compellemus, tot in eos accusatoribus immissis, quot nunc in hoc auditorio adestis. Si
C enim huc uenissent, nostras solum obiurgationes audirent: nunc fugitantes nostram increpationem, eadem hæc à uobis audituri sunt omnia. Sic & amici faciunt: postquã non inuenerunt quibus cum expostulare uolebant: illorum amicos cõpellant, ut illos conueniant, & eis quæ audiuerunt dicant. Idem hoc etiã deus fecit: omissis qui in se peccauerunt, Insontẽ Hieremiam appellat dicens: Viden' quid mihi fecerit insipiens filia Iuda? Hac sanè de causa nos quoq; illos accusando uos oratione conueniemus, ut hinc profecti eos corrigatis, quis enim tantum neglectum ferat? Semel in hebdomada hic colligimur, & ne hac quidem die seculares curas posthabere sustinent, & siquis id obiciat, ilico paupertatem prætexunt, ac uictus parãdi necessitatem uegetesq; occupationes, defensionẽ afferentes quauis accusatione turpiorem, quid enim hoc ipso crimine peius esse potest: quòd aliquid aliud quàm diuina negotia magis urgẽs nobis uidetur, magisq; necessarium? Ergo etiam si maxime uerum, hoc esset, hæc ipsa defensio esset accusatio, ut dixi: Vt aũt sciatis quòd ista causatio sint ac prætextus ad obtendendum segnitiæ, uel me tacente tertius ab hinc dies omnes tales causationes redarguet, cum ciuitas uni- D
uersa migrauerit ad circum, & domus ac fora nefarij illius spectaculi gratia euacuata fuerint, & hic ne sua quidem ecclesię loca compleri uidemus, at illic & cœnacula, & domus, & tecta, & abrupta pleraq; occupantur: ac neq; paupertas, neq; occupatio, neq; debilitas corporis, non pedum infirmitas, non aliud quicq̃ tale remorabitur insaniam nulla retinacula non abrũpentem: sed homines senio confecti iuuenibus ac uigentibus auidius illuc concurrũt, canitiem suam decorantes, grandęuitatemq; traducentes, & senectutẽ ipsam præbentes deridendã, & huc quidẽ uenientes, cũ fastidio ac perturbatione supini sermones diuinos audiũt, angustias & æstum similiaq; ægreferentes: At illic dum & solem nudo capite excipiunt, & proculcãtur, & protruduntur, & magna ui cõprimuntur, & infinita alia patiuntur incõmoda, nõ secus q̃ in amœnissimo prato deliciari sibi uidentur. Hæc est nimirũ illa ciuitatum publica corruptela, quòd tam neq; sint q iuuentuti præire deberent. Quo enim pacto poteris adolescentẽ lasciue ac præter decorũ se gerentem ad modestiam redigere, cũ ipse in canicie tam iuueniliter E
te geras? cũ ipse post tot temporũ curricula satietate insuauissimi illius spectaculi nondũ capiaris? qũo poteris filij mores componere, qũo in seruũ peccantem animaduertere, qũo amico i officio cessanti cõsulere, cũ ipse sic in extrema senectute ineptias? Et si quidem à iuuene senex contumeliam patiatur, ilico ætatem ei obiicit', & reperit qui unà stomachentur, at quando opus est iuuenẽ ad probitatem reducere, seq; illi uirtutis ceu regulã quandam exhibere, tum uero cessat ętatis grauitas, sed maiore q̃ hi ipsi insania ad illicita illa spectacula feruntur. Hæc aũt dico, senesq; taxo, non quòd iuniores à noxa absoluã & crimine, sed ut hos per illos cõmonitos habeam. Nã si senes hoc facere nõ debent, multò magis ne iuuenes quidẽ. Illic.n.maior derisio ac turpitudo, hic aũt tanto grauior pernities profundiusq; præcipitiũ, quanto concupiscentiæ maior uis in iuuenibus, quantoq; flãma inest eis uehementior: quæ incendijs miscet omnia, si uel minimũ alicunde sit nacta fomitẽ. Prodiuior.n.ad cõcupiscẽtias est iuuentus, eisq; longe facilius capitur: quapropter ẽt maiore opus habet custodia, acriore freno, tu F
tiore munitioe ac obstaculo. Nec mihi illud obiicias ò bone, quòd uoluptatẽ habeat hoc spectaculũ: sed hoc potius doce, an nullũ hæc uoluptas damnũ afferat, quòd enim ne cũ uoluptate quidẽ hæc res cõiunxit, hinc tibi perspicuũ esse potest, cũ à circensibus reuerteris, occurre eis qui ab ecclesia redeunt, & cõsidera diligenter, uter tandem maiore uoluptate perfruatur: isne qui prophetis auditis, & benedictione ac doctrinæ fructu percepto, simulq; deũ pro suis peccatis deprecatus, & conscientia per cõfessionẽ reuelata, ab hoc insuper de quo loquimur crimine alienus est: an tu qui matrem cõem deseruisti, prophetas cõtempsisti, deũ affecisti contumelia, cũ diabolo choreas duxisti, maledicentibus inter se ac conuitiantib⁹ aures prębuisti, temporis denicq; iacturam grauissimam fecisti, ut qui nec spirituale, nec seculare ullum lucrũ inde domum reportare ualeas. Itaq; uel uoluptatis gratia hic adesse oportet. Illic.n.continuo te sequitur animi dejectio, conscientia accusatrix, dedecus & opprobriũ, ut uix oculos attollere audeas. Hic uice uersa omnia contrario modo se habent, fiducia & oris libertas, & cũ omnibus colloquendi facultas, de oĩbus quæcũq;

G hic audita sunt. Quando igitur in forũ te cõtuleris, & uideris oẽs ad spectandum concurrere, tu ad ecclesiã te confestim recipito, & in ea paulisper cõmoratus, perpetua diuini uerbi uoluptate fruere. Si enim turbæ impetu abstractus illuc perueneris, breui uoluptatula delinitus, male habebis per totam sequẽtem diem, atq; etiam plures deinceps, tuum ipsius factũ cõdemnans. Quòd si paulisper te cohibueris, integrã & securam in reliquum diei uoluptatẽ habebis. Id enim non hic tantũ, sed etiam in alijs rebus usũ uenire solet. Vitium enim momẽtaneam uoluptatẽ habet, dolorem uero perpetuũ, uirtus è contra laborẽ breuem, fructũ uero cũ hilaritate indesinentẽ. Verbi gratia, deprecatus est aliquis deum: lachrymas fudit: is modico tantum tpe se afflictauit. Alius tota die se oblectauit, deinde eleemosynã dedit, ieiunauit, aliud aliquid boni fecit: aut contumeliam passus nõ regessit conuitia: is postq; unico temporis momento perdurauit ac iram cõpressit, in posterũ memoria recte factorũ gaudet ac lætatur, at in uitijs contrariũ accidit. Intulit quispiã iniuriam, aut ẽt retulit, deinde domum reuersus arro
H dit cor suũ curis dum uerba sua reputat, propter quæ toties grauiter mulctatus est. Quapropter si uoluptatem sectaris, fugito ineptas ac iuueniles concupiscentias, & temperantiam exerceto, auscultationiq; uerbi dei attentus esto. Hæc ideo uobis dicimus, ut uos eadem illis dicendo, & talibus uerbis obtundendo, abstrahatis eos ab omni mala cõsuetudine, utq; omnia rationis potius ductu agant, persuadeatis, alioqui ne diligentia quidẽ uestra probanda est, si temere & nullo delectu adhibeatur: id quod uel ex hac quæ instat cõione satis apparet, dum sanctam pentecostes celebritatem agimus, tãta cõcurrit multitudo, ut magna hic locorum angustia laboretur, nec tamen hunc cõuentum magnifacio, quandoquidem magis ex more fit, q̃ religionis ergo. Quid igitur illis miserius, quorũ & negligentia tot referta est criminibus, & diligentia nullam laudẽ promeretur? Quisquis enim zelo pietatis ad hũc cœtũ sobrie cupideq; accedit, sine intermissione hoc facere debet, & non quã primum publica celebritas uenerit ad illam pecudis in morem cũ cęteris abduci. Equidem poteram sermonẽ hunc diutius
I extendere, uerũ quoniam scio uos ultro, ita ut uobis dignum est, plura etiã dicturos, ne molestus sim illorum obiurgationibus immorando, reliqua uobis cõmittẽs, ad solitam doctrinã reuertor. Neq; miremini quòd adhuc in eodẽ argumento hæremus, nec enim possum mulierẽ hanc ex animo meo eximere: usqueadeo formã animæ eius ac pulchritudinẽ admiror, adamo enim oculos nunq̃ nos inter precãdũ lachrymantes, & os labiaq; nõ accersitis fucis rubricata, sed gratijs deo agendis ornata, qualia erant huiusce mulieris, cuius philosophiã tantopere admiror, admiror aũt eo magis, quòd mulier cũ esset, ad hunc modum philosophata est, mulier inquã q̃ multum & à multis male audit. A muliere, inquit, initiũ peccati, & per eã omnes morti obnoxij sumus. Et iterũ: Parua est quęlibet malitia, si ad mulieris malitiã conferatur, & Paulus dicit: Adam.n. non est deceptus: mulier aũt decepta, constituta est in præuaricatione. Hoc est cur illã maxime admiror, quòd hanc criminationem diluit: quòd hanc accusationem reiecit, quòd cum esset ex infami & criminoso genere, opprobria ista omnia discusit, req; ipsa docuit, quòd & illæ non natura tales fuerũt, sed uoluntate propriaq; segnitie, & quòd huic quoq; sexui ad uirtutis fastigium licet pertingere, con K
tentiosum enim est hoc animal, auidumq; uictorię: & siue ad malitiã declinet, magna mala patrat: siue ad uirtutem se applicet, anima citius eam destituat, quã propositum mutet. Sic igitur hæc quoq; naturã suam superauit, necessitatẽ peruicit, & assiduitate precandi uuluæ sterili prolificã uim obtinuit. Quapropter rursum ad preces confugit, etiam post impetratam gratiam ad hunc modũ loquẽs: confirmatũ est cor meũ in domino, exaltatum est cornu meum in deo meo. Quid significent hæc uerba, confirmatũ est cor meũ in domino, nuper me apud charitatẽ uestrã disseruisse scitis: superest nunc ut ea quæ deinceps sequuntur interpretemur. cũ enim dixisset: confirmatum est cor meum in domino, mox subiunxit: exaltatum est cornu meum in deo meo. Quid est cornu meũ? etenim scriptura hac dictione sępe uti solet: sicut quando dixit, exaltatũ est cornu eius, & exaltatũ est cornu Christi eius, quid igitur tãdem cornu nominat? Potentiã, gloriam, claritatem, nimirũ a brutis animantibus hãc translationẽ mutuatur, nanq; deus ornamenti ac teli uice cornua illis addidit, quibus abiectis præcipuam L
uirium partẽ amittunt: & quemadmodũ inermis miles, ita & taurus absq; cornibus perfacile capitur. Nihil igitur aliud dicit hæc mulier, q̃ exaltata est gloria mea, & quo exaltata? in deo meo, inquit. Hinc etiã in tuto est hæc celsitudo, ut quæ firmam atq; immobilem radicem habeat, gloria enim q̃ est ab hominib⁹, glorificantium uilitatem imitatur: unde fit ut nõ magno negotio subuertatur. At nõ sic dei gloria, sed immobilis manet in perpetuum, atq; hæc utraq; prophe ta declarãs, tam illius labilitatem, q̃ huius durabilitatem in hunc modũ loquitur: omnis caro fœnũ, & oĩs gloria hominis tanq̃ flos fœni, exaruit fœnum & flos eius decidit. De dei aũt gloria nõ sic, at quo? uerbum aũt dei in æternum manet, id quod uel in hac muliere patet. Reges.n. & imperatores & reguli q nihil non tentarunt, ut immortalem post se relinquerẽt memoriam, & monumenta sibi splendida exædificauerũt, & statuas atq; effigies multas multis in locis posuerunt, & rerum gestarũ cõmentarios non paucos reliquerunt, nũc tacentur, & ne nomine quidẽ noti sunt. hæc aũt mulier ubiq; gentium nũc celebratur: & siue M
in Scythiam proficiscaris, siue ĩ Aegyptũ, siue in Indiam, siue ad ipsos orbis terminos, oẽs audies benefacta eius decantantes. Deniq; quantum terrarũ à sole illustratur, totũ hoc Anna sua gloria occupat. Nec hoc solũ admiratione dignũ, quòd ubiq; terrarũ hæc mulier canitur, quin hoc quoq; admirabilius, quòd sapientiam eius & longanimitatẽ & tolerãtiam oẽs norunt, in oppidis, in agris, in domibus, in castris, in nauibus, in officinis, deniq; nusquã non laudes eius audies. Quoties.n. clarum aliquem reddere deo uisum fuerit, etiã si mors interueniat, aut longitudo temporũ, aut quiduis aliud, manet tamen gloria illius perpetuo florens, & claritatẽ eius obscurare poterit nemo. hanc ob rem & ipsa erudiens totũ hoc auditorium, quòd non sit confugiendũ ad ista temporaria, sed ad eum à quo certissima bona speramus, authorẽ huius suæ gloriæ indicat, cum.n. dixisset: confirmatum est cor meũ in domino, subiunxit, exaltatum est cornu meũ in deo meo: duplicia nobis his uerbis subindicans bona, q̃ non temere simul uni contingũt. Nam & à iactatione, inquit, liberata sum atq; ignominia, & securitatem atq; honorem consecuta sum. Hæc autẽ

utraq;

A utraq; non facilè inuenias in unum conuenire. multi enim à periculis liberantur, gloriosam tamen uitam non habẽt. alij contra gloria quidẽ & claritate fruuntur, periculis tamen ob hanc gloriã non carent. Verbi gratia, multi sæpe in carcerem coniecti sunt, adulteri, uenefici, sepulchrorum perfossores, aliisq; similibus criminibus obnoxij, deinde iubẽte regia clementia dimissi sunt inde: hi à pœna quidẽ liberati sunt, cęterum probra sua non aboleuerunt, & dedecus eos nusquã non cõsequitur. alij uiri militares ac generosi conspicuam ac gloriosam uiuendi rationẽ amplexi, bellicis periculis sese obiectantes multa sępe uulnera accipiunt, & postremo ĩmatura morte absumuntur: atq; hi præ gloriæ amore securitate seipsos priuauerunt. Huic uero mulieri utraq; hęc abunde contigerunt, ut quæ & gloria simul & securitate potita est. Idem & tribus illis pueris accidit. nã & periculũ euaserunt è rogo liberati, & hoc ipso illustres sunt facti, quòd supernaturali modo huius elementi potẽtiam superauissent. ad hũc sanè modũ dei beneficia se habent, simul enim & tutam & illustrẽ largitur uitam,
B quod quidem utrunq; hæc ipsa innuẽs dicebat: confirmatum est cor meũ in domino, exaltatũ est cornu meum in deo meo. Nec simpliciter dixit in deo, sed in deo meo, sibiipsi usurpans eũ qui toti orbi cõmunis est. hoc aũt fecit non illius dominiũ diminutura, sed suũ desideriũ indicatura, & consolatura. Sic enim amatores solent, nõ ferunt unà cum multis amare, sed eximium quẽdam ac peculiarem amorem præ se ferre uolũt. Sic & propheta dicebat, deus deus meus, ad te mane uigilo. nominata enim eius cõmuni dominatione, addidit & eã, qua peculiariter sanctorum dominus est. & rursum deus meus intende in me, quare dereliquisti me. & rursum, dicam deo, protector meus es. animæ.n. feruentis accensęq; desiderio sunt hæc uerba. Idẽ & hæc mulier fecit. cæterum homines ita facere nihil mirũ. cum uero deum hoc ipsum facere uideris, tũ uero meritò obstupescas. quẽadmodum.n. hi non in cõmune illum inuocant, sed proprium faciendo suũ eum esse deum uolunt: ita & ipse non solum cõmuniter unà cum alijs eorũ etiam deũ se profitetur, sed priuatim ipsorũ. quapropter dicebat, ego sum deus Abrahã & Isaac & Iacob: nõ cõ
C trahens suum imperiũ, sed extendens potius: quòd non tã multitudine subditorũ q̃ eorum uirtute censeri uult. neq;.n. tantum deus cœli & terræ & maris, & eorum quæ in eis sunt appellari gaudet, quantum si deus Abrahã & Isaac & Iacob uocetur: & quòd in hominibus nõ solemus, id in deo uidere licet. Apud homines enim à dominis serui appellationẽ sumũt, & ita omnes ex more loquimur: ille uel ille procurator aut dispensator illius uel illius ducis aut præfecti. Nemo aũt sic loquitur, ille uel ille dux aut præfectus illius uel illius procuratoris aut dispensatoris: sed minores à maioribus semp denominare consueuimus. De deo autem cõtra fit. nõ solum enim Abrahã dei dicitur, sed deus ẽt Abrahã, atq; ita dominus à seruo denoĩatur, hoc idẽ igitur & Paulus subindicans dicebat, quamobrẽ non erubescit deus uocari deus ipsorum. Non erubescit, inquit, dominus à seruis appellationem sumere. Quare non erubescit? dic rationem. nimirum ut & nos eum imitemur. qa hospites sunt, inquit, & aduenæ. Atqui uel ob hoc ipsum erubescere oportebat: hospes enim uilis & contemnendus es se uidetur. At illi sancti nõ eo modo hospites erant,

Tomus quintus.

quo nos putamus, sed alio quodam minimè uulgari. Nos.n. hospites eos appellare solemus, qui relicta sua patria in alienam regionem perueniunt. illi uero non ita erant hospites, sed quòd orbem uniuersum despicerent, & parui facientes terram ad cœlestem illam ciuitatẽ respiciebãt, non arrogantia, sed magnanimitate: non insolentia, sed propter sapientiæ studium. Postquã enim cõtemplati sunt terrena uniuersa, & animaduerterunt fluxa esse, & mortalia, nec qcquam hic firmum ac stabile, non diuitias, non potentiam, non gloriam, nõ uitam ipsam, sed singula finem habere, & ad suũ quodq; properare terminum: cœlestia uero non talia, sed infinita ĩmortaliaq;, maluerunt hospites esse in rebus fluxis, & præterlabentibus, ut permanentes illas tandem assequi possent. hospites igitur erant, nõ quòd patriam nõ haberẽt, sed quòd sempiternam illam patriam desiderarent. quod quidem & ipse significando dicebat: qui autem talia loquuntur, patriam se requirere ostendunt. Quam patriam obsecro? nũ priorem illam quam reliquerunt? Minime, inquit. si enim illius recordabantur, integrum eis erat illò redire. Nunc autem meliorem desiderant, hoc est cœlestem cuius opifex & fabricator deus est. Ideo non erubescit deus uocari deus ipsorum. Hos igitur nos quoq; imitemur, despiciamus præsentia, cupiscamus futura. utamur hac muliere magistra, & ad deũ semper confugiamus, ab illoq; omnia deposcamus. nihil enim æque pollet ac deprecatio. hæc enim est quæ ex impossibilibus possibilia facit, ex difficilibus facilia, & ea quæ minus recte habent corrigit. Ideo beatus quoq; Dauid dicebat: Septies in die laudaui te, propter iudicia iustitię tuæ. Quòd si homo rex, infinitis curis imersus, & in tãta uaria distractus, toties in die deprecabatur deum, quam defensionem aut ueniam habere poterimus nos, qui in tanto ocio degimus, & tamen illi non assidue supplicamus? idq; cũ inde tantus fructus sit nobis propositus. Impossibile enim impossibile est inquam, hominem qua decet alacritate precantem, & assiduè deum orantẽ unquam in peccatum incidere. Id qua ratione fiat, iam dicturus sum. Qui mentem suã accendit, & animam erexit tãquam ad cœlestia migraturam, atq; ita dominum suum inuocauit, F
peccatisq; in memoriã reductis de eorum remissione cum illo collocutus est, obsecrans ut placatus ac propitius sibi esse dignetur: is post tales orationes omnem præsentis uitæ curã abijcit, alasq; sibi comparat, qbus supra omnes humanas affectiones extollitur: & siue inimicum post precationem uiderit, iam non tãquam inimicum aspiciet, siue mulierem formosam, inuiolatus ab eius aspectu permanebit, durante adhuc igniculo per precationem intus accenso, & omnem absurdam cogitationẽ à se propellente. Sed quoniam homines cum simus facile ad segnitiẽ relabimur, exacta una alteráue aut tertia post precationem hora. ubi senseris pristinum illum feruorẽ paulatim frigescere, recurre quãtocyus ad preces, frigescentemq; mentẽ rursus accende. Id si per totam diem feceris, per interualla crebris precationibus teipsum accendens, non dabis occasionem diabolo, aut ullũ ad tuas cogitationes aditũ & quemadmodum in apparando prandio, quoties calidæ potu opus est, si aqua parum caleat, ad focum admotam recalfacimus: ita & hic faciendum est, & os nostrũ ad precationes quasi ad prunas admouen-

G dum, ut hoc pacto mens ad pietatem rursus accendatur. Imitemur etiam fabros cæmentarios, hi enim quoties latentius paries ædificandus est, in recenti etiam tum structura cum lôgurijs interfulciunt, idq; non per longa interstitia, sed per modica, ut compages laterum tutior sit ob lignorum frequentiã. Idem ipse quoq; facito, & quemadmodum illi astringẽdo ædificio ligna inserũt, ita tu secularibus negocijs precationes crebras interponens, uitam tuam hoc pacto sepito. quod si feceris, etiam si plurimæ procellę ingruant, siue tentationes, siue mœstitiæ, siue cogitationes molestæ. siue quiduis aliud, nihil deiicere poterit domum tuam crebris precationibus suffultam, atq; munitam. Dices, quî fieri potest, ut homo secularis forensibus negocijs affixus tertia quaq; diei hora precetur, & ad ecclesiam currat? Potest, & facile est. Licet enim ad ecclesiam currere non sit commodum, potes inibi in foro curiæq; uestibulo hærens nihilominus precari. ad hoc enim mente opus est magis quàm uoce, animi contentione magis quàm ma
H nuum extensione: nec tam refert quo corporis habitu id facias, quàm quo animæ affectu: quandoquidem & ipsa Anna non ob intẽsam uociferationem, sed ob internum cordis clamorem exaudita est. Dicit enim scriptura: uox eius non audiebatur, & dominus exaudiuit eam. hoc & alij multi sæpe fecerunt: & intonante intus magistratu, minante, exasperato, furente, ipsi pro foribus curiæ stãtes postquam se sacro signo munissent, & pauca in animo precati, introgressi ad eum mutauerunt hominem, ac mitigauerunt, & mansuetum ex aspero reddiderunt: neque illis aut locus aut tps, aut ipsorum silentiũ ad precandũ fuit impedimẽto. hoc ẽt tu facito, ingemisce amarẽ, in memoriã reuoca tua peccata, suspice in cœlũ: dic in mẽte, Miserere mei deus, & absoluisti precationẽ. qui. n. dicit, Miserere, confessionẽ offert, & peccatum suũ agnoscit. Lapsorum. n. est misericordiam requirere. qui dicit, Miserere mei, regnũ cœlorum obtinuit. quẽ. n. deus miseratur, non à pœna solũ liberat, sed futurorum ẽt bonorum possessione dignatur. Ne igitur excusationes queramus dicendo non esse propinquam precationis ædem. nos enim ipsos, ‖ si sobrij fuerimus, tẽpla faciet diuini grãtia spiritus: ut magna undique nobis precandi facultas affluat. neque enim talis est apud nos diuinus cultus, qualis quondam apud Iudæos erat, multum habens sensibilium ceremoniarum, multaq; operatione indigens. Illic precaturum oportebat ad templum ascendere, turturem emere, ligna & ignem ad manus habere, arrepto cultro altari assistere, aliáque multa præcepta perficere. hic nihil tale: sed ubicunq; fueris prẽsto tibi est & altare & culter & uictima. Tuipse & sacerdos & altare & uictima es. ubicũque enim fueris poteris erigere altare, si sobriam modo uoluntatem asferas, nec te aut locus aut tẽpus impedit. Sed etiam si nec genua flectas, nec pectus pulses, nec manus ad cœlum tendas, si mentem solum asferas feruidam, nihil tibi ad absolutam precationem deerit. Licet etiam mulieri colum tenenti, aut telam texenti suspicere in cœlum, ac ardenti pectore deum inuocare. Licet etiam uiro in foro uersanti, aut iter facienti attente precari: alteri itidem in officina sedenti ac coria suenti animam ad dominum erigere. Licet seruo obsonanti ac sursum deorsum cursitanti, uel in culina, si non uacet adire ecclesiam, precationem intentã ex imo pectore ciere. Nõ pudet loci deum. unum K
postulat, mentem feruentem animámque modestam. Et ut scias quòd non habitu corporis aut locorum temporúmue opportunitate sit opus, sed animo probo ac excitato, Paulus supinus in carcere iacens, non erectus stans, neque enim compes lignea permittebat, quoniam magna alacritate precabatur, iacens carcerem concussit, eiusque fundamenta uacillare fecit, & optionem terruit, ac mox initiatum ad mysteria nostra perduxit. Rursum Ezechias ille, non erectus stans, neque genibus flexis, sed supinus in lecto cubans per infirmitatem, uersa ad parietem facie, quoniam ardenter & humiliter deum inuocauit, sentẽtiam aduersus se latam reuocauit, magnãq; sibi gratiam conciliauit, & insuper in pristinam restitutus est sanitatem. nec solum magnis & sanctis uiris hoc contigisse uideas, sed malis etiam. nam & latro ille non stans in oratorio aut genua flectens, sed in cruce distensus, paucis uerbis cœlorum regnum impetrauit. Alius in lacum cœnosum coniectus, alius in fouea bestijs obiectus, alius ceti aluo conclusus, inuocato deo mala instantia discusserunt, diuinámque sibi conciliarunt beneuolentiam. Hoc sermone hortor ut continue frequentetis ecclesias, & dominum magna quiete precemini, per ocium genua flectentes manúsque attollentes. Quod si tempus aut locus nos in multitudine hominum deprehendat, non est ob hoc à consuetis orationibus cessandum, sed ita ut uestram charitatem monui, precamini & inuocate deum, certi nihilominus tali precatione optata uos impetraturos. Non hæc ideo dicta sunt ut applaudatis & admiremini, sed ut opere ea præstetis, & ut tam nocturnum quàm diurnum tempus operandi tempus faciatis, uotis ac deprecationibus illud occupantes, ut & præsentem uitam tute transigamus, & cœleste regnum assequamur, quo nobis omnibus peruenire detur, Gratia &c. L

EIVSDEM ADVERSVS EOS, QVI *tantum in festis conueniunt, & quidnam sit festum. Item aduersus eos qui incusant diuinam prouidentiam, eo quòd in hac uita quidam sint diuites, quidam pauperes: & quod paupertas plus uoluptatis ac securitatis habeat quàm diuitiæ, itémque de Anna,* M
Homil. V. Sigis. Gelenio interprete.

Rustra ut uidetur, eos qui nuper affuerunt cõmunioni hortati sumus, ut in paterna domo permanerent, & non unà cum festis diebus accederẽt ad nos ac rursum decederent. imò uero non frustra, nam etsi nemini ex eis persuasum esset oratione nostra, nobis tamẽ merces integra manet, paratamq; habemus apud dominum defensionẽ. Quamobrem oportet concionatorem, etiam si nemo attendat, semina iactare, & pecuniam deponere, ut postea dominus non ab illo, sed à mensarijs rationem reposcat. quod sanè etiam nos fecimus, arguendo, increpando, obsecrando, admonendo. In hoc enim uobis cõmemorauimus filiũ illum paternarum facultatum absumptorẽ tandem ad paternam domum postliminio reuersum, uniuersamq; eius miseriam, famem, dedecus, opprobria, & quicquid apud exteros pertulit adduximus in mediũ, ut

A hoc exemplo ad sobrietatem uos redigeremus. neque hic sermonem finiuimus, uerumetiam paternam erga eos pietatem exhibuimus, non negligentiæ pœnas exigendo, sed obuijs manibus eos excipiendo, & ueniam delictorum concedendo, & aperta domo mensam apponendo, & doctrinæ stola eos amiciendo, cæterámque omnem curam ipsis adhibendo. Illi aũt filium illũ non sunt imitati, nec eos relicti patris pœnituit, neque in paterna domo manserunt, sed de nuo se abalienauerunt. Vestrum igitur erat, uestrum inquam qui semper nobiscum estis, reducere ipsos, persuadereq; ut nobiscum per singulas communiones uelint festi esse participes. quamuis. n. pentecoste præterijt, festum tamen non præterijt, omnis enim conuentus festum est. Vnde hoc patet? ex ipsis Christi uerbis dicentis: ubicunq; fuerint duo uel tres congregati in meo nomine, ibi sum in medio eorũ. Quoties autẽ Christus interest in medio cœtus, quod amplius quæris festi argumentum? Vbi sacra doctrina & preces, ubi patrum benedictiones, & diuinæ legis auditorium, ubi conuentus fratrum, & germanæ charitatis uinculum, ubi cum deo colloquium & cum hominibus sermo, qui fieri potest, ut ibi non sit festa celebritas? Festa enim non multitudo conuenientium facere solet, sed uirtus, non sumptuosus uestitus, sed pietatis ornatus, non mensæ dapsilitas, sed cura animæ. Maximum enim festum est conscientia bona. & quemadmodum in externis celebritatibus, is qui nec uestem habet qua induatur splendidam, neq; mẽsam qua fruatur lautam, sed uiuit in paupertate, fame, extremaq; miseria, nõ afficitur festo die etiam si uniuersum orbẽ choreas agitare uideat, sed hac ipsa de causa magis angitur ac dolet: diues uero delicatus, mutorijs uestitibus abundans, & in summa prosperitate uiuens, etiam extra festa tempora festum agere sibi uidetur: ita & in spiritualibus rebus usuuenit: qui uiuit in iustitia & operibus bonis, uel absq; festo festũ agit synceram uoluptatem ex bona cõscientia percipies. qui uero in peccato & malitia degit, multorum malorum sibimet cõscius, etiam cum maxime festũ est, festo caret q̃ qui maxime. Quapropter licet uobis, si uelimus, per singulos dies festum habere, si uirtutem
C exerceamus & conscientiam purificemus. Quam. n. re præterita cõio præsenti hac est potior? tumultu tantum & strepitu, & nulla re alia. quando. n. & sacramẽtorum perceptio, & aliarum spiritualium rerum cõiuncta precationum, auscultationum, benedictionum, charitatis, cæterorumq; omniũ eadem est etiam hodie, nulla in re hæc dies superatur ab illa, quãtum uel ad uos, uel ad me concionantẽ attinet. nam qui tunc nos audiebãt, hi nunc quoq; audituri sunt: & qui nũc absunt, ne tum quidẽ aderãt, etiam si corpore adesse uidebantur. non audiunt nunc: immo tũc minus audiebant: nec solum non audiebant, sed etiam audientibus obstrependo molesti erant. Quapropter & tũc & nunc æquale mihi præsto est theatrum, idemq; auditorum conuentus, nec ulla in re altero illo inferior. immo si mirum aliquid dicere permittitis, hic illo est præstantior: quòd & sine strepitu sit sermo, & sine tumultu doctrina, & cum maiore intellectu auscultatio nullo tumultu auditum nostrum interrumpẽte. Hæc autem dico non quòd contemnam multitudinem illius conuentus, sed ut uobis persuadeam ne doleatis néue contristemini ob paucitatem eorũ qui nunc huc cõuenerunt. non. n. personarum sed auditorum multitudinem in ecclesia requirimus. Quandoquidẽ D
igitur ijdem conuiuę qui tunc, etiam nunc nobis adsunt, pari alacritate hodie quoq; conuiuium uobis exhibebo, ad argumentum reuersus, qđ nobis festũ pro tempore interrupit. Quemadmodum. n. in pentecoste intempestiuum erat omissa beneficiorum per id tempus in nos collatorum commemoratione inceptum antea contextum continuare: ita nunc ex acta pẽtecoste opportune historiam in manus resumptã prosequemur, pristinũ de Anna argumentum tractaturi. Non. n. refert q̃ multa iam dicta sint, sed quantũ supersit ad hoc argumentũ absoluendum. Nam & q thesaurũ inuenerunt, licet plurimas inde capiant diuitias, nõ prius absistunt q̃ totum exhauserint: ut quos non tam iuuat multa accepisse, q̃ nihil reliquũ fecisse. Quòd si hi qui in pecunias insaniunt, tanto rerum peritiarum nec mansurarum tenentur studio, multò magis hocnos in diuinis facere thesauris oportet, nec prius absistere q̃ totũ hoc quod ibi uidemus exhausisse rimus. Dixi autẽ, quod ibi uidemus, quia uniuersum exhaurire non datur. Fons. n. est perenniter manãs diuinarum uirtutũ, nunq̃ deficiens, nunq̃ interquiescens. Itaq; ne defatigemur: non. n. de uulgaribus rebus nobis est oratio, sed de precatione spe nostra: p̃catione pq̃ sterilis, mater est facta, & numerosæ prolis parens q filijs carebat, & ex mœrente lætam: per quã uitiosa reparabatur natura, & clausa reserabatur matrix, & impossibilia quæq; fiebant possibilia. Quapp omnia paulatim perscrutemur, per singulas explicantes dictiones, ut ne minimum quidem nos, quãtum fieri põt, effugiat. Siquidem ppea duas integras dissertationes in duo sola eius dicta insumpsimus. Primũ confirmatum est cor meũ in domino: & quod mox sequitur, Exaltatum est cornu meũ in deo meo. Consequens igitur est hodie ad tertiũ uenire. Quod uero hoc est? Dilatatũ est os meum super inimicos meos. Animaduertite accuratã orationẽ. Non dixit exactum est os meũ super inimicos meos: non. n. ad contutia & dicteria prẽparatũ erat, non ad accusationem & opprobria, sed ad cõsilium & admonitionem, ad correctionẽ & instructionem: ppea non dixit. Exacuta est lingua mea super inimicos meos: sed, dilatatum est os. Relaxatione, inqt, fruor, libere loqui possum: F
iam pudore dissuasso ad libertatẽ redij, ac ne nũc quidem mulierẽ æmulam noiauit, sed simplr̃ indefinita nũcupatione, quasi quadam psona tantæ tristitiæ author abscondit. non dixit, ut multę dicunt mulieres, confudit eam deus, dissipauit & deiecit scelestã, & arroganté, & magnoloquam: sed simplr̃, Dilatatum est os meũ sup inimicos meos, lætata sum i salutari tuo. Vide qũo eandem legem p totam precationẽ seruat. Sicut. n. in principio dicebat, Cõfirmatũ est cor meũ in domio, exaltatũ est cornu meũ in deo meo, dilatatũ est os meũ sup inimicos meos. ita & hic lętata sum in salutari tuo. nõ simplr̃ in salutari, sed i salutari tuo. Non. n. quoniã seruata sum, sed quoniã per te seruata sum, ppea lætor & exultor. Tales sunt sanctorũ aiæ. Deo magis lætãtur author munerum, q̃ ipsis muneribus. non. n. eum pp dona ipsius, sed dona propter illum diligunt. Hoc seruos gratos decet, hoc famulos agnoscẽtes beneficij magnitudinem, uidelicet rebus suis omnibus præponere dominum. Sic etiam nos affecti simus. cum peccauerimus, non doleamus quia punimur, sed quia dominum offendimus: & siquod benefactum nostrum est, non gaudeamus propter

G regna cœlorum, sed quia rem cœlorum regi gratam fecimus. Qui enim sanæ mētis est, offensam dei magis timet quàm ullam gehennam, & beneuolentiam eius pluris æstimat quàm ullum regnum. Nec mireris si erga deum esse sic affectum oportet, cum erga homines multi sic affecti sint. Siquidem nō raro qui germanos liberos habent, si uel inuiti eos læserint, à seipsis pœnas reposcunt: & in amicis idem facere solemus. Quod si amicos aut filios offendere multo grauius putamus quàm pœnas lucere, multo magis erga deum sic affici decet, & omni gehēna grauius putandum est aliquid feciſſe quod illi displiceat. Talis erat beatus Paulus, propterea dicebat: certus sum quòd nec angeli, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, nec alia creatura poterit nos separare à dilectione dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quin & martyres cum mactos uocamus, ob uulnera primum prædicamus, mox ob præmia, prius ob plagas, & tum demum ob coronas repositas.

Præmia enim propter uulnera contingunt, & non uice uersa. Ita beatus quoque Paulus non tam repositis sibi bonis, quàm molestijs propter Christum perferendis gaudebat, clamabatq; dicens. Gaudeo in passionibus pro uobis. & iterum non solum autem, uerum & gloriamur in tribulationibus: & rursum, quoniam uobis donatum est à deo, ut non solum in eum credamus, sed etiam pro eo patiamur. Est enim gratia uerè maxima dignum censeri propter Christū aliquid pati, & corona uere perfecta, & merces futura retributione non minor: & hoc norunt, qui legitime ac feruēter Christum diligere sciunt. Talis erat & hęc mulier, ardentissimum habens in deum desiderium, & ignitum amorem, propterea dicebat: lętata sum in salutari tuo. Nihil enim ipsi cum terra fuit commune, sed omne humanum auxilium despiciebat, & erat eleuata spiritus gratia & sublimis, & in omnibus ad deū respiciebat, & ab urgentibus molestijs liberationem illius beneficium esse rogabat. Nouerat enim, planè nouerat, quòd humana quidem, qualiacunque sint dantium imitantur naturam. Nobis autem diuino semper opus est auxilio, si uelimus ancoram in tuto firmare. Quapropter ad deum semper confugiebat, & accepta gratia, quòd deus author eius esset magis gaudebat, & gratias agens dicebat: Non est sanctus ut est dominus: & non est iustus, sicut deus noster. & non est sanctus præter te. etenim irreprehensibile, inquit, iudicium eius, & incorrupta infallibilisq; sententia. Vidisti gratæ animæ cogitatum? Non dixit intra se. Quid magnum, aut quid præ alijs accepi? quod æmulæ meæ iandudum copiosę contigit, id ego uix tandem magno conatu, & lachrymis & precibus & indefessis supplicationibus impetrauit. Sed quoniam bene sentiebat de dei prouidentia, rationem beneficentiæ non reposcit à domino. quod multi faciunt, per singulos dies dominum iudicando. Si uiderint hunc præuiditem, alium inopem, nō desinunt aduersus eius prouidentiam obloqui. Quid facis ô homo? conseruum te iudicare non sinit Paulus dicens: nolite ante tempus iudicare, donec ueniat dominus: & tu dominum in iudicium trahis, & rationem ab eo exigis, nec exhorres aut expauescis? & quam speras ueniā obsecro, quam excusationem? cum per singulos dies, immo uero singulis horis experimentum prouidentiæ capias, tamen ob inæqualitatem, quæ inter diuites & pauperes uidetur, omnium rerum bonam ordi K
nationem damnas, idq; iniuste. Si enim ita ut decebat cum magna mentis intentione hæc scrutari uoluisses, etiam si nullum aliud diuinæ prouidentiæ argumentum habuisses, certè ex diuitijs & paupertate eam deprehendere potuisses. paupertate enim sublata, uitæ totius constitutio tolleretur, & omnis uiuendi ratio perturbaretur. nam neq; nauta erit, neque gubernator, non agricola, non cæmentarius, nō textor, non sutor, non materiarius, non ærarius, non coriarius pistórue, nec alius ullus opifex: quibus si nobis carendum sit, omnia pessum ibunt. nunc enim quasi magistra quædam optima necessitas paupertatis singulos ad opera uel inuitos purget. qd si omnes essent diuites, omnes etiam in ocio uiuerent, atq; ita omnia corrūperentur, & nihil nō perīret. Præterea suis ipsorū uerbis conuinci possunt & ad silentiū redigi. Cur. n. quæso, dei prouidentiam accusas? nempè quòd alius plus, alius minus pecuniarum possidet. Quid tum? Si in maioribus rebus, & quibus uita nostra constat, pares esse omnes homines ostendam, necesse erit ut per
omnia diuinam prouidētiam approbes. nam si inde L
colligis nullam esse prouidentiam, quòd una in re potior sit diuitum conditio uidelicet pecunijs: si compertum fuerit omnes æqualiter potiri, non una re neque tam uili, sed pluribus & multo maioribus, perspicuum est, quòd inde uel inuitus dei prouidentiæ cogeris astipulari. Agè ad ea, quibus nostra uita cōstat sermone progrediamur, eāq; diligenter inquiramus, & uideamus an in illis plus paupere dives habeat. Puta dives habet Thasium, & alios multos fictitios potus, & ad uoluptatem conditos: at fontes aquarum omnibus pariter sunt propositi, tam pauperibus q̄ diuitibus. Ridebis fortè, audiēs hanc æqualitatem. Audi igitur quanto præstātior sit quouis uino aquę natura, magisq; necessaria & utilis: & reuocabis tuā sententiam, uerasq; pauperum diuitias intelliges. nam uino quidem sublato non magnum fuerit detrimentū, præterquam infirmis solis: Siquis fontes sustulerit & aquarum elementum, uitam omnem nostram subuertit, & omnes perdiderit artes: ac ne biduum quidē durare poterimus. Sed statim omnes moriemur morte quadā miserabili atq; grauissima. In necessarijs itaq; rebus, quibus uita constat, pauper non est inferior, M
immo si mirum quiddam dicendum est, superat etiā diuitem. Multos enim diuites cernimus propter delicias ualetudinarios, ut plurimum aquæ potu abstinere: pauper autem per omnem uitam his fluētis libere fruitur, tanq; admeſſis fontes sic ad aquarum currentium ulos, synceram inde & puram percepturus uoluptatem. Quid autem ignis natura, nónne quibusuis thesauris utilior, humanisq; diuitijs omnibus? & hic quoq; thesaurus ex æquo diuiti pariter ac pauperi propositus est. Quę uero nascitur ab aere corporibus nostris utilitas, & lux solaris nunquid diuitibus magis q̄ pauperibus exhibetur? & eam illi quatuor, hi duobus tantum oculis uident? Sed neq; hoc quisq; dicere potest. utriq; n. pari mensura ea perfruūtur: immo uero & hic pauperum partes sunt potiorem, quanto & sensus habent uegetiores, & acutiores oculum, & uim percipiendi, præstantiores. Quapropter & uberiorem hauriunt uoluptatem, & creaturarum magis contemplatione delectantur. non in solis autem elementis, sed in omnibus alijs naturæ muneribus, multam uidebis æqualitatem, immo prærogatiuam etiam pauperum.

A perum. nam somnus omnibus delicijs suauior magisq; necessarius, omniq; utilior nutrimento, pauperibus est quàm diuitibus facilior atq; syncerior etiā. Illi enim ut qui in delicijs degunt, cibo famem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem præueniunt, atque ita omnem uoluptatem sibimet ipsis intercipiunt. non enim perinde in natura istorum, ac in usu necessario uoluptas consistit. non ita placentas edere iuuat, sicut esuriēdo quemuis cibum sumere: non ita molli recubare strato, ut oppressum somno ubiuis iacere: quæ omnia magis apud pauperes sunt q̄ apud diuites. Quę uero pertinent ad corporis ualetudinem, & omnem aliam bonam habitudinem, nónne cōmunia sunt diuitibus iuxta ac pauperibus? Nemo dicere potest aut ostendere, quòd pauperes soli ægrotent, diuites semper prospera utantur ualetudine. contrarium quidem uidere licet, pauperes non facile insanabilibus morbis capi, sed eos passim in diuitum corporibus prouenire. Certè podagræ, graue dines, dissolutiones neruorum aut cōtractiones, ua
rij fluxus uitiosi ac corrupti, delicatos illos magis infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui laborāt & exercentur, & quotidiana opera uictum sibi com
B parant. quapropter mendicis etiam miseriores sunt quotquot in delicijs uiuunt, id quod nec ipsi inficiari possunt. Frequenter quippe dives molli lectulo cubans inter omnimoda seruorum ac ancillarum obsequia, audito mendico per uicum clamore panem petente ingemuit, & cum lachrymis precatus est, ut talis fieret, dummodo sanus, potiusquam in diuitijs aduersa laboret ualetudine. Nec tantum ualetudinis prosperitate, sed prolis etiam felicitate, diuites nihilo potiores uideas quàm pauperes, sed utrobiq; indifferēter aut nullam aut numerosam sobolem: quin potius & hac parte diuitem uideas inferiorem. pauper enim licet pater non fiat, haud multum sentit dolorem: dives autem quanto magis auctam rem uidet, tanto magis orbitate angitur, hæredis desiderio nullam sentiens uoluptatem. Et pauperis quidem hæreditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatem non sit contentione digna ad amicos trāsit atque cognatos. diuitis autem eo quòd multorum undique ad se alliciat oculos non raro ad inimicos defuncti deuenit. Quod cùm ille uiuens in alijs fieri uideat, uitam degit morte molestiorem. in se quoque
C expectans idem factum iri. Quod autem ad mortem attinet, nónne & hic eadem æqualitas? nónne tam diuitibus quàm pauperibus immaturæ mortes accidunt? atque etiam post mortem nónne tam his, quàm illis omnibus similiter corpus dissoluitur, fauillaque fit, & puluis, & uermes gignit? At funeralia nequaquam similia. at quæ utilitas? cum enim defuncto multam inculcaueris uestē preciosam & auratam, nihil aliud nisi maiorem inuidiam & criminationem attuleris, & aduersus defunctum omniū ora reseraueris, & innumeras ei paraueris maledictiones, dum singuli rumpuntur indignatione, & mortuum execrantur, qui ne post obitum quidem insanire in pecunias desierit. huc accedit aliud malum, quòd furum oculi irritantur. Itaq; quo maius est officiū, eo maioris illi fit occasio contumeliæ. pauperis enim cadauer nemo spoliare curat, ipsa indumentorum uilitate tutum. Hic autem obices & seræ, fores atque custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum auiditate nihil non audeant qui talibus malefi-

cijs sese assuefecerunt. Itaque maior honor defun- D
cto maiorem infert iniuriā. & cui uilia funeralia contigerunt, iacet inuiolato sepulchri honore: cui uero preciosa, is spoliatur ac illuditur. aut si hoc ludibriū euadat, ne sic quidem potior erit, nisi quòd maior corruptio fiet, largiusque uermi pabulum. Hæccine sunt quæso ob quæ beatos prædicemus? & quis est adeo miser ac ærumnosus, ut ob hæc hominem existimet inuidiosum? Verum & alia singula percurrentes, diligentérque scrutantes, pauperes diuitibus pręponendos comperiemus. Hæc igitur diligenter considerantes, & omnia reliqua pcurrentes (dicitur enim) da sapiēti occasionem, & erit sapientior, & illud continue retinentes memoria, quòd pecuniarum copia nihil amplius affert possessoribus quàm curas, solicitudines, timores & pericula, nihilo deteriorē quàm diuitum nostram cōditionem putemus. Si enim aduigilauerimus, potiores etiā partes habebimus, tam in huius seculi rebus quàm in diuinis. nam & uoluptatem & securitatem, bonámque opinionem ac ualetudinem, tum rectam uiuendi rationem, spem in futurum bonam, minorémque peccandi occasionem, apud pauperes magis quàm apud diuites inue
nias. Absit igitur ut more seruorum ingratorū mur- E
muremus, aut uituperemus dominum, sed pro omnibus rebus gratias agamus, nihil malum ducentes nisi peccatum, nihil bonum nisi iustitiam. Si sic sentirimus, non ægritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit: sed puram ex omnibus rebus percipientes uoluptatem, futura consequemur bona. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE VERBIS APOSTOLI, *Non solum, sed & gloriamur in afflictionibus, & quæ deinceps sequuntur. Sigismundo Gelenio interprete.*

Laboriosum quidem agricolę iungere boues & aratrum ducere, sulcis arua proscidere, & semina spargere, hyemes ac frigora perferre, fossis superfluas aquas à satis arcere, ripas amniū aggeribus munire, ac per arua media colles fa F
cere. Sed ista operosa laboriosáque leuia redduntur, ac facilia, dum spe concipis flauentes noualium segetes, & falces exacutas, & aream manipulis repletam, & fruges maturas magna alacritate domum comportandas. Pari etiam modo gubernator effera tas undas ac tempestatum uim furénsque pelagus sæpenumero contemnit: ad hæc uentorum inconstantiam, marinas iactationes, lōginquas peregrinationes haud grauatim fert, dum mercium sarcinas, emporiorum opportunitatem, prædiuitémq; ex his comparandam copiam animo secum reputat. Nec absimiliter miles uulnera patitur, telorum nubem excipit, famem, frigus, difficiles peregrinationes, & in acie pericula perfert, dum futuras uictorias, coronas & trophæa cogitat. Sed cur hæc cōmemoro, aut qd sibi uolunt hæ similitudines? Exhortationem hinc auspicari libuit, qua ad auscultandum excitemini, & ad labores uirtutis causa alacriter suscipiendos. Si. n. eorum quisque quos commemorauimus laborem

G leuem existimat spe futurorum commodorum, quibus etiam si potiri contingat, non tamen ultra præsentem uitam prorogantur: multo magis conuenit uos percipiendæ spiritualis doctrinæ causa in auscultando perdurare, & spe futuræ uitæ tam certamina dubia, quàm alios quosuis sudores impigre perferre. quandoquidem illorum spes temporaria est & incerta, nec raro in expectatione melioris fortunæ ex hac uita sunt prærepti, spe tantum oblectati, euentu autem procul, graues licet interim labores ac pericula perpessi. Verbi gratia, post multos illos sudores agricola nonnunquam iam falcem in messem immissurus, rubigine in eam, aut locustarũ multitudine delata, aut imbribus ĩmodicis incidentibus, aut alia quapiam calamitate per aeris intemperiem illata, redijt domum uacuis manibus, labore quidem omni exhausto, cæterum fructus spe frustratus. Itidẽ gubernator lætus multitudine mercium, & magna alacritate uelis expansis, & multum maris emensus, in ipso sæpe portus ingressu, aut procella repẽte exorta, aut naui in latens aliquod saxum impacta totum onus
H perdidit, & post tãta pericula amissis mercibus egre nudus in littus euasit. Miles similiter nõ raro posteaquam toties in acie stetisset, aduersosq; hostes repulisset ac profligasset, iamiam imminens uictoriæ repentino aliquo casu è uita sublatus est. nullo periculorum ac laborum precio percepto. Nostræ uero res non ita se habent. nam & spes habemus æternas, immobiles ac firmas, nec cum temporaria hac uita finiendas, sed ad immortalem illam ac beatam uitam perennantes, nec solum aeris tempestatibus aut improuisis casibus sed & morti ipsi minime obnoxias: & præter hãc spem fructum interim percipimus non contemnendum magnámque mercedem iam nunc repræsentantem. Quapropter etiam beatus Paulus clamabat dicens: Nõ solum autem, sed & gloriamur in afflictionibus. Obsecro ne hæc uerba neglectim prætercurramus, sed posteaquam nescio quo pacto in præclari illius gubernatoris mentionem iterum incidimus, oblectemur hoc eius sermone, breui quidem, sed multum philosophiæ nos docente. Quid igitur est quod dicit, aut quid nobis his uerbis subin
I dicat? Altius paulo, si uidetur, doctrinam hanc repetamus, & uidebimus magnam perspicuitatem & sententiarum uim inde nobis prouenientem. Cæterum nemini corpus languescat, sed roris uice desiderio spiritualis doctrinæ recreetur. Etenim de afflictione nobis est sermo, æternorúmque bonorum desiderio, simúlque patientia: tũ quanta merces sequatur quotquot in hoc bono proposito persistunt. Quid igitur significant hæc uerba, non solum? Qui enim sic nobis loquitur, indicat multa etiam alia præcedẽtia bona, eísque etiam hoc adiungit, quod ex afflictione prouenit, quapropter dicit. Non solum autem, sed & gloriamur in afflictionibus. Vt autem clarius hęc uerba enarrem, sustinete paulisper prolixius me de his differentem. Ex quo enim Apostoli diuinum illud præconium annuntiauerunt, omnémque terrarum orbem perlustrauerunt, sermonem pietatis serentes, & radicitus errorem euellentes, & patrias gentilium leges abrogantes, omnémque iniquitatem exterminantes, ac terram repurgantes, tum simulacra, templa, altaria, celebritates, & id genus mysteria fugienda docentes, agnoscendum uero unicum & solum uniuersorum deum, ac futura bona ab illo solo speranda: ad hæc de patre & filio spiritúque sancto disse K ruerunt, déque resurrectione ac cœlorum regno, his de causis bellum exortum est ingens, & quouis alio bello crudelius, quod omnia terrore, seditionéque referta essent, tam per oppida quàm per rusticas plebes ac priuatas domos, tam per culta quàm per inculta, nimirum labefactatis priscis ritibus, & antiquis opinionibus quibus tanto tempore præoccupati fuerant conuulsis, atque in eorum locum nouis decretis subintroductis, quæ nemo unquam hactenus audiuerat. Hoc erat cur reges sæuirent, magistratus indignarentur, uulgus tumultuaretur, fora streperent, tribunalia concitarentur, gladij stringerentur, arma expedirentur, leges irascerentur. hinc supplicia, hinc pœnæ ac minæ, & nihil non cummouebatur eorũ quæ apud homines habentur grauia, haud secus ac pelago furente & magna naufragia parturiente: ita tum nihilo mitius se habebat rerum humanarum status, dũ pater filium propter pietatem abdicat, & nurus à socru dissidet, & fratres mutuas simultates exercent, & domini in seruos exasperãtur, & ipsa fermè rerum natura à seipsa dissidet, nec ciuile L modo, sed & cognatum bellum domesticatim peruagatur. Sermo enim gladij more penetrans, & uitiosas partes à sanis resecans, magnam ubique seditionem excitabat ac contentionem, plurimas contra fideles inimicitias & persecutiones cõmouebat. Quo factum est, ut pars in carceres, pars ad tribunalia, nonnulli ad supplicia ducerentur: aliorum bona confiscarentur, nec deessent qui patria uel uita etiam priuarentur: atque undique niuibus hybernis crebriora imminebãt mala, intus pugnæ, foris terrores, à suis, ab alienis, ab ipsis naturæ uinculo coniunctissimis. Hæc igitur uidens beatus Paulus, ille terrarum orbis pædotriba, & diuinæ sapientiæ doctor, cum aduersa quidem præ manibus & oculis uersarẽtur, bona uero sperarentur tantum & annuntiarentur, uidelicet resurrectio bonáque illa omnem sermonem cogitationẽmue supergredientia: fornaces autem, sartagines, gladij, supplicia, tormentorumq; ac mortium genera omnia non iã sperarentur, sed experirentur: tum quibus contra hæc certandum erat, à simulacris & altaribus, à libidinibus, ebrietate uoluptatibusq; cæ M teris ad fidem recens traducti essent, nihil adhuc sublime de uita æterna cogitare assueti, sed præsentia potius mordicus retinentes: uerisimiléque esset multos eorum ob pusillanimitatem labefactandos, & ad pristinam uitam relapsuros ob quotidianas oppugnationes: cõsidera quid faciat particeps ille ineffabilium secretorum, eúsque sapientiam animaduerte. Indesinenter de futuris bonis apud illos loquitur, & præmia proponit, & coronas ostentat, ungẽs eos ad certamẽ, & futurorum bonorum spe subinde refouens. & quid dicit? Existimo enim non esse dignas afflictiones præsentis temporis, collatas ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quid enim mihi commemoras, inquit, uulnera, altaria, furorem populi, supplicia, fames, confiscationes, paupertatem, uincula, catenas? omnia in unum confer quæ hominibus uidentur grauia, nihil tamen dignum afferes præmijs illis & coronis, ac retributionibus. Hæc enim cum præsenti uita abrumpuntur, illa per infinita secula finem non inueniunt: hæc prætereunt quòd sint temporaria, illa continenter permanẽt, ut quæ nunquam senescant. Quod & alibi hoc ipsum

A subindicans dicit: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ quantitate qualitatem præcidens, & temporis breuitate oneris grauamen consolans. Nam quoniam natura sua grauia erant ac onerosa quæ tum illis accidebant, maximam oneris partem tollit per momentaneam breuitatem temporis sic loquens: Nam momentanea leuitas afflictionis nostrę, mire, supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, temporaria sunt: at quæ non uidentur, æterna. Ac rursum reducens eos ad cogitationem magnitudinis futurorum bonorum, ipsam creaturam inducit indolescentem ac ingemiscentem præsentibus malis, & uehementer concupiscentem futura, utpote modis omnibus iocunda, dicitque: etenim creatura congemiscit simúlque nobiscum parturit usque ad hoc tempus. Cur ingemiscit? cur parturit? nimirum futura illa bona expectans, & mutationem in melius desiderans. Nam & ipsa, inquit, creatura liberabitur à seruitute
B corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Dum autem audis quòd ingemiscit & parturit, caue putes ratione præditam eam esse, sed scripturæ morem cognosce. Quando enim deus uult magnum aliquid ac iucundum hominibus per prophetas annunciare, ad ipsas quoque inanimas res sensum facit magnitudinis miraculorum peruenire: non quòd creatura sentiat, sed ut hoc pacto apud homines magna admiratio his rebus concilietur. Hoc sanè etiam nos solemus dicere, quoties aliquid inopinatum accidit, quòd ipsa urbs contristata est, ipsum solum mœstius est factum. Et de horrendis ac efferatis hominibus dicere licet, quod ipsa fundamenta concusit, ipsi lapides ad eius præsentiã contremuerunt: non quòd reuera lapides tremuerint, sed ut hac hyperbole hominis immanitas & furor inuidentius indicetur. Hac sanè de causa etiam admirandus ille propheta Dauid enarrãs bona illa quę iudęis cotigerunt, quantúmq; uoluptatis ab Aegyptijs liberati pcepissẽt dicebat: In exitu Israel de Aegypto, domꝰ Iacob de populo barbaro: Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel ptãs
C eius: mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum: mõtes exultauerũt ut arietes, & colles sicut agni ouium, à facie domini: id quod nemo unquam factum audiuit. Mare enim & Iordanis conuersi sunt retrosum diuino iussu, montes autem & colles non exultauerunt: sed ut iam dixi, ostendere uolens quàm ingens fuerit eorum gaudium ob relaxationem ab Aegyptijs affligentibus, ipsa quoque inanima exultare dixit & tripudiare præ uoluptate eorum bonorum quæ illis tum contigerunt. Quemadmodum quando aliquid triste ob nostra peccata euenturum nunciare uult, lugebit, inquit, uinum, lugebit & uitis. Et alibi: Viæ Sion lugent, quinetiam lachrymari sensu carentia dicit. Mœnia filiæ Sion emiserunt, inquit, lachrymas. Immo & ipsam terram, ipsam Iudæam lugere dicit, & mœrore ebriam esse: non quòd elementa aliquid tale sentiant, sed ut iam dixi, unusquisque prophetarum magnitudinem bonorum à Deo concessorum, & pœnarum nostris uicijs inducendarum, hoc modo iudicare uult. Quapropter & beatus Paulus ipse quoque creaturam facit gemen tem & parturientem, ut magnitudinem donorum, quæ nos post hoc seculum manet, exprimere ua- D leat. Sed hæc omnia, inquit, in spe. Cæterum pusillanimis & miser homo, nunc primum ab insano idolorum cultu abstractus, necdum sciens de futuris philosophari, non admodum hic sermonibus emendatur, sed quærit etiam in præsenti tempore aliquam inuenire consolationem. Quamobrem sapiens hic præceptor & omniscius non solum futurorum bonorum spe illi animum addit, sed etiam præsentium commodorum respectu eum confortat.. Ac primum ea commemorat quæ iam orbi terrarum essent exhibita, quorum non expectatio, sed experimentum adesset, ut iam frui liceret: quæque manifestissime declararent, ne futurorum quidem spem uanum fore. Et prolixe de fide locutus, déque patriarcha Abrahamo, quomodo reclamante licet natura patrem ipsum fore, sperauit tamen, expectauit & credidit, propter quod & uoti compos factus est: indéque docens non oportere unquam ad ratiocinationum infirmitatem delabi, sed fidei rubore erigi, & subsistere altúmque sapere: postea magnitudinem quoque eorum quæ iam exhibita essent in- E dicat. Quid autem hoc est? Filium, inquit, unigenitum, germanum, dilectum, Deus pro nobis malæ frugi mancipijs tradidit: qui infinitis grauabamur peccatis tantóque delictorum onere premebamur, nõ solum à culpa liberauit, sed iustos insuper effecit: nullísq; onerosis aut laboriosis aut molestis mãdatis ipositis, sed fide tãtum requisita, & iustificauit nos & sanctos reddidit: ad hæc filios Dei nos declarauit, regni hæredes instituit, unigenitique sui cohæredes: resurrectionem nobis pollicitus est & incorruptibilitatem corporum, uitámque cum angelis degendam, omnem humanam cogitationem superantem, & in cœlis habitationem, secúmq; conuersationem. Tum spiritussancti gratiam iam hinc effudit, atque è diaboli potestate, éque dæmoniorum seruitute nos eripuit, & peccati uim fregit, execrationem aboleuit, inferni portas contriuit, paradisum aperuit. Non Angelum, non Archangelum, sed ipsum misit unigenitum propter nostram salutem, sicut dicit per prophetam, Non legatus, non nuntius sed ipse dominus seruauit eos. An non hæc in numeris coronis sunt illustriora, quòd sanctificati sumus quòd iustificati, quòd per fidem, quòd unigenito filio Dei è cœlo pro F pter nos descendente, quòd patre charissimum suum pro nobis tradente? quòd spiritumsanctum accepimus? quòd cum omni facilitate inenarrabili gratia donísq; perfruimur? His igitur dictis, & omnibus breui sermone indicatis, rursum in spem uerba sua finit. Cum enim dixisset: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus erga Deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & contigit, nobis ut fide perduceremur in gratiam hanc in qua stamus: subiecit, & gloriamur in spe gloriæ Dei. Ergo posteaquam partim iam facta dixit, partim futura: nam iustificatos esse nos, & filium pro nobis immolatum, & per eum patri nos se reconciliatos, & gratiam ac dona percepisse, & à peccatis esse liberatos, & pacem habere cum Deo, & spirituſſancti esse participes, hæc iam facta erant: restabat autem in futurum gloria illa ineffabilis, quod & ipsum adiecit, dicens: in qua stamus & gloriamur in spe filiorum Dei: spes autem hæc, ut iam dixi, non multum potest excitare & erigere pusillanimem auditorem: uide quid rursum fa-

G ciat, & contemplare fortitudinem Pauli & Philosophicam mentem. ex illis enim quæ uidebantur contristare & turbare & terrere auditorẽ, ex his ipsis plectis consolationis atq; gloriationis coronas. his enim omnibus enumeratis tandem infert dicens. Non solũ hæc dico quæ audiuistis, inquit, nempè quòd sanctificati sumus, quòd iustificati, quòd per unigenitũ, quòd gratia frumur, quòd pace, quòd donis, quòd peccatorum remissione, quod spiritusancto, quòd cum omni facilitate, quòd sine laboribus, & sudoribus: quòd fide, quod filium misit unigenitum, quòd alia dedit, alia promisit, gloriam ineffabilem, incorruptibilitatem, corporum resurrectionem, uitam angelicam, cum Christo consuetudinem, in cœlis habitationem. Hæc enim omnia repræsentauit his uerbis, & gloriamur in spe gloriæ dei. Non hæc igitur sola dicit, quæ facta sunt, quæue futura, sed & illa quæ uidentur hominibus molesta, uidelicet tribunalia, carceres, mortes, minas, fames, torméta, sartagines, fornaces, direptiones, bella, oppugnatiões, pugnas, seditiones, contentiones, & hæc collocat in ordine donorum &
H præclare gestorum. non enim propter illa sola lætandum est & gaudendum, sed & in his gloriari oportet. sicut quando dicit: nunc lætor in passionibus meis pro uobis, & suppleo in carne mea quod deerat afflictionibus Christi. Vidisti animam fortem, & mẽtem sublimem, & spiritum subuerti nescium, qui non tam coronis sibi placeat, quàm certaminibus delectetur, non tam premijs gaudeat, quàm in luctis delicietur, non tam retributionibus lætetur, quàm ipsum pancratium ostentet. Ne mihi cõmemores regnum cœlorum, neq; coronas illas immarcescibiles, neq; præmia, sed hæc ipsa quæ præstò sunt, quæ afflictionem habent, quæ ærumnas & labores multos: hæc in medium affer, & potero ostendere quòd ob hęc magis sit gloriandum. Nam in externis istis certaminibus lucta quidem laborem habet, corona autem uoluptatem: hic autem non sic, sed & ante coronas ipsæ luctæ multam afferunt gloriationẽ. & ut discatis quòd hæc ita se habeant, considerate unumquemq; sanctorum per singulas ętates sicut dictum est: exemplum accipite fratres afflictionum & patientię à prophetis, qui locuti sunt sermonem in nomine domini. Quin
I & hic ipse qui nunc nobis certamen hoc proponit, & præsens hoc spirituale theatrum constituit, Paulus in quam, post enumeratos illos innumeros sanctorum labores, quos nunc recensere perdifficile fuerit, adijcit dicens: oberrauerunt in ouillis & caprinis pellibus destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mũdus: quòdque his omnibus lætabantur. Hoc autem uidere licet, quando post carcerem & obiurgationem flagris cæsi abigebantur. Quid dicit? Illi quidé ibant gaudentes à conspectu concilij, quòd digni habiti essent, ut pro nomine Christi contumelia afficerentur. Verumenimuero etiam nostris temporibus eadem acciderunt, & sicui libet cogitet quod dico, tempore persecutionũ qualia sæpe accidebant. Ingrediebatur uirgo tenera, nuptias nondum experta, cera quauis mollius corpus habens, deinde patibulo suffixa undique fodiebãtur latera sulcata, cruoréque perfusa: nec aliter quàm si ad sponsum deduceretur, uel potius in thalamo sederet, summa cum facilitate omnia ferebat propter regnũ cœlorum, iam tum in ipso certamine coronam percipiens. Cogita quale erat spectaculum, tyrannum frequẽti militia, stipatum, tot gladijs alijsq; K armis instructum, ab unica puella superari. Vides quòd afflictio ipsa gloriationem habet maximam: & quòd uera dicam uos estis testes. Cum enim martyres retributionem nondum receperint, neque coronas & præmia, sed in puluerem abierint & cinerem, cum omni tamen alacritate ad eos honorãdos cõcurrimus, & in illo spirituali theatro præconijs eos celebramus, coronamusq; propter uulnera & cruorem, propter tormenta & plagas, propter afflictiones & angustias: adeo afflictiones quæque ipsę gloriationem suam habent, uel ante præmium. Cogita qualis erat Paulus tunc cum carceres habitaret, & ad tribunalia duceretur, quàm conspicuus, q̃ splendidus ac illustris apud omnes apparebat, præcipue uero illos à quibus persecutionem & insidias patiebatur: quandoquidem & dæmonibus tum maxime erat terribilis, dum flagris cæderetur, dum uinciretur, dum naufragus nutaret. Tunc maxime illa prodigia patrabat, tunc magis aduersarias potestates superabat. Quare non ignorans quantum: lucri anima ex tribulationibus perciperet, dicebat quando L infirmor, tunc potens sum: deinde addit. Quapropter lætor in infirmitatibus, in contumelijs, necessitatibus, in persecutionibus, in afflictionibus, ut uirtus Christi inhabitet in me. Hac de causa cum quosdam apud Corinthum habitantes reprehenderet, quòd de seipsis magnifice sentientes alios contemnerent, necesse habuit rerum à se gestarum imaginem in epistola depingere: idque non prodigia recensendo aut miracula, non honorem, non requiem, sed carceres, supplicia, tribunalia, famem, frigus, bella, insidias, in hunc modum eis scribẽs: Ministri Christi sunt? desipiens loquor: excellentius sum ego. Et ostendens in quo excelleret, ait: In laboribus copiosius, in uerberibus supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi. Ter uirgis cę sus sum, semel fui lapidatus: ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi. In itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres: in labore & modestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti. In ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate: præter ea quæ extrinsecus accidunt, incũbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non uror? Si gloriari oportet, de his quæ infirmitatis sunt meæ gloriabor. Vides eum in his potius gloriari, q̃ ullis splendidis coronis sibi placere, & ideo dicere: Non solum, autem, sed & gloriamur in afflictionibus. Sed quid est quod dicit, Non solum? Non solum, inquit, non deficiamus afflictiones & ærumnas perferẽ, sed tanquam ad maiorem honorem & gloriam prouecti, gloriamur insuper in afflictionibus quæ nobis obueniunt. Deinde posteaquam affirmauit, ex afflictionibus gloriam prouenire maximam, quæque iactari debeat & ostentari: gloria uero dubio procul uoluptatem coniunctam habet. Nam ubi uoluptas, ibi omnino etiam gloria: ubi uero talis gloria, ibi omnino etiam uoluptas. Posteaquam inquam, magnificam rem ostendit tribulationem, ut quæ ostentatione digna sit, addit aliam

A eius laudem, & ultimam quandam admirabilem ac opinione maiorem. Quæ autem hæc sit uideamus. Scientes, inquit, quod afflictio patientiam pariat, patientia uero probationem, probatio autẽ spem. Porrò spes non pudefacit. Quid est, scientes quòd afflictio patientiam parit? hic maximus fructus est, quod robustiorem facit eum qui sic affligitur. Quemadmodum enim arbores quæ in umbrosis locis & nulli uento obnoxijs aluntur, uirent quidem, sed molliores redduntur, faciléque quouis uiolento flatu leduntur, quæ uero in celsis montium uerticibus stãt, multis que ac magnis uẽtis pulsantur, ad hæc uarias tempestates continenter perferunt, dum nunc grauissimis procellis agitantur, nunc crebras niues sustinent, quouis ferro ualidiores fiunt: similitérq; corpora multis ac uarijs uoluptatibus innutrita, mollibúsque uestibus & continuis balneis ac unguentis assuetanon necessarijs, ad nullos omnino pietatis labores ac sudores sunt utilia, sed maximis pœnis destinata: Ita sanè etiam animæ quæ ociosam & quietam uitam degunt, præsentẽsque uoluptates laboribus &
B afflictionibus spe futuri regni sustinẽdis anteponũt, quauis cera molliores infirmiorésque factæ æternis ignibus pabulum seruantur. quę uero periculis, laboribus ærumnis afflictionibúsque propter deum ferendis exponuntur, atque in eis assiduè uersantur, ipso ferro aut adamante solidiores sunt ac generosiores, frequenti malorum tolerãtia inexpugnabiles aduersarijs redditæ, & habitum quendam inuictum fortitudinis patientiæq; consecutæ. & quemadmodum qui tum primum conscendunt nauem, nauseam præiactatione sentiunt, & cum sint maris rudes turbantur uertiginéque laborant: qui uero sæpe longinqua maria sunt emensi, & plurimis tempestatibus indurati, naufragiáque nonnunquam experti, magno animo nauigationem aggrediuntur: ita sanè etiam anima quæ multas tentationes sustinuit, & magnas afflictiones pertulit, usum sibi laborum, & habitum fortitudinis comparat, non ad quemuis strepitum suspensa, neque terroribus obnoxia, neque in aduersitatibus turbatu facilis, sed ob assiduã in rebus duris exercitatione, crebrámque in talibus meditationem, magna æquitate ferens quic-
C quid graue aut molestum imminet. Hoc igitur peritus ille cœlestis politiæ architectus significare uolens dicebat: Non solum autem, sed & gloriamur in afflictionibus, quoniam ante regnum illud cœlestésque coronas, maximum hinc colligimus fructũ, dum per continuas afflictiones tolerãtior anima nostra redditur, & ratio nostra fortitudinem quandam hinc sibi comparat. Hæc igitur omnia scientes dilecti feramus strenue quicquid molestiarum accidit, uel ob quòd ita Deo uisum sit ad utilitatem nostram: néue oscitemus, aut ingruentibus tentationibus retrò cedamus: sed uiriliter stantes gratias agamus Deo indesinenter pro omnibus ipsius in nos beneficijs, ut & præsentibus fruamur bonis, & futura

consequamur, gratia & miseratione ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, unà cũ sancto spiritu. Nunc & semper in secula seculorum,
Amen.

EIVSDEM DE VERBIS APO- D
stoli. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est. Item de his uerbis, credidi propter quod locutus sum, & de eleemosyna. Sigismundo Gelenio interprete.

Sapientissimi medici ubi uident hulcus egere ferro, admouent quidem sectionem, sed hoc faciunt non sine affectu & commiseratione, uerum & mœrent & gaudent non minus quàm ipsi qui secantur: mœrent quidem propter dolorem quem secando inferunt, gaudent autem propter sanitatem quæ hoc modo comparatur. Idem & Paulus fecit, sapiens ille animarum medicus. Corinthios enim cum acriori obiurgatione opus haberent increpans, lætatus est simul & tristatus. tristabatur quod dolorem inferret, lætabatur quòd prodesset: & utrunque hoc significans dicebat: quare etiam si contristaui uos per priorem epistolam, nõ me pœnitet, tametsi pœnituerat. cur pœ- E nituerat? & cur nõ pœnitet? Pœnituerat, quia acrius obiurgaui. non pœnitet quia erratum correxi. & ut scias hanc esse causam, audi quid sequatur. Video nanque quòd epistola illa tametsi ad tempus, contristauit uos nunc gaudeo, non quòd contristati fueritis, sed quòd contristati sitis ad pœnitentiam. Etiam si ad tempus uos contristaui, molestia illa momentanea fuit, inquit, utilitas autem eius perpetua. Permittite nũc mihi quoque his uerbis apud dilectionẽ uestram uti: quare etiam si contristaui uos per priorem admonitionem, non me pœnitet, tametsi pœnituerat. Video enim quòd admonitio illa & consiliũ tametsi ad tempus uos contristauit, mihi tamen magnam lætitiam attulit, non quòd contristati fueritis, sed quòd contristati sitis ad pœnitentiam. Ecce enim hoc ipsum quòd contristati estis secundũ deũ, quantum in uobis excitauit alacritatis? Luculentior est hodie noster conuentus, festiuius nostrum theatrum, numerosior fratrum chorus. Hæc ipsa alacritas, tristitiæ illius fructus. quapropter quantum tunc indolui, tantum nunc gaudeo, uidens spiritualem F hanc nostram uineam fructibus suis adeo undequaque refertam. Si enim in uulgaribus istis conuiuijs honorem quendam & hilaritatẽ conuiuatori affert conuiuarum frequentia, quanto magis, in spiritualibus his conuiuijs idem fieri conuenit: quanuis illic inuitatorum multitudo magis absumit ea quę apponuntur, maiorique est sumptui: hic autem contrà, non solum non absumit mensas uocatorum multitudo, sed etiam abundare facit, quòd si illic sumptus uoluptatem affert, quanto magis hic idem faciet accessio & reditus? Hæc est enim spiritualium rerum natura, quo pluribus distribuuntur, hoc amplius crescunt. Quoniam igitur uideo refertam conuiuis mensam, expecto etiam spiritus gratiam menti nostræ infonaturam. quando enim multos adesse uidet, tunc dapsiliores epulas apponere solet, non quod paucos fastidiat, sed quòd multorũ salutẽ desideret. Hac de causa Paulum quoq; prætercurrẽtem cæteras urbes, apud Corinthum cõmorari Christus per uisionem iussit, dicens: Noli timere, sed loquere & ne taceas,

G quoniã populus est mihi multus in hac ciuitate. Si.n. propter unã ouiculam montes & nemora & inaccessa loca peruagatus est pastor q fieri potest ut non lõge maiorẽ curam adhibeat, quoties multæ oues à so cordia & errore sunt reuocandæ? quòd.n.ne paucas quidẽ contemnat, audi ipsum dicentẽ: Non est uoluntas patris mei, ut pereat uel unus ex istis paruulis, neq; paucitas, inquit, neque utilitas inducit eum, ut negligat salutem nostram. Quando igitur tantam habet paruulorum & paucorum curam, tantam etiã multorum, toti ab eius fauore pendentes, ad Pauli uerba quæ hodie lecta sunt, sermonem flectamus. Scimus, inquit, quòd si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit. Immo uero altius & ad ipsum exordium huius sententiæ redeamus. Quẽadmodum enim qui fontem perueſtigant, inuento riguo loco non illic solum fodiunt, sed humorẽ eum & uenam sequentes interius scrutantur, donec ad caput ipsum & initium fluentorum perueniant: sic & nos faciamus, posteaquã inuenimus spiritualem fontem è paulina sapientia procedentem, uerba hæc tan
H quam uenam quampiam sequendo ad caput ipsum sententiæ nos recipiamus. Quod est igitur illud fontis caput? Habẽtes igitur eundem spiritum fidei sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur. Quid ais? Ni si credideris non loqueris sed mutus perstas? Etiam, inquit, neque diducere os possum sine fide, neq; mouere linguam, neque aperire labia, ratione præditus cum sim, mutus perstо, nisi fides loqui me doceat. Sicut enim planta absq; radice fructum non profert, ita absq; fidei fundamento non prouenit sermo doctrinæ, quapropter & alibi inquit: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quid huic arbori uel præferri uel conferri potest, cuius qui dem nõ rami solum, sed radix quoq; ipsa fert fructũ, hæc iustitiam, illi salutem. Ideo dicit: credimus. quapropter & loquimur. Sicut enim membra tremula & senectute languida, baculo tuto deducente, labi & cadere non permittunt: sic etiam animam nostram incertis ratiocinationibus circumactam ac iactatam, fides quouis baculo tutius sustẽtans, suaq; ui reficiẽs, summopere firmat, nec sinit subuerti, infirmas cogitationes corrigens præstantia suæ uirtutis, & caliginẽ illam dispellens: animamq; uelut in domicilio tenebroso inter tumultuantes cogitationes sedẽtem, suo lumine illustrans. Hinc fit, quòd qui illa carent, nihilo potiore sunt conditione, quàm qui in tenebris uitam degunt: sed sicut illi & ad parietes offensant, & in obuia quæq; impingunt, & in foueas ac precipitia prolabuntur, nec ullum usum oculorum habẽt, ut quibus nihil præluceat: sic etiam quotquot fide carent, & inter se alij in alios incursant, & i ipsos parietes, & postremo in barathrũ aliquod exitiale ultrò seipsi præcipitant. Testes mihi sunt illi, qui profanam sapientiam iactant, qui multũ sibi promissa barba tritoq; pallio ac baculo placẽt, post longas enim ac sæpe repetitas dissertationes, lapides præ oculis sitos non uident. Si enim ut lapides eos cernerent, nequaquam eos deos esse putarent. quin ipsi quoq; in alios alij ferũtur, atq; inter se collidantur, & in ipsum impietatis profundissimum præcipitium deuoluuntur, non aliam ob rem q̃ quòd ratiocinationibus suis omnia sua permittũt: id quod Paulus noster significans dicit: frustrati sunt per cogitationes suas, & ob tenebratum est insciens K
cor eorum: cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt. Declarans deinde q̃ occecati & stulti essent, addit hæc uerba: Mutauerũtq; gloriam immortalis dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictam, uerum etiam uolatiliũ & quadrupedum & reptiliũ. Sed has tenebras fides a ductu suo in uniuersum discutit in anima, quæ se hospitio digna ta fuerit, & quemadmodũ nauem uentorum impetu iactatam, & fluctuum assultu inundatam, demissa anchora omnino stabilit, & uel in medio pelago radicat: ita etiam mentem nostram extraneis cogitationibus iactatam, aduentu suo fides ex imminenti naufragio liberat, tanq̃ in tranquillum portum, in cõscientiæ certitudinem deducẽs. Quod & ipsum Paulus significans dicit: propterea dedit Deus apostolos ad perfectionem sanctorum, donec occurramus oẽs in unitatem fidei, & agnitionem filij dei, ut ne amplius simus paruuli fluctuantes, & quouis uento huc atq; illuc iactati. Vides fidei facinus præclarum? quod ceu ancora quæpiam tutissima à fluctuatione liberat: si- L
cut idem rursus ad Hebræos scribit, hoc modo de fide loquens: quã uelut ancoram tenemus animæ, tutam firmamq; & introeuntem usq; ad ea quæ sunt intra uelum. Ne enim audita ancora putes deorsum trahẽdum, ostendit quòd nouum quoddam ancoræ sit hoc genus, quæ non deorsum grauet, sed sursum mẽtem eleuet, ad cœlũ usq; sublatam, & intra uelum ceu manu deductum. Velum.n. hoc loco, cœlũ uocauit, cur, aut quã ob causam? quia sicut uelum ab exteriori parte tabernaculi dirimebat sancta sanctorum: ita cœlum istud tanq̃ uelum medium inter creaturã obiectum, ab exteriori tabernaculo, hoc est mundo hoc quem uidemus, dirimit sancta sanctorum, uideli cet ea quæ supra se sunt, pro præcursor pro nobis introgressus est Christus. Quod aũt dicit, sic intelligendum est. Illuc, inquit, animã nostram sublimem attollit fides, non sinens ullis præsentibus malis humiliari, sed spe futurorũ labores leuæ faciens. Qui enim futura spectat, cœlestia sperans, & mentis oculos illò dirigens, ne sentit quidẽ præsentium malorum molestiã, quemadmodum neq; Paulus sentiebat, & huius animi causam reddebat dicens: Nam momentanea leui M
tas afflictionis nostræ, mire supra modũ æternũ pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ uidentur, sed ea quæ nõ uidentur, nimirum oculis fidei. Sicut enim corporis oculi nihil uident intelligibile, ita oculi fidei nihil uidẽt sensibile. Sed de qua fide hic loquitur Paulus? Nam fidei uocabulũ duplicẽ habet significationem, etenim fides dicitur, per quã prodigia faciebant apostoli, de qua Christus dicebat. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, migra, & migrabit. & rursum cũ discipuli nõ possent lunaticum liberare à dæmone, causamq; sciscitarentur, hãc eis subindicauit, quòd fides eis deficeret, dicens: propter incredulitatem uestram. Et Paulus de eadem dicebat: si habuero fidem ita ut montes transferam. Et Petrus cũ periclitaretur ne mergeretur pedibus per mare incedens, eandem increpationem audiuit à Christo, exigua fide prædite cur hæsitabas? Itaq; fides dicitur qua miracula & prodigia patrãtur. Dicitur item fides quæ nos ad agnitionem dei perducit, ob quam quisque nostrum fidelis uocatur: sicut ad Romanos scribens dicit: Gratias ago Deo meo

A per Iesum Christum, super omnibus uobis, quòd fides uestra annuntiatur in toto mundo. Ac rursus ad Thessalonicenses: à uobis enim pertonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaia, uerum etiã in omni loco fides uestra, quæ est in Deum, dimanauit. Qualem igitur subindicat in hoc loco fidem? Dubio procul fidem cognitionis: id quod ex sequentibus patet. credidi, inquit, quapropter & locutus sum. Quid credimus? quòd qui resuscitauit Christum, etiã nos resuscitabit per uirtutem suam. Sed quare eam uocat spiritum fidei, & donationum ordinem eam annumerat? Nam si donatio est fides, & solius spiritus donum, non nostrum meritum, neque incredu li punientur, neque credentes laudem promerebuntur. Talis enim est donationum natura, non sunt coronæ neque præmia. Donum enim non est accipientis meritum sed largitoris liberalitatis gratificatio. Hanc ob rem etiam discipulos iussit non gaudere, eò quòd dæmonia eiicerent, & eos qui in nomine suo prophetauerant, & uirtutes multas fecerant, expulit è regno cœlorum: quoniam ex suis meritis nullam ha-
B bebant fiduciam sed ob solas donationes salui fieri uolebant. Si igitur etiam fides tale quiddam est, & nihil ex nostro contulimus, sed totum est gratiæ spiritus, & ipsa ultrò se in animas nostras ingessit, & nullam pro eo recepturi sumus mercedem, quomodo igitur dicit: corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem? Quoniam & eius qui credidit uirtutis meritum est fides. Id quomodo fiat alibi rursum subindicat dicens: Ei uero qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Quia non est totum gratiæ spiritus. Sic enim patriarcham Abraham plurimis redimit laudum coronis, eò quòd contemptis rebus præsentibus præter spem in spem credidit. Quam ob rem igitur spiritum fidei uocat eam? illud nimirum ostendere uolens, quòd initio credere, & parere uocanti, nostræ est bonæ mentis. At postquam iacta fuerint fidei fundamenta, iam opus est auxilio spiritus, ut in nobis perpetuo maneat inconcussa & insubuertibilis. Neque enim deus, neque spiritus gratia, nostrum præuenit propositum: sed tametsi uo
C cet, expectat tamen, ut sponte & propria uoluntate accedamus, actum demum nobis suum exhibeat auxilium. Quoniam enim diabolus posteaquam ad fidem accessimus, continuo subrepit, uolens egregiam hanc radicem euellere, & zizania properans interserere, germanúmque ac purũ semen lædere, opus tum habemus auxilio spiritus, ut quemadmodum strenuus agricola animæ nostræ insidens, multa cura & prouidentia nouellam fidei plantam undiquaque muniat. Ideo Thessalonicensibus quoque scribebat, dicens: Spiritum ne extinguatis. Certum quippe est, quòd accedente spiritus gratia inuincibiles malo dæmoni atque omnibus eius insidijs erimus. Nam si nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto, quanto magis fidem tutam & radicatam nõ poterit habere, nisi in spiritu sancto? At quomodo poterimus allicere auxilium spiritus, eique persuadere ut apud nos manere uelit? per opera bona & optima uiuendi rationem. Sicut enim lucernæ lumen oleo retinetur, & consumpto eo ipsum quoque unus consumptum euanescit: ita etiam spiritus gratia quantisper habemus opera bona, & crebris eleemosynis D
animam rigamus, manet non aliter quàm flamma oleo retenta: quę si nõ adsint, recedit à nobis & abit: quod etiam quinq; illis uirginibus accidit. etenim illæ post multos labores ac sudores, cũ nullum haberent ex sua benignitate præsidium, nõ potuerunt apud se retinere spiritus gratiam: atq; ideo sunt a thalamo repulsæ, uocemq; illam terribilem audierunt: Discedite, non noui uos: quæ uel gehenna fuit grauior. propter hoc etiam stultæ sunt appellatæ, & merito, quoniam cum impotentiores cupiditates uicissent, a minus ualida sunt uictæ. Naturæ uiolentiam superauerunt, rabidam insaniam frænauerunt, cupidinum fluctus sedauerunt, in terra degentes angelicam uitam uixerũt, corpore uestitæ incorporeas uirtutes æmulatæ sunt, & post tantos labores pecuniarum cupiditatem non superauerunt. Stultæ reuera & insensatæ: quapropter ne uenia quidem dignæ sunt habitę. Lapsus enim earum socordiæ fuit solius, quæ enim in tanta flamma fornacem potuerant cupidinum extinguere, & ultra septa transilierant, & plura quàm iussæ erant præstiterant: nulla enim lex uirginitatem præcipit, libere hoc uoluntati auditorum relinquitur: post hæc om- E
nia uictæ sunt à pecunia: quo quid esse miserabilius potest, si propter paululum argenti coronam è capite proiicias? Hæc dico non quo manus uirginum dissoluam, neque quòd uirginitatem extinguere uelim, sed ne inutiliter currant, ne post plurimos sudores corona priuatæ & pudore plenæ ex arena discedant. Bona res est uirginitas, & maius quàm pro naturę uiribus meritum: sed bona hæc res, & magna, & naturam superans, nisi benignitatem abeat aduinctam, ne in uestibulum quidem thalami ingredi poterit. Atq; hic mihi considera benignitatis uim & eleemosynæ potentiam. Virginitas sine eleemosyna ne in uestibulum quidem thalami perducere potuit, eleemosyna uero uel sine uirginitate alumnos suos cum magna laude in regnum ante conditum mundũ præparatum manu deducit. Hæ siquidem quoniam largam eleemosynam non exhibuerant, audiunt: abite, non noui uos. Illi uero qui sitientem potauerunt & esurientem aluerũt Christum, quanuis uirginitatem non proferrent in medium, audiunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab F
exordio mundi, & merito. Qui enim uirginitatem seruat, & ieiunat, sibi ipsi utilis est: qui uero miseretur, communis est naufragorum portus, proximorum paupertatem subleuans, & alienis necessitatibus succurrens. Cæterum ex benefactis quæcunq; ad aliorum utilitatem fiunt, ea potissimum laudem promereri solent. Et ut scias quòd talia præcepta præ cæteris deo curæ fuerint, de ieiunio & uirginitate disserens, regni cœlorum meminit: ubi uero de eleemosyna & liberalitate, & ut nos misericordes exhibeamus præcipit, longe amplius quã regnum cœlorum præmium proponit: ut fiatis, inquit, similes patris uestri, qui in cœlis est. Illæ enim potissimum leges hominem similem deo reddunt, q eatenus hominem similem deo reddunt, quatenus deo similem fieri hominem licet, quæ ad publicam utilitatem faciunt, & hoc significans Christus dicit: quia solem suum oriri facit super bonos ac malos, & pluit super iustos ac iniustos. Ita uos quoque pro sua quisque uirili facultatibus uestris in communem fratrum utilitatẽ utendo, imitamini eum qui bona sua proponit ex æquo

G omnibus. Ingens est uirginitatis dignitas, quo magis eam plausibilem fieri cupio, est enim dignitas uirginitatis nō solum abstinere à nuptijs, uerum etiam benignum esse, & fratrum amantem, & pronum ad commiserationem. quæ enim est utilitas uirginitatis cum crudelitate? quid lucri ex temperātia cū inhumanitate coniuncta? Non es capta corporum concupiscentia, sed capta es cupiditate pecuniarum, non es admirata hominis faciem, sed admirata es auri pulchritudinem. Maiorem aduersarium uicisti, sed minori & imbecilliori succubuisti. Atque eo turpius uicta es, ideo ne uenia quidem digna es, uidelicet quæ tantam uim sustinuisti, & aduersus naturam reluctasti, ab auaritia uero expugnata es, quàm & mancipia sæpenumero & barbari homines minimo negocio superare ualuerunt. Hæc igitur omnia scientes dilecti, siue in coniugio siue in uirginitate degentes, magna diligentia eleemosynam exerceamus, quandoquidē nulla alia ratione licet ad regnum cœlorum peruenire. Nam si uirginitas absque eleemosyna ad regnum non ualuit perducere, quodnam aliud benefactum
H hoc efficere sine hac poterit? profectò nullum. Toto igitur animo, totisq; uiribus oleum affundamus lampadibus, idque largiter ac indesinenter, ut hilare ac largum lumen permaneat. Nec pauperem respicias accipientem sed deum redditurum: non eum qui stipem accipit, sed eum qui se tibi debitorem obligat. Nam ideo alius accipit, alius reddit, ut accipiētis paupertas & calamitas ad misericordiam te flectant ac compassionem: diuitiæ uero reddituri, fideiubentes etiam cum auctario solutionem futuram, bono animo te esse faciant, quod ad usuram attinet, & ad largiorem eleemosynam proliciant. Quis enim rogo cē tuplum recepturus, & de recipiendo securus, non omnia sua libens eroget? Ne igitur parcamus pecuniæ: immo uero parcamus pecuniæ. Nam qui facultatibus suis parcit, in pauperum munus eas deponit, in thesaurum sacrosanctum, quo nec latrones, nec sycophantæ, nec serui malefici, nec ullæ mortalium insidiæ penetrare ualeant. Quòd si etiam his auditis piget te non nihil è bonis tuis erogare, & neque centuplum recipiendum, neque pauperis calami-
I tas, neque aliud quicquam flectere te potest, reputa quàm multa peccaueris, ingredere in conscientiam delictorum, excute omnem actam uitam, accurate errata tua cognosce; & si fas licet hominum omnium inhumanissimus, certè pauore peccatorum omni tēpore compulsus, & remissionem propter eleemosynam sperans, uel corpus tuum insuper impendes, nedum pecuniam. Si enim saucij, & morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus, etiā si indusium diuendendū sit, ut ab infirmitate illa liberemur: multo magis animæ infirmitatem, & grauissima peccatorum uulnera curaturi per eleemosynam, cum summa alacritate eam exerceamus. Atqui quoties ægrotas, non statim numerata pecunia liberaris à morbo, sed sæpenumero & sectióe opus est & ustione, & amaris pharmacis, & fame, & frigore, & alijs grauioribus mandatis. Hic autem non sic, sed satis est dare numos in manus pauperum, & statim absolueris ab omnibus peccatis, sine ullo uel dolore uel labore. Medicus enim qui animam curat, non opus habet ut te inuisat, non instrumentis artis, nō ferro aut igne, sed solus nutus sufficit, ac mox omnia peccata ab anima auferuntur & euanescunt. Non uides mo- K
nachos istos, qui solitariam uitam amplectuntur, & in uertices montium secedunt, quàm duram uiuendi rationem perferant. Etenim cinerem sibi substernentes, & saccum induētes, & furca corpus degrauantes, & in casa inclusi, assidue cum fame luctantur, in fletu uiuunt & uigilijs intolerabilibus, ut partem aliquam peccatorum abluant. Tibi uero licet sine omni illo duro uictu expeditam hanc & facilem pietatis uiam ingredi. Qualis enim, rogo, labor est, his quæ adsunt frui, & quod supereſt in egenos insumere? Nam etiam si nulla merces esset proposita, etiam si non tam ampla retributio præfinita esset, an non uel ipsa rei natura quantumuis inhumanis persuadere poterat, ut eo quod ipsis supereſt, ad egenorum solamen uteretur? Nunc cum tantum coronarum, tantum retributionum, tanta peccatorum obliuio, per eleemosynam paretur, quam rogo excusationem habebunt qui pecuniæ parcunt, & animam suam in profundum peccatorum demergunt? Nam etiam si nihil aliud te moueat & excitet ad condolendum & ad dandam eleemosynam, saltem reputa quàm incertus sit uitę finis, L
& cōgita quòd etiam si pauperibus nō des, morte tamē superueniente uelis nolis tuas res alijs esscssurus. Ergo dispensato diuitias tuas, & dum licet humanus esto. extremæ enim uesaniæ fuerit, ea quibus uel inuitus alijs cessurus es nolle indigentibus communicare ultrò, idq; cum tāta bona ex hac benignitate tibi sint prouētura. Vt uestra, inquit, copia succurrat illorum inopiæ. Quid est quod dicit? Maiora accipis quā das. Das sensibilia, accipis intelligibilia & spiritualia. Das pecuniam, accipis remissionem peccatorum. liberas pauperem à fame, ille te liberat ab ira diuina. Retributionis hoc genus est & negociationis quod maiorem ac utiliorem reditum habet quàm sumptum, nō solum remissionem peccatorum, uerum etiam fiduciam erga deum, & regnum cœlorū, & bona illa quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. An non igitur absurdum, quòd negociatores nulli rei parcunt, idque cum paria ferè paribus permutare soleant: nobis uero cum non corruptibilia & momentanea, sed incorruptibilia & sempiterna liceat pro nostris corruptibilibus ac momenta M
neis commutare, non eandem quàm illi diligentiam adhibemus. Non ita fratres, non ita nostræ saluti male cōsulamus, sed moti exemplo uirginum & eorum qui ducuntur in ignem paratum diabolo & angelis eius, eò quòd non aluerint neque potauerint Christum, retineamus sancti spiritus ignem per largam benignitatem, & profusas eleemosynas, ne circa fidem naufragium faciamus. Fides enim opus habet auxilio spiritus ac præsentia, ut inconcussa permaneat: auxilium autem hoc uitæ puritate moribusque probatis retineri apud nos solet. Quare si cupimus fidem radicatam habere, uiuendi ratione pura nobis opus est, quæ spiritum retineat, à quo totam fidei uim dependere constat. Impossibile enim est, impossibile enim est, impossibile profectò si uitam impuram habeas, in fide non uacillare. Certè qui de fato nugantur, & salutarem resurrectionem non credunt, ob malam conscientiam & mores depraua-
tos in hoc incredulitatis barathrum seipsos præcipitauerunt. Et quemadmodum febre laborantes, dum uolunt æstuationem depellere, sæpe in frigidam

sese

A rem sibi ardorem accendunt: ita qui mala conscientia premuntur, & consolationem aliquam quærunt, nec tamen uolunt per pœnitentiam peccata abluere, ad fati tyrannidem & resurrectionis confugiunt abnegationem: atq; hoc pacto dum se in hac uita frigidis rationibus pauliſper consolatur, maiorem gehennæ flammam sibi accendunt, quandoquidem securiores hic facti, postquàm illuc deuenerint pro suis quēq; peccatis debita supplicia persoluere. Et ut hoc uerum esse sciatis, quòd fidei robur mala opera uehementer impediant, audite quid Paulus dicat, ad Timotheum scribens. Vt milites, inquit, egregiam militiam, habens fidem ac bonam conscientiam. Bona autem conscientia ex uita & operibus bonis contingere solet. Quam quidam, inquit, repellentes, circa fidem naufragium fecerunt, rursus alibi. Radix omnium malorum est auaritia, per cuius cupiditatem quidam à fide aberrauerūt. Vides quòd tum illi propterea naufragium fecerunt, tum isti ob hoc ipsum aberrauerunt: quoniam illi bonam conscientiam repulerunt, isti uero auaritiæ adhæserunt. Quę quidem omnia cogitantes magnam curam habeamus uitæ quàm optime instituendæ, ut duplex nobis merces
sese proiiciunt, & pauliſper mitigato malo, grauio- B
contingat, una ex operum retributione, altera ex fidei robore. Sicut enim se habet esca ad corpus, ita recta uita ad fidem. Et sicut carnis nostræ natura sine alimento durare non potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides enim sine operibus, mortua fides est. Vnum superest dicendum. Quid est eundem? Nō enim simpliciter dixi: habentes spiritū fidei: sed quid? habentes eundem spiritum fidei, & uolebam quidē enarrare hoc quoque, sed quoniam uides multa sententiarum flumina ex nuda hac uocula prorumpentia, uereor ne multitudine eorum quæ dicenda essent inundarem omnia, atq; ita hæc doctrina nimia prolixitate detrimentum aliquod acciperet. Quapropter hic finem faciens sermoni, oro & obtestor, ut & quæ audiuistis, de honestè uiuendo, de fide, de uirginitate, de benignitate, de eleemosyna diligenter obseruetis: & hæc bene in memoria retinentes a deo quæ supersunt præstò sitis. Sic enim nobis solidum erit ac inconcussum doctrinæ nostræ ædificium, si prioribus in mente uestra bene fundatis ea quæ sequuntur superstruxerimus. Deus autem qui dedit nobis hæc dicere & uobis cum alacritate audire, dignos nos faciat, ut & per omnia fructum aliquem proferamus gratia &c.

Tomi quinti & ultimi operum diui Ioannis Chrysostomi finis.

INDEX QVATERNIONVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Quaterniones omnes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca